

CLASSIFICATION	
SERIAL	A
NUMBER	23
FIELD	
NOTE	109

2 boxes

60 to 1-2

1
H-23

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34




CLASSIFICATION	SECRET
GROUP	A
CONTROL	23
DATE	109
REVISION	

2 hours

60 to 1-2

1
4-23

~~J. H. ...~~



SANCTI  
FRANCISCI  
ASSISIATIS,  
ET  
SANCTI  
ANTONII PADVANI,  
OPERA OMNIA  
AVCTA.

DE LA LIBRERIA  
DEL REAL COLEGIO MAYOR  
Reunido de Santa Cruz, y  
Santa Catalina.  
E. 4.º C. 89 N. 3.









REVERENDISSIMO PATRI  
**PETRO MANERO,**  
TOTIVS  
ORDINIS MINORVM  
GENERALI MINISTRO.

*Perpetuam felicitatem* PETRVS RIGAVD.



T Diuus Antonius lucem adspiciat clariorem,  
REVERENDISSIME PATER, ad tui ingenij  
lumen micantissimum, Tuæque mihi satis per-  
spectæ humanitatis vltro conuolat firmissi-  
mum columen; hauriet siquidem ab illo clarif-  
simum splendorem; & ab ista præstantissimum  
sperabit præsidium. Nec enim poterat Vir Sanctissimus in lucem  
Gallicam foeliciter prodire, nisi iis radiis illuceret, quibus Ordo  
Seraphicus illustratur: Et ab iis Tutelaribus patrocinium quæreret,  
in quibus illustrissimi Franciscanæ Familiæ viri suam omnem glo-  
riam sitam esse existimant. Enimvero quod ad Te Diuus Anto-  
nius confugerit, singulare est suæ humilitatis, Tuæque dignitatis  
argumentum: cum noluerit in Galliam venire, nisi obtenta prius  
à Te licentia; vt scilicet omnes intelligant, quod si adhuc inter  
mortales versaretur, eandem Tibi redditurum obedientiam, quam  
uiuus Patriarchæ Francisco sanctissimè præstitit. Et hoc quidem  
sapienter factum, REVERENDISSIME PATER, licet enim Beatæ  
mentes nihil nobis obsequij debeant, opus tamen habent sæpissimè,  
vt quæ exarata litteris suæ pietatis & doctrinæ monumenta relique-  
runt, ab interitu vendicentur. Ea de causâ Diui Antonij Opera Tibi  
cōsecranda existinaui, quia cum in Seraphica Religione supremam  
dignitatem obtineas, facilius inter peritorum plausus clarescent. Nec  
eos certè poenitebit hæc sancta Opera legisse, quæ sunt doctrina &  
pietate abundantius locupletata, nec Te eorundem Tutorem &  
Fautorem fuisse, in illis enim suspicies primam nascentis Seraphicæ

Religionis eruditionem, & singularem in Deum charitatem. Habent enim hoc sibi proprium eximiae sanctitatis viri, ut eas virtutes posteris transmittant, quas viui diligenter exercuerunt. Illuxit Diui Antonij eruditio & sanctitas, nedum in Hispania, sed & in Gallia, in qua primus Franciscanorum diuinas scientias edocuit, ut frigidus adhuc animos vberiori quodam fructu in Dei amorem impelleret. Illucent etiam nunc, & quidem quotidie eius miracula, quae profecto tanta sunt, ut difficile iudicium sit, plus ne debeat Ipsi vniuersus orbis, an Soli; hinc enim nostras aetates diuidit, ille beatas facit. Elucet etiam REVERENDISSIME PATER, Tua in Deum pietas, & in omnibus scientiis plurima eruditio, adeo ut si Diui Antonij doctrinam & pietatem non superaueris, omnium tamen proximè imitatus es. Nec quidquam tuae dignitati detractum velim, dum te primo Franciscanae Familiae, post Patriarcham Franciscum, Sancto & Doctore comparo: singularis enim gloriae est mortales immortalibus simillimos iudicari. Sed timeo ne modestus Tuus animus hanc Tibi debitam laudem refugiat; licet certo sciam eum nunquam intumescere gloriae titulis, qui cum omnibus superior sit, omnium tamen se minimum dicit, dum Illustrissimis Minoribus imperat. Nec in eo omnis Tua gloria posita est, illustrius crescet, si dixero, Te Seraphicae Religionis Parentem optimum, quia illam foues & conseruas. Sapientissimum, quia sanctissime moderaris: & Seraphicum, quia in omnium subditorum animos Dei amorem Tuo in eundem amore sapienter imprimis, & semper retines. Haec sunt, REVERENDISSIME PATER, Tuae dignitatis ornamenta, & meae in te obseruantiae prima Testimonia, quae si humanissime acceperis, Tui semper nominis splendore, & praesidio humanitatis Tuae Diuus Antonius clarescet: & me Clientem tuum non ingrata gloria augebis. Vale, aeternumque viue.



## BENIGNO LECTORI.

**P**ROMISSIS nequaquam starem, si Sanctorum Ordinis nostri Seraphici monumenta luci vel emendatiora, vel auctiora non restituerem, ut tandem sanctam posteritati consignem Bibliothecam Franciscanam: hinc ab aliquot annis, post absolutos in Genesim Commentarios nostros, quatuor Tomis S. Bernardini Senensis opera distincta, & correctiora, & cum plurimorum tractatum additione tibi obtulimus non ingratum: nunc perfecta in Exodum nostra expositione literali & conceptuali, in medium prodeunt monumenta omnia tum nostri Seraphici Patriarchae Francisci, tum eius discipuli S. Antonij Paduani; subsequuntur breui plures ex MC. tractatus insignes S. Doctoris & Cardinalis Bonaventurae: tandem coronidem imponent aliorum scripta Beatorum: quem laborem impenderim in euulgando Antonio, quid de nouo addiderim, quibus illustrauerim, in praemio ad eundem breuiter referam, quid autem praestiterim in Opusculis D. Francisci a me de nouo recussis non est quid proferam, aliorum honori & studio detrahere nescius, sed potius consulere, posteritas enim semper grata tanto beneficio, se ea à R. admodum P. Luca Vuadingo, viro eruditissimo, huius temporis altero Baronio, Ordinis nostri decore & ornamento singulari accepisse testabitur, qui summo labore in vnum collecta publici fecit iuris, doctissimis illustrata commentariis. Cur ergo ea denuo typis mandauerim forte sciscitaberis, ingenue referam: nequaquam hoc onus suscepissem, nisi amicorum preces importuna coegissent, & validissima ad id impulisset ratio, nempe Bibliothecam nostram Franciscanam fore imperfectam, ni omnium scriptorum antesignanus Franciscus in ea primum locum obtineret, eisdem caracteribus quibus alumni, exaratus, tum cum neminem putem, qui diuum hunc non diligit; neminem etiam qui in suis Bibliothecis, eiusdem magnitudinis ac aliorum opera, non velit legere & quasi loquentem audire, quomodo autem haec inuenta Opuscula, cur hucusque delituerint: eorum collector & reparator in hunc modum in Praefatione sua ad Lectorem satisfaciet.

Quod delituerint hucusque haec tanti viri Opuscula, non obinde tanquam non sua, contemnenda; nisi & quae aliorum sunt indubitata, nouiter reperta, irreuerenter & temere reijcienda velimus. An quia post mille centenos annos inuentus ab illustri & docto viro Dauide Rhoto Hyberno in Bibliotheca Fesulana Canoniorum Regularium in Hetruria liber de gestis Pelagij contra aduersarios gratiae, ab eodemque extractus per Illustriss. D. Petrum Lombardum Archiepiscopum Armachanum totius Hiberniae Primatem respuendus tanquam supposititijs Augustini factus, qui pro legitimo seorsim multis iam prodijt in locis, & in editione Parisiensi anno 1614. ceteris eiusdem Doctoris Operibus insertus est, & quem ipse lib. 2. de Peccat. orig. cap. 14. & lib. 2. Retraet. cap. 47. se scripsisse testatur, quem etiam Prosper

Nouiter  
inuenta  
multa San-  
ctorum  
Patrum  
Opera:

BENIGNO

Vide Possen. in Appar. verbo Anselm. Cantuar. Beda in suis Operibus citant, Louaniensesque Tom. 7. post librum de Natura & gratia reponendum, dummodo extaret, admouerunt? Septimus etiam liber eiusdem contra Iulianum nouiter erutus e tenebris, ob eandem rationem Augustini esse denegabitur? Commentaria illa in Epistolas Pauli, quae Anselmo Cantuariensi tribuuntur, prodierunt in lucem ferme quadringentis quinquaginta annis ab obitu Anselmi, vel si mauius ea Heruæo adscribere, adnumera quot inter huius atatem & annum 1533. quo primum edita sunt, intercedunt. Vide in nouioribus editionibus Operum Bernardi, quot accreuerunt Epistolæ, quas ab eo conscriptas esse nullum probis viris dubium. Omnium ferme sanctorum Patrum Opera posterioribus his seculis prodire auctiora, & quedam duplo seipsis maiora. An quæ Henricus Canisius, multarum antiquitatum vindex, sanctorum veterum quæ virorum Vitas & scripta in sua antiquarum lectionum volumina congressit, quia infirmis, post longas multorum seculorum tenebras, oculis nouam solis aciem ferre videbantur, nec vera nec legitima, sed à tanto viro conficta dicemus? Simile demum anne feremus iudicium de tot tantisque Operibus, quæ successiuis editionibus facta sunt iuris communis: in Bbliotheca veterum Patrum, vt nullum genuinum adscripti Auctoris esse dicatur? An tandem omnes collectiones Conciliorum factas post primam illam nostri seculi compilationem, à Petro Crab Minorita elaboratam, quò auctiores, eò falsiores & fictiores assuecramus: Imprudens & impudens certè sententia. Ad tam manifesta exempla nimius certè erit scrupulus de his admitterendis Operibus, indigna prorsus prudenti viro admiratio ad horum Operum excussione, præsertim cum Francisci spiritum verba ipsa redoleant, ipsum esse Franciscum auctorem, stylus doceat, argumenta demonstrent, & omni exceptione maiores confirmant testes.

Quanta Francisci doctrina. Franciscus in Testamento.

Illinc tibi forsân scrupulus, quòd hominem rudiozem, & totius humane literaturæ ignarum putaueris. Vulgaris hic de tanto viro conceptus, quem contemptibiliter & malitiosè ad Franciscanum exprobandum Institutum; ò nimiam huius temporis licentiam! quidam male sanae mentis præ rostris & ex suggestis expresse-runt. Verè nullus seipso demissus de eo sensit, quippe se & suos ad extremum vitæ balitum idiotas dixit. Hoc autem ego eius profunda tribuerim humilitati: nam re ipsa inter socios, quos secum idiotas vocauit, quidam docti erant, nec mediocriter eruditi. Vel si adhuc idiotam velis, id tibi concesserim, modò de mundana & inani scientia sit sermo. Ab hac etenim penitus alienum, eamque in suis abhorruisse, docent eius Collationes 15. 16. & 17.

Senen. Tom. 2. Serm. 60. art. 1. c. 2. 1. edit. Prou. 30. Eccl. 39. Bonauent. c. 11. Legend. in princ. Indidem. Gregor. IX. in Bull. Canoniz. Mira circa nos. Gregor. l. 2. Dialog. Prefat.

Erat sapientia eius cælica, inquit Bernardin. Senens. deforsum descendens, pudica, pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia & fructibus bonis. Proinde à Salomone dicitur in persona Francisci: Stultissimus sum virorum, & sapientia hominû non est mecum; non didici sapientiam, & noui scientiam Sanctorum. O bonam scientiam, quæ sancti viri occulta Prouerbiorum exquirunt, & in absconditis Parabolarum conuersantur; & qua plenus hic Theodidæctus Franciscus enodabat dubia quæstionû, & abscondita producebat in lucem. Nec mirum, cum per S. Spiritus vntionem plenariam Scripturarum Doctorem apud se haberet in corde. Porro scientiam seculi calcauit, sed cæli sapientiam obtinuit: propterea de eo Gregorius IX. dixit, quod Gregorius I. de Benedicto, quod multos præuenierit sciens nescius, & sapienter indoctus. Etsi idem Magnus Gregorius dicat Benedictum doctrinæ verbo non mediocriter fulsisse, quia scripsit Monachorum Regulam discretione præcipuam, sermone luculentâ, minor doctus Franciscus

Franciscus, qui quatuor ex ipsa medulla Euangelij concinnauit Regulas, sub quibus adeò propagata est regularis pietas, vt sub alia nunquam? An non doctus, qui intricatiores Theologiæ dubitationes expeditissimè soluebat, & prædicabat cum tanta admiratione inter Christianos & infideles, vt doctiores ad eum, quasi ad oraculum ventitarent, ad percipienda difficiliora, quæ per uia & manifesta menti non erant?

Iacob. Suarez. serm. 6. Ostaue Corpus Christi an fin.

Nec absque omni prorsus studio totum hoc scientiæ lumen infusum: quippe, vt testatur Bonauentura, cum paucas literas sciret, postmodum in literis profecit in Ordine, non solum orando, sed etiam legendo.

Aliqualem dedit operam studiis.

Quòd legebat quandoque in sacris libris; & quod semel animo iniecerat tenaciter imprimebat memoriæ. Humaniores etiam literas iuuenulus studiosè salutauit, earumque aliqualem comparauit notitiam, ita vt sincero & simplici potuerit exarare sermone, quæ orando & legendo percipiebat mysteria. Vnde ergo tibi digna admiratio, quòd Franciscus ex Scripturæ penu humilia & spiritualia conscripserit Opuscula, qui Scripturæ Doctorem habebat in mente, qui orationi studium adiunxit, nec tempus omne præteribat absque lectione? Omnem remouebis scrupulum, & admirari cessabis, qui Francisci spiritus non prorsus ignarus, ipsa Opuscula cum suo contuleris Auctore. Plane, vt dixi, ipse quem emittunt spiritum, Franciscanus est; ipsum spirant Franciscum; & si hunc factum alteri adscripseris Patri, adulterinus apparebit; si Francisco, vere genuinus, vere legitimus.

Idem in Legend. c. 11. in princip.

Noui te curiosius adhuc scire velle, vnde post integra secula mihi hæc Opera colligendi & illustrandi irrepit studium, quod net Patres nostri, nec horum antesignani tam vasto temporis tractu sunt aggressi: Dicam sincere, meum hoc conamen in Francisci, si quæ est, laudem, ab aliorum vituperandi studio sumpsisse exordium. Cum enim scioli quidam, suo dumtaxat iudicio ceteris sapientiores, nobis obiicerent in re literaria ignauiam & imperitiam, eamque veluti hereditario opprobrio ab Instituto acquisitam adicerent, volui ob oculos ponere huius sancti viri doctrinam, ex qua constet non tam nescium, quam volunt, fuisse, nec studium literarum suis exemplo interdixisse, sed consuluisse; imo & tam clare ex Regula præscripsisse, vt asserat Bonauentura, ex Regula patere, quod Minoribus ex intentione B. Francisci incumbit studere; & quod nullis aliis Religiosis plus competit prædicare ex ratione status sui, quam his qui hanc Regulam profitentur.

Causa colligendi hæc Opera.

Bonau. in c. 9. Regule 2. in fine.

Firmauit autem meum propositum Reuerendissimus Pater Benignus Genuensis, nostri Sodalitij primicerius, communis nostri boni & honoris ardens zelator, imposito præcepto & commissa prouincia celebriores nostri nominis viros, quorum præsentior fama quàm scripta, quæ in angulis sub plateisque delitescunt, à blattis & tineis, à puluere & temporis iniuria vendicandi. Difficile licet & laboriosum hoc præceptum, mihi fateor gratum: nihil enim tam desiderauit, quam vt nomina eorum, qui nos præcesserunt, & quorum labores nostros fulciunt & augent honores, sint in memoria eterna; & quod in Ecclesiæ obsequium laborarunt, in publicam & præsentem Ecclesiæ cedat utilitatem. Facta mihi est ampla copia plura tabularia & Bibliothecas in Vrbe & extra Urbem visendi & euoluendi; & passim ubique occurrebant, qui amplissima cuius Religioni satis possent honori & ornamento.

Mutilarent veteres Minorum Scriptores.

A capite autem incipiendum duxi, & ipsum illustrandum Franciscum, à quo illustremur & nos, & à quo ad suos doctrinæ splendor descendat. Laborauit in inuestigando, laborauit & in illustrando quæ inuestigauit. Quasdam enim vel obsoletas vel barbaras voces exprimere oportuit; alias ad nostri huius temporis fundatissimam Theologiam componere; variorum insuper codicum concordare, vel vt minimum insinuare;

Quæ præstita in his Opusculis.



# Ad Lectorem.

insinuare, diuersas lectiones, & ad Operis splendorem, Lectoris utilitatem restituere.

Cur non hucusque collecta hæc Opuscula. *Plutar. Orat. 1. De virt. Alexand. post princ. Aug. l. 2. de Ordine, c. 10. Tom. 1. Hieron. Apolog. aduers. Ruffin. ant. fin. Tom. 2. Prou. 7. Lyra ibidem. Vide Petr. in Epist. nuncupat. ante Libros Histor. Seraph.*

Nolim autem desidia aut incuria nostros quispiam incuset anteriores confodales, quod in hunc usque diem hanc neglexerint collectionem. Etenim præterquam quod quidquid hęc ego omnibus offero, in rerum nostrarum monumentis notatum inuenerim, primarios illos nostros Patres plus operi indulisse responderim quam calamo, & in agendo plus operæ quam in scribendo posuisse, cum ijsque sensisse, qui veram philosophiam non verba, sed res putant, & illum sibi statuisse ordinem docendi, ut alij verborum, illi verò rerum Magistri merito dicerentur. Nec obinde Patris monita, salutariæ hæc dogmata neglexisse dicendi, quia ad modum Pythagoræorum discipulorum memoriter tenentes præcepta Doctoris, ingenio pro libris utebantur. Ad Sapientis consilium ligabant ea in digitis suis, opere exequendo, & scribebant illa in tabulis cordis sui, firmiter memoriæ commendantes. At postquam optima illa tabularia, viuique hi Magistri è viuis abierunt, & morum dissimilitudinem studioque diuerso in contraria rapti nostri confodales, varios fines, vel liberioris & amplioris literaturæ, aut strictioris solitariorisque vitæ, sibi statuerunt, in pluresque se familias dissociarunt, plurimum passæ sunt dispendij ( præter aliam illam iacturam D. Bonauenturæ ætate ) tabulæ, monumenta, archiuæque Religionis; nec tam facile erat colligere, quæ non solum per plures Conuentus, sed & per distinctas familias erant dispersa. Præuidi ego laborem, & horruis; sed omnium nostrorum quarumcumque Minorum Congregationum Prælatorum benignitate, qui liberum ad sua præbuerunt accessum, Deo duce & adiutore tandem Opus absolui.

Hęc Vradingus cui sicut aliquid substraxisse crimen est, sic aliquid addidisse temeritas. Nullus enim iam remanet scrupulus, qua de causa ante primam editionem hæc opuscula per tot delituerint tempora, nempe post plenos quadringentos annos, quo labore in vnum collecta, quodque factus Francisci legitimus, & quod doctrina illius celestis. Vale nostri memor apud Deum.

LICEN



LICENTIA R. ADMODVM P. LVDOVICI  
Capton, in Facultate sacra Parisiensi Licentiati, almæ Pro-  
uinciæ Franciæ Ministri Prouincialis, & in eadem plenitudine  
potestatis Commissarij Generalis.

NOs Fr. LVDOVICVS CAPTON, in Theologia Licentiatus, almæ Pro-  
uinciæ Minorum obseruantia Minister Prouincialis, & in eadem  
cum plenitudine Commissarius Generalis. Præsentium vigore, Facultatem  
facimus R. P. FR. IOANNI DE LA HAYE, eiusdem Ordinis & Instituti;  
Christianissimorum Regum Ecclesiastæ, & in Gallia Minorum Obseruan-  
tia Procuratori Generali, quatenus seruatis seruandis, Opera omnia sancto-  
rum Seraphici Patris nostri Francisci, & Antonij Paduani, typis mandare possit  
& valeat. Datum in nostro Monasterio Regio S. Claræ in suburb. Parisienf.  
D. Marcelli, die 22. Februarij anni 1641.

FR. LVDOVICVS CAPTON.

Approbatio Doctorum almæ Facultatis Parisiensis.

NOs infra scripti in sacra Theologia Facultate Parisiensi Doctores te-  
stamur, peruoluisse Opuscula S. Francisci Assisiensis, nec non Opera S. Anto-  
nij Paduani, vno Volumine comprehensa, ac auctiora magis quam antea,  
studio ac labore R. P. IOANNIS DE LA HAYE Parisini, Concionato-  
ris Regij, qui præter elucubrations proprias, quæ ferme quotannis pro-  
deunt, vetera etiam Patrum ac maximè sui Ordinis monumenta in publi-  
cum edi satagit, maximo Republicæ litterariæ emolumento. In præfatis  
autem Opusculis ac Operibus nihil inuenimus à recta fide deuium, nihil-  
que quod morum sanctitatem non sapiat; in cuius fidem subscripsimus  
Parisijs in nostro domo Cholotæa, die 2. Martij anno Domini 1641.

LVDOVICVS BAIL.

VINCENTIVS IVDÆ.

Alia Approbatio.

NOs subsignati almæ Facultatis Parisiensis Doctores, hanc editionem  
Operum S. Francisci Minorum Patriarchæ, nec non eiusdem Ordinis S. Anto-  
nij Paduani, diligenter inspeximus, cum Scholiis, & aliis, quæ à R. P. Fr.  
IOANNE DE LA HAYE, Ecclesiastæ Regio, in Gallia Ordinis Procu-  
rator Generali, addita fuere, sedulo expendimus, & examinauimus, ni-  
hilque à fide orthodoxa S. R. Ecclesiæ, bonisque moribus alienum con-  
tinere, quapropter eruditissima hæc opera tum ad communem Ecclesiæ  
utilitatem, tum ad instituti nostri decus & ornamentum dignissima præ-  
lo iudicauimus. Datum Parisiis in nostro Conuentu & Collegio Fratrum  
Minorum, anno Domini 1640. die 13. mensis Augusti.

FR. BARTHOLOMÆVS MARNEVR.

FR. GVILELMVS BELLOT.

PRIVILEGE




PRIVILEGE DV ROY.



OVIS PAR LA GRACE DE DIEV ROY DE FRANCE ET DE NAVARRE; A nos amez & feaux Conseillers les Gens tenans nos Cours de Parlements, Grand Conseil, Maistres des Requestes ordinaires de nostre Hostel, Baillifs, Seneschaux, Preuosts, leurs Lieutenans, & tous autres nos Iusticiers & Officiers qu'il appartient, SALVT: Nostre bien-ame PIERRE RIGAUD, Marchand Libraire de nostre bonne ville de Lyon, Nous a fait remonstrer qu'il a esté cy-deuant imprimé vn liure duquel il ne se trouue plus aucun Exemplaire, intitulé, Omnia opera S. Francisci, Minorum Patriarchæ, nec non eiusdem Ordinis S. Antonij Paduani; qui ont esté recueillis, & mis en meilleur ordre, & augmenté de quelques Annotations, pour en rendre l'usage plus aisé & vtile, par le soin du R. P. DE LA HAYE, Religieux de l'Observance de S. François, l'un de nos Predicateurs ordinaires, & Procureur general de son Ordre; qui a recouert vn Traitté sur le nouveau Testament, non encore imprimé: Lesquels Liures il desireroit faire imprimer, s'il auoit sur ce nos Lettres necessaires, humblement nous requerant icelles: A CES CAUSES desirant bien & fauorablement traiter l'Exposant, Nous luy auons permis, & octroyé, permettons, & octroyons par ces presentes, imprimer ou faire imprimer lesdits liures, iceux mettre & exposer en vente durant le temps de neuf ans, à commencer du iour qu'ils seront acheuez d'imprimer: Faisant tres-expresses inhibitions & defenses à tous autres Libraires, Imprimeurs, & autres personnes, de quelque qualité & condition qu'ils soient, d'imprimer, ou faire imprimer, vendre & debiter lesdits liures durant ledit temps, sans le consentement ou permission dudit Exposant, ou de ceux qui auront droit de luy, sur peine de confiscation des Exemplaires, mille liures d'amende, & de tous dépens, dommages & interets enuers ledit Exposant: A la charge d'en mettre deux Exemplaires en nostre Bibliotheque, & vn en celle de nostre tres-cher & feal Cheualier le Sieur SEGVYER, Comte de Gien, Chancelier de France, auant que l'exposer en vente: SI VOVS MANDONS, que du contenu en ces presentes, vous fassiez, souffriez, & delaissez ledit Exposant iouyr & vsfer plainement & paisiblement, cessant & faisant cesser tous troubles, & empeschemens au contraire: Voulans en outre que ces presentes soient tenuës pour signifiées, & venuës à la cognoissance de tous, en mettant au commencement, ou à la fin desdits liures cesdites presentes, ou vn bref Extraict d'icelles, à la collation desquelles faite par vn de nos amez & feaux Conseillers, & Secretaires, foy sera adjoustée comme au present Original: CAR tel est nostre plaisir. Donnè à Paris le vingt-vnième iour d'Aoust, l'an de Grace mil six cens cinquante-vn, & de nostre Regne le neuvième, Par le Roy en son Conseil, LE COE.

Achené d'imprimer pour la premiere fois le 5. Decembre 1653.



INDEX AVCTORITATVM SACRÆ Scripturæ, quæ in hoc Volumine continentur, & expenduntur.

Nota hac (in op.) pagina numero adiacens, eandem paginam in D. FRANCISCI OPVS CVLIS quarendam demonstrat.

Table with 3 columns: Chapter/Verse reference, Latin text, and page number. Includes entries for CAP. I, II, III, IV, V, VI, VII, VIII, IX, XI, XII.



# Index Sacrae Scripturae.

# Index Sacrae Scripturae.

tione tua & de domo patris tui. &c. 61  
**CAP. XIII.** Quod ascendit Abraham de Ægypto, &c. 24  
 Facta est rixa inter pastores gregum Abraham, & Loth, &c. 229  
 Loth diuisus ab Abraham, moratus est in oppidis quæ erant circa Iordanem, & habitauit in Sodomis. 245  
**CAP. XIV.** Da mihi animas, cætera tolle tibi. 194. & 213.  
**CAP. XV.** Ego sum qui eduxi te de Vr, &c. 332  
 Præcepit Dominus Abraham vt facta sibi promissione faceret oblationem, &c. 187  
**CAP. XVI.** Reuertere ad domum tuam, & humiliare sub manu eius. 286  
 Vidi posteriora videntis me. 153  
**CAP. XVIII.** Loquar ad Dominum meum, cum sim puluis & cinis. 201. & 262  
 Tulit butyrum & lac & vitulum quem coxerat. 342.  
**CAP. XIX.** Duo Angeli apprehenderunt manum Loth & eduxerunt eum, posueruntque eum extra ciuitatem. 266  
 Ne stes in omni loco circa regionem, sed in monte saluum te fac. 67. & 182  
 Eduxerunt Loth de Sodomis, & dixerunt ei, salua animam tuam & ne stes, &c. 168  
**CAP. XXI.** Abraham plantauit nemus in Bersabee & inuocauit ibi nomen Dei æterni, & fuit colonus terræ Phylistinorum diebus multis. 227.  
 Risum fecit mihi Dominus, quicumque audierit congaudebit mihi. 14  
 Abraham fecit grande conuiuium in die ablationis Isaac. 203  
**CAP. XXII.** Tolle filium tuum vnigenitum quem diligis Isaac, & vade in terram visionis, &c. 67  
 Vade in terram visionis & offeres mihi filium tuum quem diligis Isaac in vnum montium. 67  
 Expectate hic cum asino. 14  
**CAP. XXIII.** Mortua est Sara in ciuitate Arbee, venitque Abraham vt plangeret & fletet eam, &c. 293  
**CAP. XXIV.** Palarum & fœni est plurimum apud nos, & locus spatiosus ad manendum. 181.  
**CAP. XXV.** Fuerunt dies Abraham centum septuaginta quinque anni, & deficiens mortuus est in sua senectute bona &c. 161  
 Dilataberis ad orientem & occidentem, septentrionem & meridiem. 10  
**CAP. XXVI.** Seminavit Isaac in terra Geraræ, & in ipso anno inuenit centuplum. 31  
 Vere non est hic aliud nisi domus Dei & porta cæli. 122  
**CAP. XXVII.** Affer mihi de venatione tuâ vt comedam, & benedicat tibi anima mea. 146  
 Tolle arma tua pharetram & arcum, & affer mihi de venatione tua, &c. ibid.  
 Accede huc vt tangam te filij mi, & probem vtrum tu sis filius meus. 126  
 Egressus est Esau vir agricola ad venationem, & Iacob vir simplex. 224  
 Veni fili mi, vt benedicat tibi anima mea antequam moriar. in op. 86  
 Esto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ. 280  
 Ecce odor filij mei sicut odor agri &c. 345

In rore cæli desuper erit &c. 181  
 Dominum tuum illum constitui, & omnes fratres eius seruituti illius subiugauit. 280  
 Tædet me vitæ meæ propter filias Heth, si acciperit Iacob vxorem de stirpe huius terræ, nolo viuere. 21  
 Rebecca dixit ad Iacob. Ecce frater tuus Esau minatur vt occidat te, & nunc audi vocem meam, & confurgens, &c. 242  
**CAP. XXVIII.** Vidit Iacob scalam. 136  
 Quam terribilis est locus iste, non est hic aliud &c. 138  
**CAP. XXIX.** Rachel decora facie & venusto aspectu. 310  
**CAP. XXX.** Egressus Ruben tempore messis triticeæ in agrum reperit mandragoras. 233  
 Respondebit mihi cras iustitia mea. 232. & 340.  
**CAP. XXXI.** Rachel abscondit idola patris sui Laban. 157  
 Pater vester circumuenit me & mutauit mercedem meam decem vicibus. 21  
**CAP. XXXII.** Erue me de manu fratris mei Esau, quia eum timeo. 315  
 Iacob transiit vadum Iaboth, traductisque omnibus quæ ad se pertinebant, remansit solus, & ecce vir iustabatur cum eo vsque mane, qui dixit ad eum, &c. 214  
**CAP. XXXIV.** Et ecce die tertio quando grauissimum vulnere dolor est. 124  
 Atreptis duo Iacob filij Simeon & Leui fratres Dinæ gladiis suis ingressi, &c. 147  
 Egressa Dina filia Lia vt videret mulierem illius regionis, quam cum vidisset Sichem filius Emor &c. ibid.  
 Adamauit eam & rapuit & dormiuit cum illa, vi oprimens virginem, &c. 147  
**CAP. XXXV.** Iacob conuocata omni domo sua ait, ascendamus in Bethel. 24  
 Iacob erexit tabernaculum iuxta turrem gregis. 167  
 Abiicite deos alienos qui in medio vestrum sunt, & mundamini ac mundate vestra vestimenta. 71  
 Mortua est Rachel, & sepulta in via quæ ducit Ephratam, quæ interpretatur fructifera. 213.  
**CAP. XXXVI.** Esau habitauit in terra Seir, regionis Edom. 251  
**CAP. XXXVII.** Confestim igitur cum peruenit Ioseph ad fratres, nudauerunt eum tunica talari & polymita, miseruntque in cisternam, &c. 149  
 Miseruntque eum in cisternam veterem quæ non habebat aquam. ibid.  
 Israel diligebat Ioseph super omnes filios suos, eo quod in senectute genuerat eum, fecitque ei tunicam polymitam. 301  
 Ioseph missus de valle Hebron venit in Sichem, & de Sichem in Dorthain. 148  
 Putabam nos ligare manipulos. 280  
**CAP. XXXVIII.** Per puerum Odolamitem misit hædum Thamar. 157  
**CAP. XXXIX.** Iniecit Domina oculos in Ioseph, &c. 306  
**CAP. XL.** Quod prosperis succedentibus oblitus est pincerna interpretis sui, &c. 245  
 In vniuerso orbe famēs præualuit, & tunc filij Iacob descenderunt in Ægyptum vt emerent sibi frumentum. ibid.  
 Quod

Quod succedentibus prosperis præpositus pincernarum oblitus est interpretis sui. 154  
 Vt educat me de isto carcere 336.  
**CAP. XLI.** Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ. 12. & 285  
 Obliuisci fecit me Dominus omnium laborum meorum. ibid.  
 Quæ erant deformes & confectæ maciæ, quæ deuorauerunt septem alias, quarum mira species & habitudo corporum erat. 145  
**CAP. XLIII.** Audiui quod triticum venūdetur in Ægypto, quare negligitis, &c. 325  
 Dixit Ioseph ad fratres suos, exploratores estis, vt videatis infirmiora terræ venistis. 236.  
**CAP. XLIII.** Dixit Iacob filiis suis, ite deferte viro munera, balsamum, mel, thus, myrrham, &c. 258.  
 Sumite de optimis terræ fructibus in vasis vestris &c. 326  
 Fratres Ioseph biberunt & inebriati sunt cum eo. 275  
 Ponite panes, quibus antepositis seorsum Ioseph & seorsum fratribus eius, &c. 20  
 Adducite fratrem vestrum minimum, &c. 326.  
**CAP. XLIV.** Accedens propius Iudas confidenter ad Ioseph ait, &c. 226  
**CAP. XLVII.** Dies peregrinationis meæ sunt parui & mali. 250  
**CAP. XLIX.** Simon & Leui fratres, vasa iniquitatis bellantia in consilium eorum non veniat anima mea. 124  
 Et in voluntate sua suffoderunt murum. ibid.  
 Ruben sicut aqua ne crescas, quare ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius. 287  
 Iuda te laudabunt fratres tui. 262  
 Lauabit in vino stolam suam & in sanguine vixæ pallium suum. 131  
 Ligans ad vineam pullum suum, & ad vitem asinam suam. 280  
 Isachar vidit requiem quod esset bona. 331  
 Iuda te laudabunt fratres tui. 157  
 Filius accrescens Iacob & pulcher aspectu. 312.  
 Asinus fortis Isachar, accubans in terminis, vidit requiem 13. & 228.

## LIBER EXODI.

**CAP. I.** Oderant Ægypti filios Israel & affligebant illudentes, &c. 145. & 282.  
 Pharaon præposuit filiis Israel magistros operum vt affligerent eos oneribus, ædificarentque vrbes tabernaculorum Pharaoni, Phiton & Ramasses. 212  
 Quanto magis opprimebantur filij Israel, &c. 341.  
 Quicquid masculini sexus natum fuerit, in flumen proiicite. 197  
**CAP. II.** Moyse percussit Ægyptium, & abscondit sub sabulo. 27. & 157  
 Qui fugiens de conspectu eius, moratus est in terra Madian. 242  
**CAP. III.** Hæc dices, qui est misit me ad vos. 190.  
 Ibinus viam trium dierum, pergemus in so-

litudine &c. 10. & 17.  
**CAP. IV.** Tulit Sephora acutissimam petram, & circumcidit. 291  
**CAP. V.** Ex eo quo ingressus sum ad Pharaonem vt loqueretur de nomine tuo, afflixisti populum tuum & non liberaisti eos. 25  
 Flagellati sunt qui præerant operibus. 134  
**CAP. VII.** Educam exercitum meum & populum meum de terra Ægypti. 164  
**CAP. VIII.** Digitus Dei est hic. 84  
**CAP. X.** Tribus diebus factæ sunt tenebræ in terra Ægypti, vbicumque autem erat lux. 28  
 Vespere scietis quod Dominus vos eduxerit de terra Ægypti. 182  
 Operuerunt vniuersam superficiem terræ. 145  
**CAP. XII.** Septem diebus fermentum non comeditis, &c. 168  
 Tulit populus farinam antequam fermentaretur, & ligans in palliis posuit super humeros, &c. ibid.  
 Cogebant Ægyptij populum exire velociter. 44.  
**CAP. XIII.** Vt daret tibi terram, fluentem lac & mel. 208  
 Erit quasi signum & appensum quid ob recordationem 287  
**CAP. XV.** Submersi sunt quasi plumbum, &c. 341  
 Submersi quasi plumbum in aquis vehementibus, descenderunt in profundum quasi lapis. 68.  
**CAP. XVI.** Vespere comedetis carnes, & mane saturabimini panibus. 290  
**CAP. XVII.** Cumque leuaret Moyses manus, vincebat Israel, &c. 326  
**CAP. XVIII.** Prouide de omni plebe potentes, rimentes Deum. 101  
**CAP. XIX.** Iam aduenerat dies tertius & mane incaluerat, & ecce cæperunt audiri tonitrua & micare fulgura, &c. 215  
 Iam aduenerat dies tertius, &c. 217  
 Vos ipsi vidistis quæ fecerim Ægyptiis. 191  
 Totus mons Synai fumabat eo quod descendisset Dominus super eum in igne, &c. 286.  
 Vade ad populum & sanctifica illum hodie & erat, lauentque vestimenta sua, & sint parati in diem tertium. 286  
 Cauete ne ascendatis in montem, ne tangatis fines eius, &c. 136  
**CAP. XX.** Non assumes nomen Dei tui in vanum. 27  
 Non ascendas ad altare meum per gradus, ne reueletur turpitudine tua. 243  
 Altare de terra facietis mihi. ibid.  
 Ego sum qui eduxi te de terra, &c. 333  
**CAP. XXI.** Quod si bos cornupeta fuerat ab heri & nudius tertius, & contestati sunt Dominum eius: nec reclusit eum, occideritque virum aut mulierem, & bos lapidibus obruetur, & dominam illius occident. 241.  
**CAP. XXII.** Si egressus ignis inuenerit spinas & comprehenderit aceros frugum, siue stantes segetes in agris, reddet damnus qui ignem succenderit. 88  
**CAP. XXIII.** Nō inibis cum eis fœdus. 43  
**CAP. XXIV.** Sub pedibus Domini erat quasi opus lapidis saphyri, &c. 9. & 310  
**CAP. XXV.** Respice & fac secundum exemplar

# Index Sacrae Scripturae.

# Index Sacrae Scripturae.

- plar quod tibi in monte monstratum est. 66.  
183. & 254.  
Facies candelabrum ductile de auro mundifimo, scyphos, &c. 298  
CAP. XXVIII. Facies altare holocausti de lignis serhim, quod habebit quinque cubitos in longitudine, & totidem in latitudine, &c. 243  
Facies & laminam de auro purissimo, in qua sculpes opere cælatoris sanctum Domino, &c. 286  
CAP. XXX. Sume tibi aromata primæ myrrhæ electæ. 123  
Facies labium & mare æneum cum basi sua ad lauandum, ponetque illud inter tabernaculum testimonij & altaris, &c. 62  
Sume tibi aromata, primam myrrham electam, cinnamomum, calamum, casiam & oleum. 168  
CAP. XXXIII. Miserebor cui voluero, & clemens ero, in quem mihi complacuerit. 210  
CAP. XXXIV. Apparuit facies Moyfi carmura. 268  
Impletis sermonibus posuit velamen super faciem suam. 131

## LIBER LEVITICI.

- CAP. I. Si de aibus holocausti oblatio fuerit Domino de turturibus & pullis columbarum, &c. 17  
Intestina & pedes lauabunt aqua. 20  
Detracta pelle hostiæ artus in frustra concident, &c. 16  
Sacerdos vesiculam gutturis & plumas proiciet prope altare in locum cinerum ad orientalem plagam. 157  
CAP. IV. Rogante pro eis sacerdote propitius eis erit Dominus. 210  
CAP. V. Si peccauerit anima. 87  
CAP. VI. Hæc est lex hostiæ pro peccato quæ immolabitur corâ Domino in sancto, &c. 185  
CAP. X. Homo qui obtulerit. 48  
CAP. XI. Et estote sancti, quia ipse sanctus est. *in op.* 8  
CAP. XIII. Cum color albus in cute fuerit & capillorum mutauerit aspectum, ipsa quoque caro viua apparuerit, lepra vetustissima iudicabitur. 21  
CAP. IV. Si sacerdos inuenerit creuisse lepram, iubebit erui lapides in quibus lepra est proijci eos extra ciuitatem 277  
Locutus est Dominus ad Moysem dicens: hic est ritus leprosi qui mundatus est. 22  
Vnum ex passeribus immolari iubebit. *ibid.*  
CAP. XV. Quicumque huiusmodi lepra erat maculatus, & ad arbitrium sacerdotis separatus, habebat vestimenta dissuta, caput nudum, &c. 276  
CAP. XVII. Omnis anima est in sanguine. 27  
CAP. XIX. Æqua sint pondera, iustus modius æquisque sextarius. 194  
Filiam tuam non prostituas. 22  
CAP. XX. Omnis oblatio quæ offertur Domino absque fermento. 16  
CAP. XXI. Dabo vobis pluuias temporibus suis, & terra gignet germen suum & pomis arbores replebuntur. 11  
CAP. XXII. Deber sumere spatulas fructus arboris pulcherrimæ spatulasque palmarum. 16

- CAP. XIII. Sumeris vobis fructus arboris pulcherrimæ, spatulasque palmarum & ramos ligni denfarum frondium, &c. 165  
CAP. XXVI. Dabo pacem in finibus vestris. 38  
Dabo vobis pluuias temporibus suis. 227

## LIBER NUMERORVM.

- CAP. V. Ingrediantur aquæ maledictæ in ventrem tuum, & putrefaciant semen tuum. 118  
CAP. VI. Benedicat tibi Dominus & custodiat te: ostendat faciem suam tibi & misereatur tui. *in op.* 86  
CAP. X. Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocare possis multitudinem. 323  
CAP. XI. Singuli per turmas signa atque vexilla & domos cognationum suarum castrametabuntur filij Israël per gyrum tabernaculi fœderis, &c. 287  
CAP. XII. Ascendite per meridianam plagam cumque veneritis ad montes considerare terram, &c. 325  
Moriatur anima mea morte iustorum. 268  
Attulerunt de terra promissionis vvas, scilicet & ficus, & malogranata. 223  
CAP. XVI. Quicumque tetigerit humanæ animæ morticinum, & aqua aspersus non fuerit, peribit de populo Israël. 41  
Ignem extinxit & iram Dei, ne in populum desuieret sedauit. 164  
Tolle thuribulum & hausto igne de altari mitte incensum desuper pergens citò ad populum ut roges pro eis, &c. 210  
CAP. XVII. Carnes erant in dentibus & ecce furor Domini concitatus in populum, &c. 112  
CAP. XVII. Ego Dominus ero pars eorum. 48  
CAP. XXI. Orietur stella ex Iacob. 64  
Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo. 111  
CAP. XXIV. Quam pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israël, &c. 254  
CAP. XXV. Fornicatus est populus cum filiabus Moab, quæ vocauerunt eos ad sacrificia sua. 207  
Phinees arrepto pugione confodit fornicantes in genitalibus. 157  
CAP. XXXI. Offerimus in donariis periscelides. 72

## LIBER DEUTERONOMII.

- CAP. I. Ita paruum ut magnum audieritis, nec accipietis personam cuiusquam, quia Dei iudicium est. 101  
CAP. II. De terra Chanana venimus, quæ formosa erat inter omnes terras. 326  
Omnis locus quem calcauerit pes vester, &c. 345  
CAP. III. Nunquid non ipse est Dominus Deus tuus, qui, &c. 44  
CAP. VI. Ligatis ea quasi signum in manu tua. 70  
Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruias. 38  
Diliges Dominum Deum tuum de toto corde

- de tuo & de tota anima, &c. 332  
CAP. VII. Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile. 19  
Non inibis cum eis fœdus, nec sociabis cum eis coniugia, neque misceberis eis. 101  
Filiam tuam non dabis filio eius. 90  
CAP. X. Et nunc Israël quid Dominus Deus tuus petit à te, &c. 329  
CAP. XII. Lataberis & reficiaris coram Domino Deo tuo in cunctis ad quæ extenderis manum tuam. 47  
CAP. XVI. Omnino mendicus indigens non erit inter vos. 76  
Oblationem spontaneam offeres iuxta benedictionem Dei tui ex vobis hostiam. 41  
CAP. XIX. Tres ciuitates separabis tibi in medio terræ quam Dominus tuus, &c. 66  
CAP. XXII. Dicens tribus vicibus per annum apparebit maculus tuus in conspectu Domini Dei tui in loco quem elegerit, &c. 16  
CAP. XXIII. Præceptum fuit in lege ut manser non ingrederetur in templum Domini. 239  
CAP. XXV. Tolle mulier calcamentum. 38  
CAP. XXVI. Elegisti Dominum hodie, &c. 330  
CAP. XXVIII. Percutiat te Deus egestate. 12  
Eo quod non seruias Domino Deo tuo, in gaudio cordis & lætitiâ, propter rerum omnium abundantiam, seruius inimico tuo, & pones iugum ferreum super ceruicem tuam. 280  
Fructus terræ tuæ & labores tuos comedat populus, &c. 329  
CAP. XXX. Mandatum hoc non supra te est, &c. 329  
CAP. XXXI. Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos expandit alas suas. 49  
Quod præcipio tibi tantum facito hoc, nec addas, nec diminuas. 89  
CAP. XXXII. Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile. 137  
Deum qui te genuit dereliquisti. 80  
Vua eorum vua fellis & botrus amarissimus. 78.  
Inuenit eum in terra deserta. 336. & 337.  
Ipsi me prouocauerunt in eo qui non erat Deus. 304  
Mea est ultio, &c. 348  
Ut sugeret mel de petra. 258  
CAP. XXXIII. Nethralim abundantia perfructur & plenus erit benedictione Domini, mare & meridiem possidebit. 30  
De pomis fructuum solis, & lunæ terra Ioseph repleatur. *ibid.*  
Qui dixerit patri suo matrique. 339  
Lætare Zabulon in exitu tuo & Isachar, in tabernaculis. 285  
Viuat Ruben & non moriatur & sit paruus in numero. *ibid.*  
Inundationem maris quasi lac sugent. 12  
Ferrum & es calcamentum eius. 308  
CAP. XXXIV. Moyses ascendit de campestribus Moab in montem Nebe, & ibi mortuus est coram Domino. 157

## LIBER IOSVE.

- CAP. I. Omnis locus quem calcauerit pes

- vester, &c. 321  
CAP. II. Innoxij erimus à iuramento quo adiurasti nos, si ingredientibus nobis terram, signum non fuerit funiculus iste coccineus in fenestra. 195  
Ite considerare urbem terramque Hierico. 236.  
CAP. VII. Anathema in medio tui Israël. 256  
CAP. VIII. Præparate vobis cibaria, quoniam post diem transibis Iordanem. 39  
Leua manum ad clypeum qui in manu tua est, contra urbem Hay, quoniam tradam eam tibi, &c. 228  
CAP. IX. Dedit tamen Deus leges de transgressionibus & ista sunt seruandæ. 41  
Grando læsit linum, &c. 318  
CAP. XIII. Sors Iudæ pertranxit in Syn. 309  
CAP. VII. Ascende in siluam, & succide tibi spatia in terra Pherezæi. 68

## LIBER IVDICVM.

- CAP. I. Axa sedens super asinam fleuit pro irriguo superiori. 296  
CAP. III. In manu mulieris Zezabel, id est, ascendentis in Deum tradere Sifaram. 38  
CAP. IV. In hac vice victoria non reputabitur tibi, quia in manu mulieris tradetur. 79  
CAP. V. Quare habitas inter duos terminos ut audias sibilos gregum. 228  
Ut audiat sibilos gregum. 13  
Qui propria volutate obtulistis vos discrimini benedicite Domino, qui ascendistis super nitentes asinos. 22  
CAP. VI. Si ros in solo vellere fuerit, & in omni terra siccitas, sciam quod per manum meam liberabitur Israël. 227  
CAP. VII. Clangite & conclamate. 302  
CAP. VIII. Hierobaal filius Ioah habuit 70. filios, eo quod plures vxores habuit. 221  
CAP. IX. Qui vocauit citò armigerum suum & ait ad eum, euagina gladium tuum & percute me, &c. 273  
Et appropinquant ostio ignem sponere nitentur, & ecce mulier vnum fragmen molæ desuper iaciens illis capiti illius, &c. 262  
Vmbra montium vides quasi capita hominum, & hoc errore deciperis. 117  
Egrediatur ignis de rammo, & deuoret cedros Libani. 261  
CAP. XIII. Per manum femine percussit illum Dominus Deus noster. 79  
CAP. XIV. Si non errassetis in vitula mea, non inuenissetis propositionem meam. 221  
CAP. XV. Percussit Samson Phylistæos ingenti plaga, ut stupentes suram femori imponerent, 240.  
CAP. XVI. Si septem nerveis funibus nec dum siccis ligatus fuero, tunc infirmus ero ut cæteri homines. 56  
CAP. XIX. Occidit enim sol cum esset iuxta Gabaa. 61

## LIBER RVTH.

- CAP. II. Locutus es ad cor ancillæ tuæ. 265  
Intinge buccellam tuam in aceto. 285  
CAP.

# Index Sacrae Scripturae.

CAP. III. Expande pallium quo operitis, & tene utraque manu, qua extendente & tenente mensus est sex modios, & posuit super eam. 196

## LIBER PRIMVS REGVM.

CAP. I. Anna lactauit filium suum donec amoueret eum à lacte, &c. 223  
Domine exercituum si dederis serua tuam sexum virilem, dabo eum Domino omnibus diebus vitae eius. 202  
CAP. II. Donec sterilis peperit plurimos, & quae multos habebat filios infirma est. 269  
Veniebat puer sacerdotis habens fuscinulam tridentem, & tollebat carnes crudas. 220  
CAP. III. Heli iacebat in loco suo, & oculi eius caligauerant, nec poterat videre lucernam Domini antequam extingueretur.  
Commota sunt quippe viscera eius super filio suo. 224  
Ego faciam verbum in Israël 83  
Qui videre non poterat lucernam Domini. 124  
CAP. IV. Arca foederis Domini exercituum super Cherubim venit in castra, quae capta à Philistaeis est. 124  
CAP. V. Dagon iacebat in terra coram arca Domini, caput autem eius, & duae palmae erant abscissae super limen, &c. 221  
CAP. VI. Philistim tollentes duas vaccas iunxerunt ad plaustrum & posuerunt arcam Dei super plaustrum nouum. 209  
CAP. XI. Quod ingressus Saul media castra filiorum Ammon in vigilia matutina percussit Ammon usque dum incalcesceret dies. 28  
Ascendit Naas, Ammonites & pugnavit contra Iabes Galaad. 225  
Erit vobis salus cum incaluerit sol. 58  
CAP. II. Tu fecisti in abscondito, &c. 186  
CAP. XIII. Si faber ferrarius non esset in Israël inuentus, sed filij Israël descendissent ad Philistim ad exacuendum vomerem suum & ligonem, &c. 192  
Et reduxit eum secum in domum suam, & comedit panem, & bibit aquam, &c. 213  
CAP. XIV. Vocatus Absalon intrauit ad regem, & adorauit super faciem terrae coram eo, & osculatus est rex Dauid Absalon. 271  
Mulier Thecuis ingressa fuit ad Regem, quærunt scintillam meam extinguere quae dicta est. 272  
Omnes morimur & quasi aqua dilabimur, &c. 435  
CAP. XVI. Reliquus est paruulus qui pascit, &c. 190  
Viquequo tu luges Saul? 227  
CAP. XVII. Egredius est vir spurius de castris Philistinorum nomine Goliath altitudine sex cubitorum, &c. 150  
Leonem & vrsu interfecei ego seruus tuus. 153  
CAP. XVIII. Dixit Saul ad mulierem Pythonissam, diuina mihi in Pythone, & suscita quem dixeris, dixit mulier quem, &c. 223  
CAP. XIX. Surrexit Dauid & sedit in porta, & omni populo nunciatum est, quod rex sederet in porta, &c. 226  
CAP. XXII. Conuenerunt ad Dauid omnes qui erant in angustia constituti, &c. 226  
CAP. XXV. Festinauit & surrexit Abigail, &

ascendit super asinum, & quinque puellae pedisequae eius, &c. 196. & 222.  
Erit anima Domini mei custodiat, &c. 339  
Erat vir quispiam in solitudine, Naom & possessio eius in Carmelo, & homo ille magnus nimis, &c. 219  
CAP. XXVI. Tulit hastam Dauid, & scyphum aquae, quae erant ad caput Saul, &c. 222.  
Leua oculos tuos in circuitu, &c. 184  
CAP. XXVIII. Necessitate compulsus descendit ad Pythonissam, quae erat in Endor. 214  
Quod Ioab occurrit Amasae. 37  
CAP. XXX. Puer Aegyptius seruus viri Amalecitarum contemptus à domino suo & dimissus aegrotare cepit, quem Dauid inuenit & parauit, &c. 225  
Amalecitarum imperum fecerunt à parte australi in Siceleg, & percusserunt Siceleg, &c.  
CAP. XXXIII. Quod emortuum est cor Nabal intrinsecus, & factus est quasi lapis. 14  
Filij Israël super Saul flete, qui vestiebat vos coccino. 302

## LIBER II. REGVM.

CAP. I. Fecitque sibi currum & equites & quinquaginta viros qui ante eum currerent. 242  
CAP. II. Salomon interfecit Adoniam, Semei, & Ioab, Adonias filius Aggith, eleuabatur dicens, &c. 242  
Pater mi, pater mi, currus Israël, & auriga eius 240.  
CAP. III. Non deficiat de domo Ioab fluxum feminis sustinens, &c. 229  
Venerunt duae mulieres meretrices ad regem Salomonem. 235  
Ioab occidit duos principes exercitus Israël, Abner filium Ner, & Amasan filium Gethel. 229  
CAP. IV. Salomon disputauit super lignis à cedro quae est in Libano, usque ad hyssopum: & disseruit de iumentis volucribus, &c. 234  
Helias reperit Helisaeum filium Saphat arantem in duodecim iugis bouum, & ipse in duodecim iugis bouum arantibus vnus erat, &c. ibid.  
CAP. VI. Bennadad rex Syriae congregauit vniuersum exercitum suum & ascendit & obsedit Samariam, &c. 244  
Extendit manum Oza ad arcam Dei, & tenuit eam, quoniam calcitrabant boues & declinauerunt eam, &c. 230  
Ludam autem Dominum & vilior fiam plusquam factus sum, & ero humilis in oculis meis. 18  
CAP. VII. Prohibuit Dominus ne Dauid aedificaret templum. 233  
Quod in vasibus templi erant sculpta Cherubin, leones, boues, & lora dependentia. 240.  
CAP. VIII. Manus Domini facta est super Heliam, accinctisque lumbis currebat. 240  
CAP. IX. Ne timeas, quia faciens faciam tecum misericordiam propter Ionatham patrem tuum, & restituiam tibi omnes agros Saul patris tui, &c. 230  
CAP. X. Classis regis Salomonis per mare ibat in Tharsis deferens inde aurum & argentum dentes elephantorum, simias & pauos. 236  
Fecit rex Salomon thronum ex ebore grandem

# Index Sacrae Scripturae.

dem, & vestiuit eum auro, & habebat sex gradus. 237  
CAP. XI. Deprauatum est cor Salomonis per mulieres. 80  
CAP. XIV. Porro sicut Absalon non erat vir pulcher in omni Israël & decorus nimis, &c. 231.  
Omnes labimur sicut aqua. 158  
CAP. XV. Quod omnis populus & vniuersi bellatores à dextro & sinistro, à latere regis Dauid incedebant, &c. 22  
Quod rex Dauid transgrediebatur torrentem Cedron, &c. 233  
CAP. XVI. Ingressus palatium succendit se cum domo regia, & mortuus est in peccatis quae fecerat. 245  
Semei maledixit regi Dauid, dicens, egredere vir sanguinum, &c. 241  
CAP. XVII. Machir filius Amihel de Lodabar & Berzellai Galaadites dederunt Dauid stratoria & tapetia, & vasa stibilia, &c. 231  
CAP. XVIII. Helias ascendit in verticem Carmeli, & pronus in terram posuit faciem suam, inter genua sua, & dixit ad puerum suum, &c. 239  
Helias dixit prophetis Baal, eligite vobis bouem vnum. 243  
Tulit Ioab tres lanceas in manu sua, & infixit eas in cor Absalonis.  
CAP. XIX. Veni vt requiescas mecum securus in ciuitate Hierusalem. 231  
Viquequo siletis. 74  
CAP. XXIII. Ad tres primos non peruenerat 72.

## LIBER III. REGVM.

CAP. I. Mulieres auerterunt cor Salomonis. 147  
CAP. II. Dixit Hieroboam uxori suae surge & commuta habitum ne cognoscaris quod sis uxor Hieroboam, & vade in Sylo ubi est Achias Propheta, &c. 250  
Procul recedam à sanctuario meo. 304  
CAP. IV. Caput meum doleo. 311  
Quod Miphiboseth claudus erat utroque pede. 5  
CAP. VI. Salomon aedificauit templum ex tribus. 58  
Nunquid scitis quod miserit filius homicidae huc, vt praecidatur caput meum? 115  
CAP. VII. Intonuit Dominus fragore magno super Philistaeos 273  
CAP. VIII. Percussit Dauid Philistim & humiliavit eos, & tulit foenum tributi de manu, &c. 297  
CAP. IX. Depinxit oculos suos stibio, & ornauit caput suum, & respexit per fenestram. 595  
CAP. X. Iehu, nunc igitur omnes prophetas Baal, & vniuersos seruos eius, & sacerdotes vocate ad me. 269  
Verus est sermo quem audiui in terra mea, &c. 255  
CAP. XII. Digitus ille minimus qui est grossior patris eius. 83  
CAP. XIII. Latrunculi autem de Moab uenerunt in terram ipso anno, quidam autem sepeientes homines, &c. 106  
Orto sole ex aduerso aquarum viderunt Moabitas e contra aquas rubras quasi sanguinem, &c. 307

Aedificauit murum per circuitum. 78  
CAP. XIV. Zelo zelatus sum pro Domino. 60  
CAP. XVII. Hydria farinae non deficiet, & lecythus olei non minuetur. 320  
Lauauerunt currum eius in piscina Samariae. 62  
CAP. XVIII. Vade contra orientem, & abscondere in torrente Carith, qui est contra Iordanem. 110  
Beati oculi qui vident quae vos videtis! 270  
CAP. XX. Custodi mihi virum istum, quasi lapsus fuerit, erit anima tua, pro anima eius aut talentum argenti appendes. 293  
Dixit Ezechias ad Isaiam, quod erit signum, quod Dominus me sanabit, & quod ascensus sum tertia die templum Domini, &c. 250  
Ezechias conuertit faciem ad parietem, & orauit Dominum & fleuit. ibid.  
CAP. XXI. Tertium quoque bellum fuit in Gob contra Philistaeos, &c. 301  
CAP. XXII. Qui cum audisset verba libri legis Domini, scidit vestimenta sua, & percussit foedus cum Domino. 251  
CAP. Vlt. Non prophetauit mihi bonum, sed malum omni tempore. 63


Nec tantum in specie Seraphicâ [Christus] illi apparere debuit, sed veluti cruci affixus: ut aperte innueretur, quod non cælestis spiritus illa stigmata imprimebat, sed ille, qui pro nostra salute crucifixus est, atque ex Seraphico ardore cordis eius, Christum in crucifixi similitudinem transformabat. *De Euang. aetern. serm. 60. art. 1. c. 1.*

*Ibidem.*

Nec recolo me legisse, nec reperisse aliquid aliud immediatè fabricatum à manibus Iesu Christi, quod ab Ecclesia fuerit approbatum, nisi hos clauos, & stigmata hæc sacra. *Art. 2. cap. 3.*

*Idem.*

*In Ecclesia militante.*

Tanto amore, tanto feruore, tantoque ardore transformatus in crucifixum Iesum, ut miraculo omnibus inaudito sæculis, benignitas Saluatoris in carne illius imprimeret similitudinem suæ sanctissimæ Passionis; constituens eum vexilliferum in noua remuneratione crucifixionis eius. *De Euang. aetern. serm. 60. initio.*

*Idem.*

Sicut B. Franciscus fuit vexillifer Iesu Christi

in Ecclesia militante, sic post resurrectionem (secundum Doctores) remanentibus in corpore suo prædictis signis, vexillifer erit in Ecclesia triumphante. *Art. 2. cap. 3.*

*In Ecclesia triumphante.*

*S. Antoninus, Ordinis S. Dominici, Archiepiscopus Florentinus.*

Quia videbatur extincta memoria Passionis Christi in mentibus hominum, præ tepiditate eorum voluit Dominus excitare, & incalescere hanc recordationem, per impressionem manifestam cicatricum in corpore beati Francisci. *Hist. par. 3. tit. 24. cap. 1. §. 3. Guliel. Pepin. serm. de sancto Francisco.*

*Ad renouandum crucis Christi memoriam*

*Iacobus à Voragine, Ordinis sancti Dominici, Episcopus Iannensis.*

Christus ante primum aduentum, qui erat misericordiæ, præmisit Angelum, scilicet B. Ioannem Baptistam: ante verò secundum aduentum suæ iustitiæ, præmisit alterum Angelum, scilicet B. Franciscum. *Serm. de S. Francis. Idem.*

*Matth. 11. Alter Angelus S. Franciscus.*

Venit enim S. Franciscus portans secum tres radios; scilicet, radium doctrinarum; per quem illum inuit obscuros: radium exemplorum; per quem inflammauit tepidos: & radium miraculorum; per quem conuertit obstinatos. Ipse enim excussit ignorantiam in erroneis, radio doctrinarum; negligentiam in tepidis, radio exemplorum; & duritiam in obstinatis, radio miraculorum. *Serm. 2. de S. Francisco.*

*Idem.*

Habentem signum Dei viui. Istud signum portauit in corde, per amoris vulnerationem. In corpore, per macerationem. In parte, per stigmatum impressionem. *Serm. 2. de S. Francis.*

*Habens signum Dei viui.*

*Henricus de Urimaria, Ordinis Eremitarum S. Augustini.*

Ipse enim habuit tres radios, quibus totum mundum illuminauit: quia radio doctrinæ illuminauit obscuros; radio beatorum exemplorum excitauit tepidos; & radio miraculorum illustrauit & conuertit obstinatos. Et idè de ipso verificatur quod scribitur in Ecclesiastico, \* Tripliter Sol exurens montes, radios igneos exulfans, & refulgens. Nam radio doctrinæ fugauit ignorantiam: radio exemplorum in tepidis fugauit negligentiam; & radio miraculorum fugauit obstinationem & duritiam. *Serm. 3. de sancto Francisco.*

*Eccle. 34.*

Prophetam etiam Zachariam de vtroque sancto illa eructasse verba: *Assumpsi mihi duas virgas; unam appellauit decorem, alteram funiculum, & paui gregem.* Probat Antonius Florentinus hanc subdens Ioachimi Abbatis expositionem. [Virgæ duæ, sunt duo Ordines Mendicantium, virgæ rectæ, sanctitate exiles, & graciles austeritate, percutientes doctrinæ auctoritate. Decor est ordo Prædicatorum per habitum decorum, quasi Prælatorum designatus. Funiculus dicitur ordo Minorum, quia funiculo manifesto cinguntur. Et sequitur: *Et paui gregem*, id est, populum Christianum, doctrina eorum] Vtriusque huius virgæ mutuam, & amicam excellentiam largius profequitur Marianus Florentinus in Prologo sui Facisculi Chronicorum. Præclarum est illud Ioannis Apostoli de Francisco vaticinium, dum sub sexto sigillo ait, se vidisse alterum Angelum ascendentem ab ortu Solis, habentem signum Dei viui. Subjungo huius visionis ex Bonauentura expositionem.

[Apostoli & Euangelistæ Ioannis vaticinatione veridica, sub similitudine Angeli ascendentis ab ortu Solis signumque Dei viui habentis, Franciscus astruitur non immerito designatus. Sub apertione nâque sexti sigilli; Vidi, ait Ioannes in Apocalypsi, alterum Angelum ascendentem ab ortu solis habentem signum Dei viui. Hunc Dei nuncium amabilem Christo, imitabilem nobis, & admirabilem mundo, seruum Dei fuisse Franciscum, indubitabili fide colligimus, si culmen in eo eximie sanctitatis aduertimus, qua inter homines viues, imitator fuit puritatis Angelicæ, qua & positus est perfectis Christi sectatoribus in exemplum, ad quod quidem fideliter sentiendum & pie, non solum inducit officium, quod habuit vocandi ad fletum, & planctum, caluitrium, & cingulum sacci signandique Tau super frontes virorum gementium & dolentium, signo pœnitentialis Crucis, & habitus cruci conformis. Verum etiam irrefragabili veritatis testificatione confirmat signaculum similitudinis Dei viuentis Christi videlicet crucifixi, quod in corpore sapius fuit impressum, non per naturæ virtutem, vel ingenium artis, sed potius per admirandam potentiam spiritus Dei viui.] Nihil autem mirum si Seraphicus Doctor ita intelligendum esse hunc locum indubitabili fide se colligere dicat, dum vt refert Pisanus, id per reuelationem sibi factam in Portiunculæ ædicula apud Assisium accepit, nec sibi soli, verum & aliis hoc certo reuelatum esse testatus est in Comitij generalibus Fratrum Parisijs, si Bernardino Senensi credamus. [Prædicans, inquit, in ipso Capitulo, cum maximo feruore asseruit se certissime scire per reuelationes indubitabiles, & solemnes factas talibus personis, quæ de hoc non poterant dubitare, quod Beatus Franciscus erat singulariter Angelus sexti signaculi & quod ad literam de ipso, atque illius statu & ordine intellexit Euangelista Ioannes atque in spiritu eum vidit, quando protulit, dicta verba, nec non & filiorum seruorum perfectè imitantium Christum, collegium in omnibus senarijs libri Apocalypsis clarius intellexit.] Similiter visionem hanc explicat Leo X. Iacobus à Voragine, & multi alij quorum verba & sententias referunt Sedulius citatus, & R. P. Antonius Dacia in suo de Stigmatibus libello.

Demum Ioachimus Calaber institutor & Ab-

bas Monasterij Florentis, multa prædixit de his duobus Patriarchis pluribus annis, antequam nascerentur, vt habent Guliel. Pepin. & Sedulius vnum offero ex eiusdem libro de Concordia vtriusque testamenti.

*Triub. de scriptor. Eccles. Pepin. ser. 2. de S. Fr. Sedul. li. 3. apol. c. 2.*

[Erunt (inquit) duo viri; vnus hinc, alius inde, qui duo Ordines interpretantur; vnus Italus, & alter Hispanus; & post ipsos duos Ordines: veniet alter Ordo sacris vestitus, sub cuius tempore apparebit filius iniquitatis, qui dicitur Antichristus.

Et sequitur. [Breuissimum est tempus ipsius, scilicet Tertij Ordinis, sicut Breuissimi sunt dies Antichristi successoris sui. Ordo enim Minorum vsque ad nouissima tempora duraturus, per mare Aquilonare transibit, aspera pascua gustabit. Regina Austri proteget & fouebit eam in amaritudine sua. Flumen Euphratem transibit, & vndam & impetum eius sua prædicatione mitigabit, aspera reducentur in planum sermone eius. Terra falguginis, id est, Aegypti, ad Dominum conuertetur per eum.

In eadem terra secure Euangelium prædicabit; multæ gentes per ipsum Ordinem ad Dominum conuertentur. Gens idololatra, cuius lingua ignorabitur, quæ, de finibus terræ veniet missa à Deo, in adiutorium terræ promissionis; & vt ipsa agnoscat Deum Patrem omnipotentem, & Filium eius vnicum Dominum nostrum Iesum Christum, ad fidem Catholicam conuertetur, futurum est etenim vt ordo Minorum viriliter se opponat contra mortis Angelum, & contra eum prædicando plures, & maxima multitudo de filiis ipsius Ordinis Martyrio ad Dominum transibit, sicut dictum est per Dauid Prophetam: *Posuerunt mortalia seruorum tuorum escas volatilibus calicem carnes sanctorum tuorum bestijs terre.* Gaudebunt in canticis suis, id est in prædicatione omnes tribus terræ, & gens immunda Mahometica, quæ remanebit, & hi qui residui erunt, ad Dominum conuertentur.] Plura etiam in commentarijs ad Apocalypsim prædixit de Ordinibus Mendicantibus, quorum veritatem rei probauit euentus.

*Psal. 78.*

Exprimi etiam curauit opere mussiuo in æde D. Marci, Venetarum præcipua, ipsos harum religionum futuros fundatores, eo habitu & vestitu quem postea assumpserunt, suisque sectatoribus præscripturi erant, dum tamen adhuc nec quempiam illorum viderit, nec illi adhuc excelsissent ex ephebis, vel recens fuerint nati, vel breuiter nascituri: communior est opinio harum imaginum præfigurationem illorum ortum præcessisse, idque indicat auctor horum carminum, quæ ex Rodolpho transcripti.

*Aique prius fuerit quam mundo exortus in æde. Que Marci titulo nulli toto orbe secunda est, Extat apud Venetos, longis expressus ab annis.*

B. Dominico subscripsisse hæc Græca verba, *ἄγιος δούλος*, ait B. Antonius, & B. Franciscus, postea à Christo recipiendas quinquorū vulnerum plagas addidisse habet Pisanus citatus; apud quem plura de his vaticinationibus prolixius licebit videre. Aliquos etiam referunt Ioan. Gerson, & Ioan. Anton. Flaſminius in vita B. Dominici.

*Zach. 11. Anton. 3. p. hist. tit. 23. c. 1. §. 1.*

*Apoc. 7.*

*Isaia 21. Ezecch. 9.*

*Pisan. cit. conf. 31.*

*Bern. t. 2. serm. 60. edit. 1.*

*Leo X. in Bull. unio. Iac. à Voragine. 2. de S. Francis.*

# Elogia

Idem.

Per hoc enim conformabatur Deo viuo, quod stigmata Iesu Christi, per biennium in corpore proprio portauit, quæ bene erant signum Dei viui: quia per hæc Christus ostendit discipulis: se verè viuere post passionem suam, cum diceret; Videte manus meas, & pedes meos, quia ego ipse sum; quod quidem signum Dei, in hoc euidenter apparuit, quod beatus Franciscus fuit sigillatus bulla summi Pontificis, & consignatus vexillo, & caractere summi regis, per impressionem deifici stigmati. *Serm. 3. do S. Franc.*

Lucæ 24.

Quis prodigiosorum stigmatum illorum & clauorum fabricator *Exod 34. 2. Cor. 3.*

Stigmata illa quinque vulnera facere.

Sanguine manantia semper.

*Pelbartus à Themessuar, Ordinis Minorum.*

Signum magnum & singulare, omni veneratione dignum: utpote digito Dei viui descripta imago crucifixi, non in tabulis lapideis, sed carneis, hoc est, in corpore beati Francisci Si enim Iudæi venerabantur Moysen, & tabulas in quibus digito Dei, vel ministerio Angelico descripta erant præcepta Decalogi: quanto magis debemus nos venerari beatorum Franciscum, in cuius carne ipse Christus tam mirabiliter descripsit suorum vulnerum imaginem, ad salutarem utilitatem totius Ecclesiæ? *Serm. 2. de S. Franc.*

*Alexander Papa IV.*

Hæc igitur mira & decora nouæ demonstrationis indicia, magnæ debent esse deuotioni, diuitiæ Christianis, & inestimabiles Religionis delitiæ, in spiritualibus conuiuuiis Ecclesiæ Orthodoxæ. *In bulla de Stigmatibus S. Franc. cui initium; Benigna diuina operatio voluntatis, in firmam. trisum Ordin. part. 2.*

*Dionysius Rikelius, Ordinis Carthusiani.*

Ego stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. Hæc verba S. Paulus in propria dixit persona ad literam, quæ excellentissimo Confessori, beatissimo Patri Francisco valde sublimiter competunt: quoniam quinque vulnerum Christi impressuras, seu stigmata, quæ erant realiter vera vulnera, in suo corpore accepit ac tulit, *Serm. de S. Franc.*

*I. Baptista Mantuanus, Ordinis Carmelit.*

Christi ante oculos patientis imago Semper erat; plagas & verbera mente ferebat. Et quas mente tulit, Deus apparere figuras, Illius in membris voluit: nam vulnere pectus, Vulnere signauit palmas, & vulnere plantas. Sicut ab Assyria veniens regione futurum Angelus admonuit Laterani in lumine templi. *Lib. 10. Façtor. S. Franc.*

*Robertus à Licio, Ordinis Minorum, Episcopus Aquinatensis.*

Stigmata S. Francisci fuerunt miraculosa, ratione vitæ. Non enim potuisset per naturam viuere duobus annis, plagatus in quinque locis spasmus, ex quibus continuè fluebat sanguis cum dolore vehementissimo, non solum corporis, sed & cordis, ex memoria passionis Dominicæ. Neque vsus est præ toto tempore illo, aliquo vnguento vel medicina: sed tantum pannis

restringebat sanguinem emanantem, quem sexta feria libere prodire sinebat. Et quod miraculum auget, erant illæ plagæ odore fragrantissimæ; ex quibus nulla vniquam putredo, aut immunditia profluit. *Serm. de Stigm. sancti Francisci, cap. 2.*

Idem.

Nam sicut de Martyribus refert B. Augustinus, quod resurgent cum cicatricibus, quæ ad ornatum faciunt & decorem corporum, non ad aliquam deformitatem: ita piè tenere possumus quod S. Franciscus cum illis signis, cum quibus ex hac vita discessit, ad vitam immortalem resurget. *Serm. de Stigm. S. Franc. cap. 2.*

*Iacobus à Voragine, Ordinis sancti Dominici, Episcopus Ianuensis.*

Christus dedit B. Francisco stigmata, tanquam arma sua, vexilla sua, & testimonia sua: ipse namque erat miles Christi, signifer Christi, legatus Christi, & præco Christi. *Serm. 1. de Stigm. S. Franc. sine 3. de S. Franc.*

S. Francif. miles Christi.

*Alexander Papa IV.*

Extremo iam instante sæculi senectutis interitu, ostendit excessus regis, militem, regis militibus insignitum: ut regis aciem iam labentem, iamque ab hostibus fugientem defenderet, & certamen victoriosum triumphatoris superni, verbis & actibus, hostibus aggredientibus prædicatum. *Apud S. Bernardinum à Senis, de Euang. ætern. serm. 60. cap. art. 1.*

*Henricus ab Vrmaria, Ordinis Eremitarum S. Augustini.*

Fuit enim miles & vexillifer ipsius Christi: & ideo præcessit aciem expeditorum militum, fratrum scilicet, suam vitam & Regulam sequentium, portans vexillum summi Regis, quo potestates aereæ fugantur, & Christi milites in actibus bellicis confirmantur. *Ser. 3. de S. Franc.*

Signifer Christi.

*Gregorius Papa IV.*

Caput draconis vltimum Vltrem ferens gladium Aduersus Dei populum Excitat bellum septimum. Contra cælum etigitur, Et nititur attrahere Maximam partem syderum, Ad damnatorum numerum. Verum de Christi latere Nouus legatus mittitur; In cuius sacro corpore Vexillum crucis cernitur. Franciscus princeps inclytus Signum regale baiular, Et celebrat concilium Per cuncta mundi climata, Contra draconis schismata, Acies trinas ordinat Expeditorum militum: Ad fugandum exercitum, Et tres catervas dæmonum. Quas draco semper roborat. *Apud Bartol. Pisanum Conform. fruct. 2.*

Aduersum draconem fortiter pugnaans.

Legatus Christi.

# In sanctum Patrem Franciscum.

*Hartmannus Scheydel.*

Nouerat antiquus hostis hunc ordinem in Ecclesia Dei admodum profuturum: ideo obtulit, ut ad nihilum redigeretur. *Sexta atate mundi.*

*Iacobus à Voragine, Ordinis sancti Dominici, Episcopus Ianuensis.*

Præco Dei & Christi.

Quia erat præco Dei, dedit ei stigmata, tanquam signa, vel testimonia sua: ut ab omnibus præco Dei cognosceretur, & verba illius, quasi ex ore Dei reciperentur. *Serm. 3. de S. Francif. qui primus est de stigmatibus eius.*

*Philippus Diez, Ordinis Minorum.*

O si Deus nobis plurimos viros sanctos, spiritualisque ac cælestis sapientiæ gnaros concederet: quantam in animabus nostris operationem facerent! Vnus olim concionator vniuersum mundum conuertebat: nunc autem vix tot concionatorum prouentum experimur. Seraphicus Pater noster Franciscus tanta spiritus efficacia dicitur prædicasse, ut aliquando contigerit, finita concione, ad eum triginta viros habitum eius petituros sese contulisse; quibus omnibus ipse concessit. Et in quodam Capitulo, quod in S. Maria de Portiuncula celebravit, tanto, tamque feruenti spiritu, de mundi contemptu concionatus est, ut illo sermone, innumeri ad huius sanctæ religionis habitum suscipiendum fuerint conuersi; peractaque concione, ex illis, quingentos nouitios receperit. *Con. 4. de S. Francisco.*

*Franciscus Bencius è Societate Iesu.*

Sanctum patrem, spirans Christi expirantis imago. Tempore quam nullo doleat vlla dies. Quas etenim fers ipse manus, fers ipse pedesque. Has tulit ille manus, hos tulit ille pedes. Nec minus & teli transfixum cuspide pectus, Quale tibi patulo pectore vulnus hiat. Cuncta estis similes, illum qui fortè verentur Reddere, te saltem cur imitentur habent. *Apud Thom. Bozium, l. 15. de signis Eccl. signo 90.*

*Alexander Papa IV.*

Grande miraculum.

Grande ac singulare miraculum, quo beatum Franciscum, omnium Sanctorum splendor, & gloria, Dominus Iesus Christus mirabiliter decorauit. *In Bulla, cui in hoc idem initium. In firm. trium Ord. tract. 1. part. 2.*

*Baptista Fulgosius.*

Quam ingentem perfectæ virtutis prærogatiuam, atque minimè dubium argumentum, Franciscus Assisio vrbe natus, à Deo tulit! Nec verò id dico, quia in Sanctorum numerum relatus fuerit; id enim etiam ad alios pertinere videmus: sed quod præcipuo Dei munere dignus, & factus, & iudicatus est, qui viuens in corpore suo veram certamque vulnerum pertulerit formam, vnde humani generis absterfa labe vita prodiit mortalibus, quos primi parentis error in æternum peremerat. Ita autem fuisse, præter-

quam quod res ipsa inspiciebatur, Alexander quoque quartus, Gregorius Nonus, Nicolaus Tertius, Apostolica auctoritate testati sunt. O singulare munus, gratiaque diuinitus infusa! O vnica rerum excellentissimarum excellentia! Ferre Franciscum in corpore suo, ita ut inspicere tan-gique possent signa illa, quibus pretium conferri nullum potest: in quibus iuncta Diuinitati humanitas, dum per ea mortem accepit, salutem vitamque terrarum orbi peperit. *Lib. 8. façtorum dictorumque memorabil. cap. 10.*

Stigmata S. Francisci munus singulare.

*Robertus Bellarminus, Societatis Iesu.*

Hoc signum omnium maximum ac singulare, & quasi prodigiorum, sacra illa stigmata fuerunt. *Concion. Louanij habita Dominica Sexages.*

*Marcus Marulus Spalatensis.*

Sed quid nunc de te Pater Francisce dicam? Quantum tibi quoque adhuc in terra degenti tua contulit contemplatio? Vidisti fulgentem Saluatoris nostri crucem; vidisti sanctum Seraph, à quo Seraphicus dici meruisti. Inde tibi singulari quodam priuilegio, Dominicæ crucifixionis cicatrices corporaliter vindicasti: ut cuius paupertatem, mansuetudinem, humilitatem fueras imitatus, eius etiam beatissimæ passionis signa in manibus, in latere, in pedibus referres, & cum Paulo gloriari posses dicens; Christo confixus sum cruci. Viuo autem iam non ego, viuio vero in me Christus. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo: ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. O felicem seruum, cui Dominus tradidit quinque talenta! ut quibus ille perditum reparauit mundum, hic labentem repararet Ecclesiam! *Lib. 2. Dictorum & façtor. memorabilium, c. 4.*

Galat. 2.

*Henricus de Vrmaria, Ordinis Eremitarum S. Augustini.*

Et ideo bene congruit B. Francisco, quod scribitur de Abraham; Non est inuentus similis illi in gloria: quia inter omnes Sanctos nullus inuenitur, cui sit sic euidenter impressa Bulla Summi Pontificis, & qui in corpore suo sic ferre vexillum Summi Regis, sicut fecit beatus Franciscus. *Serm. 1. de sancto Francisco.*

Non data alius eiusmodi stigmata. *Eccl. 44.*

*S. Antoninus, Ordinis S. Dominici, Archiepiscopus Florentinus.*

Quoddam singulare concessum fuit beato Francisco, quod nulli inter natos mulierum legitur fuisse donatum; & hoc est impressio stigmatum sacrorum. Quamuis enim Paulus dicat de se ad Galatas; Ego stigmata Domini Iesu in corpore meo porto: tamen nullus dicit, quod habuerit corporaliter signa passionum in manibus, & pedibus, & latere: sed dicuntur stigmata passiones multæ & afflictiones. *Paulo post hæc addit.* Dicitur etiam de aliquibus deuotis hominibus, quod senserint magnum dolorem in manibus, & pedibus, & latere, ac si habuissent ibi vulnera: sed tamen non ita impressa corporaliter, ut in B. Francisco. *Hist. 1. ser. par. tit. 24. c. 1. §. 3.*

Galat. 6.

# Elogia

*Guillelmus Pepin, Ordinis sancti Dominici,  
Theologus Parisiensis.*

Dicitur de aliquibus deuotis personis, quod  
senferunt interdum maximum dolorem in mani-  
bus, pedibus; & latere, tanquam ibi habuissent  
vulnera, & stigmata Christi: sed tamen non ita  
impressa corporaliter, seu visibiliter, sicut factum  
est in corpore beati Francisci, & huius generis  
fuit B. Catharina de Senis; quæ legitur rogasse  
Dominum, vt non apparetur exterius stigma-  
ta. *Serm. de sancto Francisco.*

*Robertus à Licio, Ordinis Minorum,  
Episcopus Aquinensis.*

Sancta Catharina Senensis, cum esset in ciui-  
tate Pisana, & quodam mane in Ecclesia S. Chri-  
stinae communicasset, ac iuxta altare raptamane-  
ret in spiritu: postquam diu steteret, vidit Chri-  
stum cruci adfixum, magno super se cum lumi-  
ne descendente, radiisque sanguineos ex suis  
quinque sacratissimis cicatricibus emittentem.  
Cumque tunc, videntibus pluribus vtriusque  
sexus ipsam expectantibus, virgo se erigeret, &  
super genua sua stans facie rutilante brachia ele-  
uasset ac manus; oraretque ne cicatrices in cor-  
pore apparetur exterius; tunc ex radiis sangui-  
neis in solares immutatis à cicatricibus Cruci-  
fixi procedentibus, & ad manus, pedes, & cor  
illius peruenientibus, valde extrinsecus dolor  
sensibilis in dictis partibus corporis est relictus.  
Ex quo cum corpus eius diu sic staret cecidit, ac  
si fuisset lethaliter vulneratum. Post modicum  
ad se reducta, tanto dolore concubebatur, vt à  
cunctis putaretur in breui moritura. Dominica  
vero sequente ibi communicans, à dolore extitit  
liberata. Ex visione præacta, in plerisque lo-  
cis nonnulli S. Catharinam suscipientem stigma-  
ta à Christo depingi fecerunt: qui si ea intentione  
id egerint, vt per visibilia, inuisibilia cognos-  
cantur; & per picturam illam visibilem, dolor  
eius inuisibilis, licet sensibilis, designetur: fortè  
(non obstante errore inde sequente, quo credi  
posset stigmata eam visibilia suscepisse) tolerari  
possent. Sed si hæc facta sunt, vt sic æquiparetur  
S. Francisco, cui soli vsque in præsens, sin-  
gulari modo stigmata diuinitus sunt impressa:  
vtrique reprehensibile est. Nam vt dixi in *Sermo-  
ne de sacris stigmatibus B. Francisci, inter mira-  
cula grandia nostræ fidei, Francisci consignatio  
supremum obtinet gradum. Fuerunt quippe  
stigmata & visibiliter, & sensibiliter à Christo il-  
li impressa: tulit illa duobus annis continuis; &  
in vita, & in morte, etiam à viris sanctis & gra-  
uissimis visa & tacta. Summi Pontifices, Gre-  
gorius IX. Alexander IV. Benedictus, Nico-  
laus, & alij illa approbantes, fatentur singulari  
miraculo in Francisci pedibus, manibus, & late-  
re fuisse depicta ab eo artifice sapientissimo, qui  
creauit caelum & terram. Quid vero de cetero  
sit facturus, cuius arcana perscrutari nequimus,  
ipse nouit. Vnum scio, & quidem absque vilo er-  
rore, quod B. Franciscus electus fuit à Domi-  
no Iesu Christo, vt in proprio corpore vexillum  
crucis, biennio antequam spiritum redderet  
Deo, deferret. Non derogent ista dignitati B.  
Catharinae, nec alterius Sancti. Ego peccator,  
qui hunc sermonem confeci, Sanctam ipsam,*

deuotione qua possum colo & veneror; eram-  
que Romæ, anno Domini millesimo, quadrin-  
gentesimo sexagesimo primo, anno tertio Pij  
Pontificis Maximi; quando Pontifex præfatus,  
Spiritu sancto volente, S. Catharinam solemnè  
celebritate canonizauit: nulla tunc à referenti-  
bus & vitam & miracula Catharinae, de stigma-  
tibus facta est mentio, nulla pictura cum stig-  
matibus fuit delata, nulla insuper in Bulla, quam  
superius frequenter allegauimus, de stigmati-  
bus mentio habita est. Ego insuper ea die cano-  
nizationis, sermonem ad populum habui post  
prandium, in Ecclesia Mineruæ Ordinis Prædi-  
catorum, inspexi, legi, & quidem sæpius, om-  
nia quæ scripta erant de laudibus huius Sanctæ:  
nihil aliud inuenire potui, nisi quod superius ex-  
pressum est de illo dolore, quem tulit absque si-  
gnis, in suo extatico raptu. Et si nomine stig-  
matum dolorem illum intelligi volumus: non  
tamen in illo continentur & includuntur condi-  
tiones miraculosæ stigmatum beati Francisci.  
Igitur, cum Deus non egeat nostro mendacio:  
ea proferamus de Sanctis, quæ secundum rei ver-  
itatem, non inuentionem hominum, illis pos-  
sunt accommodari. *Serm. de sancta Catharina à  
Senis, cap. 3.*

*Sanctus Bonaventura, Generalis Ordinis  
Minorum.*

Hi sunt (vt ad gloriam Dei loquamur, non  
nostram) duo magna luminaria orbem, quæ  
lumine caelesti, sedentes in tenebris & umbra  
mortis, vbique terrarum illuminant, & mini-  
strant. Hi sunt duæ tubæ veri Mosis Christi Dei  
nostri, quorum ministerio multitudinem popu-  
lorum iam ad suum principium conuocauit.  
Hi sunt duo Cherubim, pleni scientia mutuo se  
respicientes, dum idem sentiunt, & alas suas ex-  
tendentes ad populum, dum ipsum verbis & ex-  
emplis protegunt, & discurrunt secundum obe-  
dientiæ volatum, super omnem populum disse-  
minare scientiam salutarem. Hi sunt vbera spon-  
sæ, ex quibus paruuli in Christo lac sugunt, quo  
nutriantur & augmenta recipiant in salutem. Hi  
sunt duo filij olei splendoris, qui assistunt Do-  
minatori vniuersæ terræ; prompti ad eius impe-  
rium, quocumque voluntas eius eos duxerit  
suam legationem implere. Hi sunt duo testes  
Christi, qui saccis amicti iam prædicant, & te-  
stimonium perhibent veritati. Hi sunt duæ stellæ  
lucidæ, quæ secundum Sybillinum Varicinum,  
habent species quatuor animalium, in diebus  
nouissimis nomine Agni vociferantes, in dire-  
ctionem humilitatis, & voluntariæ paupertatis.  
*Epistola ad omnes Prædicatores & Minores, apud  
Reuerendissimum dominum Petrum Radulphium,  
lib. 2. hist. Seraph. relig.*

*Thomas Bozius, Congregationis Oratorij Presbyter*

Duo hi Dominicus & Franciscus, Ordinum  
religiosorum inter suos primi auctores & insti-  
tutores, merito vocati possunt duæ oliuæ, &  
duo candelabra in conspectu Domini terræ  
stantia, de quibus in Apocalypsi, ab his enim  
vere dicta est Ecclesia Dei, domus ruinam quo-  
dammodo minans, institutis suis & caelestis vitæ  
innocentia sustentari. *Lib. 7. de signis Eccl. cap. 1.*

Nota, nota,  
& crede te-  
sti certo.

*Genes. 1.*

*Num. 10.*

*Exod. 25.*

*Cant. 4.*

*Zachar. 4.*

*Apoc. 11.*

Stellæ duæ  
illæ.

# In sanctum Patrem Franciscum.

*Ioannes Garzon, Bononiensis Orator.*

Romæ cum Dominicus noctu sanctis oratio-  
nibus indulgeret, Christum intuitus est in pec-  
catores ita commotum: quod eos de medio tol-  
lere instituisse, præter Mariam cæli reginam illi  
posse resistere neminem. Hoc precibus obsecra-  
bat, ne quos suo sanguine redemerat, eos iret  
perditum; vnum esse Dominicum, cuius virtute  
& sanctimonia, plerique se ab erratis reuoca-  
rent. Hæc quamquam ita sint, nequaquam ta-  
men, inquit Christus, seiungendus est Francis-  
cus: cum omnium sit virtutum simulachrum;  
hic eam Prouinciam minimè recusabit. Iam nox  
in diem inclinabat, cum Dominicus, quæ con-  
spexerat, cum animo suo considerans, ad tem-  
plum iter suscipiebat, fortè illi obuius fuit Frā-  
nciscus: confestim illum amplexus est, & deoscu-  
latus: atque ita verba fecisse fertur; Nos Christi  
optimi maximi munere societatem inueni-  
mus: illud oneris pro religione Christiana susci-  
piamus oportet, nec vllum defugiamus laborem  
vt qui à Christo deficient, hos prosternamus,  
deleamusque. Reprimenda erit eorum qui præ-  
ter rationem appetitui obtemperabunt, iniqui-  
tas atque insolentia. Accessit Franciscus Domi-  
nici sententia, &c. *Apud Aloysium Lipomanum,  
de Vitæ Sanctorum par. 2. in vita S. Dominici.*

*Theodoricus ab Apoldia, Ordinis S. Dominici.*

Fida societa-  
te deuincti.

*Isaia. 50.  
Et tui.  
Act. 4.*

Beatus Dominicus socium in hac visione dili-  
genter contemplans, ad id vsque tempus igno-  
tante sibi, postera die in Ecclesia inuentum ag-  
nouit, ruensque in sancta oscula, & sinceros am-  
plexus, ait, Tu es socius meus: tu mecum pari-  
ter curres, *Stemus simul*, & nullus aduersariorum  
vincet nos. Visionem quoque, quam iam dixi-  
mus, enarrauit ei, atque ab illo die fuit illis cor  
vnum, & anima vna in Domino, quod etiam è  
successoribus suis iusserunt perpetuo obseruari.  
*Apud Surium to. 4. ad diem 5. Aug. lib. 2. de S. Do-  
minico, c. 1. S. Antonin. hist. part. 3. tit. 23. c. 3. Hiero-  
n. Plat. lib. 1. de bono status relig. c. 34.*

*Cornelius Mussus, Ordinis Minorum, Episcopus  
Bituntinus.*

Initio annunciationis Euangelicæ, cum Ver-  
bum Domini Iudæis & Ethnicis prædicaretur,  
duo electi sunt Apostoli, Petrus & Paulus: Cum  
mundus in tanta prolapsus esset vitia, & Domi-  
nus pietate motus illum voluit reformare, non  
elegit vnum tantum, sed duos: vnum Cherubi-  
cum, Dominicum & Franciscum Seraphicum:  
duo corpora, sed vnam animam. *Tom. 2. con. in  
Dom. 2. post Paschas part. 1.*

*S. Antoninus, Ordinis S. Dominici, Archiepif-  
copus Florentinus.*

*Apoc. 11.*

Hi vtrique sunt duæ Oliuæ, pinguedine dile-  
ctionis & deuotionis: & duo candelabra lucen-  
tia ante Dominum, orbem doctrina illustrantia.  
Hi duo Cherubim sapientia plena, obumbran-  
tia Propitiatorium, nec non à duo Seraphim,  
charitate ardentia, clamantia Sanctus, Sanctus,  
Sanctus, Dominus Deus Sabaoth; implentia  
omnem terram gloria eius, documentis & exem-

plis. Hi status Mendicantium, vtrumque statum  
videntur comprehendere, Prælatorum Ecclesiæ, *Exod. 37.*  
Episcoporum, & aliorum, quo ad actum do-  
ctrinæ, & prædicationis, spectantis ad vitam *Isaia 6.*  
Actiuam; & statum Religiosorum, seu Mona-  
chorum, deseruentium Contemplatiuæ, quo ad *Mendican-  
tium Ordini-  
um enco-  
mium.*  
Cæremonias regulares, & officia, vnde dici  
potest vita mixta, quam vt perfectissimam tenuit  
Christus. *Hist. part. 3. tit. 23. cap. 1.*

*Item.*

Primi patres & institutores status Mendican-  
tium, fuerunt BB. Dominicus & Franciscus,  
contemporanei, se fratres ad hoc simul deputa-  
tos in Ecclesia S. Petri in Vrbe primo recogno-  
scentes, & in osculo sancto mutuo amplexan-  
tes. Et Dominicus Patriarcha Prædicatorum,  
prior quidem tempore, quoad mundi ingressum  
& ex eo ingressum, ac etiam ad conuersationem  
Religionis, & actum prædicationis: nam per  
decem annos antequam confirmationem Ordini-  
nis procuraret, in Hispania, & Tolozana regio-  
ne, iam religiosus & pauper discurrebat. Patri-  
archa autem Minorum Franciscus, prius confir-  
mationem sui ordinis procurauit, non solem-  
nem tamen, sed vt permissionem pro tunc talis  
status, vt pote vicinior Curia, ab Innocentio  
II. Dominicus vero, ab eodem promissionem  
confirmationis habuit: sed executionem à suc-  
cessore eius Honorio, ad Curiam reuersus acce-  
pit. *Hist. par. 3. ubi supra.*

Quorum S.  
Dominicus  
& Franciscus  
institutores  
primi.

*M. Anthonius Coccius, Sabellicus.*

Duo Christianæ pietatis lumina terris affulsa-  
re, quibus multo maxima parte orthodoxa cre-  
uit fides. Auctores incrementi huius Dominicus  
Calaguritanus Hispani generis, & Franciscus  
Assisius, in Umbria Italiæ regione ortus, æqua-  
les hi: vterque enim alterum vidit, & hic qui-  
dem sanctitate clarus, & ille: sed numerosa fa-  
milia clarior Italus, quæ ex eo orta est. *Ennead.  
9. lib. 6.*

*Ubertinus de Casali.*

Species quarti similis Filio Dei. Fuit quippe  
quartus inter principales Leuitas, Stephanum,  
Laurentium, Vincentium, B. Franciscus. Fuit  
etiam quartus inter Ordinum Patriarchas, vide-  
licet Basilium, Augustinum, Benedictum. *Lib. 5.  
5. arboris vite crucifixæ, cap. 3.*

Lenita quat-  
tus S. Franc.  
instituit re-  
gulam.

*Cesar Baronius, S. R. E. Cardinalis.*

Ita planè Deus Ecclesiam suam in deterius  
declinantem, ac collabentem iam deprauata mo-  
rum disciplina, ad erigendam eam, in conflato-  
rio diuini spiritus Apostolicum hunc formauit  
hominem, qui mundi contempum, ac pauper-  
tatem, non affectu tantum (quod ad sancto-  
rum Patrum imitationem sufficere potuisset)  
sed effectu etiam profecutus est. *Tom. 11. ad Am.  
D. 1182.*

*Sancta Brigitta, vidua.*

Christus inquit Franciscus amicus meus fuit  
quasi lapis ignitus, & igneus: quia habuit me in  
se, qui sum ignis. *Reuelat. extranag. cap. 90.*



# Elogia in sanctum Patrem Franciscum.

*Iacobus Bergomensis, Ordinis Eremitarum  
sancti Augustini.*

Franciscus ex Assisio ortus nouum mox Ordinem instituit, & velut sol in orbe radians, Christianam religionem plurimum illuminauit. *Supplement. Chronic. lib. 13.*

*Hartemannus Scheidel.*

Abiectis omnibus tunicam incultam & contemptibilem fune præcinctam induens, nouum mox Ordinem instituit; cum quo velut in orbe radians, Christianam religionem plurimum illuminauit. *Sexta aetate mundi.*

*Franciscus Petrarca.*

An verò Franciscum, seu volucrum audientiam, seu Seraphicum raptæ mentis ardorem, stupendumque illud insigne sacrorum Christi stigmatum, & vulnus animi membra testantia, tantumque tam breui de paupertatis coniugio genitæ sobolis incrementum habiturum credimus, si mansisset Assisij? Qui licet, vt aiunt, diuinitate consulta, & reuelatione cælitus accepta pro salute multorum, inter vitæ hominum bella, periculosas non tam sibi, quàm militibus suis excubias elegerit: ipse tamen magnus amator solitudinis eremique sectator fuit. *De vita solitaria, lib. 2. tract. 3. cap. 11.*

*Ludouicus Granatensis, Ordinis S. Dominici.*

Tantum abfuit vt à B. Franciscò institutus Ordo inopia cogente defecerit, vt ob hoc ipsum supra omnes alios Ordines auctus ac dilatatus fuerit. Exiguus namque expensis monasterium humile extruitur: quo extructo, facile monachi sine vllis redditibus, quæ sunt ad pauperem ac tenuem vitam necessaria, sibi comparant. Hinc factum est, vt vnicus beatissimi Patris Francisci Ordo, plura fortasse intra se cœnobia, quam reliqui omnes omnium aliorum Ordinum, contineat. *Conc. 2. de Franc. 2.*

*Raphaël Volaterranus.*

Franciscus ocypon. Christi. Franciscus Assisinas, tanquam nouum sidus in terris apparuit, teste Bonauentura, qui eius vitam exsequitur: Conseruatoris nostri ferè per omnia typum gessit. *Lib. 21. Antropol.*

*Ioannes Oforius, Societatis Iesu.*

Nudus & pauper. Solet pictoris ars in multis ostendi, præcipue vero in depingendo corpore nudo. Facile enim est pictori hominem vestitum depingere: at difficillime admodum nudum pingit. Tanta enim in corpore humano sunt, & adeo diuersa, vt perfectè effigiari non possint, nisi à supremo artifice. Ad hunc modum, gratiæ quidem munus est,

depingere in hominum animis Christum Dominum. Hinc Paulus; Filioli quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis: quia conformes nos fieri vult imagini Filij sui. Sed in quibusdam gratia diuina pingit Christum indumentis ornatum; & id facile gratia præstat, in alijs vero depingit Christum nudum, vt Franciscò; & id quidem difficile admodum est, & nisi eximia gratia id non præstat, vt enim homo omnibus se exspoliet, maxima indiget gratia. *Concion. de sancto Francisco.*

*Bartholomeus Pisanus, Ordinis Minorum.*

Sanctus Franciscus paupertatem diligenter, & summo affectu quæsiuit per vicos & plateas id est, inter homines qui tunc viuebant. Et quia oblitterata erat paupertatis semita & memoria, non inuenit. Per nobiles quæsiuit & potentes, nec inuenit: quia omnes à maiore vsque ad minimum diuitijs inhiabant & auaritiæ. Hæc quidem paupertas, etsi primo homini inhæsit cum esset conditus, qua nudus: tamen peccando, & tunica pellicea, induto, ac labori manuum tradito, ab ipso recessit. A Patribus veteris testamenti abiit: qui terram fluentem lac & mel in promissione acceperunt. Sed Domino Iesu Christo descendente de monte suæ maiestatis, per carnis assumptione, hanc secum de cælo ad terram deuexit & cum ipso, nascendo, viuendo, & moriendo est commorata fideliter & indissolubiliter. Hanc commendauit suis discipulis, & grata illis fuit, & multis alijs fidelibus. B. Franciscus montem Domini ascendit, Patrem cælestem exorando, vt eam sibi in sponsam, sociam, & dominam mittere dignaretur, &c. *Conform. fruct. 16.*

*Ioannes Trithemius, Ordinis sancti Benedicti,  
Abbas Spanhemius.*

Franciscus Ordinis Minorum institutor, & princeps, natione Italus, ex Assisio ciuitate Italiæ oriundus fuit, vir sanctissimæ conuersationis, & Euangelicæ paupertatis ardentissimus sectator: qui verbo & exemplo multos ab iniquitate conuertit, & in viam iustitiæ Catholicæ direxit: Tantus amator Christi existit, vt in contemptu mundi, & consolationis transitorie patrem vix habuerit. In cuius Ordine multi iam deinceps doctissimi viri claruerunt, qui ad utilitatem fidelium, innumera penè composuerunt opuscula.

*Nicolauus Odartus, I.C.*

Quid demissi animi constans patientia possit, Duraque paupertas, nudaque simplicitas; Quid mundum spreuisse; quid & vicisse seipsum: Exemplum Assisij non leue cuius erit. Vulneribus Christi qui nobilis, & grege sacro Maximus euasit, dum Minor esse cupit. *Fastis sacris ad 4. Octob.*



## TESTIMONIA EORVM QVI D. FRANCISCVM INTER SCRIPTORES ECCLESIASTICOS CONNVMERANT.

**GVLIELMVS EYSENGRENIVS,**  
De testibus Catholicæ veritatis,  
ad Annum 1226.



ANCTVS FRANCISCVS, Ordinis Minorum institutor & Princeps, natione Italus, ex Assisio ciuitate Italiæ oriundus, vir sanctitate & eruditione illustris, morum singulari moderatione fuit, à fastu & superbia maximè alienus. Et sicuti iustarum laudum præconijs minimè est ad Arrogantiam sublatas, ita etiam conuictijs iniustis haudquaquam ad indignationem commotus. Mitis atque humanus, vt non magis alius quisquam, & in colloquijs gratiosus maximè, atque item acutus inuictusque fuit. Retum æternarum desiderio, fortunas, quibus frui potuisset, reliquit, & ad infimæ plebis conditione se abiiciens, laboribus & iniurijs ibi ferendis ita se exercuit, ita & ieiunijs & precibus & meditationibus animum suum in opinionem traduxit; vt putarit, nihil tam esse secundum naturam, quàm viuere fugaliter, demisse, castè, & sanctè. Friderico II. Imp. Cæs. Augusto, Regulam Minorum docto volumine politè scripsit. Quorum Ordinem, in quo successu temporis complures viri sancti atque doctissimi claruerunt, qui verbo & exemplo Ecclesiam magnificè illustrarunt, Honorius III. Pontifex mensè Nouembri in Vigilia S. Andreæ Apostoli comprobauit. Moritur B. Franciscus IV. Non. Octob. anno Saluatoris Christi M. CC. XXXVI.

**IOANNES TRITHEMIUS,**  
De Scriptoribus, Ecclesiasticis,  
ad annum 1220.

FRANCISCVS Ordinis Minorum institutor & Princeps, natione Italus, ex Assisio ciuitate Italiæ oriundus, vir sanctissimæ conuersationis, & Euangelicæ paupertatis ardentissimus sectator, qui verbo & exemplo multos ab iniquitate conuertit, & in viam iustitiæ Catholicæ direxit, tantus amator Christi existit, vt in contemptu mundi & consolationis transitorie patrem vix habuerit. In cuius Ordine multi iam deinceps doctissimi viri claruerunt. Qui ad utilitatem fidelium innumera penè composuerunt Opuscula. Ipse autem Franciscus scripsit breuè Regulam Minorum: lib. 1. *Regula & vita Minorum.*

Testamentum breue: lib. 1. *Dominus dedit mihi Fratris.*  
Claruit sub Friderico Imperatore Secundo anno Domini 1220.

**HENRICVS VVILLOT,**  
In Athenis orthodoxorum Patrum Seraphicæ Religionis, litera F.

FRANCISCVS Assisinas Italus, spiritualibus animæ, & quæ supra naturam sunt dotibus cumulato ornatus, à D. Bonauentura depingitur. Nec alijs, quæ hominem magnopere illustrat & augment, doctrina scilicet & eloquentia, caruit; quin & abundè illis ditatus videri possit. Credo, de industria à litteris se remouisse, quò se totum in rerum cælestium contemplatione abderet, *In Legenda maioris & minoris.*



# Testimonia de D. Francisci opusc.

**Greg. lib. 1. Dial. c. 2.** vt de B. P. N. Benedicto narrat Gregorius. Nec abnuo liberales artes solum à limine salutasse, & delibatis Grammatices initijs cōsilio studijs valedixisse, scienter nescium, & sapienter indoctū. Inficiabitur item nemo, sanctum & amantissimum Patrem ludum literarium feruori spiritus postposuisse; filios quoque suos omnes ad hunc potius quam ad illum cohortatum fuisse. Sunt illis verba: *Et non curent nescient es literas, literas discere: sed attendant quod super omnia desiderare debent, habere spiritum Domini, & sanctam eius operationem; orare semper ad Deum puro corde & habere humilitatem, patientiam in persecutione & in infirmitate, & diligere eos qui nos persequuntur, reprehendunt, & arguunt: quia dicit Dominus: Diligite inimicos vestros, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos.* His licet bene expensis, nihilominus inter eruditos & eloquentes laudem nequaquam illi deesse, quam plurima argumenta erunt.

Amorem ex similitudine gigni, familiare est Philosophis. Franciscum autem, & insigni honore, amoreque non vulgari, Theologos complexum fuisse, ea indicant, quæ de reuerentia illis exhibenda tam scite tamque luculenter tradidit, & scripto posuit. *Et omnes, inquit, Theologos, & qui ministrant nobis sanctissimam verba diuina, debemus honorare & venerari, sicut qui ministrant nobis spiritum & vitam.* Quo conijcio, & doctum fuisse, qui doctos afflictum amauerit, & colendus decreuerit; & doctissimis communerandum, qui paribus cum eruditissimis consentiat studijs. An non illa verba cælestia, & qui cælos emensus est, Pauli, *Qui bene presbyteri, duplici honore digni sunt, maxime, qui laborant in verbo;* velut per metaphrasim adiecta censeas?

An non literarum fautorem & patronum habebimus, si ad capessendas literas idoneis opere semper & consilio adfuisse nouerimus? Collegio Bononiæ exædificato non minus sibi charū, quam orbi clarum Professorem, literis etiam illi nuncupatis decreuit & præfecit Antonium Paduanum. Alias cum non adesset librorum copia (neque enim altissimam paupertatem professis in promptu semper sunt, quæ ad locupletem & bene instructam Bibliothecam ordinandam requiruntur) nactus vnicum noui Testamenti exemplar, per quaterniones sectum viritum ad lectionem partitus est, assidua illius lectione filios exerceri cupiens. Atque eò magis apud suos literas vigere voluit, quod illorum omnia ad ceterorum quoque hominum saluam direxerit. Talibus enim illos adstrinxit, quæ sine literis perfici nequeunt. Verbo ad meliorem vitæ frugem quis, nisi Scripturis & argumentis bene instructus, peccatorem adigat? Quis de rebus dubijs consultus sana feret consilia, nisi longo studiorum exercitio, & assidua lectione sapiat? Qui sine eruditione notitiam rerum gerendarum sectantur, sæpe necesse est impingant, sæpe cespitem, nonnumquam etiam labantur in præceps. Confessiones quis vtiliter excipiet, nisi primum lepræ indolem, & vnus ab altera discrimen literaria palæstra perceperit? Tolleret medio plurimos indoctus Medicus, & Iudex Iuris præceptorum rudis quam multos euerteret fortunis, & existimatione, & capite? Sunt quam plurima similia, quæ Franciscanis cum aliorum Ordinum Patribus voluit B. Pater esse communia, vtque in eis obeundis decenter sese gereret;

quia quod Apostolis Spiritus, nobis longa exercitatio confert. Simul voluit excusso torpore & otio non segniter studijs incumbere. Et probi eiusdem filij quorum hic permulti longa serie enumerantur, paternam mentem exploratam cum haberent, ita eruditi floruerunt, vt verè dicere possimus, ab eis etiam eruditionem esse factam maioremque in modum illustratam, vt facilius & plenior posteris traderetur.

Conuincitur hæc, Dei virum impensè eruditorum familiaritate delectatum simulque eruditum fuisse. An hoc negabimus, si modò hunc cordiū abdita animique sensa & cogitata clarissimo oculo penetrasse meminerimus? Ille prophætico collustratus lumine, futura prænouerat: & cum proximi ædificatio exigeret, hæc & illa euulgabat. Non potuit equidem, qui in iugi Crucis (quam Magistralem cathedram vocat Augustinus) versabatur meditatione, non purissimos saluberrimæ & clarissimæ eruditionis fontes hausisse.

Testantur & eruditionem monumenta scriptorum, neque enim his orbamur.

Scriptis equidem Regulam planè Euangelicā, quæ incipit: *Regula & vita.* Quæ quàm euidenter quamque certo viri sapientiam demonstret, hinc colligere quiuis potest, quod tot beatissimi Pontifices, Gregorius IX. Innocentius IV. Gregorius X. Clemens V. Nicolaus III. cum clarissimis Doctoribus & Patribus. S. Bonauentura, quatuor Magistris, quorum primus erat Alexander de Hales, Hugo de Dina, Bartholomæus de Pisis, Ioannes Pecanus; Gilbertus Nicolai, Cordubensis, Ioannes Philippi, Gonsalvus, & alij plerique, omnes ingenij neruos in eam explicandam torserint. Hanc B. P. *Librum vita, spem salutis, medullam Euangelij, viam saluationis, scalam celi, clauem paradisi, pactum æterni fœderis,* tritis elogijs appellare consueuerat.

Dictauit & Testamenti varias tabulas, quibus virtutum & summæ egestatis, sed Euangelicæ, nos heredes conscripsit: *Dominus dedit mihi.*

Cantica multa modulatus est, quibus more Psalms & sponsæ cælestis, nunc confirebatur amico, nunc Iudicem deprecabatur, nunc Patrem interpellabat, nunc Creatorem supremo cultu & summa religione venerabatur.

Epistolis filios in Capitulis congregatos absens erudiebat, informabat, exhortabatur & ad institutæ Regulæ piæ & castam obseruationem instigabat: *Dixit Dominus discipulis suis.* Nonnullas alias ad fideles Christianos perutilis dedicauit Epistolas.

Extat eiusdem Epistola ad Sacerdotes sic: *In nomine sanctæ Trinitatis.*

Oratio, seu expositio in Orationem Dominicam, Matth. 6. *Sanctissime Pater noster.*

Laus Domini Dei altissimi, quam composuit: *Tu es Domine Deus.*

Oratio ad Omnipotentem: *Deus omnipotens.*

Binæ Orationes ad Deiparam virginem: *Sancta Dei genitrix.*

Posterioris initium: *S. Maria virgo.*

Alia eiusdem verba, quibus ad humilitatem, & deuotionem, inducit: *Beatus seruus.*

Hæc omnia relata sunt à Margarino de la Bigne, ad finem Tom. 3. Biblioth. SS. PP. 1. editionis.

August. tract. 119. in Ioan. Tom. 9.

Bonauent. Epist. ad agist. Inuominat.

# Testimonia de D. Francisci opusc.

PETRVS RODVLPHVS  
Tossonianus, lib. 3. Seraphicæ Religionis de Scriptoribus Ordinis Minorum.

SANCTVS FRANCISCVS, Seraphicæ Religionis Fundator, quamuis idiota simplex & linguis fuisse visus sit, scripsit tamen Regulam, & breue ac spirituale Testamentum, & multa Cantica ante & post confirmationem Regulæ. Scripsit quasdam Epistolas ad Capitulum Generale, ad omnes Christi fideles: tantumque ei placuit studium sacræ Scripturæ, quod B. Bonauentura narrat se audiuisse à quodam Fratre, quod cum nouum Testamentum venisset ad manus suas, & plures Fratres non possent simul habere, diuidebat per folia, & singulis communicabat, vt sigillatim cuncti legerent citra fastidium alterius. In eius verò obitu mandauit Fratribus, vt Doctores, qui verba vitæ annuntiant, essent illis in magna reuerentia. Itaque nullus quidem in eo floruit eloquentiæ color, nulla adfuit pronuntiationis venustas, nullus descriptionis ornatus, nec in eius animo vlla infedit humana eruditio, nec studio acquisita doctrina; in eius tamen concionibus, & paucis scriptis, iisque rudi satis sermone exaratis, viget tantâ animi efficaciam doctrina cælestis, tanto spiritus ardore æstuat Euangelicæ præceptio, tantâ intellectus sublimitate emicat diuina sapientia, vt vndique per totum orbem terrarum ad suum Ordinem atraxerit, & Christo ipsi addiderit innumerabilem hominum multitudinem; ad hoc, vt per humilem sui deiectionem ad sublimia creaturarum aspicerent. Quod si Oratoris Officium, si eloquentiæ finis est, appositè dicere ad persuadendum; B. P. Franciscus in hac re summam laudem & gloriam consecutus potest videri, qui scriptis & concionibus suis animos penetrauit, eos finxit, formauit, & flexit. Non solum igitur inter Scriptores ac eruditos hic annumerandus fuit, sed inter eos primas tenere merito censendus.

ANTONIUS POSSEVINVS,  
lib. 1. Apparatus sacri, verbo Franciscus.

FRANCISCVS Assisias, quæ ciuitas est in Vmbria, Italus, Ordinis Minorum, vir sanctissimus, & Franciscani Ordinis primus Institutor, scripsit Regulam planè Euangelicam, & Apostolicam, quæ incipit: *Regula & vita.* Hanc ipse Pater *librum vita, spem salutis, medullam Euangelij, viam saluationis, scalam celi, clauem paradisi, pactum æterni fœderis,* appellare consueuerat. Dictauit & Testamenti varias formulas, quibus virtutum atque Euangelicæ paupertatis suos fecit heredes. Quin & cecinit plura Cantica siue Hymnos, quibus more Psalms & sponsæ cælestis, modò colludebat tanquam sponso, modò confitebatur tanquam amico, modò vt Iudicem de-

precabatur, modò vt Patrem interpellabat, modò tanquam Creatorem summo cultu adorabat.

Epistolis filios suos, qui Comitibus generalia habebant, absens erudiebat; ad institutæ Regulæ castam obseruationem adhortans; quarum initium est: *Dixit Dominus discipulis suis.* Sed & alias Christianis perutilis scripsit: extat eiusdem Epistola ad Sacerdotes Ordinis sui, quæ incipit: *In nomine sanctæ Trinitatis.* Oratio item siue expositio Orationis Dominicæ, quæ incipit: *Sanctissime Pater noster.* Præterea Laus Domini Dei Altissimi; cuius initium: *Tu es Domine Deus.* Et Oratio ad omnipotentem Deum: *Omnipotens.* & binæ Orationes ad Deiparam Virginem, cuius prioris initium est: *Sancta Dei genitrix,* posterioris autem: *Sancta Maria virgo.*

Alia eiusdem verba, quibus ad humilitatem, deuotionem, & patientiam hortatur, inchoans: *Beatus seruus.* Quæ omnia collecta sunt à Margarino Bigneo, & in sua Bibliotheca sanctorum Patrum inserta.

HENRICVS SEDVLIVS,  
in Elogijs à se præfixis ad Vitam D. Francisci, post Trithemij verba superius relata, adiunxit.

PATER ista, alia quoque extant sancti Francisci monumenta, quæ apud nos habentur, vt sunt:

Admonitiones eius: Liber vnus.  
Orationes piæ ad diuersos.  
Epistolæ variorum argumentorum.  
Quibus tum Fratres sui Instituti, tum omnes Christianos ad charitatem, virtutes, & summum honorem sacrosanctæ Eucharistiæ habendum, efficacissimè adhortatur. Hæc in manibus nostrorum. Forsitan audebunt aliquando videre lucem.

MARIANVS FLORENTINVS,  
libro 1. suorum Chronicorum MS S. cap. 27. §. 9.

MVITA scripsit, ex quibus potest perpendi zelus, & feruor eius de animarum salute. Quorumdam hic mentionem faciam: Scripsit

Primam Regulam, quam Innocentius sine Bulla confirmauit, quæ incipit: *Hæc est vita, &c.*

Secundam Regulam, quam amisit Frater Elias.

Tertiam Regulam, quam habemus per Honorium confirmatam, quæ incipit: *Regula & vita, &c.*

Edidit etiam Regulam Sororibus sanctæ Clare; Regulæ Fratrum Minorum conformem, quæ incipit: *In nomine Domini.*

# Testimonia de D. Francisco.

Item Regulam Fratribus & Sororibus de Penitentia, seu Tertij Ordinis, quæ incipit: *Si qui voluerint.*

Item prope mortem condidit Testamentum, humilitatis & paupertatis Fratribus relinquens prædia, incipit: *Dominus dedit.*

Item libellum, qui intitulatur, Sacræ Admonitiones B. Patris nostri Francisci, qui incipit: *Dixit Dominus: Ego sum vitis vera.*

Item Opusculum, siue Epistolam commonitoriam & exhortatoriam omnibus fidelibus, incipit: *Cum sim seruus.*

Item aliam Epistolam missam Capitulo Generali.

Item aliam Epistolam admonitoriam ad omnes Clericos.

Item quoddam deuotum Officium in honorem Domini nostri Iesu Christi, quod secundum solemnitates variabat.

Item quoddam scriptum de virtutibus, quibus decorata fuit B. Virgo Maria, & debet esse anima sancta, & incipit: *Regina sapientia.*

Item quoddam scriptum de Spirituali lætitia, & acedia, & eius remedio, quod incipit: *Tutissimum remedium.*

Item quoddam aliud scriptum, qualiter debent Fratres viuere in Eremitoriis, & incipit: *Illi qui volunt religiosè.*

Item aliquas deuotas Orationes.

Item Cantica in vulgari.

Item quasdam Laudes in vulgari ad Sorores sanctæ Claræ.



GABRIEL



## GABRIEL DIVINA MISERATIONE S. R. E. TITVLI S. PANCRATII PRESBYTER CARDINALIS DE TREIO,

IN EPISTOLA MISSA AD R. ADMODVM P. LVCAM  
*Vradingum, sic Lectorem admonet de excellentia Auctoris  
& doctrina S. Francisci.*



VM primum ex Hispania in  
sacram Urbem, longo itinere  
fessus, reuertissem, desidera-  
bam (ita ingenuè fateor) in  
locum aliquè delizioso &  
solitarium diuertere, quo &  
corporis laborè, & oppressi

animi curas paulisper relaxarem; ita tamen, vt  
mihi ipsi non omnino otiosus vacarem, sed, vt  
soleo, sacre Scripturæ, Sanctorum & Philoso-  
phorum libris, solitudini condimentum, & otio  
salem adhiberem. *Suauem quidem est pratium &  
hortus (inquit affluentia diuinæ riuulus Chry-  
sostomus) utroque tamen suauius multo spirat  
diuina Scripturæ lectio: illic siquidem flores in-  
uenire est, sed qui tempore marcescunt: hic autem  
occurrunt sententia in nativo virore permanen-  
tes: illic spina pro muro obsepium hortum, hic  
Dei prouidentia tutum reddit lectorem: illic ci-  
cada stridore suo obstrepere, hic Propheta suani  
iubilo personantes, illic ex ipso aspectu quid-  
dam oblectationis concipitur, hic autem ex  
ipsa max lectio plurimum decerpitur utilitatis.*

Quid enim vtilius potest esse, in cuius verbis  
tot delicias inuenimus, quod ad profectum no-  
strum intelligentia diuersitates accipimus, vt modo  
nuda nos pascat historia, modo sub textu literæ  
velata medullitus nos reficiat moralis allego-  
ria, modo ad altiora suspendat contemplatio, in præ-  
sentis vita tenebris iam de lumine æternitatis inter-  
micans. Voluptatem illam æternam, curis om-  
nibus vacuum, & à sæculi procellis liberam, ve-  
luti cominus positam præstentat: ad hanc ete-  
nim si attentus fueris, anxietatem à te depellet, cor-

di tuo inferet incredibilem voluptatem: sublata  
malitia radices virtutum affiget anima, interque  
turbellas istas negotiorum, que ritu vndarum sese  
agitantium fluctuant, non te sinet vlla constictari  
perturbatione. *Insanis licet afflicteretur mare procel-  
lis, tu in tranquillo nauigas: habes enim, que te  
moderetur ac gubernet, Scripturarum lectionem:  
nec enim funiculum huic interrumpit vlla tenta-  
tio negotiationum.*

Cùm ergo vtrasque has animi & corporis de-  
licias pararem, & paucis petitis è nostra Biblio-  
theca libris, in Tiburtinam ciuitatem (quæ ab  
aëris temperie & salubritate ab antiquis laudata  
adhuc retinet & nomen & rem) secessissem, ad-  
ducta est mihi elegantissima Epistola tua Dedi-  
catoria; oblatum simul Codex Operum Sera-  
phici Patris nostri Francisci à te in vnum colle-  
ctorum, cum breuiusculis, iisque necessariis,  
Notulis, & Observationibus quibusdam am-  
plioribus, à te adhibitis. Gratum mihi donum,  
optatissimum munus, nullo non pretio æstima-  
bile, pretiosius super millia auri & argenti. Certe  
vt vidi, desiderijs meis suspicatus sum fauissè  
Deum, & annuissè optatis: quippe qui animum  
tuum disposuerit, vt eo tempore, quo sacra le-  
ctione animi paulisper recreare, & occurrentiũ  
rerum tumentes fluctus diuertere tentabam, offer-  
res mihi librum, cuius lectione non solum animi  
compararetur quies, sed & memoria tanti Pa-  
tris spiritus refocillaretur. Sunt quidem multi  
librorum cumuli, ita vt Auctorum nomina, li-  
brorumque titulos vix cognoscere valeamus, in  
quorum lectione nimio & nonnumquam inutili  
labore consumimur; sunt varia sanctorum

uitorum à longo tempore tracto & enucleata monumenta: sed si verum amamus, desiderabatur merito huius sanctissimi Patris doctrina; quæ si sententiarum elegantia, dicendi numero, librorumque breuitate aliis humilior videatur, pondere tamen rerum ita excellens, vt si in aliis sanctæ Ecclesiæ Patribus Spiritum Dei locutum meritò credimus, in hoc Spiritum Dei inflammantem, & Seraphico spiritu implentem, non solum loqui, sed ignem mittere in orbem terrarum; facile conspiciere possumus. Hinc fortè opus in vltima sæcula referuatum, cum refrigerente charitate multorum, ignita & Seraphica euulgatur doctrina, instauratur Euangelium Christi, & in zelo & virtute Eliæ vltimi iudicij prænuntius loquitur, & Regnum Dei cito venturum prædicat Franciscus, ad pœnitentiam animas conuertens, & igne amoris, quo ipse flagrabat, inflammans.

Ego certè me continere non potui, quin statim Opera hæc percurrerem: & fateor, in ipsa lectione plurimam me deprehendisse huius doctrinæ commendationem, quam sub vno vel altero capite libet transcurrere. Viget primò optimo fundamento humilitatis, in qua, vt Auctor excellens, ita in iis, quæ enodat, factis eloquiis intelligendis & explicandis excellentissimus. Humilitas namque & sacrarum Scripturarum intelligentia, pari passu ambulant. Scriptum enim est: Ideo timebunt eum viri, & non audebunt contempleri omnes, qui sibi videntur esse sapientes. Contempleri enim Dei sapientiam non possunt, qui sibi videntur esse sapientes: quia tanto ab eius luce longè sunt, quanto apud semetipsos humiles non sunt: quia in eorum mentibus dum tumor elationis crescit, aciem contemplationis claudit; & vnde se lucere præ ceteris estimant, inde se lumine veritatis priuant. Profectò ex diuinis Scripturis eò vberius disponente Domino veritatis erumpunt stillicida, quò credendo percipiuntur humiliter. Humilitate inuestiganda sunt, & pronuntianda humiliter, quoniam elatum fugiunt, & ab eo, qui se procaciter iactat, elongari noscuntur: nam sicut Deus superbis se occultando resistit, ita humilibus dat intelligentiam gratiam, quod Propheta indicauit, dicens: Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. Paruulos autem pro humilibus accipi in sacra pagina, ostendunt verba Christi, inde gratias agentis Patri, quod paruulis, hoc est humilibus, reuelauerit ea quæ sapientibus & prudentibus huius sæculi abscondit. Et superbiam Philosophorum, impedimentum fuisse, ne veram fidem agnoscerent, quam humilitate didicissent, probat Augustinus. Si ergo Franciscus humilitatis idea, in locum, quem superbus Lucifer amisit, creditur eleuatus; ad naturalem & supernaturalem Angelorum supernorum scientiam, diuina gratia euectus merito reputabitur. Clauem accepit diuinæ sapientiæ, & legis intelligentiæ, hoc est humilitatem, quæ clauis est Regia Christi, qua ad veram capeffendam scientiam introitur, & aliis introitus aperitur; quam Scribæ & Pharisei acceperant, & tumentes in superbiam elati, foras remanentes, audire meruerunt à Christo: *Va vobis legis peritis, quia tulistis clauem scientiæ: ipsi non introitis, & eos, qui introibant, prohibuistis.* Nullus ergo Franciscus sapientior, quia nullus homi-

lior. Nemo clauis acceptæ melius potestatem legis peritia exercuit, quam ipse, qui non solum aperuit sibi, & introiuit, sed alios innumeros doctrina sua & Religione fecit introire. Et si tertiam partem terræ combustam igne, ad vocem clangentis tubæ, qua primus Angelus cecinit, vidit Ioannes; & per tertiam partem terra, eos qui per doctrinam & exempla bonorum hominum salui facti sunt, debemus intelligere, qui igne timoris Dei atque amoris, quidquid prauum in se fuit, combusserunt, atque deleuerunt; per Franciscum Angelum Dei electum, voce & factis, verbo & exemplo tubam Dei personantem, non solum tertiam partem terræ diuino amore combustam, saluamque factam dicere debemus, sed vniuersum illuminatum orbem: à se & suis, & totam reparatam Ecclesiam, vt ex nocturna visione percepit Innocentius III. cum Franciscum labentem Ecclesiam, vt diuinum Atlantem, humeris sustinere conspexit. Hic verè Ecclesiæ Doctor & Magister: nam si doctrina in hoc à Deo instituta est, vt saluos faciat nos; qui plures saluos fecerit, verus erit Magister.

Illinc secundò huius sancti viri mihi commendatur doctrina, quod simplici & candido sermone eam tradiderit: nullos enim tam abhoruerim, quam eos, qui in verbo doctrinæ non humiles, sed arrogantes existunt; qui & ipsa reëta, que prædicant, non studio correctionis, sed vitio elationis annunciant. Hi successores sunt Eliu amici Iob, qui in superbiam elatus, dicebat: Attende Iob, & audi me, & tace dum ego loquar; audi me, & tace, & ego docebo te sapientiam. & iterum: Audite sapientes verba mea, & eruditi auscultate me. Hi superbi Doctores vulnerare potius quàm emendare norunt; Salomone testante, qui ait: In ore stulti virga superbiæ, quia increpando rigide feriunt, & compati humiliter nesciunt, Franciscus verò didicit & docuit sapienter, & humiliter, nec in verbis nec in sententiis tumidæ elationi & propriæ laudi studens, sed vtilitati audientium & legentium, quod proprium est Christiani Doctoris, nam qui affluit insipienti eloquentia, tanto magis cauendus est, quanto magis ab eo, in iis, quæ audire inutile est, delectatur auditor: & eum quoniam diserte dicere audit, etiam verè dicere existimat. At Patri nostri scripta humilia; non humana industria composita, sed diuina mente sunt fusa. An non hæc humilis eloquentia, simplex & incomptus stylus sacræ Scripturæ, in qua non pruriētibus auribus expectandus cadentiæ sonus, sed sinceris mentibus requirenda substantia doctrinæ; Dum ad vanam eloquentiam & verborum corticem totus adhuc attenderet Augustinus, & cum primum legeret factam Scripturam, visa est ipsi indigna, quam Tulliana dignitati compararet: tumor enim eius (sic ipse de se loquitur) refugiebat modum eius, & acies eius non penetrabat interiora eius: illa enim erat, qua cresceret cum paruulis, ille autem dedignabatur esse paruulus, & turgidus fastu sibi grandis videbatur. Ita vereor ne contingat iis, qui sibi magni videntur, & superbo animo ad hæc Francisci Opera legenda accesserint; & ne dum hanc doctrinam tamquam incomptā abuciant, absque fructu steriles, & mente ieiuni recedant. Sed si animo humili, vt paruuli, lactis sapientiæ cupidi, eam perlegerint, non verborum compositas orationes, non doctas

Apoc. 8. Ambr. in Apocal. c. 8. visione 4.

S. Bonau. in Legen. S. Francisc. c. 3. in fine.

S. Isidor. l. 3. Sent. c. 41.

Iob 33. & 34.

Prou. 14. Ex Gregor. 24. Mor. c. 22.

Aug. lib. 4. De doctrina Christiana, c. 5. Idem eod. lib. 7. c. 7.

Aug. lib. 3. Conf. c. 5.

fabulas, non poetarum figmenta, non facetias, sed Euangelicam doctrinam quærentes; vberes fontes inuenient, quibus numquam satiati adhuc sitient, donec ad Deum fontem viuum accedant, qui propinet ipsius calicem aqua viua salientis in vitam æternam. Facile hanc Francisci in loquendo simplicitatem excusabit sanctimonie auctoris magnitudo, & candidum Lectoris ingenium: bonorum enim ingeniorum insignis est indoles, in verbis verum amare, non verba. Quid enim prodest clavis aurea, si aperire quod voluimus, non potest? aut quid obest lignea, si hoc potest, quando nihil querimus, nisi patere quod clausum est? Et sicut effossum informe aurum & rude, eò charius esse solet, quod nihil videatur alterius metalli habere commixtum: ita egregia monumenta, sua ipsius vetustate atque simplicitate micantia, quibus res petius quàm verba in prælio esse solent, gratiora planè erant atque iucundiora, quouis scripto recentioris Auctoris, quibuscumque eloquentia phaleris exornato. Quidquid enim obducitur furo aut pigmentis, suspèctum redditur: pulchriorque enitescit ipsa sua puritate simplicitas: que quod mentiri nesciat, omne, quamuis adornatum, compositum, velamentum abhorret. Ex humilitate ergo Auctoris & styli fati hæc commendatur doctrina.

Atque ex eius vita & exemplo, quis ignorat, quàm digna sit veneratione? Optima planè est viri humilis humilitatis doctrina, quæ sine loquendo instruat, sine commendabiliter tacendo quiescat, semper noscitur esse proficua: de thesauro namque suo bonorum operum, quæ gessit rudimenta pronuncians, auditorum animos conuertit ad gratiam: concordat quippe eius vita cum voce, efficaciterque benedictio diuina assentitur in opere. Prius ardeat lux in seipso necessarium est, quàm ponatur super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt; & si sal in scipso infatuatum fuerit, quomodo condimento ipsius cetera salientur? Ideò vitam prius quærendam quam doctrinam, significauit Regius Vates; prius beatos clamans, eos, qui immaculati viam huius sæculi pertranserunt, gressus suos secundum legem dirigentes: quam eos, qui scrutantur testimonia eius: ante enim vita, quàm doctrina querenda est: vita enim bona sine doctrina habet gratiam: doctrina sine vita, integritatem non habet. Hinc de Iesu dicitur cœpisse facere, & docere; quo loco verborum antepositio non caret mysterio, & ipse de doctoribus loquens dicit: Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno calorum. Audis quoniam prædicit factum, subsequitur doctrina: siquidem benefacere, prima doctrina est. Cessantibus enim verbis, hoc ipsum docet homines opus optimum, dum videtur: quod est si voce aures non exciuet, virtute tamen corda compungat. Quis enim bonum factum videns non gaudeat, miretur, imitetur, ac veluti tacito magistro viens, eius exemplo doceatur? Dicitur igitur facta præcedunt. Inanis ergo & ridicula, contemnenda, hypocritique plena, vana, inutilis, mendax, & sui Auctoris inimica, cum sit doctrina quæ Auctoris moribus non probatur, & ex exemplo sibi fidem sortitur; necessario fatendum est, eam, quæ plenè moribus auctoris constat, omnibus meliorem & efficaciorē esse.

Scio quidem, inter Sanctos & Sanctos, inter merita & merita differentiam esse maximam, vt Bernardus docuit; disputationes autem & con-

trouersias de eorum comparatione & gloria, inutiles & periculosas esse, nec viris piis conuenire; cum potius controuersias excitent, quàm imitandi desiderium & deuotionem; atque ita ad sanctitatis comparationes non deueniam. Id solum dixero, debere vnumquemque doctrinam Seraphici Francisci, ex eius vita & meritis æstimare: & qui eum (vt par est) inter Angelicos choros collocatum, sedem Luciferi occupare crediderit, Angelicam reputet doctrinam: qui inter Apostolos illum maluerit recensere, Apostolicam existimet; qui eum in vita verum & certum imitatore Christi, & in corpore eius effigiem senserit & adorauerit, credat nullam doctrinam Auctoris non canonici plus hac Christi imitari doctrinam. Portat sigillum Christi Franciscus stigmataque eius in corpore suo, quibus auctoritatem Regiam præstat doctrinæ suæ: quæ enim sigillo Regio signata sunt, Regiam maiestatem præ se ferunt: signatam ergo & confirmatam dicemus Francisci doctrinam Christi sigillo. Miraculosus ille liber, quem Ioannes vidit scriptum intus & foris, quem nemo poterat aperire, quovque venit Agnus tamquam occisus, & aperuit illum, qui dignus aperire visus est, quoniam occisus fuit, & ex omni lingua, & natione, & gentibus congregauit Ecclesiam & Regnum Dei. Hæc quidem de Christo intelligi, communi consensu probant sancti Doctores, qui quasi occisus, quoniam post mortem occisionis signa portans, viuus apparuit. At post Christum, cui melius hæc visio, quàm Francisco competere dignoscitur? qui viuus quasi mortuus apparuit, tum ex mortificatione, tum ex signis mortis, quibus Agnus occisus est Christus: ipse autem amoris dulcissima morte correptus viuus apparuit, & adhuc post naturalem mortem semiuuius perseuerat, erectus in sepulchro, vt testatur à Pontifice inscriptum Epitaphium. Si ergo aliquis post Christum legis diuinæ meruit aperire librum, & eius exponere præcepta, is Franciscus est; qui vt occisus eisdem vulneribus, quibus Agnus apparuit, & Spirita Dei plenus, poterit soluere & explicare signacula eius, quæ sunt septem Spiritus Dei. Et ideò forsitan erectus & incorruptus per tot sæcula in sepulchro perseuerat, vt semiuuius, non mortuus, aut occisus, sed quasi mortuus appareat: & integritas & incorruptio sint signa optimi Doctoris, & magistri, quia sicut aurum & argentum, & lapides, quos ignis non corrumpit, ita bonus magister incorruptibilis permanebit.

Docet etiam in suis libris Franciscus, tamquam potestatem habens exemplo Christi: quem enim verba Seraphico spiritu plena, & Regio signata sigillo, non commoueat? non trahant? non compellant? Non immerito ei conuenire existimem quod Tito præcipit Apostolus, Cum omni imperio doceto (non quòd imperiosè & tumidè diuina doctrina prædicanda sit, sed quòd bono exemplo, & vitæ integritate, venerabilis factus Magister suam doctrinam reddat obseruandam, vt ipsius capitulis series fati ostendit, & obseruant sacri Doctores.) Franciscus enim cum imperio & potestate docet, tum ex vitæ & morum integra disciplina, tum ex auctoritate & maiestate Christi, cuius signatus, ad eò Deiformis effectus est, vt humanis oculis, cum non dissonet doctrina

Luca 12.

Matth. 24.

Iob 17. Gregor. lib. 27. Moral. c. 27.

Laur. Justin. de Contemp. mundi, cap. 4.

Psal. 118.

Matth. 11.

August. de Ciuit. Dei. l. 12. c. 28. & 19.

Luca 11.

Apoc. 5.

Ambr. in Epist. Paul. 1. ad Cor. 3. Matth. 7.

ad Tit. c. 2. Gregor. lib. Mor. 23. c. 13. Isidor. 3. Sent. c. 36.



sed conueniat, Christus uideri possit: & si nos, qui non uidimus personam Christi, Franciscum stigmatibus decoratum, loquentem uerba Christi audiremus, aut scribentem manu, clauo transfixa, uideremus; non immeritò eius similitudine decepti, Christum audisse, aut uidisse scribentem dicere auderemus. Quis ergo non plurimi faciat? quis non libenter legat doctrinam Christi, transfixis manibus Francisci scriptam? quis manus transfixæ sanguine madentem chartam, calamus, atramentumque non ueneraretur, si Franciscum scribentem adspicere mereretur? Crede tamen mihi, Lector, pluris faciendæ esse uerba dicta, & sententias eius, quàm illa materialia signa: nam si ista transfixæ manus sanguine, rubebant, illa cordis sanguine, & Seraphico Spiritus ardore sunt ignita; & quantò Spiritus diuinus, ex quo fonte illa emanabant, omnibus aliis pretiosior est rebus, tantò dicta, sententia, præcepta, & consilia Francisci, pluris fieri debent, quàm charta, calamus, & atramentum, etiam eius sanguine rubricata. Qui ergo illa, si dignus uidere fuisset, tanti haberes; pluris ista, quæ tibi nunc traduntur, habeto.

Vides iam quantum ex uita, qualitate, & maiestate Auctoris commendetur Opus? ulterius uelim attendas, quantum seipsam commendat, singularis, seu particularis hæc philosophia quodammodo tradens eius elementa, quæ uerè perfecta est, scientia. Non aliud suis Operibus commendat Franciscus, quàm quod in Euangelio tradidit Christus: illius perfectissimæ scientiæ doctrina hæc præcipua tradit elementa, salutarique Christi hortamenta tam simpliciter suadet, quàm efficaciter persuadet. Quis, quæso, melius explicauit, comprobauit, docuit, & monstrauit exemplis, illud Euangelicum: *Caute ab omni auaritia, quia non in abundantia cuiusquam uita eius est ex his, quæ possidet*: quàm ille, qui ut ab auaritia suos discipulos arceret, nihil penitus possidere aut habere uoluit? Quis neminem fallere, diuinæ prouidentia fidem demonstrauit, & experientia auctoritate munuit; certissimumque esse ostendit illud Euangelicum: *Nolite solliciti esse anime uestrae quid manducetis, neque corpori quid induamini; considerate cornos, qui non seminant, neque metunt, quibus non est cellarium, neque horreum, & Deus pascit illos; quantò magis uos pluris estis illis*: quàm ille, qui se & suos diuinæ prouidentia omnino commisit? Quis uerum sensum attingit melius uerborum Christi: *Qui uult uenire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me*: quàm qui terrena omnia despiciens, se suaque abnegauit; & nudus nudum secutus, alios nudos sequi docuit Christum? Quis elegantioribus commentariis prosecutus est illud Dominicum uerbum: *Si quis uenit ad me, & non odit patrem suum, aut matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus*: quàm ille, qui licet à patre uapulauit, carceribusque fuit mancipatus, ne post Christum abiret, per patrem (ut cum Hieronymo loquar) calcatum perrexit, matrem reliquit, & fugiens, ad Episcopi genua nudus procubuit: & alias cum uxorem tentaretur accipere, ut filios procrearet, mulieris & puerorum formas ex niue composuit, & eas osculatus, ad nudumque corpus adstrin-

gens, & placidè amplectens dixit: *Hi sunt, Francisce, filij tui, & uxor tua; sicque animam suam, id est uitam, contereus in hoc mundo, ad æternam felicitatem custodiuit*? Quis gloriosius expertus est, ac melius explicuit illam centupli promissionem eis factam, *qui reliquerint filios, domum, aut agros propter nomen Christi*, quàm qui modica mercatoris patris domo, & tenui patrimonio relicto, non solum æternæ uitæ accepit à Deo retributionem, & dona, quæ centupli promissionem longè excellunt, sed & materialiter in hac uita, tot domos opulentas, in uniuerso obtinuit orbe terrarum, plenas optimis filiis, ita ut nulla sit apud Indos & Antipodas ita remota natio, quæ domos Diuo Francisci non consecrauerit, & filios ei pepererit? & pro facultatibus, quas reliquit, tributa uoluntaria Pontificibus, Regibus, & priuatis in uniuerso imposuit, quibus alunt indigos filios, habentes mundi sibi subiectas potestates? Quis talem unquam mercandi artem cognouit, & docuit, quæ non solum pro centum reddat decem, aut pro uno centum, sed pro minimo millia millium complurima, & innumerabilia? qua similis omnino factus homini negotiatori quærenti bonas margaritas, inuenta autem una pretiosa margarita, abiit, & uendidit omnia, quæ habuit, & emit eam; & ei, qui inuento thesauro in agro Euangelicæ doctrinæ, abscondit, & præ gaudio illius uadit, & uendit uniuersa, quæ habet, & emit agrum illum? Aut quis unquam tam audax mercator ulli non pepercit labori, ut lucrum ex mercatura reportaret, quàm iste, qui fame, siti, nuditate, uigiliis, studiis, humilitate, & labore iam uirtutum aurum acquirerebat, iam ad palmam martyrij properabat? Quis ex his, qui argenti & auri metalla se conficere posse præsumunt, chymicam istam unquam artem potuit imitari, quæ non solum ceteras artes, sed naturam excellit? præter naturam quippe est, ut omnes etiam tenuis substantiæ uiri sua donent illis, qui à Francisco edocti sua reliquerunt; ita ut sibi & filiis prius alimenta decesse, quàm fratribus Minoribus partiantur. Præterea quis potuit commodius explicare illud, *Beati pauperes, quoniam ipsorum est Regnum celorum*: quàm ille, qui non solum uoluntariam paupertatem coluit, sed in ea proprium sibi & filiis constituit firmissimum & indeficiens patrimonium? Denique, ut uno uerbo omnia complectar, nullus, præter Apostolos, melius legem Euangelicam intellexit, nec politioribus commentariis explicuit: nemo eam non solum possibilem, sed necessariam, uilem, & facilem, iugum suaue & onus leue ostendit, nec alter sequi Christum melius docuit.

Vnde fateor, mi Frater, me antequam titulos Operum, quæ inueneras, perlegissem, alios ultra hos expectasse tractatus, Francisci uitæ & uirtutis proprios; uidelicet, Commentaria in Euangelium Christi, De eius uera imitatione tractatum, De sui ipsius & uanitatis sæculi contemptu, De uita solitaria & monastica, De purgatiua, illuminatiua, & uitiua uia, De perfecta in Iesum crucifixum transformatione, De humilitate, De paupertatis gloria, De fide in Deum, & eius prouidentia; sed postquam Opuscula non absque gaudio percurri, & rem altius mecum perpendi, cognoui hæc omnia breuiter in Operibus à te mihi oblati contineri,

longioresque earum rerum tractatus à Patre nostro editos, non chartis commendatos, sed ut opera legis scripta esse uoluisse in cordibus nostris: talis est enim practica & exemplo euulgata & probata doctrina Francisci, ut naturalem simul & Euangelicam legem comprehendat, quibus cordis nostri medulla conueniens membrana est. Est igitur doctrina Francisci Euangelica, Apostolica, Seraphica, ad pœnitentiam uocans, cæli uiam ostendens. Non est doctrina illa, quam Apostolus dicit *sapientiam huius sæculi*, quæ est scilicet uoluptaria, & nimio tenetur sui amore, & ut quæ doceat, quæ sunt huius mundi, & quæ sunt circa ipsum solum: non est doctrina numularia, quam Dominus eiecit de templo, eorum scilicet qui doctrinam Christi & sacras eius Scripturas ad lucrum & honorem interpretantur, & casta eloquia, argentum igne examinatum, probatum terræ purgatum septulum, corrumpunt, & Regis adulterinam imaginem reddunt, & impia commutatione deturpant, & in thesauros suos redigunt, non lucrum Dei & honorem, sed propriam quærentes utilitatem.

Sed susurrantes iam audio Zoilos superbe sapientes, murmurantes, unde tanta doctrina euenerit Francisco, humili uiro, idiotæ, non literarum studiis, sed humilitati dedito; imò & qui de literarum studiis sæpè consultus à suis, uel omnino prohibuit, uel saltem ita permisit limitatè, ut ad orationis studium potiùs quàm ad literariam palæstram inuiteret & destineret; nec ipse aliquamdiu in scholis moratus, nec argutis plurimum interfuit disputationibus: unde ergo prius est factus Magister & Doctor, quàm discipulus? Magister enim bonus ille est, qui docet ea, quæ prius didicit, ex Chrylostomi sententia; & cognitio quidem est ex eo quod quis didicerit. Discere & audire Magistram, prius est, quàm posse docere, quod adeo certum iudicantur, qui ab infantia Dominum Iesum cognouerant, & sciebant eum literis operam non dedisse, uidentes eum docere, quem hominem tantum reputabant, ut admirarentur, dicentes: *Vnde huic hæc omnia? & quæ est sapientia, quæ data est illi, & uirtutes tales, quæ per manus eius efficiuntur? Nonne hic est faber filius Mariæ frater Iacobi, & Ioseph, & Iudæ, & Simonis? nonne & sorores eius hic nobiscum sunt? & scandalizabantur in illo*. Quare scandalizabantur? quia ex patre, matre, fratribus, & sororibus eum hominem purum esse arguebant, atque ita literas discere communi more debuisset priusquam doceret.

Non aliter hi inferent de Francisco, quem missellæ conditionis humanæ fines nequaquam transiisse, nec in Dialecticorum argutiis uersatum, probè norunt. Quibus tamen facillè responderetur, in rerum diuinarum indagine, Philosophorum libris, & uano sæculi magisterio præstare Sacrorum librorum humilem & sinceram lectionem, sanctamque meditationem, modò quæ leguntur, & meditatione percipiuntur, opere compleantur. Multi enim ex sanctis Patribus absque sæculari magisterio, profanorumque librorum usu in Dei lege docti euaserunt. Ita contigit Antonio, qui uniuersam sacram Scripturam memoriter tenuisse dicitur, cuiusque aliqua Opera extant, doctissima sanè, in Bibliotheca ueterum Patrum. Ita Arsenio, ita

Paulo, & aliis sanctis Monachis & Abbatibus, qui in desertis à pueritia uiuentes, lectione sola & contemplatione ad magnam scientiam peruenerunt. Ita didicerunt Benedictus, Basilius; Ioannes Damascenus, & alij plures, qui nusquam leguntur in scholis uersati, & quantò longius à Scholasticorum argutiis aberant, tantò citius intellectus illorum illuminabatur, igne vibrante ardentis uoluntatis, & quo Deum, quem semper memoria retinebant, citò cognoscebant & feruenter prædicabant. Quid memorem Monachorum Abbatem Hor, qui cum in deserto Thebaidæ nonagenarius habitaret, Angeli præsentia admonitus, ut ad habitata loca, ut aliis proficeret, descenderet, cum antea egere omnino ignoraret, scientiæ donum accepit? Aut quid in medium adducam alterum Monachum Paternum, qui è latrone conuersus, & ad eremum secedens, quærens quid sibi oporteret scire; responsum accepit à Magistro, ut tres tantum disceret priores uersus Psalmi primi: ille uero hos sapius reperens, & diuina meditatione triturans, orationibus & ieiuniis tantum profecit, ut totam Sacram paginam memoria teneret? Quid referam de Ioanne Presbytero, qui in eremum diuino Spiritu deductus, Angeli manu tacto ore eius (ut Isaia calculo) plenitudinem scientiæ accepit?

Huiusmodi quamplures quotidie experiremur, si simili cura, sinceritate, & humilitate, sacros codices euoluere: neque enim fieri potest, ut is qui in diuinis Scripturis magno studio & feruenti desiderio uacat, unquam negligatur: sed licet desit nobis hominis magisterium, ipse Dominus superne corda nostra intrans illustrat & mentem, rationi inbar suum infundit, detegit occulta, detorque sit eorum, quæ ignoramus: tantum si nos, quæ à nobis sunt, asserere uelimus. Anne quis docuit Apostolos, ut scirent Scripturas & linguas, præter illum à quo dictum est, Et mittam uobis Spiritum ueritatis, qui à Patre procedit, ille docebit uos omnia, & suggeret uobis omnia quæcumque dixerò uobis? Aut quomodo in aduentu ipsius docti facti sunt omnes, qui prius erant insipientes? de quibus dictum: *Stulti quæ sunt mundi, elegit Deus, ut confundat sapientes*. & alibi: *O stulti & tardi corde ad intelligendum Scripturas*. Sed cum omnis sapientia à Deo sit, & Christus sit sapientia Patris, & ab eo nobis designatus Magister uoce è cælo delapsa, *Ipsum audite*: quem ipse docuerit, doctus euadet: ad quem ipse Spiritum suum direxerit, sapientiæ, scientiæ, doctrinæ, & intellectus dona percipiet, quibus illuminatus omnem mundi excedat sapientiam. Non homines, sed Christus ueram & cælestem infundit doctrinam: huius superexcellens Philosophiæ uerus Magister est Christus. Nolite putare, inquit Augustinus, quæquam hominem aliquid discere ab homine, Admonere possumus per strepitum uocis nostræ: si non sit intus, qui doceat, inanis sit strepitus noster. Magisteria forissecus adiutoria quadam sunt, & admonitiones: cathedram in celo habet, qui corda docet: de Domino dico, propterea aut ipse in Euangelio: *Nolite uobis magistrum dicere in terra, unus est magister uester Christus*. Ipse ergo uobis intus loquatur, quando nemo hominum illic est: quia etsi aliquis est à latere tuo, nullus est in corde tuo: sed Christus est in corde tuo. Interior ergo Magister est, qui docet; Christus docet, inspiratio ip-

Clem. A. lex. l. 6. Stromat. c. 3.

Luca 12.

Luca 12. Matth. 6.

Matth. 16. Luca 9.

Luca 14. Matth. 10.

Hier. Ep. I. in Heliod. ad princ.

Matth. 19.

Matth. 13.

Ibidem.

Matth. 5. Luca 6.

Rom. 2.

1. Cor. 2. Clem. A. lex. l. 6. Stromat. c. 3. Luca 19. Matth. 21. Marc. 11. Ioan. 2. Ex Ambr. l. 9. in Lucan. c. 1. Psal. 11.

S. Bonau. in Legen. c. 11.

Chrysof. in Epistol. 1. ad Cor. c. 8. Homil. 20. ad fin. Clem. Ale. l. 6. Strom. c. 3. Marc. 6. Matth. 13.

Vita Patr. l. 2. c. 2.

Ibid. l. 1.

c. 9.

Vit. Pat.

l. 2. v. 15.

Chrysof. in c. 13.

Genes.

Hom. 35. in princ.

Ioan. 24.

1. Cor. 1.

Luca 24.

Matth. 9.

August.

Tract. 3.

in 1. epist.

Ioan. 2.



# Testimonia operum

# S. Francisci.

us docet: ubi illius inspiratio, & illius unctio non est, forinsecus inaniter perstreperunt verba.

Leue ergo fundamentum est ad probandum Franciscum omnino idiotam fuisse, dicere, Magistris multam operam non dedisse: nam si Magistri tam parum profunt, vt verè nihil per se possint docere absque illo Magistro interiori, à quo docemur, secundum Augustinum; reliquum est, humano Magistro caruisse, non esse aliud, quàm illo exteriori indice caruisse; quo licet monstrante faciliùs res cognoscantur, deficiente tamen, possibile est cognosci, præsertim cum ad veram sapientiam non vnà vià peruenitur, quippe pro sua quisque sanitate ac firmitate comprehendit illud singulare ac verissimum bonum. Lux est quadam ineffabilis & incomprehensibilis mentium: lux ista vulgaris nos doceat quantum potest, quomodo illud se habeat. Nam sunt nonnulli oculi tam sani & vegeti, qui mox vt aperti fuerint, in ipsum se Solem sine vlla trepidatione conuertant: sunt alij, quibus sol initio conspectus visum obtunderet. Non ergo omnibus vnus discendi modus: quia sicut in domo Patris mansiones multæ, ita multæ viæ; & sicut diuersa bona

Aug. l. 1. Soliloq. c. 15.

Ephes. 9. & 1. ad Cor. 12.

Joan. 13. & 16.

Joan. 6.

Aug. l. 1. ibi.

Ex Aug. enarr. in Psal. 144. col. 3.

(vni enim datur prophetia, aliis scientia, aliis genera linguarum, aliis gratia curationum) sic diuersi modi, breuiiores & longiores, adipiscendi hæc dona secundum voluntatem Dei, qui omnia prudenter disponit, secundum qualitatem & naturam accipientis. Nec negamus nos Franciscum habuisse Magistrum, & tempus, & modos addiscendi; imò dicimus habuisse Magistrum Christum, qui per Spiritum sanctum illum docuit, eo modo, eo tempore, eo loco, quibus ipse voluit, cui omnia dedit Pater in manus. Huic nullus ordo præscriptus, nullus locus, nullum tempus; potest mediante Magistro temporaliter docere, cum ex iam dictis semper sit ille, qui interiori docet; potest & sine medio per seipsum. Hominibus enim, qui humanas artes profitentur, datum est operari instrumentis mediis; Deus autem, prout vult, ex natura sua potest operari, nec indiget instrumento, quia Deus naturæ est. Sic Apostolos in instanti docuit, sic Baptistam in matris utero, sic Prophetas, sic Saulum, cuius oculis ceciderunt squamæ ignorantiae. Proinde optimum hunc Magistrum bonus & primarius ille discipulus Petrus relinquere noluit, nec recedentibus iis, qui in Christi doctrina scandalizabantur, recessit: interrogatusque an cum aliis Apostolis abire vellet, respondit: Domine, ad quem ibimus? verba vite æternæ habes, id est doctrinam, quæ ad vitam æternam ducit, & verba, quæ ipsam continent vitam. Non est alius tibi similis Magister, ad quem declinare possimus; non est, qui ita perfecte doceat alius Præceptor. Da (inquit ad Christum Petri nomine Augustinus) alterum te, & ibimus ad eum. quasi dicat, nullatenus recedere debere discipulos à Christo, dum non sit alius à Christo Magister, qui quod Christus instruit, edoceat; nec quod inspirat Christus, ostendat.

fule discipulum eius dicentem. *Ambulans & sedens, intus & foris, & laborans & vacans, orationi adeo erat intentus, vt illi videretur non solum quidquid erat in eo cordis & corporis, verum etiam operis & temporis dedicasse.* Doctrina Christi est, *Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Videamus an didicerit hæc noster Franciscus: in humilitate ita profecit, vt humilia iaciens fundamenta ædificij sui, in altiora, quæ superbus Lucifer perdidit, fabricam extulisse merito credatur. In propria quidem reputatione nihil erat nisi peccator, cum in veritate speculum esset & splendor omnimodæ sanctitatis. Super hanc studuit ædificare seipsum, vt sapiens architectus fundamentum præciens, quod à Christo didicerat. Doctrina Christi est: *Si vis perfectus esse, vade & vende omnia, quæ habes, & sequere me.* &: *Nisi quis renuntiauerit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus.* Doctrinam hanc sibi pro vinculo hereditatis adscripsit Franciscus: *Nemo enim tam auri, quam ipse cupidus paupertatis, nec thesauri custodiendi sollicitior vllus, quam iste huius Euangelicæ margaritæ.* In hoc præcipue suus offendeatur aspectus, si quid videret in Fratribus, quod paupertati non per omnia consonaret: nam & Fratribus in concludi quærentibus, quæ virtus magis amicum redderet Christo; quasi secretum sui cordis aperiens respondebat: *Paupertatem noueritis, Fratres, specialem viam esse salutis, tanquam humilitatis fundamentum, perfectionisque radicem, cuius est fructus multiplex, sed occultus.* Certè quæ & quanta dixit & fecit pro paupertate obseruanda, longum esset referre. De cordis pietate, mansuetudine, & charitate, quis sermonem contexere valebit? Certè affirmare ausim, licet multa de huius viri virtutibus & vera sapientia scripta sint, omnia in comparatione eorum, quæ dici possent, quasi stillam roris matutini esse, maris magnitudini comparatam. Veram sapientiam didicit, à vero præceptore Christo didicit, à Patre didicit: doctrina enim Christi, Patris doctrina est: à Spiritu sancto didicit, per quem Christus promisit se docturum omnia: optimos habuit Magistros, optimus ipse discipulus. Didicerat ergo iustitiam, sapientiam, charitatem, humilitatem à Christo. Quid ergo nos suis Operibus docebit? eructauit absque dubio quod biberat, vt alter Ioannes, qui quod à Christi peccatore biberat, verbum eructabat; & idè in Operibus eius nihil inuenies, nisi doctrinam Christi.

Bonau. in Legen. c. 16.

Matth. 12.

Bonau. in Legen. c. 6. ubi multa alia.

Bonau. in Leg. c. 7.

Sic de eo loquitur Hieron.

Ambros. in Psal. 118.

Octon. 13. Versu.

Super omnes docentes.

Deut. 32.

Psal. 118.

Bonau. in Leg. c. 11.

Poterit ergo iam Franciscus detrahenti Zoilo verbis Ambrosij respondere, si dixerit Zoilus illi: *Vnde habuisti intelligere? Scriptum est: Interroga Patrem tuum, & annuntiabit tibi: seniores, id est Magistros, & dicent tibi.* respondebit: *Etiã scriptum est de Deo: Ego sum Pater tuus, interroga me: & ex illo noui respondere, & ex illo supra illos intelligo quod non intelligebant, quia testimonia didici, quæ illi non nouerant. Didici, Qui sequitur me, tollat crucem suam. Didici: Diligite inimicos vestros. Et idè super omnes docentes intellexi, quia testimonia Domini meditatio mea est.* Quam autem diuinæ legis meditatio eum super omnes docentes doctum reddiderit, accipies ab Illustrissimo S. R. E. Cardinali Bonauentura: *Ad tantam auidem mentis ferocitatem, indefessum orationis studium, cum continua exercitatione virtutum, virum Dei perduxerat, vt quatinus non*

habnerit Sacrarum litterarum peritiam, per doctrinam, æterna tamen lucis irradiatus fulgoribus, Scripturarum profunda miro intellectus scrutaretur acumine. Penetrabat enim ab omni labe purum ingenium mysteriorum abscondita: & ubi magistratus scientia foris stat, affectus introibat amantis. Legebat quandoque in Libris sacris: & quod animo semel iniecerat, tenaciter imprimebat memoria: quia non frustra mentalis attentionis percipiebat auditu, quod continua deuotionis ruminabatur affectu. Et post pauca: *Interrogatus Senis à quodam Religioso viro, Theologia sacre Doctore, de quibusdam questionibus difficilibus intellectu, tanta claritate doctrine, diuina sapientia patefaciebat arcana, vt vehementer stuperet vir ille peritus, & cum admiratione referret: Verè Theologia sancti patris istius, puritate ac contemplatione tamquam alis in altum subiectas, est aquila volans: nostra vero scientia ventre graditur super terram. Licet enim esset imperitus sermone, scientia tamen plenus, enodabat dubia questionum, & abscondita producebat in lucem: nec absolum si vir sanctus Scripturarum à Deo intellectum acceperat, cum per imitationem Christi, perfectam veritatem ipsarum descriptam gestaret in opere, & per sancti Spiritus unctioem plenariam, Doctorem earum apud se haberet in corde.* Hactenus de eius scientia Bonauentura, & si adhuc maius videre cupis testimonium Ecclesiæ sanctæ, quæ veritatis magistra est, audi eius iudicium in Hymno de festiuitate eius, ab Ecclesia approbato. In primis Vesperis dicitur de eo: *Vita & doctrina splenduit, & in secunda Antiphona Laudum: Hic predicando circuit, & quem non homo docuit, fit doctus in stuporem.* & in quarta: *Doctus doctricæ gratia.*

Ex Officio S. Francisci.

Casus

Psal. 93.

Ambros. d. Psal. 118.

Sed si adhuc superbè sapis, & illum iterum atque iterum idiotam vocas, audi casum, ne dicam miraculum. In quadam Hispaniæ ciuitate (quam reticeo, vt honorem caueam viri, & Religionis cuius dedecori hoc tribui posset, mihi enim veritas cordi est absque aliorum iniuria decem abhinc annis contigit, Prædicatorem quemdam concionantem, & litteras literatosque sanctos commendantem, dixisse, se illis deuotissimum, non verè idiotis, qualis erat Franciscus. Quod vt semel atque iterum repetit, populares viri & mulieres adstantes, dum Francisci deuotione tenebantur, susurro & murmure tacitè hoc sibi de Francisco dictum non placere indicarunt. Cœpit subito Prædicator ille, qui lingua expeditissimus erat, balbutire, rubore suffundi, & conturbari; cœperunt & ea, quæ ad concionem præparauerat solertissimo studio, è memoria decidere. Creuit eius turbatione popularium tumultus: tandem Concionator obmutuit, & quæ superbè forsan didicerat, in medium proponere non potuit; quia, vt credibile est humilitatem viri sapientis despexerat; & ita incompleto sermone, è suggesto verecundè descendit. Huius rei testes fuerunt Episcopus & Capitulum, frequentisque populus illius ciuitatis, qui aderant ad festum solemnissimum inuitati. Casum vt noui refero, non prædico miraculum; sed Franciscum agnosco sapientem simul & beatum, de quo iure dici potest: *Beatus, quem tu erudieris Domine, & de lege tua, docueris eum.* In quo beatus? Propter donum scientiæ, quod de Spiritu sancto fuerat consecutus. Vnde non immeritè, meo iudicio, anteponeendus Franciscus aliis Doctores, quos ab eodem Magistro non

fuisse edoctos planè constiterit. *Cedant enim ei Doctores quique necesse est, quem testimoniorum meditatione celestium doctrina Dei docentis imbuerit.* Et quantò minus humani studij & humanæ literaturæ concedatur Francisco, tantò ampliùs eius eminet laus doctrinæ: quia si non acquisita, ergo data dono Dei: si non acquisita, ergo reuelata; si reuelata, ergo vera, excellens, secura, doctrina nempe Spiritus sancti, doctrina & Christi.

I dem cod. loco.

Sed quò tandem ab incepto itinere longius abij, & qui tantum gratulari tibi, Reuerende Frater, cogitaueram, gratulatione omiſſa, ad alia diuerſi, & epistolæ breuitatem & modum excedens, bellum cum detractoribus suscepi: Anne aliquid habuit commune, congratulari tibi, & laudare susceptum laborem, & aduersus inuidos tam longo sermone diuertisse? Vereor certè ne hoc malignantibus ingenij pharmacu adhibuisse fuerit necessarium: quod dum minùs cogitasse videor, conuenientius fuisse præsumo. Nec ex hoc diminuitur gratiarum tibi debita actio, imò ex muneris præpalata dignitate augetur: quæ enim sufficiens erit gratitudo, pro Francisci doctrina Euangelica? Certè nulla, si verum fateamur, par erit tanto beneficio, in quo honor simul cum lucro, voluptas cum utilitate, & cum pharmaco infirmitatis solarium reperitur. Sed huius facti nulla tibi gratia reddenda est, sufficit enim pro præmio egisse. Imò & tu immortales gratias Deo optimo maximo agere debes, qui per merita Beatissimi Patris nostri Francisci, te post tot sæcula, quibus hæc tradita erat silentio doctrina, creauit, & ex Hibernia Catholica fidei tenacissima, sed misero & turbulento hoc sæculo dira hæreticorum peste & immani persecutione agitata, vt alterum Loth edixit, & ad Religionem vocauit, vt tamquam fidelis seruus & prudens daret in tempore, ab eo præsignato, fidelibus hanc tritici mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & superfluentem, qua fidelium animæ, vererem renouatam, & experimento probatam sentiant vocem Euangelij, quam Franciscus singularis tibi bicen aurea canit tuba paupertatis & charitatis, non in vanum vocem emittens, velut æs sonans, aut cymbalum timniens, sed charitate plenus, opere priùs prædicans quàm verbo. Hæc est aqua illa crassa, quam ex antiquo seruato sub terra igne inuenisse dicitur Nehemias, quæ sparsa super sacrificium, oriente sole calefacta, ignis iterum naturam assumens, combussit sacrificium & ligna. Seruatus quippe Euangelicus ignis doctrinæ Francisci sub terra humilitatis suæ & suorum, aut ignauitæ & frigiditatis humanæ; nunc à te nouo Nehemia educa, & in corda nostra effusa, vt aqua, oriente Solis iustitiæ lumine (à quo omnia calorem accipiunt & virtutem) ardebit, & igne charitatis comburet sacrificia cordum. Aqua, qua lauantur crimina, dum inducimur ad poenitentiam; qua madent oculi, dum compellimur ad lachrymas; qua diuino amore infuso comburuntur corda, vibrante igne sancti spiritus; qua diuinæ sapientiæ fitis non extinguuntur, sed excitantur. O vtinam sicut illa miraculosa ex igne aqua crassa eo tempore inuenta est, quo captiuitate finita, populus Dei ad patriam reuertebatur; ita hæc tempus præsignet, quo à peccati seruitute liberati fideles, iam in caelestem patriam iter dirigant, & sicut ille fuit principium pacis illius populis, ista Eccle-

Baron. Tom. 11. an. Christi 1053. in fine. Luca 12. Luca 6. 1. Cor. 13.

Mach. 2. c. 11.

Ex doct. Ambr. l. 3. Off. c. 14.

Ecl. 24.

# Testimonia operum

suam pacem przelagiat, eaque in ignem conuersa, alienum ignem, scilicet hæreticam aut indignam moribus doctrinam, in templum Dei mittentes comburantur.

Leuit. 10.

Hic est vnus ex clypeis mille pendentibus in turri David, quo tu nunc armatus prodis ad defendendam Ecclesiam. An non sunt Christianæ antiquæ Bibliothecæ, ex quibus hæc sancti Patris monumenta eduxisti, turris illa Dauidica cum propugnaculis ædificata, ex qua mille pendunt clypei, omnis armatura fortium? fortium inquam illorum a quibus scribitur: *En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt, ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi: vnusquisque ensis super femur suum, propter timores nocturnos?* Ij nimirum sunt veterani Ecclesiæ milites, sancti illi & antiqui Patres, qui scriptis & monumentis suis vigilantissimè & acerrimè pugnant contra hæreticos, & potestates atque rectores tenebrarum harum, qui quietem veri Salomonis interturbant, qui Ecclesiam eius sponsam, in cuius sinu conquefcit, & inter cuius ybera commoratur, die nocteque diuexant, nec clamantem sponsum audiunt: *Adiuuro vos filia Ierusalem* (quia ipsi filia sunt Babylonis miseræ) *ne suscitetur, neque euigilare faciatis dilectam quoadusque ipsa velit.* Contra istorum strepitus, impetus, & insultus verè ex sacris Bibliothecis educuntur clypei, & omne armorum genus. Quomobrem eas per timescunt & horrent hæretici: nam à Philisthæis edocti, cauent, qua possunt diligentia, ne inueniatur gladius in Israel, vt cum ipsi insurrexerint, inermes reperiantur Catholici. Quod Iulianus ille apostata teterrimus, Christi & Ecclesiæ hostis diligenter fecit, dum lege cauit ne Christiani literis Græcis erudirentur, nec scholas frequentarent: quod & hodierni sectarij, & apostata, nostro sæculo diligentissimè fecerunt & faciunt, vbi cumque tyrannidem suam liberè exercent. Quot enim Bibliothecas sacras diripuerunt? quot sacra volumina exusserunt? quot sanctorum virorum monumenta dilaniarunt? Nec sanè ad sua scelera imprudenter: in hoc enim laudo villicos iniquitatis, & prudentiam filiorum huius sæculi. Videbant namque nihil sibi infestius, nihil sectis suis perniciosius, quam huiusmodi bellica Ecclesiæ armamentaria, ex quibus tot veterum Patrum exemplaria, Græca, Hebræa, Latina, & omnium denique linguarum scripta, quotidie eruuntur, quibus Babylonica eorum turris euertitur, & ad fundamenta vsque exinanitur. Quemadmodum verò tempore belli diligentius conquiruntur arma, quibus se quisque muniat: ita tempore hæresium (quæ sunt Ecclesiastica bella, occidunt enim animas, quæ mori nesciunt, cum aliæ strages in corpora, in ædes, & cætera huiusmodi caduca, & interitui ruinæque obnoxia, tantum desæuiant) diligentius Catholici Musæa & Bibliothecas euoluerunt, sanctorum Patrum libros perquisierunt, eosque velut leonibus fortiores, & aquilis velociore, in prima acie collocarunt, vt non immeritò militans Christi Ecclesia dicatur, ac sit hæreticis terribilis, vt castrorum acies ordinata. Inter quos tu, Religiosissime vir, hæc Seraphici Patris monumenta eduxisti, quibus vt gladio decidunt hæretici. Quis namque ex nunc poterit se obii-cere potestati Pontificis, vel sacri Collegij Car-

Cant. 4.

Cant. 3.

Cant. 2.

& 3. & 8.

2. Reg. 13.

Cant. 6.

dinalium negate dignitatem, cum videat Franciscum (quem sanctissimum virum fuisse, nec hæretici, nec alij infideles negant) primum se, deinde suos submittere S. R. E. & Summi Pontificis & Cardinalium nutui & iurisdictioni, & sub eo vexillo se suosque velle militare? Quis Ordinum, Pœnitentiæ, Sacrificij sacro sancti, aliorumque Sacramentorum, quibus Ecclesia vtitur, negabit veritatem, quam fatetur, commendat, & extollit Franciscus? Quis opera nostra ad gratiæ augmentum & gloriæ consecutionem non esse necessaria, sed omnia facta iam esse in virtute Christi, & solam eius sufficere fidem attestabitur, quando ille, qui ipsius Christi stigmata portabat, opera pœnitentiæ & pietatis lectanda proponit? Quis denique Religiosorum cœtus, emissionesque votorum improbare audebit, quorum auctor apparet tantus vir? Vnde magnum te beneficium in Dei Ecclesiam contulisse credo, in huius Operis editione, quæ fideles sancti Spiritus igne accendit & illuminat, infidelesque comburit.

Sed nunc ad meipsum rediens, ceteris, quæ in Epistola tua scripsisti, rescribam, & faciam satis. Mittis igitur ad me sanctissimi Patris nostri Libros & Opera, & huius muneris consortem & coheredem facis Illustrissimum Dominum, ac fratrem meum Antonium, Carthaginensem Episcopum, totius Ordinis Franciscani prius Generalem. At quid iucundius mihi contingere potuit, quam tantum virum huius muneris fieri consortem, vt eius, quem natura dedit fratrem maiorem ætate, & Dominum, hæc sit vera fraternitas, vt eadem fides, & religionis & muneris istius participatio verè faciat esse germanos? Dicasti nobis ergo Parentis nostri Opera; & meritò: debentur enim filiis bona parentum, & ad eos pertinet hæreditas, maxime non ingratos. Gratum filium Illustrissimum fratrem meum certè dicere possum: quantum enim Religioni inseruierit, notissimum est. Habitum quippe quartodecimo ætatis anno suscipiens, Fratres, qui demortuorum parentum loco successerant, & omnia temporalia reliquit, exempla optimi Patris Francisci securus, eiusque Religioni in Religioso & graui Salmantino Cœnobio se deuouit. Postea in Religione Philosophiam & Theologiam publicè professus, & ad diuersa munera vocatus, tandem ad Generalis Ministri culmen ascendit, in quo quantum Religioni inseruierit, omnes norunt, donec ad Episcopalem dignitatem ante officij sui finem euectus, ad animarum curam è Religione diuertit; non animo quidem aut moribus, sed sola habitatione & occupatione Paſtorali. Inter alia autem, quæ dum Generalis fungebatur officio, egit laude digna, duo tantum referam; quorum ego (gloriabundus dico) particeps fui. Primum, Festi sacrorum Stigmatum renouatio; alterum, domus, in qua natus, educatus, & à patre carceri mancipatus fuit sanctissimus Pater noster Franciscus (quæ adhuc aliarum more sæcularibus locabatur absque decore & honore) in Ecclesiam & Monasterium erecto, fauente magna pecuniarum summa Philippo tertio Religiosissimo Hispaniarum Rege & Domino nostro, qui iam, vt credimus, huius aliorumque bonorum operum gloriæ præmium tenet. Primum autem tibi iucundum fore credo, si referam, vt res euenit: rarus quip-

# S. Francisci.

pe est, & deuotus euentus. Eram ego in ciuitate Vallisolerana, in cuius Curia Regia Regi inseruiebam, habitu & professione sæculari, officio Auditoris fungens; aduenitque in domum meam Illustrissimus Episcopus, tunc in Zamorensi Cœnobio Theologiæ Lector, vt cum socio recreandi animi causa, aliquibus, paucis tamen, remaneret diebus. Post cœnam itaque, die decimafexta Septembris, ille cum socio recitabat Matutinum Officium, ego ex altera parte eiusdem camera deambulans, Psalterium Virginis recitabam, & sentiebam multoties repeti nomen Francisci. Accessi, quærens quod Festum esset illud, de quo Officium diceretur. Responderunt: De Stigmatibus sancti Francisci. Ego admiratus dixi: quate hoc Festum in Religione non celebratur solemniter, sed ita modicè, vt omnes sæculares ignoremus hunc diem, nec tanti miraculi faciamus commemorationem? Et cœpi obiurgare, & quasi criminis arguere Religionem. Dicebam enim, meo iudicio Stigmatum sancti Patriarchæ Festum debuisse plus celebrari quam diem mortis eius. Mors enim sancta omnium Sanctorum commune Festum est; at penetrantia Stigmata Christi habuisse, soli Francisco concessum. Et sicut beata Virginis Natiuitas & Conceptio sancta, & Ioannis Baptistæ Natiuitas, solemnissima celebritate coluntur, quia maius est miraculum sanctè concipi & nasci, quam mori, ita in beato Francisco maius fuit miraculum, & specialius sanctitatis signum, viuum accipere sacra Stigmata, quam sanctè mori. His aliisque rationibus, proposuimus ambo, hoc negotium, si Deus tempus occasionemque præberet, ita promouere, vt Festum hoc solemnissimè non solum in Religione, sed in vniuersa Ecclesia celebraretur. O bonum Deum, qui votis nostris ita fauit, vt factus Ordinis Generalis frater meus, propositi nostri memor, me etiam vt potui adiuuante (saltem propositi recordatione non necessaria) Festum celebrari obtinuerit, & primæ eius solemnæ celebrationi adstitit ipse Generalis Ordinis, adstiti & ego sanctæ Romanæ Ecclesiæ iam Cardinalis, qui propositi tempore non elapsè adhuc decennio eram sæcularis! Vide quantum præmium pro minimo affectu deuotionis! & quanta sum huic Diuo obligatione deuinctus, qui hoc, & omnia, quæ habui, ipsius deuotioni tribuendo censeo: quam à parentibus hereditatem accepimus, qui ob magnum in Franciscum affectum, sua corpora antiquissimo maiori Placentini Conuentus Franciscani Sacello decoris sepulchris, & paucis abhinc annis ab Illustrissimo fratre nostro Episcopo innumeris decoratis Sanctorum Reliquiis, piè commendarunt; quorum animas meritis & precibus beati Patriarchæ, suique Ordinis Fratrum, piè spero iam gloriâ potiri; & quorum consortio, Fratrumque Minorum suffragiis, vt ego cum prædicto fratre meo perfruamur, in eadem Ecclesia aliud amplioris ædificij ego extruxi Sacellum, quod corpora nostra constituentur, vt ibi requiescant, vbi semper animus requiem inuenit.

At tu admiraris, & solemnibus celebrare cupis encomiis, me post purpuram Cardinalitiæ dignitatis, habitum tertij Ordinis induisse, & solemniter tertiam Patris nostri Francisci Regulam professum fuisse. Sed quomodo, qui meipsum, & omnia, quæ habeo, Francisci esse pro-

fitabar, possem qualecumque exhibere deuotionis signum, nisi me ipsum suæ Religioni deuouerem? Anne indignus est Francisci funis, quo Regia purpura cingatur? Eo præcinctus Ludouicus Rex Galliæ, Elisabeth Vngariæ Princeps, in Sanctorum numerum relati; Imperatrices, Reges, Regina, & alij Principes viri; quorum numerum, tempore mortis suæ deuotissimè habitum suscipiens, auxit hoc anno Philippus tertius Hispaniarum, & paulò antè Serenissima Hispaniæ Regina Elisabeth, Philippi IV. Domini nostri vxor & nobilissima Princeps Maria eiusdem Philippi I V. germana soror, quæ etiam huic tertie Religioni nomen dederunt, quas cum potentissimo & piissimo Rege Deus diu incolumes seruet. An fortè non decet Regiam dignitatem cilicium? Decet certè; & tempore Elisei Prophetæ eo vsus Regem Israël, narrat Historia facta. Vnde ergo miraris, quòd Cardinalis cinericium habitum purpuræ imponat, & chordâ se præcingat? Dicis: Humilis habitus est, tantæ dignitati. At ego respondeo; idè Gregor. suscipiendum hoc tempore, cum tanto humilior, Homil. 9. in Euangelia. atque ad seruiendum Deo promptior quisque debeat esse ex munere, quanto se obligatiorem esse conspiciat in reddenda ratione: & nobis humilitatem hoc tempore, quo ad talem euecti sumus dignitatem, tanto magis arbitror esse necessariam, Bernard. quanto maior noscitur materia suppetere superbiendi. Epist. 42. di. Genus, ætas, scientia, cathedra, & quod maius est, primatus prærogatiua, cui non essent insolentia comes & eleuationis occasio? quamquam esse possint & humilitatis. Meditantibus quidem honores blandiuntur, sed onera pensantibus radio sunt atque formidini. Sed superbire honoribus communius est, saepeque transitoria potestas animum in Grego. l. 21. per abrupta elationis rapit: plerumque enim se animo accepta potestas obicit, eoque tumidis cogitationibus fallit. Manu ergo humillima considerationis, deprimendus est tumor elationis. Hinc Paulus ad Apostolatus & magisterij dignitatem euectus, nobis elucet, seruiens Domino cum omni humilitate; & memor humilitatis, quæ his, qui presunt maxime congruit, eò quòd facillimè in arrogantiam in Actus rolluntur. Nonne hoc nos docent à natura instructæ grues, quæ in altiora eleuandæ, ne à ventis huc illucque proiciantur, lapides pedibus portant, vt pondere securius volare possint, quæ leuiore ventis cedere compellerentur? Nonne nauim onerat nauta, vt sic depressa & demissa, humilior licet, securior tamen iter agat suum, nec ita facilè à procellosis vndis agitata, huc illucque iactata demergatur; & quòd altioribus natate cupit vndis, eò se maiore grauat onere? Quid ergo ego facerem eo tempore, quo indignus ad tam supremum Ecclesiæ euehebar gradum, nisi humilitate Francisci me tueri, quò securius possem oneris iniuncti procellas, labores & onus sustinere? Sed quid multa? nonne cinericius habitus Francisci verè purpureus est, quo ornari possit Regia & Cardinalitia dignitas? Verè purpureus est, quem Christi sionat cruor, & Abbas passionis eius colorauit fides; & quem Christi vice proprio Sanguine è sacris Stigmatibus effluente, rubrefecit Franciscus. Anne humilitas Christi seruitus est? Seruilis non est quam regalis nobilitas purpura, ornamentum est purpura Regium. inter Opera Hunc si quis vel dedignetur vel abhorreat habitum, Bernard. respiciat quòd non griseus, sed purpureus sit: hu- Idem eod. militas namque suscepta pro Christo regiam præfert loco.

4. Reg. 6.

Gregor.

Homil. 9. in

Euangelia.

Bernard.

Epist. 42.

col. 10.

Grego. l. 21.

in Job 4. 10.

& 11.

Chrystost.

Hom. 44.

in Actus

Apost.

Act. 20.

Chrysof.

Hom. 44.

in Actus

Apost.

18. in

Opera

Idem eod.



# Testimonia operum S. Francisci.

*dignitatem.* Quid ergo feci? purpuram purpura contexi, Cardinalitiam Regia; tantum abest, quod me humiliaverim, ut merito dubitare possim, an superbierim. Denique ut verum Franciscanæ Religionis amatorem me ostenderem, inter eius filios connumerari volui; & quem corde portabam, exterius præferre, quo modo possem, habitum Religionis, cui me divinissimum filium profiteor: & o vitam talis operibus apparerem! Age igitur, mi Frater & Patris nostri, quas collegisti, in me-

dium profer reliquias Operum & laborum, quorum nova luce vltima illustrata sæcula resplendeant, & tanti Patris laboribus latentur. Cuius officij te numquam poeniteat, nec aliam desideres vtilitatem, quam fecisse; muneris autem tanti in me collati, semper memor ero. Vale, & in sanctæ Romanæ Ecclesiæ obsequium te Deus seruet incolumem, virtutibus augeat, de cuius bonitate confido meritis tuis præmia nequaquam defutura. Dat. Tibure 3. Iulij, anni M. D. C. XXI.



I V D I C I V M  
 GRAVISS. AVCTORVM,  
 DE VITA  
 SANCTI FRANCISCI,  
 A S. BONAVENTURA  
 CONSCRIPTA.

*Octavianus à Martinis.*



**S**ANCTVS Bonaventura cum intenso affectu studeret contemplando, & annotando vitam B. Francisci, gloriosus S. Thomas de Aquino, qui eadem tempestate meritis claruit, Bonaaventuræ magnâ charitate coniunctus fuit; accedens ad illius cubiculum, per foramen ostij introspexit, viditque illum in contemplatione raptum, & à terrâ mirificè subleuatum. Tum retrocedens ad suos, Sinamus, inquit, Sanctum, qui laborat pro Sancto. *Orat. coram Sixto IV. Pontif. habita in Consistorio.*

*S. Antoninus, Ordinis S. Dominici, Archiepiscopus Florentinus.*  
 S. Bonaventura stilo mirabili vitam B. Francisci compilavit: ipsamque diffusam ad compendiosorem formam reduxit; in quâ nihil posuit nisi certum, & probatum testibus fide dignis. *Hystor. par. tertiâ, tit. 24. cap. 8.*

*Jodocus Clichtonæus.*

Vitam B. Francisci S. Bonaventura cum magnâ pietate, & sinceritate cõscripsit. *Conc. de S. Franc. Ludouicus Granarensis, Ordinis S. Dominici.*

Quisquis beati Francisci vitam quam sanctissimus Bonaventura conscripsit, diligenter attenderit: inueniet planè pulcherrimum quoddam certamen inter Deum ipsumque Franciscum intercessisse. Vir enim sanctus, Dei voluntatem in omnibus exequi nitebatur: Deus contra, sancti viri voluntati omnibus in rebus obsequēbatur. Ille abiectione sui, Dei gloriam fidelissimè quærebat: Deus contra, serui honorem modis omnibus amplificabat. Ille totus di-

uinæ voluntatis obedientiæ traditus erat: contra verò Deus creaturas omnes, atque adeò semetipsum, obedientem illi exhibebat. Ille omnia propter Deum reliquerat: at Deus omnia illi rursus centuplum aucta rependebat, hoc ita esse deprehendit, quisquis (ut modò dixi) eius vitam, & res ab eo gestas perlegerit. Nihil enim in eâ non summum, nihil non nouum, & mirabile inueniet. *Conc. 4. de S. Francisco.*

*Thomas Bozius Congregationis Oratorij presbyter.*  
 S. Francisci vitam latè pietatis plenissimo stilo descripsit S. Bonaventura Cardinalis. *Lib. 7. de Signis Ecclesiæ cap. 1.*

*Aloysius Lipomanus, Episcopus Veronensis.*

Hanc diui Francisci vitam, beatus ille Bonaventura S. R. E. Cardinalis, & Episcopus Albanensis, Franciscani instituti non solum sectator, verum & instaurator & rector; vir in diuinis Scripturis eruditissimus, de quo præceptor eius Alexander ab Hales dicere solebat; in Bonaventura Adam peccasse non videtur; puro ac simplici stilo descripsit, tantâ rerum copiâ, & sententiarum grauitate refertam; ut totus mundus eius lectione instrui possit, & ad amorem Dei, per beati Francisci exemplum instaurari. Ego (ut verum fatear) cum sancti Francisci vitam lego, non solum accendor, sed in eius meditatione totus exardesco: utpote in quo tanta diuini amoris claritas effulserit; ut Angelus potius, atque ex supremo ordine, qui ardor & incendium dicitur, magis quàm homo dici posse videatur. Semper enim beatissimus iste, cogitatione in cælo versabatur; semper felix eius anima summo Auctori purissimè & intentissimè inhærebat: adeò, ut præ amoris magnitudine (quod hominibus plerumque ardentissimè amantibus contingere solet) alienatus à sensibus, atque extra se esse videretur.

Quam totus mundus ad pietatem erudire queat.



# B. BONAVENTURÆ IN VITAM B. FRANCISCI,

PROLOGVS.



**A**PPARVIT gratia Dei Saluatoris nostri diebus istis nouissimis in seruo suo Francisco omnibus verè humilibus, & sanctæ paupertatis amicis, qui superfluentem in eo Dei misericordiam venerantes, ipsius erudiuntur exemplo, impietatem & sæcularia desideria funditus abnegare, Christo conformiter viuere, & ad beatani spem desiderio indefesso sitire, in ipsum namque, ut verè pauperulum & contritum, tanta Deus excelsus benignitatis condescensione respexit, quòd non solum de mundialis conuersationis puluere suscitauit egenum, verum etiam Euangelicæ perfectionis professorem, ducem, atque præconem effectum, in lucem dedit credentium: ut testimonium perhibendo de lumine, viam lucis & pacis ad corda fidelium Domino præparet. Hic etenim quasi stella matutina in medio nebulae claris vitæ & doctrinæ micans fulgoribus, sedentes in tenebris & umbra mortis irradiatione præfulgida direxit in lucem, & tamquam arcus respluens inter nebulas gloriae, signum in se Dominici fœderis repræsentans, pacem & salutem euangelizauit hominibus, existens & ipse Angelus veræ pacis; secundum imitatoriam quoque similitudinem Præcursoris destinatus à Deo, ut viam parans in deserto altissimæ paupertatis, tam exemplo quàm verbo poenitentiam prædicaret, primùm supernæ gratiæ præuentus donis, dehinc virtutis inuictæ adauctus meritis, propheta quoque repletus spiritu, necnon & Angelico deputatus officio, incendioque Seraphico totus ignitus, & ut vir Hierarchicus curru igneo sursum ve-

di (ait Ioannes) aliterum Angelum ascendentem ab ortu Solis, habentem signum Dei viui. Hunc Dei nuntium amabilem Christo; imitabilem nobis; & admirabilem mundo, seruum Dei Franciscum fuisse indubitabili fide colligimus, si culmen in eo eximia sanctitatis aduertimus, quâ inter homines viuens imitator fuit puritatis Angelicæ, quâ & positus est perfectus Christi sectatoribus in exemplum. Ad quod quidem fideliter sentiendum & piè, non solum inducit officium quod habuit; vocandi ad fletum & plantum, caluitium & cingulum sacri, signandique *Taus super frontes virorum gementium & dolentium* signis poenitentialis Crucis, & habitus Crucis cõfortis; verum etiam irrefragabili veritatis testificatione confirmat signaculum similitudinis Dei viuents, Christi videlicet crucifixi, quod in corpore ipsius fuit impressum, non per naturæ virtutem, vel ingenium artis, sed potius per admirandam potentiam spiritus Dei viui.

Ad huius tam venerabilis viri vitam, omni imitatione dignissimam, scribendam, indignum & insufficientem me sentiens, id nullatenus attemptassem, nisi me Fratrum seruens incitasset affectus, Generalis quoque Capituli concors induxisset instantia, & ea, quam ad sanctum Patrem habere teneor, deuotio compulisset: utpote, qui per ipsius inuocationem & merita, in puerili ætate, sicut recenti memoria teneo, à mortis faucibus erutus, si præconia eius laudis tacuero, timeo ne sceletis atquar, ut ingratus. Et hæc penes me causa præcipua hunc assumendi laborem, ut ego, qui vitam corporis & animæ à Deo mihi conseruatam recognosco per ipsum, & virtutem eius in me expertus agnouit, Vitæ illius virtutes, actus, & verba, quasi fragmenta quædam partim neglecta, partim dispersa, quamquam plene non possem, utcumque colligere, ne morientibus iis, qui cum famulo Dei conuixerant, deperirent. Ut igitur Vitæ ipsius veritas, ad posteros transmittenda, certius mihi constaret & clarius, adiens locum originis, conuersationis, & transitus Viri sancti, cum familiaribus

*Isa. 66. v. 2.*  
 Quæ beneficia Deus contulerit Francisco, & ad quæ missus sit. *Ioan. 1. v. 7. Eccles. 50. v. 6.*

*Indidem. 8. Malach. 3. v. 1.*

Venit in virtute & spiritu Elias. *Infra c. 4. Designatus fuit in Apocalypsi Ioannis sub Angelo sexti sigilli.*

*Apoc. 7. v. 2.*

Officium S. Francisci. *Isa. 22. v. 12. Ezech. 9. v. 4.*

*Infra c. 13.*

Quid Bonauenturam induxit ad Francisci Vitam scribendam.

Bonauenturam à morte seruaui Franciscus.

Dictum S. Thomæ Aquini de S. Bonauent.

Vitam S. Francisci S. Bona. conscripsit.

# Testimonia operum S. Francisci.

*dignitatem.* Quid ergo feci? purpuram purpura contexi, Cardinalitiam Regia; tantum abest, quod me humiliauerim, ut merito dubitare possim, an superbierim. Denique ut verum Franciscanæ Religionis amatorem me ostenderem, inter eius filios connumerari volui; & quem corde portabam, exterius præferre, quo modo possem, habitum Religionis, cui me diuinctissimum filium profiteor: & ò vitam talis operibus apparerem! Age igitur, mi Frater & Patris nostri, quas collegisti, in me-

dium profer reliquias Operum & laborum, quorum noua luce vltima illustrata sæcula resplendeant, & tanti Patris laboribus lætentur. Cuius officij te numquam pœniteat, nec aliam desideres vtilitatem, quàm fecisse; muneris autem tanti in me collati, semper memor ero. Vale, & in sanctæ Romanæ Ecclesiæ obsequium te Deus seruet incolumem, virtutibus augeat, de cuius bonitate confido meritis tuis præmia nequaquam defutura. Dat. Tibure 3. Iulij, anni M. DC. XXI.



## B. BONAVENTURÆ IN VITAM B. FRANCISCI, PROLOGVS.



## I V D I C I V M GRAVISS. AVCTORVM, DE VITA SANCTI FRANCISCI, A S. BONAVENTURÆ CONSCRIPTA.

*Octavianus à Martinis.*



**S**ANCTVS Bonauentura cum intenso affectu studeret contemplando, & annotando vitam B. Francisci, gloriosus S. Thomas de Aquino, qui eadem tempestate meritis claruit, Bonauenturæ magnâ charitate coniunctus fuit; accedens ad illius cubiculum, per foramen ostij introspectit, viditque illum in contemplatione raptum, & à terrâ mirificè subleuatum. Tum retrocedens ad suos, Sinamus, inquit, Sanctum, qui laborat pro Sancto. *Orat. coram Sixto IV. Pontif. habita in Confessorio.*

*S. Antoninus, Ordinis S. Dominici, Archiepiscopus Florentinus.*

S. Bonauentura stilo mirabili vitam B. Francisci compilauit: ipsamque diffusam ad compendiosorem formam reduxit; in quâ nihil posuit nisi certum, & probatum testibus fide dignis. *Histor. par. tertia, tit. 24. cap. 8.*

*Jodocus Clichtonæus.*

Vitam B. Francisci S. Bonauentura cum magnâ pietate, & sinceritate cōscripsit. *Conc. de S. Franc. Ludouicus Granatensis, Ordinis S. Dominici.*

Quisquis beati Francisci vitam quam sanctissimus Bonauentura conscripsit, diligenter attenderit: inueniet planè pulcherrimum quoddam certamen inter Deum ipsumque Franciscum intercessisse. Vir enim sanctus, Dei voluntatem in omnibus exequi nitebatur: Deus contra, sancti viri voluntati omnibus in rebus obsequabatur. Ille abiectione sui, Dei gloriam fidelissimè quærebat: Deus contra, serui honorem modis omnibus amplificabat. Ille totus di-

uinæ voluntatis obedientiæ traditus erat: contra verò Deus creaturas omnes, atque aded se-metipsum, obedientem illi exhibebat. Ille omnia propter Deum reliquerat: at Deus omnia illi rursus centuplum aucta rependebat, hoc ita esse deprehendit, quisquis (ut modò dixi) eius vitam, & res ab eo gestas perlegerit. Nihil enim in eâ non summum, nihil non nouum, & mirabile inueniet. *Conc. 4. de S. Francisco.*

*Thomas Bozius Congregationis Oratorij presbyter.*

S. Francisci vitam latè pietatis plenissimo stilo descripsit S. Bonauentura Cardinalis. *Lib. 7. de Signis Ecclesia cap. 1.*

*Aloysius Lipomanus, Episcopus Veronensis.*

Hanc diui Francisci vitam, beatus ille Bonauentura S. R. E. Cardinalis, & Episcopus Albanensis, Franciscani instituti non solum sectator, verum & instaurator & rector; vir in diuinis Scripturis eruditissimus, de quo præceptor eius Alexander ab Hales dicere solebat; in Bonauentura Adam peccasse non videtur; puro ac simplici stilo descripsit, tantâ rerum copiâ, & sententiarum grauitate refertam; ut totus mundus eius lectione instrui possit, & ad amorem Dei, per beati Francisci exemplum instaurari. Ego (ut verum fatear) cum sancti Francisci vitam lego, non solum accendor, sed in eius meditatione totus exardeo: utpote in quo tanta diuini amoris claritas effulserit; ut Angelus potius, atque ex supremo ordine, qui ardor & incendum dicitur, magis quàm homo dici posse videatur. Semper enim beatissimus iste, cogitatione in cælo versabatur; semper felix eius anima summo Auctori purissimè & intentissimè inhærebat: aded, ut præ amoris magnitudine (quod hominibus plerumque ardentissimè amantibus contingere solet) alienatus à sensibus, atque extra se esse videretur.

Quam totus mundus ad pietatem erudire queat.



**A**PPARUIT gratia Dei Saluatoris nostri diebus istis nouissimis in seruo suo Francisco omnibus verè humilibus, & sanctæ paupertatis amicis; qui superfluentem in eo Dei misericordiam venerantes, ipsius erudiuntur exemplo, impietatem & sæcularia desideria funditus abnegare, Christo conformiter viuere, & ad beatani spem desiderio indefesso litire, in ipsum namque, ut verè pauper-culum & contritum, tanta Deus excelsus benignitatis condensatione respexit, quòd non solum de mundialis conuersationis puluere suscitauit egenum, verum etiam Euangelicæ perfectionis professorem, ducem, atque præconem effectum, in lucem dedit credentium: ut testimonium perhibendo de lumine, viam lucis & pacis ad corda fidelium Domino præparet. Hic etenim quasi stella matutina in medio nebulae claris vitæ & doctrinæ micans fulgoribus, sedentes in tenebris & umbra mortis irradiatione præfulgida direxit in lucem, & tamquam arcus resurgens inter nebulas gloria, signum in se Dominici fœderis repræsentans, pacem & salutem euangelizauit hominibus, existens & ipse Angelus veræ pacis; secundum imitatoriam quoque similitudinem Præcursoris destinatus à Deo, ut viam parans in deserto altissimæ paupertatis, tam exemplo quàm verbo penitentiam prædicaret, primum supernæ gratiæ præuentum donis, dehinc virtutis inuictæ adauctus meritis, propheta quoque repletus spiritu, necnon & Angelico deputatus officio, incendioque Seraphico totus ignitus, & ut vir Hierarchicus curru igneo sursum vectus, sicut ex ipsius Vitæ decursu luculenter apparet, rationabiliter comprobatur venisse in spiritu & virtute Eliæ.

*Isa. 66. v. 2.*  
*Quæ beneficia Deus contulerit Francisco, & ad quæ missus sit.*  
*Ioan. 1. v. 7.*  
*Eccles. 50. v. 6.*

*Indidem. 8.*  
*Malach. 3. v. 1.*

Venit in virtute & spiritu Eliæ.  
*Infrà c. 4.*  
Designatus fuit in Apocalypsi Ioannis sub Angelo sexti sigilli.

di (ait Ioannes) alterum Angelum ascendentem ab ortu Solis, habentem signum Dei viui. Hunc Dei nuntium amabilem Christo, imitabilem nobis, & admirabilem mundo, seruum Dei Franciscum fuisse indubitabili fide colligimus, si culmen in eo eximie sanctitatis aduertimus, quâ inter homines viuens imitator fuit putitatis Angelicæ, quâ & positus est perfectus Christi sectatoribus in exemplum. Ad quod quidem fideliter sentiendum & piè, non solum inducit officium quod habuit, vocandi ad solum & plantatum, caluitium & cingulum facti, signandique *Tau super frontes virorum gementium & dolentium* signo penitentialis Crucis, & habitus Crucis cõformis; verum etiam irrefragabili veritatis testificatione confirmat signaculum similitudinis Dei viuents, Christi videlicet crucifixi, quod in corpore ipsius fuit impressum, non per itaturâ virtutem, vel ingenium artis, sed potius per admittendam potentiam spiritus Dei viui.

*Apoc. 7. v. 2.*

*Officium S. Francisci.*  
*Isa. 22. v. 11.*  
*Ezech. 9. v. 4.*

*Infrà c. 13.*

Quid Bonauenturam induxerit ad Francisci Vitam scribendam.

Bonauenturam à morte seruauit Franciscus.

Ad huius tam venerabilis viri vitam, omni imitatione dignissimam, scribendam, indignum & insufficientem me sentiens, id nullatenus attemptassem, nisi me Fratrum feruens incitasset affectus, Generalis quoque Capituli concursus induxisset instantia, & ea, quam ad sanctum Patrem habere teneor, deuotio compulisset: utpote, qui per ipsius inuocationem & merita, in puerili ætate, sicut recenti memoria teneo, à mortis faucibus erutus, si præconia eius laudis tacuero, timeo ne sceleris arguar, ut ingratus. Et hæc penes me causa præcipua hunc assumentem laborem, ut ego, qui vitam corporis & animæ à Deo mihi conseruatam recognosco per ipsum, & virtutem eius in me expertus agnouit, Vitæ illius virtutes, actus, & verba, quasi fragmenta quædam partim neglecta, partim dispersa, quamquam plenè non possem, utcumque colligerem, ne morientibus iis, qui cum famulo Dei conuixerant, deperirent. Ut igitur Vitæ ipsius veritas, ad posteros transmittenda, certius mihi constaret & clarius, adiens locum originis, conuersationis, & transitus Viri sancti, cum familiaribus

Ideoque alterius amici sponsi & Euangelistæ Ioannis vaticinatione veridica sub similitudine Angeli ascendentis ab ortu solis, signumque Dei viui habentis, astruitur non immeritò designatus. Sub apertione namque sexti sigilli, Vi-



eius adhuc supernuenientibus collationem de his habui diligentem, & maxime cum quibusdam, qui sanctitatis eius & conscij fuerunt, & sectatores praecipui. Quibus propter agnitam veritatem probatamque virtutem fides est indubitabilis adhibenda.

In descriptione autem eorum, quae per seruum suum Deus dignanter effecit, curiosum styli ornatum negligendum esse putavi; cum legentis deuotio plus simplici sermone, quam phalerato proficiat. Nec semper historiam secundum ordinem temporis texui propter confusione vitandam; sed potius ordinem seruare studui magis aptae iuncturae, secundum quod eodem peracta tempore diuersis materiis, vel diuersis partata temporibus eidem materiae congruere videbantur. Initium autem Vitae ipsius, progressus, & consummatio, quindecim distincta capitulis describitur. Sit ergo

CAPVT I.

De conuersatione eius in habitu seculari.

Vt erat in ciuitate Assisij, Franciscus nomine, cuius memoria in benedictione est, pro eo quod Dominus ipsum in benedictionibus dulcedinis benignè praeueniens, & de praesentis vitae periculis clementer eripuit, & caelestis gratiae donis affluenter impleuit. Etenim cum inter vanos fuerit hominum filios iuuenili aetate nutritus in vanis, & post aliqualem litterarum notitiam lucratiuus mercationum deputatus negotiis; superno tamen sibi assistente praesidio, nec inter lasciuos iuuenes, quamuis effusus ad gaudia, post carnis petulantiam abiit, nec inter cupidos mercatores, quamquam intentus ad lucrum, sperauit in pecunia & thesauris. Inerat namque iuuenis Francisci praecordiis, diuinitus indita quaedam ad pauperes miseria liberalis, quae secum ab infantia cretens, tanta tor ipsius benignitate repleuerat, vt iam Euangelij non surdus auditor, omni proponeret se petenti tribuere, maxime si diuinum allegaret amorem. Cum autem semel negotiationis intentus tumultibus, pauperem quemdam pro amore Dei petentem eleemosynam, praeter morem solitum vacuum repulisset, statim ad cor reuersus, cucurrit post ipsum, & eleemosyna illi clementer impensa, promisit Domino Deo, quod nunquam ex tunc, dum adesset possibilitas, petentibus pro amore Domini se negaret, quod vsque ad mortem indefessa pietate obseruans, copiosa in Deum dilectionis & gratiae incrementa promeruit. Aiebat enim post, cum iam perfecte Christum induerat, quod etiam existens in habitu seculari; vocem diuini expressiuam amoris audire vix vnquam sine cordis immutatione valebat. Porro mansuetudinis lenitas cum elegantia morum, patientia & tractabilitas supra humanum modum, munificentiae largitas vltra superentiam facultatum, quibus bonae indolis adolescens certis florere conspiciebatur indicis, quaedam videbantur esse praeludia, quod copiosior super eum foret in posterum diuinæ benedictionis abundantia diffundenda.

Quidam sanè vir de Assisio, eruditus (vt creditur) à Deo, cum aliquando per ciuitatem eunti obuiaret Franciscus, deponebat pallium, ster-

nebat pedibus ipsius vestimentum, asserens omni fore Franciscum reuerentia dignum, vt pote qui esset in proximo magna facturus, & ob hoc ab vniuersitate fidelium magnificè honorandus. Ignorabat autem adhuc Franciscus circa se consilium Dei; pro eo quod tam iussione patris ad exteriora distractus, quam corruptione naturalis originis ad inferiora depressus, nondum didicerat contemplari caelestia, nec assueuerat degustare diuina. Et quia spiritali auditui dat intellectum inflicta vexatio, facta est super eum manus Domini, & immutatio dexteræ Excelsi, diutinis languoribus ipsius corpus affligens, vt coaptaret animam ad Spiritus sancti vnctionem. Cumque resumptis corporeis viribus sibi vestimenta decentia more solito praeparasset, obuium habuit militem quemdam, generosum quidem, sed pauperem, & malè vestitum; cuius pauperiem pio miseratus affectu, illum protinus, se exuto, vestiuit; vt simul in vno geminum impleret pietatis officium, quo & nobilis militis verecundiam tegeret, & pauperis hominis penuriam reuelaret. Nocte verò sequenti, cum se sopori dedisset, palatium speciosum & magnum, cum militariibus armis, Crucis Christi signaculo insignitum, clementia sibi diuina monstrauit, vt misericordiam, pro summi Regis amore, pauperi exhibitam militi praestenderet incomparabili compensandam esse mercede. Vnde & cum quaereret cuius essent illa omnia; sua fore, militumque suorum, superna fuit assertione responsum. E uigilans itaque manè, cum nondum haberet exercitatum animum ad diuina perscrutanda mysteria, nesciretque per visibilibus species transire ad contuendam inuisibilem veritatem, magnæ fore prosperitatis indicium existimabat insolitam visionem. Disposuit itaque, diuinæ adhuc dispositionis ignarus, in Apuliam ad quemdam liberalem Comitem se conferre, in ipsius sperans obsequio decus adipisci militiæ, vt ostensa sibi visio praetendebat. Cumque paulò post iter aggressus iuisset vsque ad proximam ciuitatem, audiuit in nocte Dominum familiari sibi allocutione dicentem: Francisce, quis potest melius facere tibi? Dominus, aut seruus? diues, aut pauper? Cui cum Franciscus respondisset, quod tam Dominus, quam diues; intulit statim: Cur ergo relinquis pro seruo Dominum, pro paupere homine diuitem Deum? Et Franciscus: Quid me vis facere Domine? & Dominus ad eum; Reuertere in terram tuam, quia visio, quam vidisti, spiritualem praefigurat effectum non humana sed diuina in te dispositione complendum. Manè itaque facto, cum festinatione reuertitur versus Assisium, securus & gaudens; & iam exemplar obedientiæ factus, expectabat Domini voluntatem. Ex tunc à publicæ negotiationis tumultu se subtrahens, supernam deuotè precabatur clementiam, vt quid sibi foret agendum ostendere dignaretur. Cum autem ex frequentis orationis vsu flamma desiderij caelestis in eo vehementer succresceret, & iam pro amore supernæ patriæ terrena omnia despicere quasi nihil; thesaurum se reperiisse sentiebat absconditum, ac velut prudens negotiator margaritam inuentam excogitabat, venditis omnibus; comparare. Adhuc tamen qualiter id ageret, ignorabat, nisi quia ipsius suggereretur spiritui, quod spiritalis mercatio à mundi contemptu sumat initium; Christique militia sit à

Isa. 28.

Infirmate corripitur.

Insigne charitatis exemplum.

Militiam intendit, sed à Domino reuocatur.

Reerabit se à tumultu seculari.

Terrena omnia ei vilescunt.

Matth. 13.

Nota.

fui ipsius victoria inchoanda. Quadam itaque die dum equitaret per planitiem, quæ subiacet ciuitati Assisij, leprosum quemdam habuit obuium, cuius inopinatus occurfus ei non paruum incussit horrorem. Recurrens autem ad perfectionis mente iam conceptæ propositum, & recolens quod seipsum oporteret primum deuincere, si vellet effici Christi miles; ad deosculandum eum, equo lapsus, occurrit. Cui cum manum, quasi aliquid acceperurus leprosus praetenderet, pecuniam cum osculo reportauit. Statim autem equum ascendens, & se circumquaque conuertens, cum campus pateret vndique liber, leprosum illum minime vidit. Admiratione itaque repletus & gaudio, laudes coepit Domino decantare deuotè, proponens ex hoc semper ad maiora conscendere. Solitaria, proinde loca quaerebat amica meroribus; in quibus dum gemitibus inenarrabilibus incessanter intenderet, post longam precum instantiam à Domino meruit exaudiri. Dum enim vna dierum sic sequestratus oraret, & praenimietate feruoris totus esset absorptus in Deum, apparuit ei Christus Iesus veluti cruci confixus. Ad cuius conspectum liquefacta est anima eius, & memoria passionis Christi visceribus cordis ipsius à Deo impressa medullitus, vt ab illa hora, cum Christi crucifixio veniret in mentem, vix posset à lacrymis & gemitibus exterius contineri; sicut ipse postmodum familiariter retulit cum appropinquaret ad finem. Intellexit per hoc nempe vir Dei, illud Euangelicum sibi dici: Si vis venire post me, abnega te ipsum, & tolle crucem tuam, & sequere me. Inuit ex tunc spiritum paupertatis, humilitatis sensum, & affectum intimæ pietatis. Nam cum prius leproforum non solum consortium, verum etiam longinquum contuitum vehementer horreret, iam propter Christum crucifixum, qui iuxta verbum Propheticum contemptibilis vt leprosus apparuit, vt semetipsum contemneret, humilitatis & humanitatis obsequia leprosis benefica pietate praestabat. Visitabat enim frequenter domos ipsorum liberaliter eis eleemosynas erogabat, & cum multo compassionis affectu manus eorum osculabatur & ora. Pauperibus etiam mendicantibus non solum sua verum etiam seipsum cupiebat impendere, aliquando vestimenta exuens, aliquando disfluens, aliquando scindens ad largiendum eis, cum praemanibus alia non haberet. Sacerdotibus etiam pauperibus reuerenter subueniebat, & piè, praecipue in ornamentis Altaris, quo & cultus diuini particeps fieret, & cultorum inopiæ supplementa praerberet.

Cum autem religiosa deuotione tunc temporis limina visitaret Apostoli Petri, conspecta multitudine pauperum ante fores Ecclesiae, partim pietatis ductus dulcedine, partim paupertatis allectus amore, vni ex eis magis egenti proprias largitus est vestes, & semicinctiis contextus illius, diem illum in medio pauperum cum insolita spiritus iucunditate transegit, vt & saecularem gloriam sperneret, & ad perfectionem Evangelicam gradatim conscendendo perueniret. Mortificationi carnis inuigilabat attentius, vt Christi crucem, quam interius ferebat in corde, exterius etiam circumferret in corpore. Agebat autem omnia hæc vir Dei Franciscus nondum habitu vel conuictu sequestratus à mundo.

Christum in leproso osculatur.

Christus crucifixus ei apparet.

Matth. 16.

Mutatur penitus in virum alterum.

Isa. 53. Humanitas eius erga leprosum.

Mita in pauperes liberalitas.

Egregius sui contemptus.

Carnis concupiscentias refranat.

CAPVT II.

De perfecta conuersione ipsius ad Deum, & de reparatione trium Ecclesiarum.

Quoniam autem seruus Altissimi Doctorum non habebat aliquem in huiusmodi nisi Christum, addidit adhuc ipsius clementiam in gratia visitare dulcedine. Dum enim die quadam egressus ad meditandum in agro deambularet iuxta Ecclesiam sancti Damiani, quæ minabatur praenimia vetustate ruinam, & in eam, instigante se spiritu, causa orationis intrasset, prostratus ante imaginem Crucifixi, non modica fuit in orando spiritus consolatione repletus. Cumque lacrymosis oculis intenderet in Dominicam Crucem, vocem de ipsa Cruce dilapsam ad eum corporeis audiuit auribus, ter dicentem, Francisce vade, & repara domum meam, quæ labitur, vt cernis. Tremefactus Franciscus, cum esset in Ecclesia solus, stupet ad tam mirandæ vocis auditum, cordeque percipiens diuini eloquij virtutem, mentis alienatur excessu. In se tandem reuersus, ad obediendum se parat, & totum se recolligit ad perficiendum mandatum de materiali Ecclesia reparanda, licet principalior intentio verbi ad eam ferretur, quam Christus suo Sanguine acquisiuit, sicut eum Spiritum sanctus edocuit, & ipse postmodum Fratribus sanctis Surrexit proinde, signo Crucis se muniens, & assumptis pannis vernalibus, ad ciuitatem, quæ Fulgineum dicitur, festinus accessit; ibique venditis, quæ portauerat, equum cui tunc infederat, felix mercator, assumpto pretio, dereliquit. Rediensque Assisium, Ecclesiam, de cuius reparatione mandatum acceperat, reuerenter intravit: & inuento illic Sacerdote pauperulo, ei reuerentiam decentem exhibuit, & ad reparationem Ecclesiae, & pauperum vsum pecuniam obtulit, & vt secum se morari pateretur ad tempus, humiliter requisit. Acquieuit Sacerdos de mora ipsius, sed timore parentum pecuniam recusauit. Quam verus pecuniarum contemptor, in quandam fenestram proiciens abiectâ velut puluerem vilipendit. Moram autem faciente viro Dei cum Sacerdote praedicto, cum hæc intellexit pater ipsius, perturbatus animo cucurrit ad locum. At ipse, quia nouus erat Christi athleta, cum audiret persequentium minas, & eorum praesentiret aduentum, dare locum iræ volens, in qua diebus aliquibus latitando, rogabat Dominum incessanter lacrymarum imbre perfusus, vt liberaret de manibus persequentium animam suam, & quæ pia inspirauerat vota, benigno fauore compleret. Igitur excessiua quadam completus læticia, cepit de pusillanimitatis ignauia semetipsum arguere, relictaque fortea, & abiecto pauore, versus Assisium iter aggressus est, quem cum ciues cernerent facie squalidum, & mente mutatum, ac per hoc alienatum putarent à sensu, luto platearum & lapidibus impetebant, & tamquam insano & dementi clamosis vocibus insultabant. Famulus autem Domini nulla fractus aut mutatus iniuria, vt surdus in omnibus pertransibat. Cumque elamore huiusmodi pater audisset, statim occurrens, non ad liberandum eum, sed potius ad perdendum, omni miseratione subtrahens, pertractum domi, primis verbis,

A Christo solum in conuersionis progressu edocetur.

Alloquitur eum imago Crucifixi.

Act. 20.

Vendit merces & equum.

Magnus fauor eo pecuniae contemptus.

Rom. 12.

Multis afficitur iniuriis à ciuibus.

Item à patre suo.

Stylus & ordo in hac Vita seruandus.

S. Francisci patria.

Iuuenis exercet mercaturam.

Miseratio eius erga pauperes.

Luca 6.

Vouet se nunquam pauperi eleemosynam negaturum.

Rom. 13.

Virtutes eius adhuc laici.

Vaticinium cuiusdam de eo.

deinde verberibus & vinculis angit. Ipse autem ad exequendum Domino, quod cœperat, promprior ex hoc & validior reddebat, recolens illud Euangelij: *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est Regnum celorum.*

Post modicum verò tempus, patre à patria discedente, mater eius factum mariti non approbans, & inflexibilem filij constantiam emolliri posse non sperans, à vinculis absolutum abire permisit. At ipse gratias omnipotenti Deo referens, ad locum, quem prius petiit, est reuersus. Rediens autem pater, & eum non inueniens domi, conuictis illatis vxori, fremens cucurrit ad locum, vt si eum reuocare non posset, saltem de Prouincia effugaret, Franciscus vero confortatus à Deo, obuium habuit vltro patrem libere clamans, se pro nihilo ducere vincula & verbera eius; insuper & contestans, se pro Christi nomine gaudenter mala omnia subiturum. Ardens itaque pater, quod eum reuocare non posset, ad extorquendum pecuniam se conuertit: qua tandem inuenta in fenestula quadam, aliquantulum ipsius mitigatus est furor, auaritiæ siti vt cumque per hauitum pecuniæ temperata. Tentabat deinde carnis pater, filium gratiæ, pecunia iam nudatum coram Episcopo ducere, vt in ipsius manibus facultatibus renunciaret paternis & omnia redderet, quæ habebat. Ad quod faciendum se promptum exhibuit verus paupertatis amator: perueniensque coram Episcopo nec moras patitur, nec arctatur de aliquo, nec verba expectat, nec facit; sed continuo depositis omnibus vestimentis, ea patri restituit. Inuentus est autem vir Dei tunc cilicium habere ad carnem, sub vestibus delicatis. Hoc cernens Episcopus, & admirans tam excedentem in viro Dei feruorem, protinus exurrexit, & inter brachia sua illum cū fletu recolligens, vti erat vir pius & bonus, pallio quo erat amictus, operuit præcipiens suis, vt aliquid sibi darent ad membra corporis contegenda. Oblatus est autem ei mantellus pauper & vilis agricolæ seruiantis Episcopo. Quem ipse grantanter suscipiens, cum cæmento quod sibi occurrit, ad modum Crucis manu propria consignauit: operimentum formans ex eo crucifixi hominis, & pauperis seminudi. Sic igitur seruus Regis altissimi nudus relictus est, vt nudum sequeretur Christum Dominum, quem amabat, sic vtique cruce munitus, vt animam suam ligno salutis committeret, per quod de mundi naufragio saluus exiret.

Solutus exinde mundi contemptor à vinculis mundanarum cupidinum, ciuitate relicta, securus & liber secretum solitudinis petiit, vt solus & silens supernæ audiret allocutionis arcana. Dumque per siluas & nemora pergeret, altiori voce laudes creatori omnium personabat. Veniensque ad quoddam vicinum Cœnobium, eleemosynam petiit vt mendicus, & recepit vt incognitus & despectus. Inde vero progrediens deuenit Eugubium, vbi à quodam amico pristino agnitus & susceptus, paupere tunicula, vt Christi pauperculus, est contactus. Exinde totius humilitatis amator se transtulit ad leprosum, eratque cum illis, diligentissimè seruiens omnibus propter Deum. Lauabat ipsorum pedes, ligabat vlcera, educebat plagarum putredinem, & saniem abstergebat; osculabatur etiam ex miranda deuotione vlcerofas plagas ipsorum,

Euangelicus medicus mox futurus. Propter quod tantam à Domino consecutus est virtutem, vt in spiritualibus & corporalibus mirabiliter expurgandis mirabilem efficaciam obtineret; vt visum est in quodam paupere Spoletano, quem Romæ osculans in ipso putrefacto vlcere, statim sanum & integrum reddidit. Nescio quodnam horum magis sit admirandum, an humilitatis profunditas in osculo tam benigno, an virtutis præclaritas in miraculo tam stupendo.

Fundatus iam in Christi humilitate Franciscus, ad memoriam reducit obedientiam, sibi è cruce iniunctam, de sancti Damiani Ecclesia reparanda, & tamquam verus obediens, Assisium rediit, vt saltem mendicando, voci diuinæ pareretur. Depositaque omni verecundia propter amorem pauperis Crucifixi, mendicabat apud eos, inter quos abundare solebat; debile corpus, attritum ieiuniis, oneribus lapidum supponendo. Prædicta igitur Ecclesia (iuuante se Domino, & deuotione ciuium assistente) resecta, ne post laborem corpus torperet ignauia, transtulit se ad reparandam Ecclesiam quamdam beati Petri, longius à ciuitate distantem; ob deuotionem specialem, quam ad Apostolorum Principem sinceræ fidei puritate gerebat. Hac tandem consummata, peruenit ad locum, qui Portiuncula dicitur, in quo Ecclesia beatissimæ Virginis antiquitus fabricata extiterat; sed deserta, tunc à nemine curabatur. Quam cum vir Dei sic derelictam conspiceret, ob deuotionem feruentem quam habebat ad Dominam mundi, cœpit illic assidue pro ipsius reparatione morari. Sentiens autem iuxta nomen ipsius Ecclesiæ, quo ab antiquo Sancta Maria de Angelis vocabatur, Angelicarum ibi visitationum frequentiam pedem fixit ibidem propter reuerentiam Angelorum, amoremque præcipuum Matris Christi. Hunc locum vir sanctus amauit præ cæteris totius mundi: hic etenim humiliter cœpit, hic virtuosè profecit, hic feliciter consummauit, hunc in morte Fratribus tamquam Virgini charissimum commendauit. Tres itaque reparauit Ecclesias, tres prænuntiantes ab eo Ordines instituendos, quibus tripliciter Dei Ecclesiam repararet.

CAPVT III.

De institutione Religionis, & approbatione Regula.

IN Ecclesia igitur Virginis Mariæ moram faciente, & apud eam, quæ concepit Verbum plenum gratiæ & veritatis, continuis insistente gemitibus, vt fieri dignaretur aduocata ipsius; meritis Matris misericordiæ concepit ac peperit spiritum Euangelicæ veritatis. Dum enim die quodam Missam de Apostolis deuotus audiret, perlectum est Euangelium illud, in quo Christus discipulis ad prædicandum mittendis formam tribuit Euangelicam in viuendo, ne videlicet possideant aurum, aut argentum, nec in zona pecuniam, nec peram in via, nec duas tunicas habeant, nec calcamenta deferant, neque virgam. Quod audiens ac intelligens, ac memoriæ commendans Apolicæ paupertatis amicus, indicibili mox perfusus lætitia, Hoc est, inquit, quod cupio, hoc quod totis præcordiis concupisco. Solutus proinde calcamenta de pedibus, deponit baculum, peram reicit, & pecuniam execratur, vnaque contentus

Leprosus osculo sanat.

Assisij mendicac.

Tria templa instaurat.

Locum sanctæ Mariæ de Portiuncula edificat, & ibi commoratur. Quantum hunc locum amat.

Vide c. 14 & To. 3. Collat. vlt.

Ioan. 1.

Mat. 10.

Paupertatem amplectatur Euangelicam.

tunicula, reiecta corrigia, pro cingulo funem sumit, omnem sollicitudinem cordis apponens, qualiter audita perficiat, & Apostolicæ rectitudinis Regulæ per omnia se coaptaret. Cœpit ex hoc vir Dei diuino instinctu Euangelicæ perfectionis æmulator existere, & ad poenitentiam ceteros inuitare. Erant autem ipsius eloquia non inania, vel risu digna, sed virtute Spiritus sancti plena, medullas cordis penetrantia, vt in vehementem stuporem audientes conuerterent. In omni prædicatione sua pacem annuntians, dicendo, Dominus deus vobis pacem, populum in exordio sermonis salutabat. Hanc quippe salutationem, Domino reuelante didicerat, sicut ipse postmodum testabatur. Vnde factum est, vt iuxta sermonem Prophetarum, & ipse Prophetarum spiritu afflatus annuntiaret pacem, prædicaret salutem, ac salutaribus monitis fœderaret plurimos veræ paci, qui discordes à Christo prius extiterant, à salute loqui.

Innotescente itaque apud multos viri Dei tam doctrinæ simplicis veritate, quam vitæ, cœperunt ipsius exemplo viri quidam ad poenitentiam animari, & eidem, reiectis omnibus, habitu vitæque coniungi. Quorum primus erat vir venerabilis Bernardus, qui vocationis diuinæ particeps factus, Patris beati primogenitus esse promeruit, tam prioritate temporis, quam priuilegio sanctitatis. Hic enim serui Dei sanctitate comperta, ipsius exemplo disponens perfectè contemnere mundum, ab eodem, qualiter id perficeret, consilium requisit. Quo audito, Dei famulus pro primæ proles conceptu sancti Spiritus consolatione repletus, A Deo, inquit, est hoc consilium requirendum. Intrauerunt proinde Ecclesiam sancti Nicolai, & oratione præmissa, cultor Trinitatis Franciscus ter Euangeliorum librum aperuit, trino à Deo exposcens testimonio sanctum Bernardi propositum confirmari. In prima libri apertione illud occurrit: Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus. In secunda: Nihil tuleritis in via. In tertia verò: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Hæc est, ait vir sanctus, vita & regula nostra, omniumque, qui nostræ voluerint societati coniungi. Vade igitur, si vis perfectus esse, & perice, quæ audisti. Non multò post, vocatis eodem spiritu quinque viris, filiorum Francisci numerus senarius est completus. Inter quos tertium sortitus est locum sanctus Pater Ægidius, vir vtique Deo plenus, & celebri memoria dignus: fuit enim, inter ceteros, virtutum sublimium exercitatione præclarus (sicut famulus Domini de ipso prædixit) quamquam esset idiota & simplex, ad excellens contemplationis sublimatus est verticem. Nam per multa curricula temporum sursum actionibus incessanter intentus, aded crebris in Deum rapiebatur excessibus, quemadmodum & ego ipse oculata fide conspexi, vt magis censerent inter homines vitam Angelicam agere, quam humanam.

Illo quoque tempore cuidam Sacerdoti Assisij, nomine Siluestro, honestæ conuersationis viro, quædam à Domino fuit ostensa visio non taccenda. Cum enim modum & vitam Francisci, Fratrumque suorum, humano spiritu abhorreret, ne periclitaretur præ temeritate iudicij, respectu fuit supernæ gratiæ visitatus. Videbat namque in somnis totam ciuitatem assisij à dracone magno circumdari, præ cuius magnitudine nimia to-

Vide Tom. 1. in Test. Isa. 52.

Multos ad Deum conuertit. Confociantur ei plerique. Bernardus primus eius socius.

Matth. 19. Luca 9. Matth. 16.

Ægidius tertius eius socius sanctitate eximius.

Viso Siluestri Sacerdotis.

ta regio videbatur exterminio subiacere. Contuebatur post hæc Crucem quamdam auream ex ore beati Francisci procedentem, cuius summitas cælos tangebatur, cuiusque brachia protensa in latum, vsque ad mundi fines videbantur extendi. Ad cuius etiam aspectum præfulgidum draco ille reter & horridus penitus fugabatur. Hoc dum sibi tertio monstraretur, diuinum existimans esse oraculum, viro Dei & Fratribus suis per ordinem enarrauit; ac non multò post, mundum relinquens, veltigiis Christi sic perfectè adhæsit, quod vita ipsius in Ordine authenticam reddidit eam quam in sæculo habuerat visionem. Ex huius visionis auditu vir Dei non in gloria est elatus humana; sed bonitatem Dei in suis beneficiis recognoscens, fortius animatus est ad hostis antiqui fugandam versutiam, & Crucis Christi gloriam prædicandam. Quadam autem die, dum in quodam solitario loco annos suos in amaritudine recogitans deploraret, sancti Spiritus in eum superueniente lætitia, certificatus est de remissione plenaria omnium delictorum. Raptus deinde supra se, ac in quoddam mirandum lumen totus absorptus, dilatato mentis sinu, quæ circa se & filios suos futura erant, luculenter aspexit, tunc Fratres verbis consolatoriis admonuit, paruam gregem in magnam familiam à Domino dilatarandum.

Eodem quoque tempore, quodam Religionem intrante, ad septenarium numerum viri Dei soboles benedicta peruenit. Tunc pius Pater omnes ad se filios conuocauit, & plura eis de Regno Dei, de contemptu mundi, de abnegatione propriæ voluntatis, corporisque castigatione pronuntians, propositum suum de mittendo illos in quatuor orbis partes aperuit. Iam enim sterilis & pauper-cula simplicitas sancti Patris pepererat septem filios, & desiderabat vniuersitatē fidelium, ad poenitentiam lamenta vocatam; Christo Domino parturire. Misit ergo eos prædicare poenitentiam: qui humiliter coram seruo Dei se posternentes in terram, cū gaudio spiritus suscipiebant obedientiæ sanctæ mandatū. Ipse verò dicebat vnicuique sigillatim: *Iacta cogitatum tuum in Domino, & ipse te enutriet.* Hoc verbum dicere solebat, quotiescūque Fratrem aliquē ad obedientiam dirigebat. Tūc & ipse sciens se aliis datum in exēplum, vt prius faceret quod doceret, cū vno sociorum versus vnā orbis partem perrexit, reliquis sex ad modū Crucis tribus aliis mundi partibus deputatis. Modico autē post elapso tempore, benignus Pater charæ proles exoptans præsentiam, cum in vnū eos per se conuocare non posset, per eum orabat hoc fieri, qui dispersiones congregat Israel. Sicque factum est, vt absque humana vocatione, omnes ex insperato post modicum temporis, iuxta eius desiderium diuina operante clementia, non sine ipsorum admiratione pariter conuenirent. Illis quoque diebus, quatuor sibi adhærentibus viris honestis, ad duodenarium numerum excreuerunt.

Cernens autem famulus Christi paulatim accrescere numerum Fratrum, scripsit sibi & Fratribus suis simplicibus verbis formulam vitæ: in qua, sancti Euangelij obseruantia pro fundamento indissolubili collata, pauca quædam alia inseruit, quæ ad vniuersam viuendi modum necessaria videbantur. Desiderans autem per summum Pontificem approbari, quæ scripserat, disposuit cum illo simplici cœtu Apostolicæ Sedis adire præsentiam, de sola cõsensus directione diuina-

Perfecta eius conuersio.

Rapitur extra se Franciscus.

Misit Fratres suos ad prædicandum.

Psal. 54.

Ipse ad prædicandum pergit.

Psal. 146.

Ad eius votum ex quatuor mundi partibus omnes socii conuenere.

Regulam conscribit.

Mat. 5.

Pro nihilo ducit verbera & vincula.

Bonus omnibus paternis renunciat.

Denudatus coram Episcopo, ab eodē vestitur.

Sap. 10.

Assisium relinquit solitudinem petens.

Seruit officiosissimè leprosis. Vide c. 8.



# Vita B. Francisci,

# Caput quartum.

**C**uius desiderium Deus ex alto respiciens, fo-  
ciorum animos simplicitatis suae consideratione  
perterritos, ostensa viro Dei visione huiusmodi  
confortauit. Videbatur siquidem, ei quod per  
quamdam viam incederet, iuxta quam stabat ar-  
bor celsitudinis magna: ad quam cum appropin-  
quasset, & sub ea stans altitudinem ipsius  
miraretur, subito tantum diuina virtute leuaba-  
tur in altum, vt cacumen contingeret arboris,  
eiusque summa facillime curuaret ad ima. Hu-  
ius visionis praesagium vir Deo plenus intelli-  
gens referri ad condescensionem Apostolicae  
dignitatis, exhilaratus est spiritu, Fratribusque  
suis in Domino confortatis, iter cum eis est ag-  
gressus. Cum autem ad Romanam Curiam per-  
uenisset, ab Innocentio tertio tunc Summo Pon-  
tificis, curis magnis perturbato, minime exaudi-  
tus, repellitur, donec propter somnium noctur-  
num ab eodem Pontifice visum, iterum con-  
quiri, & ad Pontificis praesentiam adduci iuber-  
tur. Videns itaque Christi Vicarius, vir vtrique  
sapientia clarus, admirandam in viro Dei simpli-  
cis animi puritatem, propositi constantiam, in-  
genitumque sanctae voluntatis feruorem, Chri-  
sti pauperem mentis amore complectens, incli-  
natus est animo, vt pium supplicanti praeberet  
assensum. Distulit tamen perficere quod Christi  
postulabat pauperulus, pro eo quod aliquibus  
Cardinalibus nouum aliquid, & supra humanas  
vires arduum videretur. Aderat autem inter Car-  
dinales vir Venerandus Dominus Ioannes de  
Sancto Paulo, Episcopus Sabinensis, omnis  
sanctitatis amator, & adiutor pauperum Chri-  
sti. Qui diuino Spiritu inflammatus, Summo  
Pontifici dixit, & Fratribus suis: Si petitionem  
pauperis huius tamquam nimis arduam nouam-  
que refellimus, cum petat confirmari sibi formam  
Euangelicae vitae, cauendum est nobis, ne in Chri-  
sti Euangelium offendamus. Nam si quis intra  
Euangelicam perfectionis obseruantiam, & votum  
ipsius, dicat contineri aliquid aut irrationabile,  
aut impossibile ad obseruandum, contra Chri-  
stum Euangelij auctorem blasphemare contin-  
gitur. Quibus propositis, successor Apostoli Pe-  
tri conuersus ad pauperem Christi, dixit: Ora,  
fili, ad Christum, vt suam nobis per te volunta-  
tem ostendat; qua certius cognita, tuis piis desi-  
deriis securius annuamus. Omnipotentis autem  
Dei famulus, totum se confers ad orandum,  
precibus deuotis obtinuit, & quod exterius ipse  
proferrer, & quod interius Papa sentiret. Nam  
proposita quadam parabola de Rege diuite, &  
sponsa paupere, quibusdam additis verbis, Pon-  
tificis animum ad Regulam approbandam in-  
clinauit.

## CAPUT IV.

*De profectu Ordinis sub manu ipsius, & confirma-  
tione Regulae, prius tantum approbatae.*

**F**erens exinde Franciscus superna gratia, &  
auctoritate Papali, cum fiducia multa versus  
Vlalem Spoletanum iter arripuit, vt Euangelium  
Christi faciendo doceret. Dum autem in via con-  
ferret cum sociis, qualiter Regulam, quam sus-  
ceperant, sincere seruarent, qualiter in omni san-  
ctitate & iustitia coram Deo incederent, quali-  
ter in seipsis proficerent, & essent aliis in exem-  
plum, diutius collatione protracta, hora per-

transit. Et cum iam lassati essent ex diuturnitate  
laboris, esurientes in quodam loco solitudinis  
substiterunt. Sanè cum omnis via deesset, qua  
possent sibi de victu necessario prouidere, sta-  
tim affuit prouidentia Dei. Nam subito apparuit  
homo afferens panem in manu, quem pauper-  
culis Christi dedit, subitoque disparuit, incog-  
nitus vnde venerit, aut quo iret. Cognoscentes  
autem per hoc pauperes Fratres supernum sibi in  
comitatu Dei adesse praesidium, magis dono li-  
beralitati diuinæ, quam cibo carnis propriae  
sunt refecti: insuper diuina consolatione repleti,  
statuerunt firmiter, & irreuocabiliter confirma-  
uerunt, nullius inediae aut tribulationis impulsu  
à sancto paupertatis resilire promisso, Exinde in  
Vallem Spoletanam cum sancto proposito re-  
deuntes, tractare coeperunt, vtrum inter homi-  
nes conuersari deberent, an ad loca solitaria se  
confettere. Sed Christi seruus Franciscus, non de  
sua vel de suorum confidens industria, per ora-  
tionis instantiam diuinæ super hoc voluntatis  
beneplacitum requisit. Supernæ igitur reue-  
lationis illustratus oraculo, intellexit se ad hoc  
missum à Domino, vt Christo animas lucrifaceret,  
quas diabolus conabatur auferre. Ideoque  
magis omnibus, quam sibi soli viuere praele-  
git, illius prouocatus exemplo, qui vnus pro  
omnibus mori dignatus est. Recollegit itaque  
se vir Dei cum ceteris sociis, in quodam tugu-  
rio derelicto iuxta ciuitatem Assisij, in quo se-  
cundum sanctae paupertatis formam, in labore  
multo & inopia victitabant, magis lacrymarum  
quam deliciarum panibus refici satagentes. Va-  
cabant enim ibidem diuinis precibus incessan-  
ter, mentaliter potius quam vocaliter studio in-  
tendentes orationis deuotæ, pro eo quod non-  
dum Ecclesiasticos libros habebant, in quibus  
possent Horas Canonicas decantare. Loco ta-  
men illo, Librum Crucis Christi, continua-  
tis aspectibus, diebus ac noctibus reuoluebant;  
exemplo Patris ac eloquio eruditi, qui iugiter  
faciebat eis de Cruce Christi sermonem. Quos &  
breuiter orare docuit, & Dominum laudare in  
omnibus & ex omnibus creaturis, honorare præ-  
cipua reuerentia Sacerdotes, fidei quoque verita-  
tem, secundum quod sancta Romana tenet &  
docet Ecclesia, & firmiter credere, & simpliciter  
confiteri. Seruabant illi Patris sancti documenta  
per omnia, & ad omnes Ecclesias, & Cruces,  
quas è longinquo videre poterant, iuxta datam  
sibi formam orantes, se humiliter prosternebant.

Contrahentibus autem Fratribus moram in  
loco praefato, vir sanctus die quadam Sabbati  
ciuitatem Assisij intrauit praedicaturus manè  
diei Dominicae (vt moris erat) in Ecclesia Ca-  
thedrali. Cumque in quodam tugurio, sito in  
horto Canonorum, vir Deo deuotus, in ora-  
tione Dei, more solito, pernoctaret, corporali-  
ter absentatus à filiis; ecce verè media noctis  
hora, quibusdam ex Fratribus quiescentibus,  
quibusdam perseuerantibus in orando, curus  
igneus mirandi splendoris per domus ostium in-  
trans, huc atque illud per domiciliū tertio se con-  
uertit, super quem globus lucidus residebat, qui  
solis habens aspectum, nocte elargere fecit. Obstu-  
pefacti sunt vigilantes, excitati simul & exterriti  
dormientes, & non minus senserunt cordis clari-  
tatem quam corporis, dum virtute mirandi lu-  
minis, alterius alteri conscientia nuda fuit. Intel-  
lexerunt namque concorditer omnes, videntibus

Panis ei &  
sociis diu-  
nitus prae-  
becut.

1. Cor. 3.

Habitant  
sanctissimi  
in quodam  
tugurio.

Docet Fra-  
tres plura  
sanctitatis  
exercitia.

Apparet  
Fratribus in  
stupendo  
curru igneo.

Vident inui-  
cem focii sa-  
rum secreta  
conscientia-  
rum.

inuicem vniuersis in cordibus singulorum, san-  
ctum Patrem absentem corpore, praesentem spi-  
ritu, tali transfiguratum effigie, supernis irradia-  
tum fulgoribus, & ardoribus inflammatum, su-  
pernaturali virtute in curru splendentis, simul &  
igneo sibi demonstrari à Domino, vt tamquam  
veri Israelitae post illum incederent, qui virorum  
spiritualium, vt alter Elias, factus fuerat à Domi-  
no curtus & auriga. Credendum sanè, quod ho-  
rum simplicium ille aperuit oculos ad preces  
Francisci, vt viderent magnalia Dei, qui oculos  
quondam aperuerat pueri ad videndum montem  
plenum equorum & igneorum curru in circui-  
tu Elisei. Regressus autem vir sanctus ad Fratres,  
coepit conscientiarum ipsorum secreta rimari,  
cofortate ipsos de visione illa mirabili, & de pro-  
fectu Ordinis multa futura praedicere. Cumque  
patefaceret plurima, qua sensum transcende-  
bant humanum, verè cognouerunt Fratres, su-  
per seruum suum Franciscum Spiritum Domini  
in tanta plenitudine quiescente, quod post ipsius  
doctrinam & vitam erat eis proficisci turissimū.

Post hæc pusilli gregis Pastor Franciscus, ad  
Sanctam Mariam de Portiuncula duodenarium  
illum Fratrum numerum, superna gratia prae-  
eunte, deduxit, vt vbi meritis Matris Domini  
Minorum sumpserat Ordo initium, ipsius susci-  
peret illic auxiliis incrementum. Ibi quoque fa-  
ctus Euangelicus praeco, ciuitates circuibat, &  
castra; non in doctis humanae sapientiae verbis, sed  
in virtute Spiritus sancti annuntians regnum  
Dei. Videbatur intuentibus homo alterius sae-  
culi, quippe qui mente ac facie in caelum semper  
intentus, omnes sursum trahere conareretur. Coepit  
ex hoc Christi vinea germinare germē odoris  
Domini, & productis ex se floribus suauitatis, ho-  
noris & honestatis, vberes fructus afferre. Nam  
praedicationis ipsius feruore succensi quamplu-  
rimi vtriusque sexus, in coniugali pudicitia Domi-  
no famulantes, secundum formam à Dei viro accep-  
tam, notis se poenitentiae legibus vinciebant,  
quorum viuendum idem Christi famulus  
Ordinem Fratrum de Poenitentia nominati de-  
creuit. Nimirum sicut in caelum tendentibus  
poenitentiae viam omnibus constat esse commu-  
nem; sic & hic Status, Clericos & laicos, vir-  
gines & conjugatos in vtroque sexu admittens,  
quanti sit apud Deum meriti, ex pluribus per  
aliquos ipsorum patris miraculis innotescit.  
Conuertebantur etiam virgines ad perpetuum  
caelibatum, inter quas virgo Deo charissima  
Clara, ipsarum plantula prima, tamquam flos  
vernans & candidus odorem dedit, & tamquam  
stella praefulgida radiavit. Hæc nunc glorificata  
in caelis, ab Ecclesia dignè veneratur in terris,  
quæ filia fuit in Christo sancti Patris Francisci  
pauperuli, & mater pauperum Dominarum.

Multi etiam deuotione compuncti, & perfe-  
ctionis Christi desiderio inflammati, omni mun-  
danorum vanitate contempta, Francisci vestigia  
sequebantur, qui quotidianis succrescentes pro-  
fectibus, usque ad fines orbis terræ celeriter per-  
uenerunt. Faciebat namque sancta paupertas,  
quam solam deferebant pro sumptibus, ipsos ad  
omnem obedientiam promptos, robustos ad la-  
bores, & ad itinera expeditos. Et quia nihil terre-  
num habebant, nihil amabant, nihil que timebant  
amittere, securi erant vbique, nullo pauore sus-  
pensis, nulla cura distracti, tamquam qui absque  
mentis turbatione viuerebant, & sine sollicitudi-

ne diem castinum & ferotinum hospitem expe-  
ctabant. Multa quidem in diuersis partibus eis  
inferebantur conuitia, tamquam personis despi-  
cabilibus & ignotis; verum amor Euangelij  
Christi ad eos ipsos patientes effecerat, vt quæ-  
rent potius ibi esse, vbi persecutionem paterentur  
in corpore, quam vbi cognita sanctitate  
ipsorum, mundano possent gloriari fauore. Ipsa  
quoque rerum penuria, superabundans eis vide-  
batur vbertas, dum iuxta consilium Sapientis  
pro magno ipsi minimum complacebat.

Sanè cum ad infidelium partes aliqui ex Fra-  
tribus peruenissent, contigit, vt quidam Sarra-  
cenus pietate commotus, pecuniam eis offerret  
pro necessario victu. Illis autem recusantibus  
accipere; admiratus est homo, cernens quod ino-  
fecti amore Dei, pecuniam possidere nolebant;  
tanta est eis affectione coniunctus, vt offerret se  
ad ministrandum omnia necessaria, quamdiu ali-  
quid facultatum sibi superesset. O inestimabilis  
pretiositas paupertatis, cuius miranda virtute  
mens feritatis barbaricæ in tantam miserationis  
est immutata dulcedinem! Horrendum est pro-  
inde ac nefarium scelus, vt hanc margaritam no-  
bilem vir Christianus conculeret; quam tanta ve-  
neratione exulit Sarraenus.

Crescentibus quoque virtutum metitis in par-  
tibus Christi, odor opinionis bonæ circumqua-  
que diffusus, ad praesentiam sancti Patris viden-  
dam plurimos è diuersis mundi partibus attrahe-  
bat. Inter quos quidam saecularium captiuorum  
curiosus inuentor, qui ab Imperatore propterea  
fuerat coronatus, & ex inde Rex versusum dictus,  
vtrum Dei contemptorem mundalium adire  
proposuit. Cumque apud castrum sancti Seuerini  
eum praedicantem reperisset in Monasterio quo-  
dam, facta manu Domini super se, vidit eum  
dem Crucis Christi praedictorem Franciscum  
duobus transuersis ensibus valde fulgentibus, in  
modum Crucis, signatum: quorum vnus à ca-  
pite ad pedes, alius à manu in manum per pe-  
tus transuersaliter tendebatur. Non nouerat fa-  
cie seruum Christi, sed tanto monstratum mira-  
culo mox agnouit. Subito stupefactus ad visum,  
incipit meliora proponere. Tandemque verborū  
ipsius compunctus virtute, tamquam si esset gla-  
dio Spiritus ex eius ore procedente transfixus,  
saecularibus pompis omnino contemptis beato  
Patri professione cohaesit. Propter quod videns  
ipsum vir sanctus ab iniquitudine saeculi ad Chri-  
sti pacem perfecte conuersum, Fratrem Pacificum  
appellauit. Hic postmodum in omni sancti-  
tate proficiens, antequam fieret Minister in Fran-  
cia (si quidem primus ibidem Ministerij gessit offi-  
cium) meruit iterato magnū Tau in fronte Fran-  
cisci videre, quod colorum varietate distinctum,  
faciem ipsius miro venustabat ornatu. Hoc quip-  
pe signum vir sanctus magno venerabatur affe-  
ctu, frequenti commendabat eloquio, & in eis  
quas dirigebat litterulis, manu propria subscri-  
bebat, tamquam si omnē ipsius studium foret  
signare Tau, iuxta dictum Propheticum; super  
frontes virorum gementium & dolentium, ad  
Christum Iesum veraciter conuersorum. Pro-  
cessu quoque temporis multiplicatis iam Fratri-  
bus, coepit eos Pastor sollicitus in loco sanctae  
Mariae de portiuncula ad Generale Capitulum  
conuocare, vt in funiculo distributionis diuinæ  
in terra paupertatis eorum, vniuique tribueret

Conuitia  
sanctis Fra-  
tribus illata  
patientissimè  
feruntur ab  
eis.

Eccles. 29.

Sarraceni  
cuiusdam  
erga eos hu-  
manitas.

Viso cuius-  
dam laurea-  
ti Poetae Im-  
peratoris  
Friederici.

Is ex visione  
compunctus;  
sic Monachus.

Altera eius-  
dem visio.  
Signum  
Crucis vir  
Dei magno  
veneratur  
affectu.

Ezech. 9.

Viso eius.

Romam  
pergit pro  
confirmatio-  
ne Regulae.

Differt eam  
confirmate  
Pontifex.  
Eius fauet  
petitioni  
quidam ex  
Cardinali-  
bus.

Comiter ei  
respondet  
Pontifex.

Redit in  
Vallem  
Spoletanam.

# Vita B. Francisci,

# Caput quintum.

Quinque millia Fratrum in vno conuenere Capitulo.

obedientiae portionem. Vbi licet omnium necessariorum esset penuria, Fratrumque multitudo ultra quinque millia conueniret; diuina tamen opulante clementia, & victus sufficientia suberat, & salus comitabatur corporea, & spiritalis iucunditas affluebat. Capitulis vero Prouincialibus, quia corporalem praesentiam exhibere non poterat, per sollicitam curam regiminis, instantiam precis, & efficaciam benedictionis, spiritu praesens erat; quamuis aliquando, mira Dei faciente virtute, visibiliter apparet. Dum enim egregius praedicator, qui & nunc Christi praecellens confessor, Antonius de titulo Crucis, *Iesus Nazarenus Rex Iudaorum*, in Arelatensi Capitulo Fratribus praedicaret, quidam Frater probatae virtutis, Monaldus nomine, ad ostium Capituli diuina virtute & commotione respiciens, vidit coporeis oculis beatum Franciscum in aere subleuatum extensis velut in cruce manibus, benedicentem Fratres. Tanta vero & tam insolita Fratres omnes consolatione spiritus repletos se fuisse senserunt, vt de vera sancti Patris praesentia certum eis intra se spiritus testimonium perhiberet: licet postmodum id non solum per euidencia signa, verum etiam per eiusdem sancti Patris verba exteriori fuerit attestazione compertum. Credendum sane quod omnipotentis Dei virtus, quae Ambrosium pium & sacrum Antistitem tumulationi gloriosi concessit interesse Martini, vt pium Pontificem pio veneretur officio; etiam seruum suum Franciscum praedicationi praesentauit Antonij, vt approbaret veritatis eloquia, praecipue Crucis Christi, cuius erat baiulus & minister.

Monaldi visio.

Bonauenturae testimonium de praesentia Ambrosii in exequiis S. Martini. Gregor. Turon. l. 1. de Mirac. S. Martini c. 5.

Visio S. Francisci.

Visiois expositio.

Diuino suggerente Spiritu compendiosorem scribit Regulam.

rat, obtinuit confirmari. Ad cuius obseruantiam Fratres feruenter inducens, dicebat se nihil ibi posuisse secundum industriam propriam, sed omnia sic scribi fecisse, sicut sibi fuerant diuinitus reuelata. Quod vt certius constaret testimonio Dei, paucis admodum euolutis diebus, impressa sunt ei Stigmata Domini Iesu digito Dei viui, tamquam Bulla Summi Pontificis Christi, ad confirmationem omninodam Regulae, & commendationem Auctoris; sicut post suarum enarrationem virtutum inferius dicitur.

Eam confirmat Honorius.

S. Francisci Stigmata eius Regulam confirmant.

## CAPVT V.

*De austeritate vitae, & quomodo creatura praebeant ei solatium.*

**C**um igitur cerneret vir Dei Franciscus, suo exemplo ad crucem Christi baiulandam feruenti spiritu plurimos animari; animabatur & ipse, tamquam bonus dux exercitus Christi, ad palmam victoriae per culmen inuictae peruenire virtutis. Attendens enim illud Apostoli verbum, *Qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis, & concupiscentiis*; vt Crucis armaturam suo ferret in corpore, tanta disciplinae rigiditate sensuales appetitus arcebat, vt vis necessaria sumeret sustentationi naturae. Propter quod cocta cibaria sanitatis tempore vix admittebat, & raro; admissa vero, aut conficiebat cinere, aut condimenti saporem admixtione aquae vt plurimum reddebat insipidum. De potu quid dicam? cum & de aqua frigida, cum sitis aestuaret ardore, vix ad sufficientiam biberet. Modos adinueniebat abstinentiae potiores, & quotidie exercitatione crescebat: licetque iam perfectionis culmen attingeret, tamquam incipiens semper aliquid innouabat, afflictionibus carnis puniendo libidinem, Egrediens tamen exterius, propter verbum Euangelij, conformabat se suscipientibus ipsum in qualitate ciborum, cum tamen ad interiora regressus districte seruaret rigidam abstinentiae parcitatem. Sicque se ipsum austerum sibi, humanum proximo, subiectum Euangelio Christi per omnia reddens, non solum abstinendo, verum etiam manducando praebebat aedificationis exemplum. Nuda humus, vt frequentius, lectus erat lassato copuleuo; & saepius sedens, ligno vel lapide ad caput posito, dormiebat, vnica paupere contactus tunica, in nuditate Domino seruebat & frigore.

Galat. 5. Durissime castigat corpus suum.

Extra claustrum secularibus se conformabat.

Austerus sibi, humanus proximo.

Aspera delectatur veste. Matth. 11.

Dæmones asperitate terrentur, delicias ad tentandum animantur.

exportari. Egressus autem cum puluinari Frater de cella, membrorum omnium vires amisit & vsus, quousque ad vocem sancti Patris, hoc cognoscentis in spiritu, vigor pristinus cordis & corporis fuit plenarie restitutus.

Rigidus in disciplina super custodiam suam stabat, curam permaximam gerens de vtriusque hominis puritate seruanda: quapropter circa conuersionis primordia tempore hiemali in foueam plenam glacie seipsum plerumque mergebat, vt & domesticum sibi hostem perfecte subiiceret, & candidum vestimentum pudoris a voluptatis incendio praeseruaret. Cum apud eremum de Sathiano nocte quadam orationi vacaret in cellula, vocauit eum hostis antiquus, tertio dicens: Francisce, Francisce, Francisce. Cui cum quid quaereret respondisset; fallaciter ille subiunxit: Nullus est in mundo peccator, cui, si conuersus fuerit, non indulgeat Deus: sed quicumque semetipsum poenitentia dura necauerit, misericordiam non inueniet in aeternum. Statim vir Dei per reuelationem cognouit hostis fallaciam, quomodo nixus fuerit eum ad tepida reuocare. Nam hoc sequens indicauit euentus. Continuo enim post hoc ad insufflationem illius, cuius habitus prunas ardere facit, grauis ipsum carnis tentatio apprehendit. Quam vt vir Dei sensit, illico se durissimis caedendo flagellis, & in niues se proiciendo, effugauit. Non solum autem mortificari debere docebat vitia carnis, & eius inuentia frænari, verum etiam exteriores sensus, per quos mors intrat ad animam, summa vigilantia custodiri.

Mergit se Franciscus crebro in aquam congelatam.

Fallacia demonis.

Iob 41.

Ierem. 9.

Otium summopere cauendum.

Otiosi muscis similes.

Silentium obseruandum.

Matth. 12.

Non placet Francisco immoderata vitae asperitas.

Pietas sancti Patris erga subditum fame tabescentem.

cuit insuper eos discretionem sequi, vt autigam virtutum; non eam quam caro suadet; sed quam edocuit Christus, cuius sacratissimam vitam expressum constat esse perfectionis exemplar. Et quoniam Agnum signè macula crucifixum non est possibile homini, carnis infirmitate circumdato, sic perfecte sectari, quin aliquando aliquas contrahat sordes; ideo documento certo firmabat eos, qui perfectioni vitae vigilanter intendunt, quotidianis debere se lacrymarum emundare fluentis. Ipse vero licet iam esset adeptus cordis & corporis puritatem mirabilem; non cessabat tamen lacrymarum imbribus iugiter oculos expiare mentales, corporeorum luminum non ponderando iacturam. Malebat siquidē corporalis visus lumen amittere, quam lacrymas, quibus oculus mundatur interior, vt Deum videre valeat, repressa deuotione spiritus impedire.

Discretio virtutum aut riga.

Lacrymae animae lauant sordes.

Lacrymas plurius facit Franciscus quam oculos.

Cum autem semel daretur consilium a Medicis, & instanter suaderetur a Fratribus, vt pateretur sibi per remedium subueniri cocturae; humiliter vir Dei assensit, quia saluiferum hoc simul & asperum esse cernebat. Vocatus itaque venit chirurgus; instrumentum ferreū igni submittens ad faciendam cocturam. At Christi seruus corpus iam horrore concussum confortans, sicut amicum, cepit ignem alloqui, dicens: Mi Frater ignis, praeceteris rebus amulandi decoris virtuosum, pulchrum, & vtilem te creauit Altissimus esto mihi hac hora propitiuss, esto curialis. Precor magnum Dominum, qui te creauit; vt tuum mihi calorem temperet, quo suauiter vretem valeam sustinere. Oratione finita, contra igne candescens ferreum instrumentum signum Crucis edidit, ac deinde intrepidus persistebat Profundatum est crepitans ferrum in tenera carne, & ab aure vsque ad supercilium coctura protraxit. Quantum irrogauerit ignis ille dolorem, vir sanctus expressit. Laudate, inquit ad Fratres, Altissimum: quia verè dico vobis, nec ignis ardorem sensi, nec carnis vllum dolorem. Et conuersus ad Medicum, Si non est, inquit, caro bene decocta, imprime iterum ferrum. Expertus Medicus, in inualida carne virtutem spiritus tam potentem miratus est, & diuinum hoc miraculum extulit, dicens: Dico vobis, Fratres, vidi hodie mirabilia. Quia enim ad tantam deuenerat puritatem, vt caro spiritui, & spiritus Deo, harmonia mirabili concordarent, diuina ordinatione fiebat, vt creatura Creatori suo deseruiens, voluntati & imperio eius mirabiliter subiaceret. Alio enim tempore apud eremum sancti Urbani seruo Dei aegritudine grauissima laborante, cum ipse naturae defectum sentiens, vini poculum postulasset; nihilque de vino, quod sibi dari posset, responderetur adesse; iussit aquam afferri, & allatam signo Crucis benedixit. Mox vinum efficitur optimum, quod fuerat aqua pura; & quod deserti loci paupertas non potuit, viri sanctitas impetrauit. Ad cuius gustum tanta protinus facilitate conualuit, vt saporis nouitas, & innouatio sanitatis, gustabile ac gustantem supernaturaliter innouantes, perfectam in ipso exspoliationem veteris hominis, & induitionem noui, duplici attestazione firmarent.

Ignem alloquitur & rogat.

Candentis ferri non sentit ardorem.

Eximia sancti viti puritas.

Ediro Crucis signo aquam in vinum commutauit.

Colos. 3.

Non solum creatura seruo Dei seruebat ad nutum, sed & Creatoris vbique prouidentia descendebat ad placitum. Cum enim tempore quodam ex multarum infirmitatum concursu aggrauato, corpore, ad iucunditatem spiritus...

Dei prouidentia ei cohaere descendebat ad placitum.



citandam alicuius audiendi soni harmonici desiderium habuisset, nec id honestatis decentia per ministerium fieri pateretur humanum, adfuit Angelorum obsequium ad viri sancti placitum adimplendum. Nocte etenim quadam vigilante ipso, & meditante de Domino, repente insonuit cithara quadam harmoniæ mirabilis, & suauissimi melodiæ. Non videbatur aliquis, sed transitum & reditum citharæ ipsa hinc inde auditus volubilitas innuebat. Spiritu in Deum directo tãta fuit in illo dulcisono carmine suauitate perfruitus, vt aliud se putaret sæculum commutasse. Hoc & Fratres sibi familiares non latuit, qui per certa frequenter conspicebant indicia, eum tam excessiuus & crebris consolationibus à Deo visitari, vt nec ipsas omnino occultare valeret.

Alio quoque tempore viro Dei prædicationis causa inter Lombardiam & Marchiam Treuisanã iter agente cum socio iuxta Padum, tenebrosa noctis superuenit obscuritas. Cumque via esset exposita periculis magnis & multis propter tenebras, fluuium, & paludes, dixit socius ad virum sanctum: Ora, Pater, vt de instantibus periculis liberemur. Cui vir Dei cum fiducia multa respondit: Potens est Deus, si sibi placet, tenebrarum effugata caligine, beneficium lucis impendere. Vix sermonem compleuerat, & ecce tanta lux illico cœpit circa eos superna radiare virtute, vt nocte aliis existente obscura, ipsi luce clara viderent, non solum viam, verum etiã plurima circumquaque. Cuius lucis ducatu corporaliter directi, & spiritualiter confortati, vsque ad locum hospitij per non modicum viæ spatium, cum diuinis hymnis & laudibus incolumes perueniunt. Perpende, quantæ fuerit vir iste munditiæ, quantæque virtutis, ad cuius nutum suum ignis ardorem contemperat, à quo saporem commutat, Angelica præbet melodia solatium, & lux diuina ducatum, vt sic sanctificatis viri sancti sensibus omnis probetur mundi machina deferuire.

CAPVT VI.

De humilitate, & obedientia, & condescensionibus diuinis sibi factis ad nutum.

**O**Mnium virtutum decor & custos humilitas copiosavirum Dei vbertate repleuerat. In propria quidem reputatione nihil erat nisi peccator, cum in veritate speculum esset & splendor omnimodæ sanctitatis. Super hanc studuit ædificare seipsum, vt sapiens architectus fundamentum præiaciens, quod à Christo didicerat. Dicebat propter hoc Filium Dei de altitudine sinus paterni descendisse, vt humilitatem verbo & exemplo doceret. Malebat quidem de se vituperium audire quàm laudem, sciens quod hoc ad emendandum induceret, illa ad cadendum impelleret. Et ideo sæpe cum populi merita in eo sanctitatis extollerent, præcipiebat alicui Fratri, vt in contrarium verba ipsum vilificantiã suis auribus inculcando profferret. Curque Frater ille licet inuitus cum rusticum, & mercenarium, & inutilem diceret, exhilaratus tam mente quàm facie respondebat: Benedicat tibi Dominus, fili charissime, quia tu verissima loqueris, & talia filium Petri Bernardonis decet audire. Vt autem se ceteris despiciabilem redderet, non parce-

bat rubori, quin in prædicatione coram omni populo proprios manifestaret defectus, sicque conatus est Christi sectator transitorie laudis præconium contemnere, & tumentis iactantiæ fastum comprimere. Multaque in hunc modum fiebat, vt exterius tamquam vas perditum fieret, & sanctificationis spiritum intus possideret.

Studebat etiam bona Domini sui arcano peccatoris condere, nolens patere gloriæ, quæ posset occasio esse ruinæ. Vt autem pluribus modis negotiator hic Euangelicus lucraretur, ac totum præsens tempus conflaret in meritum, non tam præesse voluit, quàm subesse; nec tam præcipere, quàm parere. Idcirco Generalis cedens officio Guardianum petiit, cuius voluntati per omnia subiaceret. Imò & Fratri socio, cum quo ire solebat, semper obedientiam promittere consueuerat, & seruare. In omnibus rebus & factis obedientiam & humilitatem sectabatur. Ob humilitatis formam Fratres suos voluit vocari Minores, & Prælatos sui Ordinis dici Ministros; vt & verbis vteretur Euangelij quod obseruare promiserat, & ex ipso nomine discerent discipuli eius, quod ad discendam humilitatem ad scholas humilis Christi venisset. Magister siquidem humilitatis Iesus Christus, vt informaret discipulos ad humilitatem perfectam, dixit: *Quicumque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister & quicumque voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus.* Et quoniam humilitatem tam in se, quàm in subditis cunctis præferabat honoribus, amator humilium Deus, altioribus ipsum dignum iudicabat fastigiis, secundum quod cuiusdam Fratri sancti viri socio ostendit, fulgentissimam in cælis sedem, quæ vnus ex tuentibus Angelis erat, sibi reseruari vt ad excellentiam gloriæ, de qua superbus eiectus est Angelus, verè humilis exaltaretur.

Alio quoque tempore, cum in deserta quadam oraret Ecclesia, in Prouincia Massæ, apud montem Casalem; intellexit per spiritum, sacras ibidem latuisse Reliquias. Quas cum longo iam tempore defraudatas honorificentia debita, non sine mœrore conspiceret, præcepit Fratribus, vt eas cum reuerentia Fratrum deferrent ad locum. Sed cum poscente causa discessisset ab eis, mandati Patris immemores filij, obedientiæ meritum neglexerunt. Die vero quadam cum sacra celebrare vellent mysteria, superiori altaris operimento submoto, ossa pulcherrima & redolentia nimis, non sine admiratione reperiunt; inuenientes Reliquias, quas non hominis manus, sed Dei virtus attulerat. Reuersus paulò post vir Deo deuotus diligenter cœpit exquirere, si quod de Reliquiis mandauerat, esset impletum. Verum neglectæ obedientiæ culpam Fratres confitentibus humiliter, cum pœna veniam meruerunt. Et ait vir sanctus: Benedictus Dominus Deus meus, qui per seipsum impleuit, quod vos facere debuistis. Considera, quæso Lector, diuinæ prouidentia curam circa puluerem nostrum, & humilis Francisci excellentem in oculis Dei pendente virtutem. Nam cuius iussis non paruit homo, votis obediuit Deus.

Superbiam etiam vir sanctus tamquam malorum omnium originem, & inobedientiam ipsius pessimam prolem, in subditis abhorrebat, & non minus humilitatem pœnitentiæ in eisdem acceptabat. Accidit semel, vt eidem præ-

*Psal. 30.*

Generalis cedit officio, & alij in omnibus se submittit. Cur Fratres dicantur Minores, & Prælati Ministri.

*Matth. 20. Marc. 10.*

Sedes fulgens Francisci in cælo.

Reliquias ei reuelatas venerat.

Diuinitus transferuntur in tugurium Fratrum

Odit superbiam & inobedientiam.

Inobedientiam Fratrem coercet.

sentaretur quidam Frater, qui contra legem obedientiæ aliquid fecerat, disciplinæ iustitia corrigendus. Videns autem vir Dei Fratrem illum per signa euidentiã veraciter esse compunctum, ad indulgendum ei amore fuit humilitatis inductus. Ne tamen facilitas veniæ incentiuum esset aliis delinquendi, iussit ablatum Fratri caputium in medio flammarum proiici, vt omnes aduerterent quanta qualique vindicta offensa sit inobedientiæ percellenda. Cumque per moram caputium fuisset in medio ignis, præcepit ipsum flammis detrahi, reddique Fratri humiliter pœnitenti. Mirabile dictu. Extrahitur caputium de medio flammarum, nullum habens adustionis vestigium. Sicque factum est, vt hoc vno miraculo, & sancti viri virtutem, & humilitatem pœnitentiæ commendaret. Dignè itaque sectanda est Francisci humilitas, quæ tam miram in terris etiam dignitatem obtinuit, vt Deum inclinaret ad votum, & hominum immutaret affectum, multoties dæmonum proteruitatem suo iussu depelleret & flammarum voracitatem solo nutu refrænaret. Reuerà hæc est, quæ possessores suos exaltans, dum omnibus reuerentiam exhibet, ab omnibus promeretur honorem.

CAPVT VII.

De amore paupertatis, & mira suppletionem defectuum.

Paupertatem summo opere affectat.

*Matth. 13.*

Paupertas virtutum Regina, & quæritur;

Ordinis fundamentum.

*Matth. 19.*

Tres ei occurrunt mulieres.

**I**Nter cetera charismatum dona, quæ à largo Datore Franciscus obtinuit, prærogatiua quadam speciali promeruit in diuitias simplicitatis excrescere per altissimam paupertatis amorem. Hanc Filio Dei vir sanctus familiarè attendens, & iam quasi toto orbe repulsam, charitate sic studuit desponsare perpetua, quod non solum pro ea patrem matremque reliquit, verum etiam, quæ habere potuit, vniuersa dispersit. Nemo tam auri, quàm ipse cupidus paupertatis; nec thesauri custodiendi sollicitior vllus, quàm iste huius Euangelicæ margaritæ. In hoc præcipue suus offendebar aspectus, si quidquam videbat in Fratribus, quod paupertati non per omnia consonaret. Reuerà ipse à principio Religionis vsque ad mortem, tunica, chordula, & femoralibus diues, iis contentus fuit. Christi Iesu paupertatem & matris, frequenter cum lacrymis reuocabat ad mentem; inde hanc virtutum asserens esse Reginam, quia in Rege regum & in Regina matre ipsius tam præstanter effulsit. Hanc sui dicebat Ordinis fundamentum, cui substrato primariè sic omnis structura Religionis innititur, vt ipsius firmitate firmeretur, & euersione funditus euertatur. Docebat proinde, sicut reuelatione didicerat, sacra religionis ingressum ab illo fore inchoandum Euangelico verbo: *Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus.* Ideoque non nisi expropriatos, & nihil penitus retinentes admittebat ad Ordinem, tum propter verbum sancti Euangelij, tum etiam ne forent in scandalum oculi reseruati.

Accidit semel quoddam mirabile viro sancto, dum se ad ciuitatem Senensem transferret. Tres quidem mulieres pauperula, statura, ætate, ac facie per omnia similes, in quadam ei magna planitie inter Campillum & sanctum Quiricum occurrerunt, nouum salutationis munusculum ei offerentes. Benè veniat, inquiunt, domina

paupertas. Quo audito, verus paupertatis amator indicibili repletus est gaudio; vt pote qui nihil in se salutandum hominibus tam libenter haberet, quàm quod illæ decreuerant. Subito disparentibus illis, considerantes Fratres socij tam admirabilem in eis similitudinem, saluationis, occursum, & disparentiæ nouitatem, mysticum aliquid designari circa virum sanctum, non irrationabiliter, perpenderunt. Sanè per illas tres, vt videbatur, mulieres pauperulas, sic vniiformi facie occurrentes, sic salutantes insolite, sic subito disparentes, Euangelicæ perfectionis formositas, quantum ad castitatem scilicet, obedientiam, & paupertatem, satis conuenienter ostenditur, in viro Dei pari forma perfecte fulsisse, licet gloriari prælegerit in priuilegio paupertatis quam modo matrem, modo sponfam, modo dominam nominare solebat. In hac ceteros cupiebat excedere, qui ex ipsa didicerat inferiorem se omnibus reputare. Si quando pauperiorem se quempiam secundum exteriorem habitum cerneret, semetipsum protinus arguens excitabat ad simile, tamquam si æmula paupertate concertans, vinci se timeret in illo. In Festis præcipuis, vbi opportunitas aderat, mendicare solitus erat. Vnde cum semel in die sancto Paschæ moram faceret in eremitorio quodam adeo ab hominum habitatione remoto, quod commodè mendicare non posset, memor illius, qui discipulis euntibus in Emmaus ipso die in specie peregrini apparuit, ab ipsis Fratribus elemosynam petiit vt peregrinus & pauper. Quam cum accepisset humiliter, sacris eos informauit eloquiis quod transeuntes per mundi desertum, tamquam peregrini & aduenæ, verique Hebræi, pascha Domini, hoc est, transitum ex hoc mundo ad Patrem, in paupertate spiritus continuè celebrarent. Et quoniam in petendis elemosynis non quæstus agebatur cupidine, sed spiritus libertate pater pauperum; Deus specialem de ipso curam gerere videbatur; vt cum nec elemosynam petere poterat, nec necessitatibus superuenientibus, aut hospitibus aduentantibus necessaria aderant, prouidè & misericorditer Deus omnia ministrabat, & ei benefacientibus aut ministrantibus largissima præmia impendebat. Cuius vnum vel alterum exemplum breuiter proponam.

Tempore quo infirmus iacebat in eremitorio prope Reate, Medicus quidam opportuno eum frequentabat officio, Cum autem Christi pauper impotens esset ad rependendam mercedem labori condignam, liberalissimus Deus, ne ipsum sine presenti remuneratione dimitteret, pium eius obsequium hoc nouo beneficio vice pauperis compensauit. Huius enim Medici domus, quam tunc temporis ex omni lucro suo de nouo construxerat, parietum parula scissione à summo vsque deorsum, adeo de proximo minabatur ruinam, quod non videbatur per humanæ artis industriam possibile ipsius casui obuiare. Ipse verò de sancti viri meritis plenè confidens, cum magnæ fidei deuotione periiit à sociis eius aliquid sibi concedi, quod idem vir Dei manibus contrectasset. Cum igitur modicum de capillis ipsius, multa precum obtentum instantia, posuisset de sero incauri scissuram, manè resurgens tanta inuenit aperturam illam soliditate conclusam, vt nec reliquias ibi positas posset extrahere, nec scissuræ prioris vestigium aliquid inuenire.

Tria vota regularia significent.

Eximius in beato vtroque paupertatis zelus.

*Luc. 24.*

*Ioan. 13.*

Medici obsequium in Franciscum.

A Deo re-compensatus.

Cithara ei pulsatur diuinitus.

Lux in noctis tenebris ei diuinitus præstatur.

Omnis mundi machina ei deferuiebat.

Sancti viri excellens humilitas.

Speculum & splendor sanctitatis Franciscus.

Gaudet contemptu sui.

Factumque est, vt qui ruinoso corpusculo serui Dei sedulo ministrarat, ruituræ domus propriae periculo præcaueret.

Alio quoque tempore vir Dei ad quamdam eremum transferre se volens, vt ibi liberius contemplationi vacaret, quia debilis erat, cuiusdam viri pauperis vectabatur asello. Cumque diebus æstiuis famulum Christi sequendo vir ille montana conscenderet, asperiori & longiori itinere fatigatus, nimioque sitis ardore deficiens instanter cœpit clamare post Sanctum: En morior (inquit) siti, nisi poculi alicuius beneficio continuo refociller. Absque mora vir Dei profiliuit asino, & fixis in terra genibus, palmas tetendit in cælum, orate non cessans, donec se intellexit auditum. Oratione tandem finita, Festina, inquit viro, ad petram illam, vbi aquam viuam inuenies quam tibi hac hora misericorditer Christus de lapide bibendam produxit. Stupenda Dei dignatio, quæ seruis suis tam facile se inclinat. Bibit sitiens homo aquam de petra orantis virtute, & poculum hausit de saxo durissimo. Aquæ decursus ibidem antea non fuit, nec, vt est diligenter quæsitum, deinceps potuit inueniri. Qualiter autem per merita sui pauperis Christus multiplicauerit cibos in mari, hoc tantum commemorasse sufficiat, quod de elemosyna modica sibi collata, nauas à famis & mortis periculo per dies plurimos liberauit, vt ex hoc liquido posset aduertiri, quod omnipotentis Dei famulus, sicut in educatione aquæ de petra cõformis exitit Moyse, sic in multiplicatione victualium Eliseo. Procul igitur à pauperibus Christi omnis diffidentia abscedat. Si enim paupertas Francisci adeo copiosæ sufficentiæ fuit, vt subuenientium sibi defectus tam mira virtute suppleret, quod nec cibis, nec potus, nec domus deesset, cum pecuniæ, & artis, & naturæ facultas defecerat; multo magis illa merebitur, quæ vñsato diuinæ p̄ouidentia ordine communiter conceduntur. Si (inquam) petrae siccitas ad pauperis vocem abundans poculum sitienti propinauit pauperulo, nil iam inter omnia suum denegabit obsequium his, qui pro Auctore omnium omnia reliquerunt.

CAPVT VIII.

De pietatis affectu, & quomodo ratione carentia videbantur ad ipsum effici.

Pietas vera, quæ secundum Apostolum ad omnia valet, adeo cor Francisci repleuerat, ac penetrauerat, vt totum videretur seruum Dei in suum vendicasse dominium. Hæc est, quæ ipsum per deuotionem sursum agebat in Deum, per compassionem transformabat in Christum, per condescensionem inclinabat ad proximum; & per vniuersam conciliationem ad singula, resigurabat ad innocentia statum. Cumque per hanc piæ moueretur ad omnia; specialiter tamen animas Christi Iesu sanguine pretioso redemptas, cum cernebat inquinari aliqua sorte peccati, tanta miserationis teneritudine deplorabat, vt eas tamquam mater in Christo quotidie parituriret. Et hæc penes ipsum causa præcipua venerandi verbi Dei ministros, quod semen fratri suo defuncto, videlicet pro peccatoribus crucifixo, per ipsorum conuersionem, & pia sollici-

tudine suscitent, & sollicita pietate gubernent.

Afflictis quoque qualicumque corporali molestia mira compassionis teneritudine condescendens, si quid penuriae, si quid defectus in aliquo cernebat, pij cordis dulcedine regerebat in Christum. Sanè clementiam habebat ingenitam, quam superinfusa Christi pietas duplicabat. Ita liquefcebat animus eius ad pauperes, & infirmos; & quibus non poterat manum, exhibebat affectum. Cumque in pauperibus cunctis, & ipse Christianissimus pauper effigiem Christi perspiceret, si qua etiam necessaria vitæ sibi collata fuissent, eis occurrentibus, non solum liberaliter conferebat, verum etiam, ac si illorum propria essent, indicabat esse reddenda. Propterea de omnibus, quæ sibi dabantur ad necessitatem corporis eleuandam, solitus erat à dantibus licentiam petere, vt licite posset, si magis egenus occurreret, erogare. Nulli prorsus rei parcebat, nec mantellis, nec tunicis, nec libris, nec etiam paramentis altaris, quin omnia hæc, dum posset, vt pietatis impleeret officium, indigentibus largiretur. Pluries cum oneratis obuiaret in via pauperibus, imbecilles humeros illorum oneribus supponebat.

Consideratione quoque primæ originis omnium, abundantiore pietate repletus, creaturas quantumlibet paruas, fratris vel sororis appellabat nominibus, pro eo quod sciebat eas vnum secum habere principium. Illas tamen viscerosius amplexabatur & dulcius, quæ Christi mansuetudinem piæ similitudine naturali prætendunt, & Scripturæ significatione figurant. Redemit frequenter agnos, qui ducebantur ad mortem, illius memor Agni mitissimi, qui ad occisionem duci voluit pro peccatoribus redimendis Hospitato quadam vice seruo Dei apud Monasterium sancti Verecundi, de Episcopatu Eugubij, ouicula quædam agniculum peperit illa nocte. Aderat sus ferocissima, quæ vitæ innocentis non parcens, rapaci eum morsu necauit. Hoc audito pius Pater, mira compassione commotus, & Agni sine macula recordatus, lamentabatur pro morte agniculi coram omnibus, dicens: Heu me, frater agnicule, animal innocens, Christum hominibus repræsentans; maledicta sit impia, quæ te interfecit, nullusque de ea comedat homo vel bestia. Mirum, Statim infirmari cœpit porca malefica, & tribus diebus corpoream poenam exoluens, vlticem tandem pertulit necem. Proiecta autem in vallum Monasterij, ibique longo tempore iacens, in modum tabulæ delicata, nulli fuit esca famelico. Aduertat igitur humana impietas, quali poena sit ferièda finaliter, si tã horrida morte percussa est ferocitas bestialis.

Perpendat & fidelis deuotio, quam in seruo Dei pietas fuerit admirandæ virtutis, & copiosæ dulcedinis, vt ei applauderet suo modo etiam natura brutorum. Iter enim faciens iuxta ciuitatem Senensem, inuenit in pascuis magnum ouium gregem. Quas cum benignè, vt solebat, salutasset, relicto pastu, cucurrerunt omnes ad eum, leuantisque capita sua, erectis in eum luminibus intendebant. Tantum quidem ei fecerunt applausum, vt pastores mirarentur. & Fratres, cernentes circa ipsum tam ouium agnos, quàm ipsos arietes, sic mirabiliter exultantes. Alio quoque tempore apud sanctam Mariam de Portiuncula quadam viro Dei fuit ouis oblata, quam propter innocentia ac simplicitatis amorem,

Erga afflictos magna eius commiseratio.

In paupere Christum contemplabatur.

Creaturas omnes fratres vel sorores appellabat.

Maledicit sui, & perit.

Oues ei accurrunt & applaudent.

quas ouis natura præterdit, gratanter suscepit. Monebat pius vir ouiculam, vt & laudibus diuinis intenderet, & ab omni Fratrum offensa caueret. Ouis autem, quasi viri Dei pietatem aduerteret, informationem ipsius sollicitè obseruabat. Nam audiens Fratres in Choro cantare, & ipsa Ecclesiam ingrediens, sine alicuius informatione flectebat genua, vocem balatus emittens ante altare Virginis Matris Agni, ac si eam salutare gestiret. Insuper & cum eleuaretur sacratissimum Christi Corpus inter Missarum solemnias, flexis curbatur poplitibus, tamquam si reuerens pecus de irreuerentia indeuotos argueret, Christoque deuotos ad Sacramenti reuerentiam inuitaret. Tempore quodam agniculum in vrbe secum habuerat, ob reuerentiam illius mitissimi Agni; quem nobili matronæ Dominae Iacobæ de Septem foliis in suo recessu cõseruandum commisit. Agnus verò, quasi in spiritualibus eruditus à Sancto, Dominae ad Ecclesiã eunti, stanti, & reuertenti societate inseparabili cohærebat. Si Matutinali hora Domina tardabat exurgere, agnus consurgens impellebat eam corniculis, & balatibus excitabat, gestibus adhortans & nutibus, vt ad Ecclesiam properaret. Propter quod agnus, Francisci discipulus, deuotionis iam magister effectus, vt mirabilis & amabilis à Domina seruabatur.

Alio quoque tempore apud Græcium viuus viro Dei oblatus fuit lepusculus, qui liber in terra positus, cum posset, quo vellet, effugere, vocante se benigno Patre, in sinum illius propero cursu saltauit. Quem ipse pio cordis affectu circumfouens, videbatur eidem compati quasi mater, dulcique allocutione communitum, ne se iterum capi permitteret, liberum abire permisit. Cumque pluries in terra positus, vt abscederet, semper in sinum Patris rediret, tamquam si sensu quodam occulto cordis ipsius perciperet pietatem, tandem iussu Patris à Fratribus delatus est ad loca tutiora. Modo quoque consimili in insula lacus Perusij cuniculus quidam captus, & viro Dei oblatus, cum ceteros fugeret, manibus eius & sinui se domestica securitate commisit.

In lacu Reatino ex deuotione fuit etiam oblatus piscis magnus, & viuus, quem more solito fraterno nomine vocans, in aquam reposuit iuxta nauem. Piscis verò coram viro Dei ludebat in aqua, & quasi amore illius allectus, nullatenus recessit à nauis, nisi prius ab eodem cum benedictione licentia sibi data.

Alio quoque tempore ambulans cum quodam Fratre per paludes Venetiarum, inuenit maximam auium multitudinem, residendum & cantantium in virgultis, quibus visis, dixit ad socium: Sorores aues laudant Creatorem suum, nos itaque in medium ipsarum euntes laudes & Horas Cañonicas Domino decantemus. Cumque in medium ipsarum intrassent, non sunt aues motæ de loco. Et quia propter garrum ipsarum, in dicendis Horis se mutuo audire non poterant, conuersus vir sanctus, dixit ad illas: Sorores aues à cantu cessate, donec laudes Deo debitas persoluamus. At illæ continuo tacuerunt, tamdiu in silentio persistentes, quamdiu dictis Horis spatiosè & laudibus persolutis à Sancto Dei cantandi licentiam receperunt: qua concessa, continuo cantum resumpserunt.

Apud sanctam Mariam de Portiuncula iuxta cellam viri Dei super ficum cicada residens & de-

cantans, cum seruum Domini, qui etiam in paruis rebus magnificentiam Creatoris admirari dicebat, ad diuinas laudes cantu suo frequentius excitaret, ab eodem quadam die vocata, velut edocta cælitus, super manum ipsius aduolauit. Cui cum dixisset: Canta soror mea cicada, & Dominum Creatorem tuo iubilo lauda; sine mora obediens canere cœpit, nec destitit, donec iussu Patris ad locum proprium reuolauit. Mansit autem per octo dies ibidem, quolibet die veniendo, cantando, & recedendo, eius iussa perficiens. Tandem vir Dei ait ad socios: Demus iam sorori nostræ cicadæ licentiam; satis enim nos suo cantu lætificans, ad laudes Dei octo dierum spatio excitauit. Et statim ab eo licentia recessit, nec vltra ibidem apparuit, ac si mandatum ipsius non auderet aliquatenus pertransire.

Cum ad eremum peruenisset. Aluernæ propter Quadragesimam celebrandam in honorem Archangeli Michaelis, diuersi generis aues circa ipsius cellulam volitantes, concentu sonoro & lætitiæ gestibus, quasi de eius aduentu gaudentes, Patrem piæ inuitare ac allicere videbantur ad moram. Quo viso, dixit ad socium: Cerno, Frater, voluntatis esse diuinæ, quod hic aliquamdiu commoremur, tantum sorores auiculæ de nostra videntur præsentia consolari. Cum igitur contraheret ibi moram, falco ibidem nidificans magno se illi amicitia fœdere copulauit. Nã semper horam nocturno tempore, in qua vir Dei sanctus ad diuina Officia surgere solitus erat, cantu suo præueniebat & sono. Quod famulo Dei gratissimū erat eò quod tanta sollicitudo, quam circa eū gerebat, omnè ab ipso torporem desidia excuteret. Cum vero seruus Christi infirmitate plus solito grauaretur, parcebat falco, nec tam tempestiuas indicabat vigilias. Si quidem velut instructus à Deo, circa diluculum suæ vocis campanam leui tactu pulsabat. Diuinum certè videtur fuisse prælagium tam in exultatione multimodi generi auium, quàm in cantu falconis, cum Dei laudator & cultor pennis, contemplationis subiectus tunc foret illic apparitione Seraphica sublimadus.

Moram eo faciente tempore quodam in eremitorio Græcij, loci illius indigenæ malis multiplicibus vexabantur. Nam & luporum rapaciū multitudo non solum bruta, sed & homines consumebat, & grando annua tempestate blada & vineas deuastabat. Dum igitur sic afflictis præco sacri Euangelij prædicatur, dixit ad eos: Ad honorem & laudem Dei omnipotentis fideiubeo vobis, quod pestilentia hæc omnis abscedet, & respiciens vos Dominus multiplicabit in temporalibus bonis, si mihi credetes misereamini vestri, vt vera confessione præmissa dignos faciatis poenitentia fructus. Iterum hoc annuntio vocis, quod si beneficii ingrati ad vomitum conuersi fueritis, innouabitur plaga, duplicabitur poena, & maiori in vos ira delauit. Ab illa vti que hora poenitentiam ad exhortationem ipsius agentibus, cessauerunt clades, periire pericula, nec molestia quidquam lupi intulere vel grandines: imò, quod maius, si quando vicinorum arua grando peruaderet, istorum terminis appropinquans, terminabatur ibidem aut in partem aliam diuertebat. Cessauit grando, seruauerunt & lupi pactioem serui Dei, nec contra pietatis legem in homines ad pietatem conuersos attentauerunt amplius delauire, quam-

Item cicada.

Aues ei congratulantur.

Magna falconis erga Dei virum amicitia & sollicitudo.

Luporum atteret rabiem.

Magna vera poenitentia virtus.

Sitienti eduxit aquam de petra.

Similis Moyse & Eliseo. Exod. 17. 4. Reg. 4. Abiit à Minoribus diffidentia.

1. Tim. 4. Pietas eius quanta.

Deut. 25. Veneratur verbi Dei ministros.



Huiusmodi conditum contra piissimas Dei leges impie non egerunt. Pie igitur sentiendum est de pietate viri beati, quæ tam miræ dulcedinis & virtutis fuit, vt domaret ferocia, domesticaret siluestria, mansueta doceret, & brutorum naturam, homini iam lapsa rebellem, ad sui obedientiam inclinaret. Verè hæc est, quæ omnes referentur sibi confederans, valet ad omnia, pro missionem habens vita, quæ nunc est, & futura.

1. Tim. 4.

CAP V T IX.

De fervore charitatis, & desiderio martyrij.

Charitatem ferventem, qua sponsi amicus Franciscus ardebat, quis enarrare sufficiat? Totus namque quasi quidam carbo ignitus divini amoris flamma videbatur absorptus. Subito enim ad auditum amoris Domini excitabatur, inflammabatur, afficiebatur, quasi plectro vocis extrinsecæ chorda cordis interior tangeretur. Vt autem ex omnibus excitaretur ad amorem divinum, exultabat in cunctis operibus manuum Domini, & per iucunditatis specula in vivificam consurgebat rationem & causam. Conrubatur in pulchris pulcherrimum, & per impressa vestigia, prosequeretur ubique dilectum, de omnibus sibi scalam faciens, per quam conscenderet ad apprehendendum, qui est totus desiderabilis. Inaudita namque devotionis affectu fontalem illam bonitatem in creaturis singulis tamquam in rivulis degustabat, & quasi cælestem concentum perciperet in consonantia virtutum, & actuum eis datorum à Deo, ipsas ad laudem Domini more Prophetæ David dulciter hortabatur.

Carbo videbatur ignitus.

In creaturis Deum contemplantur exultat.

Cant. 5.

Psal. 148.

Cant. 1.

Eo tempore, quo Christus in deserto, ieiunabat, 40 dies.

Christum semper præ oculis præsentem habebat. Erga Euchariatam ingens eius amor.

Item erga Dei Matrem.

animas inflammandas, inseparabilis erat amoris vinculo copulatus, & ob devotionem ipsorum ab Assumptione Virginis gloriose quadraginta diebus ieiunans, orationi iugiter insistebat. Beato autem Michaeli Archangelo, eod quod animarum repræsentandarum haberet officium, speciali erat amore devotior, propter feruidum quem habebat zelum ad salutem omnium salvandorum. Ex recordatione Sanctorum omnium, tanquam lapidum ignitorum, in deificum recalescebat incendium, Apostolos omnes, & præcipue Petrum & Paulum, propter feruidam charitatem, quam habuerunt ad Christum, summa devotione complexans. Ob quorum reverentiam & amorem Quadragesimæ specialis ieiunium Domino dedicabat.

Et Angelos sanctos.

Præcipue erga Michaelem.

Deinde erga omnes Sanctos.

Corpus & animam Deo continue offerrebat.

Charitas & affectus erga animas fidelium.

Non habebat aliud Christi pauper, nisi duo minuta, corpus scilicet & animam, quod posset liberali charitate largiri. Sed hæc per amorem Christi sic offerebat continue, vt quasi omni tempore per rigorem ieiunij corpus, & per ardorem desiderij spiritum immolaret, exterius in atrio sacrificans holocaustum, & interius concremans thymiana. Sic autem eum charitatis excessiva devotio fursim in divina ferebat, vt eiusdem effectuosâ benignitas ad naturæ confortes & gratiæ dilatarer. Quem enim creaturis ceteris germanum pieras cordis effecerat, mirum non est, si Creatoris insignitis imagine, & sanguine redemptis Auctoris, germaniorem Christi charitas faciebat. Non se Christi reputabat amicum, nisi animas foueret, quas ille redemit. Saluti animarum nihil præferendum esse dicebat, eo maxime probans, quod Unigenitus Dei pro animabus dignatus fuerit in cruce pendere. Hinc sibi in oratione luctamen, in prædicatione discursus, & in exemplis dandis excessus.

Ferventi quoque charitatis incendio gloriosum sanctorum Martyrum æmulabatur triumphum, in quibus nec amoris flamma extingui, nec fortitudo potuit infirmari. Desiderabat propterea, & ipse illa perfecta charitate succensus, que foras mittit timorem, per martyrij flammam hostiam Domino se offerre viventem, vt & vicem Christo pro nobis morienti rependeret, & ad divinum amorem ceteros prouocaret. Sexto namque conversionis suæ anno desiderio martyrij flagrans, ad prædicandam fidem Christianam & poenitentiam Sarracenis & aliis infidelibus, ad partes Syriæ transfretare disposuit. Cumque navem quamdam, vt illuc tenderet, conscendisset, ventis contrariis flantibus, compulsus est in Sclauoniæ partibus applicare. Cum igitur moram aliquamdiu contraxisset ibidem, nec inuenire posset navem tunc temporis transfreantem, fraudatam à suo desiderio se sentiens, nautas quosdam Anconam tendentes, vt amore Dei eum secum ducerent, exoravit. Cum autem illi eum in Italiam portassent, terram perambulare cœpit, & iactato in eam salutis semine, reportabat manipulos fructuosos. Verum quia martyrij fructus ad eum cor eius allexerat, vt pretiosam pro Christo mortem super omnia virtutum merita peroptaret, versus Marrochiam iter arripuit, vt Miramolino & genti eius Christi Evangelium prædicaret, si quo modo ad concupitam palmam valeret attingere. Tanto namque desiderio ferebatur, vt quamvis esset imbecillus corpore, peregrinationis suæ præcurreret comitem, & ad exequendum propositum festinus, & tamquam

1. Ioan. 4.

Martyrij desiderio Syriam petiit, sed reflant venti.

Flagrat adhuc desiderio martyrij.

In itinere præ feriore præcurrit comitem.

In Hispania morbo detinetur.

Iam tertio martyrij desiderio pergit ad infideles.

tanquam spiritu ebrius aduolaret. Sed cum iam vsque in Hispaniam perexisset, diuina dispositione, quæ ipsum referuabat ad alia, grauissima ei superuenit infirmitas, qua præpeditus, quod cupiebat, adimplere nequiuit. Sentiens igitur vir Dei, quod necessaria adhuc erat proli, quam genuerat, ipsius vita in carne, quamuis mortem sibi lucrum putaret esse, rediit ad pascendas oves suæ sollicitudini commendatas.

Verum charitatis ardore spiritum ipsius ad martyrium perurgente, tertia adhuc vice pro fide Trinitatis effusione sui sanguinis dilatanda, versus infideles proficisci tentauit. Terriodecimo namque conversionis suæ anno ad patres Syriæ pergens, multis se periculis constanter exposuit, vt Soldani Babylonie posset adire præsentiam. Inter Christianos enim ac Sarracenos tunc bellum tam implacabile erat, exercituum castris hinc inde in campo cominus ex aduerso locatis, vt via mutui transitus sine mortis discrimine non pateret. Exierat namque à Soldano edictum crudele, vt quicumque caput alicuius Christiani afferret Byzantium, aureum pro mercede reciperet. At intrepidus Christi miles Franciscus, sperans in proximo suum adipisci propositum, diffiniuit iter arripere, mortis pauore non territus, sed desiderio prouocatus. Oratione namque præmissa confortatus à Domino, confidenter illud Propheticum decantabat: *Nam etsi ambulauero in medio umbrae mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Assumpto igitur socio, Fratrem Illuminato nomine, viro vtique luminis & virtutis, cum iter cepisset, obuias habuit ouiculas duas: quibus visis, exhilaratus vir sanctus dixit ad socium: *Confide Frater in Domino, nam in nobis Euangelicum illud impletur; Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum.* Cum autem processissent ulterius, occurrerunt ei satellites Sarraceni, qui tamquam lupi celerius accurrentes ad eos veluti ad oves, seruos Dei feraciter pertractarunt, afficientes conuitiis, affligentes verberibus, & vinculis alligantes. Tandem afflictos multipliciter & attritos ad Soldanum, diuina disponente prouidentia, iuxta viri desiderium perduxerunt. Cum igitur Princeps missi essent, & quomodo aduenissent, intrepido corde respondit Christi seruus Franciscus, non ab homine, sed à Deo altissimo se fuisse transmissum, vt ei & populo suo viam salutis ostenderet, & annuntiaret Euangelium veritatis. Tanta vero mentis constantia, tanta virtute animi, tantoque seruore spiritus prædicto Soldano prædicauit Deum trinum & vnum, & Saluatorem omnium Iesum Christum, vt Euangelicum illud in illo claresceret veraciter esse completum: *Ego dabo vobis os, & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri.* Nam & Soldanus admirandum in viro Dei feruorem spiritus conspiciens & virtutem, libenter ipsum audiebat, & ad moram cum eo contrahendam instantius inuitabat. Christi verò seruus, superno illustratus oraculo. Si vis, inquit, conuerti tu cum populo tuo ad Christum, ob illius amorem vobiscum libenter commorabor. Quod si hæsitas propter fidem Christi legem Mahumeti dimittere; iube ignem accendi per maximum, & ego cum Sacerdotibus tuis ignem ingrediar, vt vel sic cognoscas, quæ fides certior, & sanctior non immerito tenenda sit. Ad quem

Psal. 22.

Matth. 10.

Capitur cum socio à Sarracenis, & male tractatur.

Libere veritatem prædicat Soldano, & ab eo benigne auditur. Luca 21.

Studet omnibus modis eum conuertere ad Christum, sed frustra.

Soldanus. Non credo, quod aliquis de Sacerdotibus meis se vellet igni propter fidem suam defendendam exponere, vel genus aliquod subire tormenti. Viderat enim statim quemdam de Presbyteris suis, virum authenticum, & longæuam, hoc audito verbo, de suis aspectibus aufugisse. Ad quem vir sanctus; Si mihi velis promittere pro te & populo tuo, quod ad Christi cultum si ignem illæsus exiero, venietis, ignem solus introibo. Et si combustus fuero, imputetur peccatis meis: si autem diuina me protegerit virtus, Christum Dei virtutem & desiderium, verum Deum & Dominum, Saluatorem omnium agnoscatis. Soldanus autem optionem hanc accipere se non auctere respondit, quia seditionem populi formidabat. Obluit tamen ei multa munera pretiosa, quæ vir Dei, non munerum rerum, sed salutis animarum avidus, spreuit quasi lutum. Soldanus vero videns virum sanctum tam perfectum rerum mundanarum contemptorem, admiratione perterritus, maiorem erga ipsum devotionem concepit. Et quamuis ad fidem Christianam transire nollet, vel forsitan non aucteret, rogauit tamen deuote famulum Christi, vt prædicta suscipere, pro salute ipsius Christianis pauperibus, vel Ecclesiis eroganda. Ipse verò quia pondus fugiebat pecuniæ, & in animo Soldani veræ pietatis non videbat radicem, nullatenus acquieuit. Videns etiam se non proficere in conuersione gentis illius, nec suum assequi posse propositum, ad patres fidelium diuina reuelatione præmonitus remeauit. Sic itaque Dei ordinante clementia, & sancti viri promerente virtute, misericorditer & mirabiliter factum est, quod Christi amicus mortem pro ipso viribus totis exquiritet, & tamen nullatenus inueniret, vt & merito non careret martyrij, & insigniendus seruaretur imposterum priuilegio singulari. Sic vsque factum est, vt ignis ille diuinus adhuc perfectius ipsius æstuarer in corde, vt post potentius euaporaret in carne. O verè beatum virum, cuius caro etsi tyrannico ferro non cæditur, occisi tamen Agni similitudine non priuatur! O (inquam) verè, ac plenè beatum, cuius animam etsi gladius persecutoris non abstulit, palmam tamen martyrij non amisit!

Contemnit munera Soldani.

Gladio non cæditur, vt amoris vulnere referuetur.

Martyrij merito non caret.

CAP V T X.

De studio & virtute orationis.

Sentiens Christi seruus Franciscus corpore se peregrinum à Domino, cum iam ad terrena foris desideria per Christi charitatem totus esset infensibilis factus, ne foret absque consolatione dilecti, sine intermissione orans, spiritum Deo contendeat exhibere præsentem. Erat quidem oratio contemplantis solatium, dum supernarum circuitu mansionum, Angelorum conciuis iam factus, feruente desiderio quærebat dilectum, à quo solus eum carnis paries disungebat. Erat, & operanti præsidium, dum in omnibus, quæ agebat, de sua diffidens industria, & de superna pietate confidens, per ipsius instantiam totum in Domino cogitatum iactabat. Orationis gratiam viro Religioso desiderandam super

Orat sine intermissione.

1. Thess. 5.

Oratio præcipue expectanda Religiosa.

omnia firmiter assererebat, nullumque credens sine ipsa in Dei prosperari seruitio, modis quibus poterat Fratres suos ad eius studium excitabat. Nam ambulans & sedens, intus & foris, laborans & vacans, orationi adeo erat intentus, ut illi videretur non solum quidquid erat in eo cordis & corporis, verum etiam operis & temporis dedicasse. Solitus erat nullam visitationem spiritus cum negligentia præterire. Siquidem cum offerebatur, sequebatur eam, & quamdiu Dominus concedebat, dulcedine perfruebatur oblata. Cum autem intentus itineri, diuini Spiritus aliquos sentiret afflatus, sociis præcedentibus gradum figebat, nouamque inspirationem ad fruitionem conuertens, gratiam non recipiebat in vacuum.

Orante viro Dei in loco de Portiuncula, contigit Assinatem Episcopum venire ad eum, ut erat solitus, ad visitandum; qui mox ut locum fuit ingressus, ad cellam, in qua Christi seruus orabat, plus debito fidenter accessit. Pulsatoque ostiolo, intraturum se ingerens, dum caput immisit, Sanctumque orantem conspexit, repente timore concussus, obrigescentibus membris, etiam loquelam amisit. Subitoque voluntate diuina per viam foras propulsus, retrogrado pede procul abductus est. Stupefactus Episcopus, ad Fratres festinauit, ut potuit, Deoque sibi restituente linguam, primo verbo confessus est culpam.

Solebat vir sanctus Horas Canonicas non minus timorato Deo persolvere, quam deuote. Nam licet oculorum, stomachi, splenis, & hepatis ægitudine laboraret, nolebat tamen muro vel parieti inhærere dum psalleret, sed Horas semper erectus, & sine caputio, non gyrouagis oculis, nec cum aliqua syncopa persolvebat. Si quando esset in itinere constitutus, figebat tunc temporis gressum, huiusmodi consuetudinem reuerentem & sacram propter pluuiarum inundantiam non omittens. Grauer etiam se putabat offendere, si quando orationi deditus, vanis phantasmatibus interius vagaretur. Cum aliquid tale accideret, non parcebat confessioni, quin illud protinus expiaret. Hoc studium sic in usum conuerterat, ut rarissime muscas huiusmodi pateretur. Psalmos cum tanta mentis ac spiritus attentione dicebat, quasi Deum præsentem haberet: & cum nomen Domini in eis occurreret, præ suauitatis dulcedine, labia sua lingere videbatur. Ipsum quoque Domini nomen non solum cogitatum, verum etiam prolatum, & scriptum, reuerentia volens honorare præcipua, Fratribus persuasit aliquando, ut omnes schedulas scriptas, vbicumque repertas, colligerent, mundoque loco reponerent, ne forte sacrum illud nomen contingeret conculcari. Nomen autem Iesu cum exprimeret, vel audiret, iubilo quodam repletus interius, totus videbatur exterius alterari, ac si mellifluus sapor gustum, vel harmonicus sonus ipsius immutasset auditum.

Contigit autem anno tercio ante obitum suum, ut memoriam Natiuitatis pueri Iesu ad deuotionem excitandam apud Castrum Græcij disponeret agere, cum quanto maiori solemnitate valeret. Ne verò hoc leuitati possit adscribi, à Summo Pontifice petita & obrenta licentia, fecit præparari præsepium, apportari fœnum, bouem & asinum ad locum adduci. Aduocantur Fratres, adueniunt populi, personat silua voces, & venerabilis illa nox luminibus copiosis & claris, laudibusque sonoris & consonis splendens efficitur & solemnitas. Stabat vir Dei coram præsepio pietate repletus, respersus lachrymis, & gaudio superfusus. Celebratur Missarum solemnitas super præsepem; Leuita Christi Francisco sacrum Euangelium decantante. Prædicat deinde populo circumstanti de Natiuitate Regis pauperis; quem cum nominare vellet, puerum de Bethleë præ amoris tenentidine nuncupabat. Miles autem quidam virtuosus & verax, qui propter Christi amorem seculari relicta militia, viro Dei fuit magna familiaritate coniunctus, Dominus Ioannes de Græcio, se vidisse asseruit puerulum quemdam valde formosum in illo præsepio dormientem, quem B. F. ambobus complexans brachiis;

Malè parit Episcopus dū inter curbat orantem.

Intentissime persolvebat preces Canonicas.

Nomen Domini mirè cum affectu.

Mirus in eo affectus nominis Iesu.

Magna festiuitate peragitur Festum Christi Natiuitatis.

Visio militis religiosi.

excitare videbatur à somno. Hanc equidè deuoti militis visionem non solum videntis sanitas credibilem facit, sed & designata veritas comprobatur, & miracula subsequuta confirmant. Nam exemplum Francisci consideratum à mundo, excitatiuum est cordium in fide Christi torpentium, & fœnum præsepj referuatum à populo, mirabiliter sanatiuum fuit brutorum languentium & aliarum sepulsiuum pestium diuersarum glorificante Deo per omnia seruum suum, sancteque orationis efficaciam euidentibus miraculorum prodigijs demonstrante.

CAPVT XI.

De intelligentia Scripturarum, & de spiritu prophetia.

Scripturas profundè intelligebat à Deo edoctus.

Enodabat Scripturæ arcanam.

Præclarum de eius eruditione testimonium.

Vnde ei tanta scientia.

Claret in eo spiritus prophetia.

Prædicat Christianos in bello eafatos apud Damiatam.

AD tantam autem mentis serenitatem indefessum orationis studium, cum continua exercitatione virtutum, virum Dei perduxerat; ut quamuis non habuerit sacrarum litterarum peritiam per doctrinam, æternam tamen lucis irradiatus fulgoribus, Scripturarum profunda miro intellectu scrutaretur acumine. Penetrabat enim ab omni labe purum ingenium mysteriorum abscondita, & vbi magistralis scientia foris stat, affectus introibat amantis. Legebat quandoque in libris sacris, & quod animo semel iniecerat, tenaciter imprimebat memoriæ; quia non frustra mentalis attentionis percipiebat auditu, quod continuè deuotionis ruminabat affectu. Interrogatus Senis à quodam Religioso viro Theologiæ sacræ doctore de quibusdam quæstionibus difficilibus intellectu, tanta claritate doctrinæ diuinæ sapientiæ patefaciebat arcanam, ut vehementer stupeferet vir ille peritus, & cum admiratione referret: Verè, inquit, Theologia istius sancti Patris, puritate ac contemplatione tanquam alis in altum subuecta, est aquila volans: nostra vero scientia graditur super terram. Licet enim esset imperitus sermone, scientia tamen plenus enodabat dubia quæstionum, & abscondita producebat in lucem. Nec absonum, si vir sanctus Scripturarum à Deo intellectum acceperat, cum per imitationem Christi perfectam veritatem ipsarum descriptam gestaret in opere, & per sancti Spiritus vñctionem plenariam, Doctorem earum apud se haberet in corde.

Adeo etiam in ipso claruit spiritus prophetiæ, ut prævideret futura, & cordium contueretur occulta, absentia quoque velut præsentia cernebat, & se præsentem absentibus mirabiliter exhiberet. Tempore namque quo Damiatam Christianorum obsidebat exercitus, aderat vir Dei, non armis, sed fide munitus. Cum igitur die belli Christiani pararentur ad pugnam, hoc audito Christi seruus vehementer ingemuit, dixitque socio suo: Si belli fuerit attentatus ingressus, ostendit mihi Dominus non prospere cedere Christianis. Verum si hoc dixero, fatuus reputabor: si tacuero, conscientiam non euadam. Quid igitur tibi videtur? Respondit eius socius, dicens: Frater pro minimo tibi sit, ut ab hominibus iudicaris, quia non modo incipis fatuus reputari. Exonera conscientiam tuam, & Deum magis time, quam homines. Quo audito, ex-

liens Christi præco salutaribus monitis Christianos aggreditur, prohibet bellum, denunciat casum: fit veritas in fabulam, indurauerunt cor suum, & noluerunt reuerti. Itur, committitur, bellatur, totaque in fugam vertitur militia Christiana, finem belli opprobrium regerens, non triumphum. Tanta verò strage Christianorum imminutus est numerus, ut circa sex millia fuerint inter mortuos & captiuos. In quo euidenter innotuit, quod spernenda non erat sapientia pauperis, cum anima viri insti plus annuntiet ali-

Miranda certè in viro Dei spiritus prophetici virtus, qua non solum futurorum præcognitione euentum, sed etiam conscientiarum scrutaretur arcanum, quasi alter Eliseus duplicem Eliæ spiritum assecutus. Nam cum Senis vitò cuidam sibi familiari quadam superuentura finaliter prædixisset, & vir ille peritus) de quo supra mentio facta est, quod de Scripturis cum eo conferebat aliquando) his auditis, ab eodem sancto Patre dubitando perquireret, an hæc ipse dixisset, quæ illius viri relatione cognouerat: non solum se illa dixisse asseruit, verum etiam quærenti alienum euentum, proprium exitum prophetando prædixit. Quod ut certius cordi eius imprimeret, quemdam secretum conscientiæ illius scrupulum, quem nulli viuenti vitæ factus expresserat, mirabiliter reuelando explicuit, & salubriter consulendo referauit. Ad quorum omnium firmitatem accedit, quòd vir ille religiosus, sicut Christi famulus ei prædixit, sic finaliter consummavit.

Cum etiam in monte maneret Aluernæ cella reclusus, vnus è socijs magno desiderio cupiebat habere de verbis Domini aliquod scriptum; manu ipsius breuiter annotatum. Grauem enim, qua vexabatur, tentationem non carnis, sed spiritus, ex hoc credebatur euadere, vel certè leuius ferre. Tali desiderio languens anxiebat interius, quia verecundia victus reuerendo Patri rem pandere non audebat. Sed cui homo non dixit, spiritus reuelauit. Portari namque sibi iussit à Fratre prædicto atramentum & chartam, laudesque Domini iuxta Fratris desiderium propria manu scripsit, & vltimo benedictionem ipsius, dicens: Accipe tibi chartulam istam, & vltique ad diem mortis tuæ custodias diligenter. Accepit Frater donum illud optatum, & statim omnis illa tentatio effugatur. Seruatur littera, & cum in posterum miranda effecerit, virtutum Francisci testimonium fuit.

Alio quoque tempore contigit duos Fratres ad eremitorium Græcij de remotis venire, ut virum Dei cernerent, & benedictionem multo desideratam iam tempore reportarent. Venientes autem, & non inuenientes, quia de publico iam ad cellam redierat, desolati abibant. Et ecce recedentibus illis, cum de ipsorum aduentu vel recessu nihil secundum humanum sensum percipere potuisset, præter solitum morem egressus è cella clamauit post eos: & iuxta quod optauerant, signo Crucis facto in Christi nomine benedixit.

Qualiter autem absentibus se præsentem exhibuit diuina faciente virtute, euidenter ex superioribus innotescit, si reuocetur ad mentem, qualiter absens in curru igneo Fratribus transfiguratus apparuit, & quomodo se Arelatensi

In medijs turbis nihil sentit extra se raptus.

Solitaria loca petit ad orandum. Multas paritur demonum insultationes.

Eos egregiè pudet acie.

Exercitiæ in locis desertis.

A terra subleuatus intus & foris irraciatur.

Celat quamtum valer sua sancti atem.

Eccl. 37.

Nouit arcana cordium. 4. Reg. 2.

Conscientiæ secretum de-regit.

Fratris cuiusdam cogitationes perspicit.

Schedula tentationes fugat.

Absentium Fratrum nouit desideria.



Capitulum in Crucis effigie presentavit. Quod factum esse divina dispositione credendum est, ut ex presentia corporalis apparatione mirabili parenter claresceret, quam presentans & peruius spiritus eius luci sapientiae foret aeternae, quae omnibus mobilibus mobilior est: & ubique attingens propter sui munditiam, per rationes in animas sanctas se transfert, & Dei amicos & Prophetas conseruit. Simplicibus & paruis sua solet pandere mysteria Doctor excelsus: sicut prius apparuit in Dauid Prophetarum eximio, & post in Apostolorum principe Petro, & tandem in pauperulo Christi Francisko. Hi enim cum essent literarum imperitia simplices, facti sunt sancti Spiritus eruditione illustres. Is quidem pastor, ut gregem pasceret Synagoga de Aegypto educum: iste piscator, ut sagenam repleret Ecclesiae multiformitate credentium: hic autem negotiator, ut margaritam emeret Euangelicae vitae, venditis & dispersis omnibus propter Christum.

CAPVT XII.

De efficacia predicandi, & gratia sanitatum.

Fidelis reuera famulus & minister Christi Franciscus, ut cuncta fideliter & perfecte perageret, illis potissime virtutum exercitijs intendebat, quae sacro dictante Spiritu, Deo suo magis placere cognouerat. Qua de re contigit illum, an potius praedicationi quam orationi debuisset incumbere, satis anxie dubitasse. Cumque per multos dies circa dubium hoc Fratres consuleret, certitudinaliter nequibat percipere, quid horum sibi foret, ut Christo vere acceptius, eligendum. Cum enim miranda nosset per spiritum prophetiae, hanc per seipsum quaestionem dissoluere non valebat ad liquidum, Deo melius providente, ut praedicationis meritum per supernum manifestaretur oraculum, & serui Christi humilitas seruaretur. Non erubescerat a Minoribus parua quaerere verus Minor, qui magna didicerat a Magistro supremo. Studio namque praecipuo solitus erat exquirere, quali via qualique modo posset secundum ipsius beneplacitum perfectius deseruire. Hac summa eius Philosophia, hoc summum eius desiderium extitit, quoad vixit, ut quaereret a sapientibus & simplicibus, perfectis & imperfectis, paruulis & grandaeuis, qualiter ad perfectionis culmen virtuosius peruenire valeret. Assumens itaque duos ex Fratribus, misit ad fratrem Siluestrum, qui crucem egredientem viderat de ore ipsius, & tunc in monte supra Assisium iugiter orationi yacabat, ut diuinum super dubitatione huiusmodi responsum perquireret, quod sibi ex parte Domini demandaret. Hoc ipsum demandavit facta virgini Clarae, ut per aliquam puriorem & simpliciorem de virginibus, sub ipsius disciplina degentibus, & ipsa cum Sororibus alijs orans, super hoc exquireret Domini voluntatem. Concordauerunt autem mirabiliter in idipsum, superno eis reuelante spiritu, venerabilis Sacerdos, & Virgo Deo dicata, beneplaciti scilicet esse diuini, quod Christi praeco ad praedicandum exiret. Reuelantibus itaque Fratribus, & Dei, iuxta quod acceperant, indicantibus voluntatem,

exurgens continuò succinxit se, & nulla profus contracta mora, iter agresus est. Ibat autem cum tanto feruore, ut diuinum exequeretur imperium, tamque celeriter percurreret, ac si facta manu Dei super eum, nouam indixisset e caelo virtutem.

Cum igitur appropinquaret Beuania, ad quendam locum deuenit, in quo diuersi generis auium maxima multitudo conuenerat. Quas cum sanctus Dei vidisset, alacriter cucurrit ad locum, & eas, velut rationis participes, salutauit. Omnibus vero expectantibus, & conuertentibus se ad eum, ita ut quae in arbutis erant, inclinatis capitibus, cum appropinquaret ad eas, in solito modo in ipsum intenderent, vsque ad eas accessit, & omnes ut verbum Domini audirent, sollicitè admonuit, dicens: Fratres mei volucres, multum debetis laudare Creatorem vestrum, qui plumis vos induit, & pennas tribuit ad volandum, puritatem concessit aeris, & sine vestra sollicitudine vos gubernat. Cum autem eis haec, & his similia loqueretur, auicula modo mirabili gestientes, ceperunt extendere colla, protendere alas, aperire tostra, & in illum attentè respicere. Ipse vero cum spiritus feruore mirando per medium ipsarum transiens, tunica contingebat easdem, nec tamen de loco aliqua mota est, donec signo Crucis facto, & licentia data cum benedictione viri Dei, omnes simul auolarunt. Haec omnia contuebantur socij, expectantes in via. Ad quos reuersus vir simplex & purus, pro eo quod non haecenus auibus praedicaerat, cepit se de negligentia inculpate. Exinde praedicando per loca vicina procedens, venit ad castrum quoddam nomine Aluianum, vbi congregato populo, & in dicto silentio, propter hirundines nidificantes in eodem loco magnisque garribus perstreptentes audiri vix poterat. Quas vir Dei, omnibus audientibus, allocutus est, dicens: Sorores meae hirundines, iam tempus est ut loquar & ego, quia vos vsque modò satis dixistis. Audite verbum Dei, tenentes silentium, donec sermo Dei compleatur. At illae, tanquam intellectus capaces subito tacuerunt, nec fuerunt motae de loco, donec fuit omnis praedictio consummata. Omnes igitur, qui viderunt, stupore repleti glorificauerunt Deum. Istius miraculi fama circumquaque diffusa, multos ad Sancti reuerentiam & fidei deuotionem accendit.

In ciuitate namque Parisiensi scholaris quidam indolis bonae, cum socijs alijs studio diligenter intentus, dum importuna garrulitate cuiusdam infestaretur hirundinis, dicere cepit ad socios: Haec hirundo vna est de illis, quae virum Dei Franciscum praedicantem aliquando, donec silentium eis imponeret, molestabant. Et conuersus ad hirundinem fiducialiter ait: In nomine serui Dei Francisci praecipio tibi, ut ad me veniens, continuò conticescas. At illa Francisci audito nomine, quasi viri Dei disciplinis edocta, & statim conticuit, & ipsius manibus tanquam tutae custodiae se commisit. Stupefactus scholaris, statim eam libertati restituit, & eius garritum amplius non audiuit.

Alio quoque tempore cum famulus Dei Caieta semel praedicaret in littore maris, turbis praedeuotione irruentibus, ut eum contingerent, horrens Christi seruus tantum populorum applausum, in vnam haerentem littori nauiculam profiliuit solus. Illa vero tanquam si rationis

Feruentem se praeparat ad praedicandum.

Auibus praedicat.

Hirundines cum audiunt praedicantem.

Hoc miraculo ad fidei deuotionem multi accenduntur.

In eius nomine praecipitur hirudini accedere ac tacere, & obedire.

In scapha sine remige in altum secedit, & inter vndas stat immobilis.

particeps motore moueretur intrinseco, sine aliquo remige, cernentibus & mirantibus cunctis, se longius a terra proraxit. Cum autem aliquanto spatio in maris altitudinem secessisset, sterit inter fluctus immobilis, quamdiu vir sanctus turbis expectantibus in littore praedicauit. Cumque audito sermone, & viso miraculo, ac benedictione accepta, multitudo recederet, ne ipsum amplius molestarer, nauicula proprio ductu ad terram reuersa est. Quis igitur obstinatam mentis esset & impia, qui praedicationem Francisci contemneret, cuius miranda fiebat virtute ut non solum carentia ratione disciplinam susciperent, verum etiam inanimata corpora, tanquam animata praedicanti seruirent?

Aderat equidem seruo suo Francisko, ad quemcumque pergeret, is qui eum vixerat & miserat Spiritus Domini, & ipse Dei virtus & sapientia Christus, ut sanae doctrinae verbis afflueret, & magnae potentiae miraculis coruscaret. Erat enim verbum eius velut ignis ardens, penetrans intima cordis, omniumque mentes admiratione replebat, cum non humanae inuentionis ornatum praetenderet, sed diuinae reuelationis afflatum redoleret. Nam cum semel praedicaturus coram Papa & Cardinalibus ad suggestionem Domini Ostiensis sermonem quemdam studiose compositum commendasset memoriae, stetitque in medio ut aedificationis verba proponeret, sic obliuioni tradidit omnia, ut effari aliquid omnino nesciret. Verum cum haec veridica humilitate narrasset, conferens se ad Spiritum sancti gratiam inuocandam, tam efficacibus subito cepit verbis affluere, tamque potenti virtute illorum mentes virorum sublimium ad compunctionem inflectere, ut aperte clareret, quod non ipse, sed Spiritus Domini loquebatur. Et quoniam primo sibi suaserat opere, quod alijs suadebat sermone, reprehensorem non timens, veritatem fidelissimè praedicabat. Nesciebat aliquorum culpas palpare, sed pungere; nec vitam fouere peccantium, sed aspera increpatione ferire. Eadem mentis constantia magnis loquebatur & paruis, eademque spiritus iucunditate paucis loquebatur & multis. Omnis aetas, omnisque sexus properabat virum nouum, mundo caelitus datum, & cernere & audire. Ipse vero per diuersas regiones progrediens, euangelizabat ardentè, Dominò cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. In virtute namque nominis eius veritatis praeco Franciscus eiciebat daemonia, sanabat infirmos; & quod maius est, sui sermonis efficacia obstinatorum mentes ad poenitentiam mollebat simulque sanitatem corporibus reddebat & cordibus, nullumque erat quod non perpetraret miraculum: vnum autem vel alterum, dimissis innumeris, subiiciemus. In ciuitate Narniensi cum paralyticum quemdam, membrorum omnium destitutum officio, signo Crucis a capite vsque ad instantiam signasset Episcopi, perfecte restituit sanitati.

Mulier quaedam ciuitatis Eugubij ambas contractas & aridas habens manus, adeo ut nihil per illas operari valeret, signo Crucis ab eodem in nomine Domini sibi facto, tam perfecte obtinuit sospitatem, quod statim rediens domum, cibos in ministerium eius & pauperum quasi altera focrus Simonis proprijs manibus praepararet.

Puellae cuidam in Castro Beuanij oculorum priuata luminibus, cum in Trinitatis nomine

spato suo ter ipsius oculos liniuisset, lumen eorum cupitum restituit.

In Comitatu Aretij cum diebus pluribus mulier quaedam laborasset in partu, essetque iam proxima morti nullum omnino desperanti de vita supererat remedium, nisi Dei. Cum autem equo vectus propter corporis infirmitatem Christi famulus per partes illas transitum habuisset, contigit reduci animal per villam, in qua mulier torquebatur. Homines veto loci, viso equo cui vir sanctus infederat, extraerunt frenum, ut supponerent mulieri; ad cuius contactum mirificum, omni remoto periculo, mulier illico peperit cum salute.

Vir quidam de Castro plebis, religiosus ac timens Deum, chordam apud se, qua cinctus fuerat sanctus Pater habebat. Cumque multitudo virorum ac mulierum in castro illo varijs infirmitatibus laboraret, ibat per infirmantium domos, & intincta chorda in aqua, dabat bibere patientibus, sicque per hunc modum plerumque sanabantur. Sed & de panibus a viro Dei contractis gustantes aegroti, diuina operante virtute, consequabantur celeriter remedia sanitarum. Cum his & alijs multis miraculorum prodigijs praeco Christi praedicans coruscaret, attendebatur his quae dicebantur ab eo, ac si Angelus Domini loqueretur. Excellens namque in ipso praerogatiua virtutum, prophetiae spiritus, efficacia miraculorum, oraculum de praedicando deditur datum, obedientia creaturarum ratione carentium, vehemens immutatio cordium ad verborum ipsius auditum, eruditio eius a Spiritu sancto praeter humanam doctrinam, praedictandi auctoritas a Summo Pontifice non sine reuelatione concessa, in super & Regula, in qua forma praedicandi exprimitur, ab eodem Christi Vicario confirmata, summi quoque Regis signacula per modum sigilli corpori eius impressa, tanquam testimonia decem, toti saeculo indubitanter affirmant, Christi praecone Franciscum, & venerandum officio, & doctrina authenticum, & admirabilem sanctitatem, ad hoc tanquam verè Dei nuntium Christi Euangelium praedicasse.

CAPVT XIII.

De Stigmatibus sacris.

MOS erat Angelico viro Francisko numquam otari a bono, quin potius instat supernorum spirituum in scala Iacob, aut ascendebat in Deum, aut descendebat ad proximum. Na tempus sibi concessum ad meritum, diuideret sic prudenter didicerat, ut aliud proximum lucrifera laboriosis impenderet, aliud, contemplationis tranquillis excessibus dedicaret. Vnde cum secundum exigentiam locorum & temporum alienae condescendisset procurandae saluti, in quietationibus derelictis turbarum, solitudinis secreta petebat, locumque quietis, quo liberius Deo vacans, extergeret si quid pulueris sibi ex conuersatione hominum adhasset. Biennio itaque antequam spiritum redderet caelo, diuina prouidentia duce, post labores multimos perductus est in locum excelsum seorsum, qui dicitur Mons Aluernae. Cum igitur iuxta solitudinem morem. Quadragesimam ibidem ad

Sapient. 7.

Humilibus alta Dei inest sapientia.

Matth. 13.

Dubitat si praedicationi sibi insistendum sit.

Humiliter exquirat a Minoribus consilium.

Summa eius Philosophia.

Diuinitus discit se debere concionari.

Frenum equi, cui infederat, periclitantem in partu liberat.

Eius chorda multa perstrabat miracula.

Multa doctrinam eius confirmant.

Genes. 28. Distributio sui temporis.

Quadragesimam ad honorem sancti Michaelis ieiunat. *Prout. 25.*

honorem Archangeli Michaelis ieiunare cepisset, supremæ contemplationis dulcedine abundantius solito superflusus, ac cælestium desideriorum ardentiori flamma succensus, supernarum cepit immisionem cumulatius dona sentire. Ferebatur quidem in altum, non ut curiosus maiestatis perscrutator opprimendus à gloria, sed tanquam fidelis seruus & prudens, inuestigans beneplacitum Dei, cui se conformare omnimodè summo peroptabat ardore.

Præintellexit se aliquid Christi Passionis toleraturum.

Immissum est igitur menti eius per diuinum oraculum, quod in apertione libri Euangelici reuelaretur ei à Christo, quid Deo de ipso & in ipso maximè foret acceptum. Oratione itaque cum multa deuotione præmissa, sacrum Euangeliorum librum de altari sumptum, in Sanctæ Trinitatis nomine aperiri fecit per socium, virum utique Deo deuotum & sanctum. Sanè cum in trina libri apertione semper Domini Passio occurreret, intellexit vir Deo plenus, quod sicut Christum fuerat imitatus in actibus vitæ, sic conformis ei esse deberet in afflictionibus & doloribus Passionis, antequam ex hoc mundo transiret. Et licet propter multam austeritatem vitæ præteritæ, crucisque Dominicæ baiulationem continuam, imbecillis iam esset in corpore, nequaquam est territus, sed ad martyrii sustinentiam virgrosius animatus. Excreuerat quidem in eo insuperabile amoris incendium boni Iesu, in lampades ignis atque flammarum, ut atque multa charitatem eius iam validam extinguere non valerent. Cum igitur Seraphicis desideriorum ardoribus sursum ageretur in Deum, & compassiua dulcedine in eum transformaretur, qui ex charitate nimia voluit crucifigi, quodam manè circa festum Exaltationis sanctæ Crucis, dum oraret in latere montis, vidit Seraph vnum sex alas habentem tam ignitas quam splendidas de cælorum sublimitate descendere. Cumque volatu celerimò peruenisset ad locum viro Dei propinquum, apparuit inter alas effigies hominis in modum crucis manus & pedes extensos habentis, & cruci affixos. Duæ alæ super caput ipsius eleuabantur, duæ ad volandum extendebantur, duæ vero totum corpus velabant. Hoc videns vehementer obstupuit, mixtumque mœtore gaudium cor eius incurrit. Lætabatur quidem in gratioso aspectu, quò à Christo sub specie Seraph cernebat se conspici; sed crucis affixio compassiui doloris gladio ipsius animam pertransibat. Admirabatur quam plurimum in tam inscrutabilis visionis aspectu, sciens quòd passionis infirmitas cum immortalitate spiritus Seraphici nullatenus conueniret. Intellexit tandem ex hoc, Domino reuelante, quod ideo huiusmodi visio sic diuina prouidentia suis fuerat præsentata conspectibus, ut amicus Christi prænosceret, se non per martyrium carnis, sed per incendium mentis totum in Christi crucifixi similitudinem transformandum. Disparens igitur visio mirabilem in corde ipsius reliquit ardorem, sed & in carne non minus mirabilem impressit effigiem. Statim namque in manibus eius & pedibus apparere coeperunt signa clauorum, quemadmodum paulò antè in effigie illa viri crucifixi conspexerat. Manus enim & pedes in ipso medio clauis crucifixæ videbantur, clauorum capitibus in interiori parte manuum & superiori pedum apparentibus, & eorum acuminibus existentibus ex aduerso. Erantque clauorum capi-

Charitas eius in Deum. *Cant. 8.*

Apparet illi Christus crucifixus.

Pulcherrima Seraphim visio.

Imprimuntur ei quinque vulnera.

ta in manibus & pedibus rotunda & nigra, ipsa vero acumina oblonga, retorta, & quasi repercussa, quæ de ipsa carne surgentia carnem reliquam excedebant. Dexterum quoque latus quasi lancea transfixum, rubra cicatrice obductum erat, quod sæpè sanguinem sacrum effundens, tunicam & femoralia respergebat.

Non audeat præ humilitate alicui aperire visionem.

Cernens autem Christi seruus, quod stigmata carni tam luculèter impressa socios familiares latere non possent, timens nihilominus publicare Domini sacramentum, in magno fuit positus dubitationis agone, vtrum videlicet quod viderat, diceret, vel taceret. Vocauit proinde aliquos ex Fratribus, & generalibus verbis loquens, dubium coram eis proposuit, & consilium requisit. Quidam verò ex Fratribus gratia illuminatus & nomine, intelligens quod aliqua miranda vidisset, pro eo quod videbatur admodum stupefactus, dixit ad virum sanctum: Frater non solum propter te, sed etiam propter alios, scias tibi ostendi aliquando sacramenta diuina. Timendum propterea iure videtur, ne si, quod pluribus profuturum accepisti, celaueris, pro talento abscondito reprehensibilis iudicaris. Ad cuius verbum motus vir sanctus, licet alias dicere solitus esset: *Secretum meum mihi*: tunc tamen cum multo timore seriem retulit visionis præfata; addens, quod is qui sibi apparuerat, aliqua dixerit, quæ nunquam dum viueret, alicui hominum aperiret. Credendum sanè, tam arcana illa fuisse sacri illius Seraph in cruce mirabiliter apparentis eloquia, quod fortè non liceret hominibus ea loqui. Postquam igitur verus Christi amor in eandem imaginem transformauit amantem, quadraginta dierum numero, iuxta quod decreuerat, in solitudine consummato, superueniente quoque solemnitate Archangeli Michaelis, descendit Angelicus vir Franciscus, de monte secum ferens Crucifixi effigiem, non in tabulis lapideis, vel ligneis manu figuratam artificis, sed in carneis membris descriptam digito Dei vivi. Et quoniam *Sacramentum Regis abscondere bonum est*, idèd secreti regalis vir conscius, signacula illa sacra pro viribus abscondebatur, & occultabat. Verum quia Dei est ad magnam gloriam suam reuelare magna quæ facit, ipse Dominus, qui signacula secretè impresserat, miracula quædam aperte per ipsa monstrauit, ut illorum occulta & mira vis stigmatum, manifesta pateret claritate signorum.

Math. 5.

Isai. 24. Cum multo timore indicat visionem, sed non timet.

Tob. 12.

In Prouincia namque Reatina pestis inualuerat valdè grauis, quæ oues & boues omnes sic consumebar crudeliter, quod nullum poterat remedium adhiberi. Vir autem quidam timens Deum, nocte fuit per visionem communis, ut ad eremitorium Fratrum festinanter accederet, & loturam manuum ac pedum famuli Dei Francisci, qui tunc temporis morabatur ibidem, acceptam, super animalia cuncta respergeret. Mane itaque surgens venit ad locum, loturaque huiusmodi, per socios sancti viri latenter obtrita, oues & boues languentes ex ea respersit. Mirabile dictu: statim ut aspersio animalia languida, & in terra iacentia, quantumcumque paululum attingebat, pristino recuperato vigore, surgebant continuo, & tamquam nihil mali sensissent, ad pasca festinabant. Sicque factum est, ut per virtutem mirandam aquæ illius, quæ sacras plagas contigerat omnis prorsus plaga cessaret, pestilensque morbus à gregibus fugaretur.

Per aquam in qua manus lauabat maxima effugatur læs.

Ad impressionem stigmatum in monte plura incommoda cessarunt.

Contactu manus suæ profligat ab homine frigus.

Math. 16. Valde celat impressa vulnera, sed videtur à multis.

Vulnus lateris non patitur videri, sed à quibusdam contrectatur.

Circa præfatum mentem Aluernæ, antequam vir sanctus ibi contraheret moram, nube ex ipso monte surgente, grandinis violenta tempestas fructus terræ consuetudinariè deuastabat. Sed post illam apparitionem felicem, non sine incolarum admiratione grando cessauit, ut cælestis illius visionis excellentiam, & stigmatum ibidem impressorum virtutem, serenati præter morem ipsa cæli facies declararet.

Contingit quoque eum tempore hiemali propter debilitatem corporis, & asperitatem viarum hominis cuiusdam paupertatis subuectum asello, sub rupis cuiusdam prominentis pernoctare crepidine, ut niuis & noctis superuenientium quoquo modo declinaret incommoda, quibus præpeditus, ad hospitij locum non valuerat peruenire. Cum autem vir sanctus hominem illum querulosus submurmurantem gemitibus, hinc inde seipsum iactare sensisset, tamquam qui tenui operimento contectus, quiescere præ frigoris acerbitate nequibat, diuini amoris feruore succensus, manu illum protensa palpauit. Mirabile certè: repente ad illius sacre manus contactum, quæ Seraphici calculi gerebat incendium, omni fugato frigore tantus in virum intus & extra calor aduenit, ac si quædam in eum vis flamma, ex fornacis spiraculo processisset. Nam illud & mente & corpore confortatus, suauius inter saxa & niues vsque manè dormiuit, quam vnquam in proprio lecto pausauerat, sicut ipse post modum assererat.

Certis itaque constat indicijs, sacra illa signacula illius impressa virtute fuisse, qui operatione Seraphica purgat, illuminat, & inflammat, cum ipsa, fornicis expurgando à peste, salutem, serenitatem, & calorem corporibus efficacia mira conferrent: sicut & post mortem euidenioribus est demonstratum prodigijs. Ipse vero licet thesaurum inuentum in agro multa diligentia studeret abscondere; latere tamen non potuit, quin aliqui stigmata viderent manuum ac pedum; quamquam manus quasi semper portaret contectas, & pedibus ex tunc incederet calceatis. Viderunt, dum viueret, Fratres plurimi, qui licet essent propter sanctitatem præcipuam viri per omnia fide digni, tamen ad omne dubium amouendum sic esse, ac se vidisse, tactis sacro sanctis, iuramento firmarunt. Viderunt etiam ex familiaritate, quam cum viro sancto habebant aliqui Cardinales, laudes sacrorum stigmatum prosis, & hymnis, & Antiphonis, quas ad ipsius ediderunt honorem, veraciter inferentes, qui tam verbo quam scripto perhibuerunt testimonium veritati. Summus etiam Pontifex Dominus Alexander IV. cum populo prædicaret coram multis Fratribus, & me ipso, affirmavit se, dum sanctus viueret, stigmata illa sacra suis oculis conspexisse. Viderunt in morte plures quinque fratres, Virgoque Deo deuotissima Clara, cum ceteris sororibus suis, & sæculares innumeris, ex quibus, quemadmodum suo loco dicitur, plurimi & osculati sunt ex deuotionis affectu, & contrectauerunt manibus ad testimonij firmitatem. Vulnus autem lateris tam sollicitè occultauit, ut illud nemo posset, nisi furtime, contueri, dum viueret. Vnus enim Frater, qui ei sedule ministrare solitus erat, cum pia eum cautela, vt ad excutendum extraheret tunicam, induxisset, attentè respiciens vidit plagam, cui etiam tres veloci contactu digitos

applicans, tam visum quam tactu vulneris quantitatem agnouit.

Consimili cautela vidit etiam Frater ille, qui tunc temporis erat Vicarius eius. Frater verò socius mirandæ simplicitatis dum infirmitatis causa languentes scapulas contrectaret, manu per caputium missa, & casualiter vulneri sacro illapsa magnum ei dolore infixit. Proinde portabat ex tunc femoralia ita facta, vt vsque ad axillas pertingerent, ad vulnus lateris contegendum. Fratres quoque qui illa lauabant, vel tunicam excutiebant pro tempore, quia inueniebant ea sanguine rubricata, indubitanter per euidens signum in cognitionem sacri vulneris petuerunt. Quod postmodum in morte, reuelata facie, & ipsi cum alijs plurimis contemplati simul & venerati sunt.

In morte vident permulsi.

Eia nunc, strenuissime miles Christi, ipsius fer arma inuictissimi Ducis, quibus munitus & insignitus, omnes aduersarios superabis. Fer vexillum Regis altissimi, ad cuius intuitum omnes pugnatores diuini exercitus animentur. Fer nihilominus sigillum Summi Pontificis Christi, quo verba & facta sua, tanquam irreprensibilia & authentica, merito ab omnibus acceptentur. Iam enim propter stigmata Domini Iesu, quæ in corpore tuo portas, nemo tibi debet esse molestus: quin potius quilibet Christi seruus omni tenetur esse affectione deuotus. Iam per hæc signa certissima, non duobus aut tribus testibus ad sufficientiam, sed quamplurimis ad superabundantiam comprobata, testimonia Dei in te, & per te credibilia facta nimis, omnem tollunt infidelibus velamen excusationis, dum credentes in fide stabiliunt, spei fiduciam sursum agunt, & igne charitatis accendunt. Iam verè impleta est prima visio, quam vidisti, videlicet quod Dux in militia Christi futurus, armis debere cælestibus signoque Crucis insignibus decorari. Iam in principio tuæ conuersionis, Crucifixi visio compassiui doloris gladio mentaliter te transfigens, sed & auditus vocis de Cruce tanquam de throno Christi sublimi, & secreto propitiatorio procedentis, iuxta quod tuo sacro firmati eloquio, vera fuisse indubitanter creduntur. Iam in tuæ conuersionis progressu, & Crucem quam vidit frater Siluester ex ore tuo mirabiliter procedentem, & gladios in Crucis modum tua viscera transfigentes, quos sacer vidit Pacificus, teque secundum Crucis figuram in aère subleuatum, cum de Crucis titulo sanctus prædicabat Antonius, iuxta quod prospexit Angelicus vir Monaldus non phantastica visione, sed reuelatione fuisse cælica conspecta, vere creditur, & firmatur. Iam denique circa finem, quod simul tibi ostenditur, & sublimis similitudo Seraph, & humilis effigies Crucifixi interius te incendens, & exterius te consignans, tanquam alterum Angelum ascendentem ab ortu solis, qui signum habeas in te Dei viui, & prædictis dat firmitatem fidei, & ab eis accipit testimonium veritatis. Ecce iam septem apparitionibus Crucis Christi, in te & circa te secundum ordinem temporum mirabiliter exhibitis & monstratis, quasi sex gradibus ad istam septimam, in qua finaliter requiescis, peruenisti. Christi namque Crux in tuæ conuersionis primordio tam proposita quam assumpta, & dehinc in conuersionis progressu per vitam probatissimam baiulata, iure ipso continuè, & in exemplum alijs

Bona daturæ Apostrophe ad Franciscum.

Galat. 6.

Omnis Francisci visiones in hac vna complentur.

Apost. 7.

Septem apparitiones Crucis ipsi ostensa.



demonstrata, tanta certitudinis claritate ostendit, Euangelicæ perfectionis apicem te finaliter conclusisse, vt demonstrationem hanc Christianæ sapientiæ in tuæ carnis puluere exaratam, nullus verè deuotus abiiciat, nullus verè fidelis, impugnet, nullus verè humilis parui pendat, cum sit verè diuinitus expressa, & omni acceptione condigna.

CAPVT XIV.

De patientia ipsius, & transitu mortis.

CHRISTO iam igitur cruci confixus, Franciscus tam carnè, quam spiritu, non solum Seraphico amore ardebat in Deum, verum etiam sitiebat cum Christo crucifixo multitudinem saluandorum. Faciebat proinde, quoniam propter excrecentes in pedibus clauos ambulare non poterat, corpus emortuum per ciuitates & castra circumuehi, vt ad Crucem Christi ferendam ceteros animaret. Flagrabat etiam desiderio magno ad humilitatis redire primordia, vt leprosis sicut à principio ministraret, corpusque iam præ labore collapsum reuocaret ad pristinam seruitutem. Proponebat Christo duce se facturum ingentia, & fatiscientibus membris, spiritu fortis & feruidus, nouo sperabat certamine de hoste triumphum. Neque enim languor vel desidia locum habet, vbi amoris stimulus semper ad maiora perurget. Tanta autem in eo carnis ad spiritum erat concordia, tanta obedientiæ promptitudo, quòd cum ille niteretur ad omnem sanctitatem pertingere, ipsa non solum non repugnaret, sed & præcurrere niteretur. Vt autem viro Dei cumulus meritorum accresceret, quæ omnia verè in patientia consummantur, cœpit infirmitatibus multimodis laborare tam grauiter, vt vix in eo membrum aliquod remaneret absque ingenti passionis dolore. Ad hoc tandem per varias & diuturnas ac continuas ægritudines deductus est, vt consumptis iam carnis, quasi sola cutis ossibus cohæretet. Cumque duris corporis angeretur doloribus, illas suas angustias non pœnatum censebat nomine, sed fororum esse vocandas. Videbatur propterea Fratribus, quod quasi alterum Iob viderent, cui cum langor cresceret carnis, crescebat simul & vigor mentis. Ipse autem obitum suum longè ante præsciuit, dieque transitus imminente, dixit Fratribus, sui corporis tabernaculum deponendum in proximo, quemadmodum sibi fuerat reuelatum à Christo. Cum itaque per biennium ab impressione stigmatum, anno videlicet à sua conuersione vigesimo, multis fuisset angustiantium infirmitatum probatiuis tunctionibus conuadatus tanquam lapis in supernæ Ierusalem ædificio collocandus, & tanquam ductile opus sub multiplicis tribulationis malleo ad perfectionem adductus, ad sanctam Mariam de Portiuncula se portari poposcit, quatenus vbi acceperat spiritum gratiæ, ibi redderet spiritum vitæ. Quo cum fuisset perductus, vt veritatis exemplo monstraret, quod nihil erat illi commune cum mundo, in illa infirmitate tam graui, quæ omnem languorem conclusit, super nudam humum se totum in spiritus feruore nudatum prostravit; quatenus hora illa extrema, in qua poterat adhuc hostis irasci, nudus iuctaretur cum

nudo. Decubans sic in terra, faccina veste deposita, faciem solito more leuauit in cælum, & intendens illi gloriæ totus, manu sinistra dextri lateris vulnus, ne videretur, obtegit; & ait ad Fratres: Ego quod meum est, feci; quod vestrum est, Christus edoceat. Illacrymantibus autem sociis Sancti, qui miro fuerant compassionis teulo percussi; vnus ex eis, quem vir Dei Guardianum suum esse dicebat, votum ipsius diuina inspiratione cognoscens, festinus surrexit, & acceptam cum chorda, & femoralibus tunicam, pauperulo Christi obtulit, dicens: Hæc tibi tanquam pauperi commodo, & tu illa suscipias obedientiæ sanctæ mandato. Gaudet ex hoc vir sanctus, & iubilat præsentia cordis, quoniam fidem tenuisse Dominæ paupertatis vsque in finem se vidit: palmasque leuans ad cælum, Christum suum magnificat, pro eo quod exoneratus ab omnibus, liber vadit ad ipsum. Fecerat enim omnia hæc paupertatis zelo, vt nec habitum quidem vellet habere, nisi ab alio commodatum. Voluit certè per omnia Christo crucifixo esse conformis; qui pauper, & dolens, & nudus in cruce pependit. Propter quod & in principio conuersationis suæ nudus remansit coram Antistite, & in consummatione vitæ nudus voluit de mundo exire: Fratribusque sibi assistentibus in obedientia charitatis iniunxit, vt cum viderent eum iam esse defunctum, per tam longum spatium nudum super humum iacere permitterent, quod vnus milliarj tractum suauiter quis perficere posset. O verè Christianissimum virum, qui & viuens Christo viuenti, & moriens morienti, & mortuus mortuo perfecta esse studuit imitatione conformis, & expressa promeruit similitudine decorari? Hora denique sui transitus propinquante, fecit Fratres omnes existentes in loco ad se vocari, & eos consolatorijs verbis demulcens, pro sua morte, paterno affectu ad diuinum est hortatus amorem. De patientia & paupertate, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ fide seruandis, sermonem protaxit, ceteris institutis sanctum Euangelium anteponeus. Circum sedentibus vero omnibus Fratribus, extendit super eos manus in modum Crucis brachijs cancellatis, pro eo, quod hoc signum semper amabat: & omnibus Fratribus tam præsentibus quam absentibus in Crucifixi virtute ac nomine benedixit; insuper & adiecit: Valere, filij omnes, in timore Domini, & permanere in eo semper. Et quoniam futura tentatio & tribulatio appropinquat, felices qui perseverabunt in his quæ cœperunt. Ego verò ad Deum propero, cuius gratiæ vos omnes commendo. Suauis huiusmodi admonitione completa, iussit Deo vir charissimus Euangeliorum sibi codicem apportari, & Euangelium secundum Ioannem, quod incipit ab eo loco, *Ante diem festum Pasche*, sibi legi poposcit. Ipse vero prout potuit in huius Psalmi vocem erupit: *Voce mea ad Dominum clamaui, voce mea ad Dominum deprecatus sum.* Et ad finem vsque compleuit. *Me*, inquit, *expectant iusti donec retribuas mihi.*

Tandem cunctis in eum completis mysterijs, anima illa sanctissima carne solata, & in abyssum diuinæ claritatis absorpta, beatus vir obdormiuit in Domino. Vnus autem ex Fratribus & discipulis eius, vidit animam illam beatam sub specie stellæ præfulgidæ à candida subuectam nubecula super aquas multas in cælum

O magnæ fiducia verba,

Eximius paupertatis amor.

Per omnia Christo vult esse similis,

Quæ Fratres suis moriens hortatur & consulit.

Ioan. 13.

Psal. 141.

Videretur anima eius quasi stella fulgida in cælum cõscendere.

recto tramite sursum ferri, tanquam sublimis sanctitatis candore prænitidam, & cælestis sapientiæ simul & gratiæ vbertate repletam, quibus vir sanctus promeruit locum introire lucis & pacis, vbi cum Christo sine fine quiescit.

Minister quoque Fratrum in terra laboris tunc erat frater Augustinus, vir vtique sanctus, & iustus, qui in hora vltima positus, cum iam diu perdidisset loquelam, audientibus qui astabant, subito clamauit, & dixit; Expecta me Pater, expecta, ecce iam venio tecum. Quærentibus Fratribus, & admirantibus multum, cui sic loqueretur; audaciter respondit: Nonne videtis Patrem nostrum Franciscum, qui vadit ad cælum? Et statim sancta ipsius anima migrans è corpore, Patrem est secuta sanctissimum.

Episcopus Assisinas, ad Oratorium S. Michaëlis in monte Gargano tunc temporis peregrinationis causa perrexit; cui beatus Franciscus apprensus nocte transitus sui, dixit: Ecce relinquo mundum, & vado ad cælum. Manè igitur surgens Episcopus, sociis narrauit, quæ vidit: & Assisium rediens, cum sollicitè perquisisset, certitudinaliter comperiit, quod ea hora, qua sibi pro visionem innotuit, beatus Pater ex hoc mundo migravit.

Alaudæ aues lucis amicæ, & crepusculorum tenebras horrescentes, hora transitus sancti viri, cum iam esset noctis secaturæ crepusculum, venerunt in multitudine magna super tectum domus, & diu cum insolita quadam iubilatione rotantes, gloriæ Sancti, qui eas ad diuinas laudes inuitate solebat, tam iucundum quàm euidentis testimonium perhibebant.

Frater Augustinus eadem hora obiit.

Apparet Franciscus Episcopo Assisij.

Alaudæ aues in eius morte iubilant.

CAPVT XV.

De Canonizatione ipsius.

FRANCISCUS igitur seruus & amicus Altissimi, Ordinis Minorum Fratrum institutor & dux paupertatis professor, pœnitentiæ forma, veritatis præco, sanctitatis speculum, & totius Euangelicæ perfectionis exemplar, superna præuentus gratia, ordinato progressu ab infimis peruenit ad summa. Hunc virum mirabilem, vtpote paupertate prædiuitem, humilitate sublimem, mortificatione viuendum, simplicitate prudentem, omnique morum honestate conspicuum, quem in vita Dominus mirabiliter effecerat clarum, in morte fecit incomparabiliter clariorem Beato namque viro migrante à sæculo, spiritus ille sacer domum æternitatis ingrediens, fontifque vitæ haustu plenario gloriosus effectus, expressa quædam in corpore futuræ gloriæ signa reliquit, vt caro illa sanctissima, quæ crucifixa cum vitis in nouam iam creaturam transferat, & passionis Christi effigiem priuilegij singularitate præferret, & nouitate miraculi resurrectionis speciem præmonstraret. Cernebantur quidem in membris illis felicibus clauis ex eius carne virtute diuina mirificè fabrefacti, sicque carni eidem innati, quod dum à patre qualibet premeretur, protinus quasi nerui continui & duri, ad partem oppositam resultabant. Inuenta quoque fuit patentius in ipsius corpore non inflata humanitas, neque facta plaga vulneris lateralis, instar vulnerati lateris Saluatoris, quod redemptionis & regenerationis humanæ in ipso Re-

Galat. 5. Corpus exanime futuræ gloriæ speciem præ se fert.

demptore nostro protulit sacramentum. Erat autem similitudo clauorum nigra quasi ferrum; vulnus autem lateris rubrum, & ad orbicularitatem quamdam carnis contractione redactum, rosa quædam pulcherrima videbatur. Caro verò ipsius reliqua, quæ prius tam ex infirmitate quàm ex natura ad nigredinem declinabat, candore nimio renitescens, illius secundæ stolæ pulchritudinem prætendebat. Membra ipsius adeò mollia & tractabilia se præbebant palpantibus, vt conuersa viderentur in teneritudinem puerilis ætatis, & quibusdam cernerentur euidentibus signis innocentæ decorata. Cum igitur in candidissima carne clauis nigrescerent; plaga verò lateralis, vt vernans roseus flos ruberet; mirandum non est, si tam formosa & miraculosa varietas iucunditatem & admirationem contuentibus ingereret. Lacrymabant filij pro subtractione tam amabilis Patris; sed & non modica perfundeantur lætitia, dum deosculabantur in eo signacula summi Regis. Miraculi nouitas planctum vertebat in iubilum, & intellectus rapiebat indaginem in stuporem. Erat quippe tam insolitum tamquè insigne spectaculum contuentibus omnibus, & firmamentum fidei, & incitamentum amoris; audientibus vero admirationis materia, & excitatio desiderij ad videndum. Audito siquidem transitu Patris, & fama diffusa miraculi, accelerans populus confluebat ad locum, vt id cerneret oculis, quod à ratione dubium omne repelleret, & affectioni gaudium cumularet. Admissi sunt igitur Assisinate civis quamplurimi ad stigmata illa sacra contemplantia oculis, & labijs osculanda. Vnus autem ex eis miles quidam literatus & prudens, Hieronymus nomine, vir vtique famosus & celebris, cum de huiusmodi sacris stigmatibus dubitasset, essetque incredulus quasi Thomas, feruentius & audacius coram Fratribus & alijs ciuibus mouebat clauos, Sanctique manus & pedes & lateris manibus proprijs contrectabat, vt dum vulnerum Christi veracia illa signa palpando contingeret, de sui & omnium cordibus omne dubietatis vulnus amputaret. Propter quod & ipse inter alios huius veritatis, tam certitudinaliter agnitæ, testis constans postmodum effectus est, & tactis sacrosanctis iuramento firmavit. Fratres autem, & filij, qui vocati fuerant ad transitum Patris, cum omni multitudine popularum, noctem illam, in qua almus Christi Confessor decessit, sic diuinis laudibus dedicarunt, vt non defunctorum exequiæ, sed Angelorum excubiæ viderentur. Manè autem factò, turbæ quæ conuenerant, acceptis arborum ramis, & cereorum multiplicatis luminibus, cum hymnis & canticis sacrum corpus ad ciuitatem Assisij detulerunt. Transseuntibus vero per Ecclesiam sancti Damiani, in qua illa virgo nobilis Clara, nunc gloriosa in cælis, tunc inclusa cum virginibus morabatur, ibique aliquantulum subsistentes, sacrum corpus margaritis cælestibus insignitum, videndum & osculandum sacris illis virginibus obtulerunt. Peruenientes denique ad ciuitatem cum iubilo, pretiosum thesaurum, quem portabant, in Ecclesia S. Georgij cum omni reuerentia condiderunt. In eo siquidem loco puerulus litteras didicit, ibique postmodum primitus prædicauit, postremo ibidem locum primum quietis accepit. Transit autem venerabilis Pater ex huius mundi ergastulo anno Dominicæ Incarnationis mil-

Similitudo clauorum vulneris lateralis qualis fuerit.

Plurimi vident & osculantur eius stigmata.

Ioan. 20.

Francisci exequiæ Angelicæ. In ciuitatem corpus defertur.

Clara & ceteris Sororibus osculandum & venerandum traditur.

Tumularur in Ecclesia S. Gregorij.

Clauus diuinitus impressus in pedibus excrescunt.

Magna in eo carnis & spiritus concordia.

Multis grauat in infirmitatibus.

Fratribus suum prædicat obitum.

Mito modo testatum reliquit, nihil sibi cum mundo esse commercij.

**Annus & dies obitus eius.** Lesimo ducentesimo vigesimo sexto, quarto Nonas Octobris, die Sabbati in sero, sepultus in die Dominico. Cœpit autem vir beatus, continuo diuinæ faciei super irradiante respectu, magnis & multis coruscare miraculis, vt sublimitas sanctitatis eius, quæ ipso viuente in carne ad morum directionem per exempla perfectæ iustitiæ innotuerat mundo, illo iam regnante cum Christo, ad omnem fidei firmitatem per miracula diuinæ potentia comprobaretur è cælo. Cumque in diuersis orbis partibus gloriosa eius miracula, largaque per ipsum impetrata beneficia plurimos ad Christi deuotionem accenderent, & ad ipsius Sancti reuerentiam incitarent, acclamantibus tam linguis sermonum quam operum, ad aures Summi Pontificis Domini Gregorij IX. quæ per seruum suum Deus operabatur, magnalia peruenerunt. Sanè cum idem Pastor Ecclesiæ non solum ex miraculis auditis post mortem, verum etiam experimentis in vita, ipsius oculis visis & manibus contrectatis, sanctitatem eius mirabilem plena fide certificatus agnosceret, ac per hoc in cælis glorificatum à Domino nullatenus dubitaret, vt Christo cuius erat Vicarius concorditer ageret, hunc in terris reddere celebrem tanquam omni veneratione dignissimum pia consideratione disposuit. Ad omnem quoque certitudinem faciendam orbi terrarum de glorificatione viri sanctissimi, inuenta miracula, & conscripta, & testibus idoneis approbata, examinari fecit per illos, qui minis inter Cardinales fauorabiles negotio videbantur. Quibus diligenter discussis, & ab omnibus approbatis, de Fratrum suorum, & omnium Prælatorum qui tunc erant in Curia, consilio & assensu canonizandum decreuit.

**Examinantur eius prodigia.** A ciuitate Reatina venit Spoletum, mox Assisium visitatis prius S. Clara & consodalibus, quæ extra urbem ad S. Damianum quotidiano boni nominis incremento sancte viuebant. Nullus harum virginum sanctimoniam magis perspectam exploratamque habuit in ipso Pontifice, qui in Cardinalatu earum protectorem egit, consilio, re familiari, & singulari eis adfuit patrocinio, Protracto familiari colloquio cum primiceria Clara tandem subiunxit, eam propter pericula temporum, & euentus sæculorum debere possessiones admittere, quas spondit se plenè & abundanter elargiturum. Fortissimo & constanti illa restitit animo maiorem omni possessione, dicens, esse paupertatem, neque vllum hoc thesauro esse securiorem. Suspiciatus pius Pontifex propterea tenaciter inhæsisse paupertati, quod ei seruandæ perpetuo se obstrinxerit voto addidit: si votum formidas chatissima filia, nos te à voto absoluimus Sancte Pater, inquit, illa, nequaquam à Christi sequela in perpetuum, sed à peccatis meis absolui desidero.

**Visitât Gregorius S. Claram.** Urbem ingressus magno exceptus apparatu, recta perrexit ad sepulchrum S. Francisci, cuius vitæ sanctitatem longa experientia compertam habebat, & cuius gloria magis magisve in dies singulos crescebat miraculorum frequentia. Longa oratione viri sancti patrocinio commendato Ecclesiæ statu in tanto rerum turbine, statim ibidem inijt cum comitibus Cardinalibus sermonem de prodigioso notissima sanctitatis homine canonizando. Debita itaque præmissa inquisitione examinantur miracula, quæ facile fuit conscribere, dum ex ipsa ciuitate, rure suburba-

no, & locis vicinis plurimi, sancti viri intercessionem magna & mirabilia obtinuerunt à Domino beneficia. Exactam rerum discussionem commisit iis Cardinalibus, qui minus fauebant tanti negotij accelerationi. Interim Perusum abiit Pontifex quædam commoditus dispositurus circa Frederici contumaciam, vel flectendam, vel frangendam. Habito ibi pleno consistorio circa processus validitatem, & communi omnium administratorum addito consensu de connumerando inter cælitates viro sancto, cum vniuersa curia redijt Assisium, quo iam ad rei nouitatem & solemnitatem innumera heroum, prælatorum, ac vniuersæ gentis ex multis regionibus conuenit multitudo.

**Ceterior refertur Pontifex de vulnere laterali S. Francisci.** Dum viri sanctitatem impensius Pontifex expendit, & singularem eius prærogatiuam in Christi acceptis vulneribus admirandus secum extollit, circa vulnus laterale quod oculis non vidit, cœpit dubitandus hæsitare. Nocte quadam apparuit ei in somnis indignato commotoque vir sanctus; & hæitationem cordis ipsius redarguens, eleuauit brachium dextrum, detexit vulnus, phialamque poposcit ab ipso, vt scaturientem reciperet sanguinem, qui ex latere defluebat. Obtulit in visione summus Pontifex phialam postulatam; quæ vsque ad summum, sanguine profluente de latere videbatur impleri. Ex tunc ad illud sacrum miraculum tanta cœpit deuotione affici & æmulatione feruere, vt nullo modo pati posset, quod aliquis præfulgentia illa sacra signa, superba præsumeret impugnatione fuscare, quin eum seuera inceptatione feriret.

**Ecclesiæ 50.** Magna cum solemnitate præparatis secundum Pontificis maiestatem, & in virum sanctum affectum, rebus omnibus quæ in tanto exponuntur theatro, in ipsa Ecclesia S. Georgij ex alto folio grauissimum habuit Pontifex ad vniuersam multitudinem de sancti viri laudibus sermonem, ab illis verbis exorsus; *Quasi stella matutina in medio nebulae, & quasi luna plena in diebus suis, & quasi sol resurgens, sic & iste resurrexit in templo Dei.* Completo sermone ex eminenti loco, Octauianus Cardinalis Diaconus consobrinus Innocentij III. ab eodem creatus tituli sanctorum Sergij & Bacchi, miracula fidei examine probata, quæ nos dabimus statim, populo recitauit. Deinde Rainertius Cappocius Viterbiensis, Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Cosmedin, ab eodem Innocentio assumptus, qui arctam habuit cum S. Dominico necessitudinem, multisque sanctus est pro Ecclesia muneribus, in confirmationem & gloriam tantorum miraculorum doctam recitauit orationem: dum dixit multis ex imo corde tractis singulis præsimum in sanctum virum amore, surgens ex folio Pontifex præmissa deuota & breui oratione, deinde in pedes erectus sublatisque in cælum oculis & manibus alta voce intonauit: *Ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, Patris & Filij, & Spiritus sancti, & gloriose Virginis Mariae, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli, ad honorem Ecclesie Romanae beatissimum patrem Franciscum, quem Dominus glorificauit in cælis, venerantes in terris de consilio fratrum nostrorum, & aliorum prælatorum in catalogo sanctorum decreuimus adnotandum, & festum in die obitus sui celebrari.* Statim Cardinales *Te Deum laudamus* incipiunt, & populi in varias laudes voces depromunt. Descen-

dit de folio Pontifex, & per inferiores gradus Sanctuarium concameratum, vbi sanctum corpus conditum erat, intrauit, vbi prostratus coram arca, in qua custodiebatur, eam exosculatus multa vota obtulit & donaria. Addit Albertus Stadenfis Pontificem cum Cardinalibus corpus ex ipsa tumba leuasse; fortasse id factum vt satisficeret Cardinalium & virorum principum votis, viderentque in integro corpora pulchra illa Christi vestigia.

**Solemnitas huius Canonizationis.**

Adnotarunt plures authores canonizationis formam & solemnitatem; neque id mirum quia vltra omnes fuit maxima, vt adnotauit Ioannes de Florentia in opusculo de hac re M. S. primo ex insolitis cærimonijs, nam eouque recitatis approbatisque in secreto Cardinalium consistorio canonizando miraculis, abscribatur absque tanto apparatu numero Sanctorum. Secundo, ex tanta Pontificis dignatione, vt personaliter

eum tota curia venerit ad hoc munus, atque ipse viri sancti vitam & laudes ad populum dixerit, plurima recensens magna animi tenetudine, quæ viuente adhuc fecisse vidit aut cognouit ex arcta cum eo necessitudine. Tertio, ex præsentia corporis ipsius sancti Patris, quod fortasse paucis aut nullis canonizatorum euenit. Quarto, ex plurima attestatione & conclamatione hominum ipsorumque Cardinalium, qui ante biennium sanctum virum viderunt, cognouerunt, stigmatizatum probarunt. Ex his fidelissimus, omni acceptione maior testis fuit Raynaldus ex Comitibus, Pontificis nepos, qui ante Cardinalatum Francisco familiaris fuit, & in viuente corpore stigmata perpexit, velut ipse iam Pontifex, Alexander IV. renunciatus, publica concione dixit ad populum.



BVLLA CANONIZATIONIS  
SANCTI FRANCISCI,  
EIVSQUE DIEI FESTI  
INSTITVTIO.

**Proœmium.**



**REGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, &c.** *Miranda circa nos diuinæ pietatis dignatio, & inestimabilis dilectio charitatis, qua Filium pro seruo tradidit redimendo, dona suæ miserationis non deserens, & vineam dextera eius plantatam continua protectione conseruans, in illam qui salubriter ipsam excolant, euellentes sarculo ac vomere, quo Samgar sexcentos Philisthaos percussit, spinas & tribulos ex eadem, operarios etiam in undecima hora transmittit, vt superfluitate palmitum refecata, & vitulamimbus spuris radices altas non dantibus, nec non sentibus extirpatis, fructum suauem efferat & iucundum, qui prelo patientiæ defecatus in aternitatis cellarium transferatur: impietate profecto velut igni succensa, & frigescente charitate multorum, in eiusdem maceriam diruendam, irruentibus Philisthaeis, portione terrena cadentibus volupatis.*

**Franciscum suscitauit Deus in mundo ad conuersionem multorum.**

**S. 1.** *Ecce, in hora undecima Dominus, qui cum diluuij aquæ terram deleret, iustum per lignum, contemptibilem gubernauit; super sortem istorum virgam peccantium non relinquens, excitauit seruum suum beatum Franciscum virum vti que secundum cor suum, apud cogitationes diuitum lampadem quidem contemptam, sed paratam ad tempus statutum, illam in vineam suam mittens, vt ex ipsa spinas & vepres euelleret, prostratis illam impugnantibus Philisthaeis, illuminando patriam, & reconciliari Deo, exhortatione sedula commonendo.*

**Simplici prædicatione multos ad viam salutis reduxit.**

**S. 2.** *Qui audita interius voce imitantis amici, impiger surgens, mundi vincula blandientis, quasi alter Samson, gratia diuina præuentus dirumpit, & spiritu feruoris*



# Bulla Canonizationis

concepto, a sinique arrepta mandibula, predicatione siquidem simplici, nullis verborum persuasibilium humana sapientiae coloribus adornata, sed tamen Dei virtute potenti, qui infirma mundi eligit, ut fortia quaecumque confundat, non tantum mille, sed multa millia Philistinorum, eo qui tangit montes, & fumigant, faciente, prostravit, & in spiritus seruitutem redegit, carnis illecebris antea seruientes. Quibus vitis mortuis, & Deo viuentibus, iam non ipsis, quorum pars pessima periit, ex mandibula ipsa egressa copiosa est aqua, reficiens, abluens, & fecundans lapsos, sordidos, & arentes: quae in vitam aeternam saliens absque argento & commutatione aliqua potest emi: cuius riui longe lateque diffusi, vineam irrigant vsque ad mare palmites, & vsque ad flumen propagines extendentem.

Pauperem vitam elegit, ieiuniis, vigiliis, & nuditate carnem maceravit, multisque virtutibus emicuit.

§. 3. Hic denique Patris nostri Abrahae imitatus vestigia, mente de terra, & cognatione sua, nec non domo patris eius egrediens, iturus in terram quam sibi Dominus diuina inspiratione monstraret, ut expeditius curreret ad brauium vocationis caelestis, & per angustam portam posset facilius introire, sarcinam terrena substantiae deposuit, se illi conformans, qui cum diues esset, pro nobis factus est pauper, eamque dispersit, dedit pauperibus, ut sic eius iustitia in saeculum saeculi permaneret. Et in terram visionis accedens, super unum sibi montium demonstratum, videlicet excellentiam fidei, carnem suam, quasi filiam unigenitam, quae ipsum interdum deceperat, cum lephte Domino in holocaustum obtulit, igne supposito charitatis, illam fame, siti, frigore, ac nuditate, vigiliis multis & ieiuniis macerando, quae cum vitis & concupiscentiis crucifixa, dicere poterat cum Apostolo: Vivo ego, iam non ego, viuit autem in me Christus: quoniam iam non sibi vixerat, sed Christo potius, qui pro peccatis nostris mortuus est, & resurrexit propter iustificationem nostram, ut nullatenus peccato ulterius seruiamus. Vitia quoque supplantans, contra mundum, carnem, & potestates aereas luctamen assumens viriliter, vxore, villa, bobus, a caena magna retrahentibus inuitatos, penitus abdicatis, cum Iacob Domino iubente surrexit: & gratia Spiritus septiformi accepta, octoque sibi assistentibus Beatitudinibus Euangelicis, Bethel domum Dei, quam seipsum preparauit eidem, per quindecim gradus virtutum, qui mystice in Psalterio continentur, ascendit: & ibidem altare cordis Domino construens, aromata deuotarum orationum obtulit super eo, per manus Angelicas in conspectu Domini deferenda, conciuis Angelicus mox futurus.

Religionem Fratrum Minorum, Monialiumque ac tertiariorum instituit.

§. 4. Ne verò sibi soli proficeret in monte, tantummodo Rachel amplexibus inherendo, contemplationi pulchrae quidem, sed sterili, ad Lia interdictum descendit cubiculum, minaturus gregem gemellis foetibus fecundatum ad interiora deserti pro vite pascuis perquirendis, ut illic ubi manna caelestis dulcedinis reficit à secularium strepitu segregatos, cum lachrymarum effusione semina sua mitens, cum exultatione manipulos ad aeternitatis horrea reportaret, cum populi sui Principibus collocandus corona iustitiae coronatus. Qui nimirum non quae sua sunt querens, sed potius quae sunt Christi, & eidem velut apis argumentosa deseruiens, necnon quasi stella matutina in medio nebulae, ac quasi Luna plena in diebus suis, & sicut Sol in Ecclesia Dei fulgens, lampadem & iubam in manus assumpsit, ut lucentium operum documentis humiles attraheret ad gratiam, & proteruos à noxiis retraheret excessibus, dura increpatione terrendo. Ac sic virtute charitatis afflatus, in castra Madianitarum, Ecclesiae iudicium declinantium, per contemptum, eo iuante, qui dum virginali vtero clauderetur, mundum suo circuibat imperio uniuersum, intrepidus irruit, & abstulit arma, in quibus confidebat fortis armatus, atrium suum custodiens, & distribuit spolia quae tenebat, eiusque captiuitatem captiuam reduxit in obsequium Iesu Christi.

§. 5. Hoste

# Beati Patris Francisci.

§. 5. Hoste itaque triplici in terra positus superato, Regno caelorum vim intravit, & illud rapuit violenter, & post huius vite quam plura gloriosa certamina, de mundo triumphans, feliciter migravit ad Dominum, multos praeueniens scientia praeditos scienter nescius, & sapienter indoctus.

Et tandem obdormiuit in Domino.

§. 6. Sanè licet eius vita tam sancta, tam strenua & praecleara sibi sufficeret, ad obtinendum consortium Ecclesiae triumphantis quia tamen militans, quae solummodo videt in facie, non praesumit de his qui de suo foro non sunt, auctoritate propria iudicare, ut illos pro vita tantum venerandos assumat, praesertim, quia nonnumquam Angelus sathana in lucis Angelum se transformat; omnipotens & misericors Deus, de cuius munere venit, quod praedictus famulus Christi; digne sibi & laudabiliter deseruiuit, tanquam lucernam absconsam sub modio remanere non patiens, sed eam volens super candelabrum collocari, his qui sunt in domo luminis, solatium praebituram, vitam eius sibi fuisse acceptam, & ipsius memoriam esse à militanti Ecclesia venerandam, multis & praeclearis miraculis declarauit.

Miraculique pluribus claruit.

§. 7. Cum igitur gloriosae vitae ipsius insignia, ex multa familiaritate, quam nobiscum habuit in minori officio constitutis, plene cognita nobis essent, & de miraculorum coruscatione multiplici per testes idoneos nobis facta fuerit plena fides, confidentes per Dei misericordiam, nos, & gregem nobis commissum, eius suffragiis adiuuari, & quem familiarem habuimus in terris, habere patronum in caelis; habito Fratrum nostrorum consilio & assensu, ipsum adscribi decreuimus Sanctoium catalogo venerandum.

Ideo Pontifex illum Catalogo SS. Confessorum adscribit.

§. 8. Statuentes, ut quarto Nonas Octobris, die videlicet, quo à carnis ergastulo absolutus, ad aetherea Regna peruenit, ab uniuersali Ecclesia, natalia eius deuote ac solemni celebrantur.

Eiusque Festum die 4. Octobris agi iubet.

§. 9. Quocirca uniuersitatem vestram rogamus, monemus, & exhortamur in Domino, per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus die praedicto in commemoratione ipsius, diuinis laudibus alacriter insistentes, eiusdem patrocinia humiliter imploretis, ut ipsius intercedentibus meritis, ad eius mereamini consortium peruenire: illo praestante, qui est benedictus in secula saeculorum. Amen. Datum Perusij quatuordecimo Kalend. Augusti, Pontificatus nostri anno secundo.

Omnes ad illius venerationem hortatur.

DE CELEBRANDO VBIQUE EIVS NATALI  
ad uniuersos Praelatos Diploma.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS  
SERVORVM DEI.

Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Archipresbyteris,  
Archidiaconis, Decanis, & aliis Ecclesiarum Praelatis.

Sicut phiala aurea, quas vidit Ioannes plenas odoramentorum, quae sunt orationes Sanctorum, in conspectu Altissimi, ad abolendam nostrorum criminum corruptelam, odorem suauitatis emittunt: ita saluti nostrae credimus plurimum expedire, si eorum in terris celebrem habeamus memoriam, ipsorum merita solemni recolentes preconis, quorum in caelis speramus intercessionibus assiduis adiuuari. Sane cum de conuersatione, vita, & meritis beati Francisci, Institutoris & Rectoris Ordinis Minorum Fratrum (qui, iuxta consilium Saluatoris, contemptis transgrediens, secundum promissionem eiusdem, ad caelestia premia feliciter & aeterna

Apocal. 5. Sanctorum orationibus peccatoribus ignoscit Deus.

# Bulla Canonizationis

# Caput decimum sextum.

peruenit) cuius vita & fama preclara, peccatorum depulsa caligine, ambulantes in regione umbrae mortis de vitiorum tenebris ad penitentiae viam vocans (quorum tam virorum quam mulierum, ad fidem Ecclesiae roborandam, & confutandam haereticam prauitatem, viuit & adhuc viget non modica multitudo) tam per vos, quam per multos alios fide dignos, qui miracula, quae Deus per illius Sancti merita operatur, plenius cognouerunt, certiores effecti; auditis etiam virtutibus, & miraculorum insignibus, & quod inter carnales spiritualiter, & inter homines etiam conuersationem Angelicam habuisset; ipsum, qui cum Christo corporaliter meruit esse in caelestibus, ne ipsius honori debito & gloriae detrabere videremur quodammodo, si glorificatum à Domino, permitteremus ulterius humana deuotione priuari, de Fratrum nostrorum concilio, & Prelatorum omnium qui tunc temporis apud Sedem Apostolicam consistebant, Sanctorum catalogo duximus adscribendum. Cum igitur eius lucerna sic exarserit haecenus in hoc mundo quod per Dei gratiam, iam non sub modio, sed super candelabrum meruerit collocari; vniuersitatem vestram rogamus, monemus, & hortamur, per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus deuotionem fidelium ad venerationem ipsius salubriter excitantes, festiuitatem eius quarto Nonas Octobris singulis annis solemniter celebretis, & pronuntietis constituto die specialiter celebrandam, vt eius precibus Dominus exoratus, suam tribuat gratiam in presenti, & gloriam in futuro. Datum Perusij 7. Idus Iulij, Pontificatus nostri anno secundo.

## CAPVT XVI.

### De Miraculis.

Miracula in eo confessu perfecta ad compendium redacta, haec sunt. Ipso quo sepultus est die puella Assisias monstruote habens collum plicatum, caputque humero annexum, ad tumbarum accedens, capite supposito, repente vegeta & sana exiliuit. Deum magnificans in tanti viri virtute. Comitatus Narniensis puer contractam retortamque tibiam, viri sancti inuocato nomine sanam accepit. Nicolaus Fulginas crucis sinistri contracti continuo dolore ex-cruciatus, magnam rei domesticae partem medicis pro recuperanda salute frustra donauit, neque valuit, donec ad sancti viri sepulchrum ductus pernoctauit in oratione, qua nondum finita, magno gaudio absque villo dolore repente in pedes laetus exiit. Ad idem sepulchrum puer Comitatus Assisij imito modo conglobatus, ita vt genua pectori calcanea natibus haerent, orante pro eodem vtroque parente saluus euasit. Similis mali vir Fauentinus multo vlcere vltra modum foetens, sancti patris postulato suffragio repente liberatus est. Puella Eugubina contractis manibus, ceterorumque orbata ministerio membrorum, deducta à matre ad sacrum tumulum, donariolo oblato, & traducto in oratione octiduo incolumis rediit ad patriam. Iuuenis è monte nigro à cingulo deorsum viribus, & naturali destitutus vigore, se mouere non poterat, positus ante sepulchrum vidit ex eo prodeuntem, qui mox sanum effecit. E castro Tucerono ducta quaedam femina solà valens lingua, ceteris membris veluti emortua, ad sepulchrum omnino conualuit; nec non puerulus Eugubinus arefectas habens tibias, valdeque retortas. Bartholomaeus Narniensis ex capto sub umbra nu-

cis somno contracta, curuata, & arefcente tibia sinistra magnum sentiens tedium & dolorem, pie se commendauit Francisco, qui ei noctu apparens, iussit vt ad balneum quoddam accederet, in quo suum spondet ad futurum auxilium. Ita factum; conualuit.

Mulier quaedam Sibia nomine, pluribus annis caeca, ad sepulchrum visum recepit, eodemque modo vir quidam Hispellas. Foemina quaedam ex Camertibus ad caecum oculum panniculum apponens, qui olim fuerat Francisci, statim respexit vtroque oculo, similiter alia Eugubina Cuius quidam Assisias per quinquennium caecus, ante orbatum lumen Francisco familiaris, saepius in oratione ei allegabat initam inter vtrumque strictam amicitiam; tandem ductus ad eius sepulchrum ad eius contactum integre vidit. Albertinus Narniensis ab integro anno infectus oculis & palpebris nihil vidit, ex voto facto sepulchrum visitandi, sanus euasit.

Petrus Fulginas sub Solis ardore ad montem Garganum Archangeli Michaelis sacrum antrum visitaturus, bibit extra mensuram ex quodam obuio fonte, in cuius epotatione visus est sibi multos daemones absorbuisse. Vere per tres annos ab eis obsessum hominem ex cruciabant, ad obscena facta & verba impellebant, ex quibus aperte contabat malos habuisse seiores. Ductus ad sepulchrum V. S. stridentibus hominemque discerpentibus malis hospitibus, & claro & manifesto miraculo à tanto liberatus est malo. Mulier quaedam Narniensis perditae & insanæ mentis veluti in furias acta, horribilia perpetrabat & dicebat, ad consanguineorum preces apparuit ei S. Franciscus crucis signum fronti insigens per quod mentis compos effecta est. Alij etiam quam plures à daemone cruciati, & praestigij decepti, ad sancti viri tumulum salui facti sunt, quorum singularem memoriam tædij euadendi causa processus canonizationis notauit, omittam.

Moribundi viuificati.

Puerulus Matthæus Tudertinus per octo dies semianimis effectus intercluso iam lumine oculorum, cute denigrata, nihil manducans neque bibens ab omnibus mortuus iudicatus, matre iam defunctum plangente, & Franciscum repetitis vocibus inuocante, repente qui videbatur mortuus, reuixit, lumen vidit, comedit, & nigra cutis in candidam, & vegetam transmutata est. Interrogatus à circumstantibus, quis eum adeo repente sanauerit, respondit balbutienti, & tenera loquela, Franciscus, qui ei benedixit. Alter ab excelso cadens loco totus elisus, tribus iacuit diebus, vitæ nullum signum ostendens mater vouit eum ad S. Viri sepulchrum deferendum cum oblationibus, si sanum reciperet; statimque exorauit. Alius Maucinus nomine infirmatus ad mortem, & à medicis desperatæ iam vitæ iudicatus, vocato vtrumque Francisci nomine, subita sanitate conualuit.

A variis malis liberati.

Aretinus puer Gualterus, continua febre, & duplici pestilenti laborans apostemate, emisso à parentibus voto, concupitæ restitutus est sanitati. Alius mori propinquus deferri volens imaginem suam ex ære factam ad S. Viri sepulchrum appendendam, statim è lecto surrexit. Mulier quaedam per plures annos in lecto iacens diuturna grauata languedine, facto voto de visitando sepulchro, ad votum conualuit. In ciuitate Narniensis mulier desiccata habens manum, bonam recipit; & iuuenis decem languens annis totoque corpore tumens, conualuit, votis emissis de sancti viri sepulchro oblationibus cohonestando. Cuius Fanensis ab hydropsi, Tudertinus ab arthritici, seu articulario morbo; mulier Eugubina à paralyti; quidam Pifenus, Bontadosus nomine, à chiragra & podagra, alius à lethali sagittæ vulnere, viri sancti meritis miraculose liberati sunt. Hispellati cuidam, cognomento Imperator, hernico defluebant, fædeque pendebant omnia intestina annis duodecim, donec inuocato S. Francisco in pristinum debitumque locum mirabiliter redierunt. Minorita quidam Marchiæ Anconitanæ periculose laborans morbo iliaco & fistula molesta, petiit à superiori licentiam accedendi ad S. institutoris sepulchrum, quam ei negauit, dubitans ne ex temporis intemperie, & niuium copia, plus sibi afferret ex itinere detrimenti. Lamentabatur ille secum de negata sibi licentia; cum ecce vir sanctus ei apparuit, iubens, vt voluntatem suam ad superiorum obtemperaret præceptum, extaheretque superinductam pelliculam & fasciam, imposterum religiosè studens regulæ obseruantia, propter cuius transgressionem hæc mala ei obtigerunt. Statim se sanum sensit, constanti facto religiosioris vitæ proposito. In eadem Marchia Anconitana iuuenis Aëtus nomine, totus leprofus, tumidus ventre, & venis inflatus, dum ei à patre persuaderetur, vt se totum S. Francisco deuoueat, & suæ staturæ faculam ad eius sepulchrum appendat, statim perfectam assecutus est valetudinem.

Muris concessa loquela.

Apud castrum plebis iuuenulus mutus à natiuitate adeo breuiculam habens linguam, vt ea omnino carere videretur, ad opidanum quendam, Marcum nomine diuertens, signisque petens, vt pro Dei amore hospitio reciperetur, charitativè admissus est. Placuit benefactori iuuenis viuacitas in rebus capiendis, & sollicitudo in agendis, detinuitque eum apud se aliquo rem-

ptre. Dum semel cum forte cenaret, coramque astaret iuuenulus, ei compassus inquit vxori: O quam facile S. Franciscus huic pauperi posset mederi, si vellet; neque inter tot; quæ ab eo audio quotidie fieri prodigia; hoc minimum reputarem; si ei loqui concederet. Ego ei libenter voueo, quod si ita fecerit, ad eius sepulchrum cum eodem adoraturus pergam, eumque in filium mihi adoptabo, & dum vixero omnia necessaria ei superimpendam. Non omnino dixit, cum subito iuuenis exclamans ait: Viuat S. Franciscus, arrectisque oculis; En ait, regreditur in caelum: qui inde venit, vt mihi loquelam conferret. Exultauit in miraculo hospes, quod ubique diuulgauit, fideliter complens, quod promissit. Alius nomine Villa, nec loqui poterat, nec ambulare; ductus à matre cum oblatione ad sancti sepulchrum, vt primum attigit gradum; quod ad tumulum descendebatur; magno dolore copiose euomens putorem corrupto sanguini immixtum, restitutus est sanitati. Mulier item ex graui infirmitate linguam habens palato hærentem, ita vt arte nulla, nullaque medicina potuerit vel vnum verbum proferre, voto emisso de sancto viro honorando donariis, putrida expuit carnis frustra, nec amplius sensit quidpiam molestiæ. In castro Grætij iuuenis surdus & mutus à parentibus, quibus olim familiaris Franciscus, sancto viro oblatus, mox saluus effectus, ubique sancti viri gloriam prædicabat. Hæc præter alia recitata sunt in ipsa canonizationis solemnitate adstantibus plurimis ex his, qui curati sunt, qui voce & curationis apertis indicis recepta testabantur beneficia.

Non alio commodiori loco miracula multa & magna, quæ Bonauentura deuoto conscripserat stilo; alique addiderunt, licebit offerre. Illa ad magnum lectoris fructum, & sancti viri gloriam ex ipso transcribo, & per sectiones distinguo, omisso vno aut altero ex iam relatis, quæ in hac miraculorum ferie interferunt. Ad omnipotentis, inquit Bonauentura, Dei honorem; B. Patris Francisci post glorificationem ipsius in caelis, aliqua ex approbatis scripturis miracula; ab illo præcipue, censui sumendum fore initium, in quo Crucis Iesu virtus ostenditur, & gloria innouatur. Nouus igitur homo Franciscus nouo & stupendo miraculo claruit: cum singulari priuilegio, retroactis sæculis non concessio, insignitus apparuit sacris videlicet stigmatibus decoratus, & configuratus in corpore mortis huius, corpori Crucifixi. De quo quicquid humana lingua dicatur, minus erit laudè dignum. Totum quidem viri Dei studiū tam publicum quam priuatum, circa crucem Domini versabatur, & vt Crucis signaculo, cordi eius à principio suæ conuersionis impresso, corpus consignaret exterius, in ipsa se cruce recludens, habitum penitentia sumpsit; crucis imaginem præferentem: quatenus sicut mens eius intus Dominum crucifixum induerat, sic & corpus eius indueret arma crucis; & in quo signo Deus potestates aëreas debellarat, in eodem suus exercitus Domino militaret. Sed & à principio temporis, quo crucifixo militare coeperat, diuersa circa eum crucis præfensione mysteria: sicut vitæ ipsius consideranti decursum clarius innotescit; qualiter apparitione crucis Dominicæ sepius formi, tam cogitatu, quam affectu & actu, totus fuit in crucifixi effigiem, per ipsius ex-

Francisci erga crucem studium.

Inter homines Angelus Franciscus.

Miracula S. Francisci Contracti consolidati.

Cæci illuminati.

Dæmoniis curati.

sticum transformatus amorem. Digne igitur summi Regis clementia, suis amatoribus ultra omnem æstimationem hominum condescendens, suæ crucis vexillum ipsius corpori deferendum impressit: ut qui mirando fuerat crucis amore præuentus, mirando etiam fieret crucis honore mirificus. Ad huius stupendi miraculi irrefragabilem firmitatem, non solum videntium & palpantium testimonia, per omnem modum credibilia, verum etiam apparitiones mirabiles, & virtutes post ipsius obitum coruscantes, ad omne mentis effugandum nubilum suffragantur.

*De veritate & virtute sacrorum stigmatum.*

Minotita quidam, officio prædicator, virtutis & famæ prærogatiua præpollens, cui firmiter erat de sanctis stigmatibus persuasum; dum humano sensu miraculi huius apud se rationem perquiret, dubitationis cœpit cuiusdam scrupulo titillare. Cum igitur per dies plurimos, sensuualitate fumente vigorem, luctamen huiusmodi pateretur: nocte dormienti S. Franciscus pedibus lutulentis apparuit, humiliter durus, & patienter iratus. Et quæ sunt, ait, ista in te conflictationum certamina? quæ dubitationum sordes? Vide manus meas, & pedes meos. Cumque ille videret manus confixas, lutulentorum pedum stigmata non videbat; remoue, inquit, lutum à pedibus meis, & cognosce loca clauorum; quos cum ille apprehendisset deuotè: lutum sibi videbatur abstergere, locaque clauorum manibus contrectare. Continuo ut euigilat, lachrymis irrigatur: & priores affectus quodammodo lutulentos, tam lachrymarum profluuium, quam publica confessione deterfit.

In vrbis Roma, matrona quædam morum claritate, ac parentum gloria nobilis, S. Franciscum in suum elegerat aduocatum, ipsius habens depictam imaginem in secreto cubiculo, ubi patrem in abscondito exorabat. Die vero quadam, dum orationi vacaret, considerans imaginem sancti, sacra illa signa stigmatum non habentem; dolere cœpit non modicum & mirari. Sed non mirum, si in pictura non erat, quod pictor omiserat. Cumque per plures dies, quid causæ foret defectus huiusmodi, mente sollicita pertractaret: ecce subito die quadam apparuerunt signa illa mirifica in pictura, sicut in aliis ipsius sancti imaginibus pingi solet. Tremefacta illa, filiam suam, Deo deuotam, aduocauit, protinus requirens si absque stigmatibus vsque tunc imago fuisset. Affirmat illa, & iurat olim sine illis sacris stigmatibus extitisse, & nunc verè cum stigmatibus apparere. Verum quia mens humana semetipsam frequenter impellit, ut cadat, & in dubium reuocet veritatem; subintrat iterum cor mulieris dubitatio noxia, ne forte sic fuisset imago à principio consignata. At Dei virtus ne primum contemneret miraculum, addidit & secundum: continuo namque disparentibus signis illis, nudata priuilegiis imago remansit; ut per sequens signum fieret probatio præcedentis.

In Cathalonia quoque apud Ilerdam, accidit virum quendam nomine Ioannem B. Franciscum deuotum, quodam sero, per quandam incedere viam, in qua, pro inferenda morte latitabant insidias: non quidem ipsi, qui inimicitias non habebat, sed alteri cuidam, qui videbatur similis eius, & tunc erat in comitatu ipsius. Exurgens

autem quidam de insidiis, cum hostem suum hunc esse putaret; tam lethaliter eum plagis plurimis gladiavit, ut nulla prorsus superesset spes recuperandæ salutis. Siquidem primo inflicta percussio, humerum cum brachio penè totum absciderat: & ictus alius sub mammilla tantam reliquerat aperturam, ut flatus inde procedens, circa sex candelas simul coniunctas extingueret. Cum igitur consilio medicorum, ipsius impossibilis esset curatio; pro eo quod putrescentibus plagis, ex eis fœtor tam intolerabilis exhalaret, ut etiam ipsa eius vxor vehementer horreret; nullisque iam humanis iuari posse remediis: conuertit se ad B. Patris Francisci patrociniū, quanta poterat deuotione poscendum, quem inter ipsos ictus, vna cum B. Virgine fidentissime inuocarat. Et ecce, misero in lectulo calamitatis solitario decubanti, cum Francisci nomen vigilans & eiulans frequentius replicaret; astitit quidam in habitu fratris Minoris, per fenestram, ut ei videbatur, ingressus: qui vocans eum ex nomine, dixit; quia fiduciā habuisti in me, ecce Dominus liberabit te. A quo, cum æger quis esset, requiret, Franciscum illum se esse respondit. Et statim appropians, vulnerum illius ligaturas resoluit, & eum vnguento per omnes plagas, ut videbatur, perunxit. Statim autem ut sensit illarum sacrarum manuum, stigmatum Saluatoris virtute sanare valentium, suauem contactum: expulsa putredine, restituta carne, & vulneribus solidatis, restitutus est integrè pristina sospitati: quo facto beatus pater abcessit, & ipse sentiens se sanatum, & in vocem diuinæ laudis & B. Francisci lætanter erumpens, vocauit vxorem. At illa celerius currens; & stare iam videns, quem sepeliendum credebat in crastino; cum esset stupore vehemēti perterrita, viciniam totam clamore compleuit. Accurrentes autem sui, cum illum niterentur, tanquam freneticum in lecto reponere, & ille è contra renitens assereret, & ostenderet se sanatum; tanto sunt stupore attoniti, ut quasi sine mente omnes effecti, phantasticum esse crederent, quod videbant: quia quem paulo ante conspexerant plagis atrocissimis laniatum, & totum iam marcidum; plena cernebant incolumitate iucundum. Ad quos ille, qui factus fuerat sanus: Nolite timere, inquit, nolite credere inane, quod cernitis: quia S. Franciscus modo à loco recessit, & illarum sacrarum manuum tactu, me integre ab omni plaga curauit. Crebrescente tandem huius fama miraculi, accelerat populus omnis; & videntes in tam aperto prodigio, stigmatum B. Francisci virtutem, admiratione simul & gaudio replebantur; Christianique signiferum magnis laudum præconiis extollebant. Digne quidem beatus Pater, carne iam mortuus, & viuens cum Christo, præsentia suæ ostensione mirabili & manuum sacrarum palpatione suauis, vulnerato lethaliter viro sanitatem concessit: cum illius etiam in se stigmata tulerit, qui misericorditer moriens, & mirabiliter surgens, vulneratum genus humanum & semiuiuum relictum plagarum suarum virtute sanauit.

Apud Potentiam Apuliæ ciuitatem, erat quidam clericus Rogerus nomine, vir honorabilis, & Ecclesiæ maioris Canonicus. Hic cum infirmitate quassatus, die quadam Ecclesiam oraturus intrasset, in qua erat imago B. Francisci depicta, gloriosa stigmata repræsentans; cœpit de

Dubitantis de stigmatibus S. Francisci manus feritur.

illius sublimitate miraculi, tanquam de re omnino insolita, & impossibili dubitare. Subito igitur, dum mente plagatus interius cogitaret inania, in palma sinistra manus sub chirotheca, grauius se sensit esse percussum, sonitum audiens percussuræ, velut cum spiculum profilit de balista; moxque tam vulnere fauciat, quam sonitu stupefactus chirothecam de manu traxit, ut visu dignosceret, quod tactu perceperat, & auditu. Cumque nulla fuisset prius in palma percussio, conspexit in medio manus plagam, quasi sagittæ percussione inflictam ex qua tanta vis procedebat ardoris, ut videretur ex illo deficere. Mirabile dictu: nullum in chirotheca vestigium apparebat, ut latenti plagæ cordis, latenter inflicti pœna vulneris responderet. Clamat exinde per duos dies, & rugit dolore grauissimo stimulat, & increduli cordis velamen explicat vniuersis; credere se veraciter, sacra stigmata fuisse in S. Francisco fatetur, iurat contestans omnis dubitationis abcessisse phantasmata. Orat suppliciter sanctū Dei, per sacra sibi stigmata subuenire, & multas cordis preces multo impinguat profluuium lachrymarum. Mirum certè. Incredulitate proiecta, sanationem mentis, sanatio sequitur corporalis. Omnis quiescit dolor, frigescit ardor, nullum remanet vestigium percussuræ. Sicque factum est, ut latens mentis infirmitas, per patens carnis cauterium, superna prouidente clementia, curaretur; mēteque sanata & ipsa caro pariter sanaretur. Fit homo humilis Deo deuotus sancto, & fratrum ordini perpetua familiaritate subiectus. Huius rei tam solemne miraculum, iuramentis firmatum fuit; & literis sigilli Episcopi munimine roboratis, ipsius ad nos notitia delata peruenit. De sacris ergo stigmatibus, nullus sit ambiguitati locus; nullus in hoc, quia Deus bonus est, nequam sit oculus: quasi huiusmodi doni largitio sempiternæ bonitati non congruat. Si enim illo amore Seraphico, multa mēbra capiti cohærerent Christo, ut & in bello simili armatura inuenirentur condigna, & in regno ad similem forent gloriam subuehenda: nullus hoc sanæ mentis, nisi ad Christi gloriam diceret pertinere.

*De mortuis suscitatis.*

Mortua reuixit ad confitendum peccatum.

In castro montis Marani prope Beneuentum, mulier quædam S. Francisco peculiari deuotione cohærens, viam vniuersæ carnis intrauit. Conuenientibus autem clericis nocte ad exequias & vigiliis cum psalteriis decantandas; subito cunctis cernentibus erexit se mulier super lectum; & vnum de astantibus Sacerdotem, patrinum videlicet suum, aduocauit, dicens; Volo confiteri Pater. Ego enim mortua, duro eram carcere mancipanda: quoniam peccatum quod tibi pandam, necdum confessâ fueram. Sed orante, inquit, pro me S. Francisco, cui dum viuerem, deuota mente seruiui; redire nunc ad corpus indultum est mihi, ut illo reuelato peccato, sempiternam promerere vitam. Et ecce vobis videntibus, postquam illud detexero, ad promissam requiem properabo. Trementer ergo sacerdoti trementi confessâ, post absolutionem receptam, quiete se in lecto collegit, & in Domino feliciter obdormiuit.

In castro Pamarco, in montanis Apuliæ posito, patri & matri vnica erat filia in tenera ætate, tenere prædilecta. Qua infirmitate graui ad mor-

tem perducta, parentes eius successione in altum non sperantes, se in illa, quasi mortuos reputabant. Conuenientibus ergo consanguineis & amicis, ad flebile nimis funus; iacebat mater infelix, ineffabilibus completa doloribus, & absorpta suprema tristitia, de his quæ fiebant, nihil penitus aduertebat. Interim S. Franciscus, vno tantum socio comitatus apparens; desolatam visitare dignatus est faminam; quam sibi senserat esse deuotam; & piis eam affatus alloquiis: Noli flere, inquit, nam lucernæ tuæ lumen, quod deploras extinctum; mea tibi est intercessione reddendum. Surrexit continuo mulier; & quæ sibi dixerat sanctus, omnibus manifestans, non permisit extinctum corpus efferrit sed cum magna fide S. Francisci nomen inuocans, & mortuam filiam apprehendens, viuum & incolumem, cunctis videntibus & mirantibus alleuauit.

Cum Fratres de Noceria, peterent quoddam plaustrum, à quodam viro Petro nomine, quo aliquantulum indigebant, stultè respondit eis; pro petito subsidio arrogando conuitium; & pro elemosyna ad honorem sancti postulata Francisci, in nomen ipsius blasphemiam iaculando. Pœnituit hominem statim insipientiæ suæ, diuino super eum irruente pauore: ne forte vltio Domini sequeretur, sicut & fuit protinus subsecuta. Nam infirmatus continuè primogenitus eius, paruo elapso spatio, spiritum exhalauit. Voluit batur per humum pater infelix; & sanctum Dei Franciscum inuocare non cessans; cum lachrymis exclamabat: Ego sum, qui peccavi, ego, qui inique loquutus sum: me in persona propria flagellare debuisti. Redde sancte iam pœnitenti, quod abstulisti impie blasphemanti. Tibi me reddo, tuis me obsequiis semper expono: nam & deuotum sacrificium laudis, pro tui honore nominis semper offeram Christo. Mira res. Ad hæc verba surrexit puer; & planctum prohibens, se morientem eductum de corpore, per B. Franciscum deductum asseruit, & reductum.

Cuiusdam vrbis Romæ notarij, puerulus vix septennis, ad Ecclesiam S. Marci euntem, puerili more sequi desiderans, dum remanere domi compelleretur à matre, per fenestram palatij se protexit, & vltima quassatione collisus continuo expirauit. Mater vero quæ nondum longè discesserat ad sonitum corruentis præcipitium pignoris suspicata, celeriter rediit, filiumque reperiens tam miserabili casu repente subtractum, protinus sibi ipsi manus iniecit vltices, ac dolorosis clamoribus totam excitauit viciniam ad lamentum. Frater vero quidam nomine Raho de ordine Minorum illuc se ad prædicandum confrens, propinquauit ad puerum: & fide plenus ait ad patrem: Credisne Sanctum Dei Franciscum posse filium tuum à mortuis suscitare, propter amorem quem semper ad Christum habuit, pro reddenda vita hominibus crucifixum? Quo respondent e, se firmiter credere, & fideliter confiteri; seruūque sancti in perpetuum se esse futurum, si tantum à Deo munus per ipsius merita recipere mereretur; prostrauit se frater ille, cum fratre socio in oratione cæteros, qui aderant, excitans ad orandum. Quo facto cœpit puer aliquantulum oscitare, & apertis oculis, brachiisque eleuatis, seipsum erexit, & statim coram omnibus ambulauit incolumis per mirandam sancti virtutem, vitæ simul redditus & salutis.

Mortua puella viuificatur.

Item adolecens.

Puer item septennis.

Minoritæ de stigmatibus dubitanti fidem facit.

Miraculose apparent stigmata in eius imagine.

Et miracula se euascent.

Vulneratum lethaliter manuum contactu sanat.



# Vita B. Francisci,

# Caput decimum sextum.

Submersus  
puer vitæ  
redditur.

In ciuitate Capuæ, dum puer quidam super ripam Vulturini fluminis, cum pluribus iocaretur, incautus cecidit in profundum: quem fluminis imperus celeriter vorans, sub sabulo mortuum sepeliuit. Proclamantibus autem pueris, qui cum eo luserant circa flumen; populosa illuc multitudo conuenit. Cumque vniuersus populus suppliciter & deuotè beati Francisci merita inuocaret, vt deuotorum sibi parentum fidem aspiciens, prolem à mortis periculo dignaretur eripere; natator quidam procul astans, clamoribus auditis, accessit. Et post diuinam inquisitionem, inuocato tandem B. Francisci subsidio, locum inuenit, in quo limus in modum sepulchri, pueri cadauer obtexerat, quem effodiens, & extra deportans, dolens defunctum inspexit. Licet autem populus qui astabat, videret iuuenem mortuum, nihilominus tamen flens & eiulans proclamabat; Sancte Francisce, redde puerum patri suo. Sed & Iudæi qui superuenerant, naturali pietate commoti, dicebant; Sancte Francisce, redde puerum patri suo. Subito puer, lætantibus & mirantibus cunctis; exurgens incolumis, duci se ad Ecclesiam B. Francisci suppliciter postulauit, vt gratias illi deuotus exsolueret, cuius se nouerat virtute mirabiliter suscitatum.

Oppressus  
ruina reuiuiscit.

In ciuitate Sueffa, in Vico, qui *Ad columnas* dicitur, repente quædam corruens domus, vnum absorbit iuuenem & subito interemit. Viri autem & mulieres ruina sonitu excitati, vndique accurrentes, eleuauerunt hinc inde ligna & lapides; & miseræ matri mortuum filium reddiderunt. Illa vero amatissimis repleta singultibus, sicut poterat, dolorosis vocibus exclamabat. Sancte Francisce, sancte Francisce, redde mihi filium meum. Non solum autem illa, sed & omnes, qui aderant B. Patris præsidium flagitabant. Sed cum non esset neque vox, neque sensus, cadauer posuerunt in lectulo; & ad sepeliendum ipsum diem crastinum expectabant. Mater vero fiduciam habens in Domino; per merita sancti eius, votum emisit, noua se syndone B. Francisci operturam altare, si filium suum reuocaret ad vitam. Et ecce circa horam noctis mediam, cœpit iuuenis oscitare: & calefcentibus membris, viuis exurgens & sanus, in laudis verba prorumpit. Sed & clerum, qui conuenerat, & populum vniuersum excitauit ad laudes, & gratias Deo & B. Francisco cum mentis lætitia persoluendas.

Alius similiter  
adolefcens.

Iuuenis quidam, Gerlandinus nomine, de Ragusa oriundus, vindemiarum tempore ad vineas exiens, cum in vase vinario, vt vtres impleret, sub torculari se mitteret, repente prægrandes lapides, motis in se lignorum struibus, caput ipsius lethali percussione quassauerunt. Festinauit continuo pater ad filium, & desperans obrutum non adiuuit, sed eum sub onere, sicut corruit, sic reliquit. Accurrerunt expeditius vinitores, magni clamoris vocem lugubrem audientes: multoque cum patre pueri, dolore completi, extraxerunt iuuenem, iam mortuum à ruina. Pater vero ipsius Iesu pedibus prouolutus, humiliter precabatur vt filium suum vnicum per sancti Francisci merita, cuius tunc imminabat solemnitas, sibi reddere dignaretur. Ingeminabant preces, vouebat officia pietatis: & sancti viri corpus se visitaturum cū filio, si suscitaretur à mortuis, repromisit. Mirum certè. Continuo puer

qui toto fuerat corpore conuassatus, restitutus vitæ & integræ sospitati, gaudens coram omnibus exsurrexit; plangentes obiurgans, & sancti Francisci suffragiis vitæ se redditum asseuerans.

Alium in Germania à mortuis reuocauit, de quo Gregorius IX. quando sanctum eius Corpus ab Ecclesia S. Gregorij transferebatur, ad eam, quæ in eius honorem fabricata est, graue misit testimonium ad vniuersos fratres, qui ad dictam translationem, & Comitia generalia conuenerant.

### De his quos à mortis periculo liberauit.

In confinibus Vrbs, vir quidam nobilis Rudolphus nomine, cum Deo deuota vxore fratres Minores suo recepit hospitio: tam hospitalitatis gratia, quam B. Francisci reuerentia & amore. Nocte vero illa, in summitate turris dormiens custos castri, cum iaceret super struem lignorum in ipsa muri postorum crepidine: ipsorum soluta compage, in tectum palatii corruit, & exinde super terram. Excitata ad sonitum casus tota familia, & custodis intellecta ruina, dominus castri & domina cum fratribus accurrerunt. Is vero, qui ab alto corruerat, absorptus fuerat tam profundo sopore, vt nec ad casum euigilaret iteratè ruina, nec ad strepitum accurrentis familiarum clamore. Trahentium tandem & impellentium manibus excitatus, conqueri cœpit, quod dulci fuisset quiete priuatus: inter B. Francisci brachia, suauiter asserens se dormiuisse. Cum vero de casu proprio doceretur ab aliis, & in imo se videret, qui in alto iacuerat: stupens esse factum; quod fieri non perceperat, pœnitentiam se facturum ob reuerentiam Dei, & B. Francisci coram omnibus repromisit.

Ab alto cadens seruatur illæsus.

In castro Pophis, quod in Campania positum est, Sacerdos quidam Thomas nomine, accessit ad reparandum Ecclesiæ molendinum. Deambulans autem incautè circa extrema canalus, quo gurges profundus copioso influebat influxu: Subito casu canilloso ligno intrusus est, cuius impulsu voluitur molendinum. Cum igitur confertus iaceret in ligno, & super os ipsius, quia supinus erat, aquarum impetus inundaret: corde tamen, quia lingua non poterat, S. Franciscum flebiliter inuocabat. Per magnum vero spatium, sic illo iacente, ac de vita ipsius iam penitus sociis desperatis, in cõtrariam partem molam cum violentia reuoluerunt, & sic eiectus sacerdos palpitations volutabatur in aquæ meatu. Et ecce quidam frater Minor indutus tunica candida & fune succinctus, cum magna suauitate arreptum per brachium extra flumen eduxit, dicens: Ego sum Franciscus, quem inuocasti. Ille vero sic liberatus nimis obstupuit, volensque ipsius osculari vestigia huc atque illuc discurrebat, quærens à sociis: vbi est ille? quo abiit sanctus? qua via discessit? Viri autem illi tremefacti proni ceciderunt in terram, sublimis Dei gloriosa extollentes magnalia, & virtuosa merita humilis serui eius.

Submergens  
est periculo  
liberatur.

Iuuenes quidam de Burgo Celani pro metendis herbis exierant ad cæpestria quædam, in quibus vetus latebat puteus, herbis in summo ore virentibus obumbratus; qui quasi per passus quatuor altitudinem continebat. Segregatim igitur per campum discurrentibus pueris, vnus ex improviso decurrit in puteum. Absorbente

Lapsus in puteum præseruat.

autem profunda fouea corpus, spiritus mentis sursum recurrebat ad B. Francisci suffragium, clamens in ipso lapsu fideliter & fidenter; sancte Francisce adiuua me. Cæteri huc atque illuc se vertentes, dum puer alius non compareret, clamore, circuitu, & lachrymis requirebant eundem. Comperito tandem, quod in puteum cecidisset, festinanter cum gemitibus redierunt ad Burgum, indicantes euentum, exposcentes auxilium. Redeuntibus autem illis, cum multa hominum turba, demissus vnus per funem in puteum, puerum respexit in aquarum superficie residentem, nihil passum penitus læsionis. Extractus vero puteo puer, dixit omnibus, qui astabant: Quando subito cecidi, B. Francisci patrocini inuocaui: qui corruenti mihi statim præsentialiter adfuit, & manum porrigenis leuiter apprehendit; nec vnquam deseruit, donec vna vobiscum puteo me eduxit.

Magni lapidis casu mulier non læditur.

In Ecclesia B. Francisci apud Assisium, dum præsentè Romana Curia prædicaret D. Episcopus Ostiensis, qui postmodum summus Pontifex extitit Alexander; quidam lapis ponderosus & magnus incautè super pulpitem excelsum & lapideum derelictus, præ nimietate pressuræ impulsus, super caput cuiusdam cecidit mulieris. Existimantes igitur circumstantes, perfecte insaniam mortuam, & caput eius totaliter conuassatum: cooperuerunt eam pallio, quo erat amicta vt sermone finito, educeretur extra Ecclesiam lugubre funus, ipsa vero se B. Francisco, ante cuius iacebat altare, fideliter commendauit: & ecce prædicatione finita mulier coram omnibus adeo surrexit incolumis vt nullius in ea læsionis vestigium appareret. Sed & quod est amplius admirandum cum per longa tempora vsque ad horam illam, dolorem capitis, quasi continuu habuisset, plene fuit ex tunc ab omni morbi molestia liberata, sicut ipsa postmodum testabatur.

Sub magno pondere nihil sentit puerulus.

Apud Cornetum, cum in loco fratrum ad fusionem campanæ, viri quidam conuenissent deuoti: puerulus quidam octennis, Bartholomæus nomine, xenium quoddam fratribus laborantibus apportauit. Et ecce subito ventus vehemens concussa domo, ostium portæ, graue quidem & magnum, super ipsum puerulum ita valido proiecit impulsu, vt quem tam ingens pondus oppresserat, lethali crederetur collisione quassatus: sic enim totaliter iacebat tumulatus sub pondere, vt nihil exterius appareret. Accurrerunt omnes qui aderant, B. Francisci virtuosam dexteram inuocantes. Sed & pater ipsius, qui rigescens membris se mouere non poterat præ dolore; votis & voce S. Francisci filium offerebat. Leuatum est denique funestum pondus desuper puerum, & ecce quem credebant mortuum quasi suscitans à somno, lætus apparuit, nullam prorsus in se proferens læsionem. Igitur cum quatuordecim esset annorum, factus est frater Minor, vir postea literatus & famosus in ordine Prædicator.

Sub ingenti lapide non perit alius.

Homines de Lentino lapidem prægrandem absciderunt de monte, qui superponendus erat alteri cuiusdam Ecclesiæ B. Francisci in proximo consecrandæ. Cum autem ferè quadraginta homines, lapidem illum superponere vehiculo niterentur: repetitis sapius viribus, super quendam hominem lapis ille cecidit, & in modum sepulchri obrexit. Sed cum mente confusi, quid

facerent ignorarent: maior pars hominum desperata discessit. Porro viri decem qui remanserant, lugubri voce, sanctum inuocantes Franciscum, ne in suo seruitio, sic hortende moti hominem pateretur: resumpto tandem corde; tanta facilitate lapidem amouerunt, vt nullus dubitaret virtutem adfuisse Francisci. Surrexit homo incolumis in omnibus membris; insuper & lumina recuperabat limpidum oculorum, quod prius habuerat obscuratum: vt sic omnibus daretur intelligi; quam in rebus desperatis, beati Francisci merita validæ sint virtutis.

Alius in simili casu illæsus.

Simile quiddam accidit apud S. Seuerinum Marchia de Ancona. Dum enim lapis prægrandis de Constantinopoli adsportatus ad basilicam B. Francisci, multorum viribus traheretur; rapido lapsu est super quendam trahentium deuolutus. Cumque ille non solum crederetur defunctus, sed etiam totaliter comminutus: assistente sibi B. Francisco, & lapidem subleuante absque omni læsione sanus & incolumis, lapidis proiecto pondere prosiliuit.

Trabe oppressus fanitatis testitur.

Bartholomæus Caietanus cuius, cum ad constructionem cuiusdam Ecclesiæ B. Francisci non modicum dissuaderet: ruente trabe quadam infirmiter posita, eiusque opprimente ceruicem, fuit grauius conuassatus. Ipse vero mortem sibi sentiens imminem, vt erat vir fidelis & pius à quodam fratre viaticum postulauit. Quod frater ille tam celeriter asserre non valens, quia morti subito credebatur, B. Augustini verbum protulit, dicens ei. *Crede, & manducasti.* Sequenti vero nocte, B. Franciscus cum vndecim fratribus illi apparuit: & inter vbera portans agniculum, ad lectum eius accessit, vocauitque illum ex nomine dicens: Bartholomæe, noli timere: quia non præualebit aduersus te inimicus; qui te in meo seruitio voluit impedire. Hic est agnus, quæ tibi dari petebas, quem & propter bonum desiderium suscepisti, cuius etiam virtute consequeris vtriusque hominis sospitatem; & sic per vulnera manum ducens, ad opus quod cœperat, eum redire præcepit. Qui valde mane confurgens, & iis qui eum seminecem reliquerant, incolumis & lætus apparet, admirationem intulit & stuporem: sed & ipsorum mentes, ad B. Patris reuerentiam, & amorem tam exemplo sui, quam sancti miraculo excitauit.

Dire vulneratus curatur.

Quidam de castro Ceperani, nomine Nicolaus in manus inimicorum crudelium incidit die quadam: qui crudelitate ferali, vulneribus eum super vulnera concidentes, vsque aded super miserum sæuierunt, donec, vel extinctum crederent, vel protinus extinguendum. Clamauerat autem Nicolaus prædictus cum primos ietus exciperet alta voce: sancte Francisce, adiuua me, sancte Francisce, succurre mihi. Hanc vocem à remotis audierunt quamplurimi, licet auxilium ferre non possent. Deportatus tandem domum, totus suo sanguine volutatus, fiducialiter asserbat se mortem ex illis vulneribus non visurum nec etiam se tunc sentire dolores: quoniam sanctus Franciscus sibi succurreret; & vt pœnitentiam ageret à Domino impetrauit; quod & sequens confirmauit euentus. Nam lotus à sanguine continuo contra humanam speram, extitit liberatus.

Iuuenis item morti proximus.

Filius cuiusdam nobilis in castro S. Germani, valido languore detentus omnique vterius desperatus salute, ad extremum vsque perductus

# Vita B. Francisci,

# Caput decimum sextum.

est. Riuis etenim sanguinis ab oculis eius emanabat, sicut ex vena brachij asfolet ebullire: ceterisque propinque mortis veris indicijs, in reliquo corpore apparentibus, iudicabatur pro mortuo. Sed & præ debilitate spiritus, & virtutis, sensus & motus vsu priuatus, visus est penitus emigrasse. Congregatis autem ex more ad planetam parentibus & amicis, ac de sola agentibus sepultura: pater ipsius fiduciam habens in Domino, concito gressu ad Ecclesiam currit B. Francisci, quæ in eodem erat constructa: & cingulo suspensus ad guttur, cum omni humilitate se prosternit ad terram; sicque vota vouens, & multiplicans preces, suspiriis & gemitibus meruit apud Christum, S. Franciscum habere patronum Reuersus itaque statim pater ad filium, & sanitati restitutum inueniens, luctum in gaudium commutauit.

Simile quiddam meritis sancti, operatus est Dominus, circa puellam quandam in Catholonia, de villa nomine Thamarit; & circa aliam de Ancona: quæ cum essent præ nimietate ægritudinis in vltimo spiritu constitutæ, B. Franciscus fideliter à parentibus inuocatus, perfectæ continuo eas restituit sanitati.

Clericus quidam de vico Albo nomine Mathæus, veneno mortifero bibito, in tantum fuit grauatus, quod loqui aliquo modo non valens, solum finalem exitum expectabat. Sacerdos quidam, vt sibi confiteretur, admonuit; & verbum vnum ab eo extorquere non valuit. Ipse vero in corde suo humiliter Christum orabat, vt per B. Francisci merita, à mortis eum faucibus eripere dignaretur. Moxque vt confortatus à Domino B. Francisci nomen fideli deuotione depromptit, testibus qui aderant, veneno euomito, liberatori suo gratias egit.

## De liberatis à naufragio.

In magno maris periculo positi quidam nauaræ, cum miliaria decem à portu Barulitano distarent, ingrauescente nimium tempestate, iam de vita dubij anchoras submiserunt. Verum spiritu procellarum, mari feruentius tumescente, fractis funibus, & relicis anchoris incerto, & inæquali cursu per æquora vagantur. Tandem nutu diuino, mari placato, ad resumendas anchoras, quarum funes superius enatabant, toto se conamine parauerunt. Cumque id perficere proprijs viribus non valerent, plurimorum sanctorum inuocato subsidio, multisque iam sudoribus liquecentes, nec vnam per totam diem resumere potuerunt. Aderat autem nauta quidam Perfectus nomine sed moribus imperfectus, qui cum irrisione quadam dixit ad socios. Ecce sanctorum omnium inuocastis auxilium, & vt videtis nullus est, qui succurrat. Inuocemus istum Franciscum, qui nouellus est sanctus: si quo modo in mare se mergat, & anchoras perditas reddat. Conenserunt ceteri non irrisorie, sed veraciter suasioni Perfecti: & ipsius obiurgantes irrisorium verbum, firmauerunt cum Sancto spontaneum votum, statimque in momento sine aliquo adminiculo natauerunt anchoræ super aquas, quasi ferri natura versa foret in ligneam leuitatem.

Peregrinus quidam inualidus corpore, propter febris peracutæ symptomata, quam fuerat antè perpeffus: nauì quadam subuectus, de vl-

tramarinis partibus veniebat. Ferebatur autem ipse ad S. Franciscum præcipuo deuotionis affectu, & cum sibi apud cælestem Regem elegerat aduocatum. Cum igitur necdum perfectè liber à morbo sitis angustaretur ardoribus, deficiente iam aqua, cœpit alta voce clamare: Ite fidenter, haurite poculum mihi: quia B. Franciscus valculum meum aqua repleuit. Mirum certè. Inuenerunt vas aqua repletum, quod fuerat ante vacuum derelictum. Alio vero die, cum tempestate suborta operiretur nauis fluctibus, & procellis quateretur perualidis, ita vt iam naufragium timerent: cœpit idem infirmus subito clamore vociferari: Surgite omnes, inquit, & B. Franciscus venienti occurrere: ecce ad saluandum nos adest, sicque cum voce magna & lachrymis in faciem procidens adorauit. Statim ad sancti visionem omnem sospitatem resumpsit infirmus, & maris fuit tranquillitas subsequuta.

Fr. Iacobus Reatinus, cum in nauicula parua, fluuium quendam cum alijs fratribus pertransiret, focijs primos super ripam positos, postremo se ad exitum præparabat: sed modico illo ligno per infortunium reuoluto, rector renatante, frater merfus est in profundum. Inuocabant fratres extra positi, affectuosis precibus B. Franciscum: & vt filio succurreret, lachrymosis gemitibus supplicabant. Submersus autem frater, de ventre gurgitis nimis immensi, cum ore non posset, corde clamabat, vt poterat implorans pij patris subsidium. Et ecce auxiliante sibi B. Patris præsentia, per profundum sicut per aridam ambulabat: & demersam nauiculam capiens, cum ea peruenit ad littus. Mirabile dictu. Vestimenta eius madida non sunt, nec aquæ gutta proximauit ad tunicam.

Fr. Bonauentura nomine, cum duobus viris per lacum quendam nauigans contracta ex parte nauicula, propter aquæ affluentis impetum, demersus est cum nauì & focijs in profundum. cum autem de lacu miseræ misericordem patrem Franciscum inuocarent, cum multa fiducia supernatauit subito aqua plena nauicula; & cum eis, sancto præbente ducatum, salubriter peruenit ad portum. Sic & quidam fater de Esculo submersus in flumine S. Francisci meritis extitit liberatus. Sed & in lacu Reatino, cum quidam viri & mulieres in consilium essent periculo constituti ad inuocationem nominis S. Francisci, de aquarum multarum periculo naufragio euaserunt.

Quidam nauaræ Anconitani periculosa tempestate iactati, submersionis periculum iam videbant. Cumque sic desperati de vita S. Franciscum suppliciter inuocarent: lumen in mari magnum apparuit; & cum ipso lumine tranquillitas concessa diuinitus, ac si beatus vir sua miranda virtute, & ventis imperare posset & mari. Quantis autem miraculorum prodigijs beatus hic pater in mari claruerit, & clarescat; quoties ibidem opem tulerit desperatis; nullatenus credo possibile per singula enarrare. Nec mirum, si iam regnanti in cælis collarum est imperium super aquas: cui & in hac mortalitate degenti, omnis corporea creatura, ad suam refigurata originem, mirabiliter seruebat.

## De liberatis à vinculis, & carceribus.

In Romania, Græcum quendam cuiusdam

domini seruentem, contigit de furto fallaciter accusari: quem dominus terræ in altum carcerem mandauit includi, & grauitè vinculari. Domina vero domus miseræ serui, quem indubitanter credebat à culpa sibi imposita innocentem; pro liberatione ipsius apud virum precibus insistebat deuotis. Verum non acquiescente viri sui duritia obstinata, recurrit Domina suppliciter ad S. Franciscum, & eius pietati voto commendauit infontem. Protinus adfuit miserorum adiutor, & virum in carcere positum misericorditer visitauit, soluit vincula, carcerem fregit, innocentem manibus apprehensum, foras eduxit & ait: Ego sum ille, cui domina tua te deuote commisit. Cumque ille timore magno corripeteretur, & pro descensu altissimæ rupis voraginem circuiret: subito liberatoris sui virtute inueniens se in plano, rediit ad dominam suam, relataque per ordinem miraculi veritate, deuotam dominam ad Christi amorem, & reuerentiam serui eius Francisci feruentius inflammat.

In Massa S. Petri, cuidam militi debebat pecuniæ quantitatem pauperculus quidam, cumque præ inopia facultas non suppeteret persoluedi; captus debitor à milite repetente, misereri sibi orabat suppliciter, dilationem quærens amore B. Francisci. Spreuit superbus miles preces oblatas; & sancti amorem velut inane quid, inaniter vilipendit. Nam ceruicosè respondens: Tali te, ait, loco recludam, & tali retrudam carcere, quod nec Franciscus, nec aliquis te poterit adiuuare. Tentauit quod dixit; carcerem adiuuenit obscurum, in quo hominem vincularum coniecit. Paulò post adfuit B. Franciscus: & fracto carcere, ruptisque compedibus, illæsum hominem reduxit ad propria. Sic fortitudo Francisci, militem est prædata superbum, captiuum, qui se sibi subiecerat, liberauit à malo, militique proteruam admirando miraculo in mansuetudinem commutauit.

Albertus de Aretio, cum in vinculis atrocissimis teneretur pro debitis iniuste ab eo petitis: suam innocentiam S. Francisco humiliter commendauit. Ordinem quidem fratrum Minorum plurimum diligebat, & S. Franciscum inter sanctos speciali venerabatur affectu. Dixit autem creditor suus voce blasphema; quod nec Franciscus, nec Deus posset eum de suis manibus liberare. Factum est itaque in vigilia S. Francisci, cum vincus ille nihil comedisset, sed ob sancti amorem victum suum cuidam tribuisset egeno; nocte veniente apparuit ei vigilanti S. Franciscus, ad cuius ingressum vincula de pedibus & catenæ de manibus ceciderunt, sponte aperta sunt ostia, profluerunt tabulæ de solario, & liber abscessit homo ad propria rediens, impleuit ex tunc votum, ieiunans vigiliam B. Francisci: & cereo, quem annuatim consuevit offerre, in accrescentis deuotionis indicium annuatim viciam superaddens.

Residente in sede B. Petri Domino Gregorio IX. quidam Petrus nomine de ciuitate Assisia, de hæresi accusatus, Romæ captus est; & de mandato eiusdem Pontificis ad custodiendum traditus Episcopo Tiburtino: quem sub pœna Episcopatus accipiens, compedibus alligauit, obscuroque ipsum carcere, ne posset effugere, includi fecit, panem ei præbens in pondere, & poculum in mensura. Cœpit autem homo ille B. Franciscum ad sui miserendum multis preci-

bus & fletibus inuocare: eo quod audierat solemnitate eius iam adesse vigiliam. Et quoniam fidei puritate omnem abdicauerat hæreticæ prauitatis errorem; totaque cordis deuotione ad hæserat fidelissimo Christi seruo Francisco: intercedentibus ipsius meritis, à Domino meruit exaudiri. Instante enim iam nocte suæ festiuitatis, circa crepusculum B. Francisci in carcerem miseratus descendit; & illum suo nomine vocans vt cito surgeret imperauit. Qui timore perterritus, quisnam esset interrogans? B. Franciscum adesse audiuit. Cumque virtute præsentia viri sancti, vincula pedum suorum contracta conspiceret cecidisse; & tabulas carceris clauis vitro profluentibus aperiri, & apertum iter sibi ad exeuendum præberi: solutus tamen & obstupescens fugere nesciebat; sed ad ianuam clamans custodes omnes perterritus. Qui cum eum liberatum à vinculis, Episcopo nunciassent post intellectum ordinem rei, ad carcerem Pontifex deuotus accessit; & manifeste Dei virtutem agnosens, Dominum adorauit ibidem, vincula quoque coram domino Papa & Cardinalibus delata fuerunt, qui videntes quod factum fuerat admirati plurimum benedixerunt Deum.

Guidolorus de S. Geminiano falso accusatus fuit quod veneno interemerat quendam virum, & quod eodem genere mortis, filium eiusdem viri, & vniuersam eius familiam proposuerat enecare. Captus proinde à Potestate terræ, grauissimis vinculis aggrauatus in turri quadam reclusus est. Ipse vero fiduciam habens in Domino, pro sua innocentia, quam sciebat, causam commisit B. Francisci patrocinio defendendam. Excogitante igitur Potestate, qualiter criminis obiecti confessionem eliceret per tormenta, quolibetque pœnis confessum faceret interire, nocte illa cum mane ad cruciatus deberet adduci, S. Francisci præsentia extitit visitatus: & immenso luminis fulgore vique mane circumdatus, repletusque gaudio & fiducia multa securitatem euasionis accepit. Aduenerunt mane tortores, & eductum de carcere, equuleo suspenderunt, aggrauantes super eum multa pondera ferri. Depositus est pluries & iterum eleuatus, vt pœna pœnæ succedente, citius ad confessionem criminis adigeretur: sed spiritu innocentia lætabatur, in vultu nullam molestiam prætendens in pœnis, deinde accensus est ignis sub ipso modicus; nec propterea capillus est læsus, cum tamen capite dependeret ad terram. Tandem bulliente oleo superfusus, virtute patroni, cui se commiserat defendendum, hæc omnia superauit, & sic dimissus liber, saluus abscessit.

## De liberatis à periculo partus.

Quædam Comitissa in Sclauonia sicut nobilitate illustris, sic & æmula probitatis erga sanctum Franciscum deuotione flagrabat, erga fratres vero sedula pietate. Tempore vero partus, duos perpeffa dolores, tanta fuit angustia molestata, vt prolis futurus ortus, præsens videretur matris occasus. Non videbatur infantem eniti posse ad vitam, nisi expiraret è vita: nec tali nisi parere sed perire. Subuenit cordi eius S. Francisci fama, virtus & gloria, excitatur fides, inflammatur deuotio. Conuertit se ad auxilium efficax, ad fidum amicum, ad deuorum solatium, refugium afflictorum: Sancte Francisce, inquit, pie-

Ægræ puellæ duæ sanantur.

Qui venenam hauserat curatur.

Anchoræ perditæ nauis redduntur.

Infirmus desideratam aquam accipit.

Et tempestat sedatur in mari.

Submersus frater per profundum ambulat.

Accusatus furci, sed falso, è carcere eripitur.

Alius ob debita incarcerationis liberatur.

Item alij à submersione seruati.

Item alius iniuste in vincula coniectus.

Accusatus furci, sed falso è carcere eripitur.

Hæreticus abiurata hæresi mirabiliter liberatur.

Falso accusatus, in tormentis defenditur.

Parturiens à dolore & periculo liberatur.



tati tuæ supplicat omnia ossa mea; & mente voueo quod explicare non possum. Mira celeritas pietatis. Finis dicendi, finis fuit dolendi; parturienti meta, pariendi principium. Statim enim omni cessante pressura partum edidit cum salute. Non fuit immemor voti, non propositi refuga: Ecclesiam qaandam pulchram construi fecit, & constructam ad sancti honorem fratribus assignauit.

In partibus Romanis, mulier quædam Beatrix nomine vicina partui, cum per dies quatuor fœtum in ventre portaret extinctum; multis infelix agitabatur angustiis, & exitalibus doloribus vrgebatur. Mortuus fœtus, matrem cogebat ad mortem; & nondum in lucem productum abortiuum, publicum matris periculum pariebat. Tentabat medicorum auxilium: sed omne humanum remedium laborabat in vanum. Sic de primis maledictionibus copiosius aliquid declinat in miseriam; vt sepulchrum facta conceperet, sepulchrum pro certo proximum expectaret. Fratribus tandem Minoribus per internuncios tota se deuotione committens, suppliciter aliquid de S. Francisci reliquiis, fide plena poposcit. Contigit nutu diuino aliquantum inueniri de chorda, qua fuerat sanctus quandoque præcinctus. Mox vt super dolentem posita chorda fuit, omnis facillime solutus est dolor; mortis causa, mortuus fœtus emissus, pristina sanitas restituta.

Cuiusdam de Narnio nobilis viri vxor, Iuliana nomine, pro filiorum morte annos trahebat lugubres, & continue infelices deplorabat euentus: pro eo quod omnes, quos cum pressura portauerat, filios modico interiecto tempore cum vehementiori dolore sepulturæ tradiderat. Cum igitur quatuor mensium conceptus haberet in vtero, magisque propter euentus præteritos de conceptæ prolis sollicitaretur obitu, quam de ortu: B. Patrem Franciscum pro vita nondum nati fœtus, fideliter precabatur. Ecce autem nocte quadam, dormienti sibi mulier quædam apparebat in somnis, formosum puerulum gestans in manibus; illumque lætissime offerebat eidem. Cum vero illa recipere recusaret, quem statim formidat amittere, mulier illa subiunxit; secure suscipias, quia quem tuo mœrori compatiens, sacer mittit Franciscus, vita viuet, & sospitate gaudebit. Statim euigilans mulier intellexit per ostensam sibi coelitus visionem, B. Francisci sibi adesse suffragium. Ex tunc abundantiori completa lætitia pro suscipienda prole iuxta promissum multiplicauit preces, & vota promisit. Impletum est denique tempus pariendi, & peperit fœmina masculum: qui iuuenilis robore florens ætatis, tanquam per B. Francisci merita fomentum suscipere vitæ, incitamentum parentibus præbuit ad Christum, & sanctum eius deuotionis affectus. Simile quiddam huic in Tiburis ciuitate sanctus Pater effecit. Cum enim mulier quædam filias plurimas peperisset, desiderio prolis fatigata virilis, apud S. Franciscum preces ingeminauit & vota. Concepti igitur eius meritis mulier illa, & geminos ei parere dedit, qui pro vno fuerat exoratus.

Apud Viterbium partui propinqua mulier, morti propinquior censebatur, visceralibus tormentata doloribus & tota calamitosa infortuniis mulierum. Cumque naturæ succumbente virtute, omnis deficeret artis industria: inuocato

B. Francisci nomine, liberata confestim mulier partum salubriter terminauit. Sed assecuta quod voluit, & oblita beneficij quod accepit; honorem sancto non deferens, die natalis ipsius ad opera seruilia manus extendit, & ecce subito dexteram brachium ad laborem extensum inflexibile remansit & aridum. Quod cum studeret ad se reuocare cum altero, vltione consimili, & illud exaruit. Timore igitur diuino correpta mulier, redintegrauit votum; vsumque membrorum, quem propter ingratitude amiserat & contemptum, per misericordis & humilis sancti merita, cui se iterato deuouit, recuperare promeruit.

Mulier quædam de partibus Aretinis, cum per septem dies partus discrimina sustineret, & iam in nigredinem versa desperata esset ab omnibus: votum fecit B. Francisco, & eius cœpit moriens auxilium inuocare. Emissio autem voto celeriter obdormiuit; viditque in somnis, beatum Franciscum se dulciter alloquentem, ac requirentem, vtrum faciem ipsius agnosceret, & an Antiphonam illam Virginis gloriosæ: *Salve Regina mater misericordia*, sciret ad honorem eiusdem virginis recitare. Qua respondente se habere notitiam de vtriusque; Incipe ait sanctus, Antiphonam sacram, & antequam compleas, paries cum salute. Ad hanc vocem euigilauit mulier, & cum timore cœpit dicere; *Salve Regina mater misericordia*. Cumque illos misericordes oculos precaretur, fructumque commemoraret vteri virginalis: continuo cunctis liberata pressuris infantem speciosum peperit, gratias agens Reginae misericordis, quæ per B. Francisci merita, ipsius fuerat dignata misereri.

De cæcis illuminatis.

In conuentu fratrum Minorum Neapoli, cum quidam frater, Robertus nomine, cæcus annis plurimis extitisset: creuit in oculis eius caro superflua, motum & vsum impediens palpebrarum. Cum igitur fratres forenses ad diuersas mundi partes tendentes, ibidem plurimi conuenissent: B. Pater Franciscus speculum obedientiæ sanctæ, vt eos miraculi nouitate hortaretur ad iter, prædictum fratrem ipsis præsentibus, tali modo curauit. Iacebat nocte quadam frater Robertus prædictus æger ad mortem, ianque sibi fuerat anima commendata: tum ecce astitit ei B. Pater cum tribus fratribus omni sanctitate perfectis, videlicet S. Antonio, fratre Augustino, & fratre Iacobo de Assisio, qui sicut eum perfecte fuerant sequuti, dum viuerent, ita & ipsum alacriter comitabantur post mortem. Accipiens cultellum S. Francisci, carnem superflua refecauit, lumen restituit pristinum, & à mortis cum fauce reduxit: dixitque illi; Fili Roberte gratia, quam tecum feci, signum est fratribus ad remotas nationes euntibus, quod ego præcedam eos, & ipsum dirigam gressus. Vadant, inquit, gaudentes, & iniunctam obedientiam alacri animo exequantur.

Apud Thebas in Romania, mulier cæca vigiliam S. Francisci in pane tantum & aqua ieiunans ad Ecclesiam fratrum Minorum, summo mane festiuitatis, à vito suo perducta est. Quæ dum Missa celebratur, in eleuatione corporis Christi oculos aperuit, clarè vidit, deuotissime adorauit. In ipsa vero adoratione, voce magna procla-

mans: Gratias, inquit, Deo, & sancto eius: quia video Corpus Christi. Omnibus, qui aderant, in voce exultationis conuersis: post sacrorum expletionem, reuersa est mulier ad domum suam, cum gaudio spiritus, & lumine oculorum. Exultabat quidem mulier, non solum quia lucis corporeæ recuperarat aspectum: verumetiam quia sacramentum illud mirificum, quod est lumen animarum verum & viuum, respectu primario per B. Francisci merita fidei suffragante virtute, meuerat intueri.

In Campania puer quidam quatuordecim annorum, de castro Pophis, subita vexatus angustia, sinistram oculum amisit ex toto. Passionis acerbitas, sic de loco suo protulit oculum, quod per octo dies, extra, neruo relaxato longitudine digiti vnus ad maxillas dependens pene aridus est effectus. Sed cum sola superesset abscissio, & à medentibus foret penitus desperatus; parer eius ad auxilium B. Francisci tota se mente conuertit. Non defuit illi indefessus miserorum adiutor, precibus supplicantis. Nam oculum aridum, mirabili virtute in locum suum, pristinumque vigorem restituit, & lucis sopratæ radiis illustrauit.

In eadem Prouincia apud castrum, magni ponderis lignum ex alto prorupit, & cuiusdam sacerdotis caput grauissimè quatians, sinistram oculum excæcauit, qui humi deiectus cœpit alta voce sanctum Franciscum luctuose clamare, dicens: Succurre pater sanctissime: vt ad festum tuum ire valeam, sicut fratribus tuis ire promisi, erat enim vigilia sancti, qui statim exurgens peroptime liberatus, in vocem prorupit laudis & gaudij; & circumstantes omnes, qui eius miseriæ condolebant, in stuporem conuertit & iubilum. Iuit ad festum narrans omnibus, quam in se expertus fuerat clementiam & virtutem.

Vir quidam de monte Gargano dum in vinea sua laborans, lignum quoddam ferro succideret, proprium percussit oculum; & sic diuisit per medium, vt quasi media pars ipsius exterius dependeret. Cumque in tam desperato periculo, desperaret sibi posse per hominem subueniri: ieiunaturum se in festo S. Francisci, si ei succurreret, repromisit: statim in loco debito viri oculum Sanctus Dei restituit; sicque diuisum reuinxit & lumine pristino decorauit, vt nullius læsionis vestigia remanerent.

Filius cuiusdam nobilis viri à natiuitate cæcus, meritis B. Francisci lumen accepit optatum; qui nomen ab euentu sortitus, Illuminatus vocatus est. Assumpsit postea cum in ætate esset, ordinem B. Francisci, accepti beneficij non ingratus: tantumque profecit in lumine gratiæ & virtutis, vt vere lucis filius videretur. Tandem B. Patris promerentibus meritis sanctum initium sine sanctiore conclusit.

In Zachanto, quod est castrum iuxta Anagninam, miles quidam Gerardus nomine, oculorum lumen ex toto perdidit. Accidit autem vt duo fratres Minores ab extèris partibus venientes ad domum ipsius hospitaturi diuertèrent. Suscepti itaque deuotè, propter reuerentiam S. Francisci à familia tota, & cum omni benignitate tractati, gratias agentes Deo & hospiti ad locum fratrum deuenere. Noctè igitur quadam, B. Franciscus vni fratrum illorum in somnis apparuit dicens: Surge, festina cum socio ad domum hospitis nostri, qui Christum & me susce-

pit in vobis: volo enim beneficia rependete pietatis; cæcus quidem effectus, suis promerentibus culpis, quas penitentiæ non studuit confessione purgare. Disparente quoque patre, frater festinus surrexit, vt mandatum cum socio celeriter adimpleret, venientesque ad hospitis domum, cuncta, quæ viderat alter, per ordinem narrauerunt eidem. Stupuit vir ille non modicum, & vniuersa quæ dicebantur, vera esse confirmans: compunctus ad lachrymas confessus est lubens. Tandem correctione promissa interiorique homine taliter renouato, exteriorem continuo recuperauit aspectum. Huius miraculi fama circumquaque diffusa non solum ad reuerentiam sancti, verumetiam ad confessionem humilem peccatorum, & hospitalitatis gratiam plurimos incitauit.

Quidam pro furti calumnia cæcatus fuit rigore iustitiæ secularis apud Assisium; Othonem milite per ministros publicos sententiam Octauiani iudicis de erudendis accusato oculis exequente, qui taliter deformatus, effossis oculis, præcis neruis opticus etiam cum cultello, ductus ad altare beati Francisci implorata ipsius clementia, & sua in prædicti criminis impositione, innocentia allegata, sancti ipsius merito infra triduum, nouos recepit oculos, minores quidem illis, quibus orbatus fuerat, sed non minus limpidè visus officium exercentes. Huius autem stupendi miraculi testis fuit prænomminatus miles Otho, iuramento ad hoc adstrictus, coram Domino Iacobo Abbate S. Clementis, auctoritate Domini Iacobi Episcopi Tiburtini de ipso miraculo inquirente. Testis etiam extitit eiusdem miraculi frater Guillelmus Romanus à fratre Hieronymo Esculano generali Ministro Ordinis fratrum Minorum, ad veritatem dicendam quam circa hoc nouerat, præcepto & excommunicationis sententia obligatus, qui taliter adstrictus coram pluribus ministris Prouincialibus eiusdem ordinis, & aliis magni meriti fratribus, affirmauit se dudum adhuc secularem existentem, vidisse eum habentem oculos; & postmodum actu executionis iniuriam patientem, ac se, excæcati oculis in terram proiectos curiose cum baculo reuoluisset, & postmodum virtute diuina, eundem nouæ lucis receptis oculis videntem clarissimè conspexisse.

De liberatis à variis infirmitatibus.

Fr. Iacobus de Iseo cum puerulus esset, in domo paterna incurrit rupturam corporis valde grauem. Superno vero afflatus spiritu, licet esset iuuenis & infirmus, Ordinem S. Francisci deuotus intrauit: nulli tamen qua vrgebatur, infirmitatem detexit. Factum est autem cum corpus sancti Francisci transferretur ad locum, vbi pretiosus sacrorum ossium eius nunc thesaurus est conditus; adfuit, & tunc dictus frater translationis gaudiis, vt glorificati iam patris corpori, honorem debitum exhiberet. Et appropinquans tumbæ, in qua ossa sacra fuerant collocata, præ deuotione spiritus, sacrum tumultum complexatus, & cum lachrymis multis orans subito, miro modo ad loca debita partibus reuocatis, sanum se sensit; succinctorium deposuit, & ex tunc ab omni dolore præterito liber fuit. Ab infirmitate quoque consimili, frater Bartholus de Eugubio, frater Angelus de Tuderro, Nicolaus

Alia mortuū fœtum inco-lamnis emisit.

Alia post multa pignorum funera parit filium victurum.

Alia binam accipit prole masculam.

Voti oblita punitur.

Oculum exstendit Franciscus restituit.

Recitans pñ Antiphonam salua peperit.

Alerum reddidit, & dolorem abstulit cuidam sacerdoti.

Oculum diuisum sanat.

A natiuitate cæcis illuminatus sic Minorita.

Hospiti fratrum reddidit vtriusque oculi visum.

Cæca missam audiens in die Natalis S. Francisci, visum recepit.

Falso accusato eturcos oculos restituit.

Hernicos plures curat.



Sacerdos de Strichano, Ioannes de Fora, vir quidam de Pisis, & alius de castro Cisternæ, Petrus quoque de Sicilia, & homo quidam de castro Spelli iuxta Assisium, & quamplures alij per Dei misericordiam & B. Francisci merita extiterunt mirabiliter liberati.

A morbo regio liberat.

In maritima, mulier quædam mentis alienationem per quinquennium passa, visu & auditu priuata est; indumenta dilaniabat dentibus, ignis & aquæ periculum non timebat, & caduci morbi ad summum incurrerat horribilem passionem. Nocte vero quadam, cum disponderet sibi diuina misericordia misereri, salutaris fulgore lucis superillustrata diuinitus vidit beatum Franciscum super folium sedere sublime: ante quem prostrata sanitate suppliciter exposcebat. Illo vero nondum fauente precibus; firmavit mulier votum promittens pro Dei amore, ac sancti, perentibus donec haberet, elemosynam non negare. Illico sanctus pactum recognouit, quod olim cum Domino fecerat simile: & signans eam crucis signaculo, integram sibi restituit sanitatem. A consimili passione puellam quandam de Nursia, & filium cuiusdam nobilis viri, & alios quosdam relatione veridica comperit esse S. Dei Franciscum misericorditer liberasse.

Fluxum sanguinis decinuit, atque alios saluos fecit.

Nobilis quædam mulier, Rogata nomine, in Episcopatu Sorano, per viginti tres annos fluxu sanguinis fatigata; sed à quam pluribus medicis quam plurima mala perpessa, præ nimietate quidem langoris, sæpius videbatur expirare. Sed & si quando fluxus huiusmodi stringebatur, tumescebat corpore toto. Audiens autem quendam puerum, Romano sermone canentem miracula, quæ Deus per B. Franciscum fuerat operatus; nimio dolore commota, tota prorupit in lachrymas: sicque intra se fide accensa, dicere cœpit: O beate pater Francisce, qui tantis cœriscas miraculis, si me dignaretis ab hac ægritudine liberare, magna tibi accresceret gloria: quoniam adhuc tantum miraculum non fecisti. Quid plura? His dictis, sensit se B. Francisci meritis liberatam: filium quoque ipsius Marium nomine, qui brachium habebat contractum, S. Franciscus voto ad ipsum emisso sanauit. Fœminam etiam quandam de Sicilia per septennium fluxu sanguinis fatigatam beatus Christi signifer salutem fecit.

Contractam solidauit.

In vrbe Roma, Praxedes quædam nomine, religiositate famosa; quæ à tenella ætate propter æterni sponsi amorem, arcto se carcere per quadraginta iam fere annos abdiderat, apud B. Franciscum, gratiam promeruit specialem. Nam cum die quadam pro rebus opportunitis, solarium suæ cellulæ conscendisset, & impulsione phantastica corruens, cum fractum haberet pedem cum cruce & humerum à positione debita sequestratum; apparuit ei benignissimus pater vestimentis gloriæ candidatus, & dulcibus affatibus alloqui cœpit eandem: Surge, inquit, filia benedicta, surge ne timeas. Et apprehensa manu ipsius, alleuans eam, disparuit. Ipsa vero per cellulam suam huc atque illuc se conuertens, putabat se visum videre; vsquequo ad clamorem ipsius apportato iam lumine, perfecte se sentiens per seruum Dei Franciscum esse sanatam, cuncta quæ acciderant per ordinem enarravit.

De non obseruantibus festum, & non honorantibus sanctum.

In Piceniæ partibus, in villa quæ Simo dicitur, sacerdos quidam Reginaldus nomine, beato Francisco deuotus, festum ipsius parochianis suis indixerat solemniter celebrandum. Vnus autem de populo ignorans sancti virtutem, sui parui pendit sacerdotis mandatum Egressus autem foras in agrum, vt ligna succideret, cum se præparasset ad opus, vocem audiuit huiusmodi ter dicentem; Festum est, operari non licet. Verum cum nec imperio sacerdotis, nec supernæ vocis oraculo, seruilis temeritas frænaretur: addidit diuina virtus ad gloriam sancti sui, sine mora miraculum, & flagellum. Mox enim vt furcam vna manu iam tenens, alteram cum ferreo instrumento leuauit ad opus; sic diuina virtute, vtraque manus vtrique instrumento cohæsit, vt ad neutrius dimissionem digitos aliquatenus relaxare valeret. Stupefactus nimis, & quid ageret nesciens, ad Ecclesiam multis vadique ad videndum prodigium concurrentibus, properauit. Vbi mente compunctus ante altare, quodam ex assistentibus sacerdote monente, (plures quippe ad festum vocati conuenerant Sacerdotes) beato Francisco se humiliter deuouit; tria, sicut ter vocem audierat, vota vouens, quod scilicet festum ipsius coleret, quod ad illam, in qua tunc erat, Ecclesiam in festo veniret; & quod sancti corpus personaliter visitaret. Mirum certe relatu, vno emisso voto vnus digitus factus est liber: ad secundi emissionem, solutus est alius: sed tertio facto voto, laxatus est tertius; & postmodum tota manus, necnon & altera subsequenter, populo, qui iam multus aduenerat, sancti clementiam deuotissime implorante. Sic homo pristina redditus libertati per seipsum instrumenta deposuit; cunctis laudantibus Deum, virtutemque sancti mirificam, qui tam mirabiliter percutere poterat, & sanare. Ipsa vero instrumenta vsque hodie (inquit Bonauentura) coram altari ad honorem B. Francisci fabricato, idem in memoriam facti dependent. Plura quoque illic, & in locis vicinis patrauit miracula, & sanctum in cælis ostendunt exinimum, & festum ipsius in terris venerabiliter excolendum.

Nolentem festum diem colere, punit.

Volentem sanat.

Mulieres alique ob neglectum festum plectuntur.

In ciuitate quoque Cenomanensi, dum in solemnitate sancti Francisci, mulier quædam manus ad colum extenderet, & digitis apprehenderet fufum, obrigentibus manibus cœperunt digiti magnis ardoribus cruciari. Igitur pœna docente, sancti recognoscens virtutem, corde compuncta, cucurrit ad fratres. Cumque pro salute ipsius deuoti filij sancti patris clementiam precarentur, incolumis effecta est statim: nec aliquid læsionis remansit in manibus, nisi ad facti memoriam, solum vestigium combusturæ. Simili etiam modo in Campania maiori, mulier quædam, & in villa Olecti mulier altera: & in castro Pyllci, tertia, dum beati Patris festum celebrare contemnerent, præuaricantes primum mirabiliter sunt punitæ: sed postmodum penitentes, per sancti Francisci merita mirabiliter liberatæ.

Miles quidam de Burgo in Prouincia Massæ, beati Francisci operibus, & miraculorum signis impudentissime detrahebat; inferebat multa opprobria

Detrahens gloriæ sancti Francisci miserabiliter occiditur.

opprobria peregrinis, ad ipsius memoriam venientibus, & contra fratres publica garriebat insaniam. Cum autem semel sancti gloriam impugneret: addidit super peccata sua blasphemiam detestandam. Si verum est inquit, quod Franciscus iste sit sanctus: gladio cadat hodie corpus meum. Si vero sanctus non est, euadamincolumis: non distulit ita Dei condignum inferre supplicium, cum iam facta fuisset oratio in peccatum. Mora enim modica interiecta, dum blasphemus nepoti suo inferret iniuriam: accepit ille gladium & patris visceribus cruentauit. Eodem die mortuus est sceleratus, inferni mancipium, & filius tenebrarum, vt cæteri discerent miranda Francisci opera, non blasphematorij verbis impetere, sed deuotis laudibus honorare.

Alius detraitor in lingua punitur.

Iudex quidam nomine Alexander, dum à beati Francisci deuotione, quos poterat venenata lingua rethraeret, diuino iudicio lingua priuatus, per sex annos obmutuit. Qui cum in eo, quo peccauerat, torqueretur; alta pœnitudine reuocatus dolebat, se contra sancti miracula oblatrasse. Itaque non perstitit misericordis indignatio sancti: sed pœnitentem, ac se humiliter inuocantem, restituta loquela, recepit ad gratiam. Ex tunc linguam blasphemam consecrauit laudibus sancti, deuotionem simul & disciplinam recipiens per flagellum.

De quibusdam alijs miraculis diuersorum generum.

Sicenti fontem educit aquarum.

In Castro Galiani Valicensis diœcesis, mulier quædam nomine Maria, quæ Christo Iesu, & B. Francisco famulatu deuoto subiecta, vna dierum æstiuo tempore exiit, vt manibus conquireret propriis necessarium victum. Cum igitur feruente nimium æstu, sitis deficere cœpisset ardoribus, omni priuata beneficio poculi, pro eo quod in monte arido sola esset, quasi exanimis humi prostrata, patronum suum sanctum Franciscum inuocabat pio mentis affectu. Dum autem perseueraret mulier in affectuosa & humili prece; labore, siti, & æstu fatigata quam plurimum, paululum obdormiuit, & ecce S. Franciscus adueniens, & eam vocans ex nomine: surge, inquit, & bibe aquam, quæ diuino munere tibi ac pluribus exhibetur. Ad huius vocis auditum surrexit mulier à somno, non modicum confortata, & accipiens silicem, quæ iuxta se erat, radicibus euulsit à terra; effodiensque ligno paruulo circumquaque, viuentem reperit aquam; quæ cum primo videretur paruula stilla, subito diuina virtute creuit in fontem. Bibit itaque mulier, & satiata oculis lauit, quos cum longa prius haberet ægritudine obumbratos, noua ex tunc sensit luce perfusus. Festinauit ad domum mulier, tam stupendum miraculum ad gloriam sancti Francisci denunciens vniversis. Concurrerunt vndique multi ad miraculi famam, experientia magistra discentes mirabilem illius aquæ virtutem dum ad ipsius haustum confessione præmissa à varijs morborum cladibus plurimi liberantur. Perseuerat vsque hodie fons ibi perspicuus; & in honore beati Francisci ibidem oratorium est constructum.

In Hispania apud sanctum Facundum, viri cuiusdam cerasum arefactam, ad viros em fron-

dium, florum & fructuum contra spem mirabiliter reuocauit. Incolas quoque terræ apud Vilesios, à vermium peste corrodentium vineas circumquaque, miraculoso suffragio liberauit, Sacerdotis cuiusdam iuxta Palentiam, horreum quoddam, quod vermibus frumentarijs repleti quolibet anno solitum erat, sibi fideliter commendatum penitus expurgauit. Terram quoque Domini cuiusdam de Petra mala in regno Apuliæ, sibi suppliciter commendatam, ab odiosa peste brutorum penitus seruauit indemnem: cum tamen in circuitu omnia essent prædicta pestilentia deuorata.

Agrotis in pruriis propicius.

Vir quidam Martinus nomine, cum longe à castro suo boues minasset ad pascua; crus vnus bouis casu quodam sic fuit desperatè confractum, vt nihil esset sibi de remedio aliquo cogitandum. Dum autem pro decoratione foret sollicitus, & instrumentum cum quo id faceret, non haberet: domum reuersus B. Francisco bouis curam reliquit, ipsumque fidei sancti custodia fiducialiter commendauit, ne ante suum reditum deuoraretur à lupis. Summo itaque mane ad bouem in silua relictum, cum excoiatiore reuersus: pascentem ipsum ita reinuenit incolumen quod nequaquam crus fractum ab altero discernebat. Gratias egit bono pastori, qui diligentem de boue suo curam habuit, & medelam donauit. Succurrere nouit humilis sanctus omnibus inuocantibus ipsum; nec quantumcumque paruas necessitates hominum dedignatur. Nam viro cuidam de Amiterno, iumentum restituit furto sublatum. Mulieri cuidam de Interduco catinum nouum in multas partes casu diuisum, integre reparauit. Viro etiam cuidam de monte Vlmi in Marchia consolidauit vomerem infructu confractum.

Bouis fractum crus solidauit.

In Sabinensi diœcesi vetula quædam octogenaria erat; cuius filia moriens lactanrem infantulum dereliquit. Cum igitur anus, pauper-cula, plena esset inopia, & vacua lacte; nullaque esset mulier, quæ sitienti paruulo lactis stillidium iuxta quod exigebat necessitas, erogaret; quo se verteret vetula, penitus ignorabat. Debilitato vero infantulo, nocte quadam omni humano desituta subsidio, ad beati Patris Francisci auxilium implorandum, lachrymarum imbri perfusa, tota se mente conuertit. Adfuit statim innocens amator ætatis: Ego, inquit, sum Franciscus, o mulier! que in tantis lachrymis inuocasti, pone, ait manus tuas in ore puerili: quoniam abundanter tibi lac Dominus dabit. Impleuit anus sancti mandatum; & statim octogenariæ mammæ lactis copiam effuderunt. Innotuit omnibus mirabile sancti donum; multus tam viris, quam mulieribus accelerantibus ad videndum. Et quia quod testabantur oculi, lingua impugnare non poterat: excitabantur omnes ad laudandum Deum in sancti sui virtute mirabili, & amabili pietate.

Octogenariæ pauperi lac præbet pro educando nepote.

Apud Spoletum, vir & vxor vnicum habentes filium, quoridie illum velut hæreditarium opprobrium deplorabant, brachiis siquidem collo connexis, iunctisque genibus pectori, & pedibus natibus alligatis; non hominis proles, sed monstrum quoddam potius videbatur. Vehementiori mulier ex hoc afflictæ dolore, crebris gemitibus clamabat ad Christum, S. Francisci auxilium inuocando, vt infelici sibi, & tali in opprobrio constitutæ succurrere dignaretur.

Monstruosus puerulus efformatur in pulchrum.

Nocte igitur quadam, cum propter huiusmodi tristitiam, tristis eam somnus arripere; apparuit ei S. Franciscus, piis eam affatibus mulcens: in super & suadens, quod ad locum propinquum suo nomini dedicatum, deserret puerum, vt ex aqua putei loci illius, in nomine Domini superflus, plenam reciperet sospitatem. Negligente autem illa Sancti adimplere mandatum, secundo replicauit ad ipsum. Tertio quoque apparens, mulierem cum puero vsque ad ianuam dicti loci, praeambulo ducatu perduxit. Superuenientes autem nobiles quaedam matronae deuotionis causa ad praedictum locum, eis a muliere praefata diligenter exposita visione, vna cum ipsa puerum fratribus praesentantur: & haurientes aquam de puteo, earum nobilior propriis manibus lauit infantem. Statim puer omnibus membris ad sua loca perductis, sanus apparuit: & magnitudo miraculi, omnibus admirationem induxit.

beneficiorum memor, & deuotioni gratus, & vigilanti viro cu vno fratre apparuit, & ad vocationem eius se venisse dixit, & tulisse remedia sanitatis. Tetigit locum doloris cum baculo paruulo, qui figuram Thau in se habebat: & fracto mox apostemate perfectam tribuit sanitatem, & quod mirabilius est, sacrum signum Thau impressum super locum sanati vlceris, ad miraculi memoriam dereliquit. Hoc signo S. Franciscus suas consignabat litteras, quoties charitatis causa scriptum aliquod dirigebat.

Sed ecce, dum per diuersa miracula gloriosi patris Francisci, mens narrationis varietate distracta decurrit, promerente ipso Crucis glorioso signifero, in signum salutis Thau, non sine diuina directione peruenit: vt ex hoc possumus aduertere, quod sicut crux militanti post Christum, fuit sublimitas meriti ad salutem, sic & triumphanti cum Christo, facta est firmitas testimonii ad honorem. Hoc quippe crucis mysterium magnum & mirum, in quo charismata gratiarum, & merita virtutum, & thesauri sapientiae & scientiae tam alta profunditate velantur, vt a mundi sapientibus & prudentibus sit occultum, tam plene fuit huic Christi paruulo reuelatum, vt omnis vita ipsius, non nisi crucis vestigia sequeretur, non nisi crucis dulcedinem saperet, non nisi crucis gloriam praedicaret. Vere namque in suae conuersionis principio dicere cum Apostolo potuit: *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi.* Non minus etiam vere in conuersionis progressu adde- re valuit: *Quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericordia.* Verissime autem in consummatione potuit subinferre: *Stigmata Domini Iesu in corpore meo porto.* Sed & illud nos quotidie desideramus ab ipso audire: *Gratia Domini nostri Iesu Christi, cum spiritu vestro fratres, Amen.*

Gloriare igitur iam securè in Crucis gloria, Christi signifer gloriose: quoniam a cruce incipiens, secundum Crucis regulam processisti: & tandem in cruce perficiens, per crucis testimonium, quantae gloriae sis in caelo, cunctis fidelibus innotescit. Securè iam te sequantur, qui exeunt ex Aegypto: quia per baculum Crucis Christi, mari diuiso deserta transibunt, in repromissam videntium terram, Iordane immortalitatis transmissio, per ipsius Crucis mirandam potentiam ingressuri. Quò nos introducat verus populi ductor, & Saluator Iesus Christus crucifixus, per merita serui Francisci. Ad laudem & gloriam vnus Dei & trini, qui viuunt & regnat in saecula saeculorum, Amen.

CAPVT XVII.

De Translatione corporis eius.

Intimatum fuit per vniuersam Eutopam fratribus & viris Principibus, summo transferendum solemniter, Pontifice (vt spes erat) praesente, corpus beatissimi viti Francisci recens inter sanctos connumerati, ad nouam Ecclesiam suo nomini dedicatam, cuius pars inferior seu Ecclesia subterranea, in qua ad tuncam & secretam

Indicunt Synodus generalis.

Mittit Pontifex dona.

Signum huius familiare Francisci.

Magnum id eo crucis signum.

Math. ii.

Galat. 6.

Indid. 16.

Indid. 16.

Ibid. 18.

Psal. 144. Psal. 102.

S. Franciscum suum vocat patrem Gregorius.

Refert mortuum resuscitasse.

Chron. qu. Marc. 3. Transfertur corpus sancti Francisci.

custodiam condendus erat hic pretiosus thesaurus, iam absoluta erat, & firmiter vndique con- camerata, celebranda item generalia ordinis comitia, in quibus de rebus grauioribus, & bono ordinis ageretur regimine. Duplici ex hoc capite conuenerunt vltra duo millia fratrum, atque vniuersi hominum status tanta multitudo, vt eos vrbs capere non posset, sed in campis sub tentoriis, & turmatim gregum more in rure suburbano illis diebus victitarent. Sed dum Pontificis expectaretur aduentus superuenerunt solemnes ab eo missi nunciij, qui referrent tot implicatum negotijs grauioribus Ecclesiae & Imperij, adeoque molestas res Frederici, vt ab Vrbe non facile liceret abscedere; qui etiam ferrent pretiosa munera ad cohonestandam translationem & adornandam Ecclesiam, crucem videlicet auream non mediocri ponderis opere gemmario elaboratam, pretiosis ornatam lapidibus, sita in medio magna Christi crucis parte; vasa magna argentea, & ministerialia quaeque altaris in- aurata, antependium item magni pretij, & pul-

chra nimis paramenta. His superadditae non minori aestimatione dignae litterae Pontificis, in quibus virum sanctum ex affectu adeo com- mendat, vt suum patrem dicat, & verius suum velit quam fratrum Minorum, quibus etiam nar- rat, solemniter sibi intimatum eundem virum sanctum nuper in Theutonia mortuum ad vitam reuocasse, ad cuius vestigia solerter sectanda paterne omnes hortatur, amplas tribuens Indulgentias iis, qui translationi interfuerint. Habet has litteras Petrus Rodolphus fol. 170. & registum Vaticanum numero decimo octa- uo, vbi haec inscriptio; *Magistro & fratribus Ordinis Minorum in Capitulo Generali constitu- tis*, fortassis ex scriptoris negligentia pro *Mini- stro* irrepleit verbum illud *Magistro*, Minoribus semper insuetum, & regulae instituto aduersum. Lectori placebit, si ipsas litteras subnectamus, quas etiam alias ad vniuersos dedit fideles vs- que ad illa verba *ipsius laudibus delectemur* ad perpetuam rei memoriam, & tanti miraculi tes- timonium.

GREGORIUS EPISCOPVS seruus seruorum Dei.

Ministro & fratribus Ordinis in generali capitulo constitutis.



MIRIFICANS misericordias suas Dominus, quae super omnia eius opera sunt, vt vnicae suae sponsae renouet, sicut aquila, iuuentutem, innouat signa, & immutat mirabilia fulgura, & pluuiam faciendo, dum Ecclesiae filios legitime hic certantes feliciter in caelo coronaes, & quorum animas beata immortalitate glorificauit in patria, horum corpora miraculorum coruscatione in terra clarificans, matrem salutis gaudio reficit, & fecunditatis rore perfundit. Sic enim fides Ecclesiae roboratur, conualescit spes, & charitas recalescit; sic confutatur haeretic prauiditas, lapsus delinquentium cohibetur, & inducitur conuersio peccatorum. Quare inter pressuras innumeras, & angustias infinitas, quas plus ferre possumus, quam ferre, consolatio- nis, & gaudij materiam resumentes, gratias & laudes, quas possumus referimus redemptori, qui beatum Franciscum patrem nostrum, & vestrum: forte autem magis nostrum, quam omnium vestrum, adhuc in carne viuentem insigni- bus praeueniens muneribus gratiarum, tanta nunc eum cum ipso regnantem clarificat gloria, quod praeter alias virtutes magnificas, nuper in Theutonia ipsius sancti celebri nomine inuoca- to mortuum mirifice suscitauit, sicut nobis est solemniter intimatum, vt nos in eiusdem sancti magis, ac magis pro amore succensi totis affe- ctibus in ipsis laudibus delectemur, sperantes vt, quos in saeculo extra saeculum viuens, tota mente dilexit, & nos nunc clarius amplexatus, quo illum, qui est vera charitas, vicinius intue- tur, pro nobis intercedere non desistat, & vos, quos idem in Christo regenerans, in abundantia

diuitiarum altissimae paupertatis reliquit here- des, gerentes in intimis visceribus charitatis, ad perfectam Ordinis vestri aspiramus ardentem, proposita nobis spe, quod orationum vestrarum suffragijs, nostratum tolerantia passionum nobis prouenit in salutem. Verum, vt patrem lau- dabiliter imitantes, peruenire mereamini, quò ipse peruenit, vniuersitatem vestram rogamus & obsecramus in Domino Iesu Christo, per A- postolica vobis scripta mandantes, vt quemad- modum accepistis a beatissimo Patre vestro, mortificationem Iesu circumferentes in corpo- ribus vestris, vt vita Iesu manifestetur in vobis; verae humilitatis gloriam amplexati, armemini circumquaque inexpugnabili patientiae arma- tura: obedientiam, quae inter alias obseruantias regulares praecipua reputatur, nec non alia regularia statuta Patris praedicti inuolabiliter ser- uaturi. Cum enim spectaculum facti sitis mun- do, Angelis, & hominibus, necesse habetis ta- liter conseruari, vt bene facientes, impruden- tum hominum ignorantiam obmutescere facia- tis: quin potius ex bonis vos considerantes ope- ribus, glorificetis Deum, & beatum Francis- cum dignis laudibus praeconizetis. Ceterum cum gloriosissimum corpus sancti praedicti ad Ecclesiam, ipsius nomine dedicandam, cupiatis deuore transferre; nos desiderium vestrum fa- uore debito prosequentes quia dignum est, vt veneremur in terris; quem Dominus sic hono- rat in caelis, de misericordia Iesu Christi, & bea- totum Apostolorum eius Petri & Pauli aucto- ritate confisi, omnibus, qui ad translationis eius solemniam deuore conuenerint, vel vsque ad Na- tiuitatem Virginitatis gloriose proxime venturam ipsius ecclesiam visitauerint, transfretantibus

Hortatur Mi- nores ad ex- cellas sectan- das virtutes.

2. Cor. 4. 1. Cor. 4. 1. Petr. 2.

Indulgentia conceduntur iis qui interfuerint translationi.

Minorita pa- ralyticus curi sanatur.

Signo Thau consolidati amici eius.

mate tres annos, transeuntibus Alpes duos, & cæteris vnum, & qui in anniuersario translationis illuc vsque ad octauam diem reuerenter accesserint, annum similiter de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. Datum Lateran. decimo septimo Kalendas Iunij, Pontificatus nostri anno quarto.

caput, ac matrem constituens. Vere tamen antiquitate caput est conuentus sanctæ Mariæ Angelorum, & mater ex instituta primitus ibi religione: sed cœnobium hoc Pontificio priuilegio vtrumque habet dignitate, autoritate; & ex condito thesauro præcellit. Præclara etiam antithesi in suis literis locum antea vocatum *collem inferni*, appellat *collem Paradisi*, vt ex subiecto diplomate constabit. Censum annum, libram vnam ceræ in rei memoriam fratres soluant quotannis. Exemplar exscriptum ex Vaticano, vbi habetur sub numero vigesimo secundo, offero, sed absque tempore concessionis, quod scriptor præterit, attamen constat ex ipso diplomate datum fuisse ante translationem factam, dum dicit in eo templo debere recondi sancti viri corpus; & si ex ipso regesto diuinate licet, datum est circa idus Maij, vel eo tempore quo superiores litteræ datæ sunt; etenim in regesto quæ immediate præcedit epistola, data est 5. Idus Maij, & quæ proxime sequitur 16. Kalendas Iunij.

Conceditur virgini Claræ Ecclesiæ sancti Georgij.

Vltra hæc bonam misit pecuniæ numeratæ summam ad fabricæ subsidium; & Ecclesiæ sancti Georgij, in qua ad illud tempus sancti Francisci corpus requieuit, donauit virgini Claræ eiusque sectatricibus, procuratorem suum Assisij constituens, qui contiguum extrueret Monasterium, & fabricæ curam ageret, vt religiosæ virgines tutius viuerent intra ciuitatis mœnia, & ab ædis S. Damiani nimis angusto liberarentur erga stulo. Sed & Ecclesiæ nouam, quæ edificabatur in sancti Institutoris honorem, denuo multiplici gratia, & fauore affecit exemptam faciens (quam antea anno secundo sui Pontificatus exemit) à quacumque iurisdictione, sibi que immediatam, & totius Ordinis

## GREGORIVS EPISCOPVS seruus seruorum Dei.

*Ministro Ordinis fratrum Minorum eiusque fratribus morantibus apud Ecclesiam B. Francisci in loco qui dicitur collis Paradisi, tam presentibus quam futuris in perpetuum.*

Charitas proficit in paupertate.



**S** qui Ecclesiam suam semper noua prole fecundat, dignatus hæc moderna tempora prioribus conformare, B. Confessoris Francisci spiritum in charitatis amore per inspirantem gratiam excitauit, vt Apostolorum vestigia imitatus in paupertate in qua plus charitas proficit, relictis omnibus solum securus fuerit æternæ beatitudinis largitorem, & velut fidelis seruus & prudens laudabiliter operatus in talentis ei creditis, fructum in Ecclesia Dei attulit copiosum. Ab ipso enim Ordinis vestri sancta plantatio cooperante diuina gratia processum habuit & progressum: qua palmites honestatis longe lateque producens, flores protulit, & odores effudit ad rescanda nociua & salubria inferenda. Cum igitur apud Assisium in fundo nobis & Ecclesiæ Romanæ oblati in loco, qui dicitur *collis Paradisi* in eiusdem Confessoris honore construat Ecclesia, in qua recondi debet tam pretiosus thesaurus, sanctum videlicet corpus ipsius, qui in tempore iracundiæ factus est reconciliatio, vt pro peccatis populorum fieret intercessor, nos cum dignum sit & congruens vt eadem Ecclesia prærogatiua libertatis & honoris gaudeat propter eum, quem in cælis Dominus exaltauit; pro eius reuerentiâ Ecclesiam ipsam sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti priuilegio communitus. Imprimis si quidem statuentes, vt Ecclesia ipsa nulli, nisi Ro-

mano Pontifici sit subiecta, & vestri Ordinis cuius institutor & pater extitit Confessor prædictus, caput habeatur & mater, ac in ea per fratres eiusdem Ordinis perpetuo seruiatur. Prohibemus insuper, ne quis audeat in eandem Ecclesiam excommunicationis vel interdicti sententiam promulgare, quam si proferre contigerit, tanquam contra Sedis Apostolicæ indulta prolatam decernimus non tenere. Pro consecrationibus vero altarium, siue pro oleo sancto, vel quolibet alio Ecclesiastico sacramento nullus ab eodem Ecclesia sub obtentu consuetudinis, vel alio modo quicquam valeat extorquere, sed hæc omnia gratis vobis Episcopus Diocæsanus impendat, alioquin liceat vobis quemcumque malueritis catholicum adire Antistitem, gratiam & communicationem Apostolicæ Sedis habentem, qui nostra fretus autoritate vobis, quod postulat, impendat. Quod si Sedes Diocæsanæ Episcopi forte vacauerit, interim omnia Ecclesiastica sacramenta à vicinis Episcopis accipere libere, & absque contradictione possitis; sic tamen vt ex hoc in posterum proprio Episcopo nullum præiudicium generetur. Quia vero interdum eadem Ecclesia non habet loci diocæsanæ copiam, si quem Episcopum Romanæ Sedis, vt diximus, gratiam & communionem habentem, & de quo plenam notitiam habeatis, per vos transire contigerit, ab eo benedictiones vasorum, & vestium, consecrationes altarium, ordinationes fratrum clericorum, autoritate Apostolicæ Sedis recipere valeatis,

Exemplo Ecclesiæ Assisiatæ & priuilegia.

Matth. 25.

S. Francisci elogium.

Eccli. 44.

Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clausis ianuis exclusis excommunicatis, & interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce diuina officia celebrare. Paci quoque & tranquillitati vestræ paterna in posterum sollicitudine providere volentes autoritate Apostolica prohibemus, vt infra clausuras locorum vestrorum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere, vel interficere seu violentiam audeat exercere. Ad iudicium autem huius libertatis ab Apostolica. Sede perceptæ vnus libræ ceræ censum, nobis & successoribus nostris annis singulis persoluetis. Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius bona auferre, nec ablata retinere, &c. cunctis autem, &c. Datum Lateran. per manum Magistri Martini S. R. E. Vicecancellarij.

Fit solemnitas translatio.

Multis præmissis præludijs, magna præparata solemnitate, tandem in profesto Pentecostes die vigesimo quinto Maij facta est translatio, eleuata è terra magno cum clangore tubarum aliorumque instrumentorum capsâ lignea, in qua sanctum corpus occludebatur, impositaque plastro seu curru pulcherrimo, mira & preciosa varietate ornato, quem ob ingentem molem trahebant boues purpura cooperti. Vi & armis voluerunt esse præcipui actores in hoc spectaculo ciues Assisiatæ adhibitis multis custodibus, & valida militum manu, cauentes ne dolo vilo, aut arte furripeteretur, vel præcisus vllis partibus minueretur adeo insignis thesaurus. Constituti erant minister Generalis, & alij gra-

uës ordinis Patres Pontificis nomine & autoritate, commissarij huius translationis, quibus tamen non adeo liberum fuit eam per se facere, nam ciuitatis Rectores id sibi muneris assumpserunt, & vt ventum erat ad Ecclesiam restiterunt communi omnium desiderio corpus videre volentium, nam rapientes illud in superbia & tumultu translationis mysterium damnabiliter prophanauerunt, non passi à fratribus prædicto corpori debitam venerationem exhiberi, dum omnia perturbauerunt, omnia confuderunt. Ita refert Pontifex grauissimo de hac re diplomate, statim subiiciendo, licet aliqui ex nostris culpam omnem reiiciant in Heliam, cui plura ultra veritatem imposita; quod fit frequenter his, qui regunt, præsertim iis, quorum semel deperit opinio, vt facile quidquid sit mali in eos refundatur, & dubiæ noxæ, quorum actor incertus, illis affigantur. Fortasse in eo laborauit Helias, vt non pateret rapinæ corpus, & vt ab omnium auferretur oculis ea arte vt nulli innotesceret locus, in quo recondebatur, nec cuniculus, aut ostium, per quod descendebatur ad Ecclesiam subterraneam. Turbati non parum fratres ex tanto tumultu & fraudato desiderio, nec defuerunt, qui apud Pontificem quererentur, ad quorum relationem vehementer commotus, increpauit aspere Assisiatæ, iussitque vt coram in Vrbe apparerent ex Senatu aliqui dignam tanta reuerentiâ pœnam soluturi. Iniunxit etiam per piissimas & grauissimas literas Episcopis Perusino & Spoletano, vt curarent plenam satisfactionem dari ipsi Pontifici tantæ iniuriæ, quam sibi ait irrogatam. Habetur in eius regesto numero 38.

Consules Assisij translationem perturbauerunt.

## GREGORIVS EPISCOPVS seruus seruorum Dei.

*Perusino, & Spoletano Episcopis, &c.*

Multa Pontificis beneficia erga Assisiatæ.



**S** PERAVIMVS hæcenus vt potestas, consilium, & populus Assisiatensis multiplicem gratiam, qua eos adhuc in minori officio constituti præuenimus, & sumus continuo prosequuti, sicut conuenit, agnoscentes, sectarentur agnitam, reuerenter nostris beneplacitis omnimodis obsequendo, vt semper in gratiam crescerent ampliores. Sed quod non sine amaritudine referimus vehementi, ipsi gratis ingrati, nobis malum pro bono iniqua vicissitudine rependentes, in eo nos acriter prouocauerunt, in quo debuerant nobis summo studio potissime complacere. Cum enim beatum Franciscum glorificatum in cælis, clarificantem in terris ipsum ascripserimus catalogo Confessorum, & in honorem eius Ecclesiam fundari volentes de manibus nostris lapide ibi primario posito, ipsamque duxerimus eximendam, vt libertatis ritibus decorata semper niteret celebris, & insignis, ipsi non attendentes innumera bona, quæ ciuitati eorum, quin etiam vniuersis & singulis

exinde poterant prouenire, omnia perturbauerunt, omnia confuderunt in animarum suarum periculum, famæ dispendium & iacturam etiam temporalem. Sciunt siquidem, quod nos sanctissimum corpus Confessoris prædicti pio amore venerabiliter amplexantes, translationem eius dilectis filiis Generali Ministro, & quibusdam aliis fratribus Ordinis Minorum viris religiosis, & timoratis, tanquam vicariis nostris, commissimus confidenter, cum non nisi autoritate Apostolicæ Sedis esset translatio facienda, ibique illam concessimus indulgentiam, quæ limina beatorum Petri & Pauli visitantibus, concedi consuevit; sed ipsi vesano spiritu concitati, non attendentes quod sacra mysteria non nisi à sacris sunt tractanda ministris, prædictum corpus ausu sacrilego rapientes in superbia & tumultu translationis mysterium damnabiliter prophanauerunt, non passi à fratribus prædicto sancto venerationem debitam exhiberi. O quæ insania ipsos taliter fascinauit, vt sacerdotale sibi officium usurpantes, rem diuinam, Deo contrectarent inuito! Nonne sciunt quod Oza inclinatæ arcæ

Primum posuit lapidem Ecclesiæ Assisiatæ.

Commissarij & vicarij Pontificij in translatione.

Confunditur solemnitas translationis per Assisiatæ.

Egerit hoc fert Pontifex.



2. Reg. 6. Domini manum apponens, à Domino percussus interit, qui videbatur utcumque verosimiliter excusandus, quia ne arca caderet inclinata manum apposuit adiutricem. Nonne audierunt quod Ozias ingressus templum Domini, quia super altare thymiamatis incensum voluit adolere percussus est lepra, ut perfecte detur intelligi, quod contrectatio diuinorum est laicis penitus interdicta. Nonne possunt ex simili culpa poenas similes formidare? Cæterum ut sciant quam grauer nos, imo Dominum offenderunt, auctoritatem nobis in sancto prædicto volentes adimere, nos prædictam Ecclesiam, quam exemimus, Episcopi & Capituli Assisnatis subiicimus ditioni, prohibentes ut ibi de cætero nullatenus generale Capitulum celebretur, nec aliqui de fratribus commorentur, & locum supponimus Ecclesiastico interdicto, donec nobis de tanta iniuria satisfiat. Ne vero contra eos seuerius procedere compellamur, vniuersitati eorum nostris damus litteris firmiter in præceptis, ut infra quindecim dies post susceptionem earum, viros idoneos vniuersitatis nomine ad nostram præsentiam destinare procurent; paratos satisfactionem plenariam exhibere, ac de stando mandatis nostris præstare sufficientes cautiones. Quocirca fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus si potestas, consilium, & populus prædicti præceptum nostrum neglexerint adimplere, vos in potestatem, & consilium excommunicationis, & in terram interdicti sententias appellatione postposita promulgantes, faciatis eas vsque ad satisfactionem condignam inuolabiliter obseruari. Datum Lateran. 16. Kalend.

Iunij Pontificatus nostri anno quarto. Quonam modo tunc conditum corpus, nullus quem viderim expressit, nec ex nostris vllus est qui memoriæ tradiderit se illud vidisse, quantum non defuerint viri principes, qui illud cernere voluerunt, & obtinuerunt, Ægidius Carillus Albortotius Cardinalis Hispanus, vir præclarissimus, perpetuæ etiam inter Italos memoriæ, Nicolaus quintus, & Sixtus quartus Pont. Max. Dux Mediolanensis, Franciscus Sforza, & viri quidam Assisnates, quorum vnus ego mox testimonium proferam. Refert Rodolphus venisse Pio quinto sancto Pontifici in mentem sacrum hoc videre depositum, stricteque mandasse Ioanni Pico Camerti ministro generali patrum Conuentualium, cui author tunc erat à secretis, ut in hanc curam obnixè incumberet, si forte inueniret viam tantum adeundi, vel aperienti thesauri, suffodit die noctuque incessanter bonus ille vir, sed inanis fuit omnis eius conatus & industria, quia diuino numine factum est, ne pretiosum depositum furibus vel hostibus pateret. Similiter legitur de corpore beati Iacobi Compostellæ adeo profundo, & occulto condito loco, ut nequaquam possit illuc quispiam peruenire. Inter nostros, & præcipue in sacra illa æde perpetua traditio est, & communis consensus cadauer erectum in pedes intergrum, illæsum, oculis apertis, vulneribus recentem manantibus sanguinem adhuc conseruari. Ita vidit Nicolaus quintus, & qui cum eo erant, quorum vnus sub morte vbi adulari, nec mentiri adeo facile licet, rem omnem narrauit. Historiam exceperunt alij, qui ita transcripserunt.

Viderunt plures corpus S. Francisci.

que admirationis inesset causa. Ad quem ego Quæso ut quæ audisti edisseras. Tunc ille: Mallem, inquit, & per contritionem lachrymari, quam in his cordis hilaritatem ostendere. Cum autem hæc ab eo audiissem, auidius adorsus sum hominem, & opportunam horam quæritans, deprecatus sum eum, dicens: Vtinam palam abs te ista cito docear. Et ille, Libertas faciam, inquit, sed magni ponderis res ista est, & non omni homini aperienda. Attamen tu diligenter & attentè audi, & ausculta. Astergius quidam tituli sancti Eusebij presbyter Cardinalis, Beneuentanæ vrbis olim Archiepiscopus, dum in extrema valetudine esset positus, febrilique valida, quam maximè vexaretur, ut putaret sibi vicinam mortem fere, nocte superueniente, quæ finem langoris secum ferre videbatur: sic enim viribus corporis destitui visus est, ut vix crederetur eum superuicturum in crastinum. Ego vero Iacobus, qui nimio amore hominem diligebam, cum præfens essem, eiusque minister, attente super eum vigilabam, flebamque: Ipse vero sic in extremis laborans, non minus deuotè, quam piè in hanc vocem prorumpens, clamabat: O Franciscè! Mane autem factò cum paululeculas utcumque vires resumpsisset, omni cum mansuetudine deprecatus hominem, ut causam eiusmodi inuocationis Francisci mihi innotescere dignaretur. At ille: O Iacobe, quem, inquit, in amore tibi præferam? Porro si alius interrogasset me de eiusmodi rei causa, forsitan non illam ei panderem; dicam tibi nihilominus, & tu attente auscultabis.

Austergij Cardinalis narratio.

Vult Nicol. Pontifex videre corpus sancti Francisci.

Nicolaus huius nominis Pontifex. Quintus anno Domini millesimo quadringentesimo quadragésimo nono beati Petri Apostoli Sedem strenue gubernabat. Huic dum Assisij moram traheret, venit in mentem, ut beati Francisci corpus oculis propriis inspiceret, ob quam causam accersitus est ab eo dominus Petrus de Noceto; ad quem Pontifex: Vade, inquit, ad Guardianum loci huius, & meo nomine illi significabis, me omnino visitaturum esse & visurum beati Francisci corpus. Iuit autem Petrus, & iussa sibi imposita perficiens, reuersus est ad Pontificem, dicens: Feci beatissime Pater quod mandasti. Guardianus, iis auditis sermonibus, nimio pauore correptus est, ita ut in magno dubitationis agone fuerit positus: ex vna enim parte contradicere non audebat voluntati summi Pontificis; ex altera vero verebatur, ne tam sacrum & preciosum pignus auferretur ab Ordine, veluti per alios prius fuerat attentatum, & ipse postmodum calumniam sustineret à ciuibus. Ea propter adiens Pontificem, modo huc, modo illuc, tanquam demens & vagus incedebat, celans animum suum. Cum autem fortiter cogere ut Pontificium impleeret mandatum; petit humiliter, ut rem istam fratribus loci palam facere permitteret Pontifex; qui postquam illos fuisset allocutus, ad Pontificem iterum reuersus est, dicens: Obedientiam prout Ordinis dignitas exoptulat, tibi præbere parati sumus, beatissime Pater, dummodo vnum, iuxta beneplacitum nostrum, impleueris. Porro si tui desiderij cupis esse compos, tribus tantum, & non pluribus tecum assumptis, ad locum descendere necesse est. Quinta verò noctis hora adueniente, descendet tua sanctitas; & oculis propriis conspicias, quem ardentè videre desideras.

Quo audito Nicolaus Pontifex, qui rectè & sinceriter se gerebat in negotio, lætus inquit, assentior. Gallicus vero quidam Episcopus, magna auctoritate vir apud Pontificem, hæc audiens, Pontificem allocutus est, dicens: Non tibi conuenit, beatissime Pater, horum fratrum assentiri voluntati, propter scandalum, quod Ecclesiæ Dei aduenire possit. Non sic erit, inquit, quoniam rectè ac fideliter in hoc negotio pergo; idcirco, Deo præstante, mei desiderij compotem me fore spero. His dictis, Pontifex Nicolaus elegit me Austergium, Petrum de Noceto, & præhabitu Episcopum Gallicum: guardianum verò cum tribus fratribus simul adesse mandauit, visitaturis ipsis, & visuris corpus beati Patris: qui nobis iuncti; suisque indumentis depositis, hora congruenti cum adfuissemus ad paratum locum, amoti sunt lapides, cum quibus ianua fabricata erat; gradusque marmoreos diligenter aspeximus, quos & magno silentio descendimus. Et ecce ostium ferreum habuimus obuium, in quo tres catenæ ferreæ ex ordine stabant, quæ illico fuerunt apertæ clauibus: Tunc guardianus flexis genibus Pontificem allocutus, ait: Ingredere, Pater sanctissime. Qui solus ingrediens ante pedes sancti corporis prostratus humiliter, tam vehementer plorabat, ut stremitus audiretur à nobis.

Ingressus Ecclesiæ subterraneam.

Postquam vero summus Pontifex consequutus est quod desiderium suum flagitabat; ad se reuersus introduxit & nos, qui cum peruenissemus ad locum, stupor equidem incredibilis omnes inuasit. Verè inuestigabiles viæ Domini, & iudicium eius ab omni humana cogitatione profusus alienum. Quis vnquam audiuit, aut quis talia effatus est, ut corpus humanum per tot æua mortuum super plantas ptoprias rectè staret? Sed non fuerat abbreviata manus Domini. Erat autem locus ille cernentibus nobis, instar parvæ Ecclesiæ, habens tres tribunas in testudine rectas. Media vero quæ ab interiori parte erecta erat, miro marmoreo tabulato fabricata videbatur: in cuius medio lastra marmorea posita erat, supra quam ex Orientali latere corpus illud sacrum Francisci Seraphici erectum stabat, facie ad Occasum tendens, & oculis eleuatis in cælum: manus vero coopertæ erant habitus manicis, & simul iunctæ; ut fratres ferre consueverunt.

Corpus Francisci in pedes erectum.

Erat autem corpus ita incorruptum, quasi esset prima die positum; videbatur enim quasi dormiens. Ex alio vero latere, alium erectum stantem vidimus, habitu beati Dominici, qui & manus simul iunctas habebat, cum articulis sursum iunctis, veluti mos est orantium: oculi vero eius ad beati Francisci pedes intuebantur. Ambo autem ita lucidos & splendentes habebant oculos, ut nulla ad viuos esset differentia. Odor insuper suauissimus talis erat, ut olfactus hominum nunquam talem senserit.

Oculis in cælum apertis,

Cumque summus Pontifex à lachrymis & gemitibus abstinuisset aliquantulum, ad beati Francisci pedes iterum procumbens, manu simbriam eius vestimenti extulit: nos vero sine solularibus pedes adspeximus. O igitur felices oculi, qui hæc videre metuerunt! O fortunati animi, qui hæc meditari digni inuenti sunt! Magna enim his fuerat collata gratia, ut in seruum liquido aspicerent, quæ in Deum minimè videre poterant. Erat enim in pedis sancti medio fo-

Ad Reuerendiss. atque ornatissimum

D. D. ANDRIENSIVM EPISCOPVM,

Franciscus de Bautio, Dux Andriæ, Com. P. F.

Epistola de situ corporis S. Francisci.



SCRIPTURVS ego ad Pontificis Nicolai progressum, qui Seraphici Patris Francisci, corpus visitauerat personaliter, veritus sum, ne, ut parum instructus, tanquam imperitus à probis & grauibus viris arguar. Attamen quoniam in negotio, quod aggredior, non leuitate (ut ita dicam) aut temeritate aliqua, quin potius reuerentia & deuotione, frerus sum, idcirco ad te admodum Reuerendum hanc epistolam, etsi incultam, omni tamen veritate plenam, destinare curauit. Ad te, inquam, qui potestate tibi credita, Ecclesiæ Dei partem gubernas & regis. Noui enim ut reor, te recentem ac viuam memoriam retinere eorum, quæ hic modo subinferuntur. Quapropter etsi in his, quæ per me scribenda sunt, aliquid me prætermisisse, vel plus satis addidisse perspexeris, articulis tuis idipsam, tua solita benignitate & prudentia, qua plurimum

polles, emendare & corrigere poteris. Noui enim ob impericiam meam, me fallere, ac falli posse in hoc negotio. Te autem qui clauem David solus habes, rogatum esse vellem, ut in hanc horam sermonem rectum ac bene sonantem in os meum concedere digneris, ut ea digne dicere valeam, quæ infructuoso silentio pertransire nefas esset. Te, inquam dominum, Dominum meum Iesum Christum supplex deprecor, ne huius rei per me enarrandæ deuotionis fructu caream, & expers sim.

Apoc. 3.

Iacobus quidem Laquidonensis Ecclesiæ Episcopus, dum nonis Martij Andriæ esset, tuque & ipse simul alloquentes, vestros vultus admiratione non minima repleuistis. Quod cum ego, qui simul aderam, intuitus essem, causam tantæ admirationis tanquam curiosus, à vobis inquirere cepi. Ea propter Iacobus, qui mihi intimior erat, his verbis affatus est, ut ad me conuersus diceret: si quæ per tempora retro acta aures tuas expetere sunt, non ignorares, tibi quo-

# Vita B. Francisci,

ramen cum sanguine ita recenti, ac si tunc mucrone pes fuisset confossus. Cuius quidem rei aspectu singulus magnus omnes arripuit. Et quis cogitare posset animi motionem? animum præ deuotione liquefcere? alienari sensum? & vires totas destitui? Omnes autem ante recessum è loco osculum dedimus sancto pedi, omnesque pariter ob odorem refocillati sumus. Pes vero alius simbria habitus operiebatur: nec nobis visum fuit illum violenter arripere. Manus similiter perforata: vt pedes cernebantur, recentem sanguinem ostendentes. O igitur memoria profunda nostræ redemptionis in seruo intueri, quæ in Redemptore prius fuerat! O igitur sacra vulnera & dulci osculatione digna, quæ post humanum lapsum in remedium data sunt! Et quis nostrum, qui ibidem aderamus ausus fuit amplius corpus sacrum tangere, nisi solus summus Pontifex? Ipse enim manus illius preciosas deuotissime osculatus est, osculumque sacro ori dedit. A quinta vero noctis hora vsque ad vndecimam illic mansimus, suauissimo odore repleti. Cum vero à narrantibus nunciatum fuit nobis diem prope esse, doluit quam maxime: visum enim fuerat nobis per horam ibi fuisse.

In illis vero tribunis sociorum beati Francisci corpora tumulata iacent: vnusquisque enim locum suum possidet, vnus hinc, & alter illinc: ante ostium vero loci iacet corpus illius ecstasici viri Dei fratris Agidij: quorum corpora absque diminutione vlla, integra cernuntur, suauissimum odorem redolentia. Ad extremum autem cum magna animi fortitudine roborati, omnes inde recessimus. Cardinalis vero Austergius quem superius memorauimus, quamuis in memorata infirmitate aliquantulum conualuisset in die, attamen nocte sequenti naturæ debitum soluit. Nec est dubitandum quod tantus homo à quo hæc quæ narrauimus, accepimus, dum ad vitam peruenisset extrema, composuisset mendacium, referens illa quæ vera non essent. Affirmabat quoque antequam spiritum cælo redderet, quod Nicolaus Pontifex, dum è loco illo sacro recederet, promississet Guardiano & cæteris qui simul aderant, nulli mortalium palam facere quæ viderat, dum ipse viueret quamuis non paruipenderet illa manifesta fieri apud homines deuotos, & probos qui non secundum carnem ambulat.

Aliam addo rationem illustri viri D. Galeotti à Galeottis de Bistochio, qui anno 1509. me-

ruit videre sancti viri corpus, cuius situm & conditionem hic describit relicto autographo filio suo Antonio Francisci, dato duodecimo Kalendas Decembris eiusdem anni, transmissio ex archiuo sanctæ Mariæ Angelorum apud Assisiatas, quod ex vulgari Italico placuit Latinum transcribere.

Ego Galeottus à Galeottis de Bistochio vidi sanctissimum corpus mei patris sancti Francisci, quod adhuc viuum apparet, & operimentum eius intactum atque immaculatum. Vt ostium aperuit R. P. Custos, ex sacro corpore talis ac tanta suauolentia processit vt amplius nihil possit desiderari; stigmata item adeo recentia & rubicunda vt viui corporis viderentur. Feliciter hoc conspectu potiti sumus tribus sub auroram horis die decimo octauo Nouembris comitantibus R. P. Fratres Iulio à Leccio sacri conuentus Custode, & fratre Iustiano à Collostate Sacrista. Nec absque prelio obtinui; dissidentibus etenim inter se his Patribus, consensum extorci multo nummo cooperante meis votis ipso sancto Patriarcha. Ecclesia, in qua seruatur pretiosus hic thesaurus, speciosa est, ianuam habet è regione altaris præcipui, ad quod per egregium peruenitur ambitum; descenditur vero in Ecclesiam per gradus septemdecim, quorum vnumquemque nos in descensu sacrauimus vna oratione Dominica & salutatione Angelica. Modo experiemur, quid vitæ superfit. Tibi autem Antoni Francisce dilecte fili, hanc relinquo memoriam, & hortor quantum in te fuerit, coneris similem assequi gratiam, firmiter spondens summam te à Domino consolationem affecurum. Interim sancto Patri Francisco te ex visceribus commendo.

Addidit illud de vitæ diuturnioris experimento propter communem assertionem, quod tam factum & religiosum vult Dominus sanctum corpus, vt non liceat eius inspectoribus illud videre & viuere longiorem vitam. Rebus religione & sacramento plenis, ita aliquando venerationem & reuerentiam Dominus conciliat, vel quia ad mysteriorum eorum aspectum excæcantur, imo & exanimantur curiosi inspectores, vel quia vitam ipse Dominus tollit, ne quod sacrum, & silentio dignum est, pluribus pro-palant. Adde hic item sepulchri, vel suppedanei lapidis epitaphium exscriptum à quodam Ducis Mediolanensis Francisci Sfortiæ Comite, delubrum hoc subingresso, à cuius posteris illud accepi.

# Caput decimum septimum.



*Epitaphium sepulchri B. Patris Francisci.*

V. S. C. A.

FRANCISCI ROMANI.

CELSA HUMILITATE CONSPICVI

CHRISTIANI ORBIS FVL CIMENTI

ECCLESIE REPARATORIS.

CORPORI NEC VIVENTI NEC MORTVO

CHRISTI CRUCIFIXI PLAGARVM

CLAVORVMQVE IN SIGNIBVS ADMIRANDO

PAPA NOVE FETVRÆ COLLACRYMANS

LÆTIFICANS ET EXVLTANS

IVSSV, MANV, MVNIFICENTIA POSVIT

ANNO DOMINI M. CCXXVIII.

XVI. KALENDAS AVGVSTI.

ANTE OBITVM MORTVVS,

POST OBITVM VIVVS.

Literarum quatuor capitalium ille sensus V I R O, S E R A P H I C O, C A T H O L I C O, A P O S T O L I C O, dicitur autem Franciscus Romanus, ex summa obedientia, & pietate erga sedem, & fidem Romanam, vel quia Assisium Romanæ est ditionis.









DOCTA ET DEVOTA

# N. NICOLAI DE LYRA, CONTEMPLATIO:

In qua eruditissimè potiora D. Francisci vitæ gesta, sub decem  
Antiphonis, decemque Psalms, iuxta totidem eiusdem  
S. Nominis literas, continentur.

EIVSDEM MAGISTRI AD LECTOREM.

**P**ostquam, auxiliante Domino, scripsi quædam Opera super utrumque  
Testamentum, publice recitanda in scholis; eodem confusus auxilio,  
volo conuertere calamum ad scribendum quoddam Opusculum, magis  
recitandum in secreto deuota Orationis. Habebit autem hoc Opus  
breue tres particulas, scilicet Prefationem, & Orationem, & Ora-  
tionis expositionem. Secunda pars erit communis omnibus B. Francisco deuotis. Prima  
vero & tertia magis conuenient hominibus literatis, qui non solum debent orare,  
sed etiam orationis suæ sensus intelligere, vt deuotius proferatur.

## PRÆFATIO.

*Iob 5.*  
Deus semper  
paratus ad  
exaudiendum  
orantes.  
*Psal. 144.*

**V**OCA si est qui tibi respondeat, & ad ali-  
quem Sanctorum conuertere. Deus omni-  
potens, misericors, & benignus, semper est  
paratus exaudire omnes ipsum inuocantes debi-  
tè pariter deuotè. Prope est Dominus omnibus  
inuocantibus eum in veritate. Propter quod cum  
dicitur in verbo proposito, *Voca, si est qui tibi  
respondeat*, hæc coniunctio *si*, pro quia tenetur;  
quia Deus semper est paratus respondere per  
exauditionis effectum omnibus inuocantibus  
ipsum; dum tamen oratio sua sit pro se perse-  
uerans, & de pertinentibus ad salutem. Verum-  
tamen, quia Sanctorum Deo præsentium ora-  
tiones sunt magis efficaces ad impetrandum,  
ideo bene subditur, & ad aliquem Sanctorum con-  
uertere; scilicet per specialem deuotionem, vt  
oratio tua velocius exaudiatur apud Deum, per  
eius intercessionem. Igitur ad B. Franciscum,  
Christi signiferum, me conuerto, scribens ad il-  
lius laudem decem Antiphonas secundum nu-  
merum literarum in hoc nomine FRANCISCVS  
contentarum, & per easdem literas incipientes,  
continentesque cursum & ordinem vitæ suæ.

Operis parti-  
tio.

Prima enim est de conuersatione B. Francisci in  
habitu sæculari. Secunda, de conuersione eius  
perfecta. Tertia, de approbatione Regulæ.  
Quarta, de efficacia prædicandi. Quinta, de  
feruore charitatis & desiderio martyrii. Sexta,  
de excessu orationis, & spiritu prophetiæ. Septi-  
ma, de obedientia creaturarum. Octaua, de  
Stigmatibus sacris. Nona, de transitu ipsius.  
Decima, de signis post eius mortem ostensis, &  
Sancti canonizatione.

## INCIPIT ORATIO.

*De conuersatione B. Francisci in habitu  
sæculari.*

*Antiphona.* Franciscus cum iuuenibus lasciuia  
non sequitur.

Munera dat pauperibus, ad maiora disponi-  
tur. *Psalms 86.*

**F**undamenta eius in montibus sanctis: diligit  
Dominus portas Sion super omnia taberna-  
cula Iacob.

Gloriosa dicta sunt de te: ciuitas Dei.  
Memor ero Rahab & Babylonis: sciētium me:  
Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus A-

# Contemplatio Lyrani,

thiopum, hi fuerunt illic.

Nunquid Sion dicit: Homo, & homo natus est in ea, & ipse fundauit eam Altissimus?

Dominus narrabit in scripturis populorum, & Principum, horum qui fuerunt in ea.

Sicut latantium omnium: habitatio est in te. Gloria Patri, & Filio, &c.

*Antiph.* Franciscus cum iuuenibus, &c.

*De perfecta eius conuersione ad Deum, & reparatione trium Ecclesiarum.*

*Antiphona.* Relicto foris strepitu querit Christi vias Crucifixique monitu tres reparat Ecclesias. *Psalmus 118.*

**R**etribue seruo tuo, viuifica me: & custodiam sermones tuos.

Reuela oculos meos: & considerabo mirabilia de lege tua.

Incola ego sum in terra: non abscondas à me mandata tua.

Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas, in omni tempore.

Increpasti superbos: maledicti qui declinant à mandatis tuis.

Aufer à me opprobrium & contemptum: quia testimonia tua exquisiui.

Etenim sederunt Principes, & aduersum me loquebantur: seruus autem tuus exercebat in iustificationibus tuis.

Nam & testimonia tua meditatio mea est: & consilium meum iustificationes tuæ.

Gloria Patri, & Filio, &c.

*Antiph.* Relicto foris, &c.

*De approbatione Regula.*

*Antiphona.* Antistes Innocentius videns crescentem plantulam, templum cadens, attentius Fratrum approbat Regulam. *Psalmus 122.*

**A**d te leuavi oculos meos, qui habitas in caelis.

Ecce sicut oculi seruorum: in manibus dominorum suorum.

Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ: ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec miseretur nostri.

Miserere nostri Domine, miserere nostri, quia multum repleti sumus despectione.

Quia multum repleta est anima nostra, opprobrium abundantibus & despectio superbis.

Gloria Patri, & Filio, &c.

*Antiph.* Antistes Innocentius, &c.

*De efficacia predicandi.*

*Antiphona.* Nobilis prædicatio Francisci, quam præambula, dirigit reuelatio, & confirmant miracula. *Psalmus 126.*

**N**isi Dominus ædificauerit domum: in vanum laborauerunt qui ædificant eam.

Nisi Dominus custodierit ciuitatem: frustra vigilat qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite, postquam federitis, qui manducatis panem doloris.

Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hereditas Domini, filij, merces, fructus ventris.

Sicut sagittæ in manu potentis, ita filij excussorum.

Beatus vir, qui impleuit desiderium suum ex ipsis: non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta.

Gloria Patri, & Filio, &c.

*Antiph.* Nobilis prædicatio, &c.

*De prerogativa virtutum & desiderio martyrij.*

*Antiphona.* Charitatis incendium cum ceteris virtutibus, incitat ad martyrium, quod querit totis viribus. *Psalmus 115.*

**C**redidi propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax. Quid retribuam Domino: pro omnibus quæ retribuit mihi?

Calicem salutaris accipiam: & nomen Domini inuocabo.

Vota mea Domino reddam coram omni populo eius: pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius.

O Domine, quia ego seruus tuus: ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ.

Dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini inuocabo.

Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi eius, in atriis domus Domini, in medio tui Ierusalem.

Gloria Patri, & Filio, &c.

*Antiph.* Charitatis incendium, &c.

*De excessu orationis, & spiritu prophetia.*

*Antiphona.* In Deum hunc oratio sursum eleuat ecstasica, quem Dei radiatio luce replet prophetica. *Psalmus 125.*

**I**n conuertendo Dominus captiuitatem Sion: facti sumus sicut consolati.

Tunc repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione.

Tunc dicent inter gentes: Magnificauit Dominus facere eis.

Magnificauit Dominus facere nobiscum: facti sumus lætantes.

Conuertere Domine captiuitatem nostram, sicut torrens in Antro.

Qui seminant in lacrymis, in exultatione metent.

Euntes ibant & flebant: mittentes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.

Gloria Patri, & Filio, &c.

*Antiph.* In Deum hunc, &c.

*De obedientia creaturarum ad ipsum.*

*Antiphona.* Seruo sui creatoris creaturæ deseruiunt; eius, tamquam præceptoris, dæmonesque verbo fugiunt. *Psalmus 128.*

**S**æpe expugnauerunt me à iuuentute mea, & dicit nunc Israël.

Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea: etenim non potuerunt mihi.

Supta dorsum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatem suam.

Dominus iustus concidit ceruices peccatorum: confundantur, & conuertantur retrorsum omnes qui oderunt Sion.

Fiant, sicut fenem tectorum: quod priusquam euellatur, exaruit.

# De gestis B. Francisci.

De quo non implebit manum suam qui metet, & sinum suum qui manipulos colligit.

Et non dixerunt qui præteribant: Benedictio Domini super vos, benediximus vobis in nomine Domini.

Gloria Patri, & Filio, &c.

*Antiph.* Seruo sui, &c.

*De Stigmatibus sacris.*

*Antiphona.* Christo iam charismatibus conformatus interiùs, Passionis Stigmatibus consignatur exteriùs. *Psalmus 137.*

**C**onfitebor tibi Domine in toto corde meo: quoniam audisti verba oris mei.

In conspectu Angelorum psallam tibi: adoro ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

Super misericordia tua & veritate tua: quoniam magnificasti super omne, nomen sanctum tuum.

In quacumque die inuocauero te, exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutem.

Confiteantur tibi Domine omnes Reges terræ: quia audierunt omnia verba oris tui.

Et cantent in viis Domini: quoniam magna est gloria Domini.

Quoniam excelsus Dominus, & humilia respicit: & alta à longe cognoscit.

Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me: & super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, & saluum me fecit dextera tua.

Dominus retribuet pro me, Domine misericordia tua in sæculum: opera manuum tuarum ne despicias.

Gloria Patri, & Filio, &c.

*Antiph.* Christo iam charismatibus, &c.

*De sacro transitu ipsius.*

*Antiphona.* Visio stellæ fulgidæ stolam primam certificat, in morte carnis liuidæ candor secundam indicat. *Psalmus 141.*

**V**oce mea ad Dominum clamaui: voce mea ad Dominum deprecatus sum.

Effundo in conspectu eius orationem meam: & tribulationem meam ante ipsum pronuntio.

In deficiendo ex me spiritum meum: & tu cognouisti femitas meas.

In via hac, qua ambulabam: absconderunt superbi laqueum mihi.

Considerabam ad dexteram, & videbam: & non erat qui cognosceret me.

Periit fuga à me: & non est qui requirat animam meam.

Clamaui ad te Domine, dixi: Tu es spes mea, portio mea in terra viuentium.

Intende ad deprecationem meam: quia humiliatus sum nimis.

Libera me à persequentibus me: quia confortati sunt super me.

Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo: me expectant iusti donec retribuas mihi.

Gloria Patri, & Filio, &c.

*Antiph.* Visio stellæ, &c.

*De canonizatione ipsius.*

*Antiphona.* Signis mortem sequentibus panditur sancti gloria, adscriptus cæli ciuius colitur in Ecclesia. *Psalmus 136.*

**S**uper flumina Babylonis, illic sedimus, & fleuimus: dum recordaremur tui Sion.

In falicibus in medio eius: suspendimus organa nostra.

Quia illic interrogauerunt nos, qui captiuos duxerunt nos: verba cantionum.

Et qui abduxerunt nos, Hymnum cantate nobis de canticis Sion.

Quomodo cantabimus canticum Domini: in terra aliena?

Si oblitus fuero tui Ierusalem: obliuioni detur dextera mea.

Adhæreat lingua mea faucibus meis: si non meminero tui.

Si non proposuero Ierusalem: in principio latitiæ meæ.

Memor esto Domine filiorum Edom: in die Ierusalem.

Qui dicunt: Exinanite, exinanite vsque ad fundamentum in ea.

Filia Babylonis misera: beatus, qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis.

Beatus, qui tenebit: & allidet paruulos tuos ad petram.

Gloria Patri, &c.

*Antiph.* Signis mortem, &c.

*Explicit secunda pars.*

ADMONITIO LYRANI,  
AD LECTOREM.

**N**cipit Orationis expositio, circa quam, secundum quod in Antiphonarum expositione, propono premittere verba Domini Fratris Bonaurenture quondam Albanensis Episcopi, que mihi videntur melliflua; quibus visis, Antiphonarum sententia legentibus apparebit. In expositione vero Psalmorum non sic possunt eius verba littere Psalmorum adaptari, propter varium modum loquendi Propheticum, qui, secundum tactum Spiritus sancti, de vna materia transit ad aliam. Applicabo tantum ipsis sententiam Legende B. Francisci, prout potero, bono modo.

CAPVT I.

Verba D. Bonaurenture in Legenda minori, cap. 1.  
De conuersatione B. Francisci in habitu seculari.

**F**ranciscus de Vallis Spoletanæ partibus, ciuitate Assisij, trahens originem; primumque Ioannes vocatus à matre, dehinc Franciscus à patre, vocationis quidem paternæ vocabulum tenuit, sed rem materni nominis non reliquit. Licet inter vanos fuerit hominum filios iuuenili ætate nutritus in vanis, & post aliqualem litterarum notitiam lucratiuis mercationum deputatus negotiis; superno tamen sibi assistente præsidio, nec inter lasciuos iuuenes post carnis petulantiam abiit, nec inter cupidos mercatores sperauit in pecunia & thesauris. In ipso quippe iuuentutis flore firma se Domino sponcione constringens, quod numquam, si possibilitas affo-  
ret, petentibus pro amore Domini se negaret; dum promissum tam nobile vsque ad mortem seruare non desistit, ad copiosiora in Deum dilectionis & gratiæ incrementa peruenit.

Hæc in prima Antiphona breuiter continentur, cum dicitur: Franciscus cum iuuenibus lasciuiam non sequitur: munera dat pauperibus, ad maiora disponitur.

Expositio primi Psalmi.

**F**undamenta eius, &c. Secundum vulgare dictum poeticum, Dimidium facti, qui bene cepit, habet. Beatus vero Franciscus optimè cepit à tempore iuuentutis, vt patet per prædicta: propter quod de ipso bene dicitur, Fundamenta eius, id est, initia eius sancti satis, in montibus sanctis, id est, in virtutibus excellis. Quæ virtutes fuerunt castitas inter lasciuos iuuenes, & misericordiæ largitas inter cupidos mercatores. Sicut & sancti Lot excellens sanctitas notatur à Doctores in hoc, quod inter pessimos homines sanctè vixit, & quia scribitur libro de Ecclesiasticis dogmatibus: Bonum est facultates cum dispensatione pauperibus erogare, sed melius est intentione sequendi Christum totum insimul donare, & absolutus sollicitudine, cum Christo egere. Quod perfectissime fecit B. Franciscus, ideo sequitur: Diligit Dominus portus Sion, id est, aggregatum vitæ contemplatiuæ, super omnia tabernacula Iacob, id est, super exercitia vitæ actiuæ, quæ per tabernacula Iacob designantur, eod quod in ipsis quedam lucta & distractio mentis admisce-

tur, secundum quod dicit Dominus: Martha, Martha sollicita es, & turbaris erga plurima, sporrò vnum est necessarium. Maria optimam partem elegit, que non auferetur ab ea. Et quoniam de B. Francisco & de sanctis Fratribus, ipsum contemptu temporalium & appetitu cælestium sequentibus, multa digna laudibus dicta scriptaque sunt, ideo sequitur:

Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Ciuitas autem est ciuium vnitas; & ideo Religio B. Francisci bene designatur nomine ciuitatis, eo quod efficaciter inducit ad vnitatem charitatis. Vnde dicit idem sanctus in Regula sua: Si mater nutrit & diligit filium suum carnalem, quanto diligentius quis debet diligere & nutrire Fratrem suum spirituales? Et quoniam verbis & exemplis B. Francisci aliorumque Fratrum, bonorum reiecta seculari pompa, ciuitatem hanc Dei sunt ingressi multi, de bono in melius proficientes, ideo subditur in persona Domini.

Memor ero Rahab & Babylonis: scientium me. Sicut dixi diffusius super librum Psalmorum, Rahab non est hic proprium nomen mulieris, quæ recepit exploratores Hebræorum: sed est nomen commune, significans superbium vel superbiam, quæ in omni mortali peccato includitur. Babylon autem confusio interpretatur. Dicit ergo Dominus: Memor ero Rahab & Babylonis: id est, peccatorum confusione, gratiam & gloriam adducente, quæ pudor est de peccatis commissis. Scientium me: quia taliter confusi proficiunt in noticia Dei, & sui. De quibus adhuc subditur:

Ecce alienigena, & Tyrus, & populus Æthiopicum, hi fuerunt illic. Peccatores autem ante penitentiam alienigenæ sunt, id est, ab alieno patre scilicet diabolo, geniti. Vos ex patre diabolo estis. Tyrus, autem interpretatur angustia, quæ frequenter maior est in perpetrando peccatis, quam in operibus meritoriis. Assati sumus in via iniquitatis (inquunt peccatores) & perditionis, ambulauimus vias difficiles, &c. Et populus Æthiopicum; id est, homines in fama denigrati ante suam conuersionem, à suorum turpitudine peccatorum; hi fuerunt illic. Nam plures de prædictis peccatoribus veraciter penitentes, Religionem istam ingressi sunt, nomine non significatam, in ea consummantes laudabiliter vitam suam. Dilatationem vero huius Ordinis & profectus B. Francisci propheticè prædixit, secundum quod dicit Dominus Bonaurentura de ipso: Post hac conuersus ad Fratres, Confortamini (ait) & gaudete, ne quia pauci estis, effici-

mini tristes, nec vos terreat mea vel vestra simplicitas: quoniam, sicut mihi à Domino in veritate ostensum est, in magnam multitudinem nos faciet crescere Deus, suæque benedictionis gratia multipliciter dilatabit. Et hoc est quod subditur:

Numquid Sion dicit: Homo. Hic homo est B. Franciscus ad statum innocentie reformatus, prout infra, titulo de obedientia creaturarum ad ipsum, plenius apparebit. Et ipse dilatationem sui Ordinis per Sion significati prædixit. Et homo natus est in ea. Nam reuocatio vitæ suæ per assumptionem perfectionis Euangelicæ, quædam natiuitas dici posset, secundum illud: Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et ipse fundauit eam Altissimus. id est, ipse Christus (qui est Altissimus) fundauit hanc Religionem, ponens beatum Franciscum primarium lapidem, aptum ad sustinendum, cum Dei adiutorio, ædificij superædificandi magnitudinem. Et quoniam facta notabilia haberi debent in memoria, Scripturæ vero deseruiunt memoriæ, ideo sequitur:

Dominus narrabit, id est, narrari faciet, in Scripturis populorum, id est, in picturis, quæ sunt libri laicorum. In multis enim Ecclesiis & locis facta beati Francisci, ad excitationem deuotionis fidelium, depinguntur. Et principium horum, id est, in Scripturis Prælatorum & Clericorum, qui principes sunt, quantum ad regimen animarum, secundum illud: Vos estis genus electum, regale Sacerdotium. Et plures de istis Principibus ad laudem beati Francisci plurima conscripserunt. Dominus enim Gregorius Papa nonus fecit Hymnum, Proles de celo prodit. & Antiphonam, Plange verba pauperula. & Profam, Caput draconis, &c. Dominus Thomas Presbyter Cardinalis de Capua fecit Hymnum, In caelesti collegio. Et Antiphonam, Salue sancte Pater, &c. Dominus autem Raynerius de Viterbio Cardinalis fecit Hymnum, Plaudite turba pauperula, &c. & Antiphonam, Calorum candor splenduit. Dominus autem Frater Bonaurentura de Balneo regio Episcopus Albanensis scripsit vtramque sancti Legendam; in quarum maiori de talibus sic loquitur, titulo de Stigmatibus sacris: Viderunt etiam Stigmata, ex familiaritate, quam cum viro sancto habebant, aliqui Cardinales, qui laudes sacrorum Stigmatum Profis, & Hymnis, & Antiphonis, quas ad ipsius ediderunt honorem, veraciter inferentes, tam verbo quam scripto perhibuerunt veritati testimonium. ideo subditur:

Sicut latantium omnium habitatio est in re. Nam Fratres, qui erant & qui sunt in hac Religione, professione & habitu venerabiles in ea dicti viri, & alij consimiles, qui erant, & qui sunt, deuotionis affectu de gloria dicti Patris lætabantur communiter, & lætantur.

CAPVT II.

Dominus Bonaurentura, de perfecta conuersione eius ad Christum & reparatione trium Ecclesiarum.

**E**X tunc à publicæ negotiationis tumultu se subtrahens, solitaria loca quærebat, amica mœroribus. In quibus cum gemitibus inenarrabilibus incessanter intenderet, post longam precum instantiam, qua sibi perfectionis semitam à

Domino postulabat ostendi, ad votum exaudiri promeruit. Deuotione quoque sibi assistente fidelium, qui præclaram in viro Dei iam cœperant nosse virtutem, non solum sancti Damiani, verum etiam Principis Apostolorum, ac Virginis gloriosæ ruinas ac derelictas refarciuit Ecclesias: vt quæ per eum Dominus in posterum operari disponderet, sensibili foris opere mysterialiter præsignaret. Nam instar reparatæ triplicis fabricæ, ipsius sancti viri ducatu, secundum datam formam ab eo, Regulam, & doctrinam, Christi triformiter reparanda erat Ecclesia; sicut & vox facta ad eum de Cruce tertio replicans, Vade Franciscæ, repara domum meam, que labitur, de domus Dei reparatione mandatum præambulatum extiterat signum, & nunc in tribus ab eo Ordinibus institutis cernimus esse completum. Et hoc est quod dicitur breuiter in Antiphona secunda, Relicto foris strepitu, &c.

Expositio Psalmi secundi.

**R**etribue seruo tuo, &c. Ista possunt esse verba post eius retractionem à tumultu negotiationum secularium; quibus orabat à Domino sibi vitam Euangelicæ perfectionis ostēdi, quasi dicens: Tu qui retributor es bonorum omnium retribue mihi seruo tuo pro carnalibus relictis spiritualia; & pro transitorijs æterna; sicut dixisti, Omnis qui reliquerit domum, aut fratres, aut sororas, aut patrem, aut matrem, centuplum accipiet, (id est, spiritualia bona, quæ merito sui ad carnalia sic se habent, ac si centenarius numerus paruo numero comparetur; vt exponit beatus Hieronymus) & vitam æternam possidebit. ideo subditur: Visifica me; vita gratiæ in præsentibus, & vita gloriæ in futuro. Et custodiam sermones tuos; id est, Euangelica consilia, quæ ore tuo benedicto protulisti. Multifariam multisque modis olim Dominus loquens patribus in Prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in Filio; id est, per Filium, eiusdem numero naturæ cum ipso.

Reucla oculos meos, radio lucis æternæ, & considerabo mirabilia de lege tua. id est, profunda mysteria factæ Scripturæ: vnde dicit Dominus Bonaurentura capite de intelligentia Scripturarum: Ad tantam autem mentis serenitatem, indefessum orationis studium, cum continua exercitatione virtutum, virum Dei perduxerat, vt quamuis non habuerit sacrarum litterarum peritiam per doctrinam, æterna tamen lucis irradiatus fulgoribus, Scripturarum profunda miro intellectus scrutaretur acumine: penetrabat enim ab omni labe purum ingenium mysteriorum abscondita; & ubi magistræ scientiæ foris stat, affectus introibat amantis. Sed quia corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimat sensum multa cogitantem terrena inhabitatio: ideo beatus Franciscus adhuc in corpore corruptibili positus, orabat dicens:

Incola ego sum in terra: non abscondas à me mandata tua, propter grauedinem corporis, sed ostendas ea mihi virtute lucis tuæ, & ad hoc rationem inducit, dicens:

Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore. Et de domina Sapientia scribitur: Praoccupat autem eos, qui se concupiscunt, vt illis se prior ostendat. Et quoniam diuinæ sapientiæ mysteria absconduntur superbis; sicut dicit Dominus. Confitebor tibi Pater Domine celi & terræ, quoniam abscondisti hæc à sapientibus, & pr-

Genes. 19.

Auctor. li. de Eccles. dogmatibus cap. 70. in Append. Tom. 3. Querum August.

Luc. 10.

Regula. c. 6. Tom. 2.

Iosue 2.

Ioan. 1.

1. Petr. 2.

Bonan. c. 13. Legen. post med.

Joan. 8.

Sap. 5.

Bonan. c. 13. Legen. ad med.

Matth. 19.

Hieronim. 3. in Mat.

Heb. 1.

Bonan. c. 11. Legen. in princ.

Sap. 9.

Sap. 6.

Matth. 11.



dentibus, & reuelasti ea paruulis, idèò subditur:

Increpasti superbos: eis beneficium tuæ illustrationis denegando. Et quoniam sequitur ad hoc mandatorum Dei transgressio, idèò subditur: *Maledicti qui declinant à mandatis tuis.* Audient enim illud terribile verbum Iudicis: *Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & Angelis eius.* Angeli enim fatanę actiùs nituntur bonos ad malum impingere, vel saltem à melioribus impedire, sicut in Collationibus Patrum scribitur de Abbate Ioanne, quod semel immoderato ieiunio fuit nimis afflictus, & per hoc à melioribus impeditus; propter quod diabolus ad ipsum deridendum aparuit, dicens: Ignosce mihi, pater, quia procuravi tibi istud ieiunium. Et eodem modo diabolus sub specie boni conatus voluit B. Franciscum ab austeritate vitæ impedire, dicens: *Francisce, Francisce. Cui, cum quid quæreret, respondisset; Nullus est in mundo peccator* (inquit diabolus) *cui, si conuersus fuerit, non indulgeat Dominus: si autem quicumque semetipsum pœnitentia dura necauerit, misericordiam non inueniet in æternum.* Statim vir Dei per reuelationem cognouit hostis fallaciam, quomodo fuerit nisi ipsum ad tepida reuocare, & sic posset eum sicut Abbatem Ioannem deridere. Et idèò B. Franciscus petebat à Domino:

*Aufer à me opprobrium & contemptum.* scilicet, dæmonum, modo dicto. *Quia testimonia tua exquisiui:* conuersus scilicet, ad te per tuam gratiam, & tuo diuino illustratus lumine, in tenebris peccatorum nolo ampliùs ambulare, sed in luce mandatorum tuorum: quia *lucerna pedibus meis verbum tuum:* & *lumen semitis meis.* Ideo per te vocatus exquisiui testimonia tua, vt ea obseruem, & opere compleam, Sed quia diabolus accedentes ad Deum fortius tentat, & persequitur, idèò subditur:

*Etenim sederunt Principes, & aduersum me loquebantur:* id est, dæmones à bonis opetibus me impedire quærentes, sicut dicit Apostolus: *Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates mundi, rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitię, quibus resistitur per exercitium virtutis perfectę, idèò subditur: Seruus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis.* Ad hoc autem exercitium requiritur frequens meditatio legis diuinę.

*Nam & testimonia tua meditatio mea est.* Vnde & de viro iusto dicitur: *In lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte.* Et quia quod faciebat, aliis facere consulebat, idèò subditur: *Et consilium meum iustificationes tue.*

CAPVT III.

D. Bonauentura, de approbatione Regule.

Innotescente apud multos sublimes eius sanctoque proposito, tam ex doctrinæ simplicis veritate, quam vitæ, cœperunt ipsius exemplo viri quidam ad pœnitentiam animari, & eidem, relictis omnibus, habitu vitæque coniungi, quos & Fr. Minores vir humilis censuit appellari. Paucis admodum elapsis diebus, quibusdam sibi cohererentibus, cum iam ad duodenarium numerum excreuissent, disposuit Domini famulus cum illo simplicium cœtu Apostolicę Sedis adire præsentiam, vt præostensam sibi à Domino

normam viuendi, quam & breui sermone conscripserunt, suppliciter & instanter exposceret eiusdem sacratissimę Sedis auctoritate plenaria confirmari. Cum autem ad Romanam Curiam peruenisset, & adduceretur ante conspectum Summi Pontificis, essetque Christi Vicarius in Palatio Lateranensi, in loco qui dicitur Speculum, deambulans, altissimis meditationibus occupatus, Christi famulum tanquam ignotum repulit indignanter. Quo humiliter foras egresso, sequenti nocte huiusmodi reuelatio facta est à Deo ipsi Summo Pontifici. Videbat namque inter pedes suos palmam paulatim succrescere, & in arborem pulcherrimam eleuari. Et eo mirante, quid hæc visio veller ostendere, diuina lux impressit menti ipsius Christi Vicarij, quod hæc palma hunc pauperem, quem in præcedenti die repulerat, designabat. Et manè sequenti mandauit per suos famulos per urbem prædictam pauperem quæri. Quem inuentum iuxta Lateranum in Hospitali S. Antonij, ante conspectum suum celeriter iussit adduci. Sed & visionem, quam tunc temporis somno perceperat in hoc viro fere complendam, spiritu diuino suggerente firmavit. Videbat namque in somnis (vt retulit) Lateranensem Basilicam fore proximam iam ruinę, quam quidam homo pauperulus, modicus & despectus, proprio dorso submissio, ne caderet, sustentabat. Verè, inquit, hic est ille qui opere & doctrina Christi sustentabit Ecclesiam. Inde præcipua deuotione repletus, petitioni eius se per omnia inclinavit, ac Christi famulum speciali semper amore dilexit. Proinde postulata concessit, & adhuc plura concedere promisit. Approbavit Regulam, dedit de pœnitentia prædicanda mandatum, & laicis Fratribus omnibus, qui seruum Dei fuerant comitatis, fecit coronas paruulas fieri, vt verbum Dei liberè prædicarent. Et hoc est quod dicitur breuiter in Antiphona: *Antistes Innocentius, &c.*

Expositio Psalmi 122.

Ad te leuavi oculos meos, &c. Iste Psalmus conuenienter oratio B. Francisci dici potest, dum pro approbatione suę Regulę cum illo cœtu simplicium adiret Summi Pontificis præsentiam, non confidens de sua sapientia, aut eloquentia, seu alio subsidio sæculari, sed de sola benignitate Dei mentem Summi Pontificis inclinandam ad suę petitionis exauditionem, dicens: *Ad te leuavi oculos meos, qui habitas in cælis.* Et quoniam Fratres existentes in eius comitatu idem similiter flagitabant, subditur:

*Ecce sicut oculi seruatorum in manibus dominorum suorum,* à quibus confidenter expectant auxilium: *ita oculi nostri,* id est, mei & Fratrum meorum, *ad Dominum Deum nostrum, donec miseretur nostri* in exauditione nostrę postulationis. Et subditur ratio diuinam benignitatem inclinans ad hoc, cum dicitur:

*Miserere nostri Domine, miserere nostri, quia multum repleti sumus despectione.* Proprium enim est benignitatis diuinę, despectos à mundanis hominibus respicere, secundum illud 2. Mach. 1. *Domine contemptos & abominatos respice.* Beatus Franciscus contemptus fuit & despectus etiam à propriis ciuibus & amicis, secundum quod dicit D. Bonauentura: *Sciens autem ex hoc aduersum se patris concitatum esse furorẽ, ut irã locum*

2. Mach. 1. Bonau. c. 2. Leg. parum à princ.

*daret, diebus aliquibus in quadam occulta fouea ieiunans & orans & lacrymans latuit; tandemque spirituali quadam repletus letitia, & virtute induit ex alto, exterius fiducia liter produit, & ciuitatem constanter intrauit. Quem cum iuuenes cernebant facie squalidam, & mente mutatum, ac per hoc alienatum putarent à sensu lutoque plebeorum vel stultum impererent, & clamorosis vocibus insultarent: famulus Domini, nulla prorsus fractus aut mutatus iniuria, vt surdus in omnibus pertrāsibat. Præ omnibus autem pater ipsius furens & fremens, tanquam naturalis esset miserationis oblitus, pertractum domi filium, Verberibus & vinculis cœpit angere, vt dum eius per molestias corpus auereret, ad mundi blandimenta eius animum inclinaret. Similiter socij beati Francisci ad diuersas mundi partes ab eodem missi pro prædicatione verbi Dei, fuerunt à superbis hominibus multipliciter despecti & contempti; de quibus dicit Dominus Bonauentura: *Multa quidem eis in diuersis partibus orbis inferebantur conuicia, amquam personis despicabilibus & ignotis.* idèò subditur.*

Indidem c. 4. ad med.

Iob 12.

*Quia multum repleta est anima nostra, opprobrium abundantibus, & despectio superbis:* propter quod nunc glorificati sunt in cælis, secundum illud Iob 12. *Deridetur iusti simplicitas, lampas contempta apud cogitationes diuinitum, parata ad tempus statuum.*

CAPVT IV.

Dominus Bonauentura, de efficacia prædicandi.

Retus exinde gratia superna Franciscus, Summiq; auctoritate Pontificis, cum fiducia multa versus Vallem Spoletanam iter arripuit, vt perfectionis Euangelicę veritatem, quam mente conceperat, & professione deuouerat, facto perficeret, & verbo doceret. Factus igitur Euangelicus præco, ciuitates circuebat & castra, non in doctis humanę sapientię verbis, sed in virtute Spiritus annuntians verbum Dei, & regnum, Domino dirigente loquentem reuelationibus præuis, & sermonem confirmante sequentibus signis. Et hoc est quod dicitur in Antiphona: *Notanda prædicatio, &c.*

Expositio Psalmi quarti.

Nisi Dominus edificauerit domum, &c. Temportibus Innocentij Papę tertij, plures non solum de simplicibus Clericis, sed etiam de Sacerdotibus Ecclesię ac Prælatibus à perfectione præcedentium declinauerunt, diuinum Officium, & per consequens animarum salutem neglexerunt, vt patet per Decretalem ab eodem editam. Extra. De celebrat. Missarum, Dolentes referimus. Propter hoc verosimile est, quod eodem tempore beatus Franciscus cum sua prole à Deo missus fuerit ad dictę negligentię supplementum; & hoc per exempla sanctę vitæ, & verba sanę doctrinę. Propter quod potest dici: *Nisi Dominus edificauerit domum,* scilicet Ecclesię, quę domus Dei dicitur, exemplis & doctrinis Prædicatorum Euangelicę veritatis, de quibus fuit beatus Franciscus & Fratres eius, in vanum laborauerunt qui edificant eam. Nam plures eorum qui tenentur ex officio Ecclesiam edificare verbo & exemplo, magis occupantur

in vanis; propter quod adhuc subditur:

*Nisi Dominus custodierit ciuitatem; id est, Ecclesiam, de qua dicitur Apoc. 21. Vidi ciuitatem sanctam, Ierusalem nouam, descendentem de celo; à Deo paratam, sicut sponsam ornataam viro suo. Frustra vigilat, qui custodit eam.* Plures enim ex officio ad eius custodiam deputati, tantum sero vigilant in epulis & fabulis, quod impediuntur à diuino Officio, & sacrę Scripturę studio; secundum quod dicitur in Decretali præallegata; Dolentes referimus, quod non solum quidam minores Clerici, verum etiam aliqui Ecclesiarum Prælati circa comessationes superfluas, & fabulationes illicitas, vt de aliis taceamus, ferè medietatem noctis expendunt, & somno residuum relinquentes, vix ad diurnum concentum animi excitantur, transcurrendo vndique continua syncopata matutinum. Ad quod euitandum bene subditur:

Apoc. 22.

Osee 4.

*Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite, postquam sederitis, qui manducatis panem doloris: id est, Vos qui viuitis de oblatibus à pœnitentibus pro peccatis, secundum quod dicitur, Osee 4. *Va sacerdotibus, peccata populi comedent. Surgite postquam sederitis* in mensa, competenti refectio ne habita; ad quam Clerici viuentes in deliciis & honoribus, putant Fratres pauperes esse miseros, eo quod carent talibus. Propter hoc ad repellendum hunc errorem subditur:*

*Cum dederit, scilicet Dominus, dilectis suis, id est, pauperibus eius amore terrena contententibus, somnum, scilicet mortis: ecce hereditas Domini; id est, gloria cælestis parata eis; Matth. 5. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est Regnum calorum;* & in quo consistit hæc gloria, offenditur cum subditur: *Filij merces, id est, merces à Filio Dei data suis dilectis, supple est, fructus ventris.* Nam ipsemet merces est eorum, qui fructus est ventris virginalis. Beati namque reficiuntur interius in aspectu suę Deitatis, & exterius in aspectu suę gloriolę humanitatis. Et quoniam hæc merces redditur pro ædificatione Ecclesię verbis & doctrinis, idèò subditur:*

Matth. 5.

*Sicut sagitta in manu potentis, ita filij excussorum.* Beatus enim Franciscus & sequaces sui bene dicuntur filij, scilicet Dei, per adoptionis gratiam; sunt etiam de numero excussorum, nam præ ceteris excussi sunt à pondere terrenorum; & isti dicuntur sagitta, sicut dicitur Isaia 49. *Posuit me quasi sagittam electam.* Dicuntur etiam sagitta in manu potentis, scilicet Dei, ex cuius virtute penetrant vsque ad intima cordis; propter quod de beato Francisco scribitur: *Erant autem ipsius eloquia, non inania, nec visu digna, sed erant virtute Spiritus sancti plena: erant medullas cordis penetrantia, vt in vehementem stuporem audientes conuerterent; & obstinatorum mentes efficacia virtuosa mollirent.* Et idem potest dici de beato Antonio de Padua, & aliis Prædicatoribus, beati Francisci vitam imitantibus & doctrinam. Et quoniam viuente beato Francisco multiplicati fuerunt per orbem, idèò subditur:

Isa. 49.

Bonau. c. 3. post princ.

*Beatus vir, scilicet Franciscus, qui impleuit desiderium suum ex ipsis.* desiderabat enim summè, quod Religio sua, tamquam Domini pharetra, sagittis talibus impletur. Et quoniam ex hoc bono & aliis securus venit ad exitum vitæ præsentis, idèò subditur: *Non confundetur*

Sener.  
Sulp. in  
Epist. ad  
Bassulam.

Bona. c. 14.  
Legen. ad  
mcd.

nam loqueretur inimicis suis in porta, id est mortis, sicut de beato Martino legitur, quod moriens constanter diabolus increpauit, dicens: *Quid hic astas cruenta bestia? nihil in me funesti reperies, Ab:aha me sinus excipiet.* Licet autem non legatur de beato Francisco, quod in morte sic increpauerit diabolus verbo, tamen scribitur eius constantia contra daemones facta. Nam de ipso in oriente dicit Dominus Bonauentura: *Ut autem veritatis exemplo monstraret, quod nihil erat illi commune cum mundo, illa infirmitate tam graui, qua omnem languorem conclusit, super nudam humum se totum nudatum in spiritus feruore prostravit; quatenus hora illa extrema, in qua poterat adhuc hostis irasci, nudus luctaretur cum nudis; & sic in porta mortis non fuit confusus, sed euasit victor gloriosus.*

CAPVT V.

Dominus Bonauentura, de feruore charitatis, & desiderio martyrij.

Charitatis quoque perfectæ feruorem, quo sponsi amicus ferebatur in Deum, ex hoc potissimum quis valeat aduertere, quod per martyrij palmam seipsum hostiam puram Domino optabat offerre. Tribus namque vicibus ob hoc versus partes infidelium iter aggressus, sed bis diuina dispositione prohibitus, tertia tandem vice post multa opprobria, verbera, vincula & labores innumeros ad conspectum Soldani Babylonix Domino ducente perductus, in tam efficaci ostensione spiritus & virtutis euangelizauit Iesum, vt admiraretur ipse Soldanus, & nutu diuino in mansuetudinem versus, benignum ei præberet auditum. Sicque factum est, vt Christi amicus mortem pro ipso totis viribus exquireret, & tamen nullatenus inueniret; vt & merito non careret martyrij, & insigniendus seruaretur in posterum priuilegio singulari. Et hoc est quod dicitur in Antiphona: *Charitatis incendium, &c.*

Expositio Psalmi quinti.

Credidi, propter quod locutus sum, &c. Propter feruorem charitatis igneæ poterat beatus Franciscus dicere: *Credidi fide formata, charitate feruente, propter quod locutus sum, non solum mores fidelibus prædicando, sed etiam fidem constanter infidelibus proponendo. Ego autem humiliatus sum nimis: id est, afflictus valde, secundum illud: Humiliabam in ieiunio animam meam: id est, ipsam affligebam. Sed si quaeratur de quo erat beatus Franciscus sic afflictus; benè responderetur, quod erat ex compassione ad Christum passum; cuius plagas quasi continuè mentis oculis intuebatur, sicut dicitur in Legenda sua: *Vna quippe dierum, dum sic sequestratus oraret, apparuit ei Christus Iesus, veluti cruci affixus, eidem tam efficaciter ingerens Euangelicum illum, Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me; vt mentem suam inuincat, & incendio dilectionis adureret, & absinthio compassionis impleveret. Nam & ad præmissæ visionis contuitum, liquefacta est anima eius, & memoria passionis eiusdem Christi visceribus cordis ipsius adeo impressa medullibus,**

vt & crucifixi Domini plagas oculis mentis interioribus quasi ingiter cerneret, & vix exterius à lacrymosis gemitibus continere valeret. Sed quoniam valde pauci faciunt debitum suum de compassione ad Christum crucifixum, ideo dicitur:

*Ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax.* Omnis enim omisso debiti includit mendacium facti. Sed quoniam aliqui valde perfecti suum in hoc debitum fecerunt, sicut Martyres pro Christo mortem viriliter sustinentes, ideo benè subditur, *in excessu meo.* Non tales excipiendi sunt à generalitate mendacij, de quorum numero fuit ipse beatus Franciscus, qui fuit martyr desiderio, sicut prædictum est; & ideo subditur in persona eius:

*Quid retribuam Domino? &c.* Et responderet. *Calicem salutaris accipiam:* id est, amore Dei martyrium exquiram, quod ore Domini Calix dicitur Matth. 20. *Potestis bibere Calicem, quem ego bibiturus sum?* Et quia hoc quærebat beatus Franciscus, confidens de diuino auxilio, ideo subditur: *Et nomen Domini inuocabo,* orans vt sit mihi adiutor.

*Vota mea Domino reddam coram omni populo eius,* id est, non solum coram populo Christiano, qui suus est per fidem & deuotionem; sed etiam coram populo Sarraceno, qui suus est per creationem & gubernationem. Et dictæ redditionis subditur ratio, cum dicitur: *Preiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius;* quia pretium huius mortis est ille, cuius bonitatis non est finis.

*O Domine quia ego seruus tuus.* Primò in habitu sæculari, vt dictum est supra cap. 1. & secundo in habitu Regulari; ideo repetitur: *Ego seruus tuus, & filius ancille tue;* id est, Ecclesiæ Romanæ, cui promisi obedire: vt patet in principio Regulæ suæ. Dicitur autem hæc Ecclesia sponsa Dei, in quantum ei coniungitur per fidem & deuotionem: & eius ancilla, in quantum exhibet ei debitum famulatum: sicut & beata Virgo dicitur eius mater & ancilla.

*Dirupisti vincula mea:* spiritualia & corporalia: spiritualia per meorum remissionem plenariam peccatorum, sicut dicitur in Legenda: *Sane iam Fratrum, Deo vocante, consummato senario, cum pius eorum Pater & Pastor locum solitudinis nactus, in multa cordis amaritudine viam deploraret adolescentia, non sine culpa transactam, sibi ac proli, quam in Christo generat, veniam postularet & gratiam, excessiua quadam in eum superueniente lætitia, certificatus est de remissione plenaria omnium delictorum, usque videlicet ad quadrantes nouissimum.* Item vincula corporaliter dirupisti: quibus fuit ligatus, antequam Soldanus sibi pacificum præberet auditum, vt supra dictum est in textu Domini Bonauenturæ, in principio huius Psalmi. *Tibi sacrificabo hostiam laudis,* ex quo tempus & locum non inueni tibi per martyrium offerendi hostiam meæ carnis. Et nomen Domini inuocabo in secreto mei cordis contra diaboli tentationes, quibus à via Domini me auertere quotidie conatur.

*Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi eius:* id est, populi Christiani (qui suus est populus non solum creatione, sed & fide) ex quo non potui inter infideles meum propositum adimplere. *In atrijs domus Domini, in medio iui Ierusalem,* id est, militantis Ecclesiæ, quæ do-

Apoc. 21.

mus Dei dicitur, & etiam Ierusalem nominator Apoc. 21. *Vidi ciuitatem sanctam Ierusalem nonam, descendentem de celo, &c.*

CAPVT VI.

Dominus Bonauentura, de excessu orationis, & de spiritu prophetia.

Sentiens igitur Christi seruus corpore se peregrinum à Domino, cum ad terrena foris desideria pro Christi amore totus insensibilis esset affectus, ne foret absque consolatione dilecti, sine intermissione orando spiritum Deo contendeat exhibere præsentem: nam ambulans & sedens, intus & foris, laborans & vacans, adeo erat orationi vi mentis intentus, vt illi videretur, quidquid erat in eo non solum cordis & corporis, verum etiam operis & temporis, dedicasse. Suspendebatur multoties tantæ deuotionis excessu, vt supra semetipsum raptus, & ultra humanum sensum aliquid sentiens, quid circa se ageretur exterius omnino nesciret. In Ecclesia quadam derelicta visus est nocte oras manibus & brachijs extensis ad modum Crucis toto corpore subleuatus à terra, & nubecula quadam fulgente circumdatus, vt illustrationis mirabilis intra mentem mira circa corpus cum eleuatione facta perlustratio testis esset. Prophetarum etiam spiritus multiplex in tam multiformis plenitudine gratiæ requieuit in eo, vt ipsius virtute mirifica se vir Dei præsentem aliquando exhiberet absentibus, notitiamque certam haberet longè distantium, secreta quoque prospiceret euentus. Sicut multiplicium exemplorum euidentia comprobatur, ex quibus aliqua subscribuntur, sed hic propter breuitatem Operis omittuntur. Prædicta autem continentur in Antiphona, cum dicitur: *In Deum hunc ratios, &c.*

Expositio Psalmi sexti.

In conuertendo Dominus captiuitatem, &c. Rationalis anima, eo quod est ad imaginem Dei facta, capax est ipsius per cogitationem & amorem, & in hoc consistit ipsius vera libertas: de quo tropologicè potest dici illud Apostoli: *Illam qua sursum est Ierusalem, libera est.* Nam fidelis anima sursum eleuata per Dei cogitationem est amorem, & verè libera: sed quando per corpus, quod corrumpitur & aggrauat animam, trahitur ad meditationem & amorem cupiditatum carnalium & terrenarum, captiuatur: à qua captiuitate Paulus Apostolus personam infirmorum assumens liberari petit, dicens: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? & respondet, dicens: Gratia Domini nostri Iesu-Christi.* Nam per eius gratiam homo à cupiditatibus terrenis & carnalibus segregatus, dicta captiuitate liberatur. Beatus vero Franciscus & eius socij, saltem plurimi illorum, ita fuerunt liberati, propter quod poterat dicere: *In conuertendo Dominus captiuitatem Sion,* id est, fraternitatis & congregationis nostræ, nomine Sion designatæ, sicut supra dictum est cap. 1. *Facti sumus sicut consolati.* Dicitur autem sicut consolati, & non simpliciter consolati: nam in vita præsentis perfecta consolatio non habetur, sed in caelestibus expectatur.

*Tunc repletum est gaudio os nostrum, reddendo Deo gratias debitas de beneficiis iam acceptis, & etiam de promissis. Et lingua nostra exultatione.* Dicitur autem exultatio, quasi extrà saltatio; quod humanæ linguæ conuenit, quando per cognitionem propheticam, & transcendentis naturalis cognitionem, prænunciat & prædixit: quod fuit in beato Francisco, & in alijs focis eius. Et quoniam non solum fuit notum Fratribus sed etiam alijs multis personis, ex hoc Deum laudantibus, ideo subditur.

*Tunc dicent inter gentes: Magnificauit Dominus facere cum eis:* id est, magnificauit dona gratiæ, quæ concessit Fratribus istis. Et quoniam sacramenta Dei reuelare honorificum est, vt Tob. 12. *ideo beatus Franciscus & alij Fratres donis prædictis ditati poterant dicere: Magnificauit Dominus facere nobiscum,* sua nobis beneficia misericorditer conferendo. *Facti sumus, latentes;* non solum interiori mente, sed etiam exteriori in corpore, secundum illud Psalmi 83. *Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.* Et quoniam à tempore beati Francisci fuerunt in Ordine aliqui Fratres defectuosi, & per consequens in captiuitate prædicta detenti, ideo pro liberatione talium orabant beatus Franciscus & eius socij, dicentes:

*Conuertere Domine captiuitatem nostram, sicut torrens in Austro.* Flante namque vento Aquilonari, qui siccus est, torrentes desiccantur, flante vero Australi vento, qui pluuiosus est, torrentes iterum aquis replentur. Sic flante diabolo, qui ventus Aquilonaris dici potest, secundum illud Ierem. 1. *Ab Aquilone pandetur omne malum,* mentes hominum humore gratiæ desiccantur, sed ex opposito flante Spiritu sancto, aquis gratiæ replentur, & incipiunt fluere aquis contritionis, & deuotionis, quæ finaliter perducunt ad gaudium supernæ ciuitatis, ideo subditur:

*Qui seminant in lacrymis, in exultatione metent;* & subditur modus perfectionis, cum dicitur:

*Euntes per viam huius vitæ ad patriam; ibant de virtute in virtutem, & flebant, propria peccata desidentes & aliena: mittentes semina sua,* id est, exhortationes ad bonum per exempla sancta & verba, secundum illud Lucæ 8. *Semen est verbum Dei.*

*Venientes autem venient cum exultatione ad brachium caelestis patriæ, portantes manipulos suos,* id est, fructus seminis sui, qui sunt manipuli gratiosi.

CAPVT VII.

Dominus Bonauentura, de obedientia creaturarum ad ipsum.

Verè præclarum & admirabilem virum, cui suum ignis ardorem temperauit, aqua saporem commutauit, abundans poculum petra propinat, inanimata deseruiunt, mansuescunt immitia, & irrationabilia studiosè intendunt, ipse quoque Dominus omnium sua benignitate obediit ad votum, dum & liberalitate præparat cibum, & lucis præbet claritatem ducatum, vt sic ei tamquam viro sanctitatis eximia, & omnis creatura subseruiat, & ipse Creator omnium condescendat. Non solum autem creatura con-

poralis obediebat sibi, sed etiam spiritualis; nam orationis suae virtute daemones fugiebant. Vt autem quietius spiritualium donorum immissores susciperet, ad solitudines & Ecclesias derelictas oraturus nocte pergebat, quamvis & ibi pugnas daemonum horribiles senserit, qui secum confligentes quasi manu ad manum nitentur ipsum ab orationis studio perturbare. Verum illis precum ferventium infatigabili virtute fugatis, vir Dei solitarius remanens & pacatus, nemora replebat gemitibus, loca spargebat lacrymis, pectora manu tundebat; & quasi occultius secretarium noctis, nunc respondebat iudici, nunc supplicabat Patri, nunc colludebat sponso, nunc colloquebatur amico. Non solum autem per seipsum, sed etiam per internuntium, daemones effugabat. Contigit aliquando ipsum Aretium devenire, cum tota civitas intestino bello quassata, propinquum sui minabatur excidium. Hospitatus vero in suburbio, vidit super civitatem exultantes daemones, ac perturbatos ciues ad caedem mutuum succedentes: vt autem seditiosas illas fugaret aereas potestates, Fratrem Siluestrum columbinam simplicitatis virum, quasi praeconeum praemisit, dicens: Vade ad portam civitatis, ex parte Dei omnipotentis daemones in virtute obedientiae praecipe, vt exeant festinanter. Accelerat verus obediens Patris iussa perficere, & praecupans in laudibus faciem Domini, ante portam civitatis cepit clamare valenter: Ex parte omnipotentis Dei, & iussu serui eius Francisci, procul hinc discedite daemones vniuersi. Redit ad pacem continuo civitas, & civitatis in se iura ciues omnes, cum magna tranquillitate, reformant. Et hoc est quod dicitur breuiter in Antiphona, Seruo sui Creatoris, &c.

Expositio Psalmi septimi.

Sape expugnauerunt me, &c. Beatus Franciscus sedatis passionibus, & ad contemplationis altitudinem eleuatus, conuenienter potest Israel nominari. Igitur dicat nunc Israel: id est, Franciscus:

Sape expugnauerunt me a iuuentute mea. Scilicet corporales passiones, quae sunt concupiscentia oculorum. Nam inter hominum filios iuuenili aetate fuit nutritus in vanis, & post aliqualem litterarum notitiam lucratiuis mercationum deputatus negotiis, quia tamen ei non praualuerunt, sed magis e conuerso: ideo subditur: Etenim non potuerunt mihi. Assistente sibi superno presidio, nec inter lasciuos iuuenes post carnis petulantiam abiit, nec inter cupidos mercatores sperauit in pecunia & thesauris: sicut dictum fuit cap. 1. Et quoniam a quo quis superatus est, eius seruus efficitur: ideo merito creaturae corporales ei subiectae seruebant: quia non solum eas sed etiam malignos spiritus superauit ideo subditur:

Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores: id est, daemones manu ad manum mecum confligentes, vt praedictum est in textu Domini Bonauenturae.

Prolongauerunt iniquitatem suam, quia a principio mundi ad malum fidelium machinari non cessauerunt.

Domini iustus concidit cervices peccatorum: id est, daemonum: nam ex beati Francisci constantia, & diuina iustitia repellentur; propter

quod subditur: Confundantur & conuertantur retrorsum omnes, qui oderunt Sion, id est, beati Francisci congregationem, nomine Sion designatam, vt supra dictum est c. 1.

Fiant sicut foenum tectorum, quod priusquam euellatur, exaruit: daemones enim sunt stipula gehennae incendio praeparata.

De quo non implebit manum suam, qui metet. In finali namque iudicio messorum erunt Angeli sancti, secundum quod dicitur Matth. 12. Ipsi vero non colligent daemones ad suum consortium, sed eos magis impellent ad gehennae incendium. Et quoniam per Dei sententiam diffinitiuam sunt damnati, subditur:

Et non dixerunt, qui praeteribant per viam huius vitae: Benedictio Domini super vos, benediximus vobis in nomine Domini, quia pro damnatis nullus debet orare.

CAPVT VIII.

Domini Bonauenturae, de Stigmatibus sacris.

Fidelis reuera famulus & minister Christi Franciscus, biennio antequam spiritum redderet caelo, cum in loco excelso seorsum, qui mons Aluernae dicitur, quadragenarium ad honorem Michaelis Archangeli ieiunium inchoasset, supernae contemplationis dulcedine abundantius solito superfusus, ac caelestium desideriorum ardentiore flamma succensus, supernarum cepit immisionum cumulatius dona sentire. Dum igitur Seraphicis desideriorum ardoribus sursum ageretur in Deum, & affectus compassiua teneritudine in eum transformaretur, cui ex charitate nimia crucifigi complacuit; quodam mane circa festum Exaltationis sanctae Crucis in latere montis orans, vidit quasi speciem vnus Seraph sex alas tam fulgidas quam ignitas habentem, de caelorum sublimitate descendere: qui volatu celerissimo ad locum aeris viro Dei propinquum perueniens, non solum alatus, sed & crucifixus apparuit: manus quidem & pedes habens extensos & cruci affixos; alas vero sic miro modo hinc inde dispositas, vt duas supra caput erigeret, duas ad volandum extenderet, duabus vero reliquis totum corpus circumplectendo velaret. Hoc videns vehementer obstupuit, mixtumque dolori gaudium mens eius incurrit, dum & in tam gratioso Christi aspectu sibi tam mirabiliter apparentis, excessiuam quamdam concipiebat laetitiam, & dira conspecta crucis affixio ipsius animam compassiui doloris gladio pertransibat. Intellexit quidam illo docente interius, qui & apparebat exterius, quod licet compassionis infirmitas cum immortalitate spiritus Seraphici nullatenus conueniret: ideo tamen huiusmodi visio suis fuerat praesentata conspectibus, vt amicus Christi praenoscere, se non per martyrium carnis, sed per incendium mentis totum in Christi Iesu crucifixi expressam similitudinem transformandum. Disparrens igitur visio post arcanum ac familiare colloquium, mentem ipsius Seraphico interius inflammavit ardore, carnem vero Crucifixi conformi exterius insigniuit effigie, tamquam si ad ignis liquefactiuam virtutem praambulam, sigillatua quaedam esset impressio subsecuta. Statim namque in manibus eius & pedibus ap-

Math. 12.

Bonau. c. 6. Leg. minor. ad med. Tob. 12.

Psal. 28.

Supra c. 5.

parere ceperunt signa clauorum, ipsorum capitibus in interiori parte manuum & superiori pedum existentibus, & eorum acuminibus apparentibus ex aduerso. Erantque clauorum capita in manibus & pedibus rotunda & nigra, ipsa vero acumina oblonga, retorta, & repercussa, quae de ipsa carne surgentia, carnem reliquam excedebant. Siquidem repercussio ipsa clauorum sub pedibus adeo prominens erat, & extra protensa, vt non solum plantas solo liberè applicari non sineret, verum etiam inter curuationem arcualem ipsorum acuminum faciliter immitti valeret digitus manus, sicut & ab eis ipse accepi, qui oculis propriis haec omnia conspexerunt. Dextrum quoque latus quasi lancea transfixum, rubra cicatrice obductum erat: quod saepe sacrum sanguinem effandens, tunicam & femoralia in tanta copia respergebat, vt postmodum Frater socij ea lauantes pro tempore indubitanter aduertent, quod sicut in manibus & pedibus, sic & in latere famulus Domini expressè haberet impressam similitudinem Crucifixi. Et hoc est quod dicitur in Antiphona, Christo iam, &c.

Expositio Psalmi octauo.

Confitebor tibi Domine, &c. Beatus Franciscus impressionis factorum Stigmatum tempore feruenter orans in latere montis Aluernae, potuit dicere competenter: Confitebor tibi Domine, in confessione laudis; in toto corde meo; nam tunc in Deum sursum Seraphicis ardoribus agebatur: quoniam audisti verba oris mei, id est, verba orationis meae: hoc enim percepit per hoc, quod tunc dono oratio abundantius solito superfusus, cepit supernarum immisionum cumulatius dona sentire, vt praedictum est. Angeli vero sancti iusti orantibus affixi sunt, & coram Deo preces eorum offerunt, sicut dicitur Tob. 12. Quando orabas cum lacrymis, &c. ego orationem tuam obtuli, quod est verbum Angeli Raphaelis: ideo subditur:

In conspectu Angelorum psallam tibi. Et subditur modus orandi, cum dicitur: Adorabo ad templum sanctum tuum: tempore namque veteris Testamenti in exilium deportati, adorabant versa facie ad Ierusalem, ratione templi, sicut dicitur 3. Reg. 8. & Daniel 6. Vetus autem Testamentum fuit figura Noui; & ideo Christiani existentes in exilio huius mundi, debent adorare versa facie mentis ad caelestem Ierusalem, in qua est templum sanctum gloriae Dei: de quo dicit Psalmista: In templo eius omnes dicent gloriam. Sic autem orabat beatus Franciscus, propter quod dicere poterat: Adorabo ad templum sanctum tuum: & confitebor nomini tuo, confessione laudis gratias agendo de beneficiis ei collatis: ideo subditur:

Super misericordia tua, scilicet in remissione peccatorum meorum; vt dictum est supra: & veritate tua, in salutari donatione tuorum charitatum, & donorum; Quoniam magnificasti super omne, nomen sanctum tuum. Iungitur sic littera: Quoniam magnificasti nomen sanctum tuum, scilicet in me, quia Deus in se non magnificatur, cum sit infinitus: & haec magnificatio fuit factorum Stigmatum impressio, quae fuit occasio fidelibus magnificandi nomen Domini deuote. Sed quia hoc est privilegium singulariter beato Franciscus concessum; ideo dicitur, si-

per omne, scilicet collegium iustorum; sicut de quolibet sancto Confessore canit Ecclesia: Non est inuentus similis illi; pro aliqua eius singulari gratia, sine praediuicio aliorum Sanctorum. Et quoniam conformitas est causa dilectionis; & per consequens exauditionis; ideo beatus Franciscus Christo interius & exterius conformatus; poterat dicere:

In quacumque die inuocauero te, exaudi me, tua benignitate. Tanta enim nouitas in beati Francisci corpore signum fuit notabilis augmenti gratiae in eius mente: ideo subditur: Multiplicabis in anima mea virtutem. Et quoniam Dominus Gregorius nonus, & Cardinales plerimque, ad quos regimen Ecclesiae pertinebat, propter quod Reges dici poterant, sacra Stigmata verbo & scripto, confessione laudis, confessi sunt, vt supra dictum est c. 1. ideo subditur:

Confiteantur tibi: omne reges terrae, quia audierunt omnia verba oris tui: id est, cognouerunt facta tua mirabilia in corpore beati Francisci: quod autem factum aliquando nominetur verbum, patet 2. Reg. 1. Quod est verbum, quod factum est: Et hoc maxime competit verbo Dei, cuius dicere est facere, Psal. 148. Ipse dixit, & facta sunt.

Et cantent in viis Domini, id est, cantari faciant in Ecclesia Dei, in quibus conuenit populus Christianus ad audiendum Officium, Quoniam magna est gloria Domini, impressione factorum Stigmatum in corpore sancti Francisci. Hoc enim cantari fecerunt in Profis, Hymnis, & Antiphonis, quae ad Dei gloriam & beati Francisci honorem ediderunt. Et subditur dictae gloriae ratio, cum dicitur:

Quoniam excelsus Dominus, & humilia respicit, vt attollat: & alta, id est superba, a longe conuocet, vt despiciat; vt exponit Augustinus. Hoc autem impletum fuit in beato Franciscus; quem propter humilitatem suam ad illam celsitudinem erexit, de qua superbum demonem eiecit, secundum quod cuidam Fratri sancto diuinitus ostensum fuit; de quo dicitur in Legenda: Cum enim esset in comitatu viri Dei, & una cum ipso in quadam Ecclesia deserta feruenter oraret affectu, in ecstasi factus, vidit inter multas in caelo sedes, vnam ceteris digniorem pretiosius ornatam lapidibus, & omni gloria resplendentem. Miratus intra se praecelsi resplendentiam throni, anxia cepit cogitatione perquirere, quis ad illam deberet assumi. Audiuit inter haec vocem dicentem sibi: Sedes ista vnus de ruentibus fuit; & nunc humili seruauit Franciscus. Reuersus demum Frater ad se ab orationis excessu, virum beatum exterius prodeuntem, solito fuit more securus. Cumque incedentes per viam, de Deo inuicem loquerentur, Frater ille visionis suae non immemor, solerter quaesivit, quid de seipso sentiret. Ad quem humilis Christi seruus: Videor mihi maximus peccatorum. Cui cum Frater diceret ex aduerso, quod hoc non posset sana conscientia dicere nec sentire; adiunxit: Si quemcumque sceleratum hominem tanta fuisset Christus misericordia profecutus, arbitror sane, quod multo Deo quam ego gratio resset. Confirmatus fuit Frater ex tam admirabilis humilitatis auditu de veritate visionis ostensa; Euangelio sacro testante cognoscens, quod ad excellentiam gloriae, de qua superbus eiecit, verè humilis exaltetur. Et quoniam post Stigmatum impressionem beatus Franciscus fuit interius & exterius armis Christi munitus, potuit dicere:

Ecc. 44.

2. Reg. 1.

Psal. 148.

August. hic

Bonau. in Legen. maioris, cap. 6. post med.

Luc. 14.

Bonau. c. 1. Leg. minoris, ad prin.

Indidem.

2. Petr. 2.



Expositio Psalmi ultimi.

Si ambulauero in medio tribulationis, & inuificabis me: & super iram inimicorum meorum, id est, daemouum, extendisti manum tuam, eos repellendo ad precem meam; & saluum me fecit dextera tua, me ab eorum impugnatione magna liberando. Sed quoniam merita beati Francisci non valuerunt sibi solum, sed etiam filiis suis remunerantur; ideo subditur:

Dominus retribuet pro me; quasi diceret, Pro meritis meis Deus retribuet bona filiis meis, ipsos conseruando. Hanc autem conseruationem desiderabat beatus Franciscus continuari, propter quod orabat, dicens: Domine misericordia tua in saeculum, supple, sit super filios, quos dedisti mihi; propter quod subditur: Opera manuum tuarum, id est filios meos, ne despicias, eos deserendo, sed magis eos honorose continue gubernando. Et in hoc exauditus fuit a Domino, sicut dicitur in Legenda: Cum autem semel malis turbatus exemplis quorundam Fratrum, anxio spiritu misericordiae Patrem precaretur pro filiis, huiusmodi responsum reportauit a Domino: Cur tu pauper hominatio periturbaris? An ego te super Religionem meam sic pastorem constitui, ut me principalem nescias esse patronum? Hominem simplicem ad hoc te constitui, ut qua in te fecero, non humana industria, sed supernae gratiae adscribanur. Ego hos vocauit, seruabo, & pacem, & aliis excidentibus, alios subrogabo; & si nati non fuerint, faciam illos nasci; & quantumque fuerit impulsibus pauperula hac concussa Religio, salua semper meo munere permanebit.

CAPVT IX.

Dominus Bonauentura, de sacro transitu beati Francisci.

Ipsa vero transitum suum longe ante praesciuit, dieque obitus imminente, dixit Fratribus, sui corporis tabernaculum deponendum in proximo, quemadmodum fuerat sibi demonstratum a Domino. Biennio itaque ab impressione sacrorum Stigmatum, anno videlicet a sua conuersione vigesimo secundo, ad sanctam Mariam de Portiucula se deferri poposcit, ut ubi per Virginem matrem Dei Spiritum conceperat perfectionis & gratiae, ibidem mortis soluto debito, ad brauium perueniret retributionis aeternae. Post hoc Euangelium secundum Ioannem, ab illo loco, Ante diem festum Pascha, sibi legi poposcit, ut in eo vocem dilecti pulsantis audiret, a quo solas eam iam carnis paries disungebat. Ipse vero pro ut potuit, in huius Psalmi vocem erupit: Vocem meam ad Dominum clamaui, voce mea ad Dominum deprecatus sum, & ad finem usque compleuit. Me, inquit, expectant iusti, donec retribuas mihi. Tandem in eo cunctis completis mysteriis, anima illa sanctissima carne soluta, & in abyssum diuinæ claritatis absorpta, beatus vir obdormuit in Domino. Vnus autem ex Fratribus & discipulis eius vidit animam illam beatam, sub specie stellæ præfulgidæ a candida subiectam nubecula, super aquas multas in caelum tramite recto sursum ferri, tamquam sublimis sanctitatis candore prænitidam, & caelestis sapientiae simul & gratiae ubertate repletam, quibus vir sanctus promeruit introire locum lucis & pacis, ubi cum Christo sine fine quiescit. Caro

vero ipsius, quæ prius tam infirmitate quam ex natura ad nigredinem declinabat, candore nimio renitescens, illius secundæ stolæ pulchritudinem prætendebat. Et hoc est quod dicitur in Antiphona, Visio stellæ splendida, &c.

Expositio Psalmi noni.

Vocem meam ad Dominum clamaui, &c. Sicut patet ex prædictis, iste Psalmus fuit oratio beati Francisci morientis. Vocem meam ad Dominum deprecatus sum. Et dicitur hic bis voce mea, propter vocem mentis & corporis: nam in huius Psalmi vocem erupit, pro ut poterat illa hora, ut prædictum est.

Effundo in conspectu meo orationem meam, & tribulationem meam ante ipsum pronuntio. Ut enim moriendo Christo conformaretur, eius imminente morte grauibus fuit afflictus doloribus, sicut dicitur in Legenda: Ut autem viro Dei cumulus meritorum accresceret: quæ omnia verè in patientia consummanur, cepit infirmitatibus variis laborare tam grauius, ut dolorosis passionum molestiis per singula membra diffusis, consumptisque iam carnibus, quasi sola carnis ossibus cohereret. Cumque duris corporis angeveretur doloribus, pœnales illas angustias non pœnas, sed sorores suas, esse dicebat, tantasque in ipsarum tolerantia lætè Domino laudes & gratias referebat, ut videretur sibi assistentibus Fratribus, quod pro gloria incunda & humili, Quasi Paulum aspicerem, & pro vigoratione imperturbabilis animi, alterum Job viderem.

In deficiendo ex me spiritum meum. Videbat enim spiritus vitales corporis omnino deficere, & per consequens spiritum rationalem statim a corpore separandum. Et tu cognouisti semitas meas ac si diceret Christo moriente: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum: dirige eum ad te per semitam rectam deducendo. Sed quoniam maligni spiritus insidiantur iustis in morte, sicut legitur de beato Martino, & idem vero simile est de beato Francisco, ideo subditur:

In via hac, qua ambulabam, absconderunt superbi laqueum mihi: id est, daemones. Ut autem perfectus Christo morienti, qui dixit in cruce, Deus Deus meus, quare me dereliquisti? conformaretur: ideo dixit.

Considerabam ad dexteram, & videbam: & non erat qui cognosceret me. Perit fuga a me, & non est qui requirat animam meam. Licet enim humanitas Christi, in qua patiebatur, in supposito Verbi esset coniuncta Diuinitati, tamen dicebat se a Patre derelictum in manibus Iudæorum. Ita beatus Franciscus moriens, quamuis esset Deo mente coniunctus per feruentissimam charitatem, & etiam quodammodo corpore, propter sacrorum impressorum Stigmatum similitudinem, tamen dicebat se incognitum & irrequisitum, quantum ad mortis corporalis euasione: quam tamen veraciter acceptabat, eo quod per ipsam se venire ad gloriam præuidebat, propter quod dicebat:

Clamaui ad te Domine, dixi: tu es spes mea portio mea in terra vimentium. Intende ad deprecationem meam, me transferendo ad gloriam, quia humiliatus sum nimis: id est, valde afflictus ex doloribus mortis.

Libera me a persequentibus me: id est, a daemouibus, qui maxime iustis insidiantur in morte, ut supra dictum est. Et quia tunc faciunt vicinum

de potentia, scientes quod nocere non poterunt eis ultra, ideo subditur: Quia confortati sunt super me, licet defraudentur a sua intentione: ideo subditur:

Educ de custodia animam meam, id est, de custodia vel corpore mortali, quod est quasi carcer animæ, propter quod dicebat Apostolus: Infelix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? ad confitendum nomini tuo, confessione laudis perfectæ: Nam anima corpore mortali detenta, non potest in Deum ferri liberè, quia corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam.

Me expectant iusti, qui sunt in gloria caelesti, donec retribuas mihi: scilicet gloriam animæ, quam statim habuit exiens de corpore, propter quod sub specie stellæ splendidæ visa est in caelum recto tramite ascendere, ut superius est expressum, & in generali resurrectione gloriam corporis, quod fuit præfiguratum in candore nimio mortuæ carnis, quæ tamen prius tam ex natura quam infirmitate ad nigredinem declinabat.

CAPVT X.

Dominus Bonauentura, de miraculis sancti Francisci, & eius canonizatione.

Coepit autem vir beatus, continuo diuinæ faciei super irradiante respectu, magnis & multis coruscare miraculis, ut sublimitas sanctitatis eius, quæ ipso viuent in carne ad morum directionem per exempla perfectæ iustitiæ innotuerat mundo, illo iam regnante cum Christo, ad omnem fidei firmitatem per miracula diuinæ potentiae comprobaretur a caelo. Cumque in diuersis orbis partibus gloriosa eius miracula, largaque per ipsum impetrata beneficia, plurimos ad Christi deuotionem accenderent, & ad ipsius Sancti reuerentiam incitarent, acclamantibus tam linguis sermonum quam operum, ad aures Summi Pontificis Domini Gregorij noni, quæ per seruum suum Franciscum Deus operabatur, magnalia peruenerunt. Sanè cum idem Pastor Ecclesiæ non solum ex miraculis auditis post mortem, verum etiam experimentis in vita ipsius oculis visis, & manibus contrectatis, sanctitatem eius mirabilem, plena fide certificatus, agnosceret, & per hoc in caelis glorificatum a Domino nullatenus dubitaret, ut Christo, cuius erat Vicarius, concorditer ageret, hunc in terris reddere celebrem, tamquam omni veneratione dignissimum, pia consideratione disposuit. Ad omnem quoque certitudinem faciendam orbi terrarum de glorificatione viri sanctissimi, inuenta miracula & conscripta, & testibus idoneis approbata, examinari fecit per illos, qui minus inter Cardinales fauorabiles negotio videbantur. Quibus diligenter discussis, & ab omnibus approbatis, de Fratrum suorum, & omnium Prælatorum, qui tunc in Curia aderant, concordii consilio & assensu canonizandum decreuit. Veniens itaque personaliter ad ciuitatem Assisij, anno Dominicæ Incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo octauo, 7. Kalendas Augusti, die Dominico, cum maximis, quæ longu foret recensere, solemnibus beatum Patrem catalogo Sanctorum adscripsit. Et hoc est quod dicitur in Antiphona: Signis mortem sequentibus, &c.

Bonaui. c. 8. Leg. maior. ante med.

Suprà in textu huius cap.

Rem. 7.

Sapient. 9.

Suprà in text. huius capituli.

Bonaui. in Legen. maior. cap. 14. post med.

Luc. 23.

Gregor. Tur l. 2. de vita 6. Mart.

Math. 27.

Joan. 13.

Psal. 141.

Deut. 32.

Leuit. 23.

Tobia 3.

Tom. 2. Reg. 2. c. 3.

Suprà hoc c. in exp. vers. 3.

# Contemplatio Lyrani, de gestis B. Francisci.

*Adhæreat lingua mea faucibus meis. Metaphorica est locutio, quæ de Deo loquitur more humano. Sicut enim per manum diuinam intelligitur virtus eius operatiua, sic per linguam virtus eius expressiua. Si non meminero tui in bouem; sic enim promissit Dominus Beato Francisco, dicens: Quamuisque fuerit impulsibus conculcata hac pauperula Religio, salua tamen meo munere permanebit. Sicut superius allegatum est cap. 8.*

*Si non proposuero Ierusalem in principio lætitiæ & reduciendo Religionem istam ad prosperitatem pristinam, quam habuit temporibus propinquis canonizationi beati Francisci, ut dictum est in principio huius Psalmi. Et ego, qui superiora descripsi, anno mei Nouitiatus audiui à quodam Fratre antiquo, qui Ordinem intrauerat pro tempore beati Francisci, quod beatus Franciscus adhuc viuens dixerat: Fratres mei erunt primo poma dulcia, & postea insipida, & postea acerba, & ultimo ad pristinam dulcedinem reuertentur. Tria autem prima videntur iam esse impleta. Nam à canonizatione sancti Francisci per plures annos Fratres fuerunt Prælati, Principibus, Clericis, & laicis gratiosi; postea verò gratiositas hæc fuit diminuta; & postea à tempore Bonifacij VIII. videtur, quantum ad multos, in contrarium versa, maxime quantum ad Clerum, qui multipliciter in diuersis partibus orbis, Fratres tamquam odibiles persequitur & affligit. Quod nos debemus non solum humanæ malitiæ, sed etiam nostris demeritis imputare. Et quoniam, sicut dicit beatus Gregorius, Præteritarum rerum exhibitio, certitudo est futurorum, ideo ex tribus iam impletis sperare debemus, quod quartum adimplebitur Domino concedente. Sed quoniam Fratres non solum debent orare pro suis benefactoribus, sed etiam pro suis persecutoribus, sicut dicitur in Regula, quod debemus diligere eos, qui nos persequuntur, reprehendunt & arguunt, quia dicit Dominus: Diligite inimicos vestros, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos; ideo subditur in persona Fratrum adimplentium verbum Christi:*

*Memor esto Domine filiorum Edom, in bonum ipsorum. Esau verò fuit alio nomine vocatus Edom Gen. 25. ipse vero persecutor fuit fratris sui Iacob simplicis: & ideo filij Edom competenter dici possunt persecutores huius pauperulæ Regulæ siue Religionis. Pro quibus tamen debemus orare, ut resiliant à sua peruersitate, & sic fiant nobis occasio lætitiæ, ideo subditur: in die Ierusalem: id est, ad consolationem nostram. Sicut enim tribulatio frequenter vocatur nox in sacra Scriptura, sic consolatio dies. Et cum hoc Domino concedente fuerit impletum, poterimus cum Apostolo dicere: Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Sed quia nondum est hoc impletum, subditur adhuc de persecutoribus nostris:*

*Qui dicunt: Exinanite, exinanite vsque ad fundamentum in ea. Aliqui namque de persecutoribus nostris falsò disseminauerunt, quod nostra Religio penitus esset destruenda. Colligatio vero talium detractorum potest conuenienter dici filia Babylonis, id est, digna confusione; sicut filius mortis dicitur homo dignus morte, 2. Reg. 12. ideo subditur:*

*Filia Babylonis misera, ratione culpæ; beatus qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis, retribuendo tibi bona pro malis. Et hoc faciunt perfecti Fratres, orando pro persecutoribus suis. Sed quoniam multi non sunt ita perfecti, quin insurgant aliqui motus irascibilis potentia ad vindictam, ideo subditur:*

*Beatus qui tenebit, id est, retinebit freno rationis, paruulos tuos, id est, motus irascibiles, ne crescant vsque ad malum consensus & operationis; & allidet eos ad petram, id est, Christum. Quod faciunt illi, qui remittunt omnem iniuriam amore Christi. Et hoc modo beatus Hieronymus exponit versus istum, dicens: Ille laudatur, ille predicatur beatus, qui cum cœperit cogitare interficere cogitatus, & allidit eos ad petram. Petra autem est Christus. Cui sit laus & gloria in sæcula sæculorum. Amen.*



## INDEX OPUSCULORVM B. FRANCISCI.

I. PISTOLA ad vniuersos Christi fideles. Pag. 1.	Oratio B. Patris in suæ conuersionis initio. 18
II. Alia ad eisdem. ibid.	Alia præponenda Horis Canonicis. ibid.
Cap. I. Exordium epistolæ, & causa scribendi. ibid.	Saluatio ad Virginem Mariam. ibid.
Cap. II. De fide, & imitatione Christi Domini. 2	Oratio ad eandem. ibid.
Cap. III. Maledictos esse diuina mandata præuaricantes. ibid.	Alia ad eandem. ibid.
Cap. IV. De confitendis peccatis, & Eucharistia sumenda: ibidem	Oratio B. Patris pro obtinenda pauperrate. 18
Cap. V. De faciendâ penitentia, & proximo amando. ibid.	Alia ad sanctam Eucharistiam. ibid.
Cap. VI. De iustitia cum misericordia administranda, & de eleemosyna largienda. ibidem	Alia eiusdem ad impetrandum diuinum amorem. ibid.
Cap. VII. De abstinencia, & honore Ecclesiasticis imponendo. ibidem	Alia eiusdem in infirmitate. 20
Cap. VIII. De vero Religioso, & perfecta obedientia. ibid.	Alia eiusdem pro commendanda familia. ibid.
Cap. IX. De benignitate Prælati erga subditos. ibid.	Alia quotidiana eiusdem. ibid.
Cap. X. De humilitate, & de miseria corporis, & felicitate spiritus. 3	Testamentum eiusdem B. Patris. ibid.
Cap. XI. De Christo Salvatore laudando. ibid.	Laus eiusdem Testamenti. 21
Cap. XII. De cœcatione & deceptione peccatoris. ibid.	
Cap. XIII. De infelici morte peccatorum. ibid.	
Peroratio. ibidem	
III. Epistola ad B. Antonium de Padua. 4	
IV. Epistola ad B. Claram, & ceteras sorores sancti Damiani. ibidem	
V. Epistola ad eandem. ibidem	
VI. Ad fratrem Eliam Vicarium generalem. ibid.	
VII. Ad eundem. 5	
VIII. Ad Generalem Ministrum Fratrum Minorum. ib.	
IX. Ad prouinciales ministros eorundem. 6	
X. Ad Capitulum Generale. ibidem	
XI. Ad aliud Capitulum Generale. ibid.	
XII. Ad Sacerdotes totius Ordinis. 7	
XIII. Ad vniuersos Clericos. 10	
XIV. Ad vniuersos Custodes Fratrum Minorum. ibid.	
XV. Ad populorum Rectores. 11	
XVI. Ad Fratrem Leonem. ibid.	
XVII. Ad Dominam Iacobam de Septem Illis. ibid.	
Verba sacræ Admonitionis ad omnes Fratres. 12.	
Cap. I. De fide erga Deum, de reuerentia erga Sacramentum Altaris, & de digna eius susceptione. ibid.	
Cap. II. De malo propriæ voluntatis. ibid.	
Cap. III. De perfecta obedientia. ibidem	
Cap. IV. Quod nullus sibi appropriet prælationem. 13	
Cap. V. Quod nemo superbiat, sed gloriatur in Cruce Domini. ibidem	
Cap. VI. De imitatione Domini nostri Iesu Christi. ibid.	
Cap. VII. Ut bona opera sequantur scientiam. ibid.	
Cap. VIII. De peccato inuidiæ vitando. ibid.	
Cap. IX. De dilectione inimici. ibid.	
Cap. X. De castigatione corporis. ibid.	
Cap. XI. Quod nemo corrumpatur à zelo malo alterius. 14	
Cap. XII. De cognoscendo Spiritum Dei. ibid.	
Cap. XIII. De patientia in aduersis. ibid.	
Cap. XIV. De paupertate spiritus. ibid.	
Cap. XV. De pace. ibid.	
Cap. XVI. De munditia cordis. ibid.	
Cap. XVII. De humilitate seruanda in donis Domini. ibid.	
Cap. XVIII. De compassione proximi. ibid.	
Cap. XIX. De humili seruo Dei. ibid.	
Cap. XX. De bono & vano Religioso. ibid.	
Cap. XXI. De inani & loquaci Religioso. ibid.	
Cap. XXII. De correctione patienter suscipienda. 14	
Cap. XXIII. De humilitate. ibid.	
Cap. XXIV. De vera dilectione. ibid.	
Cap. XXV. Quod serui Dei honorent Clericos. ibid.	
Cap. XXVI. De virtute effugante vitium. ibid.	
Cap. XXVII. De abscondendo bono, ne perdat. ibid.	
Verba ad humilitatem, obedientiam, deuotionem & patientiam inducentia. 15	
De virtutibus quibus decorata fuit sancta Virgo, & debet esse sancta anima. 16	
Opusculum de vera & perfecta læticia. ibid.	
Expositio in Orationem Dominicam. 17	
Laus Domini Dei Altissimi. ibid.	
PRIMA Regula pro Fratribus Minoribus. Pag. 22	
Prologus. ibid.	
Cap. I. Quod Fratres debent viuere in obedientia, sine proprio, & in castitate. 23	
Cap. II. De receptione, & vestitu Fratrum. ibid.	
Cap. III. De diuino Officio, & ieiunio. ibid.	
Cap. IV. De ministris & aliis Fratribus, qualiter ordinentur. 24	
Cap. V. De correctione Fratrum in offensione. ibid.	
Cap. VI. De recurso Fratrum ad ministrum, & quod aliquis Frater non vocetur Prior. ibid.	
Cap. VII. De modo seruendi & laborandi. ibid.	
Cap. VIII. Quod Fratres non recipiant pecuniam. ibid.	
Cap. IX. De petenda eleemosyna. 25	
Cap. X. De infirmis Fratribus. ibid.	
Cap. XI. Quod Fratres non blasphement, nec detrahant, sed diligant inuicem. ibid.	
Cap. XII. De malo visu, & frequentia mulierum vitanda. 26	
Cap. XIII. De de præsumptione fornicationis. ibid.	
Cap. XIV. Quomodo Fratres debeant ire per mundum. ibid.	
Cap. XV. Quod Fratres non teneant bestiam, nec equitent. ibid.	
Cap. XVI. De euntibus inter Saracenos & alios infideles: ibid.	
Cap. XVII. De Prædicatoribus. ibid.	
Cap. XVIII. Qualiter Ministri conueniant ad inuicem. 27	
Cap. XIX. Quod omnes Fratres viuant Catholice. ibid.	
Cap. XX. De confessione Fratrum, & perceptione Corporis & Sanguinis Domini nostri Iesu Christi. ibid.	
Cap. XXI. De laude & exhortatione quam possunt facere omnes Fratres. ibid.	
Cap. XXII. De Admonitione Fratrum. ibid.	
Cap. XXIII. Oratio ad Deum, siue gratiarum actio, atque ad Fratres exhortatio. 28	
Exhortatio ad Fratres. 29	
Secunda Regula pro Fratribus Minoribus. ibid.	
Prologus. ibidem	
Cap. I. Regula & vita Minorum Fratrum. 30	
Cap. II. De his, qui volunt vitam istam accipere, & qualiter recipi debeant. ibid.	
Cap. III. De diuino Officio, & ieiunio, & quomodo Fratres ire debeant per mundum. 31	
Cap. IV. Quod Fratres non recipiant pecuniam. ibid.	
Cap. V. De modo laborandi. ibid.	
Cap. VI. Quod nihil sibi approprient Fratres, & de eleemosyna petenda, & de Fratribus infirmis. ibid.	
Cap. VII. De penitentia Fratribus peccantibus imponenda. ibid.	
Cap. VIII. De electione Generalis Ministri huius Fraternitatis, & de Capitulo Pentecostes. ibid.	
Cap. IX. De Prædicatoribus. 32	
Cap. X. De admonitione & correctione Fratrum. ibid.	
Cap. XI. Quod Fratres non ingrediantur Monasteria Monachorum. ibidem	
Cap. XII. De euntibus inter Saracenos & alios infideles. ibidem.	
Laudes secundæ Regulæ Fratrum Minorum. ibid.	
Prima Regula Sanctimonialium sanctæ Claræ. 33	

Gregor. Hom. 1. in Evangelia.  
Tom. 2. Reg. 2. cap. 10. Matth. 5.

Genes. 25.

Rom. 13.

2. Reg. 12.

Hieron. in Ep. ad Eustoch.

# Index Opusculorum, B. Francisci.

Cap. i. Regula & vita Sacrorum pauperum.	ibid.	Coll. vii. De petenda elemosyna cum fiducia.	ibid.
Cap. ii. Qualiter recipi debeant.	ibid.	Coll. viii. De discretione in corpore alendo.	ibid.
Cap. iii. De diuino Officio, & ieiunio, & quoties communicent.	34	Coll. ix. De indiscreta æmulatione in abstinentia fugienda.	45
Cap. iv. De electione Abbatis.	ibidem	Coll. x. De tolerandis quantisper necessitatibus.	ibid.
Cap. v. De silentio & modo loquendi ad Locutorium & ad Cratem.	35	Coll. xi. De lætando spiritualiter in Domino.	ibid.
Cap. vi. Qualiter Sorores non recipiant possessionem aliquam vel proprietatem, per se, vel per interpositam personam.	ibid.	Coll. xii. De humilitate & pace erga Clericos seruanda.	ibid.
Cap. vii. De modo laborandi.	ibid.	Coll. xiii. De cognoscendo seruo Dei.	ibid.
Cap. viii. Qualiter Sorores nihil sibi approprient, & de infirmis Sororibus.	ibid.	Coll. xiv. Quid Deo magis placeat, orare, an prædicare.	ibid.
Cap. ix. De pœnitentia Sororibus imponenda.	36	Coll. xv. De literis incumbentibus & Doctoribus.	46
Cap. x. De uisitatione Sororum ab Abbatisa.	ibid.	Coll. xvi. De uanis & tumidis Prædicatoribus.	ibid.
Cap. xi. De Ostiaria.	ibid.	Coll. xvii. De conditionibus & laude boni Prædicatoris.	ibid.
Cap. xii. De uisitatione.	ibid.	Coll. xviii. De murmuracione & detracione.	47
Regula Tertiariarum, siue Fratrum de Pœnitentia.	37	Coll. xix. Quod Fratres non uocentur Magistri.	ibid.
Cap. i. De modo examinandi uolentes intrare Ordinem.	38	Coll. xx. Quæ bona proueniant Ordini ex subiectione ad Ecclesiam.	ibid.
Cap. ii. De forma recipiendi uolentes intrare Ordinem.	ibid.	Coll. xxi. De tribulationibus Religionis, & Regulæ sectatorum.	ibid.
Cap. iii. De forma habitus, & qualitate indumentorum.	39	Coll. xxii. De sancta conuersatione inter fideles.	48
Cap. iv. Quod non vadant ab inhonesta conuiuia, & spectacula, & quod histrionibus non dent.	ibid.	Coll. xxiii. Quomodo procedendum sit ad infideles.	ibid.
Cap. v. De abstinentia & ieiunio.	ibid.	Coll. xxiv. De meditando assidue Christi passione.	ibid.
Cap. vi. Quoties debent confiteri per annum & sumere Corpus Christi.	ibid.	Coll. xxv. Quare postquam Generalis officium deposuit, tolerauerit Fratrum defectus.	49
Cap. vii. Quod non ferant arma impugnationis.	ibid.	Coll. xxvi. De conditionibus quibus insigniri debet Minister Generalis.	ibid.
Cap. viii. De dicendis Horis Canonicis.	ibid.	Coll. xxvii. De conditionibus Ministrorum Prouincialium.	50
Cap. ix. Quod omnes, qui de iure possunt, faciant Testamentum.	40	Coll. xxviii. Qualiter conuertendum sit Monasterio sanctæ Mariæ de Angelis, & quod nullatenus à Fratribus dimittatur.	ibid.
Cap. x. De pace reformanda inter Fratres & alios extraneos.	ibid.	Officium Passionis Dominicæ.	51
Cap. xi. Quando molestantur contra ius aut eorum priuilegia.	ibid.	Canticum Solis.	56
Cap. xii. Quod caueant, in quantum possunt, à iuramentis solemnibus.	ibid.	Canticum 1. De effectibus diuini amoris.	ibid.
Cap. xiii. De audienda Missa, & congregatione facienda.	ibid.	Canticum 2. De uehementia eiusdem.	58
Cap. xiiii. De Fratribus infirmis & defunctis.	ibid.	Apophtegmata.	62
Cap. xv. De Ministris.	ibid.	Familiaria colloquia.	71
Cap. xvi. De uisitatione & correctione delinquentium.	ibid.	Prophetiæ.	80
Cap. xvii. De uitandis litigijs inter se, & cum alijs.	41	Parabolæ & exempla.	83
Cap. xviii. Qualiter, & per quos, in abstinentijs possit dispensari.	ibid.	Benedictiones.	86
Cap. xix. Quod Ministri eorum manifestas culpas denuntient uisitati.	ibid.	Oracula & sententiæ communes.	87
Cap. xx. Qualiter in prædictis nemo obligetur ad culpam mortalem.	ibid.		

## Appendix opusculorum dubiorum.

SERMO I. De humilitate & patientia.	92
Serm. ii. Contra peccata mortalia.	ibid.
Serm. iii. De bono elemosynæ.	ibid.
Serm. iiii. De amore inimicorum.	93
Serm. v. De defecta obedientia.	ibid.
Serm. vi. De animæ æstimatione vel dignitate.	ibid.
Serm. vii. De Sacerdotum obligatione.	94
Sex præcipuæ rationes quare Deus Optimus Maximus Religionem Minorum suæ concesserit Ecclesiæ.	95
Opusculum decem Perfectionum ueri Religiosi & perfecti Christiani.	14

FINIS.



B. P.

# FRANCISCI OPUSCULORVM TOMVS PRIMVS.

EPISTOLA PRIMA

EPISTOLA SECUNDA

AD VNIVERSOS CHRISTI  
FIDELIS.

AD VNIVERSOS CHRISTI  
FIDELIS.

ARGVMENTVM.

ARGVMENTVM.

*Epistolon hoc in principio sua conuersio-  
nis sunt qui indicent ad uniuersos Chri-  
sti fideles scriptum à viro Dei, quem gustauit,  
& uidit quam suauis sit, ex nimia charitate,  
qua otiosa non est, ad eius puram & sinceram  
dilectionem, omnes Christicolas per hac pau-  
ca & sincera uerba inuitat. Illa inserta repe-  
ries cap. 3. sequentis Epistola, apud Monu-  
menta Ordinis Tract. 2. & eiusdem esse frag-  
mentum supponere uidetur Pisan. lib. 1. Con-  
form. 12. cap. 3. Nos uero seorsim transcriben-  
dam cum Rodolph. lib. 2. pag. 174. & Reboll.  
1. p. lib. 1. cap. 16. iudicauimus.*

*Præmissa ad uniuersos fideles præcedenti  
Epistolo, hanc quasi breuem Christianæ  
perfectionis summam cunctis per literas misit,  
utpote qui iam propter nimiam pœnitentiæ  
totis exhaustis corporis uiribus per seipsum di-  
stantes mundi regiones adire non poterat, nec  
ore suo salutis uerba docere, saltem affectum  
per Epistolam demonstraret. Eam tenent Mo-  
numenta Ordinis utriusque impressionis, uter-  
que Codex M. S. Apsis. & Pisan. lib. 1. Conf.  
12. sparsim per varia capita.*

1. Vniuersis Christianis, Religiosis, Cle-  
ricis, Laicis, tam uiris quàm fœminis,  
omnibus qui habitant in uniuerso  
mundo; Frater FRANCISCVS  
eorum seruus & subditus, obsequium  
cum reuerentia, pacem ueram de  
cœlo, & sinceram in Domino chari-  
tatem.

CAPVT I.

De causa scribendi has litteras.

*C*VM sim seruus omnium, omnibus & ser-  
uire teneor & administrare odorifera uer-  
ba Domini mei. Vnde in mente considerans,  
quod cum personaliter propter infirmitatem &  
debilitatem mei corporis non possim singulos  
uiscitare, proposui literis præsentibus nuntijs,  
uerba Domini nostri Iesu Christi, qui est Verbum  
Patris, uobis offerre, & uerba Spiritus sancti,  
quæ spiritus & uita sunt.

*Distingui-  
tur hæc epi-  
stola per va-  
ria capita  
(quæquam  
sic nusquam  
reperiatur)  
ob nimiam  
prolixitatē  
& ut atten-  
tius quæ in  
ea scripta  
sunt confi-  
derentur.*

A C A P.

*Familia-  
re fuit præcis  
Ecclesiæ pa-  
tribus hu-  
iusmodi  
uniuersales  
scribere  
epistolas.  
Mat. 12.  
v. 30.  
Spiritus in-  
terior & ad-  
oratio exte-  
rior adinui-  
cem confen-  
sitate debent.  
Iuan. 4.  
v. 23.*



*Q*UAM benedicti sunt, &  
beati, qui Deum diligunt, &  
faciunt sicut Dominus dicit  
in Euangelio: *Diliges Domi-  
num Deum tuum ex toto corde  
tuo, ex tota anima tua, & pro-  
ximum sicut te ipsum.* Diliga-  
mus ergo Deum, & adoremus eum puro corde,  
& pura mente; quia super omnia hoc querens  
dixit: *Veri adoratores adorabunt Deum Patrem  
in spiritu & ueritate:* Omnes qui adorant eum,  
in spiritu ueritatis oportet adorare: & bene ua-  
lete in Domino.



De fide & imitatione Christi Domini.

**L**uca 1. Stud Verbum Patris tam diuinum, tam sanctum & gloriosum nuntiavit Pater altissimus de caelo per sanctum Gabrielem Archangelum suum, quod & descendit in vterum Virginis gloriosae Mariae, ex cuius vtero veram suscepit carnem humanitatis fragilitatis nostrae: qui cum diues esset, super omnia voluit ipse in mundo cum beatissima Matre sua eligere paupertatem. Propere passionem celebrauit Pascha cum Discipulis suis, & accipiens panem, gratias egit, & benedixit, & fregit, dicens; *Accipite & comedite, hoc est corpus meum, & accipiens calicem, dixit: Hic sanguis meus novi testamenti, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Deinde orauit Patrem, dicens: *Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste. Et factus est sudor eius, sicut guttae sanguinis decurrentis super terram.* Posuit tamen voluntatem suam in voluntate Patris, dicens: *Pater, fiat voluntas tua, non sicut ego volo, sed sicut tu vis.* Cuius Patris talis fuit voluntas, vt Filius eius benedictus & gloriosus, quem dedit nobis, & natus fuit pro nobis, seipsum per proprium Sanguinem suum, sacrificium & hostiam in ara crucis offerret, non pro se, per quem facta sunt omnia, sed pro peccatis nostris, relinquens exemplum nobis, vt sequamur vestigia eius. Et vult vt omnes saluemur per eum, & recipiamus ipsum puro corde, & casto corde. Sed pauci sunt, qui velint recipere eum, & salui esse per eum, licet eius iugum suauis sit, & onus leue.

Christus paupertatem eligit.

Mat. 26. v. 27.

Mat. 16. v. 39.

Luc. 22. v. 44.

Mat. 26. v. 42.

Isaia 53. v. 6.

Christi Domini iugum suauis tamen illud a se excutunt.

Joan. 1. v. 2.

1. Pet. 2. v. 21.

1. Tim. 2. v. 4.

Mat. 11. v. 30.

CAPVT III.

Maledictos esse diuina mandata prauaricantes, benedictos vero Deum diligentes.

**Q**ui nolunt gustare quam suavis sit Dominus, & diligunt tenebras magis quam lucem, nolentes adimplere mandata Dei. maledicti sunt; de quibus dicitur per Prophetam: *Maledicti qui declinant a mandatis tuis.* Sed e contrario quam benedicti & beati sunt, qui in spiritu & veritate (vt oportet) eum adorant! Dicamus ei laudes & orationes die noctuque, dicendo: *Pater noster, qui es in caelis, &c. quia oportet nos semper orare, & numquam desicere.*

CAPVT IV.

De confitendis peccatis, & Eucharistia sumenda.

**D**ebemus siquidem confiteri Sacerdoti omnia peccata nostra: vt recipiamus Corpus & Sanguinem Domini nostri Iesu Christi ob hoc, quod qui non manducat carnem suam, & bibit suum sanguinem, non potest intrare in regnum Dei. Digne tamen vnusquisque manducet & bibat: *quia qui indignè manducat, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini.*

Joan. 6.

Indignè communi- catus dignus poena aeterna.

1. Cor. 11. v. 29.

De facienda penitentia, & proximo amando.

**F**aciamus insuper fructus dignos penitentiae, diligamus proximos, sicut nosmetipsos: & si qui non vult eos amare sicut seipsum, saltem non inferat eis mala, sed faciat bona.

Luca 1. v. 18. Inimicis bene faciendum.

CAPVT VI.

De iustitia cum misericordia administranda, & de eleemosyna elargienda.

**Q**ui autem potestatem iudicij receperunt, iudicium cum misericordia semper exercent, sicut ipsi vellent a Domino misericordiam obtinere, *iudicium enim sine misericordia erit illi, qui non facit misericordiam.* Habemus itaque charitatem & humilitatem, & eleemosynas faciamus; quia ipsae lauant animas nostras a sordibus peccatorum: homines enim omnia perdunt, quae in hoc mundo relinquunt, secum tamen portant charitatis mercedem, & eleemosynas quas fecerunt, de quibus a Domino consequentur praemium & dignam mercedem.

Iacob. 2. v. 13.

Eleemosyna virtus & praemium.

CAPVT VII.

De abstinentia, & honore Ecclesiasticis impendendo.

**D**ebemus ieiunare, & a vitis abstinere, in Domini quod inducere potest ad peccatum, nec non & a quacumque superfluitate vsus. Et etiam Catholici Ecclesiam visitare frequentes, Ecclesiasticos venerari & reuereri ob eorum Officium, & administrationem sanctissimi Corporis & Sanguinis Christi, quod sacrificant, & recipiunt, & aliis ministrant. Et firmiter sciamus omnes, quod nemo saluari potest nisi per sancta verba, & Sanguinem Domini nostri Iesu Christi, quae Clerici dicunt, annuntiant, & administrant, & ipsi soli ministrare debent.

Superflua fugienda.

Ecclesiastici etiam praui, honore digni propter eminentiam dignitatis.

CAPVT VIII.

De vero Religioso, & perfecta obedientia.

**S**pecialiter autem Religiosi, & qui saeculo renuntiauerunt, tenentur plura & maiora facere, & ea dimittere quibus non est opus, & odio habere corpora nostra cum vitis & peccatis, quia Dominus dicit in Euangelio: *Omnia mala a corde exeunt. Diligere inimicos nostros, & bene facere his qui nos oderunt.* Obseruare praecipua, & consilia Redemptoris nostri, nosmetipsos abnegare, & corpora nostra ponere sub iugo seruitutis & obedientiae. Et nullus tenetur ad obedientiam in eo, vbi committitur delictum vel peccatum; quia tantum ad id venimus, vt saluando animas nostras, bonorum operum aliis exemplum praebamus.

Ad quae tenentur religiosi.

Nullus obediat in eo quod iniustum est.

CAPVT IX.

De benignitate Praelati erga subditos.

**C**ui autem obedientia impendenda est, & commissa, & qui pro maiore habeatur, videatur vt minor

Qui maior est in dignitate fiat minor in obsequio.

**Q**ui maior est indignitate fiat minor in obsequio. Correctio non secura sed benigna.

CAPVT X.

De humilitate, & de miseria corporis & felicitate spiritus.

**N**os simus secundum carnem sapientes atque prudentes, sed simplices, humiles, & puri. Et habeamus corpora nostra in opprobrium & despectum; quia omnes per culpam nostram sumus miseri, & putridi, sicut Dominus dicit per Prophetam: *Ego autem sum vermis, & non homo, &c.* Numquam debemus desiderare esse super alios, sed potius subditi & subiecti omni humanae creaturae, propter Deum. Et omnes illi qui fecerint, & perseuerauerint vsque in finem, requiescet super eos Spiritus Domini, & faciet in eis habitaculum & mansionem, & erunt filij Patris caelestis, cuius opera faciunt, & sunt sponsae, fratres & matres Domini nostri Iesu Christi. Sponsa sumus, quonia Spiritui sancto coniunguntur fideles animae. Fratres sumus Iesu Christi, quando facimus voluntatem Patris, qui in caelis est. Matres, quando portamus eum in corde & corpore nostro per amorem, & sinceram conscientiam & parturimus eum per sanctam operationem, quae lucere debet aliis in exemplo. O quam gloriosum & magnum, habere in caelis Patrem! O quam sanctum, Paraclitum, pulchrum & amabilem habere sponsum! O quam sanctum, & quantum delectabile, beneplacitum, humile, pacificum, dulce & amabile, & super omnia desiderabile, habere talem fratrem, qui posuit animam suam pro omnibus suis, & orauit pro nobis Patrem suum dicens: *Pater, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi. Pater, omnes quos dedisti mihi in mundo, tui erant, & tu mihi eos dedisti, & verba quae dedisti mihi, dedi eis, & ipsi acceperunt, & cognouerunt verè, quia a te exiui, & crediderunt, quia tu me misisti. Rogo pro eis, sanctifico me ipsum, vt sint sanctificati in vnum, sicut & nos sumus. Et volo Pater, vt ubi ego sum, ibi sit & minister meus, vt videat claritatem in Regno meo.*

Psal. 21. v. 7.

1. Pet. 2. v. 13.

Humilitati maxime studeamus.

In perseuerante requiescit Spiritus Domini.

Mat. 12. v. 50.

Obediens Frater est Iesu Christi

Spiritus sanctus spon- sus animae obedientis.

Joan. 10. v. 17.

Joan. 17. v. 11.

Ibidem v. 6.

Ibidem v. 8.

Ibidem v. 9.

Ibidem v. 19.

Ibidem v. 24.

CAPVT XI.

De Christo Salvatore laudando.

**E**i autem, qui tanta sustinuit pro nobis, tot vnà contulit, & conferet in futurum; omnis creatura, quae est in caelis, terra, mari, & in abyssis, reddat laudes Deo, gloriam, & honorem, & benedictionem: quia ipse virtus est, & fortitudo nostra est, qui est solus bonus, solus altissimus, solus omnipotens, admirabilis & gloriosus, & solus sanctus, laudabilis & benedictus per infinita saecula saeculorum, Amen.

Christi D. encomia cui omnes creaturae seruire teneantur.

CAPVT XII.

De caecatione & deceptione peccatoris.

**O**mnes enim illi, qui non sunt in penitentia, & non recipiunt Corpus & Sanguinem Domini nostri Iesu Christi, sed operantur vitia &

peccata, & qui ambulant post concupiscentiam suam, & mala desideria, & non obseruant quae promiserunt, & seruiunt corporaliter mundo & corporibus, desiderijs, curis, & sollicitudinibus huius saeculi & huius vitae, decepti sunt a diabolo, cuius filij sunt, & eius opera faciunt. Caeci sunt, quia verum lumen non vident, Dominum nostrum Iesum Christum. Sapientiam non habent Spiritus, quia Filium Dei in se non habent, qui est vera sapientia Patris. De quibus dicitur: *Sapientia eorum deuorata est:* vident, agnoscunt, & sciunt, & faciunt mala, & scienter perdunt animas suas. Videt caeci, decepti ab inimicis vestris, scilicet a carne, mundo, & daemone, quia corpori delectabile peccatum, & amarum Deo seruire, quia cuncta mala a corpore hominum exeunt, & procedunt, sicut dicit Dominus in Euangelio. Putatis diu possidere vana huius saeculi, sed decepti estis, quia venient dies & hora, de quibus non cogitatis, & nescitis & ignoratis.

Peccato r. a daemone deceptus mundo, & carne.

Psal. 106. v. 27.

Peccato r. aecus.

Mat. 13. v. 18.

CAPVT XIII.

De infelici morte peccatorum.

**I**nfirmatur corpus, mors appropinquat, veniunt propinqui, & amici dicentes: *Dispone domui tuae, &c.* Et ecce vxor eius, & filij eius, propinqui & amici se fingunt flere; & respiciens videt eos flentes, & mouetur malo motu, & cogitando intra se, dicit: *Ecce animam meam, & corpus meum, & omnia mea pono in manibus vestris. Verè iste homo est maledictus, qui confidit, & exponit animam suam, & corpus, & omnia sua in talibus manibus. Vnde dicit Dominus per prophetam: *Maledictus homo, qui spem suam ponit in homine.* Et statim faciant vocare Sacerdotem, qui dicit ei: *Vis recipere penitentiam de omnibus peccatis tuis? Respondet: Volo. Vis satisfacere de commissis, & his quae fraudasti & decepti, de tua substantia? Respondet: Non. Cui Sacerdos: Quare non? Respondet: Quia cuncta disposui in manibus propinquorum. Et tunc incipit perdere loquelam, & sic moritur miserimus. Sed sciant omnes, quod vbicumque & qualitercumque homo moriatur in criminali peccato, & sine satisfactione, & potuit satisfacere, & non fecit, quod talem daemone recipit, & rapit animam suam de corpore suo, cum tanta angustia & tribulatione, quantum nemo scire potest, nisi qui patitur illam tribulationem. Et omnia talenta, potestas, & scientia, quam putabat habere, auferuntur ab eo: & propinqui & amici, quibus bona tradidit, tollent ea, & diuident, & postea dicent: *Maledicta sit anima eius, quia plura potuit dare nobis, & non dedit, & potuit plus acquirere quam quaesui; & similia, Corpus comedit vermes, animam corrodent daemones; & sic perdet animam & corpus propter hoc breue saeculum.***

Morientis peccatoris angustia.

Ierem. 17. v. 5.

Peccator animam nihil ducit, omnibus eam postponens.

Etiam heredes maledictionem euomunt in eos a quibus instituuntur.

PERORATIO.

**E**go Frater Franciscus minor seruus vester, rogo & obsecro in charitate, quae Deus est, & cum voluntate osculandi pedes vestros, quod haec verba & alia Domini nostri Iesu Christi, cum humilitate & charitate velitis recipere, operari & obseruare. Et omnes illi, qui ea benignè recipiunt & intelligunt, ea mittant aliis in exemplum. Si in eis perseuerauerint vsque in finem, benedicat eos Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, Amen.

1. Joan. 4. v. 16.

Charitas Deus est.

EPISTOLA TERTIA

AD BEATVM ANTONIVM DE PADVA.

ARGVMENTVM.

Noluit D. Antonius, quantumcumque ro- garetur à Fratribus, docendi munus obi- re, nisi obtenta D. Francisci benedictione, & licentia. Eum consuluit de hac re; cui per hoc Epistolium B Pater respondit, se velle ea lege, ne humanarum literarum studium, diuina conuersationis & orationis spiritum in Fratri- bus impediret. Illud nobis obtulere Latino idiomate Rodulph. lib. Hist. 1. Seraph Relig. in Vita D. Anton. Sedulius in Hist. itidem Sera- phica, in Comment. ad eiusdem Vitam, in caput 9. num. 1. & alij Hispano verò, Maria- nus lib. 5. cap. 5. & Rebollo lib. 4. cap. licet omnes diuersimodè.

Charissimo meo fratri Antonio, frater Franciscus in Christo Salutem.

Oratio stu- dio coniun- genda. Placet mihi quòd sanctæ Theologiæ literas Fratribus interpreteris, ita tamen vt neque in te, neque in ceteris (quod vehemen- ter cupio) extingatur sanctæ orationis spiritus iuxta Re- gulam quam profitemur. Vale.

EPISTOLA QVARTA

AD BEATAM VIRGINEM CLARAM ET CETERAS SORORES S. DAMIANI.

ARGVMENTVM.

Hanc ad se & consocias suas beatum Pa- trem scripsisse paulò post ipsarum con- uersionem, testatur beata virgo Clara cap. 6. prima Regula Clarissarum, quam pro ea & sequacibus B. Pater conscripsit. Ex eodem ca- pite, & Regula, quam nobis præ ceteris obtu- lere Firmam. trium Ord. tract. 1. partis quin- ta, Enchiridion siue Manuale Minorum, & Monum. Ordinis tract. 2. eam huc transcri- psimus. Enchiridion è regione huius Epistole & sequentis, apposuit in margine. Litera bea- ti Francisci. Hanc sacris virginibus scripsis- se credo, sumpta occasione ex magna earum in Deum confidentia, qua in eum firmiter repo- sita, in stricta custodia summam paupertatem in perpetuum vouerunt: ne vero postea ali- qualis eas diffidentia circa vita necessaria à sancto proposito retraheret, se fideiussorem & procuratorem fore cum Fratribus suis tempo- ralibus promisit, quod usque ad tempus Vrba- ni I V. fideliter adimplerunt.

Charissimæ Sorori Claræ, & ceteris Soro- ribus sancti Damiani, Frater Francis- cus in Christo salutem.

Q Via Domini inspiratione fecistis vos filias & ancillas Altissimi, summi Regis, Patri- cælestis, & Spiritui sancto vos desponsastis vi- uere secundum perfectionem sancti Euangelij, volo & promitto per me, & Fratres meos sem- per habere de vobis, tamquam de ipsis curam di- ligentem, & sollicitudinem specialem. Valete in Domino.

Sororum & Claræ cura à fratribus habenda.

EPISTOLA QVINTA

AD EASDEM.

ARGVMENTVM.

Hanc itidem ex eodem cap. 6. prima Re- gula Clarissarum extraximus, cuius me- minit Rebollo lib. 1. part. 2. cap. 28. & Pi- san. lib. 2. Conform. 6. parte 2. sub his verbis: Cùm ad mortem infirmaretur beatus Pater, Clara virgo per quemdam signi- ficauit ei desiderium & votum suum & consociarum, quo maximè peroptabant eum videre, antequam diem clauderet extremum. Quarum voto propter infir- mitatis intensiorem satisfacere non va- lens, scripsit Claræ & Sororibus ad con- solationem earum literam, in qua dabat benedictionem suam, &c. Et vt tristitiam deponeret, promisit se post mortem ab illis ad votum videndum. Vnde illarum literarum has fragmentum esse iudicamus, in quibus ad virtutum perseuerantiam eas hor- tatur, & sollicitius rogat, vt quam incepe- runt vitam, obseruent.

Charissimæ Sorori Claræ, & ceteris So- roribus S. Damiani in Christo salutem.

E Go frater Franciscus paruulus volo sequi vi- tam & paupertatem altissimi Domini nostri Iesu Christi, & eius sanctissimæ Matris, & perse- uerare in ea vsque in finem. Et rogo vos om- nes dominas meas, & consilium do vobis, vt in ista sanctissima vita & paupertate sepe viuatis. Et custodite vos multum, ne doctrinâ vel consi- lio alicuius ab ipsa in perpetuum vllatenus re- cedatis. Valete in Domino.

A virtute in- cepta non recedend.

EPISTOLA SEXTA

AD FRATREM ELIAM TOTIVS ORDINIS VICARIVM GENERALEM.

ARGVMENTVM.

Hanc habet Rodulphus libro secundo fol. mibi 178. in qua Vicarium Ordinis Ge- neralem ad benignitatem hortatur erga subdi- tos, patientiam in iniuriis commendat, & clementiâ erga lapsos, indicit, modumque præ- scribit in peccatis grauib. seu ob suâ granta-

tem Prouincialibus seu Custodibus & Gene- ralibus reseruatis, puniendis, & absoluendis, omnibus semper misericordiam semel atque iterum inculcans. Eam ad biennium ante suam mortem, & iam sacris Plagis acceptis, inscriptam colligere licet ex eo, quòd defun- cto primo, à beato Patre, Generali, beato sci- licet Patri Petro Catanco, biennio ante suum obitum Fratrem Eliam in Vicarium Generalem procreauerit. Quid ergo non san- ctum & pium, ille pia & sancta manus, hya- cinthis plena, exararent & scriberent?

Reuerendo in Christo Patri, Fratri Eliæ totius Ordinis Vicario, Frater Fran- ciscus in Christo salutem.

Offensus ne offendas.

Prælatus subditos peccantes benignè corrigat.

Frater, det tibi Dominus suam sanctam be- nedictionem. In omnibus sis patiens, & bene dispositus. Si in aliquo à Fratribus tuis offende- ris, accepta referas Deo. In hoc etiam cognos- cam si es feruus Dei, si errantem Fratrem miseri- cordia reducas ad Deum, & si grauer erran- tem amare non desieris. Et si aliquo timore hu- mano id attentare non audeat, pete ab eo si mi- sericordiam cupiat. Et si aliquis suadente dia- bolo ceciderit in aliquod graue peccatum, re- currat ad Guardianum: ille verò transmittat ad Prouincialem, qui misericorditer recipiat, & si viderit illum esse contritum, dicat illi: Vade, & noli amplius peccare. Vale in Domino.

EPISTOLA SEPTIMA

AD EVMDEM.

ARGVMENTVM.

Nillum huius Epistole vestigium apud antiquos Codices inueni, solus eam Hispano idiomate & phalerato nobis tradidit Rebollo 1. part. lib. 2. cap. 27. quæ duo du- bium, imò & suspicionem suppositiij fetus incusere, licet argumentum eius simillimum sit præcedenti, nec multum discrepet à se- quenti. Comptus tamen, & compositus di- cendi modus, & conceptuosa (vt vocant) ex Scripturis comprobatio, in qua non multus erat B. Franciscus, vt eius non esse dicamus, fundamentum præbere videtur. Nisi veli- mus dicere, Epistolam illius esse, non tamen loquendi vel scribendi modum, iuxta quem apud Rebollo reperimus: eam nos Latini- tati donauimus.

Reuerendo in Christo Patri, Fratri Eliæ totius Ordinis Vicario, F. Franciscus in Christo Salutem.

I n omnibus, Frater Elia, quæ feceris, pluri- mum tibi commendo charitatem, & pa- tientiam: multos enim te tolerare oportet, & onus, quod humeris portas, magnum est & graue, ani- mas videlicet multorum. In Rege veteri sum- mus Sacerdos portabat in Rationali iudicij, quod ex humeris super pectus pendeat, nomi- na duodecim tribuum Israël, significans in hoc,

quòd vt Prælatus subditos suos in humeris por- tat, necesse est vt eos in pectore gester: nam to- lerare non poterit, quos amare desierit. Iesus Christus Dominus noster, quando voluit Petro dare Ecclesiam suam, priusquam oues traderet illi, eum de amore examinauit. Vide ergo ne vl- lus Fratrum peccet; sed si peccauerit, à facie tua non abeat sine misericordia & correctione, & quia medicus es, offer infirmo medicinam; quoniam, vt dixit Dominus, non est opus bene habentibus medicus, sed malè habentibus. Vigila, admone, labora, pascere, ama, expecta, time. Vale in Domino.

Exo. 28. v. 29.

Prælatus pectore ge- ster subdi- tos.

Ioan. vlt. v. 15.

Prælatus animarum medicus: Mat. 9. v. 12.

EPISTOLA OCTAVA

AD GENERALEM MINISTRVM FR. MINORVM.

ARGVMENTVM.

Idem omnino est huius Epistole argumen- tum, ac duarum præcedentium: in omnibus enim patientiam, misericordiam, & mansue- tudinem erga subditos, superioribus Prælatis quantopere commendat. In hac addit, nec confratres aut conscios ad fratrum suorum lapsum cachinnari, aut peccantes irritare, aut ad verecundiam molestare debere, ne ex Prælatorum seueritate desperent, aut ex Fratrum detractione & modica compassione peccatum negare, aut confessum corrigere verecundentur. Epistola summam habet Pi- sanus libro Conformitatum 12. vita S. Fran- cisci cum Christo, ante distributionem Capi- tulorum; cetera verò, sicut nos transcripsi- mus. Eadem idiomate Hispano & Italico reperies apud Marianum 1. parte lib. 2. c. 14.

Reuerendo in Christo Patri N. totius Ordinis Generali Ministro.

Hic Gene- ralis fuit B. Petrus Ca- tanæus.

Dominus te custodiat, & in sancta sua cha- ritate conferuet. Patientiam in omnibus operibus tuis, mi Frater, tibi commendo in tan- tum, quòd quicumque tibi impedimentum fe- cerit, siue alij, etiam si te verberent, omnia de- bes habere pro gratia; & ita velis, & non aliud. Et dilige eos, qui ista faciunt tibi; & non velis aliud de eis, nisi quantum Dominus dederit ti- bi. Et in hoc dilige eos, vt velis quod sint me- liores Christiani. In hoc volo cognoscere si tu diligis Dominum, & me feruum suum, & tuum, si feceris istud; videlicet, quòd non sit aliquis Frater in mundo qui peccauerit, quantumcum- que potuerit peccare, quòd postquam viderit oculos tuos, numquam recedat sine misERICORDIA tua. Et si non quæreret, tunc quæras ab eo, si vult misericordiam. Et si ille millies appare- ret postea coram oculis tuis, dilige eum plus- quam me, ad hoc vt trahas eum ad bonum, & semper miserearis talibus. Et istud denunties Guardianis, quando poteris, quòd per te sic firmus es facere. Et omnes Fratres, qui sciant eum peccasse; non faciant verecundiam ei, nec detractionem; sed magis misericordiam ha- beant circa ipsum, & teneant priuatum pec- catum Fratris sui; quia non est sanis medicus, sed malè habentibus. Si quis Fratrum instigan- tumque

Patienter aduersa to- leranda.

Prælatus sic maximè mi- sericors.

Qui ad me- liorem frui- gem post peccatum redierit nihil ei obij- ciendum vel exprobrau- dam.

Mat. 9. v. 12.

te inimico mortaliter peccauerit, per obedientiam teneatur recurrere ad Guardianum suum; & Guardianus similiter per obedientiam teneatur eum mittere Custodi: ipse vero Custos misericorditer provideat ei, sicut ipse vellet providei sibi in consimili casu. Et isti penitus non habeant potestatem iniungendi aliam penitentiam, nisi illam: Vade, & noli amplius peccare. Ista fac, & vale.

EPISTOLA NONA.

AD PROVINCIALES ORD. MINORVM.

ARGUMENTVM.

Eadem quas in argumento Epistolae septimae assignamus, de Auctore huius nobis suppetunt rationes dubitandi: nec enim apud alium quempiam, quam apud Rebolledo 1. part. lib. 2. cap. 27. eam inuenire potuimus; cui licet dignam auctoritatem, aut equam fidem negare non velimus, suspicionem tamen non parvam generat, quod solum apud tam Neotericum pateat, quod antiquos omnes Ordinis Scriptores & Chronographos latuit, & cuius nec vestigium apud vetustos Codices habetur. Nisi velimus dicere, ex Collatione 27. fundamentum huius efformanda Epistola eum sumpsisse, licet ab ea longissime discrepet. Cuiuscumque ea sit, optimam Ministris Pronincialibus, & Praelatis omnibus necessariam, continet doctrinam. Eam nos ex Hispano idiomate transfulimus in Latinum.

Dilectis in Christo Fratribus Ministris Prouincialibus Ordinis Minorum.

Praelatus non sit personarum acceptator.

Praelatus non facile per sanctam obedientiam precipiat.

Praelati virtutes.

IN regimine vestro, Fratres Ministri, duo vos deprecor: Primum, quod non sitis personarum acceptatores; Secundum, quod non precipiatis facile per sanctam obedientiam: quia hoc est statim gladium euaginare, quod non debet fieri, nisi matura consideratione, & magna occasione. In mandatis moderati, in peccatores misericordes, condonando faciles, in vitio abstinentes, in vestitu pauperes, in verbis mansueti, Deo & officiis vestris fideles estote. Ex operibus verba & praeccepta eruite, si vultis quod subditi ex verbis vestris facienda deprecant, & quod ore precipitis, illi opere compleant. Valete in Domino.

EPISTOLA DECIMA.

AD CAPITVLVM GENERALE II.

ARGUMENTVM.

IN hac Epistola Fratres suae vocationis admonet, in ea perseuerare adhortatur, & Regula obseruantiam, diuinum cultum & Officium omnibus commendat. Eam habent Vbertus lib. 5. cap. 7. Bibliotheca vet. Patrum, editionis Parisiens. Tom. 5. & Coloniens.

Tom. 13. Firmamen. 1. part. fol. 21. Monum. vtriusque impress. tract. 2. licet indistinctam ab Epistola 12. in cuius principio hanc praefigunt. Per se tamen reponendam duximus cum Rodulph. lib. 2. fol. mihi 237. & Rebolledo 1. part. lib. 2. cap. 16. eo quod distinctum sit vtriusque argumentum, non eodem tempore scripta, nec ad eosdem sint missa; haec tribus circiter annis ante eius mortem, illa paulo ante; haec ad Capitulum Generale, illa ad Sacerdotes Ordinis; vt ex eisdem apud eundem Rodulph. & eorum titulis vel inscriptionibus colligere licet.

Reuerendis & multum diligendis Fratribus vniuersis, Fr. Franciscus in Christo Salutem.

Nomen Dei audientes, adorare eum cum timore & reuerentia proni in terra. Ideo milit vos Deus in mundum vniuersum, vt verbo & opere detis testimonium voci eius, & faciatis omnes scire quod non est alius praeter ipsum. In disciplina & sancta obedientia perseuerate, & quae promissis ei bono proposito, adimplete per omnia. Oro, sicut possum, Generalem Ministrum, vt faciat Regulam ab omnibus inuiolabiliter obseruari. Et Clerici dicant diuinum Officium cum deuotione coram Deo, non attendentes melodiam vocis, sed consonantiam mentis. Et bene valete in Domino.

Nomen Dei reuerendum. Tobia 13. v. 4. Quare Minores missi in mundum. Vota Deo reddenda. Cum intentione Horum Canonicorum eccitanda.

EPISTOLA VNDECIMA.

AD CAPITVLVM GENERALE.

ARGUMENTVM.

Principua precedentium litterarum, in his iterum, tamquam Religiosis viris necessaria, repetit, & quaedam sequentis Epistola non leuiter attingit. Debitum in cultu & Officio diuino obseruari rogat honorem; eundem diuinis nominibus & scriptis exhiberi. Regulam, Regularumque disciplinam Fratres sectari adhortatur, transgressoresque & obedientiae contemptores, veros Fratres non esse declarat. Sua peccata omnibus suis Fratribus publice confitetur, omnibusque haec obseruantibus, magno pietatis affectu, benedicit. Eam Capitulo cuiusdam generali, siue secundo (de quo precedenti Epistola mentionem fecimus, facitque Rodulph. lib. 2. tract. de Comitibus generalibus) siue alij cuiuscumque scriptam colligimus ex illa periodo: Clerici dicant Officium cum deuotione, &c. quam apud Pisanum inuenimus lib. Conf. 12. cap. 7. sub hoc titulo. In Epistola Capitulo generali directa. Et ex titulo quem eidem praefigit vterque Codex MS. Assis. quem videre licet Totam, sicut huc transcripsimus, nobis obtulit Vbertus lib. 5. cap. 7. & vterque Codex MS. Assis. licet decima & duodecima, quas in unam conglomata

EPISTOLA DVODECIMA,

AD SACERDOTES TOTIVS ORDINIS.

ARGUMENTVM.

Fratribus suis, sed praecipue Sacerdotibus, summum Eucharistia honorem & reuerentiam commendat, rationesque, quibus id persuadeat, proponit non inanes aut futes, sed efficaces, & Dei Spiritu plenas: non multiplicare quotidie Missarum solemniam in Conuentibus rogat, causam in Adnotatione ostendimus. Hanc Epistolam habent communiter omnes. Pisanus libro primo Conf. 12. sparsim per plura capita. Firm. 1. part. fol. 21. Monum. vtriusque impress. tract. 2. Rodulphus libro secundo fol. mihi 173. Biblioth. vet. Pat. superius citata. Vbertus libro secundo, cap. 7. Marianus 1. part. lib. 2. cap. 44. Rebolledo lib. 2. cap. 16 & vterque Codex Assis. Sunt tamen ex his, qui putant scriptam fuisse alicui Congregationi, vel Capitulo Generali: Vbertus namque & Codices Assisiani sub eodem titulo eam reponunt, ac alias duas praecedentes; & Rebolledo hunc praefigit: Epistolae B. Francisci ad Capitulum Generale, qua admonet Sacerdotes ad reuerentiam exhibendam altissimo Altaris Sacramento. Ceteri vero eundem quem nos apposimus, habent.

IN NOMINE SANCTAE TRINITATIS ET SYMMAE VNITATIS.

PATRIS, ET FILII, ET SPIRITVS SANCTI, AMEN.

Reuerendis & multum diligendis Fratribus vniuersis, Generali Ministro Ordinis Minorum Domino suo, & ceteris Ministris Generalibus, qui post eum erunt, & omnibus Ministris, & Custodibus, & Sacerdotibus Fraternalitatis eiusdem, in Christo humilibus, & omnibus simplicibus, & obedientibus, primis & nouissimis; Frater Franciscus, homo vilis & caducus, vester paruus seruus, salutem in eo qui redemit, & lauit nos in sanguine suo. Dominus Iesus Christus altissimus Filius, nomen illi, qui est benedictus in saecula, Amen.

Adverte domini, filij, & fratres mei, auribus percipite verba mea. Inclinate aures cordis vestri, & obedite voci Filij Dei. Seruate in toto corde vestro mandata eius, & consilia eius perfecta mente implete. Confitemini ei, quonia bonus, & exaltate eum in operibus vestris. Tamquam filius se nobis offert Dominus Deus. Deprecor itaque omnes Fratres, cum osculo pedum, & cum charitate qua possum, vt omnem reuerentiam, & omnem honorem, quantum

Tob. 13. v. 6.

conglomerarunt, insertam: quia tamen illas ab inuicem separatas, & ab hac discretas vidimus, apud eos Auctores, quos eisdem praefigimus, hanc etiam per se separandam duximus.

Reuerendis & multum diligendis, Ministro Generali, & ceteris Fratribus Ordinis Minorum, Frater Franciscus in Christo Salutem.

Ioan. 8. v. 47. Ad maiora tenentur Religiosi quam laici.

Nomina, & scripta diuina honoranda.

Confessio publica peccatorum.

Regularis obseruatia, & diuini Officij cura habenda.

Quae Fratru sunt, non obseruant verè Fratres non sunt.

Quae in Epistola, iubentur obseruanda.

Memoriae mandanda quae a superioribus excipimus.



Summè venerandam esse Eucharistiam. *Coloss. 1. v. 20.*

Missæ purè celebranda.

Quomodo celebrandum sacrosanctum Missæ sacrificium.

*Lucæ 22. v. 19.*

*Deut. 17. v. 6. & c. 19. v. 15.*

*Hebr. 10. v. 29.*  
Indignè communicans quantum in se agnum Dei conculcat. *1. Cor. 11. v. 29.*

*Jerem. 48. v. 10.*  
*Malach. 2. v. 2.*  
Magna puritas in communicante requisita. *1. Petr. 1. v. 12.*

*Leuit. 11. v. 44.*

Missæ sacrificium tremendum.

Filium Dei humilem humiles sequamur.

cumque poteritis, exhibeatis Corpori & Sanguini Domini nostri Iesu-Christi, in quo, quæ in cælis & quæ in terris, sūt pacificata & reconciliata omnipotenti Deo. Rogo etiam in Domino omnes Fratres meos, Sacerdotes qui sunt & erunt & esse cupiant Altissimi, quod quando-cunque voluerint Missam celebrare, puri & pure faciant cum reuerentia verum sacrificiū sanctissimi Corporis & Sanguinis Domini nostri Iesu-Christi, sancta intentione & munda, non pro vlla terrena re, neque timore vel amore alicuius hominis, quasi placentes hominibus. Sed omnis voluntas, quantum adiuuat gratia Omnipotentis, ad eum dirigatur, & soli ipsi Deo summo tantum placere desideretis, quia ipse solus operatur ibi, sicut sibi placet. Quoniam sicut ipse Dominus dicit, *Hoc facite in meam commemorationem*; si quis aliter fecerit, Iudas traditor efficitur. Recordamini Fratres Sacerdotes, quoniam scriptum est in Lege Moyfi, quod transgredientes in corporalibus, sine vlla miseratione per sententiam Domini moriebantur. Quanto maiora & peiora meretur pati supplicia, qui Filium Dei conculcauerit, & Sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est? & Spiritui sancto contumeliam fecerit? Despicit enim homo pollutus, & conculcat Agnum Dei; quoniam, sicut dicit Apostolus, non diiudicans & discernens sanctum panem Christum ab aliis cibariis, vel operibus indignis, indignus manducat, cum Dominus per Prophetam dicat? *Maledictus homo qui opus Dei facit negligenter vel fraudulenter.* Et propter Sacerdotes, qui nolunt ponere super id cor in veritate, condemnat nos dicens: *Maledicam benedictionibus vestris.* Audite Fratres mei. Si beata virgo Maria honoratur ( vt dignum est ) quia ipsum portauit in sanctissimo utero suo; si beatus Ioannes Baptista bontremuit, & non audebat tangere Domini verticem; si sepulchrum, in quo per aliquod tempus iacuit, sic veneratur: quantum debet esse sanctus, & iustus, & dignus, qui non iam moriturus, sed in æternum victurus, & glorificatus. in quem desiderant Angeli prospicere, contrectat manibus, corde, & ore sumit, & aliis ad fumendum præbet? Videte dignitatem vestram, Fratres Sacerdotes, & estote sancti, quia ipse sanctus est. Et sicut super omnes propter hoc mysterium honorauit vos Dominus Deus, ita & vos propter hoc mysterium diligite eum, reueremini, & honorate. Magna miseria, & miseranda infirmitas, quando ipsum sic præsentem habetis, & aliquid aliud in toto mundo curatis. Totus homo paueat, totus mundus contremiscat, & cælum exulter, quando super altare in manibus Sacerdotis est Christus Filius Dei viui. O admiranda altitudo! ô stupenda dignatio! ô sublimitas humilis, quod Dominus vniuersitatis, & Deus & Dei Filius sic se humiliat, vt pro nostra salute sub modica panis formula se abscondat! Videte Fratres humilitatem Dei, & effundite coram illo corda vestra, & humiliamini, vt & vos exaltemini ab eo. Nihil ergo de vobis retineatis vobis, vt totos vos recipiat, qui se vobis exhibet totum. Moneo præterea & exhortor in Domino, vt in locis in quibus morantur Fratres, vna tantum celebretur Missa in die, secundum formam sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Si verò in loco plu-

res fuerint Sacerdotes, sic fit, per amorem charitatis, alter contentus audita celebratione Sacerdotis aliter; quia absentes & presentes replet, qui eo digni sunt, Dominus noster Iesus Christus. Qui licet in pluribus locis reperiat, tamen indiuisibilis manet, & aliqua detrimenta non nouit, sed vnus verus, sicut ei placet operatur, cum Domino Deo Patre & Spiritu sancto Paracleto in sæcula sæculorum. Amen.

OBSERVATIO.

Vna tantum Missa celebretur. ] Hunc locum putauit Philippus Melanchthon hæretico suo dogmati de abiurandis Missis priuatis fauissè; vnde & pro eodem illum citauit in execrabili illa Apologia Confessionis Augustinæ, art. de Missa. Quod sanè mouit pium ac eruditum virum Ioannem Eckium in suo Enchiridio, vt negaret hanc Epistolam fuisse à D. Francisco conscriptam. De quo etiam non leuiter dubitarunt Illustriss. Card. Bellarm. lib. 2. de Missa c. 10. ad obiect. 12. Tom. 3. & Ant. Posseluin. Tom. 1. sui Appar. sacri, sub nomine *Franciscus Apsinas*. Sed & addidit Eckius, nec filios eius, Fratres Minores agnoscere Epistolam hæc inter cetera Opuscula D. Francisci. In quo sanè deceptus est: in omnibus etenim Monumentis & Chronicis, tam antiquis quam nouioribus, Ordinis Minorum, nullum tam suum esse obseruatur, quam Epistola hæc; nec illius esse, aliquando ante hos dubitatum est: qui ne admitterent tanti nominis virum tam peruersæ doctrinæ vel minimum fauissè, de illius Auctore dubitarunt: adhibitis insuper quibusdam solutionibus de sensu Authoris, quisquis, vt aiunt, ille fuerit: nempe id intelligendum esse de Feria 5. de ea quæ communiter appellatur Maioris hebdomadæ, vel de Missa maiori, aut Conuentualis, Quod si aliter & absolusè de cunctis diebus illi sermo esset, ærtissimè fallum & erroneum continere iudicant Epistolam; & non modicum applaudere pestilenti errori Melanchthonis, & aliorum hæreticorum, qui priuatas Missas omnino abominantur; vnamque solum cannam Dominicam fieri vellent, quæ eodem ritu, solemnitate, ac circumstantiis, quibus Christus Dominus suam peregit, celebraretur, & in qua omnes adstantes communicarent. Quæ planè hæreticorum deliria sunt, & sectariorum signa.

Hinc non leuiter moti, nec inani ducti fundamento fidei speculatores, hæreticæ prauitatis Inquisitores in Hispania, in Catalogo illo librorum cauendorum vel expurgandorum, qui sub Illustriss. Card. Bernardo de Sandoual & Roxas Archiepiscopo Toletano, supremo in Hispaniarum ditonibus in causis fidei Inquisitore, prodiit in lucem anno Domini 1612. fol. mihi 98. colum. 1. ad hunc locum apponuntur hæc verba: *Cautè lege.* Quam cautionem postea vidi ad finem Epistolæ, appositum signo è regione horum verborum Tom. 5. & 13. Biblioth. vet. Pat. nouiorum editionum, vbi hæc Epistola inter alia D. Francisci Opuscula habetur. Cautio certè sana, & maturo cõsilio adhibita, ne Franciscus vir Catholicus, & totus Apostolicus, videretur tanto errori subscripsisse, aut ex magna illius auctoritate, aliqua hæreticorum accederet doctrinæ.

S. Bernardi nus in veteri editione.

Ergo verò, si quid in hac re sapio, sentio ( si inter tantos viros sentire liceat ) non esse dubitandum de Auctore huius Epistolæ, nisi nos omnis fallat antiquitas, & nulla sit fides adhibenda vetustissimis Codicibus, & traditioni, à D. Francisci Sociis & coeuis ad nostros deductæ, qua semper stabilitum est, ab ipso hanc fuisse exaratam Epistolam. Et certè D. Bernardinus Senens. dictorum & scriptorum D. Francisci diligentissimus obseruator, Tom. 1. suorum Operum Serm. 20. art. 2. cap. 7. in fine ad probandam magnam Sacerdotum excellentiam, & necessariam in eisdem puritatem, vtitur argumento Francisci in hac Epist. *Si B. Virgo Maria*, & quatuor vel quinque periodos citat eiusdem sub Francisci nomine.

Insuper iudico eum hoc loco Fratres rogassè sacrosancta non multiplicare Sacrificia, & vt à quotidiana abstinerent celebratione, veritum ne propter quotidianam sacrificandi consuetudinem, tanti mysterii delibata reuerentia, quam in hac ipsa Epistola anxius inculcat, & tantopere commendat, paulatim declinaret; & in ipsis sacrificantibus feruor, tanto Altari dignus, aliquantisper repererit ( quod & ipsum retraxit, & omnino repulit à sacris Presbyteratus Ordinibus suscipiendis, & D. Bonauenturam Francisci spiritus heredem, & deuotionis participem, per multos dies à celebrando continuit; quoad vsque, mirandum! per Angelum ad os eius Synaxis sacra perlata est à manu Sacerdotis celebrantis ) vel apud Clerum aut populum sacrosanctum Domini Corpus assidue vilesceret. C. Extr. De priuil. cap. 1. Nam quod rarum est, plus appetitur, & æstimatur. d. 93. Legimus. §. Nam & Auth. de Consecr. §. Itaque. col. 4. Et rarum est omne quod magnum est. 2. quæst. 7. In sancta Nicæna. Atque ita hunc locum intellexit Episcopus Siluensis Aluarus Hisp. lib. 2. de Placitu Eccles. art. 5. Eiusque hunc esse sensum, colligitur non obscure ex ipsa Epistola, in qua nihil aliud quam reuerentiam erga hoc Sacramentum suadere conatur; & sacrificandi quando placuerit, supponit penes Fratres liberam esse facultatem, dicens: *Quandocumque voluerint Missam celebrare, puri & pure faciant cum reuerentia.* Vnde non tollit libertatem, nec præceptiue prohibet tanquam malum & illicitum, sicut hæretici, consuetudinem celebrandi, sed inducit ad rariorem & puriorem tanti Sacramenti cultum. Nec primus aut solus docuit Franciscus, abstinendum esse multoties ab immolatione Agni immaculati, vt postea maiori spiritus feruore perciperetur; sed multos pios & timoratos Sacerdotes de facto quosdam & plures dies prætermisissè, quin Sacrum facerent; aliosque consuluisse ita fieri, ob maiorem rei sacræ reuerentiam, dicunt Franciscus Pitigianis noster 1. part. suæ Summæ in 4. Scoti, dist. 13. quæst. 2. art. 2. conclus. 4. & Franciscus Suarez Tom. 3. in 3. part. disp. 80. sect. 2. concl. 3. imò & De consecr. d. 2. cap. Quotidie, referuntur hæc verba ex D. Augustino lib. de Eccles. dogmatib. cap. 53. ( licet eius non sit ille liber, sed Gennadij Masilien. vnde seorsum appositus est in appendice Tomi 3. Operum D. Augustini ) *Quotidie*, inquit, *Eucharistia communionem percipere, nec laudo, nec vitupero.* Et ibidem §. Si dixerit, alia habet, quæ Augustini sunt, Ianuerio Episcopo sic respondentis: *Dixerit aliquis, non quotidie accipiendam*

Augusti Epist. 118. ad Ianua. c. 1. To. 2.

*Eucharistiam. Quæseris, Quare? Quoniam, inquit, eligendi sunt dies, quibus purius homo continentiusque viuat, quo ad tantum Sacramentum dignius accedat. Qui enim manducauerit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Alius contra affirmat, quotidie esse sumendum, &c. Faciat vnusquisque, quod secundum fidem suam credit faciendum; neuter enim horum exhonorat Corpus & Sanguinem Domini, si saluberrimum Sacramentum certatim honorare contendunt. Nec enim litigauerunt inter se, aut quispiam eorum se alteri proposuit, Zacchæus & ille Centurio, cum alter eorum gaudens in domo sua suscipit Dominum, alter dixit; O Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum: ambo Saluatorem honorificantes, quamuis non vno modo; ambo peccatis miseri, ambo misericordiam consecuti. Ad hoc valet quod manna secundum propriam voluntatem in ore cuiusque sapiebat; sic in ore cuiuscumque Christiani Sacramentum illud quomodo sumatur, æstimandum. Nam & ille honorando non audet quotidie sumere; & ille honorando, non audet villo die prætermittere. Quæ verba ad eandem rem confirmandam refert D. Antonius Parauinus, Bernardinus Senensis qui speciali de hac diffcultate, instituta quæstione, docet quando consultius repugnat abstinere à celebrando, vel communicando per aliquantum temporis; rationemque assignat, quare Anachoritæ raro ad Altare accedebant: apud quod receptissimus & obseruatissimus erat mos hic quem Franciscus suis inculcat, vnam videlicet Missam celebrandi in Cœnobiis, vt videre est apud Cassian. 1. 3. de Instir. Monast. cap. 11. & Epist. 5. Epiphani quæ est 60. inter Hieronymimas, Tom. 2. & colligitur ex c. Hinc est 16. q. 1. Videat vnusquisque, qua fide accedit, vel quo sine secedit ab Altari, vt doctè & eleganter suadet Chrysost. Hom. 17. in cap. 10. ad Hebr. Tom. 4. Si ex spiritus feruore, & humilii confidentia de profectu spirituali assequendo, quotidie offert, laudandus, si ex reuerentia tanti Sacramenti, & timore propriæ indignitatis frequenter desistat à celebrando, non est vituperandus. Vnde ( si iudicium in hac re interponere licet ) iudicarem huius dubij decisionem relinquendam esse piæ credulitati accedentis. Dicam tamen, apud Theologos & Doctores, tam nouiores quam vetustiores, magis commune & receptum esse quotidie sacrificare, potiùsque hoc Sacerdotibus consulendum; nisi aliter iuxta varias personarum conditiones, status, conscientias, diuersasque spiritus sancti gratias, aliud videatur prudentibus viris conuenire. Franciscus & alii sanctissimis doctissimisque viris visum est, raram huius Sacramenti susceptionem maiorem in illud causare reuerentiam. Aliis è contra non inferioris notæ Patribus & Doctoribus commune est, illius frequentiam magnam conciliare deuotionem, & non paruum esse incentiuum feruoris, & æstimationis sacræ Synaxis. Variæ sunt Sanctorum conditiones, diuersæque spiritus sancti gratiæ. Pro his videri poterunt Hippolyt. Mart. Orat. de Consum. mun. Augustin. citatus, Gregor. Hom. 37. in Euang. Chrysost. Homil. 3. Epist. ad Ephes. & Hom. 61. ad popul. Antioch. de Sacrorum participatione mysteriorum, ad medium; Vberinus de Casali lib. 4. Arboris vitæ Crucifixi, c. 5. & Nicolaus Lyranus in cap. 11. 1. ad Corinth. ex modernioribus Theologis Pitigianis & Suar. citati, Ioan. Steph. Durant.*

1. Cor. 11. v. 29.

Lucæ 19. vers. 6. Matth. 18. vers. 8. Vide Augustin. 2. Retractat. c. 20. D. Antonius de Padua, Sermon. Domin. 3. post Epiphani. art. finem. Art. Bern. Senens. Tom. 2. Serm. 57. art. 2. ca. 3. quæst. 2. veteris editionis.

Summè ven-nerandam esse Eucharistiam. Coloss. 1. v. 20.

Missâ purè celebranda.

Quomodo celebrandum sacrosanctum Missæ sacrificium.

Luca 22. v. 19.

Deut. 17. v. 6. & c. 19. v. 15.

Hebr. 10. v. 29.

Indignè communicans quantum in se agnum Dei conculcat. 1. Cor. 11. v. 29.

Jerem. 48. v. 10.

Malach. 2. v. 2.

Magna puritas in communicante requisita. 1. Petr. 1. v. 12.

Leuit. 11. v. 44.

Missæ sacrificium tremendum.

Filium Dei humilem humiles sequamur.

cumque poteritis, exhibeatis Corpori & Sanguini Domini nostri Iesu-Christi, in quo, quæ in cælis & quæ in terris, sût pacificata & reconciliata omnipotenti Deo. Rogo etiam in Domino omnes Fratres meos, Sacerdotes qui sunt & erunt & esse cupiunt Altissimi, quod quando-cunque voluerint Missam celebrare, puri & pure faciant cum reverentia verum sacrificiû sanctissimi Corporis & Sanguinis Domini nostri Iesu-Christi, sancta intentione & munda, non pro vlla terrena re, neque timore vel amore alicuius hominis, quasi placentes hominibus. Sed omnis voluntas, quantum adiuuat gratia Omnipotentis, ad eum dirigatur, & soli ipsi Deo summo tantum placere desideretis, quia ipse solus operatur ibi, sicut sibi placet. Quoniam sicut ipse Dominus dicit, Hoc facite in meam commemorationem; si quis aliter fecerit, Iudas traditor efficitur. Recordamini Fratres Sacerdotes, quoniam scriptum est in Lege Moysi, quod transgredientes in corp oralibus, sine vlla miseratione per sententiam Domini moriebantur. Quanto maiora & peiora meretur pati supplicia, qui Filium Dei conculcauerit, & Sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est? & Spiritui sancto contumeliam fecerit? Despicit enim homo pollutus, & conculcat Agnum Dei; quoniam, sicut dicit Apostolus, non diudicans & discernens sanctum panem Christum ab aliis cibariis, vel operibus indignis, indignus manducat, cum Dominus per Prophetam dicat? *Maledictus homo qui opus Dei facit negligenter vel fraudulentè.* Et propter Sacerdotis, qui nolunt ponere super id cor in veritate, condemnat nos dicens: *Maledicam benedictionibus vestris.* Audite Fratres mei. Si beata virgo Maria honoratur ( vt dignum est ) quia ipsum portauit in sanctissimo utero suo; si beatus Ioannes Baptista bontremuit, & non audebat tangere Domini verticem; si sepulchrum, in quo per aliquod tempus iacuit, sic veneratur: quantum debet esse sanctus, & iustus, & dignus, qui non iam moriturum, sed in æternum victurum, & glorificatum. in quem desiderant Angeli prospicere, contrectat manibus, corde, & ore sumit, & aliis ad sumendum præbet? Videte dignitatem vestram, Fratres Sacerdotes, & estote sancti, quia ipse sanctus est. Et sicut super omnes propter hoc mysterium honorauit vos Dominus Deus, ita & vos propter hoc mysterium diligite eum, reueremini, & honorate. Magna miseria, & miseranda infirmitas, quando ipsum sic præsentem habetis, & aliquid aliud in toto mundo curatis. Totus homo paueat, totus mundus contremiscat, & cælum exulter, quando super altare in manibus Sacerdotis est Christus Filius Dei viui. O admiranda altitudo! ô stupenda dignatio! ô sublimitas humilis, quodd Dominus vniuersitatis, Deus & Dei Filius sic se humiliat, vt pro nostra salute sub modica panis formula se abscondat! Videte Fratres humilitatem Dei, & effundite coram illo corda vestra, & humiliamini, vt & vos exaltemini ab eo. Nihil ergo de vobis retineatis vobis, vt totos vos recipiat, qui se vobis exhibet totum. Moneo præterea & exhortor in Domino, vt in locis in quibus morantur Fratres, vna tantum celebretur Missa in die, secundum formam sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Si verò in loco plu-

res fuerint Sacerdotes, sic sit, per amorem charitatis, alter contentus audita celebratione Sacerdotis al erius; quia absentes & præsentés replet, qui eo digni sunt, Dominus noster Iesus Christus. Qui licet in pluribus locis reperiatur, tamen indiuisibilis manet, & aliqua detrimenta non nouit, sed vnus verus, sicut ei placet operatur, cum Domino Deo Patre & Spiritu sancto Paracleta in sæcula sæculorum. Amen.

OBSERVATIO.

Vna tantum Missa celebretur. ] Hunc locum putauit Philippus Melanchthon hæretico suo dogmati de abiurandis Missis priuatis fauissè; vnde & pro eodem illum citauit in execrabili illa Apologia Confessionis Augustinæ, art. de Missa. Quod sanè mouit pium ac eruditum virum Ioannem Eckium in suo Enchiridio, vt negaret hanc Epistolam fuisse à D. Francisco conscriptam. De quo etiam non leuiter dubitarunt Illustriss. Card. Bellarm. lib. 2. de Missa c. 10. ad obiect. 12. Tom. 3. & Ant. Possuin. Tom. 1. sui Appar. sacri, sub nomine Franciscus Assisias. Sed & addidit Eckius, nec filios eius, Fratres Minores agnoscere Epistolam hæc inter cetera Opuscula D. Francisci. In quo sanè deceptus est: in omnibus etenim Monumentis & Chronicis, tam antiquis quam nouioribus, Ordinis Minorum, nullum tam suum esse obseruatur, quam Epistola hæc; nec illius esse, aliquando ante hos dubitatum est: qui ne admitterent tanti nominis virum tam peruersæ doctrinæ vel minimum fauissè, de illius Auctore dubitarunt: adhibitis insuper quibusdam solutionibus de sensu Authoris, quisquis, vt aiunt, ille fuerit: nempe id intelligendum esse de Ferraria, de ea quæ communiter appellatur Maioribus hebdomadæ, vel de Missa maiori, aut Conuentualis, Quod si aliter & absolutè de omnibus diebus illi sermo esset, ærtissimè falsum & erroneum continere iudicant Epistolam; & non modicum applaudere pestilenti errori Melanchthonis, & aliorum hæreticorum, qui priuatas Missas omnino abominantur; vnamque solum cœnam Dominicam fieri vellent, quæ eodem ritu, solemnitate, ac circumstantiis, quibus Christus Dominus suam peregit, celebraretur, & in qua omnes adstantes communicarent. Quæ planè hæreticorum deliria sunt, & sectariorum figmenta.

Hinc non leuiter moti, nec inani ducti fundamento fidei speculatores, hæreticæ prauitatis Inquisitores in Hispania, in Catalogo illo librorum cauendorum vel expurgandorum, qui sub Illustriss. Card. Bernardo de Sandoval & Roxas Archiepiscopo Toletano, supremo in Hispaniarum ditionibus in causis fidei Inquisitore, prodiit in lucem anno Domini 1612. fol. mihi 98. colum. 1. ad hunc locum apponuntur hæc verba: *Cautè lege.* Quam cautionem postea vidi ad finè Epistolæ, appositò signo è regione horum verborum Tom. 5. & 13. Biblioth. vet. Pat. nouiorum editionum, vbi hæc Epistola inter alia D. Francisci Opuscula habetur. Cautio certè sana, & maturo cõsilio adhibita, ne Franciscus vir Catholicus, & totus Apostolicus, videretur tanto errori subscripsisse, aut ex magna illius auctoritate, aliqua hæreticorum accederet doctrinæ.

Ego

S. Bernardi nus in veteri editione.

Ergo verò, si quid in hac re sapio, sentio ( si inter tantos viros sentire liceat ) non esse dubitandum de Auctore huius Epistolæ, nisi nos omnis fallat antiquitas, & nulla sit fides adhibenda verustissimis Codicibus, & traditioni, à D. Francisci Sociis & cœuis ad nostros deductæ, qua semper stabilitum est, ab ipso hanc fuisse exaratam Epistolam. Et certè D. Bernardinus Senens. dictorum & scriptorum D. Francisci diligentissimus obseruator, Tom. 1. suorum Operum Sermonum. art. 2. cap. 7. in fine ad probandam magnam Sacerdotum excellentiam, & necessariam in eisdem puritatem, vtur argumento Francisci in hac Epist. *Si B. Virgo Maria, & quatuor vel quinque periodos citat eiusdem sub Francisci nomine.*

Insuper iudico eum hoc loco Fratres rogasse sacrosanctâ non multiplicare Sacrificia, & vt à quotidiana abstinerent celebratione, veritum ne propter quotidianam sacrificandi consuetudinem, tanti mysteri, debita reuerentia, quam in hac ipsa Epistola anxius inculcat, & tantopere commendat, paulatim declinaret; & in ipsis sacrificantibus feruor, tanto Altari dignus, aliquantisper reperet ( quod & ipsum retraxit, & omnino repulit à sacris Presbyteratus Ordinibus suscipiendis, & D. Bonauenturam Francisci spiritus heredem, & deuotionis participem, per multos dies à celebrando continuit; quoadvique, mirandum! per Angelum ad os eius Synaxis sacra perlata est à manu Sacerdotis celebrantis ) vel apud Clerum aut populum sacrosanctum Domini Corpus assiduitate vilesceret. C. Extr. De priuileg. cap. 1. Nam quod rarum est, plus appetitur, & æstimatur. d. 93. Legimus. §. Nam & Auth. de Consecr. §. Itaque. col. 4. Et rarum est omne quod magnum est. 2. quæst. 7. In sancta Nicæna. Atque ita hunc locum intellexit Episcopus Siluensis Aluarus Hisp. lib. 2. de Placitu Eccles. art. 5. Eiusque hunc esse sensum, colligitur non obscure ex ipsa Epistola, in qua nihil aliud quam reuerentiam erga hoc Sacramentum suadere conatur; & sacrificandi quando placuerit, supponit penes Fratres liberam esse facultatem, dicens: *Quandocumque voluerint Missam celebrare, puri & pure faciant cum reuerentia.* Vnde non tollit libertatem, nec præceptiue prohibet tanquam malum & illicitum, sicut hæretici, consuetudinem celebrandi, sed inducit ad rariorem & puriorem tanti Sacramenti cultum. Nec primus aut solus docuit Franciscus, abstinendum esse multoties ab immolatione Agni immaculati, vt postea maiori spiritus feruore perciperetur; sed multos pios & timoratos Sacerdotes de facto quosdam & plures dies prætermisissè, quin Sacrum facerent; aliosque consuluissè ita fieri, ob maiorem rei sacræ reuerentiam, dicit Franciscus Pitigianis noster 1. part. suæ Summæ in 4. Scoti, dist. 13. quæst. 2. art. 2. conclus. 4. & Franciscus Suarez Tom. 3. in 3. part. disp. 80. sect. 2. concl. 3. imò & De consecr. d. 2. cap. Quotidie, referuntur hæc verba ex D. Augustino lib. de Eccles. dogmatib. cap. 53. ( licet eius non sit ille liber, sed Gennadij Masilien. vnde scortim appositus est in appendice Tomi 3. Operum D. Augustini ) *Quotidie, inquit, Eucharistia communionem percipere, nec laudo; nec vitupero.* Et ibidem §. Si dixerit, alia habet, quæ Augustini sunt, Ianuerio Episcopo sic respondentis: *Dixerit aliquis, non quotidie accipiendam*

August Epist. 118. ad Iannu. c. 3. To. 2.

Eucharistiam. *Quæseris, Quare? Quoniam, inquit, eligendi sunt dies, quibus purius homo continentiusque vivat, quo ad tantum Sacramentum dignius accedat. Qui enim manducauerit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Alius contra affirmat, quotidie esse sumendum, &c. Faciat vnusquisque, quod secundum fidem suam pie credit faciendum; neuter enim horum exhonorat Corpus & Sanguinem Domini, si saluberrimum Sacramentum certatim honorare contendunt. Nec enim litigauerunt inter se, aut quispiam eorum se alteri proposuit, Zaccheus & ille Centurio, cum alter eorum gaudens in domo sua suscipit Dominum, alter dixit; O Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum: ambo Saluatorem honorificantes, quamuis non vno modo, ambo peccatis miseri, ambo misericordiam consecuti. Ad hoc valet quod manna secundum propriam voluntatem in ore cuiusque sapiebat; sic in ore cuiuscumque Christiani Sacramentum illud quomodo sumatur, estimandum. Nam & ille honorando non audet quotidie sumere; & ille honorando, non audet villo die prætermittere. Quæ verba ad eandem rem confirmandam refert D. Antonius Parauinus, Bernardinus Senensis qui speciali de hac diffcultate, instituta quæstione, docet quando consultius repugnat abstinere à celebrando, vel communicando per aliquantum temporis; rationemque assignat, quare Anachoritæ raro ad Altare accedebant: apud quod recepsissimus & obseruatissimus erat mos hic quem Franciscus suis inculcat, vnam videlicet Missam celebrandi in Cœnobiis, vt videre est apud Cassian. l. 3. de Instit. Monast. cap. 11. & Epist. 5. Epiphaniij quæ est 60. inter Hieronymymas, Tom. 2. & colligitur ex c. Hinc est 16. q. 1. Videat vnusquisque, qua fide accedit, vel quo sine secedit ab Altari, vt doctè & eleganter suadet Chrysost. Hom. 17. in cap. 10. ad Hebr. Tom. 4. Si ex spiritus feruore, & humili confidentia de profectu spiritali atsequendo, quotidie offert, laudandus, si ex reuerentia tanti Sacramenti, & timore propriæ indignitatis frequenter desistat à celebrando, non est vituperandus. Vnde ( si iudicium in hac re interponere licet ) iudicarem huius dubij decisionem relinquendam esse piæ credulitati accedentis. Dicam tamen, apud Theologos & Doctores, tam nouiores quam vetustiores, magis commune & receptum esse quotidie sacrificare, potiusque hoc Sacerdotibus consulendum; nisi aliter iuxta varias personarum conditiones, status, conscientias, diuersasque Spiritus sancti gratias, aliud videatur prudentibus viris conuenire. Franciscus & alii sanctissimis doctissimisque viris visum est, raram huius Sacramenti susceptionem maiorem in illud causare reuerentiam. Alii è contra non inferioris notæ Patribus & Doctoribus commune est, illius frequentiam magnam conciliare deuotionem, & non paruum esse incentiuum feruoris, & æstimationis sacræ Synaxis. Variæ sunt Sanctorum conditiones, diuersæque Spiritus sancti gratiæ. Pro his videri poterunt Hippolyt. Mart. Orat. de Consum. mun. Augustin. citatus, Gregor. Hom. 37. in Euang. Chrysost. Homil. 3. Epist. ad Ephes. & Hom. 61. ad popul. Antioch. de Sacrorum participatione mysteriorum, ad medium; Vberinus de Casali lib. 4. Arboris vitæ Crucifixi, c. 5. & Nicolaus Lyranus in cap. 11. 1. ad Corinth. ex modernioribus Theologis, Pitigianis & Suar. citati, Ioan. Steph. Durant.*

Lucæ 19. vers. 6. Math. 18. vers. 8. Vide Augustin. 2. Retractat. c. 20. D. Antonius de Padua, Sermon. Domini. 3. post Epiphani. Art. Bern. Senens. Tom. 2. art. 2. ca. 3. quæst. 2. veteris editionis.

1. Cor. 11. v. 29.

Durant. lib. 2. de Rit. Eccles. cap. 3. Vazq. in 3. part. quæst. 83. disp. 232. cap. 22. in fine, & alij in eadem quæst. Ex Summistis, Victor. num. 95. Rodericus Tom. 1. Summ. verbo Communio, c. 103. num. 10.

EPISTOLA XIII.

AD VNIVERSOS CLERICOS.

ARGUMENTVM.

Magnam fuisse Francisci erga sanctam Eucharistiam deuotionem, facile constat ex præcedenti Epistola, ex eius Testamento, alijsque Opusculis, & ex illo Bonauenture testimonio cap. 9. Legenda. Flagrabat, inquit, erga Sacramentum Dominici Corporis feruore omnium medullarum, stupore admirans permaximo illam charissimam dignationem, & dignantissimam charitatem, &c. Dolebat proinde vehementer, indignè ministrari, viliter tractari rem omnium pretiosissimam; sanctissimaque Dei nomina, aut quidquam ex Sacra pagina irreuerenter projici, vel inhonestè reponi. Dolorem expressit his literis, & Clericis sacratissimarum rerum reuerentiam & puriorem cultum indixit. Eas habet Marianus lib. 1. cap. 27. §. 8. uterque Codex MS. Assisian. absque ulla verborum differentia. Sola est in titulo & in scriptione diuersitas.

Reuerendis in Christo dominis meis, vniuersis Clericis, qui sunt in toto orbe, & viuunt secundum statuta Catholica fidei, Fr. Franciscus paruulus & minimus seruus, Salutem cum omni reuerentia, & osculo pedum.

Etiam infirmi à salute aliorum promouenda non cessamus.

Quoniam debitor factus sum omnibus, ideo, non valens amplius præsentialiter verbis meis propter meas infirmitates vobis satisfacere, hanc meam recordationem & admonitionem paucis verbis scriptam, cum omni amore & dilectione suscipite. Attendamus omnes Clerici magnum peccatum & ignorantiam, quam quidam habent super sanctissimum Corpus & Sanguinem Domini nostri Iesu Christi, & sacratissima nomina & verba eius scripta, quæ sanctificant Corpus. Scimus, quia non potest esse Corpus, nisi prius sanctificetur à verbo. Nihil enim habemus, & videmus corporaliter in hoc sæculo de ipso Altissimo, nisi Corpus & Sanguinem, & realiter nomina & verba, per quæ facti sumus, & redempti de morte ad vitam. Omnes autem illi qui ministrant tam sanctissima Mysteria, considerent intra se, maxime hi qui indiscretè ministrant, quam viles sint calices, corporalia, & linteamina, vbi sacrificantur Corpus & Sanguis Domini nostri, & à multis in locis vilibus relinquitur, miserabiliter portatur, & indignè sumitur, & indiscretè alijs ministratur. Nomina etiam & verba eius scripta, aliquando

Corpus Christi realiter sub speciebus.

Reuerentia exhibenda Christi Corpori.

pedibus conculcantur; quia animalis homo non percipit ea quæ Dei sunt. Non mouemur de his omnibus pietate. cum ipse pius Dominus in manibus nostris se præbeat, & eum tractemus, & sumamus quotidie per os nostrum? An ignoramus, quia debemus venire in manus eius? Igitur de his omnibus, & alijs, citò & firmiter emendemus; & vbicumque fuerit sanctissimum Corpus Domini nostri Iesu-Christi illicitè collocatum, & relictum, remoueatur de loco illo, & in loco pretioso ponatur, & consignetur. Similiter nomina & verba Domini scripta, vbicumque inueniantur in locis immudis, colligantur, & in loco honesto debeant collocari. Et scimus, quia hæc omnia tenemur super omnia obseruare secundum præcepta Domini, & Constitutiones sanctæ matris Ecclesiæ. Et qui hoc non fecerit, sciat se coram Domino nostro Iesu Christo in die Iudicij reddere rationem. Hoc scriptum vt melius debeat obseruari, sciant se benedictos à Domino Deo, qui ipsum fecerint exemplari. Dominus noster Iesus Christus omnes meos dominos sua sancta gratia repleat, & confortet.

Et verbis diuinis. 1. Cor. 2. vers. 14.

Corpus Christi in loco mundo & honesto reponatur & consignetur.

Verba Dei quæ scripta sunt iudicentur obnoxia.

EPISTOLA XIV.

AD VNIVERSOS CVSTODES FRATRYM MINORVM.

ARGUMENTVM.

Huius & sequentis Epistola meminit Vincentius Blasius Tomo ultimo Hist. Eccles. Regni Aragonensis, cap. 5. & clarius alio Tomo adhuc non emisso in lucem, sub Rege Iaimio. Eas Hispano idiomate transcriptas ad Reuer. P. Lucam Vuad. detulit ex ciuitate Cesar augustana, in qua à B. Ioannis Parentis tempore asseruantur, Reuerendus Pater Antonius Daza, dum in Rom. Curia Commissarium venit in urbem. Præmissa diuini & humani iudicij differentiâ, Fratrum Custodibus commendat sanctus vir, vt suas literas Ecclesiasticis & secularibus Potestatibus porrigant. Pater Lucas Latinas fecit.

Vniuersis Custodibus Fratrum Minorum ad quos istæ literæ peruenerint, Frat. Franciscus minimus seruorum Dei, salutem, & sanctam pacem in Domino.

Scitote quod in conspectu Dei sunt quædam res nimis altæ & sublimes, quæ aliquando reputantur inter homines pro vilibus & abjectis; & aliæ sunt charæ & spectabiles inter homines, quæ coram Deo tenentur pro vilissimis & abjectis. Rogo vos coram Domino Deo nostro quantum possum, quod literas illas, quæ tractant de Sanctissimo Corpore & Sanguine Domini nostri; detis Episcopis, & alijs Clericis, & memoria retineatis quæ super his vobis commendauimus, Aliarum literarum, quas vobis mitto, vt eas detis Gubernatoribus, Consuli-

EPISTOLA XVI.

AD FRATREM LEONEM.

ARGUMENTVM.

Quantum ex hac breuiscula & simplici Epistola potui colligere, Leo, beati viri Socius intimior, aliqualem passus est spiritus molestiam. Quem vt suauiter veluti materna teneritudine vir sanctus instruxit, & in religioso aliquo Cœnobio ad animæ quietem reliquit; timens satana astutias, & absentis filij periculum, his eum verbis compellauit. Ipsius Francisci manu exarata seruantur inter Reliquias in Sacratio Minorum Conuentualium Spoleti.

Frater Leo, Fr. Franciscus tuus salutem & pacem.

Ita dico tibi fili mi sicut mater; quia omnia verba, quæ diximus in via, breuiter in hoc verbo dispono & consilio. Et si postea oportet propter consilium venire ad me, ita consilio tibi. In quocumque modo videtur tibi placere Domino Deo, & sequi vestigia & pauperatam suam, faciatis cum benedictione Domini Dei, & mea obedientia. Et si tibi est necessarium propter inimicam tuam, aut aliam consolationem tuam, & vis, Leo mi, venire ad me, veni; Vale in Christo.

Prælati subditos diligat vt mater filios.

bus & Rectoribus, & in quibus continetur, vt publicentur per populos & plateas Dei laudes, facite statim multa exemplaria & copias, & cum magna diligentia eas porrigite illis quibus debeant dari. Valere in Domino.

EPISTOLA XV.

AD POPVLORVM RECTORES.

ARGUMENTVM.

Hortatur Iudices, & qui præsumunt in populis, vt seposita rerum terrenarum sollicitudine, de suis pœniteant reatibus, & populos sibi commissos ad Dei laudem inuident. Vnum accepit huius Epistole exemplar Hispanum P. Lucas à prædicto Religioso viro. Aliud ei occurrit Latinum apud Illust. & Reuerendissim. D. Franciscum Gonzagam in suo de Origine Franciscana Religionis libro, in Provincia Aragonia, in principio. Hoc, quod à primo in nibilo ferme discrepat, subjicit.

Vniuersis Potestatibus & Consulibus, Iudicibus, atque Rectoribus vbique terrarum, atque omnibus alijs ad quos istæ literæ peruenerint, Fr. Franciscus vester in Domino seruus, paruulus ac despectus, salutem & pacem omnibus vobis optans.

Deus qui-buscumque præferendus.

Hora mortis ante oculos habenda.

Potentis potenter tormenta patientur.

Considerate & videte, quoniam dies mortis appropinquat. Rogo ergo vos cum reuerentia, sicut possum, ne propter curas & sollicitudines huius sæculi, quas habetis, Dominum obliuioni tradatis, & à mandatis eius declinetis; quia omnes illi qui eum obliuioni tradunt, & à mandatis eius declinant, maledicti sunt, & ab eo obliuioni tradentur; & cum venerit dies mortis, omnia, quæ putabant habere, auferentur ab eis; & quanto sapientiores & potentiores fuerint in hoc sæculo, tanto maiora tormenta sustinebunt in inferno. Vnde firmiter consulo vobis dominis meis, vt omni cura & sollicitudine posthabitis, sanctissimum Corpus & sanctissimum Sanguinem Domini nostri Iesu Christi in eius sancta commemoratione benignè recipiatis. Et tantum honorem in populo vobis commisso, Domino conferatis, vt quolibet sero annuncietur per nuntium vel per aliud signum, quod omnipotenti Domino Deo ab vniuerso populo laudes & gratiæ referantur. Et si hoc non feceritis, sciat is vos coram Domino Deo vestro Iesu Christo in die iudicij reddere rationem. Hoc scriptum qui apud se retinuerint & obseruauerint illud, à Domino Deo se nouerint benedictos.

EPISTOLA XVII.

AD DOMINAM IACOBAM DE SEPTEM SOLIIS.

ARGUMENTVM.

Paucis diebus antequam extremum clauderet B. Pater mortemque iam præforibus instituisse ex Dei reuelatione certò sciens, nobilissimam hanc matronam præmonendam indicauit, & si quæ exequiis erant necessaria, ab eadem postulare; vt cuius in vita deuotionem & libertatem expertus fuerat, grata eiusdem presentia morientem solaretur, & castum eiusdem amorem in sepultura obsequio, & orationum suffragijs, etiam mortuus sentiret: nec enim vera amicitia solius vita aut prosperitatis comes est, quin & mortuus & afflictus debeat impendi. Imperfectam esse Epistolam, facillime colliges. Eam nobis tradiderunt diuersimodè, Marc. prima parte, libro secundo, capite 6. & Rebolledo ibidem capite 28. Eius facit mentionem Pisanus libro tertio, Conform. 4. parte secunda, eam Latinam habet Speculum. Vita Francisci fol. mihi 138. ex quo eam transcripsi. Italiam habet eodem modo Florentinum fol. 105.

Dominæ



Dominæ Jacobæ, seruæ Altissimi, Fr. Franciscus pauperulus Iesu Christi, salutem & societatem Spiritus sancti in Domino Iesu Christo.

A B. Patre Francisco hora mortis cognita ex reuelatione.

SCias, charissima, quod mihi Christus benedictus per suam gratiam vitæ meæ terminum futurum in proximo reuelauit. Quapropter si vis inuenire me viuum, visis his literis ad sanctam Mariam de Angelis venire festina. Nam si post diem Sabbati veneris, me viuum inuenire non poteris. & porta tecum pannum vel cilicium, in quo corpus meum inuoluas, & ceram pro sepultura. Rogo etiam, quod portes de illis comestionibus, quas mihi consueuisti dare quando infirmabar Romæ.

VERBA SACRÆ ADMONITIONIS B. PATRIS FRANCISCI AD omnes Fratres suos.

ARGVMENTVM.

IN hoc Opusculo Fratres suos, tanquam sollicitus Pater, & diligens Pastor, de precipuis virtutibus & grauioribus vitiis admonet, ne illa præterlabantur, aut istis incaute se tradant. Opusculum est satis exiguum, sed sententiarum grauitate magnum, rationum & consiliorum pondere refertum. Tractatulus est Auctori non penitendus. In eo omnes habent quod addiscant, & plurima satis vtilia ad vitam Christianæ & religiosè componendam. Similem edidit Bonauentura Libellum, breuiusculis Capitulis distinctum, de remediis defectuum Religiosi, ad Fratrem Robertum. Hunc habent Firm. p. 1. fol. 19. Mon. tract. 2. à fol. 276. Biblioth. vet. Pat. Parisiis excusa ann. Dom. 1450. Tom. 5. in fine, recensque magna Coloniens. Tom. 13. & vetustus quidam Codex. M.S. ante ann. 1450. quem in Refectorio Minorum in Conuentu Diui Antonij de Ficu, Prouincie Portugallie, incuriosè neglectum offendi; & Pisanus lib. 1. Conformit. 12. sparsim per varia Capita.

CAPVT I.

De fide erga Deum, de reuerentia erga Sacramentum Altaris, & de digna eius susceptione.

Ioan. 14. vers. 6. Christus via, veritas, & vita.

Dixit Dominus discipulis suis: Ego sum via, veritas, & vita. Nemo venit ad Patrem nisi per me. Si cognouissetis me, & Patrem meum utique cognouissetis: & amodò cognoscetis eum, & vidistis eum. Dixit ei Philippus: Domine ostende nobis Patrem, & sufficit nobis. Dixit ei Iesus: Tanto tempore vobiscum sum & non cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt & Patrem meum. Pater lucem habitat inaccessibilem: Spiritus est Deus, & Deum nemo vidit vnquam: ideo non nisi in

Deus in hac vita inuisibilis.

spiritu videri potest, quia Spiritus est, qui viuificat, caro autem non prodest quidquam. Sed nec Filius, in eo quod æqualis est Patri, videtur ab aliquo aliter quàm Pater, aliter quàm Spiritus sanctus. Vnde omnes qui viderunt Dominum Iesum Christum secundum humanitatem, & non viderunt neque crediderunt secundum Spiritum & Deitatem, ipsum esse verum Filium Dei, damnati sunt. Ita & modò, quia omnes qui vident Sacramentum, quod sanctificatur per verba Domini super Altare per manus Sacerdotis in forma panis & vini, & non vident, & non credunt secundum Spiritum & Diuinitatem, quod sit veraciter sanctissimum Corpus & Sanguis Domini nostri Iesu Christi, damnati sunt; ipso Altissimo attestante, qui ait: Hoc est Corpus meum, & Sanguis noui Testamenti, & qui manducat carnem meam, & bibit Sanguinem meum, habet vitam æternam. Qui habet spiritum Domini, qui habitat in fidelibus suis, ille est qui recipit sanctissimum Corpus & Sanguinem Domini: omnes alij, qui non habent de Spiritu eodem, & præsumunt recipere eum, iudicium sibi manducant & bibunt. Vnde filij hominum, usquequò graui corde, ut quid diligitis vanitatem, & quaritis mendacium? ut quid non cognoscitis veritatem, & creditis in filium Domini? Ecce quotidie humiliat se, sicut quando à regalibus sedibus venit in vterum Virginis: quotidie venit ad nos ipse humilis apparens: quotidie descendit de sinu summi Patris super Altare in manibus Sacerdotis: & sicut sanctis Apostolis apparuit in vera carne, ita & modò se nobis ostendit in sacro pane: & sicut ipsi intuitu carnis suæ tantum eius carnem videbant, sed ipsum Dominum Deum esse credebant oculis spiritualibus contemplantibus; sic & nos panem & vinum oculis corporeis videamus, & credamus firmiter sanctissimum eius Corpus & Sanguinem viuum esse, & verum. Et tali modo semper est Dominus cum fidelibus suis, sicut ipse dixit: Ecce ego vobiscum sum, usque ad consummationem sæculi.

CAPVT II.

De malo propria voluntatis.

Dixit Dominus ad Adam: De omni ligno Paradisi comede: de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas. De omni ligno Paradisi comedere poterat Adam: quia dum non venit contra obedientiam, non peccauit. Ille enim comedit de ligno scientiæ boni & mali, qui sibi suam voluntatem appropriat, & se exaltat de bonis quæ Dominus dedit, & operatur in ipso: & sic per suggestionem diaboli, & transgressi nem mandati, factum est ei pomum scientiæ mali. Vnde oportet quod iustineat pœnam.

CAPVT III.

De perfecta obedientia.

Dixit Dominus in Euangelio: Qui non renuntiauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Et qui voluerit animam suam saluam

1. Tim. 6. vers. 16. Ioan. 1. vers. 18. Ioan. 6. vers. 63.

Vtraque natura in Christo credenda.

Verè & realiter Christus in Eucharistia.

Lucæ 22. vers. 15. Ioan. 6. vers. 54.

Digne sumenda Eucharistia. Psalm. 4. vers. 3.

Cum ait quotidie ad nos Christum descendere, videtur annuere, transubstantionem in Eucharistia fieri per actionem adductiuam, & non per actionem productiuam. Deus semper nobiscum. Matth. 26. vers. ult.

Genes. 2. vers. 67.

Lignum scientiæ quid mysticè repræsentet.

Lucæ 14. vers. 33. Matth. 16. vers. 25.

CAPVT VI.

De imitatione Domini nostri Iesu-Christi.

Attendamus, Fratres omnes, bonum Pastorem, qui pro ouibus suis saluandis crucis sustinuit passionem. Oues Domini securæ fuerunt eum cum tribulatione & persecutione, verecundia & fame, infirmitate & tentatione, & ceteris aliis, & de his receperunt à Domino vitam sempiternam. Vnde magna verecundia est seruis Dei, quod Sancti faciant opera, & nos recitando & prædicando ea, volumus inde recipere gloriam & honorem.

Qualiter cælum petatur.

Christus per tribulationem & persecutionem sequendus.

CAPVT VII.

Vt bona opera sequantur scientiam.

Dicit autem Apostolus: Littera occidit, Spiritus autem viuificat. Illi sunt mortui ad litteram, qui tantum verba sola cupiunt scire, vt sapientiores teneantur inter alios, vt possint acquirere magnas diuitias, dantes consanguineis & amicis. Et illi Religiosi mortui sunt ad litteram, qui spiritum nolunt diuinæ litteræ sequi, sed sola verba magis cupiunt scire, & aliis interpretari: & illi sunt viuificati à spiritu diuinæ litteræ, qui omnem scientiam & litteram, quam sciunt & cupiunt scire (non autem viuunt corpore, sed verbo & exemplo) reddunt eam Altissimo Domino, cuius est omne bonum.

2. Cor. 3. v. 6.

Duplex scientia, mortis & vitæ.

Scientia nostra Deo tribuenda.

CAPVT VIII.

De peccato inuidiæ vitando.

VT ait Apostolus, nemo potest dicere Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto, &, Non est qui faciat bonum, non est usque ad vnum. Qui cumque ergo inuidet fratri suo de bono, quod Deus dicit & facit in ipso, pertinet ad peccatum blasphemie, quia ipsi Altissimo inuidet, qui dicit & facit omne bonum.

1. Cor. 12. v. 3. Psalm. 52. v. 4.

Inuidia quomodo blasphemia dicitur.

CAPVT IX.

De dilectione inimici.

Dicit Dominus in Euangelio: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequentibus, &c. Ille veraciter diligit inimicum suum, qui non dolet de iniuria, quam sibi fecit, sed de peccato animæ suæ vritur propter amorem Dei, & ostendit ei ex operibus dilectionem.

Mat. 5. v. 44.

Quis dicatur verè inimicus cum diligere.

CAPVT X.

De castigatione corporis.

Multi sunt, qui dum peccant, vel iniurias recipiunt, sæpè inculpant inimicum, vel proximum. Sed non est ita, quia vnusquisque habet in potestate sua inimicum suum, videlicet corpus, per quod peccat. Vnde beatus ille seruus, qui talem inimicum tradidit in sua potestate, semper captum tenuerit, & sapien-

Quis sit verè noster inimicus.

Quis sit verè obediens.

Charitatiua obedientia Deo & proximo seipsum sacrificium offerre.

Non obediendum Prælati in illicitis.

Inobedientes Religiosi homicidæ.

Math. 20. v. 28.

Non gloriantur de præfectura.

Genes. 1. v. 17.

Homo ceteris animalibus minus gratus.

Eruditus ne superbiat.

Dæmonis scientia quanta.

In quo verè gloriandum? in Cruce Domini.

saluam facere, perdet eam. Ille homo renuntiat omnibus quæ possidet, & perdit corpus suum, qui se ipsum totum præbet ad obedientiam in manibus sui Prælati; & quidquid facit aut dicit, quod ipse sciat quod non sit contra voluntatem eius (dum bonum sit quod facit) vera obedientia est. Et quando subditus viderit meliora, & vtiliora animæ suæ, quàm ea quæ suus Præla. us præcipiat, suam voluntatem sacrificat Domino; quæ autem autem sunt Prælati opera, studeat adimplere. Nam hæc est charitatiua obedientia, quia Deo & proximo sacrificium se ipsum facit. Si verò Prælati præcipiat aliquid subdito contra animam suam, licet ei non obediatur, tamen ipsum non dimittat. Et si ab aliquibus persecutionem inde sustinerit, magis eos diligit propter Dominum. Nam qui potius velit persecutionem sustinere, quàm à suis Fratribus separari, verè permanet in perfecta obedientia, quia ponit animam suam pro Fratribus suis. Sunt enim multi Religiosi, qui sub specie videndi meliora quàm quæ sui Prælati præcipiunt, aspiciunt retrò, & ad vomitum propriæ voluntatis redeunt. Hi homicidæ sunt, & propter mala sua multas animas perdere faciunt.

CAPVT IV.

Quod nullus sibi appropriet prælationem.

Non veni ministrari, sed ministrare, dicit Dominus. Illi qui sunt super alios constituti, tantum de illa prælatione gloriantur, quantum si essent deputati officio abluendi pedes Fratrum: & quanto magis turbarentur de ablata sibi prælatione, quàm de ablato eis officio abluendi pedes, tanto magis sibi loculos ad periculum animæ componunt.

CAPVT V.

Quod nemo superbiat, sed gloriatur in Cruce Domini.

Attendè, ô homo, in quanta excellentia te posuit Deus, quia creauit & formauit te ad imaginem dilectissimi Filij sui secundum corpus, & ad similitudinem suam secundum spiritum. Et omnes creaturæ, quæ sub cælo sunt, secundum se seruiunt, cognoscunt, & obediunt Creatori suo melius quàm tu, & dæmones non crucifixerunt eum, sed tu cum ipso crucifixisti eum, & adhuc crucifigis delectando te in vitiis & peccatis. Vnde ergo potes gloriari? Nam si ita esses suptilis & sapiens, quod omnem scientiam haberes, & scires interpretari omnia genera linguarum, subtiliter de rebus cælestibus perferuari, in omnibus his non potes gloriari, quia vnus dæmon sciuit de cælestibus magis, & modò scit de terrenis plusquam omnes homines, licet aliquis fuerit, qui summæ sapientiæ cognitionem à Domino receperit specialem. Similiter si esses pulchrior & ditior omnibus, & etiam si faceres mirabilia, vt dæmones effugares, omnia ista tibi sunt contraria, & nihil ad te pertinent. In his nihil potes gloriari, sed in hoc possumus gloriari, in infirmitatibus nostris, & baiulando quotidie sanctam Crucem Domini nostri Iesu-Christi.

CAPVT XVI.

De munditia cordis.

Mortificatione studemus, & nullum aduersarium timebimus.

ter se ab eo custodierit: quia dum hoc fecerit, nullus alius inimicus visibilis ei nocere potest.

CAPVT XI.

Quod nemo corrumpatur a zelo malo alterius.

Peccatum solum nobis displicet praecipue.

Seruo Dei nulla res debet displicere, praeter peccatum. Et quocumque modo aliqua persona peccaret, & propter hoc seruus Dei, nisi in charitate, turbaretur, aut irasceret, thesaurizat sibi iram, & culpam. Ille est seruus Dei, qui non irascitur, neque turbatur pro aliquo; recte viuit, & sine proprio. Et beatus est cui non remanet aliquid, reddens qua sunt Caesaris, Caesari; & qua sunt Dei Deo.

Quomodo irascendum. Math. 12. vers. 22.

CAPVT XII.

De cognoscendo Spiritum Dei.

Non superbiendum de bono opere.

Sic potest cognosci seruus Dei, si habet Spiritum Domini; cum Dominus operatur per ipsum aliquid boni, si nec caro eius, neque mens exinde se exaltat, quia semper contraria est omni bono; sed si magis ante oculos suos se habere vellet viliozem, & in omnibus, aliis hominibus se minorem existimaret.

CAPVT XIII.

De patientia in aduersis.

Quomodo probanda patientia.

Non potest cognosci seruus Dei, quantum habeat patientiam, & humilitatem, dum satisfactum est ei secundum voluntatem vel necessitatem suam. Cum autem venerit tempus, in quo illi qui deberent satisfacere ei, faciunt sibi contrarium; quantum habet patientiam ibi & humilitatem, tanta est, & non plus.

CAPVT XIV.

De paupertate spiritus.

Math. 5. vers. 3.

Facile iniuriis tangimur.

Qui sunt veri pauperes.

Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est Regnum caelorum. Multi sunt qui orationibus & officiis intententes, multas abstinentias & afflictiones in suis corporibus faciunt; sed de solo vno verbo, quod viderint iniuriam esse suorum corporum, vel de aliqua re, quae sibi aufertur, scandalizantur statim, & conturbantur. Hi non sunt veri pauperes spiritu. Quia qui vere pauper est spiritu, se ipsum odit, & alios diligit, qui ipsum percutiunt in maxillam.

CAPVT XV.

De pace.

Math. 5. vers. 10. Qui sint veri pacifici.

Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Illi sunt veri pacifici, qui in omnibus, quae in hoc saeculo patiuntur propter amorem Domini nostri Iesu-Christi, in animo & corpore pacem seruant.

CAPVT XVII.

De humilitate seruanda in donis Domini.

Beatus ille seruus, qui non magis se exaltat de bono quod Dominus dicit & operatur per ipsum, quam de eo quod dicit & operatur per alium. Peccat enim homo, qui magis vult recipere a proximo suo, quam vult dare de se Domino Deo.

CAPVT XVIII.

De compassione proximi.

Beatus homo, qui sustinet proximum suum secundum suam fragilitatem, in eo quod vellet sustineri ab ipso si in consimili casu esset. Beatus seruus, qui omnia bona reddit, & attribuit Domino Deo. Quia qui sibi aliquid retinuerit, abscondit pecuniam Domini Dei sui; & quod putat habere, auferretur ab eo.

CAPVT XIX.

De humili seruo Dei.

Beatus ille seruus, qui non tenet se meliorem, quando magnificatur & exaltatur ab hominibus, sicut quando tenetur vilis, simplex & despectus. Quia quantus est homo coram Deo, tantus est, & non plus. Vae illi Religioso, qui ab aliis positus est in alto, & per suam voluntatem non vult descendere. Et beatus ille seruus, qui non per suam voluntatem ponitur in alto, & semper desiderat esse sub pedibus aliorum.

CAPVT XX.

De bono, & vano Religioso.

Beatus ille Religiosus, qui non habet iucunditatem & laetitiam, nisi in sanctissimis eloquiis & operibus Dei, & cum his perducit homines ad amorem Dei in gaudio & laetitia, & exultatione. Et vae illi Religioso, qui delectatur in verbis otiosis & vanis, & cum his perducit homines ad risum.

CAPVT XXI.

De inani & loquaci Religioso.

Beatus ille seruus, qui non loquitur sub spe mercedis, & omnia sua non manifestat, & non est velox ad loquendum, sed sapiens et prouider, quae debet loqui, & respondere. Vae illi Religioso, qui bona quae sibi Do-

mius ostendit, non retinet in corde suo, & aliis non ostendit per operationem; sed sub spe mercedis magis hominibus verbis cupit ostendere quam Domino; ipse enim recipit mercedem suam, & audientes paruum fructum reportant.

CAPVT XXII.

De correctione patienter suscipienda.

Disciplina qualiter toleranda.

Beatus seruus, qui disciplinam, accusationem, & reprehensionem ab aliquo ita patienter sustinet, sicut a semetipso. Beatus seruus, qui benigne reprehensus acquiescit, verecunde obtemperat, humiliter confitetur, & libenter satisfacit. Beatus seruus, qui non est velox ad se excusandum; & humiliter sustinet verecundiam & reprehensionem de peccato, vbi non commisit culpam.

Excusatione peccata non obtorgenda.

CAPVT XXIII.

De Humilitate.

Quis sit vere humilis.

Beatus seruus, qui ita inuentus est humilis inter subditos Fratres suos, sicut quando esset inter Praelatos & dominos suos. Beatus seruus, qui semper manet sub virga correctionis. Fidelis seruus & prudens est, qui in omnibus suis offensis, non tardat interius puniri per contritionem, & exterius per confessionem, & operis satisfactionem.

Delicta statim corrigenda.

CAPVT XXIV.

De vera dilectione.

Frater eodem modo semper amandus.

Beatus seruus, qui tantum diligit fratrem suum, quando est infirmus, quod non potest ei satisfacere, quantum quando est sanus, quod potest ei satisfacere. Et beatus ille, qui tantum diligit fratrem suum, cum est longe ab ipso, sicut quando est cum eo; & non diceret aliquid post ipsum, quod cum charitate non posset dicere coram eo.

CAPVT XXV.

Quod serui Dei honorent Clericos.

Clerici honorandi.

Beatus seruus, qui portat fidem in Clericis, qui viuunt recte secundum formam sanctae Romanae Ecclesiae; & vae illis qui ipsos despiciunt: licet etenim sint peccatores, tamen nullus debet eos iudicare, quia ipse solus Dominus referuat sibi eos ad iudicandum. Nam quantum maior est omnibus administratio eorum, quam habent de sanctissimo Corpore & sanctissimo Sanguine Domini nostri Iesu Christi, quod ipsi recipiunt, & ipsi soli aliis ministrant, tanto maius peccatum habent, qui peccant in ipsos, quam in alios omnes homines istius mundi.

Nullus temerarie iudicandus, sed praecipue Sacerdotes.

CAPVT XXVI.

De virtute effugante vitium.

Virtutem cum vitiis contrarietas.

Vbi charitas, & Sapientia; ibi nec timor, nec ignorantia. Vbi est patientia, & humilitas; ibi nec ira, nec perturbatio. Vbi est pau-

peritas cum laetitia; ibi nec cupiditas; nec auaritia. Vbi est quies, & meditatio; ibi nec sollicitudo, nec vagatio. Vbi est timor Domini ad arrium suum custodiendum, ibi inimicus non potest habere locum ad ingrediendum. Vbi est misericordia, & discretio, ibi nec superfluitas; nec induratio.

Vbi est vere paupertas nulla ibi cupiditas.

CAPVT XXVII.

De abscondendo bonum, ne perdatur.

Beatus seruus, qui thesaurizat in caelo bona, quae sibi Dominus ostendit, & sub spe mercedis non cupit ea manifestare hominibus. Quia ipse Altissimus manifestabit opera eius quibuscumque placuerit. Beatus seruus, qui secreta Domini obseruat in corde suo. Haec igitur sunt verba vitae & salutis: quae si quis elegerit, & fecerit, inueniet vitam, & hauriet salutem a Domino. Amen.

Secreta Dei nequaquam propalandi.

VERBA BEATI PATRIS NOSTRI FRANCISCI AD HUMILITATEM, Obedientiam, Deuotionem & Patientiam inducentia.

ARGUMENTVM.

Pura ex iis, quae precedenti Opusculo Fratribus commendauit, quasi magis necessaria, & utiliora, his verbis iterum inculcat, eaque sapientissime suis repetebat. Ea nobis obtulere Firmam. 1. part. fol. 21. col. 4. & Biblioth. vet. Pat. Tom. 5. in fin. Sed Biblioth. magna a Colonienf. edita Tom. 13. Quae licet ferme omnia in verbis admonitionis per varia Capitula dispersa sint, quia tamen iterum seorsim in unum congesta, in utroque hoc libro reperimus, per se etiam huc transferenda duximus.

Beatus seruus, qui non tenet se meliorem, quando magnificatur & exaltatur ab hominibus, sicuti quando tenetur vilis, simplex, & abiectus, & despectus: quia quantum est homo coram Deo, tantum est, & non plus. Vae illi Religioso, qui ab aliis positus est in alto, & per suam voluntatem non vult descendere: & beatus ille seruus, qui non per suam voluntatem ponitur in alto, & semper desiderat subesse pedibus aliorum. Beatus ille Religiosus, qui non habet iucunditatem & laetitiam nisi in sanctissimis eloquiis, & in operibus Domini, & cum his perducit homines ad amorem Dei in gaudio & laetitia. Vae illi Religioso, qui delectatur in verbis otiosis & vanis, & in his perducit homines ad risum. Beatus seruus, qui disciplinam, accusationem, & reprehensionem ita patienter ab aliquo sustinet, sicut a semetipso. Beatus seruus, qui reprehensus benigne acquiescit, verecunde obtemperat, humiliter confitetur, libenter satisfacit. Beatus seruus, qui non est velox ad se excusandum, & humiliter sustinet verecundiam, & reprehensionem de peccato, vbi non commisit culpam.

Quantum quis melior, tanto sit humilior.

Non praesse sed subesse desideramus.

Otiosa verba & varia omnino fugienda.

Reprehensio benignitas corrigenti.

DE VIRTUTIBVS

QVIBVS DECORATA FVIT S. VIRGO, ET DEBET ESSE S. ANIMA.

ARGVMENTVM.

Opusculum hoc inueni in viroque Codice MS. Assisen. & Specul. Vitae Franc. fol. 116. Idem habent, omiffis quatuor prioribus periodis, ab illis verbis: nullus homo, &c. Pisanus libro primo, Conformit. 38. & Marc. prima parte, libro secundo, capite 51. sed insertum cap. 26. Opusc. de verbis Sacrae admonitionis. Ego cum Codicibus manuscriptoris, & sua vetustate commendatis, malui seorsum apponere. Argumentum satis clarum est.

Virtutes Dominae & non ancillae.

Non mortem intelligit corporalem sed spiritua. l. m. Virtutum connexio.

Virtutum cum vitis contrarietas.

Magna sunt obedientiae vires.

Regina sapientia, Dominus te saluet, cum tua sorore sancta pura simplicitate. Domina sancta paupertas Dominus te saluet, cum tua sorore sancta humilitate. Domina sancta charitas, Dominus te saluet, cum tua sorore sancta obedientia. Sanctissimae virtutes omnes, vos saluet Dominus, a quo venitis, & proceditis. Nullus homo est penitus in toto mundo, qui vnam ex vobis possit habere nisi prius moriatur. Qui vnam habet, & alias non offendit, omnes habet & qui vnam offendit, nullam habet, & omnes offendit; & vnaquaque confundit vitia & peccata. Sancta sapientia confundit Satan, & omnes malitias eius. Pura sancta simplicitas confundit omnem sapientiam huius mundi, & sapientiam corporis. Sancta paupertas confundit cupiditatem, & auaritiam, & curas huius saeculi. Sancta humilitas confundit superbiam, & omnes homines qui sunt in mundo, similiter & omnia quae in mundo sunt. Sancta charitas confundit omnes diabolicas & carnales tentationes, & omnes carnales timores. Sancta obedientia confundit omnes corporales & carnales voluntates, & habet mortificatum corpus suum ad obedientiam spiritus, & ad obedientiam Fratris sui, & est subditus & suppositus omnibus hominibus, qui sunt in mundo; & non tantum solis hominibus, sed etiam omnibus bestiis & feris, vt possint facere de eo quidquid voluerint, quantum fuerit eis datum desuper a Domino. Deo gratias. Amen.

OPVSCVLVM DE VERA

ET PERFECTA LAETITIA FRATRVM MINORVM.

ARGVMENTVM.

Opusculum hoc, in quo Franciscus veram laetitia, & perfectam religiosi gaudij rationem simpliciter & in compositis verbis rudique stylo describit, extraximus ex Florato, cap. 7. Speculo vitae Francisci, fol. 89. Pisan. lib. 1. Confor. 5. & 12. & ex Firm. 1. part. fol. 21. col. 3.

Quamuis Fratres Minores in omni terra dent bonum exemplum magnae sanctitatis & aedificationis, ibi tamen non est perfecta laetitia. Et quamuis Frater minor illuminet caecos, contractos extendat, demones pellat, surdis auditum, claudis gressum, mutis verbum restituat, & quod maius est, quatrduanum resuscitet mortuum; ibi non est perfecta laetitia. Et si Frater Minor sciret omnium gentium linguas, & omnes scientias, & Scripturas, ita vt sciret prophetare, & reuelare non solum futura, sed etiam conscientias aliorum; ibi non est perfecta laetitia. Si Frater Minor loquatur lingua Angelica, & sciat stellarum cursum, & virtutes herbarum, & sint ei reuella i omnes thesauri terrarum; & si cognosceret virtutes & proprietates auium, piscium, animalium, hominum, radicum, lapidum, arborum, & aquarum; ibi non est perfecta laetitia. Et si Frater Minor sciret tam solemniter praedicare, quod conuerteret omnes infideles ad fidem; ibi non est perfecta laetitia. Sed quando venimus ad locum sanctae Mariae de Angelis sic balnea: i pluuia, & frigore congelati, luto etiam deturpati, & fame afflicti, & ad portam loci pulsabimus, & veniet portarius iratus, dicens, Qui estis vos? Et dicemus: Sumus duo ex Fratris vestris. Et ille e contrario diceret, Imo estis duo ribaldi, qui itis circumquaque per mundum, pauperum elemosynas rapiendo; & non aperiret nobis, sed faceret nos stare ad niuem & aquam in frigore & fame vsque ad mortem: tunc si nos tot repulsas & iniurias sine turbatione & murmuratione tolerauerimus patienter, & cogitauerimus humiliter & charitatiue, quod ille portarius veraciter nos cognoscit, & quod Deus excitat linguam eius contra nos; scribe, quia ibi est perfecta laetitia. Et si nos in pulsando perseuerauerimus, & ille portarius tanquam contra importunos exeat contra nos, & durissime nos afficiat alapis, dicens, Recedite hinc pultrones vilissimi, & ite ad hospitale, qui enim estis vos? hic penitus non manducabitis. & si nos patienter haec portabimus, & iniuriati cum amore pepercimus toto corde; scribe, quia ibi est perfecta laetitia. Et si nos vndique afflicti, fame urgente, frigore affligente, nocte insuper appropinquante pulsabimus, clamabimus, & fetu instabimus vt aperiat nobis, & ille inde stimulatus dixerit, Isti sunt homines procacissimi, & proterui; ego pacabo eos, & exiens cum vno fuste nodofo, & capiens nos per cappuccium, ad terram super lutum & niues projiciet, & taliter nos verberabit cum fuste praedicto, quod vndique nos plagis implebit: si tot mala, si tot iniurias & verbera cum gaudio toleramus, considerantes quod poenas Christi benedicti tolerare & portare debemus; scribe, & nota diligenter, quod ibi est perfecta laetitia. & audi conclusionem: Inter omnia charismata sancti Spiritus, quae Christus seruis suis concessit, & concedet, praecipuum est vincere seipsum, & libenter propter Deum & charitatem Dei opprobria sustinere. Nam in omnibus mirabilibus supradictis nos gloriari non possumus, quia non sunt nostra, sed Dei. Quid enim habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non accepisti? Sed in cruce tribulationis & afflictionis possumus gloriari, quia illud est nostrum. Et ideo dixit Apostolus: Mihi autem abest gloriari, nisi in Cruce Domini nostri.

In quo perfecta consistit laetitia.

Non inimiculis.

Non in omni scientia, & eruditione varietate, quae linguarum.

Non in praedicatione.

Sed in aequanimi iniuriarum patientia.

Ad imitationem Christi Domini omnia patienter toleranda.

1. Cor. 4. vers. 7. In cruce Domini gloriandus. Galat. 6. v. 14.

EXPO

EXPOSITIO BEATI PATRIS SVPER ORATIONEM DOMINICAM.

ARGVMENTVM.

Beatus Franciscus tanta deuotione Orationem Dominicam recitabat, vt nullum praeiret verbum, quod interioris contemplationis affectu non ruminaret, & attentius consideraret. Vnde & Glosam hanc superaddidit, non minus deuotam quam eruditam. Eam habent quasi omnes, qui vel aliqua eius Opuscula collegere, vel de eius Vita egere. In pluribus tamen discrepant, tum ex errore typographorum, tum ex varietate lectionum.

Deus Angelos & beatos sua cognitione illuminans.

Dei cognitio appetenda tanquam maximum donum.

Deus toto corde diligendus.

Ad Deum actiones nos & intentiones nostrae dirigenda.

Christus deberet nobis esse panis quoridianus.

Plene inimicis dimittendum.

PATER NOSTER beatissime & sanctissime. Creator noster, Redemptor noster, & Consolator noster. QUI ES IN CAELIS, in Angelis, in Sanctis, illuminans eos ad tui cognitionem. Quia tu Domine lux es, inflammans eos ad amorem tuum diuinum: quia tu Domine amor es inhabitans, & implens eos ad beatitudinem: quia tu Domine summum bonum es, & aeternum bonum, a quo omnia bona, & sine quo nullum bonum. SANCTIFICETVR NOMENTVVM. Clarificetur in nobis notitia tua, vt cognoscamus, quae sit latitudo beneficiorum tuorum, longitudo promissorum, sublimitas maiestatis, & profundum iudiciorum. ADVENIAT REGNUM TVVM. Vt regnes in nobis per gratiam tuam, & facias nos venire ad regnum tuum, vbi est tui visio manifesta, tui dilectio perfecta, tui societas beata, tui fructus sempiterna. FIAT VOLUNTAS TVA, SICVT IN CAELO, ET IN TERRA. Vt amemus te toto corde, te semper cogitando, ex tota anima te semper desiderando, ex tota mente omnes intentiones nostras ad te dirigendo, & honorem tuum in omnibus quaerendo, & ex omnibus viribus nostris, omnes vires & sensus animae & corporis in obsequium tui amoris, & non in aliud expendendo. Et proximos nostros amemus sicut nosmetipsos, omnes ad amorem tuum pro viribus trahendo, de bonis aliorum sicut de nostris gaudento, in malis compatiendo, & nemini vllam offensam faciendo. PANEM NOSTRVM QVOTIDIANVM; scilicet dilectum Filium tuum Dominum nostrum Iesum Christum, DA NOBIS HODIE, in memoriam, & intelligentiam, & reuerentiam amoris, quem ad nos habuit, & eorum quae pro nobis dixit, & fecit, & sustulit. ET DIMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA; per tuam misericordiam ineffabilem, & passionis dilecti Filij tui Domini nostri Iesu-Christi virtutem; & per beatissimam Virginem Mariam, & omnium electorum tuorum merita & intercessionem. SICVT ET NOS DIMITTIMVS DEBITORIBVS NOSTRIS. & quod non plene dimittimus, tu Domine fac nos plene dimittere, vt inimicos nostros propter te veraciter diligamus, & pro eis apud te deuote intercedamus, nulli malum pro malo redda-

mus, & omnibus in te prodesse studeamus. ET NE NOS INDVCAS IN TENTATIONEM; occultam, vel manifestam; subitam, vel importunam. SED LIBERA NOS A MALO. praeterito, praesenti, & futuro. AMEN. Spontanea, & gratis.

LAUS DOMINI DEI

ALTISSIMI.

ARGVMENTVM.

Tantus erat Francisci ardor amoris in Deum, vt sub imo pectore nequaquam latere posset, quin exterius in dilecti laudes vehementer erumperet: nec enim tepide amantis videtur elogium hoc, in quo simpliciter & breuiter praecipuas Dei laudes decantat. Illud desumpsimus ex Firm. prima parte, fol. 19. Pisanus libro secundo, fruct. 11. qui est in ordine 23. licet Orationem habeat libro primo, Conform. duodecima, capite quinto, ex Biblioth. vet. Pat. tam Laudem quam Orationem; ex Reboll. prima parte, libro primo, cap. 31. Orationem tantum. Huius Laudis meminit Rodul. libro primo, fol. mihi 119. Francisci caractere scripta asseruatur in Conuentu Diui Francisci Assiensi. Eam ipse vidi anno 1619. diligentiusque obseruari.

Licet alij faciant mirabilia, sed cum virtute Dei ea operante, recte dicitur quod solus sit qui ea faciat.

Deus humilitas nostra est causatiue & principatiue.

Tu es sanctus Dominus Deus, Tu es Deus deorum, qui solus facis mirabilia. Tu es fortis. Tu es magnus. Tu es Altissimus. Tu es omnipotens. Tu es Pater sanctus, Rex caeli & terrae. Tu es trinus & vnus Deus. Tu es bonus, omne bonum, summum bonum, Domine Deus, vnus & verus. Tu es amor, & charitas. Tu sapientia. Tu humilitas. Tu es patientia. Tu es pulchritudo. Tu es securitas. Tu es quies. Tu es gaudium. Tu es spes nostra, & laetitia. Tu es iustitia, & temperantia. Tu es fortitudo, & prudentia. Tu es omnes diuitiae ad sufficiendum. Tu es mansuetudo. Tu es protector. Tu es custos & defensor. Tu es refugium nostrum & virtus. Tu es fides, spes, & charitas nostra. Tu es magna dulcedo nostra. Tu es bonitas infinita, magnus, & admirabilis, Dominus Deus meus omnipotens, pius, misericors, & Saluator.

ORATIO.

Omnipotens, aeterna, iuste, & misericors Deus, da nobis miseris propter temetipsum facere, quod scimus te velle; & semper velle, quod tibi placeat: vt interius mundati, & illuminati, & igne sancti Spiritus accensi, possimus sequi vestigia tui dilectissimi Filij Domini nostri Iesu-Christi, & ad te Altissimum sola tua gratia peruenire. Qui in Trinitate perfecta, & Vnitate simplici viuis, & regnas, & gloriaris Deus omnipotens in saecula saeculorum. Amen.



ORATIO B. FRANCISCI IN SVÆ CONVERSIONIS INITIO.

Magne & gloriose Deus, & Domine mi Iesu Christe, illumina, oro te, tenebras mentis meæ. Da mihi fidem rectam, spem certam, & charitatem perfectam. Fac vt cognoscam te Domine, ita vt ego in omnibus omnia secundum tuam sanctam & veram voluntatem perficiam. Amen.

ORATIO PRÆPONENDA HORIS CANONICIS. ARGUMENTVM.

Qua deuotione & mentis attentione Franciscus Horas persoluebat Canonicas, agnoscat, qui cap. 10. eius vite, & Tom. 3. Apophthegma 28. legere voluerit. Vt ergo intendit, attendit, & deuote, seu maiori cum seruore eas recitaret, hanc sibi composuit Orationem, vt per eam se excitaret ad Dei laudes dignè personandas. Eam habent Pisanus lib. 2. Conf. 11. seu in ordine 23. Firmam. prima parte, fol. 18. col. 4. Specul. vite Francisc. fol. 126. Manuale Minorum, Cod. MS. Fanens. & Hib.

Apo. 4. vers. 8. Ibidem num. 11.

Omnes conuocandi ad laudem Deo dicendam.

Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus noster omnipotens, qui est, & qui erat, & qui venturus est. Laudemus & superexaltemus eum in sæcula. Dignus es Domine Deus noster accipere laudem, gloriam, & honorem, & benedictionem. Laudemus & superexaltemus eum in sæcula. Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. Laudemus & super exaltemus eum in sæcula. Vers. Benedicamus Patrem, & Filium cum sancto Spiritu. Resp. Laudemus & superexaltemus eum in sæcula. Vers. Laudem dicite Deo omnes serui eius, & qui timetis Deum, pusilli & magni. Resp. Lauda e, & superexaltate eum in sæcula. Vers. Laudent eum gloriosum cæli & terra. Resp. Et superexaltent & laudent eum in sæcula. Vers. Et omnis creatura quæ in cælo est, & super terram, & subrus terram, terra, & mare, & quæ in eis sunt. Resp. Laudent & superexaltent eum in sæcula. Vers. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Resp. Laudemus & superexaltemus eum in sæcula. Vers. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen. Resp. Laudemus & superexaltemus eum in sæcula.

ORATIO.

Omnipotens, sanctissime, & altissime Deus, omne bonum, & summum bonum, totum bonum, qui solus es bonus; tibi reddamus omnem laudem, omnem honorem, omnem benedictionem, & omnia bona tibi referamus semper. Amen.

SALVTATIO

AD

VIRGINEM MARIAM.

ARGUMENTVM.

Ex magno illo affectu (quem Bonauentura indicibilem vocat) erga Virginem Deiparam ortum habuere tot obsequia, tot orationes, totque deuotiones, quas in tantæ Matris honorem profundebat. Vt quibus saluaret dilectam digna haberet verba, hanc sibi effinxit salutationem, quam videre poteris apud Pisanum libro primo, Conformitate duodecima, capite quinto, & Rebolledo prima parte, libro primo, capite 31. MS. Hiber. ad med.

Bona c. 9. Legen. ad princip.

Ave Domina sancta, Regina sanctissima, Dei genitrix Maria, quæ es perpetua virgo electa à sanctissimo Patre de cælo, quam consecrauit cum sanctissimo Filio & dilecto, ac Spiritu sancto Paraclito: in qua est & fuit omnis plenitudo gratiæ, & omne bonum. Ave eius palatium. Ave tabernaculum eius. Ave mater eius. Et vos omnes sanctæ Virutes, quæ per gratiam, & illuminationem Spiritus sancti, infundimini in corda fidelium, vt de infidelibus fideles faciatis. Mater sanctissima Domini nostri Iesu Christi, sponsa Spiritus sancti, ora pro nobis cum sancto Michaële Archangelo, & omnibus Virtutibus cælorum, & omnibus Sanctis, tuum dilectissimum Filium Dominum nostrum & Magistrum. Amen.

Virgo Dei para Dei palatium.

ORATIO AD VIRGINEM MARIAM.

Sancta Dei genitrix, dulcis & decora, Regem morti traditum, Filium tuum dulcissimum, Dominum nostrum Iesum Christum pro nobis exora, vt per suam piissimam clementiam, & virtutem sanctissimæ incarnationis, & mortis ipsius acerbissimæ, nobis indulgeat peccata nostra. Amen.

ALIA ORATIO AD EAMDEM B. VIRG. MARIAM.

Sancta Maria virgo, non est tibi similis nata in mundo in mulieribus, filia, & ancilla Altissimi Regis Patris cælestis, mater sanctissima Domini nostri Iesu-Christi, sponsa Spiritus sancti. Ora pro nobis cum Sancto Michaële Archangelo, & omnibus Virtutibus cælorum, & omnibus Sanctis tuum sanctissimum Filium, dilectissimum Dominum nostrum & Magistrum. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper: & in sæcula sæculorum. Amen.

Virgo Dei para similè uon habet nec in conceptione, nec in natiuitate, nec in vita, nec in morte,

ORATIO

ORATIO B. PATRIS PRO OBTINENDA PAUPERSTATE. ARGUMENTVM.

Quæ Bonauenturam cap. 7. maioris Legenda adierit, facile assentietur, firmitusque credet, B. Patrem huius Orationis auctorem esse, utpote quem paupertatis zelus, & eximium eius adipiscenda desiderium ad ardua quaque sectanda deduxit. Nec incredibile erit votis & precibus eam à Domino flagitasse, & prece hac aliisque similibus Orationibus orasse & exorasse. Verum fauor hanc apud solum Vbertinum lib. 5. Arboris vite Christi cap. 3. huc usque latitasse. Hic tamen pro multis habendus est, quippe qui librum illum, calidius adiutus (vt ipse in primo & secundo Prologo humiliter confitetur) in sacro & mysterioso monte Aluernæ conscripsit; nec parua fide dignus est, quippe ex sui sæculi viris nec doctior nec sanctior credebatur alius.

Diu. 11. v. 14. & Iosue 1. v. 3.

Paupertas verè Regina.

Thren. 1. v. 1.

In contemptu habita à plerisque.

Eam sibi Christus desponsauit.

Christo fideliter adhæsit.

Domine Iesu, ostende mihi semitas tuæ dilectissimæ paupertatis. Scio enim, quod Testamentum vetus noui fuit figura. Illis promissisti. Quia omnis locus, quem calcauerit pes vester, vester erit, calcare est contemnere. Paupertas omnia calcat, ergo omnium est Regina. Sed Domine mi pie Iesu Christe miserere mei, & dominæ paupertatis; nam & ego eius amore anxior, nec sine ipsa requiescere possum. Domine mi tu nosti, qui me de ista inamorasti. Sed & ipsa fedet in tristitia, ab omnibus repulsa; fama est quasi mulier vidua, domina gentium; vilis, & contemptibilis, dum omnium Regina virtutum: & conqueritur sedens in sterquilino, quod omnes amici eius spreuerunt eam, & facti sunt eius inimici, & ipsos probant iamdiu esse adulteros, & non sponfos. Vide Domine Iesu, quia paupertas pro tanto est Regina virtutum, pro quanto relictis Angelorum sedibus descendisti ad terras, vt ipsam posses charitate perpetua desponsare, & omnes perfectionis filios in ipsa, & ex ipsa, & per ipsam producere: quæ & tibi cum tanta fidelitate adhæsit, quod & in matris vtero inchoauit suum obsequium, dum corpus animatum habuisti omnium minimum. Sed & orientem ex vtero in præsepio sancto recepit, & stabulo; & conuersantem in mundo sic omnibus te priuauit, vt capitis reclinatorio faceret te carere. Sed & fidelissima consortia, dum ad bellum nostræ redemptionis accederes, te est comitata fideliter, & in ipso passionis conflictu indiuiduus armiger astitit, & discipulis recedentibus, & negantibus nomen tuum, ipsa non discessit, sed te tunc cum toto comitatu suorum principum, fideliter sociavit. Imò ipsa matre propter altitudinem crucis (quæ tamen te tunc fideliter coluit; & affectu anxio tuis passionibus iuncta fuit) ipsa (inquam) tali matre, te non valente contingere, domina paupertas, cum omnibus suis penuriis tanquam tibi gratissimus domicellus, te plusquam vnquam fuit strictius amplexata, & tuo cruciatu præcordialius iuncta.

Propter quod nec sibi vacauit crucem polire, nec rusticano more componere, & ipsos clauos (vt creditur) non in sufficienti numero vulneribus fabricauit, nec ipsos exacuit, nec poliuit; sed tres rudes; & asperos; & obusos ad adiuuandum tuum supplicium præparauit. Et dum suis moreris ardore, ipsa fidelis sponsa sollicitè affuit, vt nec modicum aquæ posses habere: sed & per satellites impios tantæ amaritudinis confecit poculum, quod gustare potius potuisti, quam bibere. In huius igitur sponsæ strictis amplexibus animam amissisti. Sed nec ipsa fidelis sponsa tuis defuit exequiis sepulturæ; nec tibi aliquid in sepulchro, in vnguentibus, in lintheis habere permisit, nisi ab aliis mutuatum. Nec hæc sanctissima sponsa tuæ resurrectioni defuit, quia in eius amplexus gloriosè resurgens, in sepulchro omne mutuarum & aduentium reliquisti. Hanc tecum asportasti ad cælos, mundanis relinquens omnia, quæ sunt mundi. Et tunc Domine paupertati signaculum regni cælorum, signandum electos volentes incedere per perfectionis semitam, reliquisti. O quis non diligat Dominam paupertatem hanc præ omnibus! A te peto hoc priuilegio consignari, exopto hoc thesauro ditari; postulo, vt mihi & meis in æternum sit proprium, pauperrimè Iesu, propter nomen tuum nihil posse sub cælo proprium possidere, & alienis rebus semper cum vsu penuria, dum viuit caro misera, sustentari. Amen.

Quinquè Christi vulnera, tres autem clauis quibus vulneratus.

Quales fuerint Christi clauis.

Christus moritur in amplexu paupertatis.

Perfectionum signum paupertas.

Thesaurus paupertas.

ORATIO,

QUAM DICERE SOLEBAT, quando sanctissimum CHRISTI Corpus eleuabat Sacerdos.

Domine Deus, cælestis Pater, respice in hanc gloriosam Christi tui faciem, & miserere mei, & ceterorum peccatorum, pro quibus benedictus Filius tuus & Dominus noster dignatus est mori, & pro quorum salute & consolatione in sancto Sacramento Altaris nobiscum voluit remanere: cum quo tu es, Pater, & Spiritus sanctus; qui vnus es Deus, & viuus cum Filio, & Spiritu sancto, in sæcula sæculorum: Amen.

ORATIO,

AD IMPETRANDVM DIVINVM AMOREM.

Franciscum Auctorem huius Orationis esse, nobis testatur D. Bernardinus Tom. 2. Serm. 60. art. 2. cap. 2. ad finem, & Vbert. lib. 5. Arb. vite Christi, cap. 4. paululum post initium, quam sine titulo transcripsit, solumque (loquens de magna amoris Francisci efficacia in recipiendis Stigmatibus, in quorum susceptione eam recitauit) præponit Orationi: Completum est in illo, quod antea ipse petebat, dicens. Ex quibus verbis, & ex ipsa Oratione, titulum eiusdem eruimus.

Abforbeat, quæso Domine, mentem meam ab omnibus quæ sub cælo sunt, ignita & melli

Franciscus Christi amantissimus.

## TESTAMENTVM

B. PATRIS FRANCISCI.

## ARGVMENTVM.

melliflua vis amoris tui; vt amore amoris tui moriar, qui amore amoris mei dignatus es mori: per temetipsum Dei Filium, qui cum Patre, &c. Amen.

## ALIA IN INFIRMITATE.

Gratiarum  
actiones  
agenda  
etiam pro  
infirmi-  
tati-  
bus.

**G**Ratias tibi ago, Domine Deus, de omnibus his doloribus meis, teque mi Domine rogo, vt centuplum, si tibi placuerit, addas; quia hoc erit mihi acceptissimum vt affligens me dolore, non parcas, cum tuæ sanctæ voluntatis adimpletio, sit mihi consolatio superplena.

## ORATIO

PRO COMMENDANDA SVA  
FAMILIA.

## ARGVMENTVM.

**O**Rationem hanc refert Pisanus libro 2. Conf. 11. quæ est. 2. in ordine, & Floretum fol. mibi 102. post medium, edidisseque ait B. Patrem iunctis manibus, & oculis erectis in celum, quando Generalatus officium dimisit; familiam, quam in illud usque tempus summa prudentia & sanctitate gubernauit, Dei tutela commendans.

Pralatus  
suorum  
rationem  
redditurus.

**D**omine, commendo tibi familiam tuam, quam mihi hæcenus commisit; & nunc propter infirmitates, quas tu nosti Domine, curam ipsius habere non valens, recomendo eam Ministris qui teneantur in die Iudicij coram te Domine reddere rationem, si quis Fratrum propter eorum negligentiam, vel malum exemplum, seu asperam correctionem, perierit.

## ORATIO QVOTIDIANA

B. PATRIS FRANCISCI.

## ARGVMENTVM.

**H**anc ex variis fragmentis & locis collegimus apud Pisanum lib. 1. Conf. 8. Tract. De prouincia sancti Francisci, in Vita Bernar. de Quintan. & lib. 2. Conf. 11. sparsim, & ex Sedul. in Histor. Seraph. Comment. in c. 13. Vita B. Francisci, §. 2. quam postea integram offendimus in Cod. MS. Argumentum satis clarum est.

Verus amor  
finem nescit:  
sempiterna  
est iusti estu-  
ries.

**D**eus meus; & omnia. Quis es tu dulcissime Domine Deus meus, & quis sum ego vermiculus seruus tuus? Sanctissime Domine, vellem te diligere. Dulcissime Domine, vellem te diligere. Domine Deus, ego vobis totum cor meum & corpus meum dedi, & vehementer dederò, si tamen scire possem, pro vestro amore plura facere.

**T**estamentum hoc, ultimamque suam hanc voluntatem, quam non modicè extollit Card. Bellarminus Tom. 6. suorum Operum, Serm. de Gloria miraculorum, Fratribus circa mortem, vitæque finem, exarasse asserit Vbertinus lib. 5. cap. 3. post med. clariùs Pisanus lib. 3. Conf. 2. ubi summam & per sententias illud refert; & lib. 1. Conf. 12. Aluarusque Pelag. lib. 2. de Planctu Ecclesie, per varia capita sparsim plures particulas eius recensent. Totum verò, eo ordine quo nos posuimus, Firm. 1. part. fol. 19. col. 4. Monum. Ord. vtriusque impress. tracta 2. Biblioth. vet. Pat. Tom. 5. in fine Biblioth. nouæ excursionis, Tom. 13. Enchirid. seu Manuale Frat. Min. fol. 4. pag. 2. Reboll. 1. part. lib. 2. c. 28. & Laert. Cherub. Tom. 1. sui Bullarij sub Honor. III. Constit. 5. sed in paragraphos 20. distinctum. Argumentum, in quo Fratres ad obedientiam Romanæ Ecclesie, reuerentiam diuini cultus, & Regulæ obseruantiam adhortatur, satis clarum est.

**D**ominus ita dedit mihi Fratri Francisco incipere facere penitentiam: quia cum essem in peccatis, nimis mihi videbatur amarum videre leprolos; sed ipse Dominus adduxit me inter illos, & feci misericordiam cum illis. Et recedente me ab ipsis, id quod videbatur mihi amarum, conuersum fuit mihi in dulcedinem animæ corporis. Et postea parum steti, & exiui de sæculo. Et Dominus dedit mihi talem fidem in Ecclesijs suis, vt ita simpliciter adorarem, & dicerem: Adoramus te sanctissime Domine Iesu Christe hic, & ad omnes Ecclesias tuas, quæ sunt in toto mundo, & benedicimus tibi, quia per sanctam Crucem tuam redemisti mundum. Postea dedit mihi Dominus, & dat tantam fidem in Sacerdotibus, qui viuunt secundum formam sanctæ Romanæ Ecclesie propter Ordinem ipsorum, quod si facerent mihi persecutionem, volo recurrere ad ipsos. Et si haberem tantam sapientiam, quam Salomon habuit, & inuenirem pauperulos Sacerdotis huius sæculi, in Ecclesijs, in quibus morantur, nolo prædicare contra voluntatem ipsorum. Et ipsos, & omnes alios volo timere, amare, & honorare, sicut meos dominos. Et nolo in ipsis considerare peccatum, quia Filium Dei cerno in ipsis, & domini mei sunt. Hæc propter hoc facio, quia nihil video corporaliter in hoc sæculo de ipso altissimo Filio Dei, nisi sanctissimum Corpus & Sanguinem suum, quod ipsi recipiunt, & ipsi soli alijs administrant. Et hæc sanctissima mysteria volo super omnia honorari, & venerari, & in locis pretiosis collocari. Sanctissima nomina, & verba eius scripta vbicumque inueniuntur in locis illicitis, volo colligere, & rogo quod colligantur, & in loco honesto collocentur. Et omnes

Co nuerfio-  
nis Franci-  
ci initium.

Modus ado-  
randi in  
Ecclesijs.

Reuerentia  
erga Cleri-  
cos.

Sacerdos  
etiam pec-  
cator pro-  
pter digni-  
tatem di-  
gnus hono-  
re.

Reuerentia  
erga myste-  
ria diuina.

Doctos &  
concionato-  
res honore-  
mus.

nes

Franciscus  
à Christo  
edoctus in  
sua Reli-  
gionis fun-  
datione.

Vita primo-  
rum Fratrum  
Minorum.

Hortatur  
Fratres suos  
ad laboran-  
dum.

Ad pauper-  
tatis zelum.

Ad vitanda  
priuilegia.

Idem Chri-  
stus suis  
consuluit  
dicens cum  
persequen-  
tur vos in  
ciuitate hac,  
fugite in  
aliam.

Ad obedien-  
tiam & Of-  
ficium reci-  
tandum.

nes Theologos, & qui ministrant nobis sanctissima verba diuina, debemus honorare, & venerari, sicut eos qui ministrant nobis spiritum & vitam. Et postquam Dominus dedit mihi curam de Fratribus, nemo ostendebat mihi quid deberem facere; sed ipse Altissimus reuelauit mihi, quod deberem viuere secundum formam sancti Euangelij. Et ego paucis verbis & simplicibus feci scribi, & Dominus Papa confirmauit mihi. Et illi qui veniebant ad recipiendum vitam istam, omnia quæ habere poterant, pauperibus erogabant. Et erant contenti tunica vna, intus & foris reiecta (qui volebant) cum cingulo & braccis, & nolebamus plus habere. Officium dicebamus nos Clerici secundum alios Clericos: Laici dicebant Pater noster. Et satis libenter manebamus in Ecclesijs pauperculis & derelictis, & eramus idiotæ, & subditi omnibus. Et ego manibus meis laborabam, & volo laborare, & omnes alij Fratres firmiter volo quod laborent de laborio quod pertinet ad honestatem. Et qui nesciunt, discant, non propter cupiditatem recipiendi pretium laboris, sed propter bonum exemplum, & ad repellendum otiositatem. Et quando non daretur nobis pretium laboris, recurramus ad mensam Domini, petendo elemosynam ostiatim. Salua ionem hanc reuelauit mihi Dominus, vt diceremus: Dominus det tibi pacem. Caueant sibi Fratres, vt Ecclesias, & habitacula, & omnia alia quæ pro ipsis constructuntur, penitus non recipiant, nisi essent sicut decet sanctam paupertatem, quam in Regula promissimus, semper ibi hospites sicut aduenæ & peregrini. Præcipio firmiter per obedientiam Fratribus vniuersis, quod vbicumque sunt, non audeant petere aliquam literam in Curia Romana per se, nec per interpositam personam, nec pro Ecclesia, nec pro alio loco, neque sub specie predicationis, neque pro persecutione suorum corporum: sed vbicumque non fuerint recepti, fugiant ad aliam terram, ad faciendum penitentiam, cum benedictione Dei. Et firmiter volo obedire Generali Ministro huius Fraternitatis, & illi Guardiano quem sibi placuerit mihi dare. Et ita volo esse captus in manibus suis, vt non possim ire, vel facere contra voluntatem suam, quia dominus meus est. Et quamuis sim simplex & infirmus, tamen semper volo habere Clericum, qui mihi faciat Officium, sicut in Regula continetur. Et omnes alij Fratres ita teneantur firmiter obedire Guardianis suis, & facere Officium secundum Regulam. Et si aliqui inuenti essent, qui non facerent Officium secundum Regulam, & vellent alio modo variare, aut non essent Catholici; omnes Fratres vbicumque sunt, per obedientiam teneantur, quod vbicumque inuenierint aliquem ipsorum, proximiori Custodi illius loci, vbi ipsi inuenierint, debeant præsentare. Et Custos teneatur per obedientiam ipsum firmiter custodire, sicut homi-

nem in vinculis die noctuque, ita quod non possit eripi de manibus suis, donec propria sua persona ipsum representet in manibus sui Ministri. Et minister teneatur firmiter per obedientiam mittere ipsum per tales Fratres, qui die noctuque custodiant ipsum, sicut hominem in vinculis, donec representent ipsum coram Domino Ostensi, qui est Dominus protector & Corrector istius Fraternitatis.

Et non dicant Fratres, Hæc est alia Regula; quia hæc est recordatio, admonitio, & exhortatio, meum Testamentum, quod ego Frater Franciscus paruulus vester facio vobis Fratribus meis benedictis, propter hoc, vt Regulam, quam Domino promissimus, melius Catholicè obseruemus. Et Generalis Minister, & omnes alij Ministri, & Custodes per obedientiam teneantur in istis verbis non addere, vel minuere. Et semper hoc scriptum habeant secum iuxta Regulam; & in omnibus Capitulis, quæ facient, quando legunt Regulam, legant & ista verba. Et omnibus Fratribus meis Clericis, & Laicis, præcipio firmiter per obedientiam, vt non mittant glosas in Regula, nec in istis verbis, dicendo: Ita volunt intelligi. Sed sicut dedit mihi Dominus pure & simpliciter dicere, & scribere Regulam, & ista verba; ita simpliciter & pure sine glosa intelligatis, & cum sancta operatione vsque in finem obseruetis. Et quicumque hæc obserauerit, in celo repleatur benedictione altissimi Patris celestis, & in terra repleatur benedictione dilecti Filij sui, cum sanctissimo Spiritu paraclito, & omnibus Virtutibus caelorum, & omnibus Sanctis. Et ego Frater Franciscus paruulus, & vester in Domino, quantumcumque possum confirmo vobis intus & foris istam sanctissimam benedictionem. Amen.

Ad obser-  
uandum  
hoc Testa-  
mentum:

Et Regulam  
sine glosa.

## LAUDES TESTAMENTI

B. PATRIS NOSTRI FRANCISCI.

**H**as nobis tribuere Laudes Firm. 1. part. fol. 17. col. 3. Biblioth. vet. Pat. Tom. 5. in fine, & Biblioth. magna Colonienf. Tom. 13. Auctorem non referunt, imò Anonymum esse, ait Bibliotheca in margine. Cuiuscumque sint, dignas iudicauimus quæ ipsi Testamento subjungerentur.

**O** Testamentum pacis, Testamentum nulla obliuione delendum, nulla dedignatione spernendum, nulla superordinatione contraria mutandum! Testamentum, inquam, non morte testatoris, sed immortalis vitæ condonatione sanctum. Beatus qui non spernit vel abijcit charitatis incorruptibile testamentum, fertile humilitatis feudum, desiderabilem paupertatis thesaurum, tanti Patris sibi traditione legatum.

B.P.



B. P.

FRANCISCI  
OPUSCULORVM  
TOMVS SECVNDVS.



RES à B. Francisco institutas esse viuendi normas, in quibus vtriusque sexus non modica multitudo sancte re-ctéque vitam ageret, nemini profus ignotum. Primam Fratrum Minorum, secundam Sanctimonialium, tertiam Fratrum Sororumque de Pœnitentia ( vulgò Tertiatorum ) suis stabilivit legibus, regulis muniuit, sanctisque vndique firmavit institutis. Hæc Tomus hic secundus continet; cetera variorum Argumentorum in Tomum tertium, & Opusculorum dubiorum Appendicem, referuauimus. His nihil aliud præter laudes secundæ Regulæ ( quia ab ipso Francisco exarata ) admiscuimus; nihil ipsi Regularum præceptis addidimus; nihil, quod Francisci sit, in illis mutauimus. Regula enim ( Seneca teste ) est qua rectum probari solet: quam si flectes, quidquid ex illa mutaueris, iniuria est recti. Imò tanta cura abstinuimus ( ne iniuriam hanc rectis viuendi normis inferre diceremur ) ab in-nouandis permutandisque quibuscumque, vt nec stylum, scribendive modum, in aliquibus impolitus & plus satis humilem, variare au-deremus. Nec leuis me impediit ratio, dum propensius considerauerim, non stylum, sed rem in Regula esse obseruandam; nec acquiescendum esse quibusdam sciolis & Grammaticastis, qui nihil aliud, præter Latinum ornatum, phrasumque elegantiam, desiderant. Regula enim præceptum, seu quod præcipit, non quibus verbis præcipiat, pensandum est. *Natus enim bona dicitur, non qua pretiosis coloribus picta est; nec cui argentum aut aureum rostrum est, nec cuius tutela eboræ calata est, nec qua fiscis aut opibus Regiis pressa est: sed stabilis, & firma, & iuncturis aquam excludentibus spissa, ad ferendum incursum maris solida, gubernaculo parens, velox, & consentiens vento. Gladium bonum dices, non cui deauratus est baltheus, nec cui vagina gemmis distinguitur: sed cui & ad secundum subtilis acies, & mucro munimentum omne rupturus. Regula, non quam formosa, sed quam recta sit, queritur.* Has Franciscanas formosas vel elegantes esse, plurimj ibunt inficias; rectas verò,

sanctas, beneque institutas ( quippe ex ipso Euangelio extractas ) nemo, qui Christianè sapiat, omnino negabit.

PRIMA REGVLA,

QVAM

SERAPHICVS PATER

SCRIPSIT PATRIBVS MINORIBVS.

ARGVMENTVM.

PRIMAM hanc Minorum Regulam habent Mon. prima excussonis tractat. 3. & secunda tractat. 2. Firm. 1. part. fol. 10. Speculum Vita Francisci & Sociorum, à pagina 189. Mar. 1. part. suorum Chron. lib. 1. cap. 21. Hispano & Italico idiomate, ibidem, sed Latino, Reboll. cap. 7. & Pisan. lib. 1. Conf. 12. sparsim per multa capita. Plura in ea continentur ad vitam satis laudabiliter sancteque componendam; & quæ, si recte obseruantur, in celum manuducant. Hanc dum Fratribus traderet, refert Rodulph. dixisse: Magna sunt, Fratres, quæ iam diu mente agito, & ad quæ quotidie magis accendor, quia nostris omnibus votis cæleste Numè affuit: ex sententia omnia cedere video, vt minimè nobis dubitandum sit, quin ad exitum diu cogitata & optata perducantur. Huc tendunt mei labores, & repetita itinera. Non tamen hanc, sed secundam huius Tomi Regulam obseruant Minores, posthabita ista, ita disponente ipso Francisco, cuius rei causam in Argumento secundæ referemus. Hanc scripsisse ait Rodulph. lib. 1. fol. 8. anno Domini 1206. die 6. Aprilis Sed errauit: neq; enim adhuc Socios habuit, quibus Leges ferret

Seneca Epist. 71.

Seneca Epist. 76.

Pisanus.

Rodul. l. 1. fol. 7. pag. 1.

Franciscus. Eam autem confirmasse Innocentium anno Domini 1209. ait Miran. cap. 50. in Reg. Minor. alij verò an. 1206. & 1207. Reboll. citat. cap. 8. in fine 1212. Pontificatus eiusdem Innocentij III. Ceteris verius & certius asserunt Gonzaga p. 1. de Orig. Seraph. Relig. Roder. Tom. 1. qq. Reg. quest. 4. art. 1. & Sedul. Comment. in cap. 4. Vita D. Francisci, §. 11. hoc factum anno Domini 1211. Pontificatus Innocentij III.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

Hæc est vita, quam Frater Franciscus petiit sibi concedi, & confirmari à Domino Papa Innocentio, & concessit, & confirmauit eam sibi & suis Fratribus, habitis, & futuris. Frater Franciscus, & quicumque erit caput istius Religionis, promittit obedientiam & reuerentiam Domino Innocentio Papæ, & eius successoribus obedire.

CAPVT I.

Quod Fratres debent viuere in obedientia, sine proprio, & in castitate.

Math. 16. v. 21. Luca 9. v. 23. Luca 14. v. 16.

Mat. 19. vers. 29.

Regula & vita istorum Fratrum hæc est, scilicet viuere in obedientia, & in castitate, & sine proprio; & Domini nostri Iesu Christi doctrinam & vestigia sequi, qui dicit: Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, & da pauperibus, & habebis thesaurum in celo; & veni & sequere me, & Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. item: Si quis vult venire post me, & non odit patrem suum, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest esse meus discipulus. Et omnis qui reliquerit patrem, aut matrem, fratres, aut sorores, uxorem, aut filios, domos, aut agros, propter me, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.

CAPVT II.

De receptione, & vestitu Fratrum.

Quæ obseruanda sunt à Fratribus in recipiendis Nouitiis.

Ab introeuntibus non recipiant pecunias.

Vestitu Nouitiorum.

Si quis diuina inspiratione volens accipere hanc vitam, venerit ad nostros Fratres, benignè recipiatur ab eis: qui si fuerit firmus accipere vitam nostram, multum caueant Fratres sibi, ne de suis temporalibus negotiis se intromittant: sed ad suum Ministrum, quàm citius poterunt, eum repræsentent. Minister verò benignè recipiat ipsum, & confortet, & vitæ nostræ tenorem ei diligenter exponat. Quo facto, prædictus, si vult, & potest spiritualiter, & sine impedimento, vendat omnia sua, & studeat pauperibus erogare. Caueant autem Fratres, & Ministri Fratrum, quòd de negotiis suis nullo modo se intromittant. Nec accipiant aliquam pecuniam, nec per se, nec per interpositam personam. Si tamen indigerint, alia necessaria corporis præter pecuniam accipere possunt Fratres causa necessitatis, sicut alij pauperes. Et cum reuersus fuerit, Minister concedat ei pannos probationis vsque ad annum, scilicet duas tunicas sine caputio, & cingulum, & braccas, & caparionem vsque ad cingulum. Finito verò anno & termino probationis, recipiatur ad obedientiam. Postea non licet ei ad aliam Religionem accedere, nec extra obedientiam euagari, iuxta mandatum Domini Papæ. Si autem aliquis venerit, quia sua dare non potest sine impedimento, & habet spiritualem voluntatem, relinquat illa, & sufficit ei. Nullus recipitur contra formam & institutionem sanctæ Ecclesiæ. Alij verò, qui promiserunt obedientiam, habeant vnicam tunicam cum caputio, & aliam sine caputio, si necesse fuerit, & cingulum & braccas. Et omnes Fratres vilibus vestibus induantur, & possint eas reperiare de faccis, & alijs peccis, cum benedictione Dei; quia Dominus dicit in Euangelio: Qui in veste pretiosa sunt, & in deliciis, & qui mollibus vestiuntur, in domibus Regum sunt. Et licet dicantur hypocritæ, non tamen cessent benefacere. Nec quærant caras vestes in hoc sæculo, vt possint habere vestimentum in Regno calorum.

Professio non licet extra Ordinem euagari.

Vestitus Professorum.

Mat. 11. v. 8.

Mat. 9. v. 31. Mat. 6. vers. 16.

Quid ex hac Regula tenebant Fratres recitare pro Officio diuino.

Ieiunia huius Regulæ.

Luca 10. v. 8.

De benignitate Prælatorum & obedientia subditorum.

CAPVT III.

De diuino Officio, & ieiunio.

Dicit Dominus: Hoc genus dæmoniorum non potest exire, nisi in ieiunio & oratione. Et iterum: Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Propter hoc omnes Fratres, siue Clerici, siue Laici, faciant diuinum Officium, Laudes, & Orationes secundum quod debent facere. Clerici faciant Officium, dicant pro viuus & pro mortuis secundum consuetudinem Clericorum. Pro defectu autem & negligentia Fratrum omni die dicant, Miserere mei Deus, cum Pater noster; & pro Fratribus defunctis dicant: De profundis, cum Pater noster. Et libros necessarios ad implendum eorum Officium possint habere. Et Laicis scientibus legere Pfalterium, liceat illud habere. Aliis verò nescientibus litteras, librum habere non liceat. Laici verò dicant, Credo in Deum, & viginti quatuor Pater noster, cum Gloria Patri. Pro Tertia, Sexta, Nona, pro qualibet istarum septem Pater noster, cum Gloria Patri. Pro Vesperis autem duodecim; pro Completorio septem, & Credo in Deum, cum Gloria Patri. Pro mortuis septem Pater noster, cum Requiem æternam. Et pro defectu & negligentia Fratrum, tria Pater noster, qualibet die.

Et similiter omnes Fratres ieiunent à festo Omnium Sanctorum vsque ad Natale, & ab Epiphania, quando Dominus noster Iesus-Christus incepit ieiunare, vsque ad Pascha. Aliis verò temporibus non teneantur secundum hanc vitam, nisi sexta Feriâ ieiunare. Et liceat eis manducare de omnibus cibis qui apponuntur eis, secundum sanctum Euangelium.

CAPVT IV.

De Ministris, & alijs Fratribus, qualiter ordinentur.

IN nomine Domini: Omnes Fratres, qui constituantur Ministri & serui aliorum Fratrum, in locis quibus fuerint, collocent suos Fratres, quos sæpe visitent, & spiritualiter moneant, & confortent.



CAPVT VI.

De recursu Fratrum ad Ministrum, & quod ali quis Frater non vocetur Prior.

FRatres, in quibuscumque locis sunt, si non possunt vitam nostram obseruare, quam citius possunt, recurrunt ad suum Ministrum, h. c. ipsi significantes. Minister vero taliter studeat eis prouidere, sicut velle sibi fieri, si in consimili causa esset. Et nullus vocetur Prior, sed generaliter omnes vocentur Fratres Minores, & alter alterius lauet pedes.

Ministri prouideant spiritualibus necessitatibus. Abhorret nomen Prioris inter Fratres.

CAPVT V.

De correctione Fratrum in offensione.

Deoque animas vestras & Fratrum vestrorum custodite, quia horrendum est incidere in manus Dei viventis. Si quis autem Ministrorum alicui Fratrum aliquid contra vitam nostram preceperit, vel contra animam suam, non tenetur ei obedire; quia illa obedientia non est, in qua delictum vel peccatum committitur. Verumtamen omnes Fratres, qui sunt sub Ministris & Seruis Fratrum Minorum, & Seruorum, considerent rationabiliter & diligenter, si viderint aliquem illorum carnaliter & non spiritualiter ambulare pro rectitudine vite nostrae, post tertiam admonitionem, si non se emendauerit, in Capitulo Pentecostes renuntient Ministro & Seruototius Fraternitatis, nulla contradictione impediendi. Si vero inter Fratres, vbi cumque sunt, fuerit aliquis Frater, volens carnaliter & non spiritualiter ambulare, Fratres, cum quibus est, moneant eum, & instent, & corripiant humiliter, & diligenter. Quod si ille post tertiam admonitionem noluerit se emendare, quam citius possint mittant eum, vel significant suo Ministro & Seruo; qui Minister & Seruus de eo faciat, sicut sibi secundum Deum melius videbitur expedire. Et caueant omnes Fratres, tam Ministri & Serui, quam alij, quod propter peccatum alterius, vel malum exemplum non turbentur, & irascantur; quia diabolus propter delictum vnius vult multos corrumpere; sed spiritualiter, sicut possunt, adiuuent eum qui peccauit; quia non est sanis opus medicis, sed male habentibus. Similiter omnes Fratres non habeant potestatem vel dominationem, maxime inter se. Sicut enim Dominus dicit in Euangelio, Principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos. Non sic erit inter Fratres, sed quicumque voluerit inter eos maior fieri, sit eorum minister & seruus; & qui maior est inter eos, fiat sicut minor. Nec aliquis Fratrum malum faciat vel malum dicat alteri, imo magis per charitatem spiritus voluntarie seruiant & obediant inuicem. Et haec est vera & sancta obedientia Domini nostri Iesu-Christi. Et omnes Fratres quomodo cumque declinauerint a mandatis Domini, & extra obedientiam euagauerint, sicut dicit Propheta, sciant se esse maledictos extra obedientiam, quousque steterint in tali peccato scienter. Et quando perseverant in mandatis Domini, quae promiserunt per sanctum Euangelium & vitam ipsorum, sciant se in vera obedientia stare, & benedicti sint a Domino.

CAPVT VII.

De modo seruiendi & laborandi.

OMnes Fratres, in quibuscumque locis fuerint apud aliquos ad seruiendum, vel ad laborandum, non sint camerarij, nec cellarij, nec praesint in domibus eorum quibus seruiunt, nec recipiant aliquod officium quod scandalum generet, vel animae suae faciat detrimentum: sed sint Minores, & subditi omnibus qui in eadem domo sunt. Et Fratres, qui sciunt laborare; laborent, & eandem artem exerceant quam nouerint, si non sit contra salutem animae suae, & honeste poterunt operari. Nam, ait Propheta, labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit. Et Apostolus: Qui non vult laborare, non manducet. Et vnusquisque in eadem arte & officio in quo vocatus est, permaneat. Et possint pro labore accipere omnia necessaria, praeter pecuniam; & cum necesse fuerit, vadant pro elemosynis, sicut alij pauperes. Et liceat eis habere ferramenta & instrumenta suis artibus necessaria. Omnes Fratres studeant bonis operibus insudare; quia scriptum est: Semper facito aliquid boni, vt te diabolus inueniat occupatum. Et iterum: Otiositas est animae inimica. Idcirco serui Dei semper Orationi vel alicui bonae operationi insistere debent. Caueant sibi Fratres, vbi cumque fuerint, in eremis vel in alijs locis, quod nullum locum sibi approprient, nec alicui defendant. Et quicumque ad eos uenerint, amicus vel aduersarius, fur vel latro, benignè recipiatur. Vbi cumque sunt Fratres, vel in quocumque loco se inuenerint, spiritualiter & diligenter debeant se reuidere, & honorare ad inuicem sine murmuratione. Et caueant sibi, quod non ostendant se tristes extrinsecus, nubilosos, & hypocritas; sed ostendant se gaudentes in Domino, hilares, & conuenienter gratiosos.

Fugienda Officia scandalosa in domibus saecularium. Laborare iubet Fratres. Psal. 127. v. 2. 2. Thes. 3. v. 12.

CAPVT III.

Quod Fratres non recipiant pecuniam.

DOMinus praecipit in Euangelio: Videte, & caute ab omni malitia, & auaritia; & attendite vobis a sollicitudinibus huius saeculi, & a curis huius vite. Vnde nullus Fratrum, vbi cumque sit, & quocumque vadit, aliquo modo tollat, nec recipiat; nec recipi faciat pecuniam, aut denarios; nec occasione vestimentorum, nec librorum, nec pro pretio alicuius laboris; imò nulla occasione, nisi propter manifestam necessitatem infirmorum Fratrum; quia non debemus maiorem vtilitatem habere, & reputare in pecunia & denariis, quam in lapidibus. Et illos vult diabolus obcaecare, qui eam appetunt, vel reputant lapidibus meliorem. Caueamus ergo, quia omnia reliquimus, ne pro tam modico regnum caelorum perdamus. Et si in aliquo loco inuenerimus denarios, de his non curemus, tamquam de puluere, quem pedibus calcamus; quia vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Et si forte (quod absit) aliquem Fratrem contigerit pecuniam vel denarios colligere, vel habere, excepta solummodo praedicta infirmorum necessitate; omnes Fratres teneant eum pro falso Fratre, & fure, & latrone, & loculos habente, nisi verè penituerit. Et nullo modo Fratres recipiant, vel recipi faciant, nec quaerant, nec quaeri faciant pecuniam, vel elemosynam, nec denarios pro aliquibus domibus, vel locis, nec cum persona, pro talibus locis pecuniam vel denarios quaerente, vadant. Alia autem seruitia, quae non sunt contraria vite nostrae, possunt Fratres in talibus locis facere cum benedictione Dei. Fratres tamen in manifesta necessitate leproforum, possunt pro eis quaerere elemosynam. Caueant tamen multum a pecunia. Similiter caueant omnes Fratres, ne pro aliquo turpi lucro terras circumeant.

Luce 21. v. 34. Fugienda omnino Militoribus pecunia.

necessitatem infirmorum Fratrum; quia non debemus maiorem vtilitatem habere, & reputare in pecunia & denariis, quam in lapidibus. Et illos vult diabolus obcaecare, qui eam appetunt, vel reputant lapidibus meliorem. Caueamus ergo, quia omnia reliquimus, ne pro tam modico regnum caelorum perdamus. Et si in aliquo loco inuenerimus denarios, de his non curemus, tamquam de puluere, quem pedibus calcamus; quia vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Et si forte (quod absit) aliquem Fratrem contigerit pecuniam vel denarios colligere, vel habere, excepta solummodo praedicta infirmorum necessitate; omnes Fratres teneant eum pro falso Fratre, & fure, & latrone, & loculos habente, nisi verè penituerit. Et nullo modo Fratres recipiant, vel recipi faciant, nec quaerant, nec quaeri faciant pecuniam, vel elemosynam, nec denarios pro aliquibus domibus, vel locis, nec cum persona, pro talibus locis pecuniam vel denarios quaerente, vadant. Alia autem seruitia, quae non sunt contraria vite nostrae, possunt Fratres in talibus locis facere cum benedictione Dei. Fratres tamen in manifesta necessitate leproforum, possunt pro eis quaerere elemosynam. Caueant tamen multum a pecunia. Similiter caueant omnes Fratres, ne pro aliquo turpi lucro terras circumeant.

A minorita pecuniae conculcanda pedibus.

Eccle 1. v. 2.

Fugiendi discursus quaestiosi.

CAPVT IX.

De petenda elemosyna.

OMnes Fratres studeant sequi humilitatem & paupertatem Domini nostri Iesu-Christi; & recordentur, quod nihil aliud oportet nos habere de toto mundo; sicut dicit Apostolus: Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus. Et debent gaudere quando conuersantur inter viles & despectas personas, inter pauperes & debiles, infirmos & leprosos, & iuxta viam mendicantes. Et cum necesse fuerit, vadant pro elemosynis, & non verecundentur, & magis recordentur, quia Dominus noster Iesus Christus filius Dei viui omnipotentis, posuit faciem suam, vt petram durissimam, nec verecundatus est, & fuit pauper, & hospes, & vixit de elemosynis ipse, & beata Virgo, & Discipuli eius. Quando facerent eis homines verecundiam, & nollent eis dare elemosynam, referant inde gratias Deo, quia de verecundijs recipient magnam honorem ante tribunal Domini nostri Iesu-Christi. Et sciant quod verecundia non patientibus, sed inferentibus imputatur. Et elemosyna est hereditas, & iustitia, quae debetur pauperibus, quam nobis acquisiuit Dominus noster Iesus Christus. Et Fratres qui eam acquirendo laborant, magnam mercedem habebunt, & faciunt lucrari & acquirere tribuentes: quia omnia quae homines faciunt in hoc mundo, peribunt; sed de charitate, & elemosynis quas fecerint, habebunt praemium a Domino. Et securè manifestet vnus alteri necessitatem suam, vt sibi necessaria inueniat, & ministret. Et quilibet diligit & nutriat Fratrem suum, sicut mater diligit & nutrit filium suum, in quibus Deus eis gratiam largiatur. Et qui non manducat, manducantem non spernat; & qui manducat, non manducantem non iudicat. Et quando necessitas superuenerit, liceat vniuersis Fratribus vbi cumque fuerint, vti omnibus cibis, quos possunt homines manducare, sicut Dominus noster dicit de David, qui comedit panes propositionis, quos non licebat comedere, nisi Sacerdotibus. Et recordentur quod dicit Dominus: Attendite vobis ne forte grauentur corda vestra crapula & ebrietas, & superueniat vobis repentina dies illa, tamquam laqueus; laqueus enim superuenit super omnes, qui sedent super faciem orbis terrae. Similiter tempore manifestae necessitatis, faciant omnes de eorum necessarijs, sicut eis Dominus gratiam largietur, quia necessitas non habet legem.

Tempore necessitatis iudicium vniuersi liceat. Marc. 2. v. 3. Luca 21. v. 34.

Fugienda crapula.

CAPVT X.

De infirmis Fratribus.

SI quis Fratrum in infirmitatem inciderit, vbi cumque fuerit, alij Fratres non dimittant eum, nisi constituantur vnus de Fratribus, vel plures, si necesse fuerit, qui seruiant ei, sicut vellent sibi serui. Sed in maxima necessitate possunt ipsum dimittere alicui personae, quae debeat suae satisfacere infirmitati. Et rogo Fratrem infirmum, vt referat de omnibus gratias Creatori; & qualem vult eum Dominus, talem se esse desideret, siue sanum, siue infirmum; quia omnes quos Deus ad vitam praedordinauit aeternam, flagellorum atque infirmitatum stimulis, & compunctionis spiritu erudit, sicut dicitur in Apocalypsi. Ego quos amo, corrigo & castigo. Si autem turbabitur, siue irascetur contra Deum, siue contra Fratres; vel si forte sollicitè postulauerit medicinas, nimis desiderans liberare carnem cito morituram, quae est animae inimica; a malo sibi euenit, & carnalis est, & non videtur esse de Fratribus, quia plus diligit corpus quam animam.

Cura praecipitur infirmorum.

Admonetur patientia infirmus.

Apoc. 3. v. 19.

Non curandum nimium de corpore.

CAPVT XI.

Quod Fratres non blasphemant, nec detrahant: sed diligant inuicem.

ET omnes Fratres caueant sibi vt non calumnientur aliquem, nec contendant verbis, sed studeant retinere silentium, quandocumque eis Dominus gratiam largietur. Nec litigent inter se, nec cum alijs: sed primo curent humiliter respondere, dicentes: Serui inutiles sumus. Et non irascantur, quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio, qui autem dixerit fratri suo, racha, reus erit gehennae ignis. Et diligant se inuicem, sicut Dominus dicit: Hoc est praeceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Et ostendant ex operibus dilectionem, quam debent ad inuicem, sicut dicit Apostolus: Non diligamus verbo aut lingua, sed opere & veritate. Neminem blasphement, nec murmurent, nec detrahant alijs; quia scriptum est: Sussurriones & detractores sunt Deo odibiles. Et sint modesti omnes, monstrantes mansuetudinem ad omnes homines; nec iudicent, nec condemnent. Et, sicut dicit Dominus, non considerent minima peccata aliorum, imò magis sua recogitent in amaritudine animae suae. Et contendant intrare per angustam portam, quia dicit Dominus. Angusta porta, & arcta via est, quae ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam.

Fugienda calumnia, contentiones, & murmurationes.

Luce 17. v. 10. Mat. 5. v. 22. Ioan. 15. v. 12.

Ioan. 3. v. 18.

Eccle 18. v. 16. Rom. 1. v. 20. Luca 6. v. 41.

Matth. 7. v. 14.

CAPVT XII.

De malo visu, & frequentia mulierum vitanda.

Societas mulierum fugienda. Senfus refranandi. Mat. 5. v. 28. Omnes Fratres, vbicumque sunt, vel vadunt, caueant sibi à malo visu, & frequentia mulierum. Et nullus cum eis consiliatur solus. Sacerdos honestè loquatur cum eis, dando pœnitentiam, vel aliud spirituale consilium. Et nulla penitus mulier ab aliquo Fratre recipiatur ad obedientiam; sed dando sibi consilium spirituale, vbi voluerit, agat pœnitentiam. Et mulier omnes nos custodiamus, & omnia membra nostra teneamus, quia dicit Dominus: Omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mechatus est cum ea in corde suo.

CAPVT XIII.

De presumptione fornicationis.

SI quis Fratrum, diabolo instigante, fornicatur, habitum, quem ex sua turpitudine amisit, ex toto deponat, & à nostra Religione penitus expellatur, & postea pœnitentiam faciat de peccatis.

CAPVT XIV.

Quomodo Fratres debeant ire per mundum.

Quando Fratres vadunt per mundum, nihil portent per viam, nec sacculum, nec peram, nec panem, nec pecuniam, nec virgam. Et in quamcumque domum intrauerint, dicant primum: Pax huic domui. Et in eadem domo manentes, edant & bibant que apud illos sunt. Non resistant malo, sed si quis eos in maxillam percusserit, præbeant ei alteram; & qui auferret eis vestimentum, & tunicam, non prohibeant. Omni petenti se tribuant; sed si quis auferret que sua sunt, non reperant.

CAPVT XV.

Quod Fratres non teneant bestiam, nec equitent.

NIUNGO omnibus Fratribus meis, tam Clericis quam Laicis, euntibus per mundum, licet morantibus in locis, quod nullo modo apud se, nec apud alium, & aliquo modo bestiam aliquam habeant. Nec eis liceat equitare, nisi infirmitate vel magna necessitate cogantur.

CAPVT XVI.

De euntibus inter Sarracenos & alios infideles.

IXIT Dominus: Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columba. Vnde quicumque Fratrum diuina inspiratione voluerint ire inter Sarracenos & alios infideles, vadant de licentia sui Ministri & Serui. Minister verò det eis licentiam, & non contradicat, si viderit eos esse idoneos ad mittendam. Nam tenebitur Domino reddere rationem, si in hoc vel in aliis processerit indiscretè. Fratres verò qui vadunt,

possunt duobus modis spiritualiter inter alios conuerfari. Vnus modus est, quod non faciant lites, nec contentiones, sed sint subditi omni humana creatura propter Deum, & confiteantur se esse Christianos. Alius modus est, quod cum viderint placere Deo, annuntient verbum Dei, vt credant in Deum omnipotentem Patrem, & Filium; & Spiritum sanctum Creatorem omnium, Redemptorem & Saluatorem Filium, vt baptizentur, & Christiani efficiantur: quia nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest intrare in Regnum Dei. Hæc, & alia quæ placuerint Domino, ipsi & aliis dicere possunt, quia dicit Dominus in Euangelio: Omnis qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui est in calis. Et qui erubuerit me, & meos sermones, hunc Filius hominis erubescet, cum venerit in maiestate sua, & Patris, & sanctorum Angelorum. Et omnes Fratres, vbicumque sint, recordentur quod dederunt se, & reliquerunt sua corpora Domino nostro Iesu Christo, & pro eius amore debent se exponere inimicis, tam visibilibus, quam invisibilibus; quia dicit Dominus: Qui perdidit animam suam propter me, saluam faciet eam in vitam æternam. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est Regnum celorum. Si me persecuti sunt, & vos persequuntur. Si autem persequuntur vos in vna ciuitate, fugite ad aliam. Beati estis, cum vos oderint homines, & maledixerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen vestrum tamquam malum, & cum dixerint omne malum aduersum vos, mentientes propter me. Gaudete in illa die, & exultate, quoniam merces vestra multa est in calis. Dico autem vobis amicis meis, nolite timere eos qui occidunt corpus, & post hæc non habent amplius quid faciant. Videte ne terreamini. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.

CAPVT XVII.

De Predicatoribus.

NVLlus Fratrum prædicet contra formam & institutionem sanctæ Ecclesiæ, nisi concessum fuerit sibi à suo Ministro. Caueat ergo sibi Minister, ne alicui indiscretè concedat. Omnes tamen Fratres operibus prædicent. Et nullus Minister vel Prædicator appropriet sibi ministerium, vel officium prædicationis; sed quicumque hora ei iniunctum fuerit, sine omni contradictione dimittant suum officium. Vnde deprecor in charitate, (quæ Deus est) omnes Fratres meos prædicatores; oratores, & laboratores, tam Clericos quam Laicos, vt studeant se humiliare in omnibus, non gloriari, nec in se gaudere, nec intrinsecus se exaltare de bonis verbis & operibus; imò de nullo bono, quod dicit vel facit Deus, & operatur in eis aliquando, & per ipsos, secundum quod ipse Dominus dicit: Verumtamen in hoc nolite gaudere, quia Spiritus subiiciuntur vobis. Et firmiter sciamus, quod non pertinent ad nos nisi vitia & peccata. Et magis debemus gaudere, cum in tentationes varias inciderimus, & cum sustinemus quascumque animæ vel corporis angustias, aut tribulationes in hoc mundo propter vitam æternam. Omnes ergo, Fratres, caueamus ab omni superbia

Duplex conuersatio inter infideles. 1. Pet. 2. v. 12.

Ioan. 1. v. 5.

Mat. 10. v. 30.

Qui spernit Deum, ab eo spernetur.

Mat. 10. v. 39.

Idem 5. v. 10.

Ioan. 15. v. 20.

Mat. 10. v. 23.

Idem 5. v. 11.

Luca 12. v. 4.

Luca 21. v. 19.

Mat. 10. v. 22.

Idem 5. v. 22.

Iniungi, non assumi debet prædicationis officium.

1. Ioan. 4. v. 8.

Humilitas maximè decet prædicatores.

Luca 10. v. 20.

In tribulatione gaudendum, non in gloria gloriandum.

superbia & vana gloria: Custodiamus nos à sapientia huius mundi, & à prudentia carnis. Spiritus enim carnis vult & studet multum ad verba habenda, sed parum ad operationem; & quarit non religionem & sanctitatem spiritus, sed vult & desiderat religionem & sanctitatem foris apparentem hominibus; & isti sunt, de quibus dicit Dominus: Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Spiritus autem Domini vult mortificatam & despectam, vilem & abjectam, & opprobriosam esse carnem, & studet ad humilitatem, & patientiam, & puram simplicitatem, & veram pacem spiritus. Et super omnia desiderat diuinum timorem, & diuinam sapientiam, & diuinum amorem Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Et omnia bona Deo altissimo & summo reddamus, & omnia bona ipsius esse recognoscamus, & de omnibus eis gratias referamus, à quo bona cuncta procedunt, & ipse altissimus & summus solus & verus Deus habeat, & ei reddantur, & ipse recipiat omnes & honores reuerentias, & omne laudes & benedictiones, & omnes gratias, & omnè gloriam, cuius est omne bonum, qui solus bonus. Et quando videmus vel audimus malum dici, vel fieri, vel blasphemari Deum, nos benedicamus, & beneficiamus, & laudemus Deum, qui est benedictus in sæcula sæculorum, Amen.

Contraria studia carnis & spiritus.

Math. 6. v. 2 & 5. & 16.

Omnia bona in Deum referenda.

Luca 18. v. 19.

CAPVT XVIII.

Qualiter Ministri conueniant ad inuicem.

Quolibet anno vnusquisque Minister cum Fratribus suis possit conuenire, vbicumque placuerit eis, in festo sancti Michaelis Archangei, de his quæ ad Deum pertinent tractaturus. Omnes verò Ministri, qui sunt in Ultramarinis & Ultramontanis partibus, semel in tribus annis, & alij Ministri semel in anno veniant ad Capitulum in festo Pentecostes apud sanctam Mariam de Portiuncula, nisi à Ministro & Seruo totius Fraternitatis aliter fuerit ordinatum.

Tempus locus, & modus celebrandum Capitulum.

CAPVT XIX.

Quod omnes Fratres viuant Catholicè.

Omnes Fratres sint Catholicici, viuant & loquantur Catholicè. Si quis verò errauerit à fide & vita Catholica, in dicto, vel in facto, & non se emendauerit, à nostra Fraternitate penitus expellatur. Et omnes Clericos, & omnes Religiosos, habeamus pro dominis, in his quæ spectant ad laudem animæ, & à nostra Religione non deuiant, & Ordinem, & Officium eorum, & administrationem in Domino veneremur.

Catholicum Catholicè viuere & loqui decet.

Venerandi Ecclesiastici.

CAPVT XX.

De Confessione Fratrum, & perceptione Corporis & Sanguinis Domini nostri Iesu Christi.

Quibus confitendum sit Minoribus.

Fratres benedicti, tam Clerici quam Laici, confiteantur peccata sua Sacerdotibus nostræ Religionis. Et, si non possunt, confiteantur aliis discretis & Catholicis Sacerdotibus, scientes firmiter, & attendentes, quod à quibuscumque Sacer-

dotibus acceperint pœnitentiam & absolutionem, absoluti erunt proculdubio ab illis peccatis; si pœnitentiam sibi inunctam procurauerint humiliter & fideliter obferuare. Si verò tunc Sacerdotem habere non poterint, confiteantur Fratri suo, sicut dicit Apostolus Iacobus: Confitemini alterutrum peccata vestra. Non tamen ob hoc dimittant recurrere ad Sacerdotes; quia potestas ligandi atque soluendi solis Sacerdotibus est concessa. Et sic contriti & confessi sumant Corpus & Sanguinem Domini nostri Iesu Christi cum magna humilitate & veneratione, attendentes quod ipse Dominus dicit: Qui manducat meam carnem, & bibit meum Sanguinem, habet vitam æternam, & : Hoc facite in meam commemorationem.

Non intelligit satisfactionem esse partem essentialem sed integram huius sacramenti. Iacob. 5. v. 16.

Confessio facta Laico est solum fraternæ aut reconciliatrix. Ioan. 6. v. 56. Luca 22. v. 19.

CAPVT XXI.

De laude & exhortatione, quam possunt facere omnes Fratres.

ET hanc talem exhortationem & laudem omnes Fratres mei, quandocumque placuerit eis, annuntiare possunt, & inter quoscumque homines, cum benedictione Dei: Timete & honorate, laudate & benedicite. Gratias agite, & adorete Dominum Deum omnipotentem in trinitate & vnitatem, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, creatorem omnium. Facite pœnitentiam, agite dignos fructus pœnitentiæ, quia scitote quod citò moriemur. Date, & dabitur vobis; Dimittite, & dimittetur vobis; & si non dimiseritis, Dominus non dimittet vobis peccata vestra. Beati qui moriuntur in pœnitentia, quia erunt in Regno celorum. Væ illis, qui non moriuntur in pœnitentia, quia erunt filij diaboli, cuius opera faciunt, & ibunt in ignem æternum. Cauete & abstinete ab omni malo, & perseuerate vsque in finem in bono.

Quomodo laudandus Deus, quidve annuntiandum populo.

Luca 9. v. 38. Ibidem v. 37.

Væ sine pœnitentia morientibus.

CAPVT XXII.

De admonitione Fratrum.

Attendamus omnes, Fratres, quia dicit Dominus: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos. Nam & Dominus noster Iesus Christus, cuius vestigia sequi debemus, traditorem suum vocauit amicum, crucifixoribus sponte se obtulit. Amici ergo nostri sunt omnes illi, qui iniuste nobis inferunt tribulationes, angustias, verecundias & iniurias, dolores & tormenta, martyrium & mortem, quos multum diligere debemus; quia ex hoc quod nobis inferunt, habemus vitam æternam, Et odio habeamus corpus nostrum cum suis vitiis & peccatis, quia carnaliter viuendo vult nobis auferre amorem Domini nostri Iesu Christi, & vitam æternam, & seipsum cum omnibus perdere in infernum. Quia nos propter culpam sumus facti, miseri, & bono contrarij, ad mala autem prompti, & voluntarij, quia sicut dicit Dominus in Euangelio: De corde hominum procedunt & exeunt cogitationes male, adulteria, fornicationes, homicidia, furta, & auaritia, nequitia, dolus, falsa testimonia, blasphemia, superbia, stultitia. Hæc omnia mala ab intus de corde hominis procedunt, & hæc sunt quæ coinquinant animam. Nunc autem postquam dimissimus mundum, nil aliud habemus

Mat. 5. v. 44.

Inimici pro amicis reputandi. Math. 26. v. 50.

Corpus verò pro inimico.

Mat. 15. vers. 19.

Religiosis fugienda secularia.

Varius & rarus fructus verbi Dei in hominibus. Luca 18. v. 13.

facere, nisi vt solliciti simus voluntatem Domini sequi, & placere ipsi. Multum caueamus ne simus terra secus viam, vel petrosa, vel spinosa, secundum quod dicit Dominus in Euangelio: Semen est verbum Dei. Quod autem secus viam cecidit, & concularum est, hi sunt qui audiunt verbum Dei, & non intelligunt; & confestim venit diabolus, & rapit quod seminatum est in cordibus eorum, ne credentes salui fiant. Quod autem super terram cecidit, hi sunt qui cum audierint verbum, statim cum gaudio suscipiunt illud: facta autem tribulatione & persecutione propter verbum, continuo scandalizantur, & hi radicem in se non habent, sed temporales sunt, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Quod autem in spinas cecidit, hi sunt qui verbum Dei audiunt, & sollicitudo, & arumnae istius saeculi, & fallacia diuitiarum, & circa reliqua concupiscentiae introeunt suffocant verbum, & sine fructu afficiuntur. Quod autem in terram bonam seminatum est, hi sunt qui in corde bono & optimo audientes verbum intelligunt, & retinent, & fructum afferunt in patientia. Et propterea nos, Fratres, sicut dicit Dominus, dimittamus mortuos sepelire mortuos suos, & multum caueamus a malitia & subtilitate satanae, qui vult ne homo mentem suam & cor habeat ad Dominum Deum, & circūiens desiderat cor hominis sub specie alicuius mercedis vel adiutorij tollere, & suffocare verbum & praecipua Domini a memoria; & vult cor hominis per saecularia negotia & curam excacare, & ibi habitare; sicut dicit Dominus: Cum immundus spiritus exit ab homine, ambulat per loca arida & inaquosa, quaerens requiem, & non inueniens, dicit: Reuertar in domum meam vnde exiui. Et veniens inuenit eam s. opis mundatam & ornata. Tunc vadit, & assumit alios septem spiritus nequiores se, & ingressi habitant ibi, & fiunt nouissima hominis, peiora prioribus. Vnde, Fratres, custodiamus nos multum, ne sub specie alicuius mercedis, vel adiutorij, vel operis, perdamus, aut tollamus mentem nostram a Domino. Sed in sancta charitate, quae Deus est, rogo omnes Fratres, tam Ministros quam alios, vt omni impedimento remoto, & omni cura & sollicitudine postposita, quocumque modo melius possunt, debeant seruire, amare, & honorare Dominum Deum mundo corde, & pura mente, quod ipse super omnia quaerit. Et semper faciamus in nobis habitaculum & mansionem ipsi, qui est Dominus Deus omnipotens, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus; qui dicit: Vigilate itaque omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere omnia mala quae ventura sunt, & stare ante Filium hominis. Et cum statis ad orandum, dicite: Pater noster, qui es in caelis. Et adoremus eum puro corde. Oportet enim semper orare, & non desicere: nam Patres tales quaerit adoratores. Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare. Et ad ipsum recurramus, tamquam ad Patrem, & Episcopum animarum nostrarum, qui dicit: Ego sum Pastor bonus, qui pasco oves meas, & animam meam pono pro ouibus meis. Omnes enim vos Fratres estis. Patrem nolite vocare vobis super terram: vnus enim est Pater vester, qui in caelis est. Nec vocemini magistri: vnus enim est Magister vester, qui in caelis est. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcumque volueritis, petetis, & fiet vobis. Vbi cumque sunt duo vel tres congregati in

Mat. 8. v. 22. Religiosis quae caueda.

Insidiae diaboli aduersus religiosos.

Luca 11. v. 24.

Quae sectanda a religioso.

Luca 11. v. 36.

Idem 18. v. 1. Ioan. 4. v. 23.

Idem 10. v. 11. & 14. Mat. 23. v. 8. & 9.

Ioan. 15. v. 27. Mat. 18. v. 20.

nomine meo, ibi sum in medio eorum. Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi. Verba quae locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Ego sum via, veritas, & vita. Teneamus ergo veram viam, vitam, & doctrinam, & sanctum eius Euangelium, qui dignatus est pro nobis Patrem suum, & nomen eius nobis manifestare, dicens, Pater, manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi, quia verba, quae dedisti mihi, dedi eis; & ipsi acceperunt, & cognouerunt verè quia à te exiui, & crediderunt quia tu me misisti. Ego pro eis rogo, non pro mundo, sed pro his quos dedisti mihi in nomine tuo, vt sint vnus, sicut & nos. Haec loquor in mundo, vt habeant gaudium in semetipsis. Ego dedi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo. Non rogo vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos a malo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundum, & ego misi eos in mundum, & pro eis sanctifico meipsum, vt sint ipsi sanctificati in veritate. Non enim pro eis rogo tantum, sed pro eis qui credituri sunt propter verba eorum in me, vt sint coniuncti in vnum, & cognoscat mundus, quia tu me misisti, & dilexisti eos, sicut me dilexisti. Notum faciam eis nomen tuum, vt dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis. Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum, & illi sint mecum, & videant claritatem tuam in Regno tuo.

Mat. 28. v. ult. Ioan. 6. v. 64. Ioan. 14. v. 6. Ioan. 17. v. 6.

Euangelium a nobis concionibus & aliis modis manifestatur.

CAPVT XXIII.

Oratio ad Deum, siue gratiarum actio, atque ad Fratres exhortatio.

Omnipotens, sanctissime, altissime, & summe Deus, Pater sancte, & iuste Domine, Rex caeli & terrae, propter temetipsum gratias agimus tibi, quod per sanctam voluntatem tuam, & per vnicum Filium tuum, & Spiritum sanctum, creasti omnia spiritualia & corporalia, & nos ad imaginem tuam & similitudinem factos in paradiso posuisti, & per culpam nostram cecidimus. Et gratias agimus tibi, quia sicut per Filium tuum nos creasti, sic per istam dilectionem tuam, qua dilexisti nos, ipsum verum Deum & verum hominem ex gloriosa semper Virgine beatissima sancta Maria nasci fecisti, & per crucem, & sanguinem, & mortem ipsius nos captiuos redimere voluisti. Et gratias agimus tibi, quia ipse Filius tuus iterum venturus est in gloria maiestatis suae mittere maledictos, qui poenitentiam non egerunt, & te non cognouerunt, in ignem aeternum, & dicere omnibus, qui te cognouerunt & adorauerunt, & tibi seruiuerunt in poenitentia: Venite benedicti Patris mei, percipite Regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. Et quia omnes miseri & peccatores, non sumus digni nominare te, suppliciter exoramus, vt Dominus noster Iesus Christus Filius tuus dilectus, in quo tibi bene complacuit, vnà cum Spiritu sancto Paraclito gratias agat tibi, sicut tibi & ipsis placet pro omnibus, qui tibi semper sufficit ad omnia, per quem tanta nobis fecisti. Alleluya. Et gloriosam Matrem beatissimam Mariam semper Virginem, beatum Michaëlem, Gabrielem, Raphaëlem, & omnes choros beatorum Spirituum, Seraphim, Cherubim, Thronorum, Dominationum, Principatum, & Potestatum, Virtutum, Angelorum, Archangelorum, B. Ioannem Baptistam, Ioannem Euangeli

Quibus titulis Deo sumus adstricti.

Innumeræ Deo gratiarum actiones agendæ.

Mat. 25. v. 24.

Mat. 17. v. 5.

Euangelistam, Petrum, Paulum, & beatos Patriarchas, & Prophetas, Innocentes, Apostolos, Euangelistas, Discipulos, Martyres, Confessores, Virgines, beatos Eliam & Enoch; & omnes Sanctos, qui fuerunt, erunt, & sunt, propter tuum amorem humiliter deprecamur, vt sicut tibi placet, pro his tibi gratias referant summo Deo, vero, aeterno, & viuo, cum Filio tuo beatissimo Domino Iesu Christo, & Spiritu sancto Paraclito in saecula saeculorum, Amen. Alleluya. Et Domino Deo, vniuersos intra sanctam Ecclesiam Catholicam & Apostolicam seruire volentes, & omnes sequentes Ordines, Sacerdotes, Diaconos, Subdiaconos, Acolythos, & Exorcistas, Lectores, & Ostiarios, & omnes Clericos, vniuersos Religiosos, & vniuersas Religiosas; omnes pueros & paruulos, pauperes & egenos, Reges & Principes, laboratores & agricolas, seruos & dominos; omnes virgines, continentes & maritatos, laicos masculos & feminas; omnes infantes, adulescentes, iuuenes & senes, sanos & infirmos, omnes pusillos & magnos, & omnes populos, tribus, & linguas, & omnes nationes, & omnes homines vbique terrarum, qui sunt & erunt, humiliter rogamus & supplicamus nos omnes Fratres Minores seu inutiles, vt omnes in vera fide & poenitentia perseueremus; quia aliter nullus saluari potest. Omnes diligamus ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, & fortitudine, ex toto intellectu, & ex omnibus viribus, toto nisu, toto affectu, totis visceribus, totis desiderijs & voluntatibus Dominum Deum, qui totum corpus, totam animam, totam vitam dedit, & dat omnibus nobis: qui nos creauit, & redemit, & sola sua misericordia saluauit: qui nobis miserabilibus & miseris, putridis & foetidis, ingratis, ignaris, & malis omnia bona fecit, & facit. Nihil ergo aliud desideremus, nihil aliud velimus, nihil aliud placeat, & delectet nos, nisi Creator, & Redemptor, & Saluator noster, solus & verus Deus, qui est plenum bonum, omne bonum, totum bonum, verum & summum bonum, qui solus est bonus, pius & mitis; suauis & dulcis: qui solus est sanctus, iustus, verus, & rectus: qui solus est benignus, innocens, mundus: à quo, per quem, & in quo est omnis venia, omnis gratia, omnis gloria omnium poenitentium, & iustorum, omnium beatorum in caelis congaudentium. Nihil ergo impediatur, nihil separetur, nihil interpelletur. Vtique nos omnes, omni loco, omni hora, & omni tempore, quotidie & continue credamus veraciter & humiliter, & in corde teneamus, amemus, honoremus, adoremus, seruiamus, laudemus, & benedicamus, glorificemus, & superexaltemus, magnificemus, & gratias agamus altissimo & summo Deo aeterno, & Trinitati & Vnitati, Patri, & Filio, & Spiritui sancto, Creatori omnium, in se credentium & sperantium, & diligentium eum, qui sine initio, & sine fine, immutabilis, & inuisibilis, inenarrabilis, ineffabilis, incomprehensibilis, inuestigabilis, benedictus, laudabilis, gloriosus, superexaltatus, sublimis, excelsus, suauis, amabilis, delectabilis, & totus semper super omnia desiderabilis in saecula saeculorum.

Ad poenitentiam exhortatio.

Deus super omnia diligendus.

Luca 18. v. 19.

Nihil à charitate Christi nos separet.

Exhortatio ad Fratres.

In nomine Dei omnipotentis rogo omnes Fratres, vt addiscant tenorem & sensum eorum

quae in ista vita ad salutem animae nostrae scripta sunt, & ista frequenter ad memoriam reducant. Et exoro Deum, vt ipse, qui est omnipotens, trinus & vnus, benedicat omnes docentes, addiscentes, recordantes, & operantes ista, quoties recitent quae ibi ad salutem nostram scripta sunt. Et deprecor omnes cum osculo pedum, vt multam diligant, custodiant, & reponant, & ex parte Dei omnipotentis, & Domini Papae, & per obedientiam, ego Franciscus firmiter praecipio & iniungo, vt ex his quae in ista vita scripta sunt, nullus minuat, vel in ipsa scriptum aliquod desuper addat, nec aliam Regulam Fratres habeant. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto: sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in saecula saeculorum. Amen.

Præcepta non bis imposita memorie inculcanda.

SECUNDA REGULA B. PATRIS FRANCISCI PRO FRATRIBVS MINORIBVS. ARGUMENTVM.

Iam supra in Argumento praecedentis Regulae monuimus, ea posthabita, hanc à Fratribus Minoribus obseruari, rationemque in hunc locum reseruauimus, quam ex cap. 4. Vita nostri Auctores non pigebit tadebitur hic referre. Cum dilatato iam Ordine (ait D. Bonauentura) viuendi formam per D. Innocentium approbatam disponeret per successorem ipsius Honorium, in perpetuum facere roborari, huiusmodi fuit à Deo reuelatione commonitus. Videbatur quidem sibi de terra micæ panum subtilissimas collegisse, multisque famelicis Fratribus ipsum circūstantibus, debere tribuere; cumque micas tam tenues distribuere formidaret, ne fortè inter manus exciderent, vox ei desuper ait: Franciscus vnus de micis omnibus hostiam facito, & manducare volentibus tribue. Quo id agente, quicumque illud deuotè non recipiebant, aut receptum contemnebant donum, mox lepra infecti notabiles apparebant. Recitabat manè vir sanctus hæc omnia Sociis, dolens se non percipere mysterium visionis. Sequenti verò die cum vigil in oratione persisteret, huiusmodi vocem de caelo delapsam audiuit: Franciscus, micæ praeteritæ noctis, verba Euangelica sunt: hostia, Regula; lepra, iniquitas. Volens igitur confirmandam Regulam ex verborum Euangelij aggregatione profusius traditam, ad compendiosorem formam, iuxta quod dictabat visio monstrata, redigere; in montem quemdam cum duobus Sociis, Spiritu sancto ducente, confendit: vbi pane tantum contentus & aqua, ieiunans conscribi eam fecit, secundum quod oranti sibi diuinus Spiritus suggererat. Quam, cum de monte descendens

Bonau. c. 5. Legenda in fine.



tendens seruandam suo Vicario commiffet, ille elapsis paucis diebus assereret per incuriam deperdit; iterato vir sanctus ad locum solitudinis rediit, eamque instar prioris, ac si ex ore Dei verba fusciperet, illicõ reparauit, & per supradictum D. Papam Honorium, octauo Pontificatus illius anno, sicut optauerat, obtinuit confirmari. Ad cuius obseruantiam Fratres feruenter inducens, dicebat, se nihil ibi posuisse secundum industriam propriam; sed omnia sic scribi fecisse, sicut fuerant sibi diuinitus reuelata. Huius visionis plerique meminerunt, praesertim Reboll. 1. part. l. 2. c. 4. Mar. ibidem c. 7. & Platus lib. 1. de Bono Status Relig. c. 25. Regulam autem ipsam ad Spiritus sancti instinctum & interiorum motionem scriptam esse, imò ab eodem reuelatam, constanter asserit Episcopus Comes Senogall. Rodulph. variis in locis suae Historiae Seraphicae; & ante hunc asseruere Bernardin. Senens. Tom. 3. disp. de Obed. art. 3. limite 3. beati Leo & Bonizius Francisci comites, quibus praesentibus post quadraginta ieiunij dies scripta est, in Monte Rainerio, siue Columbae, siue Palumba, Ratinae Diocesis, intra ruptiones quasdam, & lapidasas cauernas, quae spectantibus metum & admirationem incutiunt. Huic assertioni adstipulantur plurima Summorum Pontificum sacra testimonia. Gregorius IX. in Reg. Min. cap. 1. Nicolaus III. c. Exiit; de verb. signif. in 6. Iulius II. in litteris de facultate Card. Protectoris; beata Brigitta l. 7. Reuelat. c. 10. Hier. Platus citatus, Pisan. plurimis in locis suarum Conformitatum, Reboll. cit. Aluarus Pelag. l. 2. de Planctu Ecclesiae, art. 61. Ambros. Cathar. in controu. exorta inter Pradicator. & Senens. c. 4. ante med. Confirmationis Bullam Pontificio signatam plumbo in hunc vsque diem seruari testatur Rodulph. lib. 1. Hist. Seraph. Rel. in Conuentu D. Francisci Assisio, quam & ego ibidem vidi anno 1619. imò quod & magis animum recreauit, in Sacratio praeter ceteras egregias, quae ibidem seruantur, Reliquias, vidi hanc ipsam Regulam ipsius Francisci manu exaratam. Confirmatam illam ab Honorio asserit D. Antonin. 3. part. Hist. tit. 24. cap. 7. §. 4. anno (vt diximus) octauo Pontificatus Honorij, & nostra salutis 1223. Cui subscribit Sedul. Comment. in cap. 4. Vita B. Francisci, num. 11. & Matth. Palmerius in sua Chronol. ad eundem annum. Confirmationem ipsam omittebam duxi, dum quod solum Francisci est Opusculum, curauit transcribendum. Illius autem hoc esse, nullus est qui dubitare possit, nisi & Minorum fundatorem esse negare velit. Quid in illa, qualiterve eam obseruare teneantur eius professores, consulat, qui voluerit, D. Bonau. Tom. 7. sacrorum Operum, Antonij Cor-

duba, Ludouici Miranda, & Serratiij Myricani praeter ceteris, expositiones in eandem. Plures qui omnium manibus teruntur, ne citationibus lectorem obruamus, missos facimus.

IN NOMINE DOMINI

INCIPIIT REGVLA ET VITA

FRATRV MINORVM.

CAPITVLVM I.

Regula & vita Fratrum Minorum haec est, scilicet Domini nostri Iesu Christi sanctum Euangelium obseruare, viuendo in obedientia sine proprio, & in castitate. Frater Franciscus promittit obedientiam & reuerentiam D. Papae Honorio, ac successoribus eius canonicè intrantibus, & Ecclesiae Romanae. Et alij Fratres teneantur Fratri Francisco & eius successoribus obedire.

Quamuis voueant minores Euangelium obseruare, non quodcumque; quod in eo, obligat sub mortali.

De his qui volunt vitam istam accipere, & qualiter recipi debeant.

CAPITVLVM II.

Si qui voluerint hanc vitam accipere, & uenerint ad Fratres nostros, mittant eos ad suos Ministros Prouinciales: quibus solummodo, & non aliis, recipiendi Fratres licentia concedatur. Ministri uero diligenter examinent eos de fide Catholica, & de Ecclesiasticis Sacramentis. Et si haec omnia credant, & uelint ea fideliter confiteri, & vsque in finem firmiter obseruare; & uxores non habent, vel si habent, & iam Monasterium intrauerint uxores, vel licentiam eis dederint auctoritate Diocesani Episcopi, voto continentiae iam emisso, & illius sint aetatis uxores, quod non possit de eis oriri suspicio; dicant illis uerbum sancti Euangelij, quod uadant & vendant omnia sua, & ea studeant pauperibus erogare quod si facere non poterint, sufficit eis bona uoluntas. Et caueant Fratres, & eorum Ministri, ne solliciti sint de rebus suis temporalibus, ut liberè faciant de rebus suis, quidquid Dominus inspirauerit eis. Si tamen consilium requiratur, licentiam habeant Ministri mittendi eos ad aliquos Deum timentes, quorum consilio bona sua pauperibus erogentur. Postea concedant eis pannos probationis, uidelicet duas tunicas sine caputio, & cingulum, & braccas, & caparionem vsque ad cingulum, nisi eisdem Ministris aliud secundum Deum aliquando uideatur. Finito uero anno probationis, recipiatur ad obedientiam, promittentes vitam istam semper & Regulam obseruare. Et nullo modo licebit eis de ista Religione exire, iuxta mandatum Domini Papae; quia secundum sanctum Euangelium, Nemo mittens manum ad aratrum, & aspiciens retrò, aptus est Regno Dei. Et illi qui iam promiserunt obedientiam, habeant unam tunicam cum caputio, & aliam sine caputio, qui uoluerint habere. Et qui necessitate coguntur, possint portare calceamenta. Et Fratres omnes uestimentis vilibus induantur, & possint ea repetere de saccis & aliis peciis, cum benedictione Dei. Quos moneo, & exhortor ne despiciant, neque

Conditiones recipiendorum ad habitum.

Mat. 19. v. 21. Prohibetur Fratribus sollicitudo bonorum Nouitiorum.

Vestis Nouitiorum.

Professus retrocedere nequaquam poterit. Luca 9. v. 62.

Habitus Professorum.

Non despiciendi diuites.

Rodul. l. 1. Hist. Seraph.

iudicent homines, quos uiderint mollibus uestimentis & coloratis indutos, uti cibis & potibus delicatis; sed magis unusquisque iudicet & despiciat semetipsum.

De diuino Officio, & Ieiunio; & quomodo Fratres ire debeant per mundum.

CAPITVLVM III.

Officium Clericorum & Laicorum.

Ieiunia Minorum.

Math. 4. v. 2.

Quae in itineribus seruanda.

Luca 10. vers. 8.

Clerici faciant diuinum Officium secundum Ordinem sanctae Romanae Ecclesiae excepto Psalterio, ex quo habere poterunt Breuiaria. Laici uero dicant viginti quatuor Pater noster, pro Martino, pro Laudibus quinque, pro Prima, Tertia, Sexta, Nona, pro qualibet istarum, septem, pro Vesperis autem duodecim, pro Completorio septem, & orent pro Defunctis. Et ieiuent à Festo omnium Sanctorum vsque ad Natiuitatem Domini. Sanctam uero Quadragesimam, quae incipit ab Epiphania usque ad continuos quadraginta dies, quam Dominus suo sancto ieiunio consecrauit, qui uoluntariè eam ieiunant, benedicti sint à Domino; & qui nolunt, non sint astricti, sed aliam usque ad Resurrectionem Domini ieiuent. Aliis autem temporibus non teneantur nisi sexta Feria ieiunare. Tempore uero manifestae necessitatis non teneantur Fratres ieiunio corporali. Confulo uero, moneo, & exhortor Fratres meos in Domino Iesu Christo, ut quando uadunt per mundum, non litigent, neque contendant uerbis, nec alios iudicent; sed sint mites, pacifici, & modesti, mansueti, & humiles, honestè loquentes omnibus, sicut decet. Et non debeant equitare, nisi manifesta necessitate uel infirmitate cogantur. In quamcumque domum intrauerint, primum dicant: Pax huic domui. Et secundum sanctum Euangelium, de omnibus cibis, qui apponuntur eis, liceat manducare.

Quod Fratres non recipiant pecuniam.

CAPITVLVM IV.

Fugienda pecunia.

Prouidentum infirmis & sanis.

Præcipio firmiter Fratribus uniuersis, ut nullo modo denarios uel pecuniam recipiant, per se, uel per interpositam personam. Tamen pro necessitatibus infirmorum & aliis Fratribus induendis, per amicos spirituales Ministri tantum & Custodes sollicitam curam gerant, secundum loca, & tempora, & frigidam regionem, sicut necessitati uiderint expedire. Eo semper saluo, ut, sicut dictum est, denarios uel pecuniam non recipiant.

De modo laborandi.

CAPITVLVM V.

Laborandum sine praedicio Orationis.

Quid pro labore recipiendum.

Fratres illi, quibus gratiam dedit Dominus laborandi, laborent fideliter & deuotè; ita quod excluso otio animae inimico, sanctae Orationis & deuotionis spiritum non extinguant, cui debent cetera temporalia deseruire. De mercede uero laboris, pro se & suis Fratribus, corporis necessaria recipiant, praeter denarios uel pecuniam. Et hoc humiliter, sicut decet seruos Dei, & paupertatis sanctissimae sectatores.

Quod nihil sibi approprient Fratres, & de eleemosyna petenda, & de Fratribus infirmis.

CAPITVLVM VI.

Fratres nihil sibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem. Sed tamquam peregrini & aduenae in hoc saeculo, in paupertate & humilitate Domino famulantes, uadant pro eleemosyna confidenter. Nec oportet eos uerecundari, quia Dominus pro nobis se fecit pauperem in hoc mundo. Haec est illa celsitudo Altissimae paupertatis; quae uos charissimos Fratres meos heredes & Reges Regni caelorum instituit, pauperes rebus fecit, uirtutibus sublimauit. Haec sit portio uestra, quae perducit in terram uiuentium. Cui, dilectissimi Fratres, totaliter inherentes, nihil aliud pro nomine Domini nostri Iesu Christi in perpetuum sub caelo habere uelitis. Et ubicumque sunt, & se inuenerint Fratres, ostendant se domesticos inuicem inter se, & securè manifestet unus alteri necessitatem suam: quia si mater nutrit & diligit filium suum carnalem, quanto diligentius debet quis diligere & nutrire Fratrem suum spirituales? Et si quis eorum in infirmitatem ceciderit, alij Fratres debent ei seruire, sicut uellent sibi seruari.

Mendicandum humiliter & confidenter.

Excellentia paupertatis Minoritarum.

Murum ament Fratres.

De penitentia Fratribus peccantibus imponenda.

CAPITVLVM VII.

Si qui Fratrum instigante inimico, mortaliter peccauerint, pro illis peccatis, de quibus ordinatum fuerit inter Fratres, ut recurratur ad solos Ministros Prouinciales, teneantur praedicti Fratres ad eos recurrere, quam citius poterunt sine mora. Ipsi uero Ministri, si Presbyteri sunt, cum misericordia inungant illis penitentiam; si uero Presbyteri non sunt, inungi faciant per alios Sacerdotes Ordinis, sicut eis secundum Deum, melius uidebitur expedire. Et caere debent, ne irascantur & conturbentur propter peccatum alicuius: quia ira & conturbatio, in se & in aliis impediunt charitatem.

Recurrendum ad Ministros praefatis resecuatis.

Imponenda misericorditer peccantibus penitentia.

De electione generalis Ministris huius Fraternitatis, & de Capitulo Pentecostes.

CAPITVLVM VIII.

Uniuersi Fratres unum de Fratribus istius Religionis teneantur semper habere Generalem Ministrum & Seruum totius Fraternitatis, & ei teneantur firmiter obedire. Quo decedente, electio successoris fiat à Ministris Prouincialibus & Custodibus in Capitulo Pentecostes, in quo Prouinciales Ministri teneantur semper in simul conuenire, ubicumque à Generali Ministro fuerit constitutum. Et hoc semel in tribus annis, uel ad alium terminum maiorem uel minorem, sicut à praedicto Ministro fuerit ordinatum. Et si aliquo tempore appareret uniuersitati Ministrorum Prouincialium & Custodum praedictum Ministrum non esse sufficientem ad seruitium & communem utilitatem Fratrum, teneantur praedicti Fratres, quibus electio data est, in nomine Domini alium sibi eligere in Custodem. Post Capitulum uero Pentecostes Mi-

Quis in Generalem eligendus.

Quando, & a quibus.

Ineptus Ministerio deponendus.

Celebranda Capitula Prouincia- lia. nistri & Custodes possunt singuli, si voluerint, & eis expedire videbitur, eodem anno in suis Custodiis semel Fratres suos ad Capitulum conuocare.

De Predicatoribus.

CAPVT IX.

Prædicato- res cum be- neplacito Episcopi prædicent. Approbati à suis Super- ioribus. Qualiter prædican- dum sit. Fratres non prædicent in Episcopatu alicuius Episcopi, cum ab eo illis fuerit contradic- tum. Et nullus Fratrum populo penitus audeat prædicare, nisi à Ministro Generali huius Fraternitatis fuerit examinatus, & approbatus, & ab eo Offi- cium sibi Prædicationis concessum. Moneo quo- que & exhortor eosdem Fratres, vt in Prædica- tione; quam faciunt, sint examinata & casta eorum eloquia ad vtilitatem & ædificationem populi, annuntiando eis vitia & virtutes, pœ- nam & gloriam, cum breuitate firmis; quia verbum abbreviatum fecit Dominus super ter- ram.

De admonitione & correctione Fratrum.

CAPVT X.

Correctio Prælatorum qualis de- beat esse. Humiliter obediendum Prælati. Adiuuandi Fratres vt Regulam obseruent. Vitia Fra- tribus ca- uenda. Non curan- dum nimium de litteris. Fratres, qui sunt Ministri & Serui aliorum Fratrum, visitent & moneant Fratres suos, & humiliter & charitatiuè corrigant eos, non præcipientes eis aliquid quod sit contra animam suam, & Regulam nostram. Fratres verò, qui sunt subditi, recordentur quòd propter Deum abnegauerunt proprias voluntates. Vnde firmi- ter præcipio, vt obediunt suis Ministris, in om- nibus quæ promiserunt Domino obseruare, & non sunt contraria animæ suæ, & Regulæ nos- træ. Et vbi cumque sunt Fratres, qui scirent, & cognoscerent se non posse Regulam spiritualiter obseruare, ad suos Ministros debeant & possint recurrere. Ministri verò charitatiuè & benignè eos recipiant, & tantam familiaritatem habeant circa ipsos, vt dicere possint eis & facere sicut do- mini seruis suis. Nam a debet esse, quòd Mini- stri sint serui omnium Fratrum. Moneo verò & exhortor in Domino Iesu Christo, vt caueant Fratres ab omni superbia, vana gloria, inuidia, auaritia, cura & sollicitudine huius sæculi, de- tractione & murmuratione. Et non curent nes- cientes litteras; litteras discere, sed attendant quod super omnia desiderare debent, habere spi- ritum Domini, & sanctam eius operationem, orare semper ad eum puro corde, & habere hu- militatem & patientiam in persecutione & in in- firmitate, & diligere eos, qui nos persequuntur, reprehendunt, & arguunt; quia dicit Dominus: Diligite inimicos vestros, & orate pro persequen- tibus & calumniantibus vos. Beati qui persecu- tionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipso- rum est Regnum calorum. Qui autem persevera- uerit usque in finem, hic saluus erit.

Quòd Fratres non ingrediantur Monasteria Monacharum.

CAPVT XI.

Confortia mulierum vitanda. Præcipio firmiter Fratribus vniuersis ne ha- beant suspecta confortia vel consilia mulie- rum, & ne ingrediantur Monasteria Monacha-

rum, præter illos, quibus à Sedè Apostolica con- cessa est licentia specialis. Nec fiant compadres virorum vel mulierum, ne hac occasione inter Fratres vel de Fratribus scandalum oriatur.

De euntibus inter Sarracenos & alios infideles.

CAPVT XII.

Quicumque Fratrum diuina inspiratione vo- luerint ire inter Sarracenos, & alios infide- les, petant inde licentiam à suis Ministris Pro- uincialibus, Ministri verò nullis eundi licentiam tribuant, nisi eis, quos viderint esse idoneos ad mittendum. Ad hæc per obedientiam iniungo Ministris, vt petant à Domino Papa vnum de sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, qui sit Gubernator, Protector, & Corrector huius Fraternitatis, vt semper subditi & subjecti pedi- bus eiusdem sanctæ Ecclesiæ, stabiles in fide Ca- tholica, paupertatem, & humilitatem, & sanctum Euangelium Domini nostri Iesu Christi, quòd firmiter promissimus, obseruemus.

LAUDES SECUNDÆ REGVLÆ FRATRVM MINORVM A B. PATRE PROLATAE.

ARGUMENTVM.

Has pæcedentis Regula laudes præ ceteris nobis obtulere Pisanus libro primo Con- form. 9. partitione 6. in fine; Manuale Mino- rum, Aluar. Pelag. libro secundo de Planct. Eccl. art. 61. in princ. Rodolph. lib. 2. parti- tione 5. & 6. Firm. trium Ordin. tractat. 1. Sedul. lib. 2. Apolog. cap. 3. num. 6. & 7. com- munitèrque à Minoritis circumferuntur, & apud antiquos quosque passim inueniuntur, ita vt omnis dubitandi scrupulus circa auctorem facillimè tolli possit. Breues sunt, compendio- sa, & mysteriose satis.

Fratres mei, & filij charissimi, præclare no- biscum actum est in concessione huius Re- gulæ. Hæc enim, quæ nobis proponitur, liber vitæ, spes salutis, artha gloriæ, medulla Euan- gelij, via Crucis, status perfectionis, clauis pa- radisi, pactum æterni fœderis. Nemo vestrum est, qui ignoret quantum emolumenti conferat nobis sacra Religio, cum colluctator & aduersa- rius noster ad omnes dolos vel cogitandos vel explicandos mirus sit artifex, atque omnia quæ nocere possunt, pro laqueis habeat. Vnde quam- plures, nisi Religionis beneficio muniti essent, in summum discrimen adduxisset. Hanc ergo ve- stram Regulam scitote omnes, & in alleuacione tædij & memoria præstiti iuramenti, cum inte- riori homine de ea confabulamini, cum inten- tione eam adimplendi semper præ oculis porta- te; imò & cum ipsa debetis mori.

Non ingre- dienda Cœ- nobia Mo- nialium. Non fiant Fratres com- patres.

Idoneis concedenda licentia eundi in terras infi- delium.

Cardinalis petendus Protector. Ecclesiæ fir- missimè obediendū. Regula obs-eruanda.

Regula Mi- norum qui- bus enco- miis effe- ritur à Sera- phico Pa- triarcha.

Religio se- curum mu- nimen nu- rum habet præceptorū Euangelio- rum & ante- murale Christi con- siliiorum.

PRIMA REGVLA SANCTIMONIALIVM S. CLARÆ A BEATO FRANCISCO PRO EISDEM CONSCRIPTA. ARGVMENTVM.

Idem est huius Regula Argumentum, ea- dem materia, totidem capita, non dissimilia præcepta, simillima omnino verba, ac præce- dentia. Nec immeritò, vt quos idem genuit Pater, diuersa non discriminarent instituta. Eandem etiam, paucis mutatis, dedit femi- nis Regulam Augustinus Episc. 109. quam pro seruis Dei conscripserat, & habetur Tom. 1. in fine. Sed quosdam vidi, etiam ex nostris, qui dubitent de Auctore huius quam offerimus Regula, Franciscus ne sit, an alius. Inter hos non infirme nota est Rodolph. lib. 1. sue Hist. Seraph. fol. 132. qui ab Innocentio III. exa- ratam, & Sororibus traditam indicat. Cui, sui immemor, consentit Pisan. libro 1. Con- form. 8. part. 2. in Vita B. Clara, dicens: A Domino Innocentio III. Regulam pau- perum dominarum Clara petiit, & obti- nuit; cuius principium ipse Pontifex plo- rando ex deuotione conscripsit manu sua. Sed iam supra Conform. 6. & postea Con- form. 9. in princ. & in fine non semel sed mul- toties ait, asseneratque à Francisco scriptam, exaratam, & Sanctimonialibus ab eodem traditam anno 6. sue conuersionis. Idem tam- quam indubitatum supponit Firmam. trium Ord. 5. & ult. parte Tract. 1. fol. 2. col. 2. in in- dice eorum quæ continentur in dicta parte, ubi sic recenset: Prima Regula Sororum pauperum mendicantium sanctæ Claræ à B. Francisco edita, & ab Innocentio IV. confirmata. Idem ibidem col. 3. repetit in princip. Regula, & ad finem eiusdem fol. 28. col. 1. modum professionis Clarissarum primæ Regula apponit ita: Ego Soror N. voueo, & promitto Deo, B. Mariæ Virgini, &c. toto tempore vitæ meæ seruare formam vitæ Sororum pauperum sanctæ Claræ, per eundem B. Franciscum eidem sanctæ Claræ traditam, & per Dominum Inno- centium Papam IV. approbatam, viuen- do, &c. Idem clarè habet ipse Innoc. IV. in proæmio Bullæ confirmationis eiusdem Re- gula; quod & in titulo eidem Bullæ superpo- sito asserit Laërtius Cherubin. Tom. 1. sui Bull. constit. 12. sub Innoc. IV. Et pro omnibus eius- dem B. Clare testimonium sufficiat, quæ ex- presse in suo Testamento, quod ex vetusto memoriali extractum, inuenies apud Mar- cum Portuensem Episcopum 1. p. lib. 8. c. 35. Idem etiam sentiunt, doctus Pater Miran-

da in Expositione eiusdem Regula, 1. p. cap. 6. & 7. & 2. p. cap. 1. & communiter alij. Quare nullum video sufficiens dubitandi fundamentum. Regulam hanc strictissimè & ad unguem pleræque B. Clara sequaces in pluribus Cœnobiis per Europam disper- sa, regulariter obseruant, licet alia quam plura Monasteria, sub Clarissarum etiam nomine, laxiores obseruant Regulas; que- dam Innocentij IV. alia verbò Urbani etiam IV. Ex quo fit quod plures appellationem sortita ab Urbano summo Pontifice dicta sint Urbanista in principio, premonere ne- cessarium duximus, quadam à Cardinale Protettore, & Innocentio Papa, imò & ab ipsa Virgine Clara, interposita fuisse pro temporum ratione: aduertitque Firmam. in princ. eiusdem Regula. Cuius Originale authenticum sub confirmatione & Bulla plumbea in Conuentu Sanctimonialium Chamberiaci Prouincia sancti Bonauentu- re diligenter custodiri tradit Firmam. & alij.

REGVLA ET VITA

SORORVM PAUPERVM.

CAPITVLVM I.

IN nomine Domini. Amen. Incipit Regula & forma vitæ Ordinis Sororum pauperum, quæ quidem est sanctum Euangelium Domini nostri Iesu Christi obseruare, viuendo in obediencia, sine proprio, & in castitate. Clara indigna ancilla Christi promittit obedientiam & reuerentiam Domino Papæ Innocentio, ac successoribus eius canonicè intrantibus, & Ecclesiæ Ro- manæ. Et sicut in principio conuersionis suæ, vnà cum Sororibus suis, promissit obedientiam Fratri Francisco, ita eandem promittit inuolun- tate obseruare successoribus suis. Et alie So- rores teneantur semper successoribus Fratris Francisci & Sorori Claræ, & aliis Abbatissis canonicè electis ei succedentibus obedire.

CAPITVLVM II.

Qualiter recipi debeant.

SI qua, diuina inspiratione, venerit ad Sorores, nolens vitam istam accipere, Abbatissâ Sororum omnium consensum requirere, te- neatur. Et si maior pars consenserit, habita licentia Domini Cardinalis Protectoris, possit eam recipere. Et si recipendam viderit, diligenter examinet eam, vel examinari faciat de fide Catholica & Ecclesiasticis Sacramentis. Et si hæc omnia credat, & velit ea fideliter confiteri, & usque in finem firmiter obseruare, & virum non habeat, vel si habet, & iam Religionem intrauit aucto- ritate Diocesani Episcopi, voto continentia iam emissio, ætate autem longæua, vel infirmi- tate aliqua seu fatuitate ab huiusmodi obseruan- tia non impediende, diligenter exponat ei tenorem

Iustorum profunda humilitas, vt quinec seruorum Dei nomen mereri arbitretur.

Conditio- nes recipien- darum ad habitum.

rem huiusmodi vitæ. Et si idonea fuerit, dicatur ei verbum sancti Evangelij, quod vadat, & vendat omnia sua, & ea studeat pauperibus erogare. Quod si facere non poterit, sufficit ei bona voluntas. Et caueant Abbatisa & eius Sorores, ne sollicitæ sint de rebus suis temporalibus, vt liberè faciat de rebus suis, quidquid Dominus inspirauerit ei. Si tamen consilium requiratur, mittant eam ad aliquos discretos & Deum timentes, quorum consilio bona sua pauperibus erogentur. Postea capillis tonsis in rotundum, & deposito habitu seculari, concedant ei tres tunicas, & mantellum. Deinceps extra Monasterium, sine vili, manifesta, & probabili causa, eidem exire non liceat. Finito verò anno probationis, recipiatur ad obedientiam, promittens vitam & formam huius paupertatis in perpetuum obseruare. Nulla infra tempus probationis velctur, Mantella etiam possint Sorores habere pro alleviatione & honestate seruitij & laboris. Abbatisa verò de vestimentis discretè eis provideat secundum qualitates personarum, & loca, & tempora, & frigiditas regiones, sicut necessitati viderit expedire. Iuencula, in Monasterio recepta infra tempus ætatis legitima, tondeantur in rotundum, & deposito habitu seculari, induantur panno religioso, sicut visum fuerit Abbatisæ. Cum verò ad ætatem legitimam peruenerint, induta iuxta formam aliarum, faciant professionem suam; & tam ipsis, quam aliis Nouitiis Abbatisa sollicitè Magistram provideat de discretioribus totius Monasterij, quæ in sancta conuersatione & honestis moribus, iuxta formam professionis Sororum, eas diligenter informet. In examinatione & receptione Sororum seruientium extra Monasterium, seruetur forma prædicta; quæ possunt portare calceamenta. Nulla cum Sororibus residentiam faciat in Monasterio, nisi recepta fuerit secundum formam huius professionis. Et amore sanctissimi & dilectissimi pueri Iesu pauperibus pannis inuoluti, in præsepio reclinati, & sanctissimæ Matris eius, monico, deprecor, & exhortor Sorores meas, vt vestimentis semper vilibus induantur.

CAPITVLVM III.

De diuino Officio, & Ieiunio, & quoties communicent.

Modus recitandi Officium diuinum.

Sorores litteraræ faciant diuinum Officium secundum consuetudinem Fratrum Minorum, ex quo potuerint habere Breuiaria, legendo sine cantu. Et quæ occasione rationabili non possint aliquando legendo dicere Horas suas, liceat eis, sicut aliæ Sorores recitant, dicere *Pater noster*. Quæ verò litteras nesciant, dicant viginti quatuor *Pater noster* pro Matutino, pro Laudibus quinque; pro Prima verò, Tertia, Sexta, Nona, pro qualibet istarum septem, pro Vesperis autem duodecim, pro Completorio septem. Pro Defunctis dicant etiam in Vesperis septem *Pater noster* & *Requiem æternam*, pro Matutino duodecim. Sorores litteraræ teneantur dicere officium Defunctorum. Quando verò aliqua ex Sororibus migrauerit, dicant quinquaginta *Pater noster*. Omni tempore Sorores ieiunent, in Natiuitate Domini, quacumque die venerit, bis refici possint. Cum adolescentibus debilibus, & seruientibus extra Monasterium, sicut

Orandum pro Defunctis.

Semper ieiunandum.

videbitur Abbatisæ, possit misericorditer dispensari. Tempore verò manifestæ necessitatis non teneantur Sorores ieiunio corporali. Duodecim vicibus, ad minus, de Abbatisæ licentia consistantur in anno. Et cauere debent, ne alia verba tunc inferant, nisi quæ ad Confessionem, & salutem pertinent animarum. Sex vicibus communicent, videlicet in Natiuitate Domini, in quinta Fera Maioris hebdomadæ, in Resurrectione Domini, in Pentecoste, in Assumptione beatæ Virginis, & in Festo omnium Sanctorum. Pro communicandis infirmis Sororibus, Cappellanus inuas liceat intrare.

CAPIT. IV.

De electione Abbatisæ.

IN electione Abbatisæ teneantur formam canonicam obseruare. Procurent ipsæ habere Generalem Ministrum, vel Prouincialem Ordinis Fratrum Minorum, qui verbo Dei eas informet ad omnimodam concordiam, communem utilitatem in electione faciendâ; & nulla eligatur nisi Professa. Et si non professa eligeretur, vel aliter daretur, ei non obediant, nisi primò profiteatur formam huius paupertatis. Qua decedente, electio alterius fiat Abbatisæ. Et si aliquo tempore appareret vniuersitati Sororum, prædictam non esse sufficientem ad seruitium, & communem utilitatem ipsarum, teneantur prædictæ Sorores iuxta formam prædictam, quàm citius poterunt, aliam sibi in Abbatisam & matrem eligere. Electa verò cogitet quale onus in se suscepit, & cui redditura est rationem de grege sibi commisso. Studeat etiam aliis magis præesse virtutibus, & sanctis moribus, quàm ex officio; vt eius exemplo prouocata Sorores, potius ex amore obediant, quàm timore. De priuatis amoribus caueat, ne dum in parte plus diligit, in toto scandalum generet. Consoletur afflictas. Sit etiam vltimum refugium tribulatis, ne si apud eam remedia defuerint sanitarum, desperationis morbus præualeat in infirmis. Communiter seruet in omnibus, præcipuè autem in Ecclesia, Dormitorio, Refectorio, Infirmeria, & vestimentis. Quod simili modo seruare eius Vicaria teneatur. Semel in hebdomada, ad minus, Abbatisa Sorores suas teneatur ad Capitulum conuocare. Vbi tam ipsa quàm Sorores de omnibus & publicis offensis & negligentis debeant humiliter confiteri. Et quæ tractanda sunt pro utilitate & honestate Monasterij, ibidem conferat cum omnibus Sororibus. Sæpè enim Dominus, quod melius est minori reuelat. Nullum debitum graue fiat, nisi de communi consensu Sororum, & manifesta necessitate, & hoc per procuratorem. Caueat autem Abbatisa cum Sororibus suis, ne depositum aliquod recipiat in Monasterio; sæpè enim de his turbationes & scandala oriuntur. Ad conseruandam autem vnitatem mutua dilectionis & pacis, de communi consensu omnium Sororum omnes Officiales Monasterij eligantur. Et eodem modo octo ad minus Sorores de discretioribus eligantur, quarum in his quæ forma vitæ Sororum requirit, Abbatisa semper vti consilio teneatur. Possint etiam Sorores & debeant, si eis utile & expediens videatur, Officiales & Discretas aliquando remouere, & alias loco ipsarum eligere.

Quotiescò fitendum.

Professa canonicè eligatur in Abbatisam

Insufficiens deponenda,

Electæ quæ cogitanda & faciendæ,

Conuocandum ac Capitula.

Non contra henda debita.

Non admittenda deposita.

Officiales & Discretæ eligendæ.

CAPVT V.

De silentio & modo loquendi ad Locutorium & ad Cratem.

Tempus & loca silentij.

AB hora Completorii vsque ad tertiam Sorores silentium teneant, exceptis seruientibus extra Monasterium. Sileant etiam continuè in Ecclesia, Dormitorio, & in Refectorio tantum dum comedunt, præterquam in infirmeria, in qua pro recreatione & seruitio infirmarum loqui discretè semper Sororibus liceat. Possint etiam semper & vbique breuiter submissa voce, quod necesse fuerit, insinuare. Non liceat Sororibus loqui ad Locutorium vel ad Cratem sine licentia Abbatisæ, vel eius Vicariæ. Et licentiatæ ad Locutorium loqui non audeant, nisi præsentibus & audientibus duabus Sororibus. Ad Cratem verò non præsumant accedere, nisi præsentibus, ad minus, tribus per Abbatisam vel eius Vicariam assignatis, de illis Discretis, quæ sunt electæ ab omnibus Sororibus pro consilio Abbatisæ. Hanc formam loquendi teneantur, pro posse, Abbatisa & eius Vicaria obseruare. Et hoc de Crate ratissimè. Ad portam verò nullatenus fiat. Ad Cratem verò pannus interiùs apponatur, qui non remoueat, nisi cum proponitur verbum Dei, vel aliqua alicui loquatur. Habeant etiam ostium ligneum diuersis vel duabus seris ferreis, valuis & vectibus optimè conjunctum, vt nocte maximè duabus clauibus obseruetur, quarum vnâ habeat Abbatisa, aliam verò Sacrista. Et maneat semper obseruatum, nisi cum auditur diuinum Officium, & pro causis superiùs memoratis. Nulla ante solis ortum, vel post solis occasum loqui ad Cratem vllatenus debeat. Ad Locutorium verò semper pannus, qui non remoueat, in erius maneat. In Quadragesima sancti Martini, & Quadragesima maioris, nulla loquatur ad Locutorium, nisi Sacerdoti, causa confessionis, vel alterius manifestæ necessitatis, quod reseruetur in prudentia Abbatisæ, vel eius Vicariæ.

Quando, & qualiter ad Cratem loquendum.

Modus vel custodia Cratis.

Arcta & perpetua paupertas.

Laborandum fideliter.

CAPVT VI.

Qualiter Sorores non recipiant possessionem aliquam vel proprietatem, per se, vel per interpositam personam.

Abbatisa, cum omnibus Sororibus, sollicitæ sint sanctam paupertatem, quam Domino Deo promiserunt, custodire, & eandem teneantur Abbatisæ futuræ, & Sorores omnes vsque in finem inuiolabiliter obseruare; videlicet in non recipiendo, seu habendo possessionem vel proprietatem, per se, nec per interpositam personam, seu etiam aliquid quod rationabiliter proprietatis dici potest; nisi quantum terra, pro honestate & renouatione Monasterij, necessitas requirit. Et illa terra non laboretur, nisi pro horto ad necessitatem ipsarum.

CAPVT VII.

De modo laborandi.

Sorores, quibus dedit Dominus gratiam laborandi, post horam tertiam laborent de laboritio, quod pertinet ad honestatem, & com-

munem utilitatem, fideliter, & deuotè; ita quòd excluso otio animæ inimico, sanctæ orationis & deuotionis spiritum non extinguant, cui debent cetera temporalia deferuire. Et id quod manibus suis operantur, assignare in Capitulo Abbatisæ vel eius Vicariæ coram omnibus teneantur. Item fiat de elemosyna aliqua missa pro Sororum necessitatibus ab aliquibus, vt in communi pro eisdem recommendatio fiat. Et hæc omnia pro communi utilitate distribuantur per Abbatisam, vel eius Vicariam, de consilio Discretarum.

Abbatisa de laboritio di sponat.

CAPVT VIII.

Qualiter Sorores nihil sibi approprient, & de infirmis Sororibus.

Sorores nihil approprient sibi, nec domum, nec locum, nec aliquam rem, sed tamquam peregrinæ & aduenæ in hoc sæculo, in paupertate & humilitate Domino famulantes, mittant pro elemosyna confidenter. Nec oportet eas verecundari, quia Dominus, pro nobis se fecit pauperem in hoc mundo. Hæc est illa celsitudo altissimæ paupertatis, quæ vos charissimas Sorores meas heredes & Reginas Regni cælorum instituit, pauperes rebus fecit, virtutibus sublimauit. Hæc sit portio vestra, quæ perducit in terram viuentium. Cui, dilectissimæ Sorores, totaliter inhærentes, nihil aliud pro nomine Domini Iesu-Christi in perpetuum sub cælo habere velitis, Non liceat alicui Sorori litteras mittere, vel aliquid recipere, aut extra Monasterium dare sine licentia Abbatisæ. Nec quidquam liceat habere, quod Abbatisa non dederit aut permisit. Et si à parentibus suis vel ab aliis aliquid mitteretur, Abbatisa faciat illi dari, ipsa autem, si indigeat, vti possit. Sin autem, Sorori indigenti charitè iuè communicet. Si verò aliqua pecunia transmissa fuerit, Abbatisa de consilio Discretarum in illis, quorum indigeat, illi faciat prouideri.

Nihil proprium reputent.

Paupertat altissima.

Nihil emittendum, dandum, recipiendum sine licentia Abbatisæ.

Seruiendum & provideandum infirmis.

Quomodo cubandum.

Fugiendæ colloquia intrantium.



De penitentia Sororibus imponenda.

**SI** quæ Sororum contra formam Professionis **S**nostræ mortaliter, inimico instigante, peccaverit, p<sup>r</sup> Abbatissam, vel alias Sorores aut teradimonita, si non se emendauerit; quot diebus contumax fuerit, in terra panem & aquam coram Sororibus omnibus in Refertorio comedat, & grauiori pœnæ subiaceat, si visum fuerit Abbatissæ. Interim dum contumax fuerit, oretur vt Dominus ad pœnitentiam cor illius illuminet. Abbatissa verò, & eius Sorores cauere debent ne irascantur propter peccatum alicuius: quia ira & conturbatio in se & in aliis impediunt charitatem. Si contigerit, quod absit, inter Sororem & Sororem verbo vel signo occasionem turbationis vel scandali aliquando suboriri; quæ turbationis causam dederit, statim antequam offerat munus orationis suæ coram Deo, non solum humiliter prosternet se ad pedes alterius, veniam petens, verum etiam suppliciter roget, vt pro se intercedat ad Dominum, quod sibi indulgeat. Illi verò memor illius verbi Domini, Nisi ex corde dimiseritis, nec Pater cælestis dimittet vobis, liberaliter sorori suæ omnem iniuriam sibi illatam dimittat. Sorores seruietes extra Monasterium longam moram non faciant, nisi causa manifestæ necessitatis requirat. Et honestè debeant ambulare, & parum loqui, vt ædificari valeant semper intuentes. Et firmiter caueant ne habeant suspecta consortia vel consilia aliquorum; ne fiant commatres virorum aut mulierum, ne hac occasione murmuratio vel turbatio oriatur. Nec præsumant rumores de sæculo referre in Monasterio: & firmiter teneantur, de his quæ intus dicuntur vel aguntur, extra Monasterium aliquid non referre, quod possit aliquod scandalum generare. Et si aliqua simpliciter in his duobus offenderit, sit in prudentia Abbatissæ misericorditer sibi pœnitentiam iniungere. Si autem ex consuetudine vitiosa laberetur, iuxta qualitatem culpæ, Abbatissa de consilio Discretarum illi pœnitentiam iniungat.

Peccantes corrigenda.

Rixantes reconcilianda.

Math. 6. vers. 15.

Liberaliter dimittenda offendere.

Seruientibus extra Monasterium quæ obseruanda.

CAPIT. X.

De visitatione Sororum ab Abbatissa.

**Abbatissa** moneat & visitet Sorores suas, & humiliter & charitatiuè corrigat eas, non præcipiens eis aliquid quod sit contra animam suam, & huius Professionis formam. Sorores verò subjectæ recordentur, quod propter Deum abnegauerunt proprias voluntates. Vnde firmiter suis Abbatissis obedire teneantur in omnibus quæ obseruare promiserunt, & non sunt animæ contraria, & suæ professioni. Abbatissæ verò tantam familiaritatem habeant circa ipsas, vt dicere possint eis & facere sicut dominæ ancillis suis. Nam ita debet esse, quod Abbatissa sit omnium Sororum ancilla. Moneo verò & exhortor in Domino Iesu-Christo, vt caueant Sorores ab omni superbia, vana gloria, inuidia, auaritia, cura & sollicitudine huius sæculi, detractione & murmuratione, dissensione & diuisione. Sint verò sollicitæ semper ad inuicem seruare mutæ dilectionis vnitatem, quæ est vin-

Abbatissæ charitatiuè corrigant

Subditæ humiliter obediunt.

Abbatissa erga eas ostendat se familiarem.

De quibus cauendum Sororibus.

culum perfectionis. Et nescientes litteras, non curent litteras discere, sed attendant quod super omnia desiderare debent habere spiritum Domini, & sanctam eius operationem, orare semper ad eum puro corde, & habere humilitatem, & patientiam in tribulatione & infirmitate, & diligere eos qui nos reprehendunt & arguunt; quia dicit Dominus: *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum celorum: qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.*

Ad Coloss. 3. vers. 14.

Math. 5. vers. 10. Ibidem 6. 10. vers. 22.

CAPIT. XI.

De Ostiaria.

**O**stiaria sit matura moribus, & discretæ, sitque conuenientis ætatis, quæ ibidem in cella aperta sine ostio in die resideat. Sit ei & aliqua focia idonea assignata, quæ cum necesse fuerit, vicem eius in omnibus exequatur. Sit autem ostium duabus feris, & diuersis ferreis valuis & vectibus optimè coniunctum, & in nocte maxime d. abus clauibus obseretur, quarum vnâ habeat Portaria, aliâque Abbatissa. In die sine custodia minimè dimittatur, & vna clauē firmiter obseretur. Caueant autem studiosissimè, & procurent ne vnquam ostium sit apertum, vbi minùs fieri poterit congruenter. Nec omnino aperiat alicui intrare volenti, nisi concessum fuerit à summo Pontifice, vel à Domino Cardinali. Nec ante solis ortum Monasterium ingredi liceat, nec post solis occasum Sorores intus aliquem non remanere permittant, nisi exigente manifesta rationabili & inuitabili causa. Si pro benedictione Abbatissæ, vel pro aliqua in Monasterium consecranda, vel alio etiam modo concessum fuerit Episcopo alicui Missam interius celebrare, quàm paucioribus & honestioribus poterit, sit contentus sociis & ministris. Cum autem intra Monasterium, ad opus faciendum, necesse fuerit aliquos introire, statuat tunc Abbatissa sollicitè personam conuenientem ad portam, quatenus illis, & non aliis, ad opus deputatis aperiat. Caueant studiosè omnes Sorores ne tunc ab ingredientibus videantur.

Leges Ostiariæ.

Qui intra Monasterium admittendi.

CAPIT. XII.

De visitatione.

**V**isitor Sororum semper sit de Ordine Fratrum Minorum secundum voluntatem & mandatum Domini Cardinalis. Et sit talis, de cuius honestate & moribus plena notitia habeatur. Cuius officium erit, tam in capite quàm in membris corrigere excessus commissos contra formam professionis. Qui stans in publico loco, vt videri ab aliis possit, cum pluribus & singulis loqui liceat, quæ ad officium visitationis pertinent, secundum quod melius viderit expedire. Cappellanum etiam cum vno socio Clerico bonæ famæ, discretionis prouidæ, & duos Fratres laicos sanctæ conuersationis & honestatis amatores, in subsidium paupertatis, sicut hæctenus ab Ordine Minorum misericorditer habuerunt, ab eodem Ordine postulent. Nec liceat Cappellano sine socio Monasterium ingredi. Et intrantes in loco sint publico, vt se possint alterutrum, & ab aliis intueri.

Leges Visitoris & Cappellani.

Pro

Quando Pro confessione infirmarum quæ ad Locutorium ire non possunt, pro communicandis eisdem, & pro extrema Vnctione, & pro animæ recommendatione, liceat eisdem introire. Pro exequiis verò, & Missarum solemnibus Defunctorum, vel ad fodendam vel aperiendam sepulturam, seu etiam coaptandam, possint sufficiens idoneæ personæ Abbatissæ prouidentia introire. Ad hæc Sorores teneantur semper habere illud de sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus pro Gubernatore, Protectore, & Correctore, qui fuerit à Domino Papa Fratribus Minoribus deputatus, vt semper subditæ & subiectæ pedibus eiusdem sanctæ Ecclesiæ, stabiles in fide Catholica, paupertatem & humilitatem Domini nostri Iesu Christi, & eius sanctissimæ Matris, in perpetuum obseruemus.

In Protectorem sumendus Cardinalis.

REGVLA TERTIARIORVM SIVE FRATRVM DE POENITENTIA ARGVMENTVM.

**A**d initium huius libri, admonui tres Ordines instituisse B. Franciscum, & unicuique suas præscripsisse viuendi normas. Qui tertiam profitentur, à numero vel ordine eius, & relatione ad alios duos, Tertiarij communiter dicuntur. A. D. Antonino, tertia parte, Histor. titul. 3. cap. 2. in princip. Pinzogori, ab aliis Pinzochori & Mantellati vocantur. Propriato & honesto imposito nomine (sub quo Ordo à Nicolao IV. & aliis Pontificibus fuit approbatus, & quo eos vocari iussit Clem. VII. Ad vberes fructus) ob ipso D. Francisco institutore æquius & rectius appellantur Fratres vel Sorores de pœnitentia. Quam dum calesi fernore, & cumulato fructu in multis Italia locis beatus hic Legislator noster predicaret, sed præcipuè in oppido Canary, quod in Vmbria in Valle Spoletana perquatuar milia passuum ab Assisio distat, oppidani omnes, & ex aliis pagis & ciuitatibus turmatim ad virum Dei, eius predicationis igne succensi, vndique confluebant, nullo pauore suspensi, nulla cura distracti, & se nouis pœnitentia legibus vincire velle significabant. Qui ne imbecilles mulieres, & periculis facile expositas, consortium presidio orbaret, nec homines vxorum licita & optata societate priuaret, & loca vrbesque penitus depopulari videretur, nec hos in Religiosorum sodalitiu recipere, nec illas infra Sanctimonialium claustra recludere, consultum indicauit. Vnde commune vtrisque hoc Institutum præscripsit ad 14. suæ plena conuersionis annum, & virginæ partus 1221. in quo vtriusque sexus omne genus, tam secularium quàm Ecclesiasticorum, facillimè, & sub suauitudo, sub propriis tectis, propria gaudens hereditate, Deo inseruiret, Ordinem suis sta-

tutis firmanit, legibus muniuit, & propria Regula corroborauit. Sunt verò qui contrarium putent, & omnino negent Regulam concinnatam Tertiariis dedisse, & hæc quæ sequitur eius esse, sed Nicolai IV. (non Tertij, vt habet Sedulius in principio Adnotationum ad Vitam Diuæ Elisabethæ) licet Eranciscus eis quadam præscripsisset statuta. Inter hos sunt non ignoti nominis Alphonsus de Casarubios Collector, Compend. verbo Fratres Tertiarij; num. 24. §. Insuper circa Tertiarios, Miranda & Carrillo illum secuti ad initium suarum Expositionum in hanc Regulam, denuò Miran. Tomo primo sui Manual. questio. 36. artic. 1. Roderic. Tom. 3. 22. Reg. quest. 72. artic. 1. Sedulius citatus ex Gonzaga, cum aliis. Ego verò hanc ab eo editam, & inter eius genuina Opera referendam putari, innixus non infirmo testimonio Hieronymi à Serbo, qui in suis Adnot. ad præfatum locum Compendij, ita ait: Quoad hanc materiam Tertiariorum est primò notandum, quod eorum duæ reperiuntur Regulæ: vna facta à Seraphico Patre Francisco, à Nicolao IV. approbata, & altera Leonis X. pro iis Tertiariis, qui Regularem profitentur vitam in Monasteriis, & Bernardi de Busto par. 2. Rosar. Serm. 26. part. 1. Serm. §. Quoad primum; vbi pro conclusione, loquens de hac Regula, ita statuit: Dico quod huius Regulæ inuatores non fuerunt Fratres Minores, non aliquis Episcopus, non Doctor, non Congregatio aliqua; sed Seraphicus Franciscus, Spiritu sancto prædocente, eam instituit. Petrus Rodolph. lib. 2. fol. mihi 152. pagin. 1. titulo Tertiarij, eos sub Regula B. Francisci militare asserit. Eamdem confecisse, tenet noster Ioannes Pineda 3. part. suæ Monarch. Eccles. lib. 22. cap. 20. §. 9. Ioan. à Capistrano sapius in Defensorio tertij Ordinis; Ioannes Amicus in Dedicatoria eiusdem Defensorij; Raph. Volat. l. 21. suæ Antrop. c. 6. Codex quidam M. S. de Rebus Hisp. Biblioth. Conuentus. S. Franc. Assis. Dionys. Caribus. in Exposit ad eamdem in Prologo, & alibi; Anton. de Sillis l. de Orig. & prouectu tertij Ord. per multa loca; imò & Miranda in Exposit. eiusdem Regula ca. 5. quàm sapissime, c. 9. in princ. & in Forma Professionis, quam ibidem assignat, pluribusque aliis in locis, à Francisco datam hanc Regulam, & à Nicolao approbatam asserit, parum conformiter ad ea que in locis superius citatis dixit. Plures sunt mihi huius rei testes, quibus modo superscedeo, sola contentus comprobatione Firmam. trium Ordinum, in cuius 5. par. tract. 2. fol. mihi 4. col. 3. hæc habetur forma Professionis Tertiariarum.

D

*riorum* : Ego Frater N. vel Soror N. voueo, &c. seruare mandata Dei toto tempore vitæ meæ, & satisfacere, vt conuenit, transgressionibus contra Regulam & viuendi modum tertij Ordinis de pœnitentia institutam per B. Franciscum, & per Dom. Nicolaum IV. confirmatam, &c. Eademque profitendi forma ibidem subnectitur idioma Gallico his verbis: Je Frere N. ou Sœur N. promets & vouë à Dieu, &c. de garder tous les commandemens de Dieu, tout le temps de ma vie, & de satisfaire, comme sera conuenable, des transgressions que j'auray commis contre cette Reigle & maniere de viure, de l'Ordre des Penitens, instituée par S. François, & confirmée par le Seigneur Pape Nicolas, &c. *Vbi in ipsa Professionis solemnitate quis fateatur B. Franciscum auctorem esse Regula quam profitetur, approbatorem vel confirmatorem tantum Nicolaum, imò & expresse hoc habet Leo X. in Constitutione vel Bulla Inter cetera, pro Tertiarijs in congregatione viuentibus; & pluries ait illam à Francisco editam, & à Nicolao confirmatam & approbatam. quod & asserit Laert. Cherub. ad Const. 2. Nicolai IV. & 41. Leonis X. Idem ceteris clariùs sapiùs affirmat Clem. 7. Const. Ad vberes fructus. Facile tamen crediderim, Nicolaum quædam ex suis inseruisse, aliquidve pro temporis & ipsius Ordinis ratione immutasse, quorum virumque ipse Nicolaus insinuauit non obscure in Bulla Vnigenitus, quam refert Sillin præcitatus Tom. 2. pag. 7.*

*Magna sunt huius Ordinis priuilegia & indulta, egregia encomia, innumeri Sancti & Sanctæ, quorum multi Diuorum albo sunt adscripti. Horum Vitas habes partim apud Sedul. in sua Hist. Scraph. partim in Chronicis Minorum, & apud supra citatos Auctores. Regula argumentum hoc vno comprehenditur, vt eius professores sanctè & Catholice vitam componant, Dei præcepta aliâque leniuscula obseruent. Sub ea, hac nostra ætate plurimi militant Principes, Cardinales & Prelati, ita vt solum in Carpentana Hispania Mantua, seu Madritq, Curia regis Catholici, sexagesimum excedant numerum Domini titulares & magni Principes sub hoc Instituto degentes. De eo plura prædixit Abbas Ioachimus; & magni scripserunt Auctores. Regulam hanc nobis obtulere Firmam. citatum, Speculum Minorum Rothomagi impressum anno 1509. apud Martinum Morin. fol. mihi 53. pag. 2 & seq. Laert. Cherub. Tomo primo sui Bullarij sub Nicolai IV. Const. 2. Codex quidam Ms. Bibliotheca Fratrum Minorum Conuentualium Assisiatum, Sorbo ad finem Compendij, & plures eius Expositores.*

IN NOMINE DOMINI,  
A M E N.De modo examinandi volentes intrare  
Ordinem.

## CAPITULUM I.

**S**I qui voluerint hanc vitam obseruare, & illos ad eam obseruandam assumi contigerit, ante assumptionem seu receptionem ipsorum de fide Catholica, & obedientia erga præfatam Ecclesiam, diligenti examinationi subdantur. Et si eas professi firmiter fuerint, verèque crediderint, admitti, seu recipi tutè poterunt ad eandem. Præcauendum est tamen sollicitè, ne quis hæreticus, vel suspectus de hæresi, aut etiam infamatus, ad vitæ obseruationem istius quomodolibet admittatur. Et si talem inueniri contigerit exiitisse receptum, assignetur ille quantocyùs Inquisitoribus prauitatis hæreticæ puniendus.

De forma recipiendi volentes intrare  
Ordinem.

## CAPIT. II.

**C**um autem Fratritatem huiusmodi quis intrare voluerit, Ministri, ad receptionem talium deputati, eius officium, statum, & conditionem solerter explorent, sibi Fratritatis eiusdem onera, præcipuè alienorum restitutionem, apertius exponentes. Quibus præmissis, si eidem placuerit, iuxta modum huiusmodi induatur; & de alienis, si qua fuerint apud eum, satisfacere studeat in pecunia numerata, vel secundùm exhibitam pignoris cautionem, seque nihilominus proximis reconciliare procuret. Quibus omnibus ad effectum perductis, post vnus anni spatium, cum aliquorum discretorum Fratrum consilio, si is videbitur ipsis idoneus, recipiatur hoc modo: videlicet vt promittat se diuina præcepta omnia seruaturum, ac etiam satisfacturum, vt conuenit, de transgressionibus, quas contra hunc viuendi modum commiserit; cum interpellatus ad Visitatoris extiterit voluntatem. Et huiusmodi ab eo facta promissio per manum publicam in scriptis inibi redigatur. Alio autem modo nullus à Ministris recipiatur eisdem, nisi visum eis aliter fuerit, conditione personæ, ac ipsius instantia, sollicita consideratione discussis. Ordinamus præterea statuentes, vt nullus post ipsius Fratritatis ingressum, eandem egredi valeat ad sæculum reuersurus. Possit tamen habere liberum transitum ad Religionem aliam approbatam. Mulieribus verò viros habentibus, nisi de ipsorum licentia & consensu, non pateat ad consortium dictæ Fratritatis ingressus.

Examinandi sollicitè de fide qui ad hoc Societium accedant

Alia in receptione obseruanda

Quid profitentur Tertiarij.

Egredi ab hac Societate non licet ad sæculum.

## CAPIT. III.

## De forma habitus, &amp; qualitate indumentorum.

**F**ratres insuper ipsius Fratritatis de humili panno in pretio, & colore non profus albo vel nigro communiter vestiuntur: nisi fuerit ad tempus in pretio, per Visitatores, de consilio Ministrorum, ob causam legitimam & apertam cum aliquo dispensatum. Chlamydes quoque ac pelles absque scolatura scissas, vel integras, affibulatas tamen, non patulas, vt congruit honestati, clausasque manicas Fratres habeant supradicti. Sorores etiam Chlamyde induantur & tunica de huiusmodi humili panno factis, vel saltem cum chlamyde habeant guarnellum seu placentinum coloris albi vel nigri, aut paludellum amplum de canabo siue lino absque vlla crispatura confutum. Circa humilitatem verò panni, & pellitiones Sororum ipsarum iuxta conditionem cuiuslibet earumdem ac loci consuetudinem poterit dispensari. Bindis & ligaturis sericis non vtantur, pelles dumtaxat agninas, burfas de corio, & corigas simpliciter absque serico villo factas, & non alias tam Fratres habeant quam Sorores, depositis ceteris, iuxta beati Petri Apostolorum Principis salubre consilium, vanis huius sæculi ornamentis.

Honestas non curiosas debere esse vestes Tertiariorum.

1. Petr. 3. vers. 3.

## CAPIT. IV.

## Quòd non vadant ad inhonesta conuiuia, &amp; spectacula, &amp; quòd histrionibus non dent.

**S**it eis ad inhonesta conuiuia, vel spectacula, siue curias seu choreas, accessus penitus interdictus. Histrionibus, seu vanitatis intuitu nihil dent. Et ne quidquam illis donetur à propria familia, prohibere procurent.

## De abstinentia &amp; ieiunio.

## CAPIT. V.

**A**B esu autem carniùm, secunda, quarta, & sexta FERIA, dieque Sablati abstineant vniuersi, nisi aliud infirmitatis vel debilitatis instantia suaderet. Minutis verò per triduum carnes dentur; nec subtrahantur in itinere constitutis. Sit quoque ipsarum comestio licita singulis, cum solemnitate præcipuam interuenire contigerit in qua ceteri Christiani ab antiquo epulis carnis vesci solent. Aliis autem diebus, in quibus ieiunium non seruant, oua & caseus non negentur, sed cum Religiosis ceteris in eorum Conuentualibus domibus, licite sumere valeant de appositis ab eisdem, sintque prandij cœnæque refectione contenti, exceptis languidis, & viatoribus, ac infirmis. Sit sanis cibus moderatus & potus, cum textus Evangelicus habeat: Attendite ne corda vestra crapula & ebrietate grauentur. Prandium autem, vel cœna, non nisi præmissa semel Dominica oratione sumatur, post summationem cuiuslibet cum Deo gratias iteranda. Quòd si omitti contigerit, dicatur tribus vicibus *Pater noster*, Qualibet verò sexta FERIA totius anni ieiunium celebrent, nisi forte infirmitate aut alia causa le-

Quando à carne abstinentium.

Minuti, id est, phlebotomiam adhibentes.

Quæ circa alia abstinentia.

Luca 21. vers. 34.

Quibus diebus ieiunandum.

gitima excusentur, vel nisi festum Natalis Domini FERIA ipsa occurreret obseruandum. Sed à festo omnium Sanctorum vsque ad Pascha quarta & sexta FERIA ieiunabunt, alia quæ ab Ecclesia sunt statuta vel ordinata, ex causa communiter indicta ieiunia seruaturi: In Quadragesimâ verò B. Martini vsque ad diem Natiuitatis Domini, & à Dominica Quinquagesimæ vsque ad Pascha, diebus singulis; exceptis Dominicis; ieiunare procurent; nisi aliud fortassis infirmitas, vel necessitas alia suaderet. Sorores grauidæ, vsque ad suæ purificationis diem, ab exercitatione qualibet corporali, orationibus dumtaxat exceptis, poterunt, si voluerint, abstinere. Laborantes autem, propter fatigationis afficientis instantiam, à Dominica Resurrectionis festo vsque ad festiuitatem B. Michaëlis prædicti, ter in die, qua exercitio laboris incumbunt; licite sumere cibum possunt. Cum verò illos contigerit aliorum imminere laboribus, de cunctis appositis die quolibet sumere licebit eisdem, nisi sexta FERIA, vel dies sit alia in qua generaliter ab Ecclesia ieiunium noscitur institutum.

## Quoties debent confiteri per annum &amp; sumere corpus Christi.

## CAPIT. VI.

**S**inguli autem Fratrum & Sororum ter in anno, videlicet in Natali Domini, in Resurrectionis ipsius & Pentecostes festiuitatibus, peccata propria confiteri, & Eucharistiam deuote suscipere non postponant, reconciliando se proximis, & restituendo etiam aliena.

## Quòd non ferant arma impugnationis.

## CAPIT. VII.

**I**mpugnationis arma secum Fratres non deferant, nisi pro defensione Romanæ Ecclesiæ, Christianæ fidei, vel etiam terræ ipsorum, aut de suorum licentia Ministrorum.

## De dicendis Horis Canonicis.

## CAPIT. VIII.

**D**icant vniuersi quotidie septem Horas Canonicas, videlicet Matutinum, Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Vesperas, & Completorium; Clerici, videlicet scientes Psalterium, pro Prima, *Deus in nomine tuo*, &c. *Beati immaculati*, vsque ad *Legem, Gloria Patri* dicant, Cum verò ad Ecclesiam non accedent, pro Matutino Psalmos dicere studeant, quos dicunt Clerici, vel Ecclesia Cathedralis, vel saltem vt illiterati alij pro Matutino duodecim, & pro qualibet alia Hora septem vicibus *Pater noster* cum *Gloria Patri* dicere non omitant; in quibus videlicet Primæ ac Completorii Horis minorem Symbolum, & *Miserere mei Deus*, adiciat, qui nouerint. Sed si Horis non dixerint constitutis, dicant tribus vicibus *Pater noster*. Infirmi autem Horas huiusmodi non teneantur dicere, nisi velint. In Quadragesima vero sancti Martini, & etiam in maiori, Ecclesiis, in quarum Parochiis habitant, Matutinalibus Horis personaliter adire procurent, nisi causa rationabili excusentur.

Vatia pro variis Horarum distributione.

*Quod omnes, qui de iure possunt, faciant testamentum.*

## CAPIT. IX.

**O**mnes præterea, quibus de iure facultas affuerit, condant seu faciant testamentum, & de bonis suis infra tres menses post eorum ingressum immediatè sequentes ordinent & disponant, ne quemquam illorum contingat decedere intestatum.

*De pace reformanda inter Fratres & alios extraneos.*

## CAPIT. X.

**D**e pace verò inter Fratres & Sorores, aut etiam extraneos in discordia positos, facienda, sicut Ministris videbitur, ita fiat, adhibito, si facultas affuerit, Episcopi Diocesani consilio in hac parte.

*Quando molestantur contra ius aut eorum privilegia.*

## CAPIT. XI.

**S**i verò Fratres aut Sorores contra ius vel eorum privilegia, per Potestates seu Rectores locorum, ubi domicilium obtinent, vexationibus impetantur; Ministri loci ad eos Episcopos, & alios locorum Ordinarios, studeant habere recursum, iuxta consilium & ordinationem ipsorum in talibus processuri.

*Quod caueant, in quantum possunt, à iuramentis solemnibus.*

## CAPIT. XII.

**I**uramentis autem solemnibus omnes abstineant, nisi necessitate cogente in casibus per indulgentiam Apostolicæ Sedis exceptis, videlicet pro pace, fide, calumnia, & testimonio perhibendo, ac etiam in contractu emptionis, venditionis, & donationis, ubi videbitur expedire. In communi quoque loquela vitent, ut poterunt, iuramenta. Et qui die aliquo minus caute iurauerit lapsu linguæ, prout contingere in multiloquio consuevit, die ipso in sero, cum debet recogitare quid fecerit, dicat tribus vicibus Orationem Dominicam, propter incaute facta huiusmodi iuramenta. Memor autem sit quilibet, ut ad diuina obsequia familiam propriam exhortetur.

*De audienda Missa, & Congregatione facienda.*

## CAPIT. XIII.

**V**niuersi sane Fratres & Sorores, cuiuscumque cuius atis aut loci, diebus singulis, si commode poterunt, Missæ Officium audiant. Et mense quolibet ad Ecclesiam, siue loca, ad quam vel quæ Ministri curauerint intimare, conueniant, Missarum solemniam inibi audituri. Vnusquisque autem vsualis monetæ denarium Massario tribuat, qui pecuniam huiusmodi colligat, & eam de consilio Ministrorum inter Fratres & Sorores paupertate grauatos, & præcipuè infirmantes, ac eos qui funeris carere dignoscuntur

exequiis, & deinde inter pauperes alios diuidant congruenter. Offerant insuper de dicta pecunia Ecclesiæ memoratæ, tuncque, si commodè poterunt, virum Religiosum, & in verbo Dei competenter instructum habere procurent, qui eos ad pœnitentiam & misericordiæ opera exercenda hortetur, sollicitè moneat & inducat. Studeat quilibet, dum Missæ celebratur Officium, & prædicationis verbum proponitur, seruare silentium, orationi & Officio sit intentus, nisi eum communis utilitas fraternitatis impediatur.

*De Fratibus infirmis, & Defunctis.*

## CAPIT. XIV.

**C**um autem quemquam ex Fratibus infirmari contigerit, Ministri per se, vel per alium, seu alios, si hoc eis infirmus fecerit intimari, semel in hebdomada visitare teneantur ægrotum, ipsum sollicitè ad recipiendum pœnitentiam, prout melius & efficacius expedire putauerint, inducentes, necessaria illi de bonis communibus ministrando. Et si præfatus infirmus de presenti luce migrauerit, Fratibus & Sororibus tunc in ciuitate, vel loco, ubi eum contigerit mori, præsentibus nuntietur, ut defuncti exequiis procurent personaliter interesse; à quibus, donec Missarum fuerint celebrata solemniam, & corpus tumulo conditum, non recedant. Hæc quoque circa Sorores infirmas, & decedentes, volumus obseruari. Præterea infra octo dies post ipsius sepulti obitum immediate sequentes, quilibet Fratrum & Sororum ipsarum dicat pro anima eius, Sacerdos videlicet Missam vnã; sciens Psalterium, quinquaginta Psalmos; & illiterati totidem *Pater noster*, & in fine cuiuslibet *Requiem æternam*, adiciat. Et post hæc infra annum, pro Fratrum & Sororum tam viuorum quàm Defunctorum salute, tres Missas faciant celebrari. Qui verò Psalterium sciuerint, illud dicant, & ceteri Orationem Dominicam centies dicere non omittant, *Requiem æternam* in fine cuiuslibet addituri.

*De Ministris.*

## CAPIT. XV.

**M**inisteria quoque ac alia officia, quæ præsentis formulæ series exprimit, posita quisque sibi deuote suscipiat, curetque fideliter exercere. Officium autem cuiuslibet, certi temporis spatio limitetur. Nullus Minister instituat ad vitam, & eius Ministerium certum tempus comprehendat.

*De visitatione & correctione delinquentium.*

## CAPIT. XVI.

**A**d hæc Ministri, & Fratres ac Sorores, ciuitatis & loci cuiuslibet, ad visitationem communem, in aliquo loco Religioso, vel Ecclesia, ubi locum huiusmodi contigerit deesse, conueniant, & visitatorem habeant Sacerdotem, qui alicuius approbatæ Religionis existat, quique illis de commissis excessibus iniungat pœnitentiam salutarem, nec quibus aliis possit eis huiusmodi visitationis officium exhibere. Huiusmodi autem visitationis officium semel exercatur

tur in anno, nisi necessitate aliqua suadente fuerit pluries facienda. Incorrigibiles verò ac inobedientes monitio trina præueniat. Qui si se corrigere non curauerint, de ipsius Congregationis consortio expellantur omnino de consilio Discretorum.

*De vitandis litigiis inter se, & cum aliis.*

## CAPIT. XVII.

**V**itent insuper Fratres & Sorores, iuxta posse, litigia inter se; illa, si suscitari contigerit, sollicitè dirimendo: alioquin de iure coram illo respondeant, apud quem potestas residet iudicandi.

*Qualiter, & per quos in abstinentiis possit dispensari.*

## CAPIT. XVIII.

**O**rdinarij autem locorum, vel Visitatorum cum Fratibus & Sororibus vniuersis in abstinentiis, ieiuniis, & austeritatibus aliis ex causa legitima, cum expedire viderint, poterunt dispensare.

*Quod Ministri eorum manifestas culpas denuntient Visitatori,*

## CAPIT. XIX.

**M**inistri verò manifestas Fratrum & Sororum culpas Visitatori denuntient puniendas. Et si quisquam incorrigibilis fuerit, post trinæ admonitionis instantiam à Ministris discretorum Fratrum aliquorum consilio Visitatori nuntietur eidem, de Fraternitatis consortio abiciendus ab ipso, & in Congregatione postmodum publicandus.

*Qualiter in predictis nemo obligetur ad culpam mortalem.*

## CAPIT. XX.

**C**eterum in præmissis omnibus, ad quæ Fratres & Sorores huius Ordinis non ex diuinis præceptis, vel statutis tenentur Ecclesiæ, nullum ipsorum ad mortalem culpam volumus obligari; sed impostam sibi pœnitentiam pro transgressionis excessu prompta humilitate recipiat, & efficaciter studeat adimplere.







B. P.

# FRANCISCI OPUSCULORVM TOMVS TERTIVS.



ERTIO hoc Tomo sancti Francisci Opuscula claudo. Diuersa habet argumenta, nullum contemnendam. Pro suo genio & ingenio inuenient multa multa quae placeant, plurima quae apprehendant,

nihil quod rejiciant. Monachi in Monasticis Collationibus videbunt quid domi curent, quid foris agant. In eisdem perspicient Monachorum Magistri, boni notas regiminis; subditi, quomodo ad suas Regulas suas vitas componant. Qui amore non infano ducuntur, sinceram legant amoris blanditias, & amatoria carmina, quibus Franciscus Christo colludebat amico. Qui deuote Saluatoris passionem recolunt, pia habent & doctas precum formulas suis horis distributas, quibus ad salutarem hanc contemplationem frequentius & feruentius excitemur. Qui faceta, sed modesta, acuta, sed salutaria, venit in promptu habere responsa, ad pierasque Christianae & Religiosae conversationis materias hic inuenient apophthegmata. Nullius ferme erit conditionis, modò Christianae, vir, qui in tam vberi sententiarum delectu non probet multa ad solatium, plurima ad profectum. *Sicut guttur escas gustu dijudicat*, ita & hominum fors mentis propensione doctrinas discernit. Ex multiplici instructione, quae si in accommodata feligit Religiosae vitae sectator, illa eadem minus laudabit saeculi solatio addictus; & quae supernarum rerum contemplator affectat, haec terreni lucis vilis mediator abhorret. Sed *vel vno eruditus in verbo reperiet bona*, in tot bonis Francisci verbis quid non bonum inueniet? Certe *quasi uerba uilia, & conscripsit sermones rectissimos, ac ueritate plenos*. Rarò, vel nunquam frustra aperuit os suum, nec absque scientia uerba multiplicauit. Non, ut perperam onerosus consolator Helii Iobis improperauit, *stulte locutus est, sed uerba illius sonant disciplinam*. Indigna proinde iudicauit quae perirent; ex multis locis omnia quae potui in vnum collegi: quae dum legeris, quam meo, vel maiori digna sint labore, iudicabis.

Iob. 34.  
v. 3.Prou. 16.  
v. 10.  
Eccl. 12.  
v. 10.  
Iob. 35.  
v. 16.Iob. 34.  
v. 35.

## COLLATIONES MONASTICAE SIVE AD FRATRES, B. P. FRANCISCI.

Franciscum frequentem cum suis habuisse sermonem de Regula, quam susceperant, seruanda, de uita perfectione sectanda, de uitiis cauendis, & de quibusuis alijs, in quibus noui tyrones ad Euangelicam doctrinam culmen aspirantes, erant instruendi, ipsa, quae ad hoc tenebatur, Magistri ratio facile persuadebit, docetque Bonauentura sapiens in eius Vita, Bartholomaeus Pisanus passim in suis Conformitatibus, Marianus Florentinus lib. 1. cap. 18. Marcus Vlisippon 1. p. Chron. l. 1. c. 10. 19. 20. & saepe alibi, & ipse Franciscus clarius expressit Collat. 25. Pauca ex frequentibus & salutaribus consilijs, quibus discipulos erudiuit, diuersi signauerunt Auctores. Pisanus; Speculum Vitae Francisci, & Codiculus quidam uetus M. S. Italico idiomate exaratus, mihi à Fano Piceni urbe, ad Metaurum amnem extracta, transmissus, plus ceteris praestiterunt. Quam ab unoquoque Collationem accepi, ad singulas notabo. Placuit ea sub Collationem Monasticarum titulo offerre, tum quia eodem insignie. unt Bonau. c. 4. Leg. Marianus citat. & Floretum fol. mihi 554 sanctas ac salutare Francisci exhortationes ad Socios. Ad sui Patris exemplum ipse Bonauentura, praeter illas 91. quas in Ioannis Euangelium edidit, octo habuit Collationes breuiores ad Fratres Conuentus Tolosani, his Francisci persimiles: quas Bonauentura esse docte defendit Constantinus Caietanus contra Heribertum Rosneydum

ueydam in Concertatione praefato libello de Imitatione Christi Domini, à se nauiter excuso.

## COLLATIO PRIMA

CONSOLATORIA.

De pusillo grege multiplicando.

Humiliū argumentū. Confortamini charissimi, & gaudete in Domino: nec quia pauci estis, efficiamini tristes, nec vos terreat mea uel uestra simplicitas: quoniam sicut à Domino mihi in ueritate ostensum est, in magnam multitudinem faciet uos crescere Deus, suaeque benedictionis gratia multipliciter dilatabit. Multi conuertentur ad Dominum, & per uniuersum mundum multiplicabit Deus familiam suam & augebit. Ad uestrum quoque profectum cogor dicere quod uidi; quod utique magis silere liberet, si charitas me non cogeret uobis referre. Vidi multitudinem magnam hominum ad nos uenientium, & in habitu sanctae conuersationis nobiscum uolentium conuersari. Et ecce adhuc sonitus eorum in auribus meis euntium & redeuntium secundum obedientiae sanctae mandatum. Vidi quasi uias in forum multitudine plenas ex omni fere natione in his partibus conuenire. Veniunt Francigenae, festinant Hispani, Teutonici & Anglici currunt, & aliarum diuersarum linguarum accelerat maxima multitudo.

Vidit Franciscus ordinem suum breui multiplicandum.

## COLLATIO SECUNDA.

De uocatione Fratrum Minorum, &amp; de praedicando uerbo Dei,

Ad id uocatur ut alijs simus in profectum omnibus in exemplum.

Exemplum uerbis praefendum. Ioh. 16. v. 33. Matth. 10. v. 20.

Terrena caelo commenda sed non ipsi praefenda.

Omnibus praedicanda poenitentia.

Consideremus, Fratres charissimi, uocationem nostram, qua uocauit nos misericorditer Deus, non tantum pro nostra, sed pro multorum etiam salute, ut eamus per mundum exhortando omnes plus exemplo quam uerbo, ad agendam poenitentiam de peccatis suis, & ad habendam memoriam mandatorum Dei. Noli timere, quia pusilli & insipientes uidemur, sed securi annuntiate simpliciter poenitentiam, confidentes in Domino, qui uicit mundum, quod Spiritu suo loquetur per uos in uobis, ad exhortandum omnes, ut conuertantur ad ipsum, & eius mandata obseruent. Caueamus, qui reliquimus omnia, ne pro modico Regno caelorum perdamus, & si pecuniam in aliquo loco inueniamus, non curemus de illa plusquam de puluere quem calcamus. Non iudicemus neque despiciamus illos qui delicate uiuunt, & curiosè ac superflue induuntur. Deus est noster, ac ipsorum Dominus, potens illos ad se uocare, & uocatos iustificare. Tales ergo reuereamur, ut Fratres & Dominos nostros. Fratres enim sunt, in quantum ab uno Creatore creati; Domini uero sunt, in quantum bonos adiuuant ad poenitentiam faciendam, eis necessaria corporis ministrantes. Ite ergo annuntiantes hominibus pacem, praedicantes poenitentiam in remissionem peccatorum. Inuenietis quosdam homines fideles, mansuetos & benignos, qui cum gaudio uos & uerba uestra recipient; at per oppositum alios infideles, superbos, blasphemos, qui exprobantes resistent uobis, & his quae dicetis.

Ponite ergo in cordibus uestris, patienter & humiliter omnia tolerare. Nolite tamen timere: quoniam non post multum tempus ueniet ad uos multi sapientes & nobiles, eruntque uobiscum praedicantes Regibus, & Principibus, & populis multis. Estote ergo in tribulationibus patientes, in orationibus uigiles, in laboribus strenui, in sermonibus modesti, in moribus graues, & in beneficijs grati: quia pro his omnibus uobis Regnum Dei praeparatur aeternum: quod nobis concedat ille, qui uiuit & regnat trinus & vnus; & absque dubio concedet, si emissis serauerimus uota uestra, quae illi uoluntarie spondimus.

In tribulationibus patientia habenda.

## COLLATIO TERTIA.

De Religiosa habitatione in eremitorijs.

Illi, qui religiosè uolunt stare in eremitorijs, sint tres aut quatuor ad plus. Duo ex ipsis sint Matres, & habeant duos filios, uel unum ad minus. Illi duo teneant uitam Marthae, & alij duo uitam Mariae Magdalenae. Illi autem, qui tenent uitam Mariae, habeant unum claustrum, & quilibet habeat locum suum, ita quod neque habitent simul, neque cubent. Et semper dicant Completorium de die, quando sol reuertitur ad occasum. Studeant tenere silentium, & dicant Horas suas. Surgant ad Matutinum, & primum quaerant Regnum Dei, & iustitiam eius. Hora congrua dicant Primam, & Tertiam, & post horam tertiam soluant silentium, & possint loqui, & ire ad Matres suas, & quando placuerit, possint petere ab eis eleemosynam propter amorem Domini Dei, sicut pauperes pauperuli. Postea dicant Sextam, Nonam, & uesperas tempore debito. In Claustro, ubi morantur, non permittant aliquam personam introire, sed neque ullus ibi comedat. Illi Fratres, qui sunt Matres, studeant manere remote ab omni persona, ut nemo possit eis loqui. Et isti filij non loquantur cum aliqua persona, nisi cum Matribus suis, & Custode suo, quando placebit ei uisitare ipsos cum benedictione Dei; filij uero quandoque officium Matrum assumant, sicut uicissitudinaliter pro tempore uisum fuerit eis disponendum. Qui omnia supradicta studiosè & sollicitè studeant obseruare.

Minores initio frequenter desertum petebant.

Matth. 6. v. 33.

Cum solus fueris, durior tibi consistus, facilius ruina.

## COLLATIO QUARTA.

De uera obedientia.

Fratres charissimi, uerbum primò praecipuum implere; nec expectetis iterari, quod dicitur uobis. Nihil etiam impossibilitatis causamini siue iudicetis esse in praecipito; quia etsi supra uires ego uobis mandarem, sancta obedientia uiribus non carebit. Nec considerare debetis quis uel qualis sit qui uobis facienda praecipit, sed solum quod sit Praelatus. Inter alia, quae dignanter diuina pietas mihi concessit, hanc gratiam contulit, quod ita diligenter Nouitio unius horae obedirem, si mihi Guardianus daretur sicut antiquissimo & discretissimo Fratri Subditus Praelatum suum non hominem considerare debet, sed illum, pro cuius amore est subiectus. Quanto enim contemptibilior praefider, tanto magis humilitas obedientis placet.

Obedientia debet esse prompta.

In Praelato Deus praecipit.

COLLATIO QUINTA.

De sancta paupertate.

Paupertas spectabilis via ad salutem.

Precium paupertatis inestimabile.

Psal. 70. v. 15.

Omnibus renuntia vt culmen paupertatis attingas.

Matth. 8. v. 20.

Euangelica paupertas nostri ordinis fundamentum.

Quale commercium inter fratres & mundum.

COLLATIO SEXTA.

De vitando mulierum aspectu & conuersatione.

Samson leone fortior in Dalila mollescit amplexibus Prov. 6. v. 28.

Nisi necessitatis gratia Religiosi mulieres alloqui non deberent, earum enim colloquia sunt pluries funesta.

Mulierum familiaritates, colloquia, & aspectus, quae multis occasio sunt ruinae, eo sollicitius euitare debemus, fratres charissimi, quod saepius per huiusmodi videmus debilem frangi, & fortem spiritum infirmari. Harum contagionem euadere conuersantem cum eis, nisi probatissimum virum, tam facile iudico, quam iuxta Scripturam in igne ambulare, & non comburere plantas. Non enim securum puto, earum formarum introrsus haurire imagines, quae possunt, aut edomitae carnis refuscitare igniculum, aut pudicae meritis maculare nitorem. Friuolum profecto est quodcumque mulieris colloquium, excepta sola confessione, vel instructione breuissima, iuxta quod saluti expedit, vel congruit honestati. Quae sunt, quae so, cum muliere Religiosa tractanda negotia, nisi cum sanctam poenitentiam,

vel melioris vitae consilium Religiosa petitione deposcit? Ex nimia securitate minus cauetur hostis, & diabolus, si de suo capillum potest habere in homine, cito excrecere facit in trabem. Nec enim solum mortificari debent vitia carnis, aut eius incentiua fruari; verum etiam exteriores sensus, per quos mors intrat ad animam, summa vigilantia decet custodiri.

Extiores sensus summa vigilantia custodiendi. Ierem. 9. v. 12.

COLLATIO SEPTIMA.

De petenda eleemosyna cum fiducia.

Charissimi fratres, & filii mei, nolite vecundari ire pro eleemosyna, quia Dominus se pro nobis fecit pauperem in hoc mundo, cuius exemplo elegimus viam verissimam paupertatis. Si enim pro suo amore viam paupertatis elegimus, non debemus confundi pro eleemosynis ire. Arrham caelestis hereditatis erubescere nequaquam conuenit Regni caelorum hereditibus. Haec est enim hereditas nostra, quam acquisiuit & reliquit nobis Dominus Iesus Christus, & omnibus, qui suo exemplo viuere volunt in sanctissima paupertate. In veritate dico vobis, quod multi ex nobilioribus & sapientioribus huius saeculi venient ad istam Congregationem, & pro magno honore & gratia habebunt ire pro eleemosyna. Vos ergo, qui estis illorum primitiae, letamini & gaudete, nec renuatis facere, quae sancti illis facienda transmittitis. Ire ergo confidenter, & animo gaudenti, pro eleemosyna cum benedictione Dei. Et magis libere & gaudenter ire debetis pro eleemosyna, quam ille, qui de vna numata offerret centum denarios, quoniam offertis eis amorem Dei, a quibus eleemosynam petitis, dicentes: Amore Domini Dei faciatis nobis eleemosynam, cuius comparatione nihil est caelum & terra.

Experientiam constat plurimos spiritus diuitiis & amplissimis saeculi honoribus & relictis primis academiariu cathedris nomen sodalicio nostro dedisse.

Sumitur numma pro nullo.

COLLATIO OCTAUA.

De discretione in corpore alendo.

Fratri corpori cum discretione prouidendum est, fratres charissimi, ne ab eo tempestas accidia commoueat. Seruus enim Dei in comedendo, & bibendo, & dormiendo, & alias corporis necessitates sumendo, debet cum discretione suo corpori satisfacere, vnde non tædeat ipsum vigilare, & reuerenter in oratione persistere, ita quod frater corpus non valeat murmurare, dicens: Fame deficio, tui exercitij sarcinam ferre non valeo, non possum stare rectum, & insistere orationi, nec in tribulationibus meis letari, nec alia bona operari, quia non satisfacis indigentiae meae. Si enim seruus Dei cum discretione, & satis bono modo & honesto, suo corpori satisfaceret, & frater corpus, si postquam sufficientem vorasset annonam, alias misisset, essetque negligens & pigrum, vel somnolentum in orationibus & vigiliis, & aliis bonis operibus, scito pigrum iumentum calcitibus indigere, & inhaerentem asellum stimulum expe-tere, tunc debet ipsum castigare tanquam malum & pigrum iumentum, qui vult comedere, & non lucrari, & onus non portare. Si vero propter inopiam & paupertatem frater corpus necessitates suas in sanitate & infirmitate habere non

Cohibenda petu entia, non maculanda natura.

Licet corpus sit vile mancipium, sua tamen ei debet ministeria spiritus.

Psal. 68. v. 51.

Martyrium strictè sumptum requirit ipsam perpeti mortem propter Chritum. tamen hic sermo est de Martyrio largius sumptum.

In mortificationibus prudentia necessaria.

Osea 6. v. 7.

Modica naturae necessitas non statim satisfacienda.

non potest: dum honestè petierit & humiliter à Praelato suo amore Dei, & sibi non datur, sustineat amore Domini patienter, qui etiam sustinuit quærens qui eum consolaretur, & non inuenit. Et hæc necessitas sibi à Domino imputatur pro martyrio. Et quia fecit quod suum est, id est, quod petiit humiliter suam necessitatem, excusatur à peccato, etiam si corpus inde grauius infirmetur.

COLLATIO NONA.

De indiscreta emulatione in abstinentia sectanda.

Fratres mei, vnusquisque consideret naturam suam: quia licet aliquis ex vobis valeat sustentari pauciori cibo quam alius, nolo tamen quod abundantiori cibo indigens, illum in hoc imitari nitatur. Sed naturam suam considerans, exhibeat corpori suo necessitatem suam. Sicut enim nobis à superfluitate comestionis, quæ obest corpori & animæ, tenemur nobis cauere: ita à nimia abstinentia, imò magis, quoniam Deus misericordiam vult, & non sacrificium.

COLLATIO DECIMA.

De tolerandis quantisper necessitatibus.

Necessitas, Fratres charissimi, quam non ratio postulat, sed voluptas ostentat, extincti spiritus signum est manifestum. Spiritu tepido & paulatim à gratia frigefcente, necesse est carnem, & sanguinem quæ sua sunt quærere. Quid enim restat, quando anima caret spiritualibus deliciis, nisi vt caro conuertatur ad suas? Et tunc animalis appetitus necessitatis articulum palliat, tunc sensus carnis conscientiam format. Si adest Fratri meo vera necessitas, & statim satisfacere properat, quid mercedis accipiet? Accidit enim occasio meriti, sed displicuisse sibi studiosè probauit: ipsas namque indigentias non patienter ferre, nihil aliud est: nisi Ægyptum repetere.

COLLATIO VNDECIMA.

De letando spiritualiter in Domino.

Letandum semper in Domino.

Gaudium Domini fortitudo nostra.

Spiritualis letitia diabolus resistit.

Sanctam, Fratres charissimi, interiùs & exteriùs lætitiã Dei habete. Si enim seruus Dei studuerit habere & conseruare lætitiã spiritua-lem, quæ prouenit ex munditia cordis, & acquiritur per deuotionem orationis, demones nihil possunt ei nocere, dicentes: Ex quo in tribulatione & prosperitate lætitiã habet seruus Dei, non possumus inuenire aditum intrandi ad ipsum, nec sibi nocere. Sed tunc exultant demones, quando deuotionem & lætitiã, quæ prouenit ex munda oratione, & ex aliis operibus virtuosus, possunt extinguere, vel aliquo modo impedire. Nam si diabolus in seruo Dei potest aliquid habere de suo, nisi fuerit sapiens & sollicitus delere & destruere illud quàm citiùs poterit, per virtutem sanctæ orationis, contritionis, confessionis, & satisfactionis, in breui tempore de vno capillo facit vnam trabem, semper aliquid illi adiciendo. Quia ergo, Fratres charissimi, ex munditia cordis, & puritate orationis continuè hæc lætitiã spiritualis oritur, circa illa

duo acquirenda principaliter est studendum, vt ipsam lætitiã, quam in me & vobis cupio summo affectu, & diligo cernere & sentire, possitis habere interiùs & exteriùs ad ædificationem proximi, & vituperium inimici. Ad ipsum enim, & ad membra eius oportet contritari, ad nos autem lætari semper in Domino, & gaudere.

Duplex lætitiã interior & exterior.

COLLATIO DVODECIMA.

De humilitate & pace erga Clericos seruanda.

In adiutorium Clericorum missi sumus, fratres charissimi, ad animarum salutem; vt quod in illis inuenitur minus, suppleatur à nobis. Quilibet recipiet mercedem, non secundum auctoritatem, sed secundum laborem. Scitote, fratres, quod Deo est gratissimum animarum lucrum. Hoc consequi meliùs possumus cum pace Clericorum, quam cum discordia. Si autem ipsi salutem impediunt, Dei est ultio, & ipse retribuet eis in tempore. Ideoque estote subiecti Prælati, ne quantum ex vobis est malus zelus confurgat. Si filij pacis fueritis, Clerum & populum lucrabimini: & hoc acceptabilius Deo erit, quam populum solum, Clero scandalizato, lucrari. Tegite eorum lapsus, multiplices eorum supplet defectus, & cum hæc feceritis, humiliores estote.

Religiosi in adiutorium Ecclesiasticorum missi. Deo gratissimum animarum lucrum. Deut. 31. v. 35. Laudabilis pax inter Ecclesiasticos. Tegendi lapsus Ecclesiasticorum.

COLLATIO XIII.

De cognoscendo seruo Dei.

Heu quàm bonum est, fratres, Deo seruire. Melior est Dei seruitus, quàm mundi Principatus. Sed quis est, quis certò cognoscit se esse seruum Dei? Nihil melius est, quàm esse seruum Dei, nihil temen difficilius est homini certò cognoscere, quàm si est Dei seruus, vel amicus. Ego vobis confiteor, quod rogauit Dominum, vt mihi dignaretur ostendere quodò sum seruus Dei, & quando non. Ipse autem Dominus benignissimus sua dignatione respondit mihi: Seruum meum veraciter esse cognosce, cum sancta cogitas, loqueris, & operaris. Ideò vobis prædicta insinuaui, vt vos etiam sciatis quando Dei serui estis, & ei placetis: & vt ego coram vobis possim recundari, quando videbitis me deficere in his omnibus, vel aliquo prædictorum.

Seruire Deo regnare est.

Nemo scit an odio vel amore sit dignus.

Quod signum serui Dei.

COLLATIO XIV.

Quid Deo magis placeat, orare, vel predicare?

Magnum mihi dubium contigit, fratres charissimi, vobis proponendum, à vobis Dei adiutorio dissoluendum. Quid fratres consulitis? quid laudatis? an quod orationi vacem, an quod predicando discurram? Siquidem ego paruulus, simplex, & imperitus sermone, maiorem orandi accepi gratiam, quàm loquendi. Videtur etiam in oratione lucrum, & accumulatio gratiarum, in prædicatione distributio quædam donorum caelitus acceptorum. In oratione etiam purificatio interiorum affectuum, & vnio ad vnum verum & summum bonum cum vigoratione virtutis, in prædicatione spiri-

Prædicationis magni fructus, orationis maxima utilitas.

Oratione inter Angelos conuersamur.

tualium puluerizatio pedum, distractio circa multa, & relaxatio disciplinæ. Tandem in oratione Deum alloquimur, & audimus, & quasi Angelicam vitam agentes, inter Angelos conuersamur, in prædicatione multa oportet condescensione uti ad homines, & humanè inter eos viuendo, humana cogitare, videre, dicere, & audire. Sed vnum est in contrarium, quod videtur præponderare his omnibus ante Deum, quod videlicet vnigenitus Dei Filius, qui est Sapientia summa, propter animarum salutem de sinu Patris descendit, ut suo mundum informans exemplo, verbum salutis hominibus loqueretur, quos sacri sanguinis pretio redimeret, & emundaret lauacro, & poculo sustentaret, nihil sibi omnino reseruans, quod non in salutem nostram liberaliter erogaret. Et quia debemus omnia facere secundum exemplar eorum quæ videmus in ipso, tamquam in monte sublimi, videtur Deo magis placitum, quod intermissa quiete foras egrediamur ad laborem. Quid in hac re vobis videatur, consulite.

Omne tulit punctam qui & orationi & prædicationi debite & prudentet vacat.

COLLATIO XV.

De litteris incumbentibus, & Doctoribus.

Scientia mundana vacua. Virtutibus anima roboratur.

Frates, qui scientiæ curiositate ducuntur, in die tribulationis inuenient manus suas vacuas. Ideo vellem eos magis roborari virtutibus, ut cum tempus tribulationis venerit, secum haberent Dominum in angustia. Ventura est enim tribulatio, quando libri ad nihilum viles in fenestris & latebris proiciuntur. Nolo fratres meos cupidos esse scientiæ, & librorum, sed volo eos fundari super sanctam humilitatem, & imitari puram simplicitatem, sanctam orationem, & Dominam paupertatem. Hæc via sola est secunda ad salutem propriam, & aliorum ædificationem, quoniam Christus, ad cuius imitationem vocati sunt Fratres, hanc solam nobis ostendit, & docuit verbo pariter & exemplo. Multi Fratres occasione ædificandi alios, dimittunt vocationem suam, videlicet sanctam humilitatem, puram simplicitatem, orationem, & deuotionem, atque Dominam nostram paupertatem. Et continget illis, quod vnde putabunt magis imbui seu impleri deuotione, & accendi amore, & illuminari Dei cognitione propter intellectum Scripturæ: in occasionaliter remanebunt intus frigidi & vacui, & sic ad pristinam vocationem redire non poterunt, quia tempus viuendi secundum vocationem suam, in vano & falso studio amiserunt.

Vera scientia humilitas.

Via perfectio is humilitas.

COLLATIO XVI.

De vanis & tumidis Prædicatoribus.

Periculosissima in prædicatoribus vana gloria.

Multi sunt Fratres, qui totum suum studium & totam suam sollicitudinem ponunt in acquirendo scientiam, dimittentes vocationem suam sanctam, extra viam humilitatis & sanctæ orationis mente & corpore euagando: qui cum populo prædicauerint, & nouerint aliquos inde ædificari, vel ad poenitentiam conuerri, inflantur, & extollunt se de opere & lucro alieno, cum tamen magis in condemnationem & in præiudicium suum prædicauerint, & nihil ibi secundum veritatem operati fuerint,

nisi tamquam instrumenta illorum, per quos verè Dominus fructum huiusmodi acquisiuit. Nam quos credunt propter scientiam & prædicationem suam ædificari, & ad poenitentiam conuerri, Dominus orationibus & lacrymis sanctorum pauperum, humilium & simplicium Fratrum ædificat & conuertit, licet ipsi sancti Fratres ut plurimum ignorent. Sic enim est voluntas Dei, ut illud nesciant, ne inde valeant superbiere. Isti sunt, Fratres mei, Milites tabulæ rotundæ, qui latitant in desertis, & in locis remotis, ut diligentius vacent orationi & meditationi, sua & aliorum peccata plorantes, viuentes simpliciter, & humiliter conuersantes, quorum sanctitas à Deo cognoscitur, & ali quando Fratribus & hominibus est ignota. Horum animæ ab Angelis Deo præsentabuntur: tunc Dominus ostendet illis fructum & mercedem laborum suorum, videlicet, multas animas, quæ suis exemplis, orationibus, & lacrymis sunt saluatæ. Et dicit illis: Filij mei dilecti, ecce tot & tales animæ saluatæ sunt vestris orationibus, lacrymis, & exemplis. Et quia super pauca fuistis deles, supra multa vos conbitaui. Alij enim prædicauerunt & lat orauerunt sermonibus sapientiæ & scientiæ suæ, & ego meritis vestris fructum salutis operatus sum. Ideo suscipite laborum eorum mercedem, & fructum meritorum vestrorum, qui est Regnum æternum, quod humilitatis & simplicitatis vestræ, atque orationum & lacrymarum vestrarum violentia rapuistis. Sicque isti portantes manipulos suos, id est, fructus & merita sanctæ humilitatis & simplicitatis suæ, intrabunt in gaudium Domini latantes & exultantes. Illi verò, qui non curauerunt nisi scire, & aliis viam salutis ostendere, nihil operantes pro se, ante Christi tribunal astabunt nudi & vacui, & solius confusionis, & verecundiæ, & doloris manipulos deferentes. Tunc veritas sanctæ humilitatis & simplicitatis, sanctæque orationis & paupertatis, quæ est vocatio nostra, exaltabitur, glorificabitur, & magnificabitur: cui veritati ipsi inflati vento scientiæ, detraxerunt vi a, & vanis sermonibus scientiæ suæ, dicentes, ipsam veritatem esse falsitatem, & tamquam cæci eos qui ambulauerunt in veritate, persequentes. Tunc error & falsitas opinionum suarum, per quas ambulauerunt, quas esse veritatem prædicauerunt, per quas in cæcitate foueam multos præcipitauerunt, in dolore & confusione & verecundia terminabitur, & ipsi cum suis tenebris opinionibus in tenebras exteriores cum tenebrarum spiritibus demergentur.

Sanctorum precibus ostium cordis audiendum aperit, in eo seminet concionator verbum Dei. Superbiendi in bonis operibus admittit occasio.

Mat. 25. v. 25.

Humilis oratio violenter regnum celorum rapit. Mat. 11. v. 12.

Psalm. 125. v. 6. Qui sibi studeat solum, vacui ante conspectum Dei parent.

Idiotæ humiles exaltantur, docti arrogantur.

COLLATIO XVII.

De conditionibus & laude boni Prædicatoris.

Volo, Fratres charissimi, ministros verbi Dei tales esse, ut studiis intendentes spiritualibus, nullis aliis officiis impediatur. Hi enim à magno illo Rege electi sunt ad edicta, quæ ex eius ore procedunt, populis demandanda. Prius ergo Prædicator haurire debet secretis orationibus, quod postea sacris ostendat sermonibus; prius intus calefcere, quam extrà verba proferre. Reuerendum certè est hoc officium, & qui illud administrant, ab omnibus reuerendi, isti vita sunt corporis, impugnatores

Prius orationi vacandum quam prædicationi.

Concionatoris eximia concionia.

Prædicationi debite facta sacrificium Deo gratissimum.

Omni vituperio dignus concionator propriam quærens laudem. 1. Reg. 2. v. 5.

DetraCTOR animarum sanguine pascitur.

DetraCTOR latronibus deterior.

Gen. 9. DetraCTOR similis Cham.

DetraCTOR porcus immundus.

DetraCTOR canis latrans & mordens.

Non vna omnium detraCTORUM species quidem faciem expandunt ad maledicendum, alij contrahunt ut artificiosius dicant & libentius audiantur.

dæmonum, mundi lucerna. Laudandi sunt Prædicatores illi, qui pro tempore sibi sapiunt, sibi que gustant, illi verò malè sciunt diuidere, qui prædicationi totum, deuotioni verò nihil impendunt. Alij etiam plangendi sunt, qui vendunt sæpè quod faciunt, oleo vanæ laudis. Officium prædicationis, Fratres, Patri misericordiarum omni sacrificio est acceptus, maxime si studio fuerit charitatis impensum, ut ad id laboret Prædicator magis exemplo quàm verbo, magis lachrymosa prece, quàm loquaci sermone. Plangendus proinde Prædicator tamquam vera pietate priuatus, qui in prædicatione non animarum salutem, sed propriam laudem quærit, siue qui prauitate destruit vitæ, quod ædificat veritate doctrinæ. Præferendus huic est Frater simplex & elinguis, qui bono exemplo alios prouocat ad bonum. Donec sterilis peperit plurimos, inquit Prophetissa, & qua multos habebat filios, infirma est. Sterilis est pauperculus Frater, qui generandi in Ecclesia filios non habet officium. Hic pariet in iudicio multos, quia quos nunc priuatis orationibus conuertit ad Christum, suæ gloriæ tunc Index adscribet. Quæ multos habet filios infirmabitur, quia Prædicator vanus & loquax, qui multis nunc, quasi sua virtute genitus, gaudet, cognoscat tunc se nihil proprii habere in eis.

COLLATIO XVIII.

De murmuratione & detractione.

Detractionis vitium, Fratres, inimicum est fonti pietatis & gratiæ, & piissimo Deo abominabile, pro eo quod detractor animarum sanguine pascitur, quas gladio linguæ necat. Tanto maior est detractorum impietas quàm latronum, quòd Lex Christi, quæ in obseruantia pietatis impletur, magis animarum quàm corporum nos attrahit optare salutem. Præterea Religiosus, qui murmurat contra Fratres vel Prælatos suos, quid aliud facit, quàm implere propriam matrem suam, id est Religionem, felle vituperij, & traditionum? Detractores sunt de generatione Cham, qui verenda patris non operuit, sed discoperuit, ita isti detragunt & exaggerant defectus Prælatorum & Religionis suæ, propter quod Dei maledictionem merebuntur. Hi veluti porci in immunditiis volutantur, & spurcitiis, vel fortè falso se inuenisse aut vidisse affirmant, se ingurgitant, & aluntur immundorum more animalium, in conscientijs suis immundiores & rabidorum more canum queruntur de disciplina regulari, de correctione Religionis, de ipso Ordine & Prælaris, aduersus eos latrantes, & quantum possunt mordentes. Detrahentium enim vox hæc est: Vitæ mihi perfectio deest, scientiæ vel peculiaris gratiæ facultas non suppetit, ac per hoc nec apud Deum locum inuenio, nec apud homines. Scio quid faciam: Ponam maculam in electis, & apud maiores gratiam promerbor. Scio Prælatum meum hominem esse, eodemque mecum quandoque vii officio, quò succisis cedris, solus videatur ramus in via. Eia miser, humanis corporibus vescere, & quia viuere aliter non potes, Fratrum viscera corrode. Tales boni student videri, non fieri, accusantes vitia, nec vitia deponentes, solos eos laudant, quorum cupiunt auctoritate foueri, si-

lentes à laudibus, quas ad laudatum non æstimant reportari. Ieiunæ faciei pallorem perniciosus laudibus vendunt, ut spirituales videantur, qui diiudicent omnia, & ipsi à nemine iudicentur. Gaudent sanctitatis opinione; non opere; Angelico nomine, non virtute.

COLLATIO XIX.

Quod Fratres non vocentur Magistri.

Ne appetatis, Fratres, vocari Magistri, scientes nomen Magisterij soli ipsi Christo conuenire, per quem omnia facta sunt opera. Ego vellem libenter scire facere omnia, sed nollem esse Magister, nec Magistri nomine insigniri, ne ex tali nomine contra verbum Christi in Euangelio prohibentis facere viderer. Quia melius est esse humilem cum pauperula sua scientia, quàm si esset possibile, scire facere omnia mirabilia, & magnalia, & præsumere contra gloriosi Magistri humilia documenta. Nam nomen Magisterij nemini conuenit nisi Domino Iesu Christo, cuius perfecta sunt opera, & mandauit ut nullus super terram Magister vocaretur, nec vocari præsumeret, quia vnus solus & verus absque defectu in cælis est Magister benedictus Christus, qui est Deus homo, & vita, conditor mundi, laudabilis, & gloriosus in sæcula. Amen.

Qui Magistorum nomen assumunt non vere Magistri, sed Christi Domini qui solus vere Magister est, inuulij, Mat. 23. v. 10.

COLLATIO XX.

Quæ bona proueniant Ordini ex subiectione ad Ecclesiam?

Mater omnium Ecclesiarum, Fratres, est Romana, & Domina omnium est Religio. Vadam, & recommendabo Fratres meos sanctæ Ecclesiæ, cuius potentia virga percellantur maleuoli, & filij Dei in æterna salutis augmentum vbique plena gaudeant libertate. Recognoscant ex hoc filij dulcia beneficia Matris, & speciali deuotione semper ipsius reuerenda vestigia complectantur. Non erit, ipsa protegente, in ordine malus occurus, nec filius Beal per vineam Domini transibit impunitus. Paupertatis nostræ ipsa sancta Ecclesia æmulabitur gloriam, & humilitatis præconia per superbiorum nubilum offuscari non sinet. Charitatis & pacis vincula in nobis seruabit illæsa, censura strictissima percuciens dissidentes. Euangelicæ puritatis obseruantia sacra continuè eius aspectu florebit, nec odorem vitæ vel ad horam elabi patietur.

Romana Ecclesia omnium aliarum domina.

Magna Ecclesiæ circa Minores protectio. Nahum. 1. v. 3. Molesti & infesti Minorum hostes profusum hominum genus.

COLLATIO XXI.

De tribulationibus Religionis, & Regula sectatorum.

Veniet tempus, Fratres mei, cum malis exemplis malorum fratrum hæc Deo dilecta Religio diffamabitur, ita ut pudeat exire in publicum. Qui verò tunc temporis ad suscipiendum habitum Ordinis venerint, sola sancti Spiritus operatione ducentur, & nullam in eis maculam caro impinget & sanguis, eruntque verè à Domino benedicti. Et licet in eis fuerint operationes meritoria, tamen frigescere charitate, quæ facit sanctos operari feruenter, ventura sunt illis

Indisciplinata licentia aliquando viguit: sed patrum vita & exemplo restituta est.



Omnino executioni digni Religiosi hypocritae.

Deus ideo malos permittit aut vt corrigantur vel vt per illos boni exerceantur Jac. 1. v. 12.

illis tentationes immensae: & qui in tempore illo fuerint inuenti probati, erunt suis praedecessoribus meliores. Vae qui de sola specie & apparentia conuersationis Religiosae sibi plaudentes, & in sua sapientia & scientia confidentes, inuenti fuerint otiosi, id est, non exercitantes se in operibus virtuosus, & in via crucis & penitentiae, in pura obseruantia Euangelij, quod ex professione tenentur pure & simpliciter obseruare. Isti enim non resistent constanter tentationibus, quae ad probationem electorum a Deo permittentur. Qui vero probati fuerint & approbati, accipient coronam vitae, ad quam exercitat eos interim malitia perfidorum & reproborum.

COLLATIO XXII.

De sancta conuersatione inter fideles.

Bini & bini ad exemplum Apostolorum, quos binos misit Dominus.

Conuersatio humilis & honesta.

Verba otiosa nec nominentur in Religiosis, Duplici refectione indiget Religiosus,

Pax interior & exterior habenda

Virtutibus alios ad meliorem frugem reuocemus.

IN nomine Domini ite bini & bini per viam humiliter & honeste, & maxime cum stricto silentio a mane vsque post tertiam, orantes Dominum in cordibus vestris. Verba otiosa & inutilia non nominentur in vobis, licet enim ambulatis, tamen conuersatio vestra sit ita humilis & honesta, sicut si in Eremitorio aut in cella essetis. Nam vbicumque sumus & ambulamus, habemus semper cellam nobiscum. Frater enim corpus est cella nostra, & anima est Eremita, quae moratur in cella ad orandum Dominum, & meditandum de ipso. Vnde si anima non manserit in quiete in cella sua, parum prodest Religioso cella manufacta. Talis sit vestra conuersatio inter Gentes, vt quicumque vos audiet vel videbit, gloriosum Patrem caelestem & Deum laudet deuote. Pacem annuntiate omnibus, dicentes; Dominus det tibi pacem. Sed sicut pacem annuntiat ore, sic in cordibus vestris pacem & amplius habeatis. Nullus per vos prouocetur ad iram vel scandalum; sed omnes per mansuetudinem vestram ad pacem, benignitatem, & concordiam prouocentur. Nam ad hoc vocati sumus, vt vulneratos curemus, alligemus confractos, & erroneos reuocemus. Multi enim vobis videntur esse membra diaboli, qui adhuc discipuli Christi erunt.

COLLATIO XXIII.

Quomodo procedendum sit ad infideles.

B. Franciscus completi opere quod verbo promissit de stinatis his ad occidentem, aliis ad septemtrionem & meridiem, ipse abiit in orientem. Inter praedicatores solet de maiore populi applausu pestis auuidiae nasci

Illioli mei, Deus mihi mandauit, quod mittam vos ad terram Saracenorum ad praedicandum, & confitendum eius fidem, & legem Mahometicam impugnandam. Et ego etiam ibo per aliam partem ad infideles, & Fratres alios mittam per vniuersum mundum. Idcirco filij patris vos ad implendum Domini voluntatem. Et, charissimi filij, vt melius Dei praecipium possitis adimplere pro salute animarum vestrarum, videatis quod inter vos sit pax & concordia, & nodus indissolubilis charitatis. Fugite inuidiam, quae principium fuit nostrae perditionis. Sitis in tribulationibus patientes, & in prosperis humiles, & sic eritis in omni pugna victores. Imitatores Christi estote in paupertate, obedientia, & ca-

stitate. Dominus enim Iesus Christus pauper natus est, pauper vixit, paupertatem docuit, & cum paupertate decessit. Et vt ostenderet se diligere castitatem, de Virgine nasci voluit. Virgines milites Innocentes praemisit, virginitatem consuluat, & seruauit, inter virgines ex hac vita migravit. Obedientiam etiam a suo ortu tenuit vsque ad mortem crucis. Spes vestra tantum sit in Deo, qui vos dirigit & iuuabit, Portetis vobiscum Regulam, & Breuiarium, vt diuinum Officium perfectissime reciteris, & sitis maioris vestro Fratri vitali omnes obediens. Filij mei, quamuis de vestra bona voluntate gaudeam, cor meum tamen pro vestro recessu, & separatione a me, sentit quamdam amaritudinem amorosam, sed oportet quod Dei praecipium praferamus propriae voluntati. Rogo vos quod ante oculos vestros semper habeatis Dominicam passionem, quae vos roborabit, & ad patiendum pro ipso fortius animabit.

COLLATIO XXIV.

De meditando assidue Christi passione.

SEMPER ante oculos habete, Fratres charissimi, viam humilitatis, & paupertatis sanctae Crucis, per quam nos minauit Saluator noster Iesus Christus; considerantes quod si ipsius sanctam Maiestatem oportuit pati, & ita intrare in gloriam suam, quod multo magis oportebit nos peccatores adeo enormes per viam crucis & passionis incedere. Et certe si ad tollendam crucem suam quilibet obligatur Christianus potiori iure ad hoc tenemur nos, qui Crucis vexillum sequi profitemur: quam non solum vult Dominus vt nos ipsi tollamus, verum & alios incitemus nostro exemplo & doctrina ad eandem tollendam, & nobiscum trahamus, vt simul cum ipsis Christum Ducem nostrum sequamur; praesertim cum bona voluntas & desiderium imitandi passionem nostri Saluatoris sit peculiare donum, quod concedit Spiritus sanctus animae, quae vere Deum amat, & eidem inseruit. Quia anima, quae propriis solum inharet affectionibus, & se tantum diligit, non amat, imo abhorret hanc Spiritus sancti doctrinam; nec ad perfectionem consequendam necessarium putat participem fieri Christi passionis. Imo maiorem sibi promittens profectum per alias vias, quae verae viae non sunt, sed occulta praecipitia, & fugiens a felle tribulationis per cogitationes varias, humanas & voluntarias, infixum & obsecratum habet cor suum in propriis affectibus, asseuerans quod in huiusmodi libertate vitae melius poterit inseruire Deo. Nec aliquantulum curat de innumeris delectationibus, quas interius recipit anima, quae tota absorpta est in hac contemplatione & compassione Domini sui; neque enim haec perfecte gustantur, nisi perpeffa aliqua tribulatione pro Christo. Sed anima defecata, & exposita propriis affectibus, se a Spiritu sancto duci humiliter permittit, & vt ad suum beneplacitum in eadem operetur tanquam optimus Magister singularis doctrinae, quam Dominus scripta reliquit in libris suae humilitatis, patientiae, & passionis, quae securae sunt viae ad perfectionem Christianam. Vnde illa anima, quae purificari obtinuit a Deo, vehementer cupit transformari in illos dolores, comparans

Castitatis ad imitationem Christi simus amatores. Philip. 2. v. 8.

Dei praecipium propriae voluntati praefereendum.

Luca 24. v. 26, Salutaris Passionis Christi meditatio.

Inculcanda aliis memoria Domini Passionis.

Qui mundanus est dulcedinem spiritualium non sentit.

Animae defecatae suauissima Passio Christi meditatio.

Ad perfectionem in Deum transformatione quid requiritur. Ioan. 14. v. 24.

Rom 8. v. 17. Caelum ferentibus crucem datur. 1. Cor. 9. v. 24.

Luca 6. v. 10.

Si Franciscus frequenter habuit ad fratres exhortationes.

Facile homines in via perfectionis tepescunt.

Mat. 7. v. 13.

Licet B. Franciscus officio Generalis renuntiaret.

comparans omnes alias vias & consolationes cibis mortalibus qui pereunt, & hanc vnicam salutare pharmaco, cuius gustus acerbus, sed fructus sua uisissimus; quod in gustu amarum est, sed in operatione dulcissimum. Quare postponens gustum sanitati, probat quam admirabilis sit dulcedo vitae permanentis, quae despicit consolationem momentaneam & mortalem, & plane probat in nulla alia re perfectius requiescere amorem suum, quam in compassione charitativa Christi: & quod quanto magis illa transformatur in Christum crucifixum, eo magis transformatur in Deum excelsum & gloriosum. Non enim separatur huminitas a diuinitate; & ipse Christus Patrem rogauit, dicens: *Volo ut ubi ego sum, & mei sint* Atque ita anima contemplatur vtrumque Domini statum, ad hoc vt nunquam separetur ab illo. Nam si fugiat in passione, ab illo separabitur in gloria, iuxta Pauli Apostoli verba: *Si tamen compatimur, vt & conglorificemur*. Contemplatur ergo anima Christum mortalem & immortalem; & horum statuum alter est eorum qui adhuc currunt, alter eorum qui iam acceperunt brauium. Vnde sicut non datur pallium nisi currentibus, ita non datur caelum nisi tollentibus crucem; quia non debet esse seruus potior Domino, nec discipulus super Magistrum. Proinde videmus Deum communicare gratiam suam iis, qui hoc modo eum sequuntur; & e contrario auferre eam ab illis praesumptuos, qui per alias chimeras dicunt se velle ei vniri, nec tamen a semetipsis vnquam recedunt, verum tandem miserè abeunt in praecipitium.

COLLATIO XXV.

Quare, postquam Generalis officium deposuit, tolerauit Fratrum defectus.

Quidam ex vobis, Fratres, admirantur, & me interrogant, quare non corrigo defectus qui in Ordine fiunt. Quibus indulgeat Dominus, quoniam mihi contrarij sunt & aduersarij, & me implicare volunt in his quae non pertinent ad officium meum. Quousque enim habui Praelationis officium super Fratres, & ipsi manserunt in vocatione & professione sua, licet a principio meae conuersionis semper infirmus fuerim, cum parua mea sollicitudine satisfaciebam eis exemplis & praedicationibus. Sed postquam consideravi, quod Dominus multiplicauit numerum Fratrum, & ipsi propter tepiditatem & inopiam spiritus incipiebant declinare a via recta & secura, per quam consueuerant ambulare, & per ampliorem viam, quae ducit ad mortem, incedentes, non attendebant vocationem & professionem suam, & bonum exemplum, nec volebant dimittere iter periculosum & mortiferum, quod ceperant propter praedicationem & admonitionem meam, & exemplum meum, quod illis continuè ostendebam; ideo recommendaui Ordinis praelationem & regimen Domino & Ministris. Vnde licet tempore quo renuntiaui officio Fratrum, excusarem me coram Fratribus in Capitulo Generali, quod propter infirmitates meas curam de ipsis habere non poteram; tamen si secundum voluntatem meam Fratres vellent ambulare nunc, propter ipsorum

consolationem & vtilitatem nollem quod alium Ministrum haberent nisi me vsque ad diem mortis meae. Si enim bonus & fidelis subditus voluntatem Praelati sui cognoscit & obseruat, parum sollicitudinem oportet Praelatum habere de ipso. Imò tantum gaudeam de bonitate Fratrum propter lucrum ipsorum & meum: quod si iacerem in lecto infirmus, non me pigeret satisfacere eis: quia officium meum, id est praelationis, est spirituale tantum, videlicet dominari vitiis, & ipsa spiritualiter corrigere & emendare. Postquam autem ipsa emendare & corrigere praedicatione, admonitione, & exemplo non possum, nolo carnifex fieri ad puniendum & flagellandum, sicut Potestates huius saeculi. Sed confido in Domino quod adhuc inimici inuisibiles, qui sunt castaldi Domini ad puniendum in saeculo & in futuro eos qui transgrediuntur mandata Dei, sument de ipsis vindictam; facientes illos corrigi ab hominibus huius saeculi in opprobrium, & verecundiam ipsorum, & reuertentur ad professionem & vocationem suam. Veruntamen vsque ad diem mortis meae non cessabo exemplo & operatione docere Fratres ambulare per viam, quam mihi Dominus ostendit, quam & ego iam docui & ostendi eis verbo & exemplo, vt sint inexcusabiles coram Domino; & ego non teneor de ipsis ulterius coram Domino reddere rationem.

Per castaldos intellige demones qui Dei veluti lictores & exatores qui debitas culpas exigunt a peccatoribus poenas.

COLLATIO XXVI.

De Conditionibus quibus insigniri debet Minister Generalis.

TAM magni & multimodi exercitus Ducem, tam magni & dilatati gregis Pastorem, filij mei, nullum sufficientem intueor; sed vnum in quo reliceat, qualis debeat esse istius familiae Dux & Pastor, vobis depingam. Homo iste debet esse vitae grauissimae, discretionis magnae, famae laudabilis, priuatis affectionibus carens, ne dum in parte plus diligit, in toto scandalum generet. Homo qui sanctae orationis sit amicus, ita tamen quod certas horas animae suae, certas gregi sibi commissio distribuatur. Nam primo mane debet sanctissimum Sacrificium Missae praemittere, & ibidem longa deuotione seipsum & gregem diuinam protectioni affectuosius commendare. Post orationem vero seipsum statuatur ab omnibus depilandum, omnibus responsurum, omnibus cum charitate, patientia & mansuetudine prouisurum. Non debet esse acceptator personarum, ita quod non minus curet de simplicibus & idiotis, quam de scientibus & sapientibus Cui si donum scientiae est concessum, tamen plus in moribus pietatis & simplicitatis, patientiae & humilitatis imaginem ferat. Foueatque virtutes in se & in aliis, atque in praticando eas continuè se exerceat, ad haec alios plus exemplo quam sermonibus incitandus. Sit executor pecuniae, quae nostrae professionis & perfectionis est praecipua corruptela: & tamquam caput & exemplar imitandum ab omnibus, nullis vnquam loculis abutatur. Sufficiant autem sibi pro se habitus & libellus, pro alijs vero scriptorium & sigillum: non sit aggregator librorum, nec lectioni multum intentus; ne forte

Praelatus sit discretus vitae laudabilis non acceptor personarum.

Praelatus non solum vacet orationi, sed sibi commissi gregis curam habeat.

In Praelato sit eruditio sed potiori iure omnia virtutum genera.

Exempla praestant sermonibus. Sub pecunioso Praelato rota defleat a paupertate Religio. Praelatus nihil officio deerat.

Remedium vltimum afflata & præcipuum consolatio.

Prælati aliquo modo suo cedat iuri vt animas Christo lucrifaciat. Refuga Ordinis bene tractandus. Prælati reuerenter suscipiendus.

Duplex merces Prælati.

Prælati plus iniuriis quam honoribus delectetur.

Non facile credendum accusatiombus.

Temperet Prælati iustitiæ rigorem.

Præfectura onus est non honor.

Attendant Prælati quos sibi socios eligant.

forte detrahat officio, quod prærogat studio. Consoletur piè afflictos, cum sit vltimum remedium tribulatis; ne si apud eum defuerint remedia sanitatis, desperationis morbus præualeat in infirmis. Vt proteruos flectat ad mansuetudinem; seipsum prosternat, & aliquid sui iuris relaxet, vt animas Christo lucrifaciat. Ad refugas Ordinis, velut ad oues quæ perierunt, viscera pietatis expandat, & numquam misericordiam neger illis, sciens tentationes illas perualidas, quæ ad tantum casum possunt impellere animam; quas si ipsum permitteret Dominus experiri, fortè in maius præcipitium laberetur. Vellem ipsum tamquam Christi Vicarium ab omnibus cum deuotione & reuerentia honorari, atque sibi in omnibus & ab omnibus cum omni beneuolentia, iuxta eius necessitatem, & status nostri condecantiam, prouideri. Verumtamen oportet eum non arridere honoribus, neque fauoribus plus quam iniuriis delectari; ita quod propter honores non mutantur eius mores nisi in melius. Si quando verò propensiori & meliori cibo indigeret, non in absconso, sed in publico loco assumat, vt aliis tollatur reuerentia prouidendi sibi in infirmitatibus & debilitatibus suis. Ad eum maximè pertinet latentes conscientias distinguere, & ex occultis venis eruere veritatem. Omnes accusationes in principio habeat suspectas, donec veritas ex diligenti examinatione incipiat apparere. Aures etiam non præbeat multiloquis, & multiloquos in accusationibus specialiter habeat suspectos, nec facilliter credat eis. Talis denique debet esse quod propter cupiditatem retinendi honorem, virilem formam iustitiæ & æquitatis nullatenus inficiat vel relaxet. Ita tamen quod ex nimio rigore nullius anima occidatur, & ex superflua mansuetudine non nascatur torpor, atque ex laxa indulgentia non proueniat dissolutio disciplinæ; sicque ab omnibus timeatur, vt ab ipsis timentibus diligitur. Officium autem Prælationis semper puret & sentiat sibi fore potiùs oneri quam honori. Vellem etiam eum habere Socios præditos honestate, rigidos aduersus voluptates, fortes in angustiis, & compassiuos delinquentibus; habentibus æqualem affectionem ad omnes; nihil de labore suo recipientes nisi puram corporis necessitatem: nihil appetentes nisi laudem Dei, Ordinis profectum, animæ propriæ meritum, & Fratrum omnium perfectam salutem, omnibus conuenienter affabiles, & omnes conuenientes ad eos cum sancta iucunditate recipientes, atque formam & exemplum obseruantia Evangelij iuxta professionem Regulæ in semetipsis pure & simpliciter omnibus ostendentes. Ecce talibus esse debet Generalis Minister, & tales debet habere Socios.

esse vellem quorum vita ceteris esset spectaculum disciplina. Hos tamen vellem omni honore venerari, & diligi, sicut qui pondus portant sollicitudinis & laboris. Summis eos præmiis apud Deum reputarem esse dignos qui tali formali que lege traditas sibi animas gubernarent.

Affabiles sint subditis, & benigna correctio.

COLLATIO XXVIII.

Qualiter conuersandum sit in Monasterio sanctæ Mariæ de Angelis, & quod nullatenus à Fratribus dimittatur.

Volo, quod iste locus, Fratres charissimi, sit semper immediatè sub potestate Generalis Ministri & Serui, & inde illis maiorem sollicitudinem & curam habeat prouidendi ibidem de bona & sancta familia. Clerici eligantur de melioribus & sanctioribus & magis honestis Fratribus, & qui sciant meliùs dicere. Officium ex illis qui sint in tota Religione; vt non solum sæculares, sed etiam alij Fratres libenter, & cum magne deuotione, videant & audiant eos. De Fratribus etiam laicis, sanctis hominibus, discretis, humilibus, & honestis, eligantur qui seruiant illis. Volo etiam quod nulla persona, & nullus Frater intret in illum locum, nisi Generalis Minister, & Fratres qui seruiunt illis. Et ipsi non loquantur cum aliqua persona, nisi cum Fratribus qui seruiunt illis, & cum Ministro quando visitauerit eos. Volo similiter, quod Frates laici, qui seruiunt eis, teneantur numquam dicere eis verba otiosa, vel noua huius sæculi, vel quæcumque alia, quæ non essent vtilia animabus eorum. Et propterea specialiter volo, quod nullus intret in illum locum, vt ipsi meliùs conseruent puritatem & sanctitatem suam; & quod in illo loco nihil penitus fiat vel dicatur inutiliter, sed ipse locus teneatur purus & sanctus in hymnis & laudibus Domini. Et cum aliquis ipsorum Fratrum migrauerit ad Dominum, volo quod loco ipsius mittatur illuc alius sanctus Frater à Generali Ministro. Nam si alij Fratres declinauerint aliquando à puritate, & honestate, & sanctitate vitæ, volo quod iste locus benedictus sit, & permaneat semper speculum & bonum exemplum totius Religionis, & quoddam candelabrum ante thronum Dei & beatam Virginem semper ardens & lucens, per quod Dominus propitietur defectibus & culpis omnium Fratrum, atque conseruet semper & protegat hanc Religionem & plantulam suam. Videte, filij, ne vnumquam hunc locum relinquatis. Si ab vna parte foras expellimini, per aliam reintrete. Nam locus iste sanctus est, & habitatio Christi, & Virginis Mariæ matris eius. Hic, cum pauci essemus, augmentauit nos Dominus altissimus. Hic luce sapientiæ suæ illuminauit animas pauperum suorum. Hic igne sui amoris nostras voluntates accendit. Hic qui orauerit corde deuoto, quod petierit, obtinebit; offendens, grauiùs punietur. Propter quod, o filij, habete hunc locum omni reuerentia & honore dignissimum, tamquam verè Dei habitaculum, ab ipso & eius matre singulariter prædictum. Atque ibidem toto corde vestro in voce exultationis & confessionis confitemini Deo Patri, & eius Filio Domino Iesu Christo, in Spiritu sancti unitate. Amen.

Nunc autem subest Ministris Prouincie diui Francisci.

Singularis affectus B. Francisci erga Conuentum S. Mariæ de Angelis.

Currantio affectu hunc dilexit B. Franc. Conuentum.

COLLATIO XXVII.

De conditionibus Ministrorum Prouincialium.

Vellem; Fratres, Prouinciales Ministros affabiles esse minoribus, & tanta beneuolentia præditos, vt eorum affectui non vereantur se committere delinquentes. Vellem eos moderatos esse in præceptis, propitios in offensis; ferre magis peccatores, quam inferre iniurias. Hostes vitij, medicos vitiosos. Tales denique

OFFICIUM PASSIONIS DOMINICÆ.

Quanta tenerritudine ferebatur Franciscus in Christum in carne passum, & quam mira compassionis dulcedine eius iugiter recolere passionem, scripsit Bonan. cap. 9. & 13. sue Legenda, & in principio Opusculi de Miraculis à B. Patre patrat, quod ad eius vitam subtexuit. Vt ergo haberet sanctus vir per quod mentem ad maiorem sacratissima Passionis reuerentiam religiosius excitaret, concinnauit sibi quasdam precandi formulas, ad rem compositis Psalmis, tam religiosa struetura, vt nihil aliunde quam ex Davidico Psalterio, alijsve sacra Scriptura libris, admiscuerit. Huius Officij meminit Auctor Vitæ sanctæ Clara, quam ad Alexandri Quarri imperium scripsit, & quam Surius transcripsit cap. 10. his verbis: Officium Crucis, prout Crucis amator Franciscus instituerat, dicit beata Virgo, & affectu simili frequentauit. Primum huius Officij exemplar mihi occurrit in primo Cod. MS. Assisensi sapius à me citato. Secundum mihi ex ciuitate Bononiensi transmisit Reuerendissimus Pater Benignus Gemuensis, supremus nostri Instituti Rector, anno Domini 1619. Tertium obtulit Bartholomæus Cimarelli Prouincia Picena vir doctus, & Pater emeritus, mihi familiaris, in primo volumine Annalium nuper à se editorum l. 1. c. 8. Aliud se vidisse penes Augustæ memoriæ Imperatorem Maximilianum iuniorum, magnæque deuotione ab eodem quotidie frequentatum, mihi retulit vir aequè pius ac doctus R. Pater Henricus Sedulius in eade nostra Salmantina, anno 1618. dum illuc cum ceteris Belgicis & Germanis Electoribus celebrandorum Comitiorum Generalium gratiâ longa confectus atate conuenit. Non eadem horum exemplarium series in disponendo hoc Officio pro statutis anni temporibus. Parui tamen est momenti discrepantia; nec vlla est ferme in verbis Officij. Clariorem sequor Codicis Assisatis dispositionem.

Ordo recitandi Officium Dominicæ Passionis ab hora Completorii Ferie Quintæ maioris Hebdomadæ, quando Christus Dominus traditus est, vsque ad Completorium Sabbati sancti, & omnibus diebus ferialibus per annum.

R. V. B. R. I. C. A.

Incipiendum est Officium ab Oratione Dominica, sed eo modo, quo Tomo primo posita est cum Glossa sancti viri: deinde subnectenda

illa Laudes Dominice, Sanctus, Sanctus, &c. quas ibidem sanctus inuenies cum suis Versiculis & Oratione, quæ ad omnes Horas præponuntur: tunc absolute dicenda est Antiphona & Psalmi, eo modo quo hic disponuntur.

AD COMPLETORIUM.

Antiphona. Sancta Maria Virgo.

Psalmus.

Deus vitam meam annuntiaui tibi: posuisti lacrymas meas in conspectu tuo.

Omnes inimici mei aduersum me cogitauerunt mala mihi: \* consilium fecerunt in vnum.

Et posuerunt aduersum me mala pro bonis: & odium pro dilectione mea.

Pro eo vt me diligenter, detrahebant mihi: ego autem orabam.

Mi Pater sancte, Rex cæli & terræ, ne discesseris à me: quoniam tribulatio proxima est, & non est qui adiuuet.

Conuertentur inimici mei retrorsum, in quacumque die inuocauero te: ecce cognoui quoniam Deus meus es.

Amici mei, & proximi mei aduersum me appropinquauerunt, & steterunt: & proximi mei de longe steterunt.

Longè fecisti notos meos à me, posuerunt me abominationem sibi: traditus sum, & non egrediebar.

Pater sancte ne elongaueris auxilium tuum à me: Deus meus ad auxilium meum respice.

Intende in adiutorium meum: Domine Deus salutis meæ.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper: & in sæcula sæculorum, Amen.

Antiphona.

Sancta Maria Virgo, non est tibi similis nata in mundo in mulieribus, filia & ancilla altissimi Regis, Patris cælestis, mater sanctissima Domini nostri Iesu Christi, sponsa Spiritus sancti: ora pro nobis cum sancto Michaelè Archangelo, & omnibus Virtutibus cælorum, omnibus Sanctis, tuum sanctissimum Filium dilectissimum Dominum nostrum, & Magistrum. Amen.

Gloria Patri, &c.

AD MATVTINVM.

Antiphona. Sancta Maria Virgo.

Psalmus.

Domine Deus salutis meæ: in die clamaui & nocte coram te.

Intret in conspectu tuo oratio mea: inclina aures tuas ad præcæm meam.

Intende animæ meæ, & libera eam propter inimicos meos super me.

Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre, spes mea ab vberibus matris meæ: in te projectus sum ex vtero.

De ventre matris meæ Deus meus es tu: ne discesseris à me.

Tu scis improprium meum, & confusionem meam: & reuerentiam meam.

Ibidem v. 21.

In conspectu tuo sunt omnes, qui tribulant me: improprium expectavit cor meum, & miseriam.

Et sustinui qui simul contristaretur, & non fuit: & qui consolaretur, & non inveni.

Psal. 85. v. 14.

Deus, iniqui insurrexerunt super me, & synagoga potentium quaesierunt animam meam: & non proposuerunt te in conspectu tuo.

Psal. 77. vers. 5. Psal. 45. vers. 5. Psal. 37. vers. 23.

Aestimatus sum cum descendentibus in lacum: factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber.

Tu es sanctissimus Pater meus: & Deus meus. Intende in adiutorium meum: Domine Deus salutis meae. Gloria Patri, &c.

Antiphona. Sancta Maria Virgo non est tibi similis nata in mundo, &c.

Gloria Patri, &c.

AD PRIMAM.

Antiphona. Sancta Maria Virgo.

Psalms.

Psal. 56. v. 1.

Miserere mei Deus, miserere mei: quoniam in te confidit anima mea.

Et in umbra alarum tuarum sperabo: donec transeat iniquitas.

Clamabo ad sanctissimum Patrem meum altissimum: Deum qui benefecit mihi.

Misit de caelo, & liberauit me: dedit in opprobrium conculcantes me.

\* Psal. 17. v. 18.

Misit Deus manum suam, & veritatem suam, animam meam \* eripuit de inimicis meis fortissimis, & ab his qui oderunt me, quoniam confortati sunt super me.

Psal. 56. v. 7.

Laqueum parauerunt pedibus meis: & incurauerunt animam meam.

Foderunt ante faciem meam foueam: & incidunt in eam.

Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: cantabo, & psalmum dicam.

Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara: exurgam diluculo.

Confitebor tibi in populis Domine: & psalmum dicam tibi in gentibus.

Quoniam magnificata est vsque ad caelos misericordia tua: & vsque ad nubes veritas tua.

Exaltare super caelos Deus: & super omnem terram gloria tua. Gloria Patri, &c.

Antiphona. Sancta Maria Virgo, non est tibi similis nata in mundo, &c.

Gloria Patri, &c.

AD TERTIAM.

Antiphona. Sancta Maria Virgo.

Psalms.

Psal. 55. v. 2.

Miserere mei Deus, quoniam conculcauit me homo: tota die impugnans tribulauit me.

Conculcauerunt me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes aduersum me.

Omnes inimici mei aduersum me cogitabant mala mihi: verbum iniquum constituerunt aduersum me.

Ibidem v. 3. Psal. 40. v. 3. 9. Psal. 70. v. 10. Psal. 40. v. 8. Psal. 21. v. 8. Ibidem v. 7.

Qui custodiebant animam meam: consilium fecerunt in vnum.

Egrediebantur foras: & loquebantur in idipsum.

Omnes videntes me deriserunt me: locuti sunt labiis, & mouerunt caput.

Ego autem sum vermis, & non homo: opprobrium hominum, & abjectio plebis.

Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium vicinis meis valde: & timor notis meis.

Pater sancte ne elongaueris auxilium tuum a me: & ad defensionem meam conspice.

Intende in adiutorium meum: Domine Deus salutis meae. Gloria Patri, &c.

Antiphona. Sancta Maria Virgo, non est tibi similis nata in mundo, &c. Gloria Patri, &c.

A D S E X T A M.

Antiphona. Sancta Maria Virgo.

Psalms.

Voce mea ad Dominum clamaui: voce mea ad Dominum deprecatus sum.

Effundo in conspectu eius orationem meam: & tribulationem meam ante ipsum pronuntio.

In deficiendo ex me spiritum meum: & tu cognouisti semitas meas.

In via hac qua ambulabam, absconderunt superbi laqueum mihi.

Considerabam ad dexteram, & videbam: & non erat, qui cognosceret me.

Periit fuga a me: & non est qui requirat animam meam.

Quoniam propter te sustinui opprobrium: operui: confusio faciem meam.

Extraneus factus sum fratribus meis: & peregrinus filius matris meae.

Pater sancte, zelus domus tuae comedit me: & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.

Et aduersum me latati sunt, & conuenerunt: & congregata sunt super me flagella, & ignorauit.

Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis.

Confortati sunt, qui persecuti sunt me inimici me iniuste: quae non rapui, tunc exolebam.

Surgentes testes iniqui, quae ignorabam interrogabant me.

Retribuiebant mihi mala pro bonis, & detrahebant mihi, quoniam sequebar bonitatem.

Tu es sanctissimus Pater meus: Rex meus, & Deus meus.

Intende in adiutorium meum, Domine Deus salutis meae. Gloria Patri, &c.

Antiphona. Sancta Maria Virgo, non est tibi similis nata in mundo, &c.

Gloria Patri, &c.

AD NONAM.

Antiphona. Sancta Maria Virgo.

Psalms.

Vos omnes, qui transitis per viam: attendite & videte si est dolor sicut dolor meus.

Quoniam circumdederunt me canes multi: consilium malignantium obsedit me.

Ipsi vero considerauerunt & inspexerunt me: diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt fortem.

Foderunt manus meas, & pedes meos: & dinumerauerunt omnia ossa mea.

Aperuerunt super me os suum: sicut leo rapiens & rugiens.

Sicut aqua effusus sum: & dispersa sunt omnia ossa mea.

Et factum est cor meum tamquam cera liquecens, in medio ventris mei.

Aruit tamquam testa virtus mea: & lingua mea adhaesit faucibus meis.

Et dederunt in escam meam fel: & in siti mea potauerunt me aceto.

Et in puluere mortis dedaxerunt me: & super dolorem

Psal. 30. v. 12. Psal. 11. v. 20. Psal. 37. v. 23.

Psal. 141. v. 1.

Psal. 68. v. 8.

Psal. 34. v. 15. Psal. 37. v. 20. Psal. 61. v. 5. Psal. 41. v. 11. Ibidem v. 12. Psal. 45. v. 5. Psal. 37. v. 23.

Thren. v. 12. Psal. 11. v. 17. Ibidem v. 18.

Ibidem v. 17. Ibidem v. 14.

Psal. 3. v. 22. \* Psal. 21. v. 16.

dolorem vulnerum meorum addiderunt.

Ego dormiui & resurrexi: & Pater meus sanctissimus cum gloria suscepit me.

Pater sancte, tenuisti in inum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria assumpsisti me.

Quid enim mihi est in caelo: & a te quid volui super terram?

Videte, videte, quoniam ego sum Deus, dicit Dominus: exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra.

Benedictus Dominus Deus Israel, qui redemit animas seruatorum suorum de proprio sanctissimo sanguine suo: & non delinquent omnes qui sperant in eo.

Et scimus quoniam venit: quoniam venit iustitiam iudicare. Gloria Patri, &c.

Antiphona. Sancta Maria Virgo, non est tibi similis nata in mundo, &c. Gloria Patri, &c.

Et scimus quoniam venit: quoniam venit iustitiam iudicare. Gloria Patri, &c.

Antiphona. Sancta Maria Virgo, non est tibi similis nata in mundo, &c. Gloria Patri, &c.

AD VESPERAS.

Antiphona. Sancta Maria Virgo.

Psalms.

Omnes gentes plaudite manibus: iubilate Deo in voce exultationis.

Quoniam Dominus excelsus, terribilis: Rex magnus super omnem terram.

Quia sanctissimus Pater de caelo, Rex noster ante saecula: misit dilectum Filium suum de alto, & operatus est salutem in medio terrae.

Latentur caeli, & exultet terra, commoueatur mare & plenitudo eius: gaudebunt campi, & omnia quae in eis sunt.

Cantate ei canticum nouum: cantate Domino omnis terra.

Quoniam magnus Dominus, & laudabilis nimis: terribilis est super omnes Deos.

Afferte Domino patriae gentium, afferte Domino gloriam & honorem: afferte Domino gloriam nomini eius.

Tollite corpora vestra, & baiulate Crucem eius: & sequimini vsque in finem sanctissima praecepta eius.

Commoueatur a facie eius vniuersa terra: dicite in gentibus, Quia Dominus regnauit.

Gloria Patri, &c.

Antiphona. Sancta Maria Virgo, non est tibi similis nata in mundo, &c.

Gloria Patri, &c.

RUBRICA.

Quandocumque terminatur Officium, dicuntur sequentia verba.

Benedicamus Domino Deo viuo & vero; laudemus eum; gloriam, honorem, benedictionem, & omnia bona referamus ei semper. Amen. Fiat, fiat.

RUBRICA.

A Completorio Sabbati sancti, vsque ad Octauam Pentecostes inclusue, dicitur Officium vt sequitur.

Pater noster, &c. & Sanctus, Sanctus, &c. vt supra.

AD COMPLETORIUM.

Antiphona. Sancta Maria Virgo.

Psalms.

Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me festina.

Confundantur & reuerentur: qui quaerunt animam meam.

Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me festina.

Confundantur & reuerentur: qui quaerunt animam meam.

Psal. 68. v. 27. Psal. 3. v. 6. Psal. 72. v. 24. Ibidem v. 25. Psal. 45. v. 11. Psal. 33. v. 23.

Psal. 95. v. 13.

Psal. 46. v. 2. Ibidem v. 3. \* Psal. 73. v. 12.

Psal. 95. v. 11. 12.

Ibidem v. 1. Ibidem v. 4. Ibidem v. 7.

Ex Luc. 14. v. 27.

Psal. 96. v. 10.

Auertantur retrorsum, & erubescant: qui volunt mihi mala.

Auertantur statim erubescantes, qui dicunt mihi, Euge, euge.

Exultent, & latentur in te omnes qui quaerunt te: & dicant semper, Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.

Ego vero egenus & pauper sum: Deus adiuua me.

Adiutor meus & liberator meus es tu: Domine ne moreris.

Gloria Patri, &c.

Antiphona. Sancta Maria Virgo, non est tibi similis nata in mundo, &c.

Gloria Patri, &c.

AD MATUTINUM

DOMINICAE RESURRECTIONIS.

Antiphona. Sancta Maria Virgo.

Psalms.

Cantate Domino canticum nouum: quia mirabilia fecit.

\* Sacrificauit filium suum dextera eius, & brachium sanctum eius.

\* Notum fecit Dominus salutare suum: in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam.

In illa die mandauit Dominus misericordiam suam, & nocte canticum eius.

Haec est dies quam fecit Dominus: exultemus, & laetemur in ea.

Benedictus qui venit in nomine Domini: Deus Dominus, & illuxit nobis.

Latentur caeli, & exultet terra; commoueatur mare & plenitudo eius: gaudebunt campi, & omnia quae in eis sunt.

Afferte Domino patriae gentium, afferte Domino gloriam & honorem: afferte Domino gloriam nomini eius.

Gloria Patri, &c.

Antiphona. Sancta Maria Virgo, non est tibi similis nata in mundo, &c.

Gloria Patri, &c.

AD PRIMAM.

Antiphona. Sancta Maria Virgo.

Psalms. Miserere mei Deus, miserere mei, &c. vt supra ad Primam in Officio de tempore,

AD TERTIAM, SEXTAM,

ET NONAM.

Antiphona. Sancta Maria Virgo.

Psalms. Cantate Domino canticum nouum, &c. vt supra ad Matutinum in hoc Officio Paschali.

AD VESPERAS.

Antiphona. Sancta Maria Virgo.

Psalms. Omnes Gentes plaudite manibus, &c. vt supra ad Vesperas in Officio de tempore.

RUBRICA.

Notandum, quod in die Ascensionis adduntur ad Psalmum Cantate, tam in Matutino, quam ad Tertiam, Sextam, & Nonam, sequentes versiculi.

Regna terrae cantate Deo, psallite Domino: psallite Deo qui ascendit super caelum caeli ad Orientem.

Ecce dabit voci suae vocem virtutis, date gloriam Deo super Israel: magnificentia eius & virtus eius in nubibus.

Psal. 67. v. 33. 34. Ibidem v. 44.



*Antiphona.* Sancta Maria Virgo.

*Psalms.*

**E**Xaudi te Dominus in die tribulationis: *Psal. 19.*  
protegat te nomen Dei Iacob. *v. 2.*

Mittat tibi auxilium de sancto: & de Sion tuatur te. *Ibidem v. 3.*

Tribuat tibi secundum cor tuum: & omne consilium tuum confirmet. *Ibidem v. 5.*

Latentur in salutari tuo: & in nomine Domini Dei nostri magnificabuntur. *Ibidem v. 6.*

Impleat Dominus omnes petitiones tuas: nunc cognoui quoniam misit Dominus Iesum Christum filium, & \* iudicabit populos in iustitia. *\* Psal. 9. v. 9.*

Et factus est Dominus refugium pauperis, adiutor in opportunitatibus, in tribulatione: & sperent in te qui nouerunt nomen tuum. *Psal. 58. v. 17.*

Benedictus Dominus Deus meus: quia \* factus est susceptor meus & refugium meum in die tribulationis meae. *Ibidem v. 18.*

Adiutor meus tibi psallam: quia Deus meus, misericordia mea. Gloria Patri, &c.

*Antiphona.* Sancta Maria Virgo non est tibi similis nata in mundo, &c.

Gloria Patri, &c.

## AD NONAM.

*Antiphona.* Sancta Maria Virgo.

*Psalms.*

**I**N te Domine speravi, non confundar in æternum: in iustitia tua libera me, & eripe me. *Psal. 70. v. 2.*

Inclina ad me aurem tuam: & salua me.

Esto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum: v saluum me facias.

Quoniam tu es patientia mea Domine: Domine spes mea à iuuentute mea. *Ibidem v. 5.*

In te confirmatus sum ex vtero, de ventre matris meae tu es protector meus: in te cantatio mea semper. *Ibidem v. 6.*

Repleatur os meum laude, vt cantem gloriam tuam: tota die magnitudinem tuam. *Ibidem v. 8.*

Exaudi me Domine, quoniam benigna est misericordia tua: secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me. *Psal. 68. v. 17.*

Et ne auertas faciem tuam à puero tuo: quoniam tribulor, velociter exaudi me. *Ibidem v. 18.*

Benedictus Dominus Deus meus, quia factus est susceptor meus: & refugium meum in die tribulationis meae. *Psal. 58. v. 17.*

Adiutor meus tibi psallam, quia Deus susceptor meus est: Deus meus misericordia mea. *Ibidem v. 18.*

Gloria Patri, &c.

*Antiphona.* Sancta Maria Virgo, non est tibi similis nata in mundo, &c.

Gloria Patri, &c.

## AD VESPERAS.

*Antiphona.* Sancta Maria Virgo.

*Psalms.* Omnes gentes plaudite manibus, &c. vt supra ad Vesperas in Officio feriali.

*Rubrica.*

Ordo recitandi Officium à prima Dominica Adventus vsque ad Vigiliam Natiuitatis Domini.

AD

## AD COMPLETORIVM.

*Antiphona.* Sancta Maria virgo.

*Psalms.*

**V**Squequo Domine obliuisceris mei in finem: vsquequò auertis faciem tuam à me?

Quandiu ponam consilia in anima mea: dolorem in corde meo per diem?

Vsquequò exaltabitur inimicus meus super me? respice, & exaudi me Domine Deus meus.

Illumina oculos meos, ne vniquam obdormiam in morte: ne quando dicat inimicus meus, Praualui aduersus eum.

Qui tribulant me, exultabunt si motus fuero: ego autem in misericordia tua speravi.

Exultabit cor meum in salutari tuo: cantabo Domino, qui bona tribuit mihi: & psallam nomini Domini Altissimi.

Gloria Patri, &c.

*Antiphona.* Sancta Maria Virgo, non est tibi similis nata in mundo, &c.

Gloria Patri, &c.

## AD MATVTINVM.

*Antiphona.* Sancta Maria virgo.

*Psalms.*

**C**onfitebor tibi Domine sanctissime Pater, Rex cæli & terræ: quoniam consolatus es me.

Tu es Deus Saluator meus: fiducialiter agam, & non timebo.

Fortitudo mea, & laus mea Dominus: & factus est mihi in salutem.

Dextera tua Domine magnificata est in fortitudine, dextera tua Domine percussit inimicum: & in multitudine gloriæ deposuisti aduersarios meos.

Videant pauperes & latentur: quærite Deum, & viuet anima vestra.

Laudent illum cæli & terra: mare, & omnia reptilia in eis.

Quoniam Deus saluam faciet Sion: & ædificabuntur ciuitates Iudæ.

Et inhabitabunt ibi: & hereditate acquirunt eam.

Et semen seruatorum eius possidebit eam: & qui diligunt nomen eius, habitabunt in ea.

Gloria Patri, &c.

*Antiphona.* Sancta Maria Virgo, non est tibi similis nata in mundo, &c.

Gloria Patri, &c.

## AD PRIMAM.

*Antiphona.* Sancta Maria Virgo.

*Psalms.* Miserere mei Deus, miserere mei, &c. vt supra in Officio feriali.

## AD TERTIAM.

*Antiphona.* Sancta Maria Virgo.

*Psalms.* Iubilare Deo omnis terra, &c. vt supra in Officio Festiua, & Dominicali.

## AD SEXTAM.

*Antiphona.* Sancta Maria Virgo,

*Psalms.* Exaudi te Dominus, &c. vt supra ibidem.

## AD NONAM.

*Antiphona.* Sancta Maria Virgo.

*Psalms.* In te Domine speravi, &c. vt supra ibidem.

## AD VESPERAS.

*Antiphona.* Sancta Maria Virgo.

*Psalms.* Omnes gentes plaudite manibus, &c. vt supra ad Vesperas in feriali Officio, omisso solum ultimo versu, Commoueatur à facie, &c.

*Rubrica.*

Similiter celebratur Officium à die Natiuitatis Domini vsque ad Octauam Epiphania, excepto quòd ad omnes Horas, incipiendo à Vesperis diei, dicatur sequens *Psalms.*

**E**xultate Deo adiutori nostro: iubi late Domino Deo viuo & vero in voce exultationis.

Quoniam Dominus excelsus, terribilis: Rex magnus super omnem terram. *Psal. 46. v. 3.*

Quia sanctissimus Pater de cælo \* Rex noster ante sæcula, misit Filium suum de alio: & \* natus fuit de beata virgine Maria. *\* Psal. 37. v. 12. \* Ex Symbol. Apostola.*

Ipse inuocabit me, Pater meus es tu: & ego primogenitum ponam illum excelsum præ Regibus terræ. *Psal. 88. v. 27. 28. Psal. 39. v. 9.*

In illa die mandauit Dominus Deus misericordiam suam: & nocte canticum eius. *Psal. 117. v. 24.*

Hæc est dies quam fecit Dominus: exultemus, & lætemur in ea. *Isa. 9. v. 6. Luca 2. v. 7.*

Quia sanctissimus puer dilectus datus est nobis, & natus fuit pro nobis in via, & \* positus in præsepio: quia non habebat locum in diuersorio. *Ibidem v. 14. Psal. 95. v. 11. & 12.*

Gloria Altissimis Domino Deo: & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. *Ibidem v. 1.*

Latentur cæli & exultet terra, commoueatur mare & plenitudo eius: gaudebunt campi, & omnia quæ eis sunt.

Cantate ei canticum nouum: cantate Domino omnis terra. *Ibidem v. 4.*

Quoniam magnus Dominus & laudabilis nimis: terribilis est super omnes Deos. *Ibidem v. 7.*

Afferte Domino patriæ gentium, afferte Domino gloriam & honorem: afferte gloriam nomini eius. *Ibidem v. 7.*

Tollite corpora vestra, & baiulate sanctam Crucem eius: & sequimini vsque in finem præcepta eius. *Ex Luca 14. v. 27.*

Gloria Patri, &c.

*Antiphona.* Sancta Maria Virgo, non est tibi similis nata in mundo, &c.

Gloria Patri, &c.

## CANTICA

## B. FRANCISCI.

**I**nter cetera Opuscula, quadam metro ordinasse, suisque numeris absoluisse sanctum virum, testantur Henricus Vulliot, Antonius Posseninus, Petrus Rodolphus, Marianus Florentinus, Operibus his præfixi, Bartholomeus Pisanus lib. 2. Conform.

*Ibidem v. 36.*

Mirabilis Deus in Sanctis suis, Deus Israël ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ: benedictus Deus.

Gloria Patri, &c.

*Antiphona.* Sancta maria Virgo non est tibi similis nata in mundo, &c. Gloria Patri, &c.

*Rubrica.*

Ad Vesperas etiam Ascensionis quotidie vsque ad Adventum, ad *Psalms*, Omnes Gentes, adiunguntur hi versus:

**E**t ascendit ad cælos: & sedet ad dexteram sanctissimi Patris in cælis.

Exaltare super cælos Deus: & super omnem terram gloria tua.

Et scimus quoniam venit, quoniam veniet iustitiam iudicare. Gloria Patri, &c.

*Antiphona.* Sancta Maria Virgo, non est tibi similis nata in mundo, &c.

Gloria Patri, &c.

*Rubrica.*

Ordo dicendi Officium in omnibus Festiuitatibus principalibus & Dominicis diebus, ab Octaua Pentecostes vsque ad Adventum, & ab Octaua Epiphania vsque ad Completorium Feria Quinta in Cena Domini.

## AD COMPLETORIVM.

*Antiphona.* Sancta Maria Virgo.

*Psalms.* Deus in adiutorium meum intende, &c. vt supra in Completorio tempore Paschali.

## AD MATVTINVM.

*Antiphona.* Sancta Maria Virgo.

*Psalms.* Cantate Domino canticum nouum, &c. vt supra in Matutino Resurrectionis.

## AD PRIMAM.

*Antiphona.* Sancta Maria Virgo.

*Psalms.* Miserere mei Deus, miserere mei, &c. vt supra ad Primam in Officio de Tempore.

## AD TERTIAM.

*Antiphona.* Sancta Maria Virgo.

*Psalms.*

**I**ubilare Deo omnis terra, psalmum dicite nomini eius: date gloriam laudi eius. *Psal. 65. v. 2.*

Dicite Deo, quam terribilia sunt opera tua Domine: in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.

Omnis terra adoret te, & psallat tibi: psalmum dicat nomini tuo.

Venite, & audite, & narrabo, omnes qui timeatis Deum: quanta facit animæ meæ.

Ad ipsum ore meo clamaui: & exaltaui sub lingua mea.

Et exaudiuit de templo sancto suo vocem meam: & clamor meus in conspectu eius.

Benedicite gentes Dominum nostrum: & audiam facite vocem laudi eius.

Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ: omnes gentes magnificabunt eum.

Et benedictum nomen maiestatis eius in æternum, & replebitur maiestatem eius omnis terra: fiat; fiat.

*Ibidem v. 16.*

*Ibidem v. 17.*

*Psal. 17. v. 7.*

*Psal. 65. v. 8.*

*Psal. 71. v. 7.*

*Ibidem v. 19.*

11 Marcus Olysiiponen. i. p. l. i. c. 92. & alij. Tria dumtaxat que sequuntur, mihi occurrerunt; ubi verò, ad ipsorum dicam initia. Præter Marianum, sunt qui meminerint aliorum Cantorum, quæ ad beatæ Claræ eiusque sectatricium solamen vir sanctus modulatus est. Perière hæc, & alia huius generis, temporis iniuria, vel verius Fratrum incuriâ.

CANTICVM FRATRVM  
SOLIS.

ARGVMENTVM.

**P**AUCIS ante obitum annis Deus dignanter eum certum reddidit de beatusudinis gloria assequenda. Statim prorupit in has laudes, quibus Deum in suis extulit creaturis. Inter omnes potior est Sol tam per bello splendore, & productiva virtute, quam Dei digniori similitudine: quippe qui & Sol iustitia nuncupatur: propterea Solis Canticum inscripsit. Illud cum duobus sequentibus materno cecinit idiomate. Totum non uno composuit tempore. Quare quosdam postea addiderit versiculos, in ipso Cantico asferuntur cause Rationem metri non obseruarunt, sed & confuderunt antiqui exscriptores. Italico, quia hæc scripta sunt, idioma te, & Latino, ut communis fiant iuris, tria hæc offero Lectori. Primum hoc habent Pisanus & Marcus citati, Rebolledo i. p. l. i. c. 31. & alij. Veterem, quam habet Pisanus, loquelam transcripsit politam nouiorem, quam in interpretatione Italica Chronicorum obseruauit Honoratus Diola Bononiensis. sciens neglexi.

**A**LTISSIMO, omnipotente, bon Signore; tue son le laude, la gloria, lo honore, & ogni benedictione. A te solo se confano, & nullo homo e degno de nominar te. Laudato sia Dio mio Signore con tute le creature, specialmente messer lo frate Sole: il quale giorna, & illumina nui per lui, & ello è bello, e radiante con grande splendore: de te Signore porta significatione. Laudato sia mio Signore, per suor Luna, e per le Stelle: il quale in cielo le hai formate chiare e belle. Laudato sia mio Signore per frate vento, e per laire, e nuolo, e sereno, e ogni tempo, per le quale dai à tute creature sustentamento. Laudato sia mio Signore per suor aqua, la quale è molto vtile, e humele, e preciosa, e casta. Laudato sia mio Signore per frate fuoco, por lo quale tu alumini la nocte, e ello è bello, e iocundo, e robustissimo, e forte. Laudato sia mio Signore per nostra madre terra, la quale ne sostenta, e gouerna, & produci diuersi fructi, e coloriti fiori, e herbe.

Sequentem versiculum addidit Franciscus precedentibus, quando coram Episcopo Assisij & Potestate fecit præfatas laudes decantari, ut ad concordiam venirent: quod & mirabiliter factum est.

**L**AUDATO sia mio Signore, per que li que perdonano per lo tuo amore, e sosteneno infirmitate, e tribulatione. Beati quelli che sostenerano in pace: che de Altissimo seranno incoronati.

Quæ sequuntur composuit, quando per reuelationem de mortis tempore sibi constitit.

**L**AUDATO sia mio Signore per suor nostra morte corporale: da la quale nullo homo uiuente può scampare. Guai à que che more in peccato mortale. Beati quelli che se trouano nelle o e sanctissime voluntate, che la morte fecunda non li pora far male. Laudate e benedicite mio Signore, e regratiate, e seruite à lui con grande humilitate.

**A**LTISSIME, Omnipotens, bone Domine, tua sunt laudes, gloria, honor, & omnis benedictio. Tibi soli referenda sunt, & nullus homo dignus est te nominare. Lauderis Domine Deus meus propter omnes creaturas tuas, & specialiter propter bonabilem fratrem nostrum solem, qui discere facit, & nos illuminat per lucem; pulcher est, & radians, & magni splendoris, & tui Domine symbolum præfert. Laudetur Dominus meus propter sororem Lunam, & Stellas, quas in calo creauit claras & bellas. Laudetur Dominus meus propter fratrem ventum, aërem, nubes, serenitatem, & propter omnia tempora, per que omnibus creaturis ministrat alimentum. Laudetur Dominus meus propter sororem aquam, qua est multum utilis, humilis, pretiosa, & casta. Laudetur Dominus meus propter fratrem ignem, per quem noctem illuminat; ille rosens est, rutilus inuictus, & acer. Laudetur Dominus meus propter nostram matrem terram, qua nos sustentat, & alit, & producit varios fructus, & varicolores flores, & herbas.

Lauderis mi Domine propter illos qui pro tuo amore offensas dimittunt, & patienter sustinent tribulationem & infirmitatem. Beati illi, qui in pace sustinuerunt, quia à te Altissime coronabuntur.

Lauderis mi Domine propter solem nostram mortem, quam nullus uiuens potest euadere. Va illis, qui moriuntur in peccato mortali! Beati illi, qui in hora mortis sue inueniunt se conformes tue sanctissime voluntati, mors enim secunda non poterit eis nocere. Laudate, & benedicite Dominum meum, gratificamini, & seruite illi omnes creatura cum magna humilitate.

CANTICVM SECVNDVM.

ARGVMENTVM.

**P**ARABOLICIS & obscuris verbis expressit hoc Canticum vir Dei amoris modulamine, quos celestis Cupido ictus inflixit, & quos vicissim habuit cum Christo acriores, sed dulciores congressus, habet enim & amor Christianus

Christianus sua prelia, suas admittit & emittit sagittas) quibus hinc inde amoris faces incendebantur. Amori condonanda est præsumptio cum Christo ineundi duellum, & ad pugnam velle lacescere, quem honori vel timori debuit habere: nam amor reuerentiam nescit; non horret, non stupet, non timet, non miratur; vacant hæc omnia penes amantem; ceteros in se omnes traducit & captiuat affectus. Quæ amat, amat, & aliud nouit nihil. Profectò calix inebrians est amor Christi, & extra se rapit amantem, donec plene potiat amato. Descriptionem hanc Poeticam præcipue referendam iudicamus cum Senensi, statim citando, ad ineffabiles illos in monte Aluerna conflictus, quibus amoris pugil Franciscus ab ipso amore, quino sauciatus vulnere, totus amor euasit, intus ardens, & exterius suum amorem representans. Illam habes Tomo 4. Operum Bernard. Senens. Serm. 4. extraord. in fine, ubi expresse Franciscus tribuitur; & qui Auctor est Indicis eiusdem Tomi illam ita indicauit: Francisci Canticum. Latinum fecit Henricus Chifellius Antuerpiensis, qui erudito & plane heroico carmine bellum Granatense descripsit.

Bern. 83.  
in Cant.

Idem Serm.  
44

**I**N foco l'amor mi mise,  
In foco l'amor mi mise.  
In foco d'amor mi mise  
Il mio Sposo nouello,  
Quando l'anel mi mise,  
L'Agnello amorofello,  
Poiche in prigion mi mise,  
Ferimmi d'un coltello,  
Tutto il cor mi diuise.

In foco l'amor: ]

Diuisemi lo core,  
E'l corpo cadè in terra.  
Quel quadrello del amore,  
Che balestra differra,  
Percolse con ardore  
Di pace fece guerra,  
Moromi di polciore.

In foco:

Moromi di dolciore.  
Ne ven' marauigliate,  
Che: ai colpimi son date  
Da lancia innamorate;  
E'l ferre è lungo e lato  
Cento braccia sappiate,  
Che m'ha tutto passato.

In foco:

Poi si fer le lancia speffe,  
Che tutto m'agnonizaro:  
All'hor presi vn pauese,  
Ei colpi più speffaro  
Che niente mi difese;  
Tutto mi fracassaro  
Con talforza le fese.

In foco:

Difesele si forte,  
Ch'io diffidai sfontarle  
Onde campai da morte.

Ti moui contra ragione,  
Gridando molto ferre,  
Vn trabucco rizzoe,  
Che mi diede nuoue forte.

In foco:

Le forti che mandaua,  
Eran pietre piombate,  
Che ciascheduna grauaua  
Mille libre pesate:  
Si speffe le girtaua,  
Non le charè mai numerate,  
Nulla mai mi fallaua.

In foco.

Non m'harebbe mai fallato,  
Si ben turrare sapeua:  
Iu terra ero io sternato,  
Aita non mi poteua;  
Tutto ero fracassato,  
Niente più mi sentiua,  
Com'huomo ch'era passato.

In foco:

Passato non per morte,  
Ma da diletto ornato:  
Poi rimeffimi si forte  
Dentro il corpo tornato,  
Che segui quelle corte,  
Che haucano guidato  
Nella superna Corte.

In foco:

Poi che tornato fui,  
Tosto armato mi fui;  
E à Christo feci guerra,  
Caucaï in sua terra  
Scontrandomi con lui,  
Tostamente l'afferro,  
Mi vendico di lui.

In foco.

Poi che fui vendicato,  
Io feci con lui patto;  
Perche prima era stato  
L'amor molto verace  
Di Christo innamorato:  
Or son fatto capace,  
Sempre lo cor formato  
Di Christo consolato  
Infra l'amor mi mise.

In foco:

V'sit ardenti mea corda flamma,  
V'sit ardenti mea corda flamma

Ignis amoris.

V'sit ardenti mea corda flamma  
Gratior Sponsi species nouelli,  
Annulum quando dedit Agnus insons:  
Ast ubi me carcere clausit arcto,  
Illicet ferro feriens acuto,  
Rupit impresso mea corda telo.

Ignis amoris.

Rupit impresso mea corda telo,  
Corpus ingenti cecidit subiectu:  
Lectus è pulchra calamus pharetra,  
Viribus missus validis, quiete  
Pacis excusa, tulit arma belli:  
Torreor dulci examinatus estu.

Ignis amoris.

Torreor dulci examinatus estu:  
Mitte mirari, fuit hic amantis  
Impetus teli, quod acuta ferro

Cuspis oblongo tegit atque lato;  
Percutit pectus, pedibusque centum  
Extat infixo grauis hasta ligno.  
Vsit ardenti mea corda flamma

Ignis amoris.

Inde telorum subiere nimbi,  
Et procellosa furit ira pugna:  
Munior velox rutilante parma;  
At magis crebro feriente ferro,  
Lucido inca sum te go pectus are,  
Me nimis forti lacerante dextra.  
Vsit ardenti mea corda flamma

Ignis amoris.

Tam potenti ardore vibrabat ictus,  
Duxerim ut vanum excipere ingruentes,  
Fugerim & certa occubuisse morti.  
Bella non aqua ratione tentas,  
Clamo; at is fortes iterando pugnas,  
Mouit inuisita noua bella dextra.  
Vsit ardenti mea corda flamma

Ignis amoris.

Saxa plumbato iacit acta missu,  
Saxa que pondo graniora mille,  
Sicut astina rabies procella,  
Densa non ullo numeranda sensu  
Vndique expotum petiere pectus,  
Irrito numquam recedente nisu.  
Vsit ardenti mea corda flamma

Ignis amoris.

Irrito numquam cecidere nisi  
Missatam docta iaculantis arte.  
Iamque prostratos vigor omnis artus  
Liquit, & corpus lacernum refracti  
Fugerant sensus, iacui supinus,  
Pallida, exanguis velut umbra mortis.  
Vsit ardenti mea corda flamma,

Ignis amoris,

Non tamen dulci fugiente vita,  
Gaudio at cunctos inibente sensus,  
Fortis hinc vires reuoco priores,  
Et citus vestigia seclor alma,  
Qua viam celsi referant Olympi.  
Vsit ardenti mea corda flamma

Ignis amoris.

Pristina postquam rediere vires,  
Armor, & Christo pia bella porto,  
Fertiles eius peragrando campos:  
Obuium amplectens auidis lacertis,  
Implico numquam pereunte nexu,  
Impetus tanti generosus ultor.  
Vsit ardenti mea corda flamma

Ignis amoris.

Vindice at postquam pia bella dextra  
Rite confeci, propero citatus.  
Pacis immota stabilire leges,  
Namque sinceri meus igne amoris.  
Arserat Christus: placida in quiete  
Iam fruor, solamine iam perenni  
Roborat mea corda Christus.  
Vsit ardenti mea corda flamma,  
Vsit ardenti mea corda flamma

Ignis amoris.

### CANTICVM TERTIVM

#### ARGVMENTVM.

Bernard.  
Serm. 9. in  
Cant. post  
prim.

**H**oc Canticum describit eleganter amoris  
vehementiam, qua desiderio fertur,  
non ratione; quae nec iudicium praesto-

latur, nec consilio temperatur; nec pu-  
dore frænatur, nec rationi subiicitur.  
Dulcique inito colloquio cum Christo, ostendit  
nullas esse amoris metas, nullam mensuram;  
sequitur totum, disruptis rationis repagulis, in  
amoris potestatem redactum. Post stigmatum  
receptionem modulatum hoc carmen iudico,  
ex eo quod sapius se percussum meminerit, &  
clarius sibi iam ostia aperta esse recensent;  
quod ad vulnere hiatus retulisse videtur.  
Acceptum refero secundo Codici MS. Assis.  
& Bernardino Senens. dum Tom. 4. eius  
Operum, Serm. 16. extraordinario, qui est  
de diuo Francisco, ante finem habeatur prin-  
cipium eiusdem sub eius nomine, & pro re-  
liqua parte remittatur Lector ad Sermonem  
Feriae 6. Parasceues, ubi integrum habetur.  
Non me latet, in aliquibus editionibus à  
quibusdam repositum hoc Canticum inter ce-  
tera beati Iacoponi; sed multa habet de in-  
flictiis vulneribus, de apertis sibi ostiis, alia-  
que id generis, quae magis propria Francisci  
videntur. Illud vario carminis genere La-  
tinum reddidit ex suo in Franciscum affectu  
Iacobus Lampugnanius Italus ex Societate  
Iesu, ita ut verba ipsa secutus sit in plurimis;  
aliquando tamen institerit soli sententiae,  
& pauca quaedam contraxerit, vel dilata-  
rit, stylumque aliquando demiserit, prout  
ad sensa viri amantissimi explicanda visum  
est commodius. Ceterum obscurissima quae-  
dam interpretatus est ex ingenio, cum nesci-  
ret quae vis & notio subesset vocabulis illis  
antiquis.

**A**Mor de caritate  
Perche m'ha si ferito?

Lo cor tutto partito,  
Et arde per amore.  
Arde, & incende,  
Nullo troua loco:  
Non pò fugir, perche l'eligo;  
Si se consuma, come la cera al foco,  
Viuento more, languisce stemperato,  
Domanda poter fugire vn poco,  
Et in fornace trouafe locato:  
Oime eo o fun menato.  
A si forte languire,  
Viuento cosi morire,  
Tanto monta l'ardore.  
Inanzi ch'io prouasse, domandaua  
Amor à Christo pensando pur dolzura;  
In pace di dolcezza star pensaua,  
For d'ogni pena, & poi sede in altura,  
Prouo tormento, qual non cogitaua,  
Chel cor me se fende per calura;  
Non posso dar figura,  
De que sostegno semblanza,  
Ch'io moro in dolcetanza,  
Et viuio senza core.

Hò perduto core e senno tutto,  
Voglia e piacere, e tutto sentimento:  
Ogni bellezza mi par fango brutto,  
Delicie e ricchezze perdimento;

1. Quid  
vulneratum;  
&c.

2. Nescius,  
&c.

3. Mibi cor-  
da, &c.

Vn arbore d'amor cun gran frutto  
In cor plantato me dà pascimento:  
Che se tal mutamento,  
In mi senza demora,  
Iertando tutto fora,  
Voglia, e sonno, e vigore.

4. Mercar-  
ret, &c.

Per comperar l'amore, tutto hò dato;  
Lo mundo, e mi hò tutto perbaratto:  
Se tutto fosse mio quel ch'è creato,  
Darialo per amor senza ogni patto;  
Et trouome d'amor tutto ingannato  
Che tuto hò dato, e non so o io son tratto:  
Per amor son desfatto,  
Pazzo si fun creduto:  
Mà perche io fun venduto:  
De mi non hò valore.

5. Dulcis  
amicitia,  
&c.

Credeuame la gente reuocare;  
Amici che sono for de questa via;  
Mà chi e dato, più non se pò dare,  
Ne seruo fare, che fuga Signoria;  
Inanzi la petra forriase mollare,  
Che l'amore, che me ten in foa balia.  
Tutta la voglia mia  
D'amor si e infocata,  
Vnita, trasformata,  
Che li torrà l'amore.

6. Nunc  
mibi, &c.

Foco ne ferro non la pò partire;  
Non si diuide cosa tantò vnita:  
Pena ne morte iam non pò salire  
A quella altezza, doue stà rapita;  
Sotto si vede tutte cose zire,  
Et ella sopra tutte stà grandita.  
Anima com'ei falita,  
A posseder tal bene,  
Christo da cui te venne,  
Abbrazol cun dolzore.

7. Omnia  
fordent.  
&c.

Io non posso veder creatura,  
Al Creator grida tutta mente,  
Celo ne terra me dà dolzura,  
Per Christo amore, tutto m'efetente  
Luce de Sole si me par oscura,  
Veggendo quella fazza resplendente,  
Cherubin son niente  
Belli per ensegnare,  
Seraphin per amare,  
Chi vede lo Signore.

8. Arguat  
ergo, &c.

Nullo donca mai me repretenda,  
Se tal amore mi fa pazzo zire:  
Iam non e core, che più se defenda  
D'amor si preso che possa fuggire:  
Pensì zascun como cor non si fenda,  
Cotalfornace como possa soffrire:  
S'eo potesse inuenire  
Anima che me intendesse,  
De me pietade haueffe,  
Che me se stuzze'l cote.

9. Clamat  
aeternum,  
&c.

Che celo terra grida, & semper clama,  
Et tutte cose ch'io dibbia amara,  
Zascuna dice: Cun tutto core ama,  
L'amore che n'ha fatto briga d'abbrazzare;  
Che quel amore perzò che te brama,  
Tutte nui hà fatte per ti à se trare,  
Vego tanto abundare,  
Bontade & cortesia,  
Da quella luce pia,  
Che se splande de fore.

10. Plura  
donarem,  
&c.

Amor voglio più, se più podesse;  
Mà como più à mi lo cor iam non troua,  
Più che me dare con ciò che volesse,  
Non posso, questo e certo senza proua:

Tutto l'hò dato, perch'io possedesse  
Quel amatore, che tanto me renoua:  
Bellezza antiqua, & nouo,  
Dapoi che t'hò trouata.  
O luce smefurata  
De si dolce splendore.

11. Tu ra-  
pis, &c.

Vegando tal bellezza, si fun trattò  
For de mi, non sò ò fun portato:  
Lo tor se strugge como ceta desfatto,  
De Christo se retroua figurato;  
Iam non se trouò mai tal baratto,  
Per vestir Christo tutto, ò spoliato,  
Lo cor si transformato,  
Amor grida, che sente,  
Anegata e la mente,  
Tanto sente dolzore.

12. Dulce-  
do, &c.

Ligata e la mente cum dolceza,  
Tutte se destende ad abbrazzare;  
E quanto più resguarda à la belezza;  
Tanto for de se più fa zetare;  
In Christo tutta posa cum ricchezza,  
De si memoria nulla pò seruare:  
Ormai ad si più dare,  
Altra cosa non cura;  
Ne pò perder valura,  
De si omne sentore.

13. Incho-  
do, &c.

In Christo transformata quasi e Christo,  
Cum Dio vnita tutta stà diuina,  
Sopra ogn'altura e si gran acquisto,  
De Christo e tutto l'uso, stà Regina.  
Or dunca io potesse star più tristo,  
De colpa domandando medicina:  
Nulla ce più sentina;  
Doue troui peccato;  
Lo vecchio ne mozato;  
Purgato ogni fetore.

14. Christo  
innouatus,  
&c.

In Christo e nata noua creatura,  
Spogliata homo vecchio, e fato nouello;  
Mà tanto l'amore monta cum ardura,  
Lo cor par che se fenda cum cokello,  
Mente cum senno tolle tal calura:  
Christo se me tra tutto tanto bello,  
Abrazo me cum ello;  
Et per amor si clamo,  
Amor che tanto bramo,  
Fà me morir d'amore.

15. Amore  
victus, &c.

Per ti amor me consumo laguendò,  
Et vò stridento per ti abrazare:  
Quando te parti, si moro viuendo,  
Sospiro, & plango per ti ritrouare,  
Et retornando el cor se va stendendo  
Che in ti possa tuttò transformare:  
Donca più non tardare,  
Amor or me foueni,  
Ligato si me tiene;  
Consumame lo core.

16. Quid  
ergo, &c.

Resguarda dolce amore la pene mia,  
Tanto calor non posso soffrire:  
L'amor m'a preso, non sò o io me me fia,  
Que faza, o dica, non posso sentire,  
Corno smarito si vo per la via,  
Spesso strangosso per forte languire,  
Non so como sostegnere  
Possa tal tormento,  
Lo qual cum passamento  
Da me fura lo core.

17. Impar-  
que, &c.

Cor me furato non posso vedere  
Que diba fare, e que spesso faza,  
Et ch'ime vede, dice vol sapere,  
Se amor senza acto à ti Christo plaza:



Se non te piace, que posso valere?  
De tal mensura la mente malaccia:  
L'amor che si m'abbraccia,  
Tolme l'operare,  
Voler, & operare,  
Perdo tutto sentore.

18. Iam fa-  
cundus, &c.  
Sappi parlare, or sun fatto muto:  
Vedeua, e mo son ceco deuentato:  
Si grande abisso non fù mai veduto,  
Tacendo parlo, fugo e son legato,  
Scendendo falgo, tengo e son tenuto,  
De fora sun dentro, caccio & son cacciato:  
Amor smesurato  
Perche mi fai impazzire,  
Et in fornace morire  
De si forte calore Christo.

19. Pone  
modum,  
&c.  
Ordene questo amore, tu che m'ami,  
Non è virtù senza ordene trouata:  
Poiche trouare tanto ma brami,  
Sia la mente cum virtù renouata,  
Ad mi amare, voglio che tu chiami,  
La charitate qual sia ordenata:  
L'arbore si è prouata,  
Per l'ordene del frutto,  
Lo qual demonstra tutto,  
Doni cosa el valore.

20. Aspice,  
&c.  
Tutte le cose che aio create,  
Sun fatte cum numero & mensura,  
Et allor fin son tutte ordinate,  
Conseruase per orden tal valura,  
E molto più antora caritate,  
E ordenata in la sua natura:  
Donca com per calura,  
Anima tu se impazzita?  
Fora d'ordene tu se vscita,  
Non te infreno el feruore.  
Anima ô Francesco.

21. Cor mi-  
hi, &c.  
Christo lo cor tu m'hai furato,  
Et dici che admare ordin la mente,  
Como da poi che in ti sum mutato,  
De mi po esser ramafo conuenente?  
Si come ferro, che tutto è in focato,  
Et aere dal sol fatto relucente,  
De lor forma perdente,  
Son per altra figura,  
Cosi la mente pura  
De ti è vestita amore.

22. Quid  
mens, &c.  
Mà da chi perde la sua qualitate,  
Non po la cosa da si oprare,  
Como è formata si ha potestate,  
Opera cum frutto si puote fare:  
Donca si è transformata in veritate,  
In te sol Christo che se dolce amare,  
A ti si po imputare,  
Non à mi, quel ch'io fazo:  
Pero seo non te plazo,  
Tun'à non placì amore.

Io so ben questo che seo sum impazzito,  
Tu summa sapienza mel'hai fatto,  
Et questo fo da ch'io fui ferito,  
Et quando cum l'amor feci baratto,  
Che mi spogliando fui da te vestito,  
A noua vita non fo como fui tratto,  
De mi tutto disfa to:  
Or sun per amor forte,  
Rotte son le porte,  
Et iazo teo amore.

23. In igne,  
&c.  
A tal fornace perche me menaui,  
Se tu voleui che hauesse temperanza,  
Quando si smesurato me te daui,

Tolleui da me tutta mesuranza,  
Poiche picciello tu me bastauì,  
Tenerti grande non aggio possanza:  
Onde ne ce fallanza,  
Amor l'e tua, non mia,  
Pero che questa via,  
Tu la facesti amore.

Tu dall'amor non te defendesti,  
De celo in terra el te se venire,  
Amore à tal baflezza descendesti,  
Com' homo despetto per lo mondo zire,  
Ne casa ne terre non volesti,  
Tal pouertate per nui arricchire:  
In vita & in morte,  
Mostrasti per certanza,  
Amor desmesuranza,  
Che ardeua in lo to core,

Com'ebrio per lo modo spesso andauì,  
Amor te menaua com' homo venduto,  
In tut e cose amor sempre mostrauì,  
De ti quasi niente perceputo.  
Che stando in lo templo si gridauì,  
A beuer vegna chi hà sostegnuto,  
Sete d'amor hauuto,  
Chel gli sera donato.  
Amor smesurato,  
Che palce con dolzore.

Con sapienza non te contenefti,  
Che el tuo amore spesso non versasse:  
D'amor, non de carne tu nascefti  
Humanato amor, che ne saluasse:  
Per abbracciarne in croce si correfti,  
Io credo, che pero tu non parlasti,  
Ne te amor scufasti,  
Dauanti à Pilato,  
Per compir tal mercato,  
In croce dell'amore.  
La sapienza vego, che se celaua,  
Et solo amor si po dea vedere,  
Et la potenza iam non si monstaua,  
Che l'era la virtute in dispiacere.  
Grande era quell'amore che se versaua,  
Altro che amore non potendo hauere,  
Nel viso ne il volere,  
Amor semper legando,  
Et in croce abbracciando,  
L'homo cum tanto amore.

Donca Iesu fio son si innamorato,  
Inebriato per si gran dolcezza,  
Che me reprehende, sio vo impazzato,  
Et in perdo senno, & ogni fortezza:  
Poiche l'amore t'hà si legato,  
Quasi priuato d'ogni tua grandezza,  
Come faria mai fortezza,  
In me di contradire,  
Ch'io non voglio impazzire  
Per abbracciar te amore?

Et quell'amor, chi mi fa impazzire,  
Pari che à ti tolessi sapientia,  
E quell'amor che si me fa languire,  
A te per me si tolse la potentia.  
Non voglio ormai, ne posso sofferrere,  
D'amor son preso, non fazzo retinentia,  
Datame la sententia,  
Che d'amor io sia morto.  
Iam non volgo conforto,  
Se non morir d'amore.

Amor amore, che si m'hai ferito,  
Altro ch'amor non posso cridare:  
Amor amore si forte m'hai rapito,

24. Tu vul-  
neratus, &c.

25. Ibas a-  
more, &c.

26. Non  
sempiterna,  
&c.

27. Ergo sit  
facit, &c.

28. Qui me  
desipere, &c.

29. Amoris  
vnum, &c.

Locore

Lo core sempre spande per amore,  
Per te voglio sparmare.  
Amor che co reconoscerà.  
Amor per cortesia  
Fame me morir d'amore.

Amor amore Iesu son zonto à partò  
Amor amore Iesu dammi conforto:  
Amor am-re Iesu si m'ha infiammato,  
Amor amore Iesu io son morto:  
Fami star amor sempre abbrazato,  
Cum teo transformato  
In caritate, & in somma veritate.  
Amor, amor, amor,  
Ogni cosa clama Amore:  
Amor tanto ei profundo,  
Che più t'abbraccia,  
Tanto più ti brama,  
Amor, amor, tu ei cerchio rotundo  
Con tutto el core, che tencia sempre t'ama,  
Che tu sei strame, e trama per vestire,  
E cosi dolce, che sempre crida amor, amor,  
amor.

Quanto tu mi fai amor, nol posso fare:  
Amor, amor, tanto amo de ti,  
Amor, amore, ben credo morire;  
Amor tanto preso m'hai,  
Amor, amor, fammi in te tranfire.  
Amor dolce languire,  
Amor mio desiolo,  
Morir si dilettofo,  
Amor mio dilectofò,  
Anegami in amor.  
Amor, amor, lo cor mio se spezza,  
Amor, amor, tal sente ferita:  
Amor, Iesu, tramme a la tua bellezza:  
Amor, amor, per te sono rapita:  
Amor, amor viuua, non me despreggia:  
Amor, amor, l'anima teo vnita,  
Amor, tu sei sua vita;  
Iam non se pò partire,  
Perche la fai languire,  
Tanto strugendo amor.  
Amor, amor, de Iesu desideroso,  
Amor, voglio morire,  
Te abrazando,  
Amor, dolce Iesu meo sposo:  
Amor, amor, la morte te domando,  
Amor, amor, Iesu si pietoso;  
Tu me te dai in te transformato,  
Pensa che eo vò spasmendo:  
Non sò ò io me sia,  
Iesu speranza mia,  
Ormai vò, dormi in amore.

### IAMBICI TRIMETRI.

1. Amor de  
caritate, &c.

2. Inanzi  
ch'io, &c.

Quid vulneratum perdis ô amans amor?  
Mihì cor reuulsum facibus æternis flagrat,  
Facibus amoris. Nuspian tutum malè  
Reperit quietem: vincla præcidunt fugam:  
Vritur, & ardet; qualiter ceræ solet  
Populante flamma mollis absumi globus.  
Et vita mors est: moritur, viuens perit,  
Languetque moriens: dumque meditatur fugam,  
Fornace mediã conditum sese videt.  
Quò raptor eheu, qui dolores me manent?  
Tanti est amoris ignis: ô amor, ô amor!

Nescius amorem, nempe inexpertum mihi,  
Olim expetebam, melleum credens bonum,

Dulcedinisque pace poscebam frui.  
At pœna, quæ me torquet infontem; insciunt?  
Tantos dolores egone speravi miser?  
Diræ perulsa corda discindunt faces.  
Aperire nequeo voce, quod patior malum!  
Amore morior, cordis & viduus gemo.

### ANACREONTICI.

Mihì corda vulsa nuper  
Abjere, passa vulnus  
Manibus superni amoris  
Et viuo mentis expers;  
Experique sentiendi.  
Iam forma sordet omnis;  
Et pulchritudo sordet.  
Dites valetè campi,  
Lautæ valere mensæ,  
Luxurque delicati.  
Posthac valetè gemmæ,  
Aurique fulgurantis  
Et fulminantis orbes.  
Me sola amoris arbor;  
Plantata corde summo,  
Fructu beat beato.  
Hic me repente totum  
In alterum nouiuit,  
Reiecit & priorem  
Mentem, vigorem, amorem.

Mercarer vt tenellum  
Nihil mihi reliqui.  
Quin & creata cuncta,  
Gazas, opes, & aurum  
( Si gazam, opes, & aurum;  
Et quidquid est bonorum  
Rex ipse possiderem )  
Darem volens libensque,  
Mercarer vt tenellum.  
Sed me fefellit ille  
Amore fauciatum.  
Quid stulte, quid querelas;  
Quid vana verba fundis?  
Emancipatum amori,  
Diuentumque iam me  
Pretium reliquit omne.

### ELEGIACI.

Dulcis amicitia iuncti mihi foedere quondam  
Insanis dudum vocibus vsque sonant:  
Ah gressum reuoca, infelix, quò pergis amice?  
Nescia turba Dei est, turbaque amoris inops.  
Parcite clamosi me diuexare sodales;  
Nam quid ego Domini feruus amoris agam?  
Montani ante rigor poterit mollescere saxi,  
Quam rex è nostro corde recedat amor.  
Vrit amor, me torquet amor; sum factus amori  
Alter amor: nostri est victor amoris amor.  
Hic mihi non vnda, non flama, nec auferet ensis;  
Non dolor hunc nexum dissoluisse queat.  
Quò raptor? via nulla parat, mortiq; dolorique,  
Et subtrus celso è vertice cuncta iacent.  
O anime, ad culmen qui te vexere bonorum?  
Christus amo, Christi pectora dulce tene.

### ANAPÆSTICI.

Omnia sordent, quidquid & æther  
Magno circum ligat amplexu,  
Et quidquid humus fecunda parit

3. Ho per-  
duto, &c.

4. Per com-  
perat, &c.

5. Credita-  
me, &c.

6. Foco, ne  
ferro, &c.

7. Io non  
posso veder,  
&c.

F

Dinã

Diuite vena. Dulcis Iesu  
Propter amorem nil dulce mihi est.  
Aurea Phœbi lampas, amœnæ  
Regia lucis, iurare exuta  
Pænè videtur. Facit hoc Christi  
Nitidus multo lumine vultus.

8. Nullo Arguat ergo nullus amantem,  
donca, &c. Si videt inopem mentis amantein:  
Iam nulla valent vulnus amoris,  
Nulla catenas pellere corda.  
Quin age quisquis miserum incufas,  
Reputa tecum, quid cor possit  
Diuina pati tela, vel ignes.  
O si quisquam conscius esset  
Vulneris huius! sique doleret  
Miserans nostros pectoris æstus!

## SAPPHICI.

9. Che ce- Clamat æternum polus atque tellus;  
lo, &c. Omnia & clamant: Amor. O amorem,  
Quisquis es, pleno bibe cordis haustu.

10. Amor Plura donarem, modò plura possem  
voglio più, Omnium nudus, tibi blandienti,  
&c. O vetus semper noua pulchritudo  
Pulcher Iesu.

11. Vegand- Tu rapis mentem mihi: cor liquefcit.  
do tal, &c. Instar & ceræ fluit innocenter.  
Mercium quale est genus hoc? Iesu  
Induant vt se mea corda, semet  
Exuunt? nosco genus: est Amoris  
Aurea merces.

## IAMBICI DIMETRI.

12. Ligata Dulcedo mentem colligat  
&c. Et mens in amplexus ruit.  
Quantoque pulchritudinem  
Magis intuetur, vritur,  
Christoque femet induit  
Oblita femet; omnia  
Exuta, sed non indiga.

13. In Chri- Induta Christum, numini  
sto, &c. Coniuncta, pænè numen est,  
Omnemque supra verticem  
Dirata Christi gratiis

15. Per ti Regina scepra possidet.  
amor, &c. Nunc ergo mæror diffuge,  
Sentina namque est criminum  
Exhausta: priscus occidit  
Homo: recessit pestilens  
Fætor: medela constitit.

14. In Chri- Christo innouatus exui  
sto, &c. Antiqua vitæ nomina.  
Sed nempe tanti flammeus  
Amoris ignis est mihi;  
Cor pænè cultro finditur,  
Dum mens calore absumitur.  
Mè Chrifte pulcher attrahis,  
Amplector illum, & clamito,  
Amorè da da vt occidam.

Amore victus langueo,  
Et femiuuius ardeo.  
Tu si recedis, ô Amor,  
Non lacrymis, non fletibus  
Suspitiis, singultibus  
Cor inquietum temperat,  
Donec redibis, ô amor.

16. Resgar- Quid ergo, quid moraberis  
da, &c. Ah vulneratum respice.

Tantos dolores perpeti  
Mens fauciata pernegat.  
Qui sim, vel vbi, vel quid loquar,  
Mediterque, agamque, nescio.  
Vt mentis expers compita  
Pererro, sæpe spiritum  
Languore fractus vix traho.

Imparque iam doloribus  
Mihi cor meum furantibus,  
Quæ sint agenda, nescio.  
Quin & rogatus audio,  
Num Chrifte amorem comprobes  
Non actuosum? si improbas  
Esse actuosus non queo.

17. Cor me  
furato, &c.

## ASCLEPIADEI.

Iam facundus eram: nunc taciturnitas  
Vocem furrupuit. Quin vigiles modò  
Connient oculi. Dum taceo, loquor,  
Euinctus fugio. Desilio simul,  
Atque vnà salio. Deprimor, opprimo.  
Prò rerum facies, monstraque maxima,  
Nullis visa locis! Quid pacior miser?  
Diuinis pereunt corda caloribus.

18. Sappi  
parlare, &c.

Ad hæc ita Christus respondet.

## HEXAMETRI.

Pone modum tu quisquis amas malefanus amoris  
Ordine gaudet amor, nã gaudet & ordine virtus.  
Quæsi. um inuenias qua me ratione, docebo.  
Carpe viam virtutis amans. Comes addita virtus  
Dux erit vna viæ: veterem obliuiscere cultum,  
Virtutisque sacram generosior indue vestem.  
Me mulcet moderatus amor: compesce furentem.  
Sic decus arboribus præbent sua pendula poma;  
Et pretium sobolis, frondosæ est gloria matris!  
Aspice cuncta manu & verbo fabricata perenti  
Ponderibus dimensa suis, numeroque modòque,  
Et finem sortita suum. Sic vertitur ordo  
Legibus his, atque hunc seruat Natura tenorem.  
Hunc mage seruat amor. Nimiis cur ignibus ergo  
Desipis, aut quæ te dementia cepit amantein?  
Comprime vesanos malefani pectoris æstus.

19. Ordena  
questo, &c.

Subjicit Anima, vel sanctus Franciscus.

## PENTAMETRI.

Cor mihi furatus cogis habere modum?  
In te mutato quid superesse potest?  
Sic igne in medio ferrea massa calet;  
Aère sic vestit sole micante iubar.  
Sic perit ipse aër, sic perit ipse chalybs.  
Haud aliter mentem Chrifte resoluis amor.  
Quid mens, quid faciat non potis ipsa sui?  
Si te Chrifte refert mens mea, facta tua,  
Culpa tua est, quidquid victus amore gero.  
Desipio? per te sum rationis egens,  
Mentis inops? Amor est, qui facit esse inopem.

21. Christo  
lo cor, &c.

22. Mâ da  
che perde,  
&c.

## ANACREONTICI.

In igne cur locabas,  
Si temperantem amabas?  
Tenelle me coquebas,  
Quid grandior patrabas?  
Hanc semitam parasti

23. A tal fo-  
maec, &c.

Amor

Amor mihi. Quòd errem  
Tua omnis ergo culpa.

24. Tu dall' Tu vulneratus ipse  
amor, &c. Amoris es sagittis.  
Te deuocauit æthra,  
Terrisque collocauit  
Nudumque, pauperemque;  
Non tecta, non agelli  
Nouère possidentem;  
Vt diuites egestas.  
Tua, Chrifte, nos bearet.  
Ardes amore viuens,  
Et occidens amore.

26. Com- Ibas amore victus  
ebrio, &c. Ceu ebrius per orbem:  
Prædaque te triumphans  
Amor superbiebat.  
Amore nil vacabat,  
Tuque ipse te vacabas.  
Et templa cum subisses,  
Sic voce personabas:  
O qui fitis, adesto,  
Ades huc; sitim leual:  
Mercede qua bibendi?  
Amore, amore, amore.

## HORATIANI.

26. Con fa- Non sempiternæ vis sapientiæ.  
pientia, &c. Celauit ignes pectoris aureos,  
Quin sæpè versares Amoris  
Largus opes, grauidumque cornu.  
Te lapsum Olympo Virginis in sinum  
Amor puellum non caro vestiit.  
Amore captus tu subisti  
Quadrifidæ mala signa quercus.  
Hælere voces, verbaque faucibus  
Amoris ergò; cum taciturnior  
Causam tueri denegasti  
Iudicio expositam profano.  
Tu nempe amoris victima nobilis  
Esse expetebas. Insuperabilis  
Sic robur immortale dextræ  
Vinxit amor, latebrisque clausit.

## GLYCONICI.

27. Donca Ergo si facit ebrium,  
Iesu, &c. Si mentis facit impotem,  
Si vires amor eripit;  
Amor te quoque perdidit,  
Iniecit tibi vincula,  
Ademitque potentiam.  
Contra queis ego viribus  
Nitar? Quid mihi roboris,  
Has vt fultineam faces?  
Qui me desipere impulit,  
Hic mentem eripuit tibi.  
Qui me languidulum facit,  
Te imbellem quoque reddidit.  
Nolo, nec queo perpeti,  
Amoris fera prælia.  
Vicisti Pater optime.  
Do manus Amor, accipe.  
Iam sententia constitit;  
Amore vt peream breui.  
Iam solamina respuo,  
Amore at cupio mori.

28. Et quell'  
amore, &c.

## IAMBICI TRIMETRI.

Amoris vnum nomen os & cor sonat.  
Amore cor liquefcit. O amor, mori  
Amor me permittit. Iesu amor, ô amor!  
Iam teneo portus, æquoris vici minas.  
O amor Iesu, ô amor, quantas faces!  
O amor Iesu, ô amor, vita aufugit.  
Da, da beatos dulcis amplexus amor.  
Muter in amorem: deseram memet, mihi  
Mortuus, amori viuus, atque amor nouus.  
Amor, ô amor, amor, omnia exclamant, Amor:  
Magis expetitus, quo magis amantem replet.  
O circulus  
Tu cordis es,  
Tu vestis es,  
Et dulcis es.  
O amor, amor,  
O amor, amor!

29. Amor  
Amore, &c.

## IAMBICI.

Moriar amore, moriar. O languor meus,  
Beata mors, æquorque dulcitudinis,  
Immerge memet, ingruæ, profundo obrue.  
Cor dissipatur, ô amor, amor, ô amor!  
Tu vita cordis huius, ô amor! animæ  
Sponsus es Iesu dulcis. Amplexu in tuo  
Moriar amor mi. Si pius, si dulcis es,  
Fac muter in te. Moriar: ô felix dolor!  
Vbi sum? Quid hoc est? spes mea, ô Iesu amor.  
Quiesce amor,  
Et dormi amor.

## ORACVLA

## B. P. FRANCISCI.

Compendiosa & seria magnorum homi-  
num dicta, & graues eruditæque sancto-  
rum virorum sententia, magni sunt faciendæ,  
vt pote quæ sub paucis verbis magna & sana  
comprehendunt consilia. Etenim salutaria  
monita, gratia sale condita probis præ-  
bent hominibus, vt apertè verum sit illud Ec-  
clesiasta: Verba oris sapientis gratia; quia,  
vt inquit Lyranus, eum reddunt Deo &  
hominibus gratiosum. Improbis verò &  
putridis eorum moribus salem infundunt,  
eosque non leuiter fricant & pungunt. Ver-  
ba ( inquit idem Præco ) sapientum sicut  
stimuli, qui acriter ( explicat Glos. inter-  
lin. ) pungentes pigros, & excitantes  
fomolentos, non palpantes, eos à vitis  
retrahunt & reducant. Talia autem Fran-  
cisci fuisse verba & sententias, docet D. Bo-  
nauentura, dicens: Nesciebat aliquorum  
culpas palpare, sed pungere; nec vi-  
tam fouere peccantium, sed aspera in-  
crepatione ferire. Nec vllum ex ore eius  
verbum prodibat insipidum aut insulsum,  
sed sententiosum, & Spiritus sancti gratia &  
virtute respersum. Erant ( inquit Bonauen-  
tura ) ipsius eloquia non inania, nec ri-  
fu digna, sed virtute Spiritus sancti plena

Eccl. 10.

v. 12.

Lyra ibi-

dem

Eccl. 12.

v. 11.

Gloss. inter-

lin.

Bonau. in

Leg. maiori,

c. 12.

Idem c. 3.

APOPHTHEG. III.

Passionem Christi deslendam.

Iuxta Ecclesiam sancta Maria de Angelis, non multum a conuersione sua, magno eiulatu & gemitu flebat; & interrogatus a viro quodam spiritali, cur tam tenero affectu & tam aperte ploraret, ait: Passionem Christi desleo, pro qua non deberem verecundari, sed alta voce per totum orbem lachrymari. Pisan.lib. 1. Conf. 12. in princ. Rod. & Reboll. vbi supra, D. Bernardinus Tom. 2. Serm. 60. art. 2. cap. 2. tract. de Octo apparit. Specul. Vita Franc. fol. 118. Marianus lib. 1. Chronic. cap. 3.

Non erubescendum de Christi passione.

APOPHTHEG. IV.

Internum Dei calorem externum depellere algorem.

Interrogatus quomodo vestitu tam tenui posset se ab hiemalis algoris asperitate tueri, respondit: Si supernae patriae flamma contegeremur interius, frigus istud exterius facile portaremus. Bon. cap. 5. parum post init. Pisan. l. 1. Conf. 12. cap. 40. & l. 2. Conf. 4. Rodul. vbi supra, Franc. Feuardent. l. 3. Theomach. c. 14. n. 17. Cornel. a Lapide in c. 27. Exod. vers. 11.

Simile quid respondit Brigittavida, vt habet Sur. in eius Vita, c. 11.

APOPHTHEG. V.

De militaturis nihil mundanum reseruandum.

Propter querimonias paternas, suadente Assisij Antiste, vt pecunias clam ablatas, ( quas vilipendens per fenestram Ecclesie sancti Damiani proiecit, vel ad eiusdem templi, ruina proximi, structuram abscondit ) patri redderet, animo intrepido, & a terrenis absoluto respondit: Domine, non tantum pecuniam, qua de rebus suis est, ei volo reddere libenti animo, verum & qua mea sunt, vestimenta. Pisan. l. 1. Conf. 12. in princ. & Rod. vbi supra.

APOPHTHEG. VI.

Parentes, & terrena omnia, propter Deum despicienda.

Coram eodem Episcopo patre presente, omnibus se vestibus spoliavit, & iuri paternae cessit hereditatis, dicens ad patrem: Hacenus te vocaui patrem in terris, deinceps secure & liberius dicam: Pater noster qui es in calis, apud quem omnem thesaurum reposui, & omnem spei fiduciam collocaui. Bon. c. 2. ad med. Pisan. l. 1. Con. 6. & 12. in princ. Marian. Reboll. vbi sup.

Math. 4. v. 9. Deus hic thesaurus noster.

APOPHTHEG. VII.

Dei pauperes non assuefaciendos instructis conuiuuiis.

Remita sancti Damiani, cum vir Dei in Ecclesia reparanda toto conatu & magno cum labore inhiaret, mensam, & mensam super imponenda sollicitè preparabat. Quod vt B. Pater, & nonus Dei athleta, post aliquot dies secum considerauit, se ita

se ita reprehendit: Inuenies tu, peregrine in mundo, quocumque ieris, Sacerdotem hunc, qui tantam tibi praestet humanitatem? Non est haec vita pauperis, quam elegisti. Modò ergo sicut pauperem decet, vade, & porta parophidem in manu, & ostiatim qua tibi cibarla pro Dei amore si deles dederint, in ea coaduna. Ita voluntarie viuere oportet, pro amore illius, qui pauper natus, pauperrimus in saeculo vixit, nudus & pauper mansit in patibulo, sepultusque est in alieno sepulchro. Pisanus lib. 1. Conformit. 6. Marianus citatus.

Paupere s pauperem Christum in omnibus sequamur.

APOPHTHEG. VIII.

In Dei obsequio maledictiones saeculi non esse curandas.

Patre, adhuc post conuersionem, sancto viro, vbiunque ei occurrebat, maledicente, hominem quemdam pauperculum & despectum in patrem sibi adoptauit, & in comitem assumpsit, rogauitque vt quoties a patre suo malediceretur, ille e regione sibi benediceret, signoque Crucis muniret. Dum ergo a patre malediceretur, a paupere vero benediceretur, ad patrem inquit: Credo, pater, quod Deus potest mihi dare & dedit patrem, benedictiones pro tuis maledictionibus elargientem. Pisan. lib. 1. Conform. 5. Speculum Vita Franc. fol. 188.

Qui maledictiones fert patienter benedictionibus Dei compensatur.

APOPHTHEG. IX.

Bona quaecumque dominis restituenda.

Bernardus de Quintaualle, inter Assisiatum proceres non vltimus, & inter socios beati viri primus, admiranda eius sanctitate commotus, vt mundum relinqueret, & Dei virum sequeretur, interrogauit, Si quis, Pater, a Domino suo pauca vel multa in plures annos reciperet, nalletque eis amplius uti, quid de huiusmodi bonis tibi melius faciendum videtur? Dominio suo, inquit, a quo eadem recepit, reddenda. Quibus innuit mundum relicturnum, qua a Deo accepit bona, pauperibus debuisse largiri. Pisanus lib. 1. Conform. 8. & 12. Rodolph. lib. 1. tract. de Moribus & vita sociorum B. Francisci, fol. 58. pag. 1.

Qui mundo valedicit bona sua pauperibus distribuat.

APOPHTHEG. X.

Sanctorum simplicitatem magni faciendam.

Sanctitatem & simplicitatem B. Iuniperi ( qui vnus ex sancti Patris discipulis fuit ) quanto pere admirans, & ad discipuli nomen alludens, adstantibus dicebat: Vtinam, Fratres, de huiusmodi Iuniperis magnam siluam haberemus! & dico vobis, quod ille est bonus frater Minor, qui peruenit ad simplicitatem fratris Iuniperi. Pisan. l. 1. Conf. 8. tract. de Prou. Roma Rodul. l. 1. tract. de Beatis viris Ordinis Min. fol. 118. pag. 2.

Optimus Minorita qui verè humiliseft.

APOPHTHEG. XI.

Abstinentia rigore sensuales motus esse reprimendos.

Interrogatus, cur tanta disciplina rigiditate sensuales appetitus arcebat, vt vix necessaria

sumeret sustentationi naturae, Difficile est, inquit, necessitati corporis satisfacere, & prouitati sensuum non parere, Bon. c. 5. in princ. Rodul. l. 2. tra. de Oraculis B. Franc. fol. 174. pag. 2. Vinc. Bellanc. 2. p. Histor. l. 3. c. 101.

Abstinentia sensus coercendi & reprimendi.

APOPHTHEG. XII.

Viro spirituali carnis tentationem statim abigendam.

Circa conuersionis suae primordia tempore hiemali in foveam plenam glacie seipsum plerumque mergebat, vt & domesticum sibi hostem perfecte subiceret, & candidum vestimentum pudoris a voluptatis incendio praeseruaret. Cuius veluti rationem reddens sociis, dixit: Tolerabilius viro spirituali est, incomparabiliter magnum sustinere frigus in carne, quam ardorem carnalis libidinis vel modicum sentire in mente. Bon. c. 5. ante med.

Libidinis estus a nobis omnino excutiamus.

APOPHTHEG. XIII.

Carnis rebellionem matura in illam animaduersione subjugandam.

Ex demonis fallaci colloquio, & callida suggestione grauem carnis tentationem praesentiens, deposita veste, chordaque se fortissime verberans corpori dicebat: Eia frater asine, sic te decet manere, sic subire flagellum. Tunica Religionis deseruit, sanctitatis signaculum praefert, furari eam libidinoso non licet: si quo vis sic nudus pergere, perge. Bonau. vbi supra ad med. Rodul. vbi supra, Pisan. l. 1. Conf. 12. in princ. & Anton. Patavin. Serm. 3. Dom. 1. in 2. Quadrage. Quadam his similia refert. B. Hier. de S. Hilar. in eius Vita.

Corpus seuerè macerandum cū recalcitrat.

APOPHTHEG. XIV.

Religiosis paupertatem pro dignitate & hereditate reputandam.

Ad comedendum inuitantibus aiebat: Nolo admittere regalem meam dignitatem, & hereditatem, ac professionem meam & Fratrum meorum, ire scilicet pro elemosyna ostiatim. Pisan. lib. 1. Conf. 6.

Paupertatis sit amator.

APOPHTHEG. XV.

Muscis similes esse Religiosos otio vacantes.

Fratrem quemdam otiosum, huc illucque vagantem, aliorumque labores manducantem, a consortio Fratrum expulit, dicens: Vade viam tuam frater musca, quoniam vis comedere laborem fratrum tuorum; & otiosi in operibus Dei, sicut fucus, apis otiosa & sterilis, qua non operatur nec laborat, sed comedit laborem & lucrum bonarum apum. Pisan. lib. 1. Confor. 12. in princ. & c. 22. & lib. 2. Conf. 4. Bon. vbi supra, ad med. Rod. l. 2. tra. de Orac. S. Franc. fol. 175. p. 1.

Otio indulgens indignus nomine religiosi.

APOPHTHEG. XVI.

Taciturnitatem Religiosis colendam.

Comperiens quemdam verbis assuetum inanibus, Cacriter redarguit dicens: Taciturnitas modesta,

106. 29. v. 11. 11.

medullas cordis penetrantia, ita vt in vehementem stuporem audientes conuerterent. Vt non incommode ei accommodem illa tibi modesta de se encomia: Auris audiens beatificabat me. Qui me audiebant, expectabant sententiam, & intenti tacebant ad consilium meum. Verbis meis nihil addere audebant, super illos stillabat eloquium meum. Expectabant me sicut pluiam, & os suum aperiebant quasi ad imbrem ferotinum. Ita ex ore eius pendebant socij, & verba eius attende audiebant suae aetatis homines, vt nullum sine obseruatione preterirent. Quod & nos monit, ad aliorum exemplar, qui Philosophorum antiquorum dicta & sententias collegerunt, sollicitus ista Francisci perquirere dicta, eaque per varia Capita ordinare. Quaedam etenim sunt breuiora, lepidioraque, qua sub Apophthegmatum titulo; alia largiores confabulationes, qua sub Colloquiorum nomine disposuimus. Alia sunt prophetia, alia exempla; alia parabola, alia breuiores & grauior sententiae: qua suis appositis numeris facilius inuenientur, & commodius possunt citari. Ad finem vniuscuiusque illorum qui eius mentionem faciant, vel varie referant, non tamen eorum seruatō stylo, & nomina & loca subiunxi.

APOPHTHEGMATA B. PATRIS FRANCISCI.

APOPHTHEGMA I.

Se Dei esse praconem.

Pauulo post conuersionem per siluam iter faciente viro Dei, lauronibus ex abditis in eum irruentibus, & quis esset interrogantibus, intrepida & prophetica voce respondit: Praeco sum magni Regis. Bon. c. 2. Legenda maioris, Rodul. lib. 2. fol. 174. pag. 2. Pisan. lib. 2. Conform. 6. Reboll. 1. p. l. 2. c. 16. in fine. Anton. Florent. 3. p. Hist. tit. 23. capite secundo, §. 1. Cornel. a Lapide in 1. ad Timoth. cap. 2. num. 70.

APOPHTHEG. II.

Laborum premium maius & certius esse apud Deum, quam apud homines.

Magna a Deo speranda pro calamitatibus huius saeculi ob amorem illius toleratis. Fratri vterino e regione nuditatem & pauperiem eius irridenti, & magni algoris tempore per socium suum aliquantulum sudoris sibi vendi petenti, se nolle respondit. Sudorem meum (inquit) carius Domino vendam. Pisanus libro primo. Conform. 5. & 12. Rodolph. & Reboll. supra citati, Sebastian. Barrad. in Exod. libro primo, capite tertio, numero septimo, Ioan. Lorin. in cap. 2. Ecles. vers. 11.



desta, & puri cordis est firma custodia, & inter virtutes magnas non modica: mors enim & vita sunt in manu lingue, non tam ratione gustus, quam ratione loquelæ. Ban. ubi supra.

APOPHTHEG. XVII.

Religionibus perniciosum, & cunctis abominabile, detractionis vitium.

Vdiens quemdam Fratris famam denigrantem, Vicario suo dixit: Surge, surge, discute diligenter, & si accusatum Fratrem innocentem reperiis, accusantem dura correctione cunctis redde notabilem. Instant Religioni discrimina, nisi detractoribus obuietur; citò multorum suauissimus odor fœtebit, nisi fœtidorum ora claudantur. Summa volo cures prouidentia, ne pestifer iste mōrbus latius se diffundat. Frater qui alium Fratrem famæ gloria spoliauerit, habitu est spoliandus, nec oculos ad Deum eleuare poterit, nisi prius quod abstulerat, reddiderit. Bon.c.8. ante med. Thomas Celan. in Legen. S. Franc. cap. De charit. Pisanus lib.1. Conform. 12. cap. 26.

APOPHTHEG. XVIII.

Dei seruum, licet interius de peccatis doleat, exterius tamen spiritualem debere præ se ferre lætitiã.

EX sociis quemdam vultu demisso & facie tristi incedentem corripuit, dicens: De peccatis licet te pœniteat, Frater, cur ostendis exterius de tuis offensis dolorem? Inter te & Deum habeas hanc tristitiam, & ora ipsum, vt per suam misericordiam tibi parcat, & \* reddat animæ tuæ lætitiã salutaris sibi, qua per peccatum est priuata. Coram me verò & aliis ostendas te semper habere lætitiã; seruo enim Dei non conuenit exterius tristitiã ostendere, aut faciem habere turbulentam. Legen. antiq. c. 3. de Zelo B. Franc. & Pisan. lib. 1. Conf. 12. cap. 31.

APOPHTHEG. XIX.

Dei gratiæ tribuendum, hominem quemcumque peccata cauissè.

MAndato ipsius beati viri, & inuitus, eius indiuiduus comes beatus Leo, multis eum conuitiis affecit, furem, blasphemum, adulterum, homicidam, aliãque id genus appellans. Quibus auditis, patientissimè tulit beatus Pater, ac semetipsum ob hac omnia deplorauit. Socio verò deinde perquirente, cur illum, tot tantãque mendacia dicere in virum innocentem, cui nihil horum conueniret, compulerit, respondit: Nihil mentitus es, quoniam sum peccatorum maximus, & hæc omnia eram, & multo peior futurus, nisi me diuina misericordia ab iis malis per suam gratiam seruauisset immunem. Qui si maximo latroni illam gratiam fecisset, quam mihi, is multo meliùs euilus fuisset, sanctiorque quam ego euafisset. Rodulph. libro primo, in Vita B. Leonis. Sabellio. libro decimo, Exempl. cap. 1. Cornel. à Lapide in 1. ad Timoth. cap. 1. num. 35.

APOPHTHEG. XX.

In spirituali paupertate, non in mundana opulentiã letandum.

Terfaciente in Prouinciam Francia cum B. Fratres Massæ, in quadam solitudine inuenientes fontem limpidissimū, ad cuius oram erat lapis magnus, & latus admodum mensa, cui superimponentes frustula panis, qua in quodã pago ostiatim pro elemosynis acceperè, spiritu perquam hilari in tanta paupertate lætabundus, inquit B. Pater ad socium: Non sumus digni tanto thesauro. Quæ verba multoties repetenti ait focus: Quomodo potest dici magnus thesaurus, vbi tanta vrget paupertas? vbi famuli? vbi ancillæ? vbi cyathi? vbi phialæ? vbi vina pretiosa? vbi lautæ dapes? vbi mensa huic lapid eæ superimponenda? Hoc inquit Pater, magnum reputo thesaurum, hanc pretiosam iudico mensam, vbi nihil est humana industria elaboratum, nihil mundano effectum ingenio, sed quidquid adest, totum est diuina prouidentia ministratum. Pisan. lib. 1. Conformit. 8. tractat. de Loco Assisij, in Vita B. Massæ, Rodulph. lib. 1. tract. de Beatis viris Ord. Min. in Vita eiusdem, Floretum capite duo decimo, Platus de Bono Relig. libro tertio, cap. 8.

APOPHTHEG. XXI.

Molestum & turbulentum, mundanãs habere possessiones.

Episcopo Assisij durum & asperum sibi videri affirmanti, Religionem Minorum nullas habere nec admittere possessiones, respondit: Imo molestum & asperum mihi videtur eas admittere, pro quibus defendendis & conseruandis multa sollicitudine opus est, imo & ad sedandas quæstiones & lites, quæ ex eis oriuntur, arma oportet in promptu habere. Pisan. lib. 2. Conf. 4. qua est 16. in ord. Rodulph. lib. 2. fol. 169. pag. 2. Mar. 1. p. lib. 1. cap. 33. Lege, si placet, similia apud August. in Enarr. ad Psal. 131. modicum post princip. Tom. 8. & apud Auctorem Sermonum ad Fratres in eremo, Sermon. 2. parum ante finem, in Append. Tom. 10.

APOPHTHEG. XXII.

Deo militaturos omnibus se mundanis debere expropriare.

Quidam Ordinis habitum petenti præcepit, vt sua pauperibus erogaret: qua cum cognatis & consanguineis distribuisset, rediissetque ad beatum Patrem, & qua fecerit narraisset, eum repulit, dicens: Vade frater mulca, nondum \* existi de cognatione tua, & de domo patris tui, Non est dignus iungi pauperibus Christi, qui pauperes defraudauit. Incepisti à carne, ruinosum fundamentum spirituali fabricæ posuisti: vade viam tuam. Bonauent. capite septimo, post princip. Pisanus libro primo, Conformitate sexta & duodecima in princip. Rodulph. libro secundo, tract. de Oraculis B. Franc. fol. 175. pag. 1.

APOPHTHEG. XXIII.

Pralatum laborum & virtutum subditis debere exempla præbere.

VM in Galliam predicandi gratiã pergeret, Cinterrogatus à Cardinali Ostiensi Vgolino (qui postea in Summum Pontificem euectus est) cur non apud se (quod maximopere optabat) in Romana Curia remanebat; Domine, maximam, inquit, mihi compararem confusionem & verecundiam, si postquam Fratres & filios meos miserim ad vltimas terræ prouincias, in hisce tecum remanerem: me oportet illarum tribulationum participem fieri, quas ipsi propter Deum sunt passuri. Pisan. l. 1. Conf. 12. in princ. Mar. 1. p. l. c. 50.

APOPHTHEG. XXIV.

Carnales non percipere spiritualia.

Benia & sancta quadam verba, scilicet, Dominus det tibi pacem, ad salutandum populos Fratres suos docuit de quibus cum aliqui turbarentur, & Fratres timerent, Dimitte, inquit, eos dicere de his verbis sanctis quæ voluerint, quia \* non percipiunt quæ Dei sunt. Sed & vos nolite de his verecundari, quia adhuc modicum, multi Heroes & Principes de hac saluatione magnam vobis reuerentiam exhibebunt. Pisan. l. 1. Conf. 12. in princ. & l. 2. Conf. 6.

APOPHTHEG. XXV.

Christi pauperibus nullatenus Deum victum aut vestitum negaturum.

Honorio III. Pontifici Maximo, beatum Patrem, vt possessiones & hereditates acciperet suadenti, multasque arumnas passurum, si solum Quærenti de elemosynis viueret; prædicenti, ait: Confido in Domino Iesu, quod qui nobis in cælo promissit, & dabit vitam & gloriam sempiternam, non subtrahet nobis in terra illa modica, quæ corporis victui & vestitui sunt omnino necessaria. Pisan. l. 2. Conf. 4.

APOPHTHEG. XXVI.

Solum Deum esse timendum, & ad eius arbitrium omnia perferenda.

IN oratione vir Dei multoties horribiles demonum pugnas sustinuit, sed armis munitus celestibus, quanto vehementius impetebatur ab hostibus, tanto fortior in virtute, & feruentior in oratione reddebatur ab hostibus, confidenter dicens ad Christum: Sub umbra alarum tuarum protege me à facie impiorum, qui me affixerunt. Ad demones autem: Facite in me quidquid valeatis maligni spiritus & fallaces; non enim potestis, nisi quantum vos manus superna relaxat. Et ego ad perferendum omnia, quæ ille decreuerit infligenda, cum omni iucunditate paratus assisto. Bon. c. 10. post. princ. Pisan. l. 1. Conf. 7.

Psal. 16. v. 9. Iustus demum terro.

\* Act. 7. vers. 2. Nimius amor parentum spiritualis fabricæ ruinosum fundamentum.

APOPHTHEG. XXVII.

Corpus maximum esse hominis aduersarium.

IN Ecclesia sancti Petri de Bonario prope Treuium, cum peractis orationibus vellet tantisper requiescere, non potuit, imò spiritus eius timere, & caro immundas sentire cœpit suggestiones. Quo periculoso bello tantisper turbatus, Ecclesiam exiit, & magna clamans voce, ait: Ex parte omnipotentis Dei dico vobis demones, vt exerceatis circa corpus meum, quod vobis datum & permissum fuerit à Domino Iesu Christo: ita enim me vindicabit de crudeli inimico, & aduersario pessimo, quo nullum sentio maiorem. Pisan. l. 1. Conf. 7. & 12. in princ. Anton. Floren. 3. p. Hist. tit. 23. c. 2. §. 1.

Corpus nostrum hostis infensissimus.

APOPHTHEG. XXVIII.

Non propalandum Dei secretum.

Diuina sapientia secreta, qua sibi misericorditer pandebantur, nullatenus exterius vulganda iudicabat, nisi quantum Christi charitas urgebat, aut proximorum utilitas exigebat. Dicebat enim: Leui mercede vanæ gloriæ aut honoris, rem impretabilem contingit amitti; & illum qui dedit, ad non dandum iterum, facile prouocari. Bon. c. 10. ante med. Rodulph. 2. tract. de Orac. B. Franc.

Secretum Dei nisi eius iussu aperiri non debet.

APOPHTHEG. XXIX.

Horas Canonicas cum magna deuotione dicendas.

ECERAT quondam ligneum vasculum, vt minutias temporis, ne omnino exciderent, occuparet. Quod cum Horas Canonicas recitanti venisset in mentem, ipsiusque animum paululum distraxisset, motus seruore spiritus, vasculum igni tradidit, dicens: Sacrificabo illud Domino, cuius sacrificium impediuit. Bon. ibid. post med.

Terrénis ne detineamur.

APOPHTHEG. XXX.

Religiosos nec cellulas debere habere proprias.

FRatrem quemdam à cellula, in qua beatus Pater habitare solebat, venientem interrogauit, unde veniret. Cui respondenti, è cella tua, Pater ex templo ait: Meam dixisti, quam non meam iudicauit, alienam deinceps habitare debeo, qui nihil meum habere promisi. Pisan. l. 2. Conf. 4. Specul. Vita Francisci, c. 9.

Inter Religiosos non sit meum nec tuum.

APOPHTHEG. XXXI.

Mentale lumen corporeo præponendum.

MEdico suadenti vt abstineret à lacrymis, respondit: Non est, frater Medice; ob amorem luminis, quod commune habemus cum muficis, visio lucis æternæ vel modicum amouenda; quia non spiritus propter carnem; sed caro propter spiritum, beneficium lucis accepit. Bon. c. 5. post. med. Pisan. l. 1. Conf. 12. in princ. & c. 40. Rodulph. l. 2. tract. de Orac. B. Franc. fol. 175. p. 1.

Lux menti præcipue acquiritur.

Silentium puri cordis custodia. Prom. 18. v. 21.

Dura correctione coerendus detractor.

\* Psal. 50. v. 141. Pœnitens spiritualem exterius præ se ferat dolorem.

Summa iustorum humilitas.

A P O P H T H E G. XXXII.

Contemplationem curiosa studia preferendam.

Liber erucis legendus.

Interrogatus à quodam Fratre, quem librum, ad maiorem sui profectum & utilitatem, sibi legendum indicaret; In libro, inquit, crucis lege: mundanae & curiosae scientiae ne vacaueris; beatus erit, qui ab hac se abstinerit propter Deum. Alu. Pelag. l. 2. de Planctu Ecclesiae, cap. 69. ante med.

A P O P H T H E G. XXXIII.

Mulierum aspectum omnino cauendum.

Sapientis consilium, noli in Virginem intendere ne te scandalifet vultus eius.

Percontanti socio, cur non respexerit virginem quamdam nobilem, egrotum charitativè visitantem, & humiliter in infirmitate ministrantem; respondit: Quis non debet timere sponsam Christi? quae si oculis pudicis prædicatur, magis in sua castitate confirmatur. Me in facie illa viderit, non ego illam. Idem ibidem c. 73.

A P O P H T H E G. XXXIV.

Religiosos contra sui status perfectionem non debere privilegia desiderare.

Minorita omnibus se inferiores reputet.

Admonentibus & orantibus quibusdam Fratribus, ut ad maiorem Religionis immunitatem & auctoritatem, à Summo Pontifice privilegia impetraret, dixit: Hoc meum & Fratrum meorum est privilegium, nullum habere privilegium super terram; sed omnibus obedire, & inferiores nos omnibus reputare. Idem ibidem cap. 66. ad finem.

A P O P H T H E G. XXXV.

Abstinentiam in Religiosis non nisi necessitate compellente relaxandam, & hypocrisis vitium fugiendum.

Contemptus mundanorum parvipendendus.

Infirmis gravatius, abstinentia rigorem paululum, carnem comedendo, relaxavit, quod postea in se reprehendens, ait: Non decet ut populus abstinentem me credat in publico, & ego carnaliter reficiat in occulto. Resumptis ergo viribus, & fervore magis admirabili quam imitabili, nudus, & fune ad collum alligato, ad forum processit, ubi populo cateruatim accedenti dixit. Carnem in occulto comedi: non me ergo deinceps, fratres, spirituales dicite, sed tamquam carnalem & glutonem contemnite. Bon. c. 6. post princ. D. Antonin. 3. p. Hist. tit. 23. c. 2. §. 4. Vinc. Beluac. 2. p. Hist. l. 31. c. 101. Iul. Nigrionius Comment. in Reg. 6. Iul. Hist. num. 4. & 7.

A P O P H T H E G. XXXVI.

In hac vita neminem esse laudandum.

Lauda post mortem.

Quibusdam eum beatificandis & sanctum proclamantibus, dixit: Filios & filias adhuc habere possum, nolite laudare, quem non iudicatis securum. Nemo laudandus, cuius incertus est exitus. Quaecumque hora Deus thesauros suae gratiae mihi auferret, quos nunc mihi accommodavit, quid aliud apud me remaneret nisi corpus & anima, fidelibus & infidelibus com-

munia? Bon. ubi supra, ante med. Pisan. 1. Conf. 6. & l. 2. Conf. 5. & Rodul. lib. 2. tract. de Orac. B. Franc.

A P O P H T H E G. XXXVII.

Fralatum subditis virtutum exempla dare debere.

Incet innocens eius caro, qua post magnam & longam penitentiam iam se sponte subdebat Spiritui, nullo egeret flagello propter offensas, tamen quotidie renouabat illi poenas & onera. Quod reprehendentibus quibusdam ait: Propter alios \* custodio vias duras, multis namque datus sum in exemplum. Si linguis enim hominum loquar & Angelorum, charitatem autem in me ipso non habeam, & proximis virtutum exempla non monstram, parum profum aliis mihi nihil. Bon. c. 9. ante med. Mar. 1. p. l. 1. c. 42.

Subditis Praelati Religiose vitae praebeant exempla. \* Psal. 16. v. 4. 1. Cor. 13. v. 2.

A P O P H T H E G. XXXVIII.

Pecuniam Dei seruis non appetendam.

Transiente viro Dei per Apuliam iuxta Barium, socius crumenam (seu, illius Provinciae usitato vocabulo, fundam) quasi denariis refertam, veluti tumescentem offendit, quam floccipendendam, & ibi relinquendam beatus Pater consuluit. Sed socio, contra illius consilium è terra illam eleuante, protinus ex ea serpens non modicus exiliens, simul cum ipsa euauit. Quam diabolicam deceptionem (qua beatum Patrem antea non latuit) ut socius re ipsa comprobauit, ait vir Dei: Pecunia seruis Dei, ô Frater, nihil aliud est quam diabolus & coluber venenosus. Bon. c. 7. ad med. Rod. ubi supra. Mar. 1. p. l. 1. c. 32. Anton. Florent. 3. p. Hist. tit. 23. c. 2. §. 2. Iul. Nigr. in Reg. 7. num. 10.

Pecunia Religioso colubet venenosus.

A P O P H T H E G. XXXIX.

De vestitu & suppellectili superflua Religiosis verecundandum.

Pauperulum quemdam obuium habuit in via, cuius cum nuditatem aspiceret, compunctus corde, lamentabili voce dixit ad socium: Magnam verecundiam intulit nobis huius pauperis inopia, quia nos pro magnis diuitiis paupertatem elegimus, & ecce magis relucet in isto. Bon. ibidem. Pisan. l. 2. Con. 4. Mar. 1. p. l. 1. c. 33. Plat. l. 2. de Statu Relig. c. 3. Anton. Florent. 3. p. Hist. tit. 23. c. 1. §. 1. & c. 2. §. 2. Specul. Vita Francisci, c. 16.

A P O P H T H E G. XL.

Christi pauperes se pauperioribus subuenire debere.

Senis redeunti cum pauper quidam seminudus occurreret, ad socium conuersus, dixit: Oportet, Frater, ut mantellum hoc, quod super habitum porto, reddamus pauperulo isti, nam ipsius est. Mutuo enim illud accepimus, donec pauperiorem inuenire contingeret. Socio autem propter sancti Patris necessitatem resistenti, iterum ait: Pro furto mihi reputo à magno eleemosynario reputandum, si hoc quod fero, non dede-

Verus pauper erubescit si alium se pauperiorem agnoscat.

ro magis egenti. Bon. c. 8. ad med. Mar. 1. p. Chron. l. 1. c. 36. Anton. citatus.

A P O P H T H E G. XLI.

Religiosis mendicantibus superfluum questum fugiendum.

Necessaria solum petenda.

Fratres quantoties hortabatur, ut inanes discursus, & nimias sollicitudines in acquirendis vel colligendis eleemosynis vitarent, & omnino questus superfluos abhorrerent, dicens: Fratres, petite tantum victui & vestitui necessaria. Ego de me fateor, & gratias ago Deo, quod numquam fui fur aut latro eleemosynarum; semper enim minus accepi, quam me contingeret, ne alij pauperes sua sorte fraudarentur; quia contrarium facere, semper furtum reputavi. Pisan. 2. Conf. 4. Pelag. l. 2. c. 64. Rodul. 1. fol. 9. pag. 2. Specul. Vita Francisci, c. 11.

A P O P H T H E G. XLII.

Eleemosynam aliquando oratione magis meritoriam.

Pauperibus subueniant Religiosi sed debite.

Fratrem Petrum Cathaneum (tunc Fratrum primicerium) rogauit ut anni cuidam, duorum Fratrum Minorum matri, eleemosynam petenti, aliquid erogaret. Quo respondente, nihil domi fuisse quod elargiri posuisset, solumque in Ecclesia habuisse testamentum nominum, in quo Fratres Lectiones nocturnas recitabant: Ea, inquit, huic nostrae matri (ita enim Fratrum genitricem appellabat) librum illum, ut illum vendat pro sua necessitate releuanda; credo enim firmiter, plus Deo & beatæ Virgini placitum, librum hunc huic pauperi erogare, quam, ut in eo legamus, illum nobis referuare. Pisan. ibidem. Mar. ubi supra cap. 37.

A P O P H T H E G. XLIII.

Propter Deum potius quam propter mundum bona opera facienda.

Franciscus etiam in saculo erga pauperes liberalissimus.

In sue conuersionis initio, non deposito adhuc habitu seculari, se ipsum accusans quod erga homines propter mundi gloriam liberalissimus fuerit, & firmiter proponens, si qua remanebant, in pauperum usus deinceps dispensurum, ait: Qui hucusque non pepercit sumptui, & curialis fuit erga amicos propter mundi inanem gloriam, & fauorem transitorium, æquum est ut modò propter Deum, qui liberalissimus est retributor, eadem erga pauperes vtatur liberalitate. Pisan. l. 1. Conf. 6.

A P O P H T H E G. XLIV.

Sanctorum festiuitates non conuiuuiis, sed eorum imitatione celebrandas.

Festa celebranda non conuiuuiis piparis sed deuote & Religiose.

Ad aduentum cuiusdam Provincialis Ministri, Fratres in Conuentu Reatino solito melius mensas parantes, & cibos aliquantò abundantiores in die Natiuitatis Christi apponentes, acriter reprehendit, dicens: In die pauperis Christi, à paupertate deuatiis? mementote quòd hodie beata Virgo vix habuit panem ad manducan-

dum, & mundi Dominus pro incunabilis, animalium habuit præsepe. Pauperem Patrem imitami, vagientis Infantuli recordamini. Pisan. l. 2. Conf. 4. & 7. Specul. Vita Francisci, cap. 19.

A P O P H T H E G. XLV.

Magnum esse Sanctorum imperium, & Religiosis populi tumultum esse sollicitè vitandum.

Mira virtus obedientiae.

Mortuo beato Petro Cathaneo, cum propter eius sanctitatem & crebra miracula cateruatim in Ecclesia sancta Maria de Angelis ad eius sepulchrum, non sine Fratrum incommodo, & quietis silentisque monastici detrimento, undique populi confluerent, ad eius tumulum accedens beatus Pater, & super illum stans, ait: Frater Petre, qui mihi in vita promptissimam praestitisti obedientiam, in morte humile non denegabis obsequium. Propter te Fratrum tuorum religiosa quies perturbatur, dum à tot tantisque populis debitus honor tuo corpori exhibetur. Per sanctam tibi iniungo obedientiam, ne plura deinceps perpetres miracula, ne quod in Dei & sanctorum ordinatur honorem, in huius religiosae aedificae manifestius vergat detrimentum. Mirabile dictu. Nullum postea defunctus fecit miraculum, nec populi tumultus amplius venit ad sepulchrum. Pisan. lib. 1. Conf. 8. tract. de Provincia S. Franc. de loco Assisij, in Vita B. Petri Cath. Gonz. de Orig. & propagat. Seraphica Relig. par. 2. in tract. de eadem Provincia, & de eodem Conuentu.

A P O P H T H E G. XLVI.

De intolerabilitate & feditate demonis.

Demonis aspectus intolerabilis.

Beato Fratri Agidio, tertio B. Patris socio, Binterroganti an aliquid in mundo adeò terribile esset, quod eius aspectum ferre non posset aliquis tanto temporis intervallo, quanto Dominicam Orationem posset recitare, respondit: Adeò intolerabilis est demonis aspectus (quo nihil terribilius aut infestius in mundo excogitari potest) quòd nec tantillum temporis eum sustinere quisquam valebit, nisi diuino fuerit illustratus praesidio. Pisan. l. 1. Conf. 7. & 12. in princ. Rodul. l. 2. tract. de Orac. B. Franc.

A P O P H T H E G. XLVII.

Magis in Dei benignitate quam pecuniae thesauris confidendum.

Quod pecunia non possunt pauperes effici.

Proceres, & solemnes nuntios Assisinas B. Patrem graui & ultima infirmitate laborantem, è Noceria; ne alibi quam apud ipsos moreretur, reducentes Assisium, & apud Dei virum conuerentes, quòd in villa Sarthiani, in qua ad prandij tempus moram protraxerunt, nihil venale reperiebant, reprehendit, dicens: Nihil comedendum inuenitis, quia plus in muscis vestris (hoc nomine vocabat denarios) quam in Domino confiditis. Sed reuertimini per domos, quos circuistis, & amorem Dei offerentes pro pretio, humiliter eleemosynam postulate. Quòd ad sancti Patris mandatum humiliter facientes, euenit, ut inopiam, quam illorum pecunia releuare non poterat,

poterat, Francisci pauperes opulenta suppleret. Bon. cap. 7. post med. Pisan. lib. 1. Conf. 12. in princ. & l. 3. Conf. 4.

APOPHTHEG. XLVIII.

Sanctos mortem non timere, & equaliter in morte ac vita letari.

Paucis diebus ante eius obitum medicum percontatus est, quid sibi de infirmitate, qua laborabat, videretur. Cui timide respondenti, Bene tibi erit per Dei misericordiam; hilari ac intrepido animo inquit beatus Pater: Dic mihi, inquam, clarè, quid tibi videtur? noli timere, quoniam per Dei gratiam corculus non sum, vt mortem timeam; cooperante enim Spiritus sancti gratia, ita Domino meo vnitus adhæreo, vt nec de morte mæstus tristabor, nec de longiori vita magis gaudebo; æqualis mihi erit in morte ac in vita læticia. Pisan. lib. 1. Conf. 12. in princ. & lib. 3. Conf. 4.

Iustorum æqualis in morte ac in vita læticia.

APOPHTHEG. XLIX.

Sanctos in tribulationibus Dei voluntati conformati.

Cum in eadem infirmitate ad finem vite grauius solito dolorum multorum vrgeretur aculeis, compatiens ei quidam simplex ne deuotus Frater ait: Ora Deum, Frater, vt mitius tecum agat, manum enim suam plus debito super te grauari videtur. Quo audito, vir sanctus cum ciularu exclamans, ait: Nisi iamdudum simplicem in te cognouissem puritatem, tuum ex nunc vtique abhorrerem consortium, qui diuina circa me ausus fueris reprehensibilia iudicare iudicia. Maiora mereor tormenta, plura ad Dei nutum libentissimè patiar flagella. Bon. cap. 14. in princ. Pisan. lib. 1. Conf. 5. & lib. 3. Conf. 4.

Dei flagella non accusanda sed admittenda.

APOPHTHEG. L.

Magna perfectis viris consolatio ex meditatione Dominice passionis.

Cum diuturnis grauaretur languoribus, interrogatus a quodam, quare, vt suos releuaret dolores, non inebat aliquando quidquam sibi legi, quod languentem recrearet animum, respondit: Nihil mihi tam delectabile quàm vitæ & passionis Dominicæ memoria, quæ mihi frequens est & quotidiana; nec ad finem vsque mundi si visissem, alia indigerem lectione. Marc. 1. p. lib. 1. cap. 86. Ital. excusf.

Infirmitas nihil delectabilius debet esse quàm memoria Passionis Dominicæ.

APOPHTHEG. LI.

Plus esse lacri in vituperiis perpessis, quàm in oblatiis honoribus.

Cum in quodam castro multi sancto viro exhiberentur honores, dixit socio: Abeamus hinc, nihil enim hic lucratur dum honoramur; ibi est nostrum lucrum, vbi vituperamur & vilipendimur. Leg. antiq. cap. De humilit. Bonau. lib. de Luminarib. Eccl. Serm. 18.

Vituperium lacrum, honoris iactura.

APOPHTHEG. LII.

Tentationibus Dei seruos reddi fortiores.

Dixit ei quidam ex Fratribus, demoniacam puellam reuelasse, licet inuitam, multa demonum agmina contra eum conspirasse, vt suo gradu & virtute deicerent, quem insensum sibi dicebant hostem. Respondit intrepidus: Modò fortior sum. Leg. & Bonau. citati.

APOPHTHEG. LIII.

Non facile disputari posse de fide cum Ethnicis.

Cum in Aegypto predicaret, dixit ei Soldanus vt disputaret de fide cum Sacerdotibus suis. Respondit, quòd secundum rationem naturalem de fide disputari non poterat, quia supra rationem est; nec per Scripturam, quia illam non recipiebant Sacerdotes. Fiat autem, inquit, rogus, & ego in fidei nostræ testimonium me ardentibus tradam flammis, vt dum non laedar, fidei veritas appareat. Bonauent. cit. Serm. 19.

Fides supra rationem.

APOPHTHEG. LIV.

Fugienda hypocrisis.

Infirmitas stomachi dolenti suasit Guardianus, vt sub lacera tunica permetteret consui pellem vulpinam: respondit, se ea conditione id permittiturum, dummodò exterius in omnium conspectu supersueretur alia eiusdem mensuræ pellis, quæ latentem indicaret. Vt omnibus innotesceret aliquantula illa, quam admisit, mollities, & sub hispida veste blandam scirent latuisse pelliculam. Marian. lib. 1. cap. 8. §. 7.

APOPHTHEG. LV.

Aliquando neganda etiam iusta, vt iniustorum supprimatur desiderium.

Vidam imperito tironi petenti facultatem retinendi apud se Psalterium, sapius negando, repulit a se, subdens hac verba in postrema repulsa: Fili, Psalterij vtendi facultate obventa, concupisces etiam Breuiarium & alios libros ad discendum; & vbi didiceris aliquid, voles in cathedra federe tamquam magnus Theologus aut Prælarus, & iubebis Fratrem tuum ad te deferre Breuiarium. Quibus dictis magno cum spiritus feruore, caput sibi aspersit sapius cinere, dicens: Ego Breuiarium? Ego Breuiarium? Marc. 1. par. lib. 2. cap. 62. Iulius Nigron. in Comment. ad Regul. 14. Iesuit. num. 11.

A minimis ad maiora fit progressus.

APOPHTHEG. LVI.

Perferenda patienter peccatorum supplicia in hoc seculo.

Vapulauit aliquando à demonibus, variisque pertulit molestias; quibus nihil fractus spiritum, vehementi dixit feruore: O Domine, tibi gratias habeo ob immensum tuum erga me amorem & charitatem, quam & nunc clariùs manifestas.

Pro tribulationibus nobis à Deo illatis ipsi gratiarum actiones referendæ.

festas. Punis namque peccata in hac vita, vt condones in futura. Ego, quod ad me attinet, prompto animo adsum, vt alacriter sustineam quamcumque tribulationem & pœnam, quam diuinæ tuæ maiestati mihi placuerit infligere propter mea peccata. Floretum tractatu de Stigmat. Consideratione prima.

APOPHTHEG. LVII.

Ex spe gloria suavis tolerantia passionum.

Interrogatus, quomodo tam magnos oculorum & totius corporis cruciatus adeo hilari & constanti animo perferebat, respondit: Tanta est gloria quam expecto, vt omnis me pœna delectet, omnis morbus, humiliatio omnis, persecutio omnis, mortificatio omnis. Specul. Vita Franc. pag. 127.

Momentaneum & leue tribulationis notitia æternæ gloriae pondus operatur.

Plura erant sancti Patris Apophthegmata, quæ temporis diuturnitate, & humana memoria fragilitate, vel penitus exciderunt, vel apud ignotos & mihi inconsultos latent Auctores: quæ apud eos, quos præ manibus habui, inuenire licuit, collegi.

FAMILIARIA QVÆDAM

COLLOQUIA

BEATI FRANCISCI.

Distinxi sub hoc titulo sequentes sententias à superioribus, quia succinctum Apophthegmatum modum excedunt, & fere omnes in familiaribus colloquutionibus inter amicos protulerat.

COLLOQUIUM PRIMVM.

Mansuetudinè & patientia magnorum emolliendam duritiam.

Perueniens quondam B. Pater ad ciuitatem Imolensem, vrbis Episcopum adiit, humiliterque poposcit vt cum illius beneplacito posset populum ad audiendum Dei verbum conuocare. Cui Episcopus durè respondens, ait: Sufficit, Frater, quòd ego prædicem populo meo. Inclinauit caput verus humilis, & foras egressus, post modicum tempus denuò regressus, Episcopum conuenit. A quo cum Episcopus quasi turbatus requireret, quid iteratò petere vellet, humili tam corde quàm voce respondit: Domine si pater filium vno pepulerit ostio, alio sibi reintrandum est. Qua humilitate victus Episcopus, alacri vultu eum amplexus est, dicens: Tu & omnes Fratres tui de cetero in Episcopatu meo, generali mea licentia, prædicare, quia illud humilitas tua sancta promeruit. Bon. c. 6. ad med. Pisan. l. 1. Conf. 10. memb. 2. & Conf. 12. in princ. Rodul. l. 2. tract. de Orac. B. Franc.

Humilitate omnia vincimus.

COLLOQUIUM II.

Minores nihil ex bonis Nonitorum debere sibi reseruare.

Cum in loco S. Mariæ de Portiuncula tanta cesset inopia, quòd non posset hospitibus

superuenientibus secundum necessitatis exigentiam prouideri, adiit virum Dei Vicarius suus, allegans penuriam Fratrum, & petens vt intrantium Nouitiorum res aliquas reseruare liceret, ad quas expendendas recurrere possent Fratres tempore opportuno. Ad quem vir sanctus, superni consilij non ignarus, Absit, inquit, à nobis, Frater charissime, vt pro quouis homine impiè agamus in Regulam. Malo te altare Virginis gloriose nudare, cum necessitas id postulauerit, quam contra paupertatis votum, & Regula obseruantiam, vel Euangelij professionem, aliquid vel modicum attemptare. Gratius enim habebit beata Virgo, sancti Euangelij obseruato perfecte consilio, suum altare detegi, quàm altari suo ornato, Filij sui promissum consilium pratermitti. Bon. c. 7. ante med. Pisan. lib. 1. Conf. 8. in Vita B. Petri Cathanei, & Conf. 12. in princ. cap. 13. Rodul. lib. 1. in Vita eiusdem.

In necessitate potius ad altaria recurrendum quàm votum infringere.

COLLOQUIUM III.

Superflua adificia non decere Fratres Minores.

Idem sancti Patris Vicarius Frater Petrus Cathaneus domunculam quamdam construi fecit ad commodiorem diuini Officij psalmodiam, & Fratrum hospitium, in magna multitudine quotidie aduentantium, maiorem tranquillitatem & quietem. Cui beatus Pater veluti aliquantulum succensens, ait: Frater, locus iste forma est & exemplum totius Religionis. Mallem ergo quòd incolæ huius adicula pro Dei amore tribulationes tolerent & incommoda, vt alij qui huc veniunt, reportent bonum exemplum paupertatis, quam quòd plura construerent adificia, ne hospites ad Monasteria sua redeuntes, magnas adificent domos, dicentes: In loco B. Mariæ de Portiuncula, qui primus totius Ordinis est & caput, plura sunt adificia, quare illius exemplum nulla erit prauaricatio paupertatis, si talia etiam & in nostris construamus. Speculum perfectionis paupertatis c. 3. Pij. l. 1. Conf. 12. in princ. & l. 2. Conf. 4.

A capite exemplum sumitur.

COLLOQUIUM IV.

Bonorum omnium laudem in Deum referendam.

In ciuitate Interamneni concionem, Episcopo præsentem, habuit ad populum, quæ tanti eloquij, tantæ doctrinæ & mysteriorum Antistiti visa est, vt postquam è suggesto descenderit humilis prædicator, ad populum surrexit Episcopus, dicens: Laudate non modicum Dominum, qui tanta bona per os despecti pauperis vos docuerit, sua mysteria reuelauerit, præmium virtutum propofuerit, & pœnas peccatis dignas statuerit. Cauete vobis & à peccatis; facienda & fugienda per hunc pauperem ipse Dominus hodie ostendit. Ad cuius pedes procidens beatus Pater, ait: In veritate dico vobis Domine Episcope, nullum tantum mihi concessisse honorem, sicut tu hodie, Alij sanctum, alij beatum me in Dei operibus proclamant, mihi, non Deo, honorem & gloriam tribuentes, sed tu hodie pro tua sapientia verè me honorasti: Deo, quæ sua sunt, laudem & gloriam tribuens, pretiosum a vili separasti, Deo sapientiam & virtutem, mihi inscitiam & vilitatem appropriasti. Pisan. l. 1. Conf. 6. & 12. in princ. Marian. l. 1. c. 7.

Infirma mundi eligit vt confundat fortia.

Deo si quid in nobis boni est tribuendum.



## COLLOQUIUM V.

Dei fatuos potiores mundi sapientibus.

S. Franciscus  
Euangelici  
status ze-  
lator arden-  
tissimus.\* 1. Cor. 1.  
vers. 27.

Propter suggesti in quorundam Fratrum, laxioris vitæ habere desiderantium, Vgolinus Cardinalis Ostiensis beatorum Patrem rogauit, ut doctiorum & prudentium quorundam sui Ordinis Patrum consiliis, in Regulæ præceptis mitigandis, acquiesceret, vel vnam ex antiquis Augustini, Benedicti, vel Basilij institutis pro se & Fratribus suis seruandam eligeret. Ad quem nulla verba habuit Euangelici status zelator, sed Fratribus ad Capiulum conuocatis, coram ipso Cardinale, magno spiritus seruore, ait: *Fratres mei, Fratres mei, Dominus vocauit me per viam simplicitatis & humilitatis, & hanc mihi pro me, & pro illis qui mihi volunt adherere & imitari, in virtute ostendit. Nolo igitur quod mihi nominetis seruandam Regulam beati Benedicti, Basilij, aut alius cuiusvis, præter illam, quam mihi diuini misericordia donauit, & ostendit. Ipse Dominus dixit mihi, se velle me suum fatuellum esse in hoc mundo, & me meosque nolle per aliam viam ducere ad caelestem patriam, quam per istam, que licet hominibus stultitia videatur, apud Deum tamen pro magna reputatur sapientia. Timeo, ne vestra sapientia & scientia post hoc vobis conuertatur in ignorantiam & confusionem. Quæ verba tam magnum Cardinali & Fratribus timorem inculserunt, ut ad eius pedes projecti, de petitione sua veniam humiliter implorauerint. Pisan. lib. 1. Conf. 6. & 12. in princ. Vbert. lib. 5. cap. 7. parum post init.*

## COLLOQUIUM VI.

Eleemosynas pauperibus Christi præferendas dominorum conuiuuiis.

Præfatus  
forma sit in  
bene ope-  
rando sub-  
ditorum.\* 1. Ioan. 2.  
vers. 27.

Inuitatur ab eodem Vgolino ad prandium. acquieuit; sed dum mensa sterneretur, clam exiens, aliqua frustella panis petiit ostiatim. Quæ, ut rediit, & ad mensam cum Cardinali sedit; in conuiuio apposuit, & inter assidentes & assistentes, tamquam si laicum aliquod ferculum offerret, diuisit. Ex quibus ipse libentius quam de opiparis dapibus comedit. Ad hæc omnia nobilissimos hospites modesto rubore perfusus, propter discumbentes, & inuitatos, conticuit. Sed ut mensa ablata est, seorsim vocans, quem palam reprehendere erubuit, clam ita familiariter alloqui non timuit: *Quare (amabo) huiusmodi rem perpetrasti? magnam mihi iniuriam irrogasti; mensam, ad quam inuitaui, micis panis hinc inde asportatis inhonorasti; me ita te fecisse certe pudet. Cui beatus Pater: Imò Domine, magno te honore affeci, dum maiorem Dominum honorauit. Me Fratrum meorum formam exemplum esse decet, & eò magis, quò certius scio quòd in hac Religione sunt, & erunt multi Fratres Minores nomine, & opere, qui propter amorem Domini Dei, & ex Spiritus sancti vnitione, que docebit eos, in omnibus humilabuntur ad plenam humilitatem, subiectionem, & seruitium Fratrum suorum. E contrario alij sunt, & erunt, qui aut propter verewardiam aut malam consuetudinem dedignantur & nolunt se humiliare, aut declinare ad eleemosynas peten-*

*dum, & huiusmodi opera facere seruilia. Propter quod oportet me docere eos, qui sunt, & erunt in Religione, ut in hoc seculo, & in futuro inexcusabiles sint coram Deo. Inuitatus itaque apud vos, aut alios quoscumque Dominos, nolo verewardari ire pro eleemosynis, imò magnam hoc reputo nobilitatem, & regalem iudicio esse dignitatem, & in honorem vergere illius, qui cum omnium Dominus esset, pro nobis fieri voluit omnium seruus; & cum in gloriosa maiestate sua omnibus abundaret, in nostra humanitate despectus & pauper cunctis indigebat. Volo ergo quòd Fratres omnes presentes & futuri aperte sciant, quòd pro magna corporis & anima consolatione habeo, quando ad pauperum mensam sedeo, & maiori circumdor gaudio, quando ante me video positas in mensa pauperulas eleemosynas, qua acquiruntur pro amore Dei ostiatim, quam cum ad vestram vel aliorum mensam lautis dapibus & opiparis ferculis præparatam inuitatus, & quasi inuitus discumbob. Panis enim eleemosyna panis est sanctus & benedictus, quem sanctificat laus & amor Omnipotentis. Cum enim Frater eleemosynam petit, prius dicit: *Laudatus & benedictus sit Dominus Deus, postea addit: Facite nobis eleemosynam pro amore Domini Dei. Laus panem sanctificat, & amor Domini benedicit.* Quibus verbis in lacrymas, ex deuotione ortas, prorumpens Cardinalis, Fili, inquit, fili mi, \* fac quod bonum est in oculis tuis, Dominus enim tecum est, & tu cum ipso. Pisan. l. 1. Conf. 6. & 12. in princ. & l. 2. Conf. 4. Plat. de Bono stat. Relig. l. 2. c. 3. Specul. Vita Franc. cap. 22.*

Eleemosy-  
na ostiatim  
petita con-  
uiuuiis opi-  
paris præfe-  
renda.\* Phil. 2.  
vers. 7.\* 1. Reg.  
14. v. 36.

## COLLOQUIUM VII.

Minores in sua vocatione humili debere manere.

Idem requirenti, num beato Patri placeret, quòd Fratres Minores promouerentur ad Ecclesiasticas dignitates, magnam vniuersæ Ecclesiæ promittenti vtilitatem, si homines tanta sanctitate decoros, & virtutum decore conspicuos, ad præcipua sua gubernacula eueheret, Domine, ait vir Dei, *Minores ideo vocati sunt Fratres mei, ut maiores fieri non presument. Si vultis ut faciant fructum in Ecclesia Dei, tenete illos, & conseruate in statu sua vocationis, & ad Prælationes Ecclesiasticas nullatenus ascendere faciatis.* Bon. c. 6. post med. Pisan. l. 1. Conf. 6. & 12. c. 17. Vbert. l. 5. Arboris Vita Christi, c. 3.

Minor ma-  
ior ex di-  
gnitatibus  
non fieri  
presumat.

## COLLOQUIUM VIII.

Prælatos dedecere ventri indulgere, aut lautis vii cibis.

Vnus ex focis eum interrogauit, cur non mitius secum ageret, & corpus tenellum, & poenitentia rigore pænè mortuum, tanta rigiditate & abstinentia affligebat, rogauitque ut deinceps permitteret meliora cibaria sibi præparari. Ad quem verè poenitens, & Prælatorum exemplum, ait: *Bene fateor, Frater, quòd corpori meo plura necessaria sunt, nec omnia quibus indiget, semper illi ministro. Memini namque me positum à Domino in multorum formam & exemplum. Nolo ergo lautioribus nec abundantioribus cibis vii, sed paucis & pauperulis vesti: & in omni*

Prælatos à  
lautioribus  
cibis, neces-  
sariis con-  
tentus ab-  
stineat.

*in omnibus que ad vitam opus sunt, is solummodo gaudeo & delector, qua sanctam redolent paupertatem; alia verò quacumque sumptuosa & delicata penitus abhorreo.* Pisan. l. 2. Conf. 7.

## COLLOQUIUM IX.

Regulam Minorum non à B. Francisco compositam, sed à Deo desuper esse concessam.

Regula Mi-  
norum à  
Deo data &  
concessa.

Honorio Tertio Summo Pontifici, qui Regulam Minorum octauo sui Pontificatus anno sub Bulla confirmauit, aliqua eiusdem Instituti præcepta dura nimis & humanæ infirmitati grauiora visa sunt. Peatum ergo Patrem hortatus est, ut quædam mitigaret, quædam mutaret, alia verò omnino tollerent. Cui beatus Legislator: *Ego, beatissime Pater, præcepta aut verba illa in Regula non posui, sed Christus, quia omnia vtilia & necessaria saluti animarum ac Fratrum, & bono statui & conseruationi Religionis, melius omnibus nouit, cuique omnia, que ventura sunt in Ecclesia & Religione nostra, presentia sunt & patent. Non ergo debeat nec possunt Christi verba mutare, aut omnino abolere.* Pisan. lib. 1. Conf. 9. memb. 2.

## COLLOQUIUM X.

Ad magnum Ecclesiæ profectum varias in ea florere Religiones.

Decet in  
Ecclesia  
Dei varias  
florere Re-  
ligiones.

Obuiam se habere in Vrbe viri Dei, & beatus Pater noster Dominicus Prædicatorum Patriarcha & Fundator inclytus: quibus seria quædam ad animarum salutem, & plurima ad Ecclesiæ Catholicæ emolumentum & pacem secum proponentibus & disponentibus, ait Prædicatorum magnus ille decor ad focium & amicum suum Franciscum: *Frater charissime, propter magnam meam tecum necessitudinem, præcordialem erga filios tuos amorem, & pacis fraternitatisque inter tuos & meos stabilitatem, utrofque gauderem sub vna Religione militare; ut quos Patrum firmus amor ita coniunxit, Religionis aut vitæ disparitas non dissoluat. Cui summa humilitate Franciscus: *Diuina est voluntatis, amantissime Frater, quod factum est, ab ea que ordinatum est diuersas à nobis fundari Religiones, ut in vtriusque varietate, præceptorum diuersitate, illorum rigore, & horum lenitate, varietati subueniatur humana infirmitatis, & quibus hæc non placent, illa non displiceant, quibus vna dura videtur, altera lenior apparet, & sic non vnius Religionis angustiis Deus animas perdat, sed alterius capacitate lucretur.* Pisan. lib. 1. Conf. 12. in princ. Pelbar. à Themef. Sermon. de B. Francisco. Cod. MS. Franc. c. 2.*

## COLLOQUIUM XI.

Dei seruos quò sanctiores eò humiliores.

Beatus Frater Pacificus, cum in comitatu viri Dei esset, & vnà cum ipso in Ecclesia S. Petri de Bonario prope Treuium feruenti oraret affectu, in ecstasi factus, vidit inter multas in celo sedes, vnam ceteris digniorem, pretiosis ornata lapidibus, & omni gloria refulgentem. Miratus intra se præcelsi throni refulgentiam, anxia cœpit cogitatione perquirere, quis ad il-

lum deberet assumi. Ita stupefactus audiuit vocem dicentem sibi: *Sedes ista vnius de ruentibus fuit, & nunc humili seruat Francisco.* Reuerfus demum Frater ad se ab orationis excessu, virum beatum Ecclesiam exeuntem solito fuit more secutus. Cumque incedentes per viam de Deo inuicem colloquerentur, Frater ille visionis suæ non immemor, solèter ab eo quæsiuit, quid de seipso sentiret. Ad quem humiliter Christi seruus, *Videor,* ait, *mibi maximus peccatorum.* Cui cum Frater diceret ex aduerso, *Hoc non potes, Pater, sana conscientia dicere, nec sentire; subiunxit: Si quantumcumque sceleratum hominem tanta fuisset Christi misericordia profecutus, arbitror sanè quòd multo, quam ego, Deo gravior esset.* Bon. c. 6. post med. Pisan. l. 1. Conf. 6. & l. 2. Conf. 5. Legen. antiqua c. De perfectione humil. ad med. Rod. l. 2. tract. de Orac. B. Franc. post med. Sedul. l. 1. Apo. c. vlt. num. 2. Ant. 3. p. Hist. tit. 24. §. 2. Mayron. Sermon. de B. Franc. Bern. de Bust. Ser. 2. de eodem.

De donis  
Dei ne ex-  
tollamur.

## COLLOQUIUM XII.

Omnia bona Sanctorum à Deo provenire, in eumque esse referenda.

Beatus Frater Massæus, vnus ex beati Patris discipulis, secum hæsitans & fluctuans, aut ex honore, quo virum Dei cuncti populi & Principes prosequerentur, aliquantisper superbiat; & humilitatis paternæ experientiam faciens, exeuntem e silua quadam, in qua per aliquot dies orauit, magna hominum multitudine comitatum, magna voce veluti admirandus interrogauit: *Vnde hoc tibi? vnde hoc tibi? vnde hoc tibi? Respondit Pater: Quid? Cui ille: Quòd torus mundus te venerari, te lectari, imitari, & sequi videatur: omnes te audire desiderant, te videre cupiunt, tibi obedire festinant. Vnde hoc? Tu non es pulcher aut decorus, satis modica luget in te sapientia aut scientia, tenui viges nobilitate. Vnde ergo quòd totus mundus ad te veniat, & post te vadat? Quæ ut audiuit humillimus Dei seruus, erectis per modicum tempus oculis in cælum, & mente eleuata in Deum, & veluti ex raptu quodam in se reuersus, utroque poplite in terram defixo, & oculis iterum ad cælum eleuatis, liberalissimo bonorum omnium largitori gratias agens, impetuoso spiritu feruore ait ad discipulum: *Vis scire vnde hoc tibi? vis scire vnde hoc tibi? & certo scire vnde hoc tibi? Hoc tibi ex oculis illis sanctissimis Dei omnipotentis, qui aquè pellucide bonos contemplantur & malos, provenire cognoscas. Sanctissimi namque illi Dei oculi nullum viderunt me maiorem peccatorem in terris, inter homines insipientiorem, aut in creaturis viliozem, & ideo me tamquam instrumentum assumpsit, & præ ceteris elegit ad aggrediendum & consummandum mirabile opus in terris. Sicut namque mundi semper elegit Deus, ut confundat sapientes, & ignobilia & contempribilia, & infirma mundi, ut firma destrueret, nobiles & magnates confundat, ut sublimitas virtutis sit ex Deo, non ex creatura: sed qui gloriatur, in Domino gloriatur, ut soli Deo sit gloria sempiterna. Quibus audiis, ad magistri pedes discipulus procidit, & ex verborum humilitate, animi submissionem competiit. Pisan. lib. 1. Conf. 8. tract. de Prouincia**

Deus in in-  
firmis mira-  
bilior appa-  
ret.\* 1. Cor. 1.  
v. 27.  
2. Cor. 4.  
v. 7.  
1. Cor. 1.  
v. 31.  
1. Cor. 1.  
v. 17.

S. Franc. in Vita B. Massai, & l. 2. Conf. 5. Spec. Vita Franc. fol. 103. Floretum c. 9. Marianus l. 1. c. 5.

COLLOQUIUM XIII.

Pralatos superiores ab inferioribus in suo regimine debere adiuuari.

Postquam B. Pater Generalatus officio renuntiavit, Frater quidam deuotus & simplex, mœrens & sentiens se aliôsque patres à tanti Patris cura abfolui, & pro. ectione desti ui, lugubri voce illum affatus, eit, dicens: Quantum mihi & confratribus meis inist mœroris & tristitiæ, tu bone Pater, (si Patrem fas sit vocare, qui filios à sua cura repulerit) ipse iudicare poteris. Vnde hoc (oro te) vt quos Deo sollicito amore pepereris modò tamquam alienos alteri nutriendos commiseris? Tuorum ierum suscipe curam natorum, & perlice in eis sanctæ Religionis studium, ne sub aliorum remissione tepescat, quod sub tua sollicitudine tant. pere feruebat. C i B. Pater respondit: Fili mi, ego Fratres meos quantum possum diligo, quos vt meos proprios natos in dies magis diligere, si illi Patris, non aliena sibi proponerent imitansia vestigia; nec alienos potero iudicare, dum illis placuerit me pro Patre suo reputare. Sed sunt quidam de numero Pralatorum, qui dum antiquorum eis exempla proponunt, alia consulunt, & aliò ducunt & trahunt, mea præcepta flocci pendunt, & salutaria monita contemnunt. Quæ verò modò faciunt, si bene, si perperam consulant, ipsarum rerum exitus & temporis decursus comprobabunt. Vt tamen illis Pralatis qui mihi sunt contrarij, quos Dei voluntati repugnare liquido mihi constat licet inuitis quibusdam condescendam. Dolor mihi est, & afflictio magna, Frater, quòd ea quæ per magnum orationis & meditationis laborem à Domino per suam misericordiam obtinui, & quæ in magnam totius Religionis & Fratrum presentium & futurorum utilitatem redundant, quidam ex Superioribus auctoritate sua, & mundana scientia prouidentia euertere conantur, dicentes: Ista sunt tenenda, quæ ego contemnenda puto; & quæ seruare in teo, tamquam inania & negligenda despicunt. Vbert. l. 3. Arboris Vita Christi, capite 3. Pisan. lib. 1. Conf. 12. in princ.

Qui Pralato aduersatur, & Deo aduersatur.

Pralatus immenso dolore afficiatur ex regulæ transgressione.

COLLOQUIUM XIV.

Religiosos humilitate magis quam patientia, Pralatorum sibi animos conciliare, & exemplo sanctimonie magis quam immunitatis priuilegiis in Ecclesia proficere.

EX Fratribus, quos binos in omnem terræ regionem ex Comitibus Generalibus Assisi (vbi supra qui que millia ex omnibus Prouincijs conuenere) ad disseminandum Dei verbum transfmisit, quidam cum mœrore redeuntes, apud eum conquesti sunt, quòd ab aliquibus Episcopis repulsi, in eorum Diœcesibus prædicare non potuerint, dicentes: Pater, ad terras, quas assignasti, transuimus, mandatis tuis obediimus, votis tamen non satisfecimus, nec pro voto populis profecimus. Plures enim Pontifices à Diœcesibus suis nos pepulerunt, & quidem (vt pauperibus sæpè contingit) tamquam ignotos & suspectos non modicis iniurijs affecerunt.

Impetra ergo Pater à summo omnium Pontifice licentiam & priuilegium, vt vbique terrarum, licet Episcopi contradicant, prædicare valeamus. Quos beatus Pater piè increpans, ait: O Fratres mei, Dei voluntatem ignoratis, & mihi insipienter auferre vultis mundi victoriam. Vult enim Dominus Iesus-Christus, vt mundum in profunda subiectione & humilitate vincam, & magno opere omnes animas ad ipsum traham per humilitatis exemplum. Fratres mei, omnes verbo conuerteris, si omnibus, factis vos humiliatis. Qui vos impie persequuntur, vestra probata patientia conuertentur ad Christum, & vestrorum satagent pedum vestigia osulari. Nec tantum debeo velle desiderare, sub spe salutis aliorum, libertatem habere: quòd ego velim profundam humilitatem, qua statui meo competit, è medio tollere: quia in hoc & ego in virtute proficio, & populus in virtute firmatur. Decet ergo prius per sanctam humilitatem & reuerentiam, populorum conuerrere Pralatos, vt conuersi videant & ament vitam vestram laudabilem, & reuerentiam ipsis exhibitam. Ipsi tunc rogabunt vos, vt populo prædicetis, & omnes vestris interesse inuebunt concionibus. Plura præstabit humilitas, quam possit elargiri priuilegium. Si vos verò humiles videtis, & omnino ab auaritia alienos iudicauerint Ecclesiarum Pralati, populùmque induxeritis, vt Ecclesis iura sua reddant, ipsi vos regant vt salui populi prouideatis, & omnium confessiones audiat, licet de hoc parum vos curare desiderem: nam qui ad Dominum conuertentur, & sua piacula deporant, multos inuenient, quibus sua peccata reuelent. Hoc modo Episcopus & Pralatos facile vincetis. Vbert. vbi supra. Aluar. Pelag. l. 2. c. 66. in fine. Pisan. l. 1. Conf. 10. memb. 2.

Humilitas ab omnibus refert victoriam.

Humilitas omnibus præferenda.

Religiosi in adiutorium sacerdotum secularium.

Religiosi humanitate Pralatos Ecclesie sibi conciliant.

Non solum nomine sed & re sumus humiles.

Eriam pauperulos sacerdotes honoremus & veneremur.

In omnibus sancta reliceat paupertas.

COLLOQUIUM XV.

Quales deceat esse, qui litteris & studio incumbunt.

AVdientes quidam ex socijs, Lutetia Parisiorum Doctores quamplures, aliôsque multos in Germania, Italia & Galliarum plagis Minorum habitum sumpsisse, interrogauerunt beatum Patrem, an sibi placeret quòd Fratres sacre Scripturæ studio intenderent. Quibus ait: Mihi quidem placet, dum tamen Christi exemplo, qui magis orasse legitur quam legisse, orationis studium non omittant. Nec tantum studeant, vt sciunt qualiter debeant loqui, sed vt audita faciant, & cum fecerint, alijs facienda proponant. Vel enim Fratres meos discipulos Evangelicos esse, sicque in notitia veritatis proficere, quòd in simplicitatis puritate concrefcant, vt simplicitatem columbinam à prudentia serpentina non separent, quas Magister eximius ore benedicto coniunxit. Pisan. libro 1. Conf. 12. cap. 20. Sedul. lib. 3. Apolog. cap. 10. Bonan. cap. 11. Legend. ad princ. & lib. de Lumin. Eccles. Ser. 22.

Non studeamus vt sciamus qualiter loquendum, sed qualiter operandum.

COLLOQUIUM XVI.

Qualiter in primitiua Religione Cœnobia Minorum edificabantur.

IN cistate Senarum moram faciente beato Patre propter infirmitatem oclorum, Heros quidam Senensis, Bonauentura nomine, fundum dedit Fratribus, vt in eo Monasterium sibi edificarent.

ædificarent. Consuluit tamen beatum virum qualiter constituendum esset, dicens: Pater, quid tibi de loco isto videtur? vel quomodo Semneum aut Monasterium hic ædificari tibi placet, in quo Fratres tui commorentur, quorum orationibus & meritorijs operibus, si quæ mihi communicare voluerint, non me parum in animæ bonis profecturum confido. Cui beatus Pater: Pro agello (quem ad adicula situm satis commodum iudico) gratias tibi habemus, honoratissime Frater, innumeras, modùmque fabricandi paucis ostendam. Ex hoc fundo debent Fratres considerare quot iugera sibi sufficiunt, in hac ipsa consideratione ad sanctam attendentes paupertatem, quam Domino ipsis placuit vouere, in nullo violentes bonum exemplum, quòd proximis decet exhibere. Quæ re bene perpensa, loci Diœcesanum adeant Episcopum, dicentes: Domine, Heros quidam nobis dedit pro Dei amore, & salute anime sue, locum aptum ad Monasterium construendum, ad vos primum recurrimus, qui Pater & Dominus estis animarum omnium gregis vobis commisi, & Patronus Patèrque piissimus omnium Fratrum nostrorum, qui in hoc loco modò commorantur, aut postea habitauerint, vt cum benedictione Dei & vestra tuguriolum aut Monasterium pauperulum nobis ædificare possimus. Dominus enim vocauit nos in adiutorium fidei sue, & Pralatorum & Clericorum sancta Ecclesia. Tenemur ergo ipsos, quantum possumus, diligere, honorare, & venerari. Vocantur enim ideo Fratres Minores, quia sicut nomine, ita & exemplo & opere ceteris hominibus huius sæculi humiles esse debent. Et quia ab initio mea conuersionis posuit Dominus in ore Episcopi Assisi verbum suum, vt mihi bene consuleret, & sapienter confortaret in seruitio Iesu-Christi: propter hoc & alia multa excellentiora, quæ in Pralatis considero, non tantum Episcopos, sed & pauperulos Sacerdotes diligere volo, & venerari, & pro dominis meis reuereri. Accipra deinde benedictione & licentia Episcopi, vadant & faciant mitti magnam carbonariam in circuitu terra, quam pro adicula sita acceperunt, & pro muro bona sæpè circumdant & circumualent in signum sanctæ paupertatis & humilitatis. Domos etiam construi faciant pauperulas ex luto & lignis, & aliquas cellulas, in quibus Fratres possint aliquando orare & laborare ad maiorem honestatem, & ad vitandam otiositatem. Ecclesias etiam strictiores edificare debent: nec enim sermonum ergò, aut alia quacumque occasione Ecclesias aut templa speciosa, aut magna capacitatis vel molis edificare debent, maiorem etenim humilitatem & melius exemplum populo præbebunt, cum in alijs vel alienis Ecclesijs prædicauerint. Et si aliquando Pralati, vel Clerici Religiosi, aut seculares ad loca ipsorum venerint, domus pauperula, & cella angusta eis prædicabunt, & animas aduentantium magis quam verba composita edificabunt. Pisan. 1. Conf. 12. cap. 23. & lib. 2. Conf. 4. Specul. Vita Francisci, cap. 10.

volens, & quid de hac re sentiret maximopere scire desiderans, coram alijs Fratribus ad beatum Patrem de his sermonem habuit. Ad quem & circumstantes ait: Fratres mei audite, ex nostris quidam modò multa & magna ædificant Cœnobia, & post nos venient alij Fratres nostri, qui magnas facient domos, in quibus notabiles seculares honorificè habitare poterunt, & tunicas facient sibi valde bonas. Sufficit mihi in tempore illo, quòd Fratres mei custodiant se à peccatis mortalibus. Pisan. lib. 2. Conf. 4. & 6.

Præcipue à peccato mortali cauendum.

COLLOQUIUM XVIII.

Spiritu sancto mentiri, qui ad Religionem sinistra intentione accedit.

ECiuitate Lucana iuuenis quidam, parentum illustri profapia clarus, sed nimia leuitate & inconstantia obscurus, ad lacrymas quam ad deuotionem promptior, humanis quibusdam causis condescendens, non Dei spiritu agitatus, ad Fratres accessit, seque illorum catalogo adscribi maximopere velle significauit. Quem vt ad B. Patrem adduxerunt, multis profutis lacrymis, & ficto cum feruore ad suum admitti confortium humiliter denuò rogauit. Qui externa fictionis conscius, & interna tepiditatis non ignarus, commoto vultu, & verbis increpatorijs ait: Miser, atque carnalis, cur \* Spiritui sancto mentiris, & me fallere cupis? Carnaliter plangis, & spiritus tuus cum Deo non est. Vade, ad carnales reuerrere, spiritualibus non es dignus, quoniam nihil spiritualiter sapi. Pisan. lib. 2. Conf. 6.

Indignus spiritualibus qui solum carnaliter sapit.

\* Ab. 5. v. 3.

COLLOQUIUM XIX.

Auxiliandos & fauore prosequendos sui Institutu zelatores.

CVm cuidam Sacerdoti, in Theologia Magistro, prædixisset beatus Pater, Fratres à stricta Regulæ obseruantia paulatim declinatos, petiit ille à viro Dei licentiam tutiora & religiora loca Religionis petendi, si huiusmodi relaxatio sua ætate oriretur. Cui benignus Pater: Quod à me postulas, à Christo scias tibi esse concessum, manùmque super caput eius imponens, ait: Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Pisan. proximè citatus.

Fugienda relaxatio auxiliandus Religiosis zelator. Pisan. 109. v. 9.

COLLOQUIUM XX.

Afflictos & tentatos maximopere consolandos, magnùmque Sanctorum esse profectum, tentationibus concuti.

AD maiorem meritorum cumulum permittit Deus beatum Fratrem Rigerium, ex discipulis beati Patris vnum, inter varias & validas tentationes multoties fluctuare, ita vt aliquoties desperationis periculum subiret. Cùm verò semel diutius, & plus solito firmissimè quæteretur, secum ita cogitauit, dicens: Surgam, & ibo ad Patrem meum: qui si familiariter & humanè me receperit, Deum mihi fore propitium sperabo; sin aliter, me totaliter dereliquisse iudicabo. Quibus dictis, iter à Marchia Anconitana Assisum versus (vbi beatus Pater in Curia

Luc. 13. v. 18.

COLLOQUIUM XVII.

Plura pro temporum ratione toleranda.

FRater Leo socius & à Confessionibus B. Patris, videns plura maiora & sumptuosiora in sublime tolli ædificia, strictæ Minorum paupertati parum decentia, Patris voluntatem experiri



COLLOQUIUM XXII.

Religiosum nullatenus sacrum obedientie iugum excutere debere.

VT Generalatus officio renuntiavit, Fratrem Petrum Cathaneum, in eius locum subrogatum, adiit, humiliter orans & dicens: Pater & Frater charissime, te meum Patrem & Dominum confiteor, tua cura anima mea tutelam committo, tibi tamquam vero meo Ministro omnem reuerentiam & obedientiam humiliter promitto. Rogo etiam & oro te per Deum vinum & verum, ut vicem tuam mihi imperandi, & de me curandi, uni ex sociis meis committas, cui in omnibus tuo loco firmiter obediam: nam propter magnum lucrum & meritum obedientia, te semper Prælatum meum mecum, & coram me semper habere desidero. Quod ut obtinuit, firmiter usque ad mortem, quæ promissit, complevit: nam domi, vel in itinere, in Ecclesiis, vel per plateas, nihil sine socij licentia & obedientiæ iugo perpetrabat. Aluar. Pelag. lib. 2. 69. ante finem. Pisan. l. 2. Conf. 5. Bon. c. 6. ante med.

Qui maiores sunt in Religione sunt obedienciores.

COLLOQUIUM XXIII.

Dei beneficiorum gratam habendam memoriam.

IN factio Conuentu Montis Aluernæ in Sacello Cardinalis ( à cineribus Illustriss. Galeotti de Vbertinis Aretini, Petræ malæ Comitiss, ac S.R.E. Cardinalis, ibi reconditis, sic dicto ) in eius penetratioribus quadratus lapis ferrea crate contextus existit, ex quo beatus Pater refectionem sæpius sumpsit, & supra quem sæpissime instantius oravit. Qua de causa maximo in honore habetur, magna religione colitur; & ne in nihilum redigarur à deuotis secularibus & Ecclesiasticis aduentantibus, aliquas ex eo Reliquias asportantibus, nec Religiosis prohibere valentibus, prædicta ferrea crate communitur. Hunc ut semel beatus Leo pro mensa, mappula, de more solito, hora prandij contegere veller, prohibuit beatus Pater, subiiciens: Noli, charissime Frater, ita facere, sed mensam primo aqua, deinde vino, rursus oleo, ac tandem balsamo lauare satagito, quandoquidem Christus in ea sedere, mihi que, qua audies, reuelare dignatus est. Quater mensam hanc laua, & benedic, quia in ea quatuor hac Dominus mihi pro Ordine repromissit: primum, Ordinem ad hunc finem usque mundi perseveraturum: secundum, Ordinem & Fratres eius ex corde diligentes, quantumcumque peccatores, Spiritum compunctionis & misericordiam in vita vel in morte consecuturos: tertium, Hostes & persecutores huius Religionis, nisi penitentiam egerint, hac luce diu minimè fruituros: quartum, Nullum eius alumnum malè in ea uiuentem, aut suæ professionis oblitum, diu & obstinate in mortali peccato languentem, in ea remansurum, nam vel is proprium crimen confessurum emendabitur, vel eo detecto sibi valedicetur. Adiecit Dominus & alia, qua in horam mortis tibi reseruo. Quod ut dixit, accersens & effundens oleum desuper, dixit: Hic est ara Dei. Cuius rei, præter irrefragabile sanctorum præcorum Patrum testimonium, & multorum monumenta librorum, ipsa terra firmam in

Quatuor Religioni Minorum à Christo promissa.

Ad finem mundi usque perseverabit.

Diligens Ordinem debite tandem misericordiam consequetur.

Eam odio prosequens diutius minime hac luce fruatur.

Religiosus in ea malè & obstinatè viuens male dies suos agat. Gen. 1. 8. v. 19.

COLLOQUIUM XXI.

Magnam decere Minores in aduersis patientiam.

QVodam ex sociis quærente, quæ & qualia Minoribus sint patientia aut toleranda, & beatum Patrem in patientia probatissimum dicente, ait: Non me iudicarem Fratrem, nisi in statu, quem tibi depinxero. Ecce pro mei officij ratione, & ut Prælatorum mos est, vado ad Capitulum, conuenio Fratres ibidem congregatos, propono eis Dei verbum, commoneo de defectibus quibuscumque. Quibus expletis insurgunt contra me Fratres, & dicunt: Non conuenis nobis, nec satis es idoneus Generalis aut Superioris officio: quid enim nobis rectè præcipere, quomodo bene gubernare poterit homo illiteratus, clinguis, idiota, & simplex? Vnde de cetero non præsumas te nostrum nominare Prælatum. Tandem ejicior cum opprobrio, irrisus, & vilipensus ab omnibus. Dico tibi, nisi eodem vultu, eadem mentis lætitia, & eodem sanctitatis proposito hac verba audieris, ac alia quæcumque placentia, vel qua in honorem meum proferuntur, me Fratrem Minorem nequaquam iudicabo. Nam si gaudeo & exulto cum me honorant propter profectum, virtutem, & deuotionem ipsorum; ubi tamen anima mea periculum esse potest, multo magis deo incundari & delectari de profectu & salute anima mea, cum vituperant me, nam in hoc certum est mihi lucrum. Nam in Prælatione casus in laude præcipitium, in humilitate subditi animalucrum est. Bon. cap. 6. ad med. Pisan. l. 1. Conf. 5. & 12. cap. 33.

In dignitate præcipitium & casus, in laude ruina, in humilitate lucrum.

COLLOQUIUM XXV.

In pauperibus, Christi & Matris eius pauperiem considerandam.

Contigit semel ut pauperi cuidam, elemosynam importunè petenti, vnus è Fratribus durius responderet. Quod audiens pauperum pius amator, Fratri præcepit, ut ad illius pauperis pedes se nudatum prosterneret, proclamaret culpabilem, orationis suffragium postularer, & veniam. Quod cum ille fecisset humiliter, dulciter Pater adiecit: Dum pauperem vides, & Fratrem, speculum tibi proponitur Domini, & pauperis Matris eius. In infirmis similiter infirmitates, quas assumpsit, considera. Bon. c. 7. ante med. Pisan. citatus & l. 2. Conf. 4. Antonin. Florent. 3. p. Hist. tit. 23. §. 5. Vincent. Beluac. 2. p. Hist. l. 3. c. 106.

In paupere pauperem Christum considera.

COLLOQUIUM XXVI.

In Religione, non proprio, sed Prælati iudicio acquiescendum.

DVos iuuenes, ad Ordinem recipi obnixè Dorantes, de obedientia & facilitate ad propriam abnegandam voluntatem experiri volens, secum duxit in hortum, dicens: Venite mecum, & pro Religiosorum victu caules plantate eo modo, quo me facere videritis. Et plantulis acceptis radices sursum agebat, folia verò terræ mandabat. Quem plantandi modum vnus ex iuuenibus, vere obediens, per omnia obseruabat; alter verò pro humano capu aliquantisper sciolus, tamquam hortorum cultoribus inuictum, redarguebat, & vice versa caules plantandos asserebat. Cui beatus Pater, Fili, inquit, me imitare, & quod ego facio, fac tu similiter. Quo nolente, quia fatuum sibi videbatur quod fiebat; ait vir Dei: Frater, video quòd magnus es magister, vade viam tuam, simplicem & humilem Ordinem non decent similes magistri, sed simplices & fatui, sicut iste socius tuus. Hic nobiscum remanebit, te recipere non expedit; vade viam tuam. Pisan. l. 2. Conf. 5.

In omnibus non obediendum dummodo conscientia non aduersentur quæ iubentur.

COLLOQUIUM XXIV.

Religiosos magnatum non debere Curias frequentare.

ROgatus à Domino Leone, Cardinali sanctæ Crucis, ut secum aliquantulum moraretur in Vrbe, acquieuit humiliter ob petentis reuerentiam & amorem. Prima verò nocte, cum post orationem quiescere vellet, superuenerunt demones, in Christi militem atrociter insurgentes: quem cum diu & durè verberassent, quasi seminecem reliquerunt. Discedentibus illis, socius aduocatus accessit. Cui cum vir Dei rei narrasset euentum, subiungens ait: Credo. Frater, quòd demones, qui nihil possunt, nisi quantum prouidentia superna disponit, ideò in me nunc tam ferociter irruerunt, quia non bonam spem præfert mansio mea in Curia magnatum, Fratres mei, qui in locis pauperculis commorantur, audientes me cum Cardinalibus esse, suspicabuntur forsitan me mundanis implicare, efferrè honoribus, & deliciis abundare. Ideò melius iudico, cum qui in aliorum ponitur exemplum, Curias fugere, & humiliter inter humiles in locis conuersari humilibus, ut sustinentes penuriam, fortes efficiat familia sustinendo. Summo ergo manè surgunt, & exculatione proposita, Cardinali valedicunt. Bon. c. 6. ad finem. Pisan. l. 1. Conf. 12. c. 40. Sedul. in Comment. ad c. 6. Vita B. Franc. n. 10. Anton. 3. p. Hist. tit. 23. c. 2. §. 1.

Curæ magnatum fugienda.

COLLOQUIUM XXVII.

Dæmones nostra lætitia tristari.

SCiscitanti cuidam, quomodo hilarem ac lætum semper præ se vultum vir sanctus ferebat; etsi aliquando tristabatur, vel præ tentatione aut metu peccatorum; vel tormentorum gehennalium? Respondit: Aliquando magnam mihi generant peccata mæstitiam, aliquando etiam tepidam & somnolentam mihi ingerere desiderat satan tristitiam, & ad meam torquetur lætiam, inuidet que mihi de beneficiis, qua à Domino accepi. Scio etiam & video, quòd cum nocere non possunt mihi demones, student mihi nocere per socios meos, sanctam in illis extinguendo lætiam. Si verò per me, vel per socios meos, mihi nocere non possunt, cum magna confusione recedunt. Quando verò me mala tristitia aut accidia inuadit tentatio, considero lætiam socij mei, & ad illius gaudium & hilaritatem spiritualem, meam excutio tentationem, & accidiosam tristitiam, & ad interiorem lætiam & exteriorem incunditatem accendor. Leg. antiq. c. 8. De

Ex peccatis mæstitia.

Torquetur dæmon ex iustorum læticia.



zelo latit. spirit. Pisan. l. 1. Conf. 12. cap. 3. i. Specul. Vita Franc. fol. 120. Codex MS. Fanen. c. 30.

COLLOQUIUM XXVIII.

Tentationes ad maiorem permitti profectum.

Quemdam ex Fratribus, pra nimia & molesta tentatione, nouit quasi desperatum iri, & timuisse ne si Pater fluctuantem illius animum detegeret, minus sic tentatum diligeret, quem demon quasi vacillare coegerat. Afflictum charus Pater natum accersit, & paterna consolatus est voce: Ne timeas, nec contristeris, fili mi. Crede mihi, quod nunc plus solito te Dei seruum iudico, & quo magis tentatum te senseris, magis mihi te noueris esse dilectum. Nullus, fili, se Dei seruum reputare debet, quousque per tentationem & tribulationem non transierit. Anulus est quodammodo, victa tentatio, quo Dominus serui sui animam sibi desponsat. Plures sibi de annos meritis blandiuntur, & nulla sustinuisse tormenta aut tentationes latantur. Sed quoniam ante congressum solus eos terror elideret, sciant spiritus sui debilitatem a Domino consideratam, & ideo non probari tentatione. Vix enim obijciuntur certamina fortia, nisi ubi fuerit virtus perfecta: signum est amplioris gratiae, nihil in seruo suo impune relinquere in hoc mundo. Legen. Celen. cap. De tentat. Pisan. l. 1. Conf. 12. cap. 16. Rodul. l. 2. tract. de Orac. B. Franc. ante finem.

COLLOQUIUM XXIX.

Orationem Dominicam omnium maxime salutarem.

Rogantibus Fratribus, vt eos doceret orare dixit: Cum orabitis, dicite, Pater noster. Et adoramus te Christe ad omnes Ecclesias tuas, qua sunt in toto mundo, & benedicimus tibi, quia per Crucem tuam sanctam redemisti mundum. Bonan. cap. 4. parum post princ. Vincent. Beluac. 2. p. Histor. l. 3. c. 99.

COLLOQUIUM XXX.

Demonones facilliter effugari.

Fratrem quemdam, Angelum nomine, malos Angelos valde timuisse propter horribilem quam cum illis habuit pugnam, audiuit; qui a sancto Patre vocatus, ita se rem habere confessus est, imo & socium nocturnum a Patre petiuit, qui secum in cellula dormiret; timores enim nocturnos maiores & molestiores affirmabat esse diurnis. Cui beatus Pater: Eia timide, quid imbecilles & infirmos hostes vereris, quorum vires & potestatem Deum penes esse optime nosti? quod vt experiaris, te in beo, vt montis huius vicini altiora cacumina ascendas solus hac nocte, & alta voce dicas: Superbi demonones, omnes venite ad me modo, & quidquid poteritis, mihi facite, & in me vestrum exercere furorem. Quod vt ille humiliter fecit, nec vllus demon accessit, & omnem deinceps depulit metum. Leg. antiq. Pisan. l. 1. Conf. 8. in Vita B. Angeli.

COLLOQUIUM XXXI.

De eodem, & diabolum hominum corda indurare.

Gravissima quadam tentatione percussus fuit beatus Ruffinus circa diuinam praedestinationem, qua nullam maiorem expertus est: suaserat enim ei diabolus, omnes labores vanos & irritos esse, dum apparuit ei semel in forma Christi crucifixi sub pietatis specie; Quare torqueris (inquiens) pauper homuncule, & nihil proficis? quorsum tot orationes & ieiunia? Totus mundus non potest mutare quod semel statuit Deus. Tu non es de numero praedestinatorum, sed damnatorum. Pietate motus te commoneo, te hortor, ne tam dure patiaris: memineris te esse damnatum vna cum filio Petri Bernardoni, & cum ceteris omnibus quotquot eum sequimini. Ad haec territus B. Ruffinus, magno mœrore (quem solet princeps tenebrarum immittere) affectus est. Vnde quasi fidem erga Deum & B. Patrem Franciscum amisit. Huius rei B. Pater certior factus, vidensque magnum discrimen discipulo suo imminere, misit ad illum B. Fratrem Massæum ad montem Subasium, in quo totus haereticus & dubius versabatur. Quem posteaquam B. Massæus visitauit nomine B. Patris, respondit ille quidem nimis desperabundè, nullum sibi esse cum Francisco negotium, nihilque illis esse commune. Ad haec Massæus. Hem, quid dicis Frater Ruffinæ? quis te fascino ne obediens veritati? quorsum haec? an ignoras beatum Patrem esse quasi Angelum de caelo? Quot animæ suo hortatu saluantur? & saluabuntur? volo vt tecum protinus venias ad B. Patrem, qui te cupit, te vocat. Acquieuit importunè flagitatus Ruffinus. Quem vt vidit B. Pater accedentem, ait: Heu Frater Ruffine, quomodo diabolus te misellum decepit? nonne nosti quomodo toties se transfert in Angelum lucis? Diabolus hominum corda indurat, Deus autem emoluit, iuxta illud: Auferam a vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum. Dei visiones laetitiam generant; diaboli, mœstiam ingerunt. Huius visionis experientiam fac quaso huiusmodi: conuicti aut vituperio iterum tibi apparentem affice, qua pro sua superbia sustinere non poterit, quin statim euanescat, & se suamque prodatur astutiam; interim in Domino latere, & in eius salutari confide. Cœpit ad haec ignita verba Ruffinus collacrymari, & ita abiit tristis ad montem, & in cella clausus non cessabat à lacrymis, donec diabolus in solita specie crucifixi sibi apparuit, & ait: Non prohibui quo minus colloqui posses cum Francisco; Cui ille: Vade satana, abi in malam rem: ac expecta, aperi mendax guttur tuum, illud stercore impleam. Quo audito, diabolus diruptis lapidibus de monte, qui in fragmina collis magno fragore praecipitanter ruebant, magno impetu & grunnitu discessit. Pisan. l. 1. Conf. 8. in Vita B. Ruffini, Rodulph. 1. in eiusdem Historia. Floresum cap. 28. Marian. l. 1. cap. 5.

COLLOQUIUM XXXII.

Otinum fugiendum, & labori indulgendum.

Quosdam orientes, alios verò repidè laborantes, coram Fratribus reprehendit, dicens: Tepidi,

Apoc. 3. v. 16.

Labori indulgendum.

Tepidi, nec se familiariter & humiliter labori applicandos, de ore Dei citò euomentur. Fratres ergo omnes laborare volo, & excitari humiliter in bonis operibus, vt simus populo minus onerosi, & cordis & lingue malis obuiemus, ne per malos cogitatus aut aliorum famam euagentur. Qui verò laborare nesciunt, addiscant: lucrum autem, vel mercedem laboris, non laborantis arbitrio, sed Guardiani vel Pralati disponendum. Leg. antiq. c. De perfect. humil. Pisan. l. 1. Conf. 12. c. 5. Bon. c. 5. ad med.

COLLOQUIUM XXXIII.

Pauca hic toleranda, vt bonis perfruamur æternis.

Fratres ad Regulæ & professionis suæ obseruantiam exhortans, omnibus dicere solebat: O dilectissimi Fratres, & in æternum benedicti filij, audite me, audite vocem Patris vestri. Magna promissimus, maiora promissa sunt nobis. Seruemus hac, suspiremus ad illa. Voluptas breuis, pena perpetua. Modica passio, gloria infinita. Multorum vocatio, paucorum electio, omnium erit retributio. Firma. 1. p. fol. 17. pag. 1. Manuale Minorum à Guillelm. Spelbergio collectum, pag. 28.

COLLOQUIUM XXXIV.

Lenitate duritiam & murmur aliorum vincendum.

De ultramarinis plagis (quas ad disseminandum Dei verbum & Ægypti Soldanum conuertendum petiit) Assisium rediens, socium habuit fratrem Leonardum de Assisio, nobilibus ortum parentibus. Contigit autem fatigatum & lassum, parumper asellum conscendere: subleuens autem pedes socius non modicum defessus, humanum aliquid passus, cœpit dicere intra se: Non de pari ludebant parentes eius & mei: en ipse equitat, & ego pedester asinum eius sequor. Hoc illo cogitante, protinus descendit vir sanctus, & ait: Non conuenit, Frater, vt ego equitem, & tu venias pedes, quia tu nobilior & potentior me in saeculo fuisti. Obstupuit illico Frater, & rubore suffusus, deprehensum se cognoscens, procidit ad pedes ipsius, & lachrymis, & irri gatus humanum exsoluit cogitatum, veniantque poposcit. Bonan. cap. 11. ad med. D. Anton. 3. p. Histor. titul. 23. capite secundo, §. 1.

COLLOQUIUM XXXV.

Subditi inobedientiam a diabolo prouenire.

Quosdam tempore Vicarius eius Capitulum celebrabat, ipse verò in cella sequester & medius inter Deum & Fratres orabat. Cum igitur vnus ex illis, excusationis quodam contentus palliolo, se disciplinae subdere noller, vidit hoc vir sanctus in spiritu, & de Fratribus quemdam vocans, ait: Vidi, Frater, diabolum super illius Fratris inobedientis dorsum, collum eius tenentem adstrictum; qui tali sessore subactus, obedientia freno spreto, instinctus eius sequebatur habenas. Et cum rogarem Deum pro Fratre, subito demon confusus abscessit. Vade igitur, &

Diabolus insidet dorso inobedientis.

dic Fratri, vt obedientia sancta iugo collum sine mora submitat. Monitus per internuntium Frater, statimque conuersus ad Deum, ad pedes Vicarij humiliter se proiecit. Bon. ibid. ad fin. Pelag. l. 2. c. 69. in fin.

COLLOQUIUM XXXVI.

Nullatenus mentiendum, aut Fratrem scandalizandum.

Ex duobus Fratribus de terra Laboris ad sanctum Patrem visendum venientibus, antiquior nonnulla scandala intulit iuniori. Quem beatus Pater interrogauit, qualiter socius erga ipsum se habuisset in via? Quo respondente, Vtique satis benè, subiunxit: Caue, Frater ne sub humilitatis specie mentiaris. Scio enim, scio quid actum sit: sed expecta modicum, & videbis. Admiratus est iunior, quomodo Fratris peccatum viro Dei innotuit. Induratus verò antiquior facti impœnitens, non post multos dies Religioni valedixit. Bon. ibid. Pisan. l. 1. Conf. 12. in princ. Marc. 1. p. l. 1. c. 94.

Nulla de causa mentiendum.

COLLOQUIUM XXXVII.

Deo gratum esse, Minorum fouere Religionem, & in Euangelio esse predictam.

Nonnumquam beatus Pater Fratres ad petendum eleemosynam exhortans, verbis utebatur huiusmodi: Ite, inquit, quoniam hac nouissima hora Fratres Minores commodati sunt mundo, vt electi in eis impleant, vnde à Iudice commendentur, illud audientes suauissimum verbum: Quamdiu fecistis vni ex Fratribus meis minimis, mihi fecistis. Impij vero & crudeles reprehendantur & ejiciantur, audientes durissimum illud eloquium: Quamdiu non fecistis vni de Minoribus his, nec mihi fecistis. Iucundum ergo est sub Fratrum Minorum titulo mendicare, quem in retributione iustorum, Euangelicæ veritatis Magister ore suo tam signanter expressit. Bon. c. 7. post med. Pisan. l. 1. Conf. 12. c. 18. & l. 2. Conf. 4. Vber. l. 5. c. 3.

Math. 25. v. 48.

Ibidem v. 45.

COLLOQUIUM XXXVIII.

Panem pro Dei amore mendicatum, panem esse Angelorum.

In Festis praecipuis, vbi opportunitas aderat, mendicare solebat, dicens, in sanctis pauperibus Propheticum illud impleri: Panem Angelorum manducavit homo. Ille, inquit, est panis Angelorum, qui pro Dei amore petitur, & beatis suggerentibus Angelis, pro ipsius charitate largitum sancta paupertas colligit ostiatim. Bonan. & Pisan. ibidem.

4. Esdr. v. 19.

COLLOQUIUM XXXIX.

Religiosos & Doctores sancta vita exemplo populo predicare debere.

Interrogatus à quodam sacrae Theologiae Doctore, sacri Ordinis Praedicatorij quomodo locus ille Ezechielis esset intelligendus: Si

Ecc. v. 18.

non annuntiaveris impio ut auertatur a via sua impia, & vinat; ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram; ait: Si verba haec debent generaliter intelligi, ego illa ita censeo declaranda, quod seruus Dei sic debet vita & exemplo in seipso ardere & fulgere, ut luce exempli & lingua sancta conuersationis omnes impios reprehendat: sic enim splendor vita eius, & odor fama ipsius annuntiabit omnibus iniquitates suas. Cuius oppositum si fecerit, populos aut proximos scandalizando, diuina ultionis non euadet iudicium. Pisan. l. 1. Conf. 12. in princ. & cap. 24. Rodul. lib. 1. tract. de Orac. B. Franc. ad finem. Ita similiter locum hunc explicarunt Cyrill. Alexan. in Apologet. ad Imperat. Theodos. Ambros. lib. 2. Epistolarum, Epist. 17. Augustin. Homil. 25. de anniuers. Episc. Ordinar. & S. Columbanus in Epist. encycl. ad vniuers. Sacerdotes, qua apud conuentum S. Isidori Roma est MS.

Exech. 3. v. 18.

Plura praedicandum operibus quam verbis.

COLLOQUIUM XL.

Verum obedientem mortuo a simili.

Inobedientem quemdam Fratrem omnibus iussit vestibus spoliari, in altam conici foueam, & humari. Cui cum Fratres ad eum viri monitum terram superinjecerent, cum iam solum caput inhumatum remaneret, accessit pius Pater, & ait: Esne mortuus Frater? Esne mortuus? cui ille, inobedientiae poenitens, Ita Pater, inquit, iam mortuus sum. Surge, inquit ille, si verè mortuus es, & Pralato tuo, sicut debes, ad nutum illius obedito, nec precepto in aliquo repugnes, sicut nec homo mortuus in aliquo contradicit. Mortuos, non viuos, ego meos volo sectatores. Pisan. l. 2. Conf. 5. Sedul. l. 2. Apolog. c. 5. n. 5.

Ad nutum Pralatis obedientum.

COLLOQUIUM XLI.

Quam pretiosus paupertatis thesaurus.

In quodam templo orare institit comite F. Massæo, vt sibi & suis sanctæ paupertatis amorem inspiraret, idque tanto feruore, vt ex facie ignis emicare videretur. Itaque hoc diuino ardore incitatus, mouit se versus F. massæum brachijs apertis, eumque magna voce ad se aduocans; qui cum admirans ac stupens in sancti Patris brachia se immisisset, tantus fuit Francisci æstus interior, vt anhelitu solo per oris hiatum erumpente, multis illum cubitis in sublimem eiaculatus sit. In quo ascensu is postea sæpius narrauit tanta se dulcedine delibutum, quantam antea numquam in vita sua gustasset. Tum Franciscus, Eamus, inquit, Romam ad sanctos Apostolos Petrum & Paulum exorandos, vt nos doceant tam præclarum paupertatis thesaurum rectè ac fructuosè possidere; is enim ita præstans, itaque diuinus est, nos autem ita viles & abjecti, vt indigni simus qui eum talibus vasis teneamus. Hac enim est virtus de celo in nos influens, qua nos ita instruit & informat, vt terrena cuncta vltro conculcemus, quæque obices omnes è medio tollit, quo humana mens cum Domino Deo suo liberrimè atque expeditissimè coniungatur. Plat. de Bono Relig. lib. 3. cap. 2.

Paupertatis encomia.

Paupertas de celo est.

EX his paucis beati Patris Colloquijs liquet, equalis fuerit eius conuersatio etiam inter familiares amicos, ita vt verum apparet quod de eo Rodulph. ait pag. mihi 11. numquam ex ore eius auditum esse verbum, aut irritum, aut inutile, quo audientes offendere posset, sed omnia in proximorum vtilitatem, & Conditoris laudem & venerationem tetendisse. Plura credo ex his Colloquijs nobis excidisse, sola hæc notarunt nostri Scriptores.

PROPHETIÆ ALIQVOT B. PATRIS FRANCISCI.

Magno claruisse B. Patrem Prophetia spiritu, inter ceteros testatur D. Bonauentura capit. 11. ante medium dicens: Adeo in ipso claruit spiritus Prophetiæ, vt & prouideret futura, & cordium contueretur occulta, absentia quoque velut præsentia cerneret. Ex plerisque verò que Prophetauit, quadam selegimus que magis ad rem nostram, & ad mores componendos accedunt; alia omittentes, qua communem hominum superant captum, de quibus non licet omnibus iudicare.

PROPHETIA PRIMA.

Se Religionem Minorum fundaturum, & sibi eam desponsaturum.

VM adhuc viueret in sæculo vocatus à socijs suis ad cœnam lautè paratam, se in intimam partem domus abdedit, & raptus aliquantulum fixè cogitabat. Interrogatus autem à socijs quid tam alta mente cogitaret, forsitan, aiunt, vxorem ducere decreuisti? Ita, inquit, & pulchriorem quam videritis vmquam. Intelligens de Religione, quam, Deo inspirante, fundare decreuerat. Pisan. l. 1. Conf. 12. in princ. & l. 2. Conf. 6. Legend. trium Socior. Rodulph. l. 1. tract. De Orac. B. Franc. in princ. Marianus l. 1. c. 2.

Religio sponsa speciosissima.

PROPHETIA II.

Magnum se multorum Principem fore.

VMdanis adhuc pompis & vanitatibus editus, diuini amoris igniculo ad maiora disponebatur paulatim, sed misericordia erga pauperes præcipuè præ ceteris virtutibus gradatim afficiebatur: quibus cum plurima pro Dei amore impenderet, pauperem quemdam militem obuam habuit, cui continuo noua quæ portabat vestimenta donauit. Nocte verò sequenti alto sopori immersus, speciosum ac amplum vidit palatium, militaribus armis Crucis signo insignitis circumseptum, promissumque accepit, suum ac militum suorum, quidquid viderit, futurum. Expergefactus, insolita & magna perfundebarur lætitia; causamque sciscitantibus, Scio, inquit, magnum me Principem futurum. Pisan. l. 2. Conf. 6. Leg. trium Socior. Leg. Cel. in princ.

Misericors in pauperes misericordiam apud Deum consequitur.

PROPHE

PROPHETIA III.

Pauperum amatorem & Patriarcham fore.

VM semel domina Pica, sancti viri genitrix, sterneret illi mensam, iam à primordio suæ conuersionis ad Christum, Franciscus panes plures apposuit. A matre percontatus, cui tot panes apponeret in mensa, cum pauci essent commensales, respondit, Pauperibus. Vbi sunt? ait mater. In pectore, inquit, meo latent. Pisan. lib. 1. Conf. 6. & 12. in princ. Rodul. l. 1. tract. De Orac. B. Franc.

PROPHETIA IV.

Se per totum mundum respiciendum.

APetuisinis, quibus cum Assinatibus ciuile erat bellum, captus cum alijs conciuibus suis, in ipsa custodia diuina repletus consolatione, ex interiori allocutione, exteriori gaudio totus perfusus, magna exhibebat suæ lætitiæ indicia. Cui concaptiui amici, Quid, quæso, nobis collacrymantibus, & præ mœrore deficientibus, tu solus tam abundè lætaris? Si præ iuuenili leuitate tuam non sentis captiuitatem, saltem pro hominum vrbaniitate nostræ condoleas miseria. Quibus, inquit, nihil me corporis affligit captiuitas, cui anima magna est concessa libertas. Et si vestra condoleam miseria, magis tamen de propria exultandum est felicitate. Humile quid de me cogitatis. Quem modo in carcere vinculis videris adstrictum, per totum mundum post hac agnoscite respiciendum. Pisan. ubi supra Marianus l. 1. c. 2.

Qui mente liber est nihil ducit corporis captiuitatem.

PROPHETIA V.

Sacellum sancti Damiani Clarissarum futurum Cœnobium.

VM ad vocem & mandatum Crucifixi, Franciscum Ecclesiam reparare iubentis, collabentem Ecclesiunculam sancti Damiani prope Assisium instauraret, mundo adhuc non penitus valedicto; obuios quoscumque & transeuntes rogabat, vt suas elargirentur eleemosynas ad Ecclesiæ structuram; dicens, & gallicè cantans; Venite, & adiuuate me in opere huius Ecclesiæ, qua futura est Monasterium dominarum, quarum famam & vitam per totum mundum glorificabit Pater noster celestis. Pisan. lib. 2. Conform. 6.

PROPHETIA VI.

Minorum familiam multiplicandam.

VM tenellus Minorum grex octonarum ciam excreuisset in numerum, pijs & Propheticis eos hortabatur mitis Pastor admonitionibus. Nolite, inquit, timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro vestrum multiplicare numerum. Ego, ego ipse vidi plenas ad nos venientium vias. Veniunt Francigena, festinant Hispani, Teutonici currunt, præproperant Angli & aliarum diuersarum linguarum & nationum accelerat multitudo. Non erit vestro numerus copiosior

Lucæ 12. v. 31. Numerus Franciscanorum copiosissimus.

Leg. trium Socior. & Leg. Cel. cap. de Progr. Ordin.

PROPHETIA VII.

Deum pro totius mundi profectu Fratres Minores misisse.

SCiscitanti Cardinali Vgolino, cur Fratres & filios ad remotas terræ partes, in quibus & in itinere tot incommoda fatmis, sitis, & laboris pati necesse erat, misisset; respondit: Domine, vos putatis, quod solummodo propter istas Prouincias Dominus miserit Minores: sed dico vobis in veritate, quod Dominus eos elegerit, & miserit propter profectum & salutem animarum totius mundi. Et non solum in terris fidelium, sed & infidelium & paganorum benignè recipiuntur, & multas animas Deo lucrabuntur. Pisan. l. 2. Conform. 6.

PROPHETIA VIII.

Pauperum hospitalitatem Deo gratam.

CLanum ad prædicandum pergens, miles quidam in oppidulo, per quod transibat, eum humiliter & deuote inuitauit ad prandium. Votis annuit hospitis, cuius familia ad pauperum hospitem exultauit aduentum. Dum cibus verò pararetur, solito more vir mente deuotus offerens Deo preces & laudes, seorsim in secreto loco stabat oculis & mente in cælum eleuatis. Oratione completa, benignum hospitem familiariter aduocauit, & ait: Ecce frater hospes, tuis vinctus precibus, vt manducarem, domum tuam intravi. Meis nunc cito monitis acquiesce, quoniam non hic, sed alibi manducabis. Confitere nunc peccata tua, vera penitentia dolore contritus, nec in te remaneat quidquam quod veridica confessione non pandas. Reddet tibi Dominus hodie vicem, quoniam tanta deuotione suos pauperes suscepisti. Acquieuit vir ille continuo sermonibus Sancti; socioque ipsius peccata confitens, domum suam disposuit, & ad mortem suscipiendam, se quantum valuit, præparauit. Ad mensam sederunt, & ceteris manducare incipientibus, hospes iuxta verbum hominis Dei spiritum exhalauit. Sicque factum est, hospitalitatis gratia promerente, vt iuxta verbum veritatis Prophetam reciperet, dum per sancti viri prænuntiationem propheticam subitæ mortis damnum, æternam scilicet condemnationem euaderet, & in æterna tabernacula introiret. Bon. cap. 11. ad med. Marc. 1. p. l. 1. c. 94. Ital. excusf.

Hospitalitatis magna merces.

Matt. 10. v. 11.

PROPHETIA IX.

Penam in peccata relabentis esse grauiorem.

IN ciuitate Reatina iacebat vir Dei quondam infirmus, ad quem Præbendarius quidam nomine Gedeon, lubricus & mundanus, infirmitate graui correptus, adductus est; qui beatum Patrem Iachrymose rogabat cum simul astantibus, vt ab ipso Crucis signaculo signaretur. Ad quem ille: Fortis nomine Gedeon, sed animo imbecillis, cum vixeris olim secundum desideria carnis, non veritus iudicia Dei, quomodo te Cruce signabo? Verum propter deuotas intercedentium

dentium preces, signo te Crucis signabo in nomine Domini. Tu tamen scito te grauiora passurum, si ad vomitum redieris ab infirmitate liberatus. Propter peccatum enim ingratiudinis semper peiora prioribus inferuntur. Signo itaque Crucis super eum facto, itatim qui contractus iacuerat, surrexit sanus; & in laudem Dei prorumpens, Ego, inquit, sum liberatus. Paucis autem interlapsis diebus, Dei oblitus, corpus impudiciæ reddidit. Cumque serò cœnasset in domo cuiusdam Canonici, nocteque illa dormiret ibidem, subito super omnes corruit tectum. Ceteris mortem euadentibus, solus ille miser interiiit. Iusto igitur Dei iudicio iuxta viri Dei Prophetiam facta sunt nouissima hominis illius peiora prioribus propter ingratiudinis vitium, Deique contemptum, cum de accepta venia gratum esse oporteat, & duplo displiceat flagitium iteratum. Bon. ibid.

PROPHETIA X.

Virum quemdam sua mulieri reconciliandum, & nunc esse tempus clementiæ, postea aequitatis.

Nobilis quædam Heronia, viro Dei deuota, totâ lachrymabunda illum conuenit, de mariti crudelitate & inclementia, & in Dei operibus sibi contrarium esse, conquerens: orauitque Patrem, & familiarem amicum, vt Deum interpellaret, vt viri animum & cor sua dignaretur emollire clementia. Miseratione & deuotione nobilis femina commotus, ait: *Vade cum pace, indubitanter expectans de viro tuo consolationem tibi de proximo affuturam.* Et adiecit: *Dices ei ex parte Dei & mea, quod nunc est tempus clementiæ, postmodum aequitatis.* Benedictione accepta, reuertitur mulier; inuenit virum, denuntiat verbum. Cecidit super eum Spiritus sanctus, & nouum de veteri factum sic facit cum omni mansuetudine respondere: *Domina, seruiamus Domino, & saluemus animas nostras. Suadente igitur vxore, cælibem vitam agentes, eodem die ambo feliciter ad Dominum migrauerunt.* Bon. ibid. post med.

PROPHETIA XI.

Singularitatem & hypocrisim in Religioso malam esse & perniciosam.

Frater quidam erat, quantum exterius videbatur, sanctitate præclarus, conuersatione insignis, tamen admodum singularis, omni tempore orationi vacans, tanta distractione silentium obseruabat, quod consueuerat non verbis sed nutibus confiteri. Accidit autem sanctum Patrem ad locum venire, videre Fratrem, & de ipso cum aliis habere sermonem. Commendantibus autem omnibus & magnificentibus illum, respondit vir Dei: *Sinite, & tacete, fratres, ne mihi in eo diabolica figmenta lauderis. In veritate sciatis quod diabolica tentatio est, & deceptio fraudulenta.* Durè hoc acceperunt Fratres, tamquam impossibile iudicantes, quod tot perfectionis indicis fraudis se commenta fuscarent. Verum non post multos dies, eo Religionem egresso, euidenter apparuit, quanta luculentia interioris intuitus vir Dei cordis eius secreta perspexit.

Bon. ibidem parum ante finem. D. Anton. 3. p. Hist. tit. 23. c. 2. §. 1.

PROPHETIA XII.

Cardinalem Ostiensem in Papam assumendum.

Domini Vgolinum, Cardinalem Ostiensem, cum quo erat summa necessitudine coniunctus, prædixit multoties in Papatum sublimandum, in omnibus litterulis, quas ad eum dirigebat, præscribens: *Futuro Patri Gentium, & Venerabili in Christo Antistiti totius mundi, &c.* quod & rei confirmauit euentus, nam Honorio III. in Pontificatu successit, & Gregorius Nonus est appellatus. Pisan. libro secundo, Conf. 6.

PROPHETIA XIII.

Ordinum apostatas malè interire.

Cum per Apuliam peragraret, obuium habuit quemdam sui Ordinis apostatam, qui ad sancti viri pedes se proiecit, & apostasiæ veniam petiit humiliter. Cui beatus Pater furcas è regione in loco quodam eminentiori positas ostendens, ait: *Modo offensam hanc tibi condono, ad Religionem regredere; sed caue tibi: si enim iterum habitum reieceris, aut Ordinem exieris, in furcis illis suspenderis.* Ad Ordinem rediit apostata, sed in illo breui remansit: cui paucis diebus postquam valedixit, delictum aliquod commisit, propter quod iuxta sancti viri Prophetiam in furcis misere & turpiter diem clausit extremum. Pisan. l. 2. Conf. 6.

B. P. FRANCISCI.

Magnum in Ecclesia schisma & tribulationem futuram.

Paulò ante mortem conuocatis Fratribus, de tribulationibus futuris eos admonuit, dicens: *Vrtiliter agite, Fratres, confortemini & sustinete Dominum. Magna tribulationis & afflictionis adesse festinant tempora, in quibus temporaliter & spiritaliter perplexitates & discrimina inundabunt, charitas multorum refrigescet, & superabundabit malorum iniquitas. Demonum potestas plus solito soluetur, nostra Religionis & aliarum puritas immaculata deformabitur, in tantum quod vero Summo Pontifici & Ecclesie Romana paucissimi ex Christianis vero corde & charitate perfecta obedient. Aliquis non canonicè electus, in articulo tribulationis illius ad Papatum assumptus, multis mortem sui erroris sagacitate propinare molietur. Tunc multiplicabuntur scandala, nostra dimidetur Religio, plures ex aliis omnino frangentur, eo quod non contradicent, sed consentient errori. Erunt opinioniones & schismata tot & tanta in populo, & in Religiosis, & in Clerico, quod nisi abbreviarentur dies illi iuxta verbum Euangelicum (si fieri posset) in errorem inducerentur etiam electi, nisi in tanto turbine ex immensa misericordia Dei regerentur. Regula & vita nostra tunc à quibusdam accerrime impugnabitur. Superuenient tentationes immensa. Qui tunc fuerint probati, accipient coronam vitam. Va autem illis, qui de sola spe Religionis confisi sepeferent, non resistent con-*

stanter tentationibus, ad probationem electorum permisis. Qui vero spiritu feruentes ex charitate & zelo veritatis adharebunt pietati, tanquam inobedientes & schismatici persecutionem & iniurias sustinebunt. Nam persequentes eos à malignis spiritibus agitati, magnum esse obsequium Dei dicent, tam pestilentes homines interficere & delere de terra. Erit autem tunc refugium afflictis Dominus, & saluabit eos, quia sperauerunt in eo. Et vt suo capiti conformentur fiducialiter agent, & per mortem, vitam mercantes aeternam, obedire Deo magis quam hominibus eligent; & mortem, nolentes consentire falsitati & perfidiæ, nullatenus formidabunt. Veritas tunc à quibusdam prædicatoribus operietur silentio, ab aliis conculcata negabitur. Vitæ sanctitas à suis professoribus habeatur in derisum, quare dignum non pastorem, sed exterminatorem mittet illis Dominus Iesus Christus. Pisan. l. 2. Conf. 6. Marc. 1. p. lib. 2. c. 27. Plures de hac Prophetia tractant, inter quos non constat, an iam completa sit, an verò adhuc complenda. Marcus Vlysiptonenf. cit. & alij, his verbis prædixisse virum Dei volunt magnum illud schisma quem euenit post electionem Urbani VI. ad annum 1378.

Psal. 36. vers. 24.

PROPHETIA XV.

Superbiam & fastum Religionibus perniciosum, & Fratrem Eliam extra Ordinem moriturum.

Frater Elias Cortonensis, seu (vt aliis placet) Biuillius, vt aliis verò, Pedemontanus, qui à B. Patre post mortem B. Petri Cathanei Vicarij Generalis substitutus est, & eodem è viuus sublato in quartum Ordinis Generalem est electus, homo tanta sapientia præditus humana, vt ad magna negotia peragenda videretur ab ipsa natura esse progenitus, neque in Italia habere in hoc æquales: vnde Principibus omnibus charus fuit, & à cunctis in pretio habitus: dum vidit beatum Patrem Fratres quosdam humiles & simplices hospites aduentantes, iuxta se in mensa affidere iubentem, sibi que & aliis grauitate & doctrina conspicuis prætulisse, ægrè hoc tulit, ac intra se stomachabundus dicebat: *Heu Francisce simplex ac illiterate, vt quid hæc tua indiscretio ac simplicitas præclaros Ordinis viros, Religionis columnas confundis, & hoc tuo idiotismo Religionem tuam pessumdabis.* Cui statim beatus Pater, secretum audiens cordis murmur, inquit: *Imò, Frater Elia, tu te & illum fastuosa tua pompositate & carnis prudentia destrues. Tu tuisque similes Ordinem ad nihilum ducent. Sed heus, miselle, nec in illa mori tibi concedetur.* Quod ita factum est: nam fastu humano tumens, postquam in Ministrum Generalem electus est, laxiores Ordini dimisit habenas, plura contra Regulæ puritatem molitus: propter quod Innocentius IV. eum à Generalatus officio abdicauit, excommunicauit, & habitu priuauit: qui furens Frederico Imperatori adhaesit. Tandem Cortonæ ægotans, misit fratrem suum germanum ad Innocentium, summis precibus exorans, vt ab excommunicationis sententia absolueret, quod Pontifex eius precibus & lachrymis permotus effecit. Vbert. lib. 5. c. 7. parum post initium. Pisan. lib. 2. Conf. 6. Rodolph. l. 2. tract. de General. Ord. fol. 177. Raphael Volaterr. in Antrop. l. 21.

Veri religiosi licet idiotæ cruditis irreligiosis præferendi.

Math. 24. v. 12.

An hæc Prophetia completa sit vel adhuc complenda dubitatur. Math. 24. v. 24.

Marcus Vlysiptonenf. vult prædixisse B. Francisc. magnum illud schisma quod euenit post electionem Urbani VI.

PROPHETIA XVI.

Sanctorum meritis multoties Deum à puniendis peccatoribus se coercere.

Frater mi, propter peccata populorum mittet Deus magnam famem in mundum, sed propter merita cuiusdam pauperis (nescio cuius) qui modo viuit in mundo, hoc flagellum distulit Dominus: sed eo mortuo, ita famem hæc inualescet, quod innumerabiles homines miserabili egestate peribunt. Hoc morte instante B. Leoni dixit, sed in monte Aluernæ Christo accepit; quod, vt supra dictum est Colloquio 13. se dixit cum aliis sibi reuelatis in horam mortis taciturnum. Statim ab eius morte Prophetia hæc completa est. Nam tanta famem vniuersam peruasit Italiam, vt miseri homines non solum herbis, sed & arborum corticibus pro cibo vsi fuerint; Vnde & tanta clades secuta est, vt nihil à mortis imagine vbique appareret. Qua debacchante apparuit beatus Pater Fratri Leoni, & se pauperem illum fuisse, propter quem Deus hanc plagam distulit, ostendit. Pisan. l. 1. Conf. 6. Sin Vita B. Leon. Gonz. 2. p. sui Chron. tract. de Pron. Tuscin. de Conu. Aluer. ante medium.

Iustus humilis totius orbis munimen & protectio.

Hæc pauca de iis quæ B. Pater prophetauerat, colligere placuit; quibus non solum Prædicatorem egisse, sed & Prophetam fuisse perspiciatur. Alia quamplura ingentia & Christianæ Reipublicæ superuenientia mala, propheticè prædixit, & de instantibus bonis prænuntiatis plurimas ciuitates exhilarauit & Regna, qua sparsim per nostra monumenta & c. i. i. Vitæ eiusdem videre licebit.

PARABOLÆ ET EXEMPLA QVÆDAM B. PATRIS FRANCISCI.

Parabolis etiam, ad exemplum Christi Domini, in quibusdam rebus explicandis, ac facilius inculcandis, vel maioris notæ hominibus aut tardioris ingenij viris, vsus est; in quibus effingendis & accommodandis suum acumen non parum commendauit. Paucas ex multis has offerimus Lectori.

PARABOLA PRIMA.

Circa pauperes spiritu, infallibilem esse Dei prouidentiam.

Innocentio III. (cui dura nimis & intolerabilis videbatur Regula Minorum, & impossibile victum & vestitum suppetiturum tantam paupertatem profitentibus) hanc proposuit Parabolam. Virgo quædam pauper, sed speciosa nimis, in solitario & deserto loco degebat; quam vt illius regionis Rex vidit, eius egregiam pulchritudinem admiratus in suam duxit vxorem. Cum qua per annos aliquot in deserto commoratus, quosdam ex ea habuit filios, & matris præteritæ venustam speciem, & naturalia quædam delineat.

Ex vitio ingratiudinis peiora prioribus inferuntur.

Math. 12. v. 45.

Respectu ad

sol. dicitur

Singularitas in Religioso tanquam perniciosissima fugienda.



delineamenta Regis habentes. Ad Curiam suam & Regni solium reuersus Monarcha, filios pia mater enutrit, enutritos verò ad Regem transfudit, dicens: Filij magno Rege sati effis, in sua degit Curia, ego solitudinem hanc nolui, nec potui deserere: vos patrem conuenite, & cuius stipes sitis, declarate. Ille vobis necessaria, & vestra nobilitati decencia largietur. Quod ut fecerunt, Rex statim sua in filiis agnouit indicia, & matris pulchritudinem & venustatem. Quibus placide ait: Ego verè meos vos cognoscitatos, & ut prolem Regiam vos educabo: si enim alienos & seruos ex mea mensa & stipendiis alendos curauit, quantò mihi sollicitior cura erit pro filiis meis, & tam speciosa prole matris vestrae, quam ego vehementer diligo? Cuius filios omnes quos ex me susceperit, ad mensam meam sedere faciam, & in Curia mea alendos prouidebo. Rex iste (sanctissime Pater) est Christus Dominus, cæli & terræ Dominus: speciosa virgo, paupertas; quæ in deserto huius mundi ab hominibus repulsa & contempta, in solitariis locis degebat. Huius pulchritudinem Rex regum Christus è cælo descendens admauit, & mundum ingrediens eam sibi statim in præsepio desponsauit. Plures ex ea in hoc deserto filios procreauit, Apostolos, Anachoretas, Monachos, alios quam plures, voluntariam profitentis paupertatem: quos signa ipsius Regiæ Christi paupertatis, humilitatis, & obedientiæ gestantes, illa transfudit ad cælestem Regem; qui benignè eos suscepit, & promissit se alios aliturum, dicens: *Ego qui solem meum facio oriri super iustos & iniustos*, qui Mauris infidelibus, & paganis à fide mea alienis, de mensa & thesauris meis victum & vestitum præbeo, sustento & enutrio, quanto magis hæc vobis libentiori animo concedam, & quæ fuerint necessaria impendam vobis & omnibus qui ex sponsa mea charissima paupertate procreati fuerint? Ad hunc cælestem Regem, Beatissime Pater, domina & Regia sponsa paupertas hos suos mittit filios, prioribus & senioribus nequaquam viliores, nec à patris aut matris pulchritudine degeneres, summam & perfectam paupertatem profitentis. Non est ergo formidandum, quòd fame pereant æterni Regis filij & hæredes, qui ad imaginem Regis Christi, per Spiritus sancti virtutem de paupere matre nati: nam & ipsi per spiritum paupertatis sunt in Religione paupercola abunde nutriendi. Si enim Rex cælorum imitatoribus suis promittit regnum æternum, quantò magis illa subministrabit, quæ communiter largitur bonis & malis? *Hanc parabolam Christi Vicarius cum diligenter audisset, miratus est valde, & indubitanter Christum in homine locutum recognoscens, Regulam approbauit. Bon. c. 3. in fin. Pisan. lib. 1. Conf. 12. in princ. & c. 37. & l. 2. Conf. 6. Marc. 1. p. l. 1. c. 14. Tho. Bosius de Signis Eccles. l. 6. signo. 21. c. 4. Gerar. d. Odonis, in Serm. Dominica 15. post Festum Trinit. lit. M.*

PARABOLA II.

De custodia & mortificatione oculorum.

**M**ortuus beatus Pater Fratres suos hortabatur, ut sensus omni, qua possent, sollicitudine custodirent & refranarent. Sed precipue oculos docebat habere pudicos & honestos, hanc il-

lis proponens sapiens parabolam: Rex quidam pius & castus duos misit successiue nuntios ad Reginam, qui ei quædam de Regis mente significarent. Reuertitur primus, & pro verbis, quæ ad Reginam detulit, tantum verba Regi reportat; sed de Regina nihil loquitur, quia \* oculos sapienter tenebat in capite, nec vllatenus profilierant in Reginam. Redit & secundus: sed post pauca verba, quæ pro nuntij responsione refert, longam de Reginæ pulchritudine texuit historiam. Vere, inquit, Domine, pulcherrima & speciosissima femina est Regina; felix & beatus reputari potest, qui fruitur illa. Cui turbatus Rex: Tu serue nequam, in sponsam meam oculos tuos impudicos coniecisti? Credo quòd tibi emere voluisti rem, quam ita curiose prospexisti. Iratus iubet ad se alterum reuocari, & ait illi: Quid tibi de Regina videtur? Optime, inquit, Domine, libenter & modeste audiuit verba Regis, & prudenter respondit. Cui vltèrius Rex: Quid de pulchritudine illius iudicas? nonne speciosa & pulchra tibi visa est? ceteris èstne præstantior mulieribus? Respondit seruus: Domine, de pulchritudine illius nihil scio. Venustane, an speciosa sit, tuum solummodò hoc est discernere & iudicare, meum autem tua illi verba proferre. Bene & cordate, inquit Rex, respondisti: tu qui oculos habes castos & verecundos, meus esto cubicularius: ex oculorum pudicitia corporis conicio castitatem, & te dignum cui cubiculi & Regiæ cameræ custodiam committam. Tu verò è regione, qui infrenes & impudicos habes oculos, Palatium egredere, in domo mea nullatenus remanebis: qui enim ferriò & subtiliter Reginæ contemplatus es venustatem, timeo ne illius etiam violare velis honestatem. Hæc Rex. Parabolam, Fratres, audistis, sensum intellexistis. Oculos in aliquam coniecistis? mulierem vidistis? pœniteat; oculis in posterum caueat, mors latet in visu, oculorum intrat \* per fenestras. Rex cælestis suas videri prohibet sponfas. Mulier quæcumque Christiana, illius est sponsa. Quis non non timebit videre sponsam Christi? Regis timete zelotypiam. *Leg. antiq. cap. De zelo ad Fratrum perfect. Pisan. lib. 1. Conf. 12. cap. 14. Marc. 1. p. c. 23. Specul. Vita Franc. fol. 115. Marian. lib. 1. cap. 15.*

**A**lias plures Parabolas Fratribus laicis proposuisse plures scribunt, sed nec eas referunt expresse, nec ipsa sancti Patris verba afferunt: iis igitur supersedendum duxi, ne ex nostris aliquid addere, aut alienum quid beato Patri adscribere videamur; quia etiam in his minutissimis ipsam veritatem, & tanti viri auctoritatem imponere conamur. Ad has verò duas quas retuli, hæc pauca illius Exempla subnecto.

EXEMPLVM I.

De perfecto & vero obediente.

**C**um aliquando quæreretur ab eo quis esset indicandus verus obediens, corporis mortui similitudinem pro exemplo proposuit. Tolle (inquit) corpus exanime, & vbi placuerit pone. Videbis non repugnare motum, non murmurare situm, non reclamare dimissum: quod si statuatur in cathedra, non alta, sed ima respiciet; si collocetur in purpura, duplo pallefcet. Hic (ait) verus obediens

\* Eccles. 2. v. 14.

Ex oculorum pudicitia conicitur corporis & cordis castitas.

\* Ierem. 9. v. 21.

Obediens mortui speciem habet.

obediens est, qui cur moueatur non diiudicat; vbi loceatur, non curat; vt transmutetur, non instat; euectus ad officium, solitam tenet humilitatem; plus honoratus, plus se reputat indignum. *Bon. cap. 6. post princ. Pelag. l. 2. c. 69. post med. Pisan. l. 1. Conf. 12. c. 12. Ant. Possenin. l. 5. Bibliorb. selecta, capite 61. Specul. Vita Francisci, capite 47.*

EXEMPLVM II.

De eodem.

**V**idi, inquit, multoties cæcum quemdam, qui non habebat nisi caniculam pro duce itineris sui. Caniculam, quocumque ducebat, sequebatur, ad illius ductum ambulabat, via vel itineris huius vel illius rationem non flagitabat à duce: si præibat per petrosa, sequebatur, si per plateas, & plana, comitabatur, si ad templum ducebat, orabat, si domos introibat, elemosynas petebat, ita vt omnia pro canicula ductus voluntate faciebat, nec aliquò sine illius ductu pergebat. Talis esse debet verus & perfectus obediens. Ad obediendum, cæcum esse expedit, oculos in obsequium Prælati claudere, & de præceptis non velit nec valeat discernere, nisi quòd præcipitur, humiliter & promptè complere, quocumque Prælati præceptum vel voluntas præcedit, sequi, inuia & perosa pro obedientiæ merito hilariter conuenire, ac si per plana ambularet, pergere. Non præcepti difficultatem, sed præcipientis auctoritatem, & obedientiæ meritum decet & debet verus obediens in omnibus considerare. *Pelag. c. 69. ante finem. Manuale antiquum Minorum, fol. mibi 96.*

Obediens sit cæcus.

Non præcepti difficultas sed præcipientis attenditur dignitas.

EXEMPLVM III.

De curis & sollicitudinibus vxoratorum.

**C**arnis tentatione percussus, & suggerente vasto castitatis inimico, vt vxorem duceret, post crebra flagella, nudus noctu in hortum niuibibus constitum perrexit, & viuum hoc satifque appositum nimix & anxix maritorum circa filios & vxores sollicitudinis exemplum, multò inferioris quiete monastica, sibi proposuit. In niuem se demergens, septem ex ea cæpit massas compingere, quas sibi proponens, suo sic exteriori homini loquebatur: *Ecce, inquit, hac maior, vxor tua est, quatuor istæ, duo filij, & dua filia; reliqua dua, seruus & ancilla, quos ad seruiendum habere oportet. Festina igitur omnes induere, quoniam præ frigore moriuntur. Si verò eorum te multiplex sollicitudo molestat, vni soli Domino sollicita cura seruire.* Quo egregio exemplo illic tentator victus abscessit, & Sanctus in periculo certamine victor euasit. *Bona cap. 5. ante med. Anton. Floren. 3. p. Hist. tit. 23. c. 2. §. 1. Anton. Coccini Sabellicus l. 2. Exemplorum, c. 10.*

Mortificationis singulare exemplum.

EXEMPLVM IV.

De Religione Minorum, & eius amplitudine.

**C**um quatuor tantum haberet adhuc Fratres, dilatandæ familiæ beato Egidio suo socio hoc proposuit exemplum. *Religio nostra*

*per similes est piscatori, qui mittit retia sua in aquam, magnam capiens piscium multitudinem; maiores eligit, & secum adducit, pisciculos verò minores dimittit. In mundi aquas rete hoc mittitur: magna sanctitatis & virtutis Religio hac viros ad se recipiet, paruos seruire spiritus & in Dei amore tepidos dimittet, vel receptos euomet: tanta erit piscium multitudo, quòd timeam ne præ nimietate retia rumpi contigerit. Pisan. l. 1. Conf. 12. in princ. Rodul. l. 2. tract. de Orac. B. Franc. in princ.*

Minorum Religio piscatore adumbrata.

EXEMPLVM V.

Quod seruus Dei omnem laudem & honorem in Deum refert.

**C**um quotidie à populo plurimum honoraretur, & manus, habitum, pedes, & pedum vestigia omnes populi, per quos transibat, præ deuotione & sanctitatis reuerentia oscularentur, nec ipse nihil horum prohiberet, quidam ex sociis de Sancti humilitate dubitans, & veluti scandalum passus, quòd tantum sibi permitteret honorem exhiberi, dixit ei: Non vides, Frater, aut non attendis quid hi faciunt, & tu fieri permittis? Homines tantumdem te honorant, & pro Sancto excessiue venerant: nihil horum tu renuis aut reiicis, imò videris in omnibus complacere. Quid hoc? Beatus Pater respondit: *Tantum abest, Frater, vt hac reiiciam, vt pauca hac mihi videantur. Plura certè omnes populi facere deberent.* Cui socius magis turbatus, Ego, inquit, hæc non intelligo, vt tu Frater pro Sancto reputeris, & laudem & honorem populorum desideres. Ad hæc B. Pater: *Frater vide & intellige. Nihil huius reuerentia mihi proprio aut tribuo, totam in Deum remitto, & me ipsum conseruo in face mea humilitatis. Meam agnosco vilitatem, Dei perpendo maiestatem. Homines autem non paruum ex hac reuerentia reportant utilitatem dum Deum recognoscunt & honorant, & in creaturis reuerentur. Deum in se non ignorat, qui eius beneficia in creatura recognoscit. Creatura verò ipsius non superbit humilias, dum in illa diuina adoratur maiestas. Sicut in imaginibus aut statuis Dei vel Deiparæ, vterque adoratur, & tamen lignum vel statua nec superbiâ tument, nec honore extolluntur: ita nec Dei seruus (qui illius viua & vera imago est, & in quo Deus veneratur & colitur, propter multa quæ in hac imagine illius relucunt beneficia) altiora aut maiora de se cogitat, imò magis in sua humilitate solidatur: omnia Deo tribuit, nihil sibi: lignum aut statuam, imò purum nihil se reputat respectu Dei, cui omnem tribuit honorem & gloriam, sibi verò tribulationem, miseriam, & verecundiam. Pisan. l. 1. Conf. 6. & l. 1. Conf. 5.*

Rara humilitas inter honores & hominum congratulationes.

Dei beneficia in creaturis agnoscit.

**I**n his paucis, quæ Lectori offerimus, Apophthegmatibus, Colloquijs, Vaticanis, Parabolis, & Exemplis sancti Patris, colligere licet quanta fuerit in viro Dei scientia, non humanitus acquisita, sed cælitus indita, & in quo pretio quocumque eius verbum tam apud socios quam apud externos habebatur. Pendebant omnes ex ore eius, siue prophetebat futura, siue præerita reuocabat ad mentem, siue psallebat ex cordis iubilo, siue tristis peccata redargebat, siue ad mores commoendos & suauius corrigendos parabolas

Eccles. 47.  
v. 18.

adhibebat aut exempla; cum attentione & reuerentia ab omnibus obseruabatur. In cantilenis, & proverbijs, & comparationibus, & interpretationibus mirata sunt terra. Et ex varijs mundi regionibus ad eum confluebant, tam verbis humilibus & simplicibus, sed efficacibus & feruidis erudiendi, quam sancta eius operatione & mirabili conuersationis exemplo, in vita & moribus confirmandi. Plura & quotidiana, operibus & vita, viua exhibuit virtutis exempla; scripta, seu verborum serie accommodata, sola hæc pauca reperij.

### BENEDICTIONES BEATI PATRIS FRANCISCI.

**Q**ui & Regulas & Leges ad paupertatis & perfectionis Euangelicæ apicem anheliantibus præscripsit, benedictiones etiam plures easdem sectantibus & religiosius obseruantibus adiecit. Etenim benedictionem dabat Legislatores, qua adiuti discipuli fortius & robustius ibant de virtute in virtutem, donec videbant Deum deorum in Sion. Benedictio namque illius quasi fluuius erat inundans, & quomodo cactaclysmus aridam inebrians, dum & per illas tentationem flammam extinxit, & mentis siccitatem rigauit; ut in his quæ subnectimus, licebit conspiciere.

Psal. 83.  
v. 8.Eccles. 39.  
verf. 27.

#### BENEDICTIO I.

Fratri Leonis.

**F**ratri Léoni in monte Aluernæ fortiter tentato hanc benedictionem misit B. Pater, signans eam caractere, & nota illa mysteria litteræ Tau (quam semper magni fecit) sua manu exarata, qua eum ab omni absoluit tentatione. *T. Benedicat tibi Dominus, & custodiat te: ostendat faciem suam tibi, & misereatur tui. Conuertat vultum suum ad te, & det tibi pacem. Dominus benedicat fratrem Leonem Pisan. l. 2. Conf. Bonau. cap. 11. ad med. Rodul. l. 1. tr. de Beatis Ord. Min. in vita B. Leonis. Qui omnes obseruant, benedictionem hanc ipsius sancti viri manuscriptam reuerenter & fideliter adhuc custodiri.*

Nim. 9.  
v. 24.

#### BENEDICTIO II.

Sacri Conuentus Alanquera.

**Q**uinqve illi Martyres à Marrochijs passi, villam Alanquera, (Lusitanie non ignobilis oppidicis Tagum extructi, olim Hierabriga dicti, vt placet Damiano Goes, Resendio apud Vazæum, Ambrosio Morali, & Paulo Merula in Lusitanie Descriptionibus) ad Fratres suos, qui iam ibidem commorabantur, visendos accesserunt; in qua Sanctia Sanctio II. Rege progenita, sanctius vixit, & eos benigne recepit, indeque impensis necessarijs quibuscumque Vlyssiponem (quæ à prædicta villa per octo leucas ad Occidentalem plagam distabat) transmisit, vt illinc in Tartariam transtulare liceret. Quorum in optato martyrio expletis vo-

tis apud Marrochios, vt eorum in fide constantiam, in martyrio fortitudinem, in sanctitate perseverantiam beatus Pater audiuit in spiritu totus exultabundus Conuentum illum Alanqueranum, à quo ad tantam functionem perrexere, hac sacravit benedictione: *Domus sancta, adicula sacra, speciosa & incunda floscella purpurei coloris, ac suauissimi odoris, per sanctum martyrium Deo peperisti. Hi primitia sunt & gloriosi flores Minorum, felices iam possessores regni celorum. Numquam in te (domus Dei) deficiant perfecti Fratres, qui deuotissime sanctum obseruent Euangelium. Leg. ant. in Martyr. horum quinque Fratrum Mar. l. 1. c. 25. Rodul. l. 1. tract. de horum martyrio, in fine, fol. 72.*

#### BENEDICTIO III.

Instituti Minoritici zelatorum.

**C**um sanctorum Fratrum per orbem dispersorum odorifera fama multos audiret ad viam veritatis induci, exultabat in spiritu, & benedictionibus omni acceptione dignissimis illos accumulans, dicebat: *Benedicti vos à Domino, qui errantes peccatores ad Dominum reducit, viam veritatis illis ostendit, & vos in sancta Euangelij obseruatione puros & sinceros custodit. Qui vobis benedicit, à Domino benedicatur, qui vos fouet aut suscipit, mercedem recipiat sempiternam. Nullam in vobis potestatem satan exerceat, supra id quod potestis, non tentet. Vobis super illum & suos sit imperandi facultas: portas illius possidete, & spolia diripite. Pater vos adiuuet potentia, Filij vos dirigat sapientia, & Spiritus sancti vos foueat clementia, Amen. E regione verò qui per proprietatem, pecuniæ receptionem, vel aliud quodcumque peccatum Regule puritatem deturbabant; aut Ordinem, quem præcipue paupertatis professio decorat, terrenarum rerum puluere maculabant, aut alios suis malis exemplis scandalizabant, & Ordinem relaxabant; maledictionem Dei & suam terribiliter imprecans, dicebat: *A te, sanctissime Pater, & à tota caelesti curia, & à me pauperculo sint maledicti, qui suo malo exemplo confundunt & destrunt, quod per sanctos Fratres huius Ordinis adificasti, & adificare non cessas. Bon. cap. 8. post init. Leg. ant. trium Sociorum. Firm. 1. p. fol. 17. p. 2. col. 1. Marc. 1. part. lib. 2. cap. 25.**

\* 1. Cor. 10.  
verf. 13.Timenda  
maledictio  
à Patriarcha  
sancto data  
falsis fratri-  
bus.

#### BENEDICTIO IV.

Ciuitatis Assisij.

**C**um de Palatio Episcopi Assisiatjs ad ædiculam sanctæ Mariæ de Angelis, iam vltimo morbo totus confectus, deferretur, cum ad planitiem sub ciuitatis decliuio, ex qua vrbe commodius videre posset, peruenit, feretrum, in quo portabatur, fecit ad urbem reflecti: quam vt vidit, fleuit, & postea hac muniuit benedictione: *Benedicta tu à Domino, ciuitas Deo fidelis, quia per te, & in te multa anima saluabuntur, & in te multi serui Altissimi habitabunt, & de te non pauci iusti eligentur ad regnum æternum. Pisan. l. 1. Conf. 6. & l. 3. Conf. 4.*

Genes. 27.  
verf. 4.Ephes. 1.  
v. 3.

### BENEDICTIO V.

Omnium Fratrum Minorum.

**G**raui & molesto stomachi dolore semel laborauit, ita vt vitam panè exhalaret, & Fratres iam de eius vita desperarent. Quorum vnus, timens ne subito è viujs raperetur propter varia & crebra cordis deliquia, ait: *Benedic nobis, Pater, & ceteris Fratribus quos in Christo genuisti, & aliquod memoriale relinque nobis tuæ voluntatis, quod Fratres in tui memoriam semper habeant secum ad maiorem sui profectum. Tunc B. Pater paternos oculos in filios erigens, Vocate, inquit, mihi fratrem Benedictum de Piratro (qui beato Patri semper in infirmitate ministrabat, & coram eo Sacra faciebat) vt vobis benedicam. Quo accersito ait: *Scribe, Sacerdos Dei, qualiter benedico omnibus Fratribus meis, qui modo sunt in Religione, & qui venturi sunt vsque ad finem sæculi. Quoniam propter infirmitatem meam loqui non valeo, breuiter voluntatem meam & intentionem in signum memoria mea benedictionis & testamenti cunctis Fratribus presentibus & futuris patefacio. Fratres semper se diligant ad inuicem, sicut ego dilexi, & diligo illos. Semper diligant, & obseruent dominam meam paupertatem. Et semper Prælati & Clerici sanctæ maris Ecclesiæ fideles & subiecti existant. Benedicat & custodiat eos Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, Amen. Pisan. l. 3. Conf. 2. Specul. vite Franc. fol. 116.**

### BENEDICTIO VI.

Bernardi de Quintanalle.

**I**n obitu beati Patris collachrymantibus omnibus Fratribus pro subtractione tanti Patris, & tam solliciti Pastoris, ait ad circumstantes: *Vbi est primogenitus meus Frater Bernardus? Cui accedenti, Veni, inquit, fili mi, vt benedicat tibi anima mea antequam moriar. Sed Bernardus pro sua humilitate, ne sibi videretur assumere, quod pro officij dignitate & præfecturæ eminentia putabat deberi Fratri Eliæ, tunc Generalis Ordinis Vicario, & putatio beati viri successori, suggestit eidem vt ad dexteram morientis accederet, & oblatam reciperet benedictionem. Quo ante Dei virum prostrato, ille, et si prælachrymarum afflitudine cæcutiret, plenus tamen propheticis spiritu, manus super caput eius imposuit, & dixit: *Hoc non est caput mei primogeniti F. Bernardi. Et cancellatis in modum Crucis manibus, velut alter Patriarcha Jacob, dexteram ponens super caput F. Bernardi, qui ad læuam, vitroque flexo poplite, Patri assidebat, eum benedixit his verbis: *Benedicat te Pater Domini nostri Iesu Christi in omni benedictione spiritali in caelestibus in Christo. Sicut primus es electus in Ordine isto ad dandum bonum exemplum Euangelicum, & ad imitandum Christum in Euangelica paupertate, cui non solum tua liberaliter obtulisti, sed & remetipsum in odorem suauitatis contulisti. Ita benedictus sis à Domino Iesu Christo & à me suo pauperculo seruo, benedictionibus sempiternis, ingrediens & egrediens, vigilans & dormiens, viuens & moriens. Qui benedixerit tibi, benedictionibus repletur; & qui ma-***

ledixerit tibi, non erit immunis. Esto dominus Fratrum tuorum, & tuo imperio cuncti subiacent. Quoscumque volueris recipere ad Ordinem istum, recepti sint; & quoscumque emittere volueris, emittantur. Nullus super te potestatem habeat. Et quocumque volueris, libere possis pergere, & morari. Pisan. l. 1. Conf. 8. in vita B. Bern. ante fin. & l. 2. Conf. 6. in fin. Rodul. l. 1. in vita eiusdem Bernar. Specul. vite Franc. c. De morte Bernardi, fol. 87. Floretum cap. 5.

Genes. 27.  
verf. 24.

### BENEDICTIO VII.

Eorumdem.

**S**vi transitus hora appropinquante, fecit omnes Fratres existentes in loco illo sanctæ Mariæ de Angelis ad se vocari, & eos consolatorijs verbis pro sua morte demulcens, paterno affectu eos ad diuinum est hortatus amorem, ad patientiam, ad paupertatem, & ad sanctam Ecclesiæ Romanæ fidem seruandam. Et adiecit: *Valere filij omnes in timore Domini, & permanere in eo semper. Et quoniam futura tribulatio & tentatio appropinquat, felices qui perseverabunt in his quæ cæperunt. Ego vero ad Deum propero, cuius gratia vos omnes commendo. Ego, quod meum est, feci; quod vestrum est, edoceat Christus. Bon. c. 14. ad med. Pisan. l. 3. Conf. 2. & 5.*

### ORACVLA ET SENTENTIAE

COMMVNES B. P. FRANCISCI

**M**ultas etiam huius sancti viri sententias salutari refertas doctrina, plerique signarunt Scriptorum. Quas potui, coadunavi, & suis numeris, præfixis titulis, distincti, Auctoresque quibus acceptas fero, subiunxi. Fucum non habent eloquentia secularis, sed salutarem manifestant sub sancta simplicitate veritatem. Simplici corde sermones illius, & sententiam puram labia illius loquebantur. Qui sincerè & purè secum has examinauerit, iudicabit nihilo inferiores esse vetustorum philosophorum sententiosis argutjs.

Iob. 33.  
v. 3.

#### ORACVLVM PRIMVM.

Carnem contra spiritum plura moliri.

**M**aximus hominis inimicus est caro: nihil recogitare nouit malorum vt doleat, nihil vt timeat, præuidere; studium eius est aburi presentibus: quod autem peius est, bona cuncta sibi usurpat, ipsa in suam gloriam transfert; & quod non illi, sed animæ datum est, sibi impudenter arrogat. Illa de virtutibus laudem, de vigilijs & orationibus fauorem carpit extrinsecum, nihil animæ relinquens, quartit & de lacrymis obolum. Legen. antiq. & Pisan. l. 1. Conf. 12. c. 10. Rodul. l. 2. tract. de Orac. B. Francisci.

Hostis nobis infissimus est caro.

#### ORACVLVM II.

Impretabile esse eleemosynæ pretium.

**A**morem Dei pro eleemosynis offerre, nobilis est prodigalitas; & qui minus ip-

sum quam denarios reputant, iudicarem ego esse stultissimos: nam folius diuini amoris im-  
 Eleemosyna efficacissima virtutis. pretriabile pretium ad regnum caelorum comparandum sufficit; & eius, qui nos multum amauit, amor est multum amandus. *Bonau. cap. 9. in princ. Pisan. lib. 1. Conf. 12. cap. 3.*

## ORACVLVM III.

*Orationem viris Religiosis necessariam.*

Orationis gratia viro Religioso firmiter consideranda, sine qua nihil in Dei seruitio prosperabitur, nec aliquid ab ipso consequetur. *Bon. c. 10. in princ. Pisan. ubi sup. c. 5. Rodul. tract. de Orac. B. Francisci, lib. 2. Franc. Feuard. lib. 8. Theomach. cap. 14. num. 17.*

## ORACVLVM IV.

*Encomia Evangelica paupertatis.*

Paupertas beatifica.

Thesaurus beatificae paupertatis adeo excellens est & diuinus, quod nos indigni sumus in vasis nostris vilissimis illum possidere. Hac enim est illa virtus, per quam omnes obices tolluntur e medio, dum per illam aeterno Domino mens humana conglutinatur. Hac est, quae animam in terris positam, facit cum Angelis in caelo conuersari. Hac est, quae Christum in cruce sociat, cum Christo in tumulo absconditur, cum Christo de sepulchro resurgit, & Christum comitatur in caelum. Hac est, quae dorem agilitatis super caelos volandi animabus ipsam amantibus, etiam in hac vita, concedit, cum vera humilitatis & charitatis arma custodiat. *Pisan. l. Conf. 12. c. 15. & l. 2. Conf. 4.*

Paupertas Christi in diuina comitatur.

## ORACVLVM V.

*Humilitas sectanda, vana gloria fugienda.*

Filius Dei de altitudine sinus paterni ad nos infra despicabilia descendit, vt tam exemplo quam verbo Dominus & Magister humilitatem doceret. Stultum ergo est humanis extolli fauoribus, aut de terrenis superbire. Quod alium namque est apud homines, abominatio est apud Deum; & quantum homo est in oculis Dei, tantum est in se, & non plus. *Bon. cap. 6. in princ. & Pisan. lib. 1. Conf. 12. c. 19. proximè citatus.*

Stultissimum humanis extolli fauoribus.

## ORACVLVM VI.

*Praelati subditos, & Praedicatores populos exemplo doceant, non verbo.*

Propter praedicationem non dimittenda oratio.

Propter Praefecturae officium & praedicationi sollicitudinem, Fratres non debent dimittere sanctam & deuotam orationem, ire pro eleemosyna, operari aliquando manibus suis, & alia humilitatis opera exercere, non minus quam alij Fratres, propter bonum exemplum, & tantarum lucrum animarum. Ad Ministrorum namque & Praedicatorum exempla subditi & populi aedificantur, vacant libenter orationi, & humiliter inclinant se ad humilitatis opera & obsequia vilitatis. Si enim & haec illi facere nolunt, non poterunt absque sui confusione, praedicio, & condemnatione, de illis alios admo-

nere: oportet namque exemplo Christi prius facere quam docere, ac simul facere & docere. *Pisan. ibidem c. 31. Legen. antiqua c. De perfect. humilit. Specul. Vita Francisci, c. 72.*

## ORACVLVM VII.

*Quod opera verba comitentur.*

Tantum habet homo scientiae, quantum operatur; & tantum est Religiosus bonus orator, quantum ipse operatur: arbor namque ex fructu cognoscitur. *Legen. antiq. c. De perfect. paupert. Pisan. l. 1. Conf. 12. c. 40.*

Excellentia praedicatoris operibus mensuretur.

## ORACVLVM VIII.

*Festiuitates Sanctorum quomodo celebranda.*

Festiuitates Domini, & aliorum Sanctorum, magis honorantur inopia & paupertate, per quam ipsi caelum ingressi sunt; quam curiositate & superfluitate, per quam anima elongatur a caelo. *Leg. antiq. & Pisan. ibidem.*

## ORACVLVM IX.

*Curialitate homines Deo assimilari.*

Curialitas est vna de proprietatibus Domini, qui solem suum & pluuiam, omniaque sua ad vitam necessaria super iustos & iniustos curialiter administrat. Est enim curialitas soror charitatis, extinctrix odij, & seruatrix amoris. *Leg. antiq. & Pisan. ibid.*

Curialitas soror charitatis.

## ORACVLVM X.

*De alienis non esse gratas elemosynas.*

Non licet alienum auferre, & pauperibus erogare. Peccati poena, non meriti gloria est, aliena donare. *Legen. Celan. cap. De paupert. Pisan. l. 1. Conf. 12. c. 40.*

Peccati poena non meriti gloria est, aliena donare.

## ORACVLVM XI.

*Cum intentione & mentis quiete orandum.*

Providere debet quemquam in vagationes nugatorias distrahi, cum tempore orationis magnum Regem alloquitur. *Leg. Celan. c. De oratione. Pisan. ibidem.*

Cibus animae oratio.

## ORACVLVM XII.

*Humili cognitione sui hominem peruenire in Dei cognitionem.*

Scientia sui ad Dei cognitionem facile perducit eum, qui sacrae scripturae intendens, Dei mysteria humiliter, non presumptuose scrutatur. *Leg. antiq. c. De orat. Pisan. ibidem.*

Ex cognitione propria Dei cognitio.

## ORACVLVM XIII.

*De aliquo spiritualiter contristatus ad orationem recurat.*

Seruus Dei pro aliquo conturbatus, illico ad orationem debet confugere, & tandem coram

Oratio contra omnia aduersa remedium.

coram summo Patre persistere, donec reddat ei sui salutaris laetitiam. Si enim in moestitia moram fecerit, adolescet Babylonicum illud; quod tandem, nisi per lachrymas expurgetur, maximam in corde generabit rubiginem. *Leg. Celan. c. De orat. Pisan. ibid.*

## ORACVLVM XIV.

*Virtutes & Dei secreta non detegenda.*

Fama pretium est conscientiae secretum minuere, longèque damnosius & periculosius est abuti, quam carere virtutibus. Nec maior est virtus bona quaerere, quam parva tueri. *Leg. Celan. & Pisan. ibid.*

## ORACVLVM XV.

*In quo differant licentia & obedientia.*

Quaecumque Praelati condescensiones, aut facultates post petitionem subditi acquisite, proprie licentiae sunt. Quod vero Praelatus iniungit, & subditus non postulat, sacras obedientias censeo nominandas. Obedientiam igitur tutiorem & meliorem iudico licentia; quia in ista aliquid propriae voluntatis regnat, in illa solum superioris praecipium impletur. Summa obedientia est, in qua cortina cortinam trahit, superioris voluntas inferioris voluntatem gubernat; & nihil quod suum sit, aut appareat, habeat caro vel sanguis. Nec obedientia summa & pura definit esse postulata licentia infideles adeundi ob proximorum lucrum, vel martyrij desiderium, modò à diuina inspiratione hoc prouenerit desiderium: nam tunc cortina cortinam trahit, diuina voluntas humanam; vnde & hoc petere, Deo erit acceptum, & à pura obedientiae merito non erit alienum. *Aluar. Pelag. l. 2. c. 70. longè post medium. Leg. antiq. c. De perfect. Pisan. l. 1. Conf. 12. c. 12.*

Obedientia melior licentia.

Exed. 26. v. 10.

## ORACVLVM XVI.

*Officium diuinum cum intentione recitandum.*

Si quietè corpus cibum suum, futurum cum Sippo vermium esca, accipit; cum quanta pace & tranquillitate anima accipere debet cibum vitae, qui est Deus, qui per orationem, ac diuini Officij solutionem debitam, familiariter nobis exhibetur? *Bon. cap. 10. ante fin. Pisan. ibidem c. 3. Specul. Vita Franc. fol. 119.*

Otium omnium malorum sentina.

## ORACVLVM XVII.

*Otium omnino vitandum.*

Otium omnium malorum cogitationum sentina est: laborandum ergo, & cuique exercitandum in opere, ne otio deditus, per illicita corde aut lingua vagetur. *Bon. c. 5. ad med. Pisl. 1. Conf. 12. c. 22. Rodul. l. 2. tr. de Orac. B. Fr.*

## ORACVLVM XVIII.

*Dei gratiae & fauores non publicandi.*

Quando seruus Dei in oratione visitatur diuinitus, dicere debet: istam consolationem

mihì peccatori & indigno de caelo misisti, Domine, & ego illam tuam committo custodiae, quia thesauri tui me sentio esse latronem. Cum autem ab oratione reuertitur, sic debet se pauperulum & peccatorem ostendere, ac si nullam sit nouam gratiam consecutus. *Bonau. cap. 10. ad med. Pisan. l. 1. Conf. 12. in princ.*

## ORACVLVM XIX.

*Praelatus raro per obedientiam praecipiat, subditus semper obediat.*

Raro per obedientiam praecipendum est Praelatis, nec primò fulminandum est iaculum, quod debet esse extremum. Ad ensen non statim manus est mittere. Qui verò ensen non timet, aut subditus qui obedientiam praecipio non obedire festinat, nec Deum timet, nec homines reueretur, si minino non habet causam in obediendo retardandi. Praelatus ergo non debet esse temerarius in praecipiendo: nam quid in temerario praecipiente auctoritas imperandi, nisi gladius in manu furiosi? Quid verò desperatius, quam obedientiam neglector aut contemptor? *Pelag. l. 2. c. 69. ante fin. Pisan. l. 2. Conf. 5. Rodulph. lib. 2. tract. de Orac. B. Franc. Sedul. in Hist. Seraph. comment. ad c. 6. Vita B. Francisci n. 5. Specul. Vita Franc. c. 42.*

Praelatus non praecipit in praecipiendo.

## ORACVLVM XX.

*Magnum esse obedientiae emolumentum.*

Tam vberem iudico sanctae obedientiae fructum, vt eis, qui iugo eius colla subiiciunt, nullum abire possit tempus iners, nec sine emolumento hora aliqua inaniter pertransire. *Pelag. ubi supra Rodul. tract. de Orac. B. Franc.*

## ORACVLVM XXI.

*In quo gloriari possit seruus Dei.*

De omni eo, quod peccator potest, nemò sibi debet iniquo applausu blandiri. Peccator ieiunare potest, orare, plangere, carnemque suam macerare; hoc solum non potest, Domino scilicet suo esse fidelis. In hoc itaque gloriandum, si suam Domino gloriam reddimus, si fideliter seruientes, ipsi quidquid donat, adseribimus. *Bonau. c. 6. post init. Pisan. l. 2. Conf. 6.*

Deo omnia quae recte agimus tribuenda.

## ORACVLVM XXII.

*Magnam deberi reuerentiam Sacerdotibus.*

Omnis reuerentia & honore prosequendi sunt Dei Sacerdotes, qui omnibus sunt superiores & digniores. Christianorum sunt Patres spirituales, & huius mundi spiritus & vita. Ego si viderem venientem per viam Presbyterum, & Angelum, ad Sacerdotis manus deosculandas citius me conferrem, & Angelo dicerem: Expecta me Angele, quia manus huiusmodi Verbum vitae contrectant, & ultra humanum aliquid possident. *Pelag. lib. 2. cap. 52. in 3. errore Begardorum, Antonius Florent. 3. part. Hist. tit. 23. c. 2. §. 2. Bern. Senen. Tom. 1. 20. art. 2. c. 5.*

Dignior Angelo Sacerdos.



## ORACVLVM XXIII.

*Qualiter gaudere quis possit de alterius bono plus ipso possessore.*

**P**Lus, inquit, gaudeo de regno Franciæ, quam ipse Franciæ Rex; quia ego gaudeo, quod gaudeat Rex de Regno suo. Sed hanc habeo ego pro Rege prerogatiuum in gaudio meo, quod Rex habet labores & expensas Regni, & ega habeo haudia sine labore & sine expensis. *Bern. Senens. Tom. 4. Ser. 3. in 2. par. princ. post med.*

## ORACVLVM XXIV.

*Quæ præcipuè curanda Regularium Prælati.*

Prælati moras mutet sed in melius.

**P**rælati Regularium hoc potissimum curent mores non mutare, nisi in melius; fauores non querere, potestatem non exercere, sed implere officium. *Specul. Vitæ Francisci. c. 10. De spiritu prophet. fol. 130*

## ORACVLVM XXV.

*Quæ sit vera sapientia.*

Lumina sapientia recta agere.

**S**omma sapientia est, bona opera facere, & bene se custodire, & iudicia Dei considerare. *Marian. lib. 1. c. 15.*

## ORACVLVM XXVI.

*Quanta virtus paupertas.*

Paupertatis encomia.

**V**era paupertas radix est obedientiæ, mater renuntiationis, mors propriæ complacentiæ, extirpatrix vanitatis & cupiditatis. *Iacobus Oddo de Perusio in Prolog. 2. Specul. perfectionis.*

## ORACVLVM XXVII.

*Vera obedientiæ commendatio.*

**O**bedientia est fidei opus, probatio veræ spei, argumentum charitatis, mater humilitatis, & genitrix pacis Dei, quæ exuperat omnem sensum. *Ibidem.*

## ORACVLVM XXVIII.

*De usu librorum.*

**I**n libris Fratres querere debent testimonium Domini, non preteritum, aut pulchritudinem. Paucos etiam habere debent, hosque in communi, & ad Fratrum indigentium necessitatem paratos. *Marian. l. 1. c. 15.*

## ORACVLVM XXIX.

*In quibus acceptatur voluntas pro facto.*

**P**auper magis potest esse largus quam diues, quia diues si dat quidquid habet, deficiet, & confusus est: si vero non dat cum habeat, licet vellet dare, si sibi non deficeret; voluntas bona est, sed non reputatur pro facto sibi, quia adhuc habet substantiam. Sed pauper qui nihil habet, qui vellet dare pauperi, & nihil habet quod det, & vellet edificare Hospitalia, non tamen habet unde; in hoc voluntas pro facto reputatur.

tur. *Bonauentu. lib. de Luminarib. Eccles. Serm. 5.*

## ORACVLVM XXX.

*Dei dilectio dulcis, mundi amara.*

**G**ustanti Deum, omnis delectatio mundi videtur amaritudo. Gustate ergo, & videte, quia suavis & dulcis est Dominus, & numquam te poenitebit de gustu Dei. Secus est in amando mundum, quia latet hamus in esca illius amoris; quia ille amor mundanorum semper producit multos fructus dolorum: quia si amas uxorem, filios, possessiones, domos, vel honores, cum moriuntur, & deperduntur, tantò maiores dolores tibi inferunt, quantò maiorem affectionem & amorem habeas illis bonis & rebus. *Bernard. Senens. Serm. 17. Extraordinario 3. part. princip.*

Amor mundi periculosissimus.

**I**n secundo Cod. MS. *Astisiano* habentur sub nomine *Francisci* sequentes sententiæ, quarum aliquæ ipsius Sancti propriæ sunt, aliæ vel expresse inueniuntur apud quosdam ex sanctis Doctoribus, vel ex eorum sunt doctrina compactæ. *Iis familiariter utebatur Franciscus ad suorum instructionem.*

1. **H**æc sunt arma, quibus dirumpitur anima casta, visus alloquium, contactus, oscula.

2. Qui vadit in desertum, tribus præliis caret, visu, auditu, & detractione. *Vide Aug. in Psal. 54. ad illa verba, Quis dabit mihi pennas, &c. & in Psal. 121.*

3. Charissimi, in hac valle miseræ nihil tam pulchrum, tam delectabile possideatis, quo animus vester omnino occupetur. *Vide eundem tract. 2. in c. 1. Epist. 2. Ioan.*

4. Fuge creaturas, si vis habere creaturas.

5. Fuge mundum, si vis esse mundus. Si tu es mundus, iam non delectat te mundus.

6. Fuge, tace, & quiesce.

7. Si te excusas, Deus te accusat, & si te accusas, Deus te excusat.

8. Non perfecte bonus est, qui cum malis bonus esse non potest.

9. Tentatio cui non consentitur, est materia exercendæ virtutis.

10. Amor omnia grauiâ facit leuia, & omnia amata facit dulcia.

11. Amor Dei numquam est otiosus. *Est Greg. Homil. 30. in Euang.*

12. Vestis pulchra, locus, potus, cibus, otia, somnus, Eneruant mentem, luxuriamque fouent.

13. Cum dico, *Aue Maria*, cæli rident, Angeli gaudent, mundus exultat, infernus contremiscit, dæmones fugiunt.

14. Sicut cera fluit à facie ignis, & puluis ante faciem venti dispergitur, sic ad inuocationem nominis Mariæ totus malignorum spirituum exercitus separatur.

15. In periculo, in angustiis, in rebus dubiis Mariam inuoca, Mariam cogita: non recedat à corde, non recedat ab ore, & vt impetres eius suffragium, non deferas conuersationis exemplum. *Est Bern. Homil. 2. in Missus est, ad fin.*

16. Omnis creatura vilescat, vt Creator in corde dulcescat.



## APPENDIX OPUSCULORVM DVBIORVM.



**N**OLVI incerta certis, nec falsa veris admiscere; ne quam illa merentur & obtinuerunt fidem, cum dubiis vocentur in dubium. Proinde sequentes hos Sermones, binaque his adnexa Opuscula à superioribus discreui: suppetunt enim rationes dubitandi de Auctore, quas ipsis præfigemus. Nec tamen hæc omnino reiicienda, aut penitus omitenda mihi videbantur, dum erat, qui illa Franciscus adscriberet. Illiusne sint, an alterius, Lectoris esto iudicium.

### SERMONES BREVES BEATI FRANCISCI.

**I**D mihi obrepit dubij circa Auctorem Sermonum, quod solum apud Ludouicum Rebolledum Neotericum, non tam secundum, quam facundum nostrarum rerum concinnatorem, eas videre licuerit 1. p. suorum Chronicorum. Iuuat etiam suspicionem nimis culta & compta Hispanica phrasis, Beticis Scriptoribus tan grata, quam familiaris, quam ego Latinam reddidi. Plurimam tamen redolent Francisci doctrinam superioribus Opusculis annotatam. Crediderim hunc ex vario Francisci dogmate hos ad suum ingenium & stylum disposuisse Sermones; multamque illorum materiam Francisci esse formam verò & dispositionem Rebolledi. Nec, quod ad Sermones attinet, vllum puto calamo notasse Franciscum, sed serio præmissis orationis & sacra Scriptura studio feruenter eructasse, quidquid Spiritus dictabat. Ipsas etiam Collationes Monasticas superius repositas, non tam chartulis, quam discipulorum mentibus commendasse existimem, ab illisque calamo exceptas, & ad nos transmissas; uti & de quibusdam indubitatis suis Operibus suos fecisse discipulos, refert Bernardus Epist. 18. in fine. Nihilominus magnum egisse Predicatorem Franciscum in diuersis mundi plagis, in ipsa Vrbe, orbis capite, & in consessu purpuratorum Patrum,

ipso coram Pontifice ad viri loquelam obstupefcente, plerique referunt Scriptores. Vnum subijcio Thomæ Spalatensis, & alterum Henrici Villot testimonium, ut quales fuerint Francisci Sermones Lector expendat.

Verba THOMÆ SPALATENSIS, cuius & Archidiaconi Ecclesiæ Cathedralis Epetij, siue Spalati, de beato FRANCISCO prædicante.

**E**go Thomas ciuis Spalatensis & Archidiaconus eiusdem ciuitatis Cathedralis Ecclesiæ, anno 1220. in die Assumptionis Dei Genitricis, vidi S. Franciscum prædicantem Bononia, in foro ante Senaculum, ubi tota pænè ciuitas conuenerat. Fuit autem exordium Sermonis eius, Angeli, homines, dæmones. De his autem spiritibus ita bene & distinctè proposuit, vt multis literarum scientia præditis & ornatis viris, qui aderant, fieret non modice admirationis Sermo hominis idiota. Non tamen ipse modum prædicantis seruabat, sed quasi concionantis, hoc est, dimissa fucofa & specie splendida eloquentia, discipline Euangelica ad perpendicularum verba non componebat. Nam tota eius vis & verborum eius series in hoc vno versabatur, ad restringendas hostilitates, & ad pacis fœdera reformanda: cuius habitus sordidus erat, & incultus, & personam contemptibilis, & facies indecora. Sed tantam Deus verbis illius contulit efficaciam, & orationis nitorem insudit, vt multas Nobilium factiones inter se acerbissimo odio sauentes, & vniuersæ Reipublicæ perniciem afferentes, ad pacis concordiam & unitatem simul deduceret. Erga ipsum verò tam magna erat hominum pietas & religio, vt omnes ad eum cæteruatim confluerent; & beatum se prædicabat, quisquis posset vel simbriam vestimenti eius attingere. Nam verbi Dei annuntiationi

assidue operam nauans, tantum profecit, ut innumeri naufragi peccatores, in viam iustitiae redeuntes. gregatim viro sancto, ceu peritissimo nauae adherentes, a tenebris huius mundi in eius puppi securius ad caeli portum transuecti sint. Testimonium hoc habet Rodolph. l. 1. fol. 4. Specul. Vitae Franc. fol. 215. Marian. l. 1. c. 17. §. 13. & Chron. Spalatens. Ecclesiae MS.

HENRICI VILLOT de FRANCISCI Sermonibus testimonium.

eloquentia eaque sublimi non caruisse, neque in eo doctrinam minorem fuisse, fluens ex ipsius ore oratio abundans spiritualibus uerbis, sententiarum, qua multitudine tenebat, demulcebat, mouebat, & in omnem partem flectebat, testatur. Etenim si effectus eloquentiae est audientium approbatio: certe eam in illo oportuit fuisse singularem, quae homines vulgares, atque, ut loquitur Paulus, animales, qui alioquin spiritualia fastidiunt, tamen non modo ad audiendum allexerit, sed etiam suspensos retinuerit, atque in eorum animos influxerit, ut alios a turpitudine ad castitatem, alios ab illicitis lucris ad aequitatem, ab ira & odijs ad concordiam & pacem traduxerit, denique etiam non paucos a mundi amore, quo plane absorpti erant, ad eiusdem contemptum & ad terrena omnia penitus deserenda impulerit. Memoria dignum est, quod una Concione 300. altera 500. ita flexerit, ut statim uili hoc leucophata plebis tegmine, spreto mundi illecebris, contegi se postularint, eosque suo sacro Instituto statim iniitauerit. In Athenis Orthodoxorum Sodalitij Franciscanorum lit. F.

SERMO PRIMVS.

De humilitate & patientia.

Indiuiduae comites humilitas & poenitentia.

Rom. 8. v. 18.

Matth. 5. v. 10.

Poenia in gloria mutatur.

Quas indiuiduas comites humilitatem & patientiam habuit Christus in cruce, & quas sororum firmus amor coniunxit, haec breuis oratio nullatenus separabit. Seruus Dei multa debet pro Christo pati, qui cum eodem bonis perfrui sperat sempiternis. Apostolus dixit non esse condignas passionibus huius temporis ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis. Non sunt, nec inueniri possunt duae perfectae deliciae, nec binum potest esse gaudium omnino completum. Suam doctrinam incepit ab humilitate Christus in praesepe, quam in patientia bonus magister conclusit in cruce. Iple etiam dixit: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Optime enim nouit poenam in gloriam transmutare, persecutionem & metum in gaudium. Faber argentarius, ex metallo quod accipit, scyphum aut vasculum conficit; nec enim ex plumbea massa calicem conficit argenteum: solus Deus ex laboribus requiem elicit, & ex tormentis gaudium

eruit sempiternum. Diligentes, humiles & patientes decet esse seruos, qui a Domino suo incomparabilem expectant mercedem.

SERMO SECVNDVS.

Contra peccata mortalia.

Mortalia peccata, Fratres, omnino fugiamus. Considerate & videte, quam foedum & abominabile appareat corpus exanime, spiritus vitalitate destitutum; & intelligite multo foetidiorum & immundiorum esse animam sine Deo, qui animae anima est, quando in mortali labe volutatur. Si aded indiget vna creatura al. era, quanto magis creatura suo opus habet Creatore: Longius distat a peccato gratia, quam a gratia gloria: infinita est enim inter peccatum & gratiam distantia; inter gratiam vero in sanctis viris, & gloriam sola mors intercedit. Qui ergo mortali: et peccat, a Deo elongatur, & in seruum deputatur, inter quem & peccatorum tantum vita mediat, quae multoties per inopinam & instantaneam mortem tollitur a medio, & extinguitur. Quotos vidimus noctu lectum fanos concendere, & in proximo mortuos in focus sepeliri: Deum suppliciter oremus, ut quos sua gratia refouet, in eadem sanctos conseruet, & miseros peccatores misericorditer in illa regeneret. O Deum fortem, & pium, tam pronum ad ignoscendum poenitentibus, quam potentem & seuerum ad puniendum obstinatos!

Infinita inter peccatum & gratiam distantia.

SERMO TERTIVS.

De bono eleemosynae.

Homo eleemosynam pauperi largire, per quem illam tribuit Creatori. Ille in paupertate debitorem se constituit perfectae & exagitate mercedis, & superplena retributionis. Deo, solum per pauperem, nostra possumus offerre, qui, solum per pauperem, nostris poterit indigere. Videte ergo, Fratres, quantae sit felicitatis, vir eleemosynarius, qui ei potest impendere qui retribuit, & dat omnibus affluenter. Qui non solum multum, qui multum habet, tribuit diues, sed & plurimum largitur, qui quae habet, pauperi impendit. In gazophylacio vidua illa Evangelica censum omnem abscondit, quando solum, quae habuit, minuta duo libenter impertit. Vnde offerentem palam Christus laudauit, dum oblatum non tenuit, sed pingue publice iudicauit. Eia pauperibus proinde & egenis de terrenis & caducis distribuamus, quibus immensa bona, cum Deo duratura, nobis in caelis acquiramus. Hereditas pauperum est eleemosyna, quam magnus ille noster frater Iesus Christus omnibus acquisiuit. Non igitur quando illis distribuitur, alienum dono datur, sed, quod verè suum est, impenditur. Ego Fratres meos Minores rogo in Domino Iesu Christo, quia ad eius imitationem pauperes fieri, & in nomine eius eleemosynas petere voluerunt, ne verecundentur eas colligere ostiatim. De eleemosynis ipse Dominus vixit. Si ergo vilis faciat creatura, quod prius viderit Creatorem fecisse omnipotentem, non dedecori, sed honori, non ignominiae, sed decori vertendum omnes iudicabunt. Praecipue cum pauper mendicus diuitem,

Deus in paupere adiuto debitor constituitur.

Jacob. 1. v. 15. Mat. 11. v. 43.

Hereditas pauperum eleemosyna.

Vide Reg. 1. cap. 9. Regul. 2. cap. 6. & Collat. 7.

rem, a quo eleemosynam flagitat, abundantioribus afficiat thesauris, & occultam subministrat scenoris & lucri occasionem. Praeterea diuites ex parte Dei docet, ne despiciant, neque flocci pendant egenos; quorum verecundiam, si quam coram locuplete passi sunt, in inferente Iudex vlscetur seuerus, & in patientibus Pater absterget misericors. Quidquid post se homines in terra relinquunt, emarcescit, solum, quam in vita fecerunt, eleemosyna semper virefcit. Quam in mundo tribuunt, in caelis inueniunt, impendunt temporalia, recipiunt aeterna. Qui autem eleemosynas petit, aequales Deo soluat gratias, quando ei misericorditer tribuitur, & quando crudeliter denegatur: quando tribuitur, quia a Deo mittitur: ut nuditatem corporis contegat, & esuriam ventris reficiat: quando negatur, quia occasio offertur meriti & patientiae.

Eleemosyna semper virefcit.

SERMO QVARTVS.

De amore inimicorum.

Vdite Legationem, Fratres, quam per minimum seruunculum suum a caelis mittit Altissimus. Diligite omnes, & proximos vestros, & eos a quibus sinistram aliquid patimini: illi enim manifesti sunt amici, isti vero nullatenus inimici. Qui vos amant, qui vobis seruiunt, qui victum praebent & vestitum, vestro benefaciunt corpori: sed qui vos sequuntur, qui vobis irascuntur, qui vos iniurijs afficiunt, plura adferunt commoda spiritui. Omnes ergo amici sunt, & nullus vocandus est inimicus, omnes benefaciunt, nullus iniurijs laceffit. Praeter vosmetipsos nullum habetis inimicum. Si ergo odisse vultis inimicos, a corpore vestro & sensuali incipite appetitu. Si de inimico vindicari cupitis, corpus flagellate, & tamquam seruum subiicite spiritui. Qui vos creauit, Deus, & qui vos redemit, Christus, vobiscum sit, & ab omnibus teneatur aduersis.

Ex persecutionibus maximum lucrum.

Vide opuscul. de admonitione c. 10. & 1. Regulam, c. 22.

SERMO QVINTVS.

De perfecta obedientia.

Creator Dei sumus omnes, Fratres mei, quos praeter ceteris, multis bonis Altissimus benignissime ditauit. Si illi non obsequamur, nec quod iubet implemus (sicut in Baptismo promissimus) hereditate gloriae nos spoliabit, & praecipites dabit in gehennam. Filiorum perdemus libertatem, & captiuorum subibimus seruitutem. Non desideremus alijs praesesset omnibus subesse creaturis, propter verbum Creatoris. Qui ita fecerint, & perseuerauerint, requiescet super illos spiritus Dei, & in illis suam faciet mansionem. Filij erunt Patris caelestis, fratres Domini nostri Iesu Christi, & sponsae Spiritus sancti. Sponsalia haec celebrantur, quando Spiritus diuinus & anima nostra ad inuicem vniuntur per charitatem. Fratres sumus Christi, quando eius participamus bona; & Dei filij nominamur, quando ei assimilamur in operatione. O quam gloriosum est, Patrem habere in caelis! quam pulchrum & suaue, tali adherere sponso! quam opulentum & egregium, fratrem nostrum heredem habere Regni caelorum! Hunc Paulus primogenitum, Ioannes uocauit vnigenitum. Primogenitum appellauerat ille in natura, quam ex nostris accepit; vnigenitum iste in Deitate, quam ex Patre aequalem ex aeternitate recepit. Dixit Dominus in Euangelio: Nisi quis renuntiauerit omnibus quae possidet, non potest meus esse discipulus, & Qui voluerit animam suam saluam facere, perdet eam. Quasi dicat, quod ille omnia relinquit, qui propriae renuntiat voluntati, & ille animam suam perdendo saluat, qui illius a se abdicat dominium, & totum quod est, Praelati subiicit imperio. Quidam sunt subditi, proprii sensus errore decepti, qui quodcumque Superioris praecipit, quod indomita voluntati repugnat, statim Regulae & animae iudicant esse contrarium. Perfecta obedientia est illa, qua Religiosus facere omittit, quod sibi melius & consultius videtur; ut quod minus rectum aut consonum iudicat, compleat propter solum Superioris praecipitum. In quo magnum acquirit meritum, dum propriae valedicit opinioni, non suae, sed alienae obtemperans voluntati. Qui vere obsequitur Praelato, ipsi Deo se subdit, & proximo egregium praebet exemplum. Summa obedientia est illa, in qua nihil suum caro cognoscit, aut sanguis. Non debet perfectus obediens expectare quod secundo aut tertio idem imponatur praecipitum: nam qui ad primum Praelati non obtemperauit imperium, non voluntate illectus, sed necessitate compulsus obediuit. Qui celeriter non obedit, nec Deum timet, nec homines reueretur, dummodo sufficientem non habeat causam retardandi. Fertilissimus est obedientiae fructus: nihil est temporis vero obedienti sine lucro.

Rom. 8. v. 29. Ioan. 1. v. 14. Luca 14. v. 33. Luca 9. v. 24.

Prompta debet esse obedientia.

Vide Opuscul. 15. 19. & 20. & Collat. 4.

SERMO SEXTVS.

De anima estimatione vel dignitate.

Maxima cura prouidendum est animae; nec enim plures habet homo, sed vnam. Si duas nobis contulisset Dominus, sicut & binos dedit oculos, vel pedes, sublata vel deperdita vna, aliam custodire vel saluare liceret. At vnam tantum infirmam & languidam accepimus, tribus validissimis concussam inimicis & fortissimis, mundi, carnis, & diaboli telis expositam, cui nec vno die securè requiescere licet, sed omnibus in luctam & palaestram oportet descendere. Continuum esse hoc certamen nobis Apostolus expressit, non enim bellum, sed luctam appellauit, dum dixit: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus Principes & potestates. In bello aut praelio quandoque militibus corpora refocillandi, arma deponendi, a laboribus feriandi, & virium repetendarum tempus conceditur, nec sub dio aut caeli inclementia pernoctare in hieme compelluntur; imò sub tecto hibernandi, in ciuitatibus commorandi libera praebetur facultas: Sed inter colluctantes tunc solum in luctamine respirare licebit, quando vno victo, & in terram colliso, alter triumphator abscedit. Nostrorum inimicorum lucta nunquam cessat: luctae tempus, tempus est vitae; finis viuendi, requies erit initium, & solum post mortem daemone luctator recedet, qui in ipsa morte fortius nos prosterne- re molitur. Dominum ergo suppliciter exoremus, ut sua gratia nos protegat, & in tantis periculis misericorditer ab hoste defendat. Nihil

Continuum nobis est certamen aduersus hostes animae.

Ephes. 6. v. 12.

Lucta temporis, tempus est vitae.

(proh dolor!) viliori pretio, quam pretiosam commutamus animam. Illam quacumque vel leui occasione in gehennam detrudimus; & parua vel minima mercede, inestimabili Dei gratia spoliamus.

SERMO SEPTIMVS.

De Sacerdotum obligatione.

Patres reuerendi, Dei familiares & domestici Testis, & illius pane vescimini, vestram agnoscite dignitatem. Deuotionem praeferte, contemplationi insistite. Spiritus sanctus sit vestri lumen intellectus, vestrae flamma voluntatis. Perseuerate in obseruantia illorum quae Domino promissistis, nec ad ea quae reliquistis, retrò gradiamini pedibus vel affectu. Ambitionem fugite, superioritatem inter Fratres caute. Recordamini, quòd qui in infinitum homines praecedit & Angelos, in hunc mundum descendens, non solum Angelis, sed & hominibus inferior visus est, omnibusque se minorem dicens, ait: Non veni ministrari, sed ministrare. Quos in Praelatos assumi contigerit, non superbe imperent subditis tamquam domini, sed humiliter corrigant, sicut veros decet Ministros. Necesse est, ut illorum quibuscumque provideant magna sit cura circa corporales, maior autem circa spirituales. Aduertant quòd sunt Pastores animarum sibi subditorum, quarum, secundum Apostolum, stricto Iudici rationem sunt reddituri. Ouium pastores, si qua deperditur, aut frigore perit, dominis suis calidè satisfaciunt, dum mortuae pellem ostendunt. Animarum verò Pastores non pro oue pellem, sed pellem pro pelle, animam pro anima in Dei iudicio reddere strictissime cogentur. Subditos eo modo tractent, quo semetipsum curant, & eosdem se praebent sibi & subditis. Peccatoribus de peccatis poenitere praecipit Deus, & ea veridica confessione pandere Sacerdotibus, quos peccato redarguere decet, & peccatores per poenitentiam ad virtutem reducere. Hortari etiam debent poenitentes ad frequentem eorum confessionem, & sanctissimam Christi Corporis communionem. Si enim hic cibus est animae, sine quo languet & marcescit, cur non quotidie ad mensam, in quo proponitur cunctis, cuncti sedere & manducare desiderant? Qui itineris fatigatur molestia, plus cibi indiget refrigerio. Si ergo omnes viatores sumus, & ad patriam pergitur, cur pretioso & sapidissimo cibo confortari non appetamus? Elias hunc in figurâ comed. t. & ambulauit in fortitudine illius. Si sapius hunc panem, sicut decet, sumeremus, magis in via virtutis proficeremus, & ad destinatam nobis patriam robustius pergeremus.

SEX PRÆCIPVÆ RATIONES QVARE DEVS OPTIMVS MAXIMVS RELIGIONEM MINORVM SVÆ CONCESSERIT ECCLESIAE.

Opusculum hoc in lacera & vetusta charta pergamena mini occurrit eo modo, quo transcripsi, in Bibliotheca Minorum

Conuent. Assis. Sed in Firmamento trium Ordinum fol. 22. in Manuali Minorum, & alijs vetustis Codicibus aliter habetur; Sapiusque ipse Francisci & B. Clara fit mentio, tanquam qui in testimonium vel in exemplum adducantur. Qui, excusis his, etiam satis vetustis, adhaerit libris, non immeritò affirmabit alterius à Francisco hoc esse Opusculum.

Patres Minores dati & vocati sunt à Deo, praecipue vt representent Christum Iesum Dominum nostrum; & tanta ipsius beneficia, tu cā mundo quasi oblita & contempra, vel neglecta, in memoriam Christianorum reducant. Et propter hæc ab ipso Filio Domino nostro Iesu Christo post. lati sunt à Deo Patre suo.

I. Et Primò dati sunt, vt verbo & facto sint testes & imitatores praecipui suae altissimae paupertatis, per omnimodam abdicationem proprietatis, & indebitae affectionis, ac pauperem & humilem vsum rerum temporalium, quia sanctae paupertatis virtus & affectus, quasi ab omnibus vbiq; deserta & repudiata ac contempta videbatur, adeò quòd amplius non inueniebat, vbi perfecte & integrè requiesceret pes eius

II. Secundò, vt verbo & facto sint testes & imitatores suae excellentissimae & perfectissimae obedientiae, qua non solum Deo Patri suo obediens factus est pro nobis vsque ad mortem crucis, & etiam parentibus suis, sibi longè inferioribus, videlicet sacratissimae Virgini matri suae, & beato Ioseph patri putatiuo subditus esse voluit, sed (quod maius est) malis etiam Principibus & Sacerdotibus obedire voluit, & docuit obedire, cum censum Caesari reddidit, & reddendum iussit; & cum de Scribis & Phariseis malis, populum regentibus, dixit: Quaecumque dixerint vobis facite, opera autem eorum nolite facere. Quia quantò contemptibilior praesidet, tantò magis obedientia subditi placet, & obediens meretur, maximè si talis obediens non sit causa promotionis, nec continuationis talis mali, & insufficientis Praelati. Et perfectissimus ac Euangelicus obediendi modus & gradus est, obedire propter Deum talibus, & alijs, non solum in his quae quis promissit ex Regula obseruare, sed etiam in omnibus quae non sunt contraria animae & Regulae suae, sine alia limitatione vel repressione facultatis, aut iurisdictionis, vel obedientiae regularium Praelatorum suorum.

III. Tertio, vt sint testes & imitatores despectus & humilitatis Christi per contemptum omnium honorum, & promotionum, ac vanitatum mundi, & per veram abiectionem, mortificationem, & contemptum sui ipsorum propter Deum.

IV. Quarto, vt sint testes & sequaces verbo & operes suae tantae charitatis & affectionis ad salutem omnium animarum, per mundum discurrendo, ac verbo & exemplo praedicando, atque animas, ipsius Christi pretioso Sanguine redemptas, ad ipsum verum Creatorem, & Pastorem, ac Redemptorem animarum ducendo,

V. Quintò, vt sint testes, & imitatores suae sobrietatis, poenitentiae, mititatis, condescendentiae,

Minorita Dei beneficia quasi, oblitam memoriam omnium reuocet.

De postulatione hac vide vber. l. 5. Vita. Chris. c. 3. Sedul. l. 1. Apolog. c. 2. n. 1. & 2.

Minorita testis altissimae Christi paupertatis & illius imitator.

Sit imitator & testis perfectissimae obedientiae Christi.

Luca 2. v. 51. Mat. 22. v. 20.

Mat. 23. v. 3. Vide Collat. 4.

Vide Regul. 2. c. 10.

Sit testis & imitator contemptus & humilitatis Christi.

Sit testis & imitator ardentissimae Christi charitatis.

Sit testis & imitator omnium Christi virtutum. dentiae, & misericordiae, atque puritatis per moderatam abstinentiam, & ieiunia, ac labores, & per piam ac charitativam condescensionem & subleuationem afflictorum, & receptionem ac sanationem infirmorum peccatorum, ac corporis & animae nitiditatem ac puritatem.

VI. Sextò, vt sint testes, & speciales contemplatores, & imitatores, ac praedicatores suae tantae passionis ac mortis, & beneficiorum tantorum suae benedictae Incarnationis, vitae, & mortis ipsius, & tantae nostrae redemptionis, non solum per iugem & frequentem meditationem & recordationem tantorum dolorum interiorum & exteriorum ipsius, & piissimae Matris eius, sed etiam per veram & spontaneam tolerantiam omnium contrarietatum, & tribulationum interiorum & exteriorum, atque vilipensionum, & dolorum pro nomine eius sanctissimo.

Beati igitur Fratres illi, qui, quantum in se est, in omnibus his sequuntur Dominum nostrum Iesum Christum, & sanctissimam eius Matrem, in hac vita: quia in morte & in iudicio cum ipso Capite suo in acie & societate verorum Christi militum, & specialium imitatorum eius, gloriosi apparebunt; & Christo & Apostolis assidebunt omnes tribus terrae iudicantes, id est, sententiam iudicis approbantes, iuxta illud: Amen dico vobis, quòd vos, qui reliquistis omnia, & secuti estis me, in regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel.

Igitur Fratres in Christo dilectissimi & desideratissimi, propter Deum intelligite & videte vocationem vestram, & quare Minores estis vocati, quia non vt maiores, sed vt humiliores & abiectiores omnibus atque inferiores propter Deum esse contendatis in praesenti, vt hic in gratia, & in futuro in gloria maiores esse possitis. Et Domino Deo nostro, qui tam benignè sine vestris meritis ad tanta & tam sublimia vos elegit & vocauit, grati estote, & contendite ambulare ea vocatione qua vocati estis, non retrò aspiciendo, sed de virtute in virtutem proficiendo: indubitanter tenendo, quòd si hæc secuti fueritis, & Christi passionum socij & contemplatores fueritis, eritis & consolationum, & pro momentaneo labore praesentis vitae, praemium certum & inestimabile tandem cum Christo recipietis. Quod Dominus ipse pijs meritis suae sanctissimae passionis, mortis, & glorificationis, ac intercessionibus suae sanctissimae Matris, & omnium Sanctorum & Sanctarum, misericorditer concedat. Amen.

OPVSCVLVM DECEM PERFECTIONVM VERI RELIGIOSI, ET PERFECTI CHRISTIANI.

IN fine Codicis MS. Hiberni recitabantur, vt inferius, hae Perfectiones veri Religiosi sub nomine D. Francisci, tanquam ab illo scripta. Eas tamen non scripsisse, sed habuisse

sanctum virum, probant Firmamen. fol. 23. Manual. Minorum ad initium, & Rodolphus libro 2. Histor. Seraph. fol. 169. licet ipsi tam in Opusculo quam in titulo inter se discrepent.

PRima perfectio boni Religiosi est; quòd toto conamine & totis viribus nitatur ad dolendum pro peccatis, & libenter illa confiteatur, & sine mora, & postea caueat pro posse, ne in eadem vel altera incidat.

II. Secunda, quòd omnem creaturam supra se ponat, & se subtus. Ratio est, quia offenderet illum magnum Dominum, qui fecit omnem creaturam, & qui tantum honorauit nos, quòd amore nostri assumpsit carnem humanam, qua assumpta participauit omni creatura. Ob hoc ergo debet bonus Religiosus, aut perfectus Christianus, obedire bono corde & bona voluntate omnibus, non tantum maiori socio, vel pari, vel minori, sed etiam omni creaturae, secundum quòd licuerit sibi.

III. Tertia, quòd cor suum ab omni mundana & humana creatura eradicet, nec quaerat aut inueniat fundamentum aut radicem, nisi in illo qui fecit sibi cor; sed consuecat cor suum proicere in ipsum Deum, & de facibus terrenis frequenter eleuare, ita quòd sine poena, quandoque voluerit, reuertatur ad Christum cogitando, & afficiendo se ad cordis creatorem, & intentus sit in omni loco, & tempore, alissimo benefactori. In oratione aut dicat culpam de malis perpetratis, aut desideret & petat bona quae ei deficiunt, aut reddat gratias de bonis sibi collatis, aut de malis & tribulationibus quae sibi eueniunt, & credat, Deum benignum, propter delictorum aut corporis castigationem, permittere i la sibi euenire.

IV. Quarta, quòd tantam habeat patientiam, quòd illum, qui sibi malum aliquod fecerit vel dixerit, conetur plus diligere & amare ex toto corde, & ex bona voluntate ei libentius seruire, sine omni amaritudine cordis. Quia sicut Deus ex vera liberalitate omnia bona sibi tribuebat, ita omnia mala credit eum occultè permittere ad hoc, vt peccatori sua ostendat peccata, & ipse ea cognoscat & aduertat, sicut leuiter in praesenti puniat: vt non flagellet durius in sempiternum. Illum igitur, qui malum sibi fecit, aut de ipso malum aliquod dixit, multum diligit, quia mediante i lo, tamquam nuntio, Deus magnum bonum illi conferet; & tamquam membrum & retinaculum, quo mediante Deus benignè eum detinet, ne in ipsum profundum abyssi proiciatur, aut mundus impingat, aut diabolus decipiat; & tamquam instrumentum, & dolabrum, quo eum Deus dolat & perficit.

V. Quinta, quòd diligit omnes bonos, & omnibus malis comparatur, ac honoret omnes, & se omnibus viliores reputet, etiam ipsi pessimis postponendo. Et hoc, quia nescit vtrum bonum, quòd ipse facit, Deo placet, aut vtrum in eo perseuerabit, nec similiter nouit finem ad quem ille alius possit deuenire. Ob hoc nullum in corde suo iudicet, nec de ore suo malum aliquod de altero proferat. Et quando malum cuius audiret ab aliquo, illum excuset, vel non

Perfectiones boni Religiosi prima, debet esse de peccatis poenitere. Secunda, omnibus inferiorum esse.

Tertia, sibi Deo adherere.

Quarta, aduersa quaecumque patienter tolerare.

Quinta, compati malis, bonos diligere, omnibusque se postponere.

Quae cauenda à sacerdotibus.

Mat. 10. v. 28. Vide Collat. 26. Quomodo se habere debent Praelati erga subditos. Heb. 13. v. 17.

Iob. 2. v. 24.

Panis Eucharisticus cibus animae.

Sapius communicandum. 3. Reg. 19. v. 8.



laretur de murmuracione, sed tristem se ostendat, & sagacitet verba dicentis in aliam materiam diuertat.

Sexta reprehensor suos & censores diligere.

VI. Sexta, quod amet multum reprehensionem & reprehensorem: & si malum aliquod de illo, ille qui reprehendit, dixerit, totum concedat: si vero bonum, quod in illo fuerit, laudatur, excuset se, & dicat quod nihil boni facit; in mente tenens, quod Deus omne bonum facit, & dat etiam voluntatem faciendi.

Septima omnibus ministrare & non ministrari.

VII. Septima, quod omnibus libenter seruiat, & vix ab aliquo sibi serui acquirat, reputans se indignum omni seruitio; recordeturque quod non venerat Christus ministrari, sed ministrare. Si ergo aliquis seruerit ei in aliqua necessitate, in corde suo gratias agat Deo, qui illi dederat voluntatem seruiendi, & posse.

Octava pro beneficiis omnibus collatis gratias agere.

VIII. Octava, quod studeat recogitare omnia beneficia, sibi vel aliis quibuscumque creaturis facta, & pro omnibus gratias referat Deo, & post humiliet se, dicendo: Quis sum ego, qui pro aliis gratias refero, cum non sufficiam referre eas pro minima parte boni quod mihi Deus fecit, & maxime cum sim tam parua creatura? & sic annihilat se.

Nona linguam suam frænum imponere.

IX. Nona, quod sollicitam habeat linguæ custodiam, quæ complementum est omnium bonorum, & sine qua perditur omne bonum: & linguam suam custodiat non tantum à verbis malis siue nociuis, falsis & inhonestis, sed etiam

à superfluis & vanis, quæ deuotionem cordis euacuant.

X. Decima & vltima, quod super omnia caueat, ut in omnibus verbis eius reliceat veritas, bonitas, & humilitas; quia verbum hominis debet incipere à veritate, proficere in bonitate, terminari in humilitate, & mensurari breuitate, quia verbum abbreviatum fecit Dominus super terram. Deo gratias.

Decima in omnibus esse veridicum.

APOSTROPHE AD LECTOREM.

*Hæc sunt, amice Lector, quæ reperire potui sancti viri, vel certa vel dubia Opuscula. Desideratur adhuc aliud de Spirituali letitia, & accedia, huiusque remedio, à Mariano in suo Indiculo relatam. Alij volunt, sanctum virum calamo signasse quiddam in toto itinere peregrit aut vidit notatu dignum, dum pro Iacobi Apostoli corpore visendo in Compostellam se contulit, Itinerariumque Compostellanum inscripsisse. Alij demum citant eiusdem tractatum de Oratione. Nihil horum, etsi diligenter à me perquisitum, hucusque apparuit. Si fors occurrerit, communis faciam iuris. Interim sancti viri Operibus affigo, quæ ad eius commendationem ediderunt alij, sed longa annorum serie non omnibus obuia. Magna sunt; magnum excitabunt in sanctum virum (si quis sit ab hoc affectu liber) amorem, & digniorem conciliabunt reuerentiam.*



DOMINICA

OPERA OMNIA  
S. ANTONII  
PADVANI,  
ORDINIS MINORVM,

POSTILLIS ILLUSTRATA, ET DVOBVS  
eximijs tractatibus locupletata.

Vnà cum eiusdem Expositione Mystica in Nouum  
Testamentum, hæctenus non edita in lucem.

QVIBVS ACCESSERVNT VITA EIVS ET ELOGIA.

Opera & labore R. P. Fr. IOANNIS DE LA HAYE, Regij Ecclesiastæ,  
nec non in Gallia Observantiæ Minorum  
Procuratoris Generalis.



LUGDVNI,

Sumpt. PETRI RIGAUD, in via Mercatoria,  
sub signo Fortunæ.

M. DC. LIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



## LECTORI BENEVOLO.



*N* *VL* *L* *I* *dubium, quin duobus præcipue teneantur mortales, nempe cupiditate diuitias possidendi, & omnia sciendi desiderio, omnes enim naturaliter scire desiderant, & nullo indigere, sed omnibus abundare: hinc est, quod ut utriusque satisfaciam, inter diuites opulentissimum tibi offero (Benigne Lector) S. Antonium, inter sapientes eruditissimum, Seraphici Minorum Ordinis lumen clarissimum, & Ecclesie Doctorem eximium. Opulentissimum dixi, diuinas enim litteras omnibus terrenis diuitiis longe præstantiores appellat B. August. nam has Deus præfert sinistra manu, iuxta illud Prou. 3. In sinistra illius diuitiæ, illas autem in dextera. In dextera illius ignea lex, Deut. 33. [quando autem (inquit Rupert) melior est dextera quam sinistra, tanto scilicet bonum est ignea lex, (cuius nomine sacram Scripturam intelligit) quam diuitiæ & gloria] sic recte sentiebat apud Math. 13. homo ille, qui inuenit thesaurum absconditum & præ gaudio illius vadit & vendidit vniuersa quæ habuit, & emit agrum illum, sine dubio credidit illum thesaurum omnibus quæ possidebat, præferendum; & se magis ex illo uno, quam ex omnibus suis facultatibus locupletandum. Alioqui nequaquam omnia sua abijceret ut illum unum sibi compararet, quem sacras litteras esse Tuicensis Abbas existimat; sane homo ille opulentissimus est B. Antonius, qui incomparabilem illum thesaurum ita possidebat, ut utriusque Testamenti paginas memoria plane affixas ita tenebat, ut instar alterius Esdra potuisset, si sic res postulasset, omnes scripturas diuinas in integrum de sua memoria, etiam Codicibus omnibus abolitis, restituere: testantur hoc qui eius quotidiano conuictu & familiari consuetudine diu vsi fuere, & id Concordia Moralis, quam in sacram Scripturam composuit, conuincit, nec ei defuisset facultas si res poposcisset, omnia scripta diuina luculenter & multiplici Expositione donandi & interpretandi, ut constat ex eius Commentario Mystico in vetus Testamentum, in quo nihil fere intactum nisi erudite relinquit.*

B. August. in  
Psalm. 104.

Rupert. lib.  
4. in Apoc.

Math. 13.

Rup. lib. 3.  
de vict. verbi  
cap. 26.

# Ad Lectorem.

B. Aug. ser.  
38. ad frat.  
in Eremo.

Dan. 4.

Feuard. in  
cap. 1. Ruth.

S. Bonau.  
serm. 2. de  
S. Anton.

Dixi inter sapientes & doctos eruditissimum, nemo enim eruditior, quam qui in diuinis exercetur studiis, nemo indoctior quam qui ab illis peregrinatur, [quid enim (inquit Augustinus) est homo sine his litteris? Nunquid non bos aut asinus? Nunquid non equus aut mulus?] Nabuchodonosori ex homine in belluam non circæ poculo, sed diuino imperio degenerauit, cuius ratio inter alias, fuit eius odiū in sanctos libros, teste nostro Feuardentio, [quia eius satellites (inquit) & ministri legis libros combusserunt, septem annos, quasi immanis bellua, regno hominumque consortio, menteque priuatur] ac si inter homines esse non debeat, qui diuinas litteras colere recusat, & è contrà verè sapiens, qui cum sacris monumentis habet singulare commercium; hinc citatus August. Scripturam vocat omnium scientiarum & doctrinarum Magistram ac Dominam, ex quo omnium Magistrum eruditissimum Doctorem eximium iure merito vocare debes Antonium, qui teste Seraphico Doctore habuit in se scientiam omnium antiquorum, & qui cum sublimiter facundo ore scripturæ mysteria depromeret, Pontif. Max. Gregorius IX. singulari eum prærogatiua arcam Testamenti nuncupare non dubitauerit, & diuinarum armarium Scripturarum.

Verum quid præstiterim ut hic thesaurus absconditus ab omnibus possideretur, ut omnium eruditissimus ab omnibus agnosceretur, & ut tam insignis Doctoris lux, non sub modio maneret, sed super candelabrum radiaret, subycere non grauabor: duos libros, quorum prior est Commentarius Mysticus in sacram Scripturam, alter autem in eandem Concordantia Moralis, addidi: marginibus, siue breuibus postillis illustraui, ne Lector nimium laborem impenderet, in reperiendis, quæ suo satisfacere possent desiderio, meliorem ordinem concionibus assignaui, restitui loca plurima, quæ dubium sensum reddere potuissent, omnes auctoritates Scripturæ sacrae tum in corpore libri, tum in margine quæ cuius essent silentium obuoluebat, in integrum restitui. Locupletissimos indices, quorum primus est sacra Scripturæ, secundus omnium rerum notabilium: totius Operis vitæque Auctoris cum eius Elogiis subjeci.

Copiosorem igitur & ornationem ANTONIVM, taliter quidem, ut nouus plane & alius à veteri non inique iudicantium censura & haberi & esse possit, benigno vultu accipe, & tanto thesauro in tuam utilitatem frui. Vale.

## VITA



# VITA SANCTI ANTONII PADVANI ORDINIS MINORVM.

## ELOGIA.

Gregorius nonus.



Ic fumus Pontifex stupens ad profunda verba de scripturis diuinis à sancto Antonio prolatis, dixit, Verè ille arca testamenti est, & diuinarum armarium scripturarum.

Thomas Gallus Abbas Vercellensis ex Ordine  
S. Benedicti.

Multi penetrarunt arcana sanctissimæ Trinitatis, sicut expertus sum in Antonio ex Minorum Ordine, in familiari consuetudine quam habui secum: qui parum instructus disciplinis sæcularibus, tam breui mysticam Theologiam est adeptus, ut cælesti amore intus perustus, foris diuina scientia illuminaret. In Paraphrasi in Dionys. Areopag. apud Henr. Villot in Athenis, de Antonio.

S. Bonauentura Cardin.

In his verbis iste est frater de quo dixeratis mihi Genes. 43. Dominus B. Antonium describit à tribus, primo ab excellentia sanctitatis, quæ intus ardebat in anima, secundo à contemptu mundanæ subtilitatis, siue ab amore propriæ vilitatis, quam foris ostendebat in vita, tertio à celebri gloria nominis, qua cunctis innotescit, in fama, in his tribus perfectio summe consistit. Serm. 1. de S. Antonio.

Idem.

Beatus Antonius habuit in se scientiam omnium antiquorum, scilicet Angelorum, quæ consistit in ministrando, Patriarcharum, quæ est similis sapientiæ viatorum. Prophetarum quorum est præuidere futura, & nunciare. Apo-

stolorum, quæ similitudinem habuit cum sapientia mercatorum, ipsi enim sunt, qui titulo emptionis emerunt regnum cælorum. Martyrum, quæ similitudinem habet cum sapientia pugnantorum, Confessorum siue Doctorum quæ est sapientia magistrorum, Virginum, quæ consistit in fugiendo mala & consortia hominum. Serm. 2. de eodem.

Cardinalis Baronius.

Sanctus Antonius Lusitanus Confessor Ordinis Minorum, vita & miraculis ac prædicatione illustris. In Martyr. 13. mens. Iun.

Cardinalis Bellarminus.

Sanctus Antonius de Padua appellatus, quia in ea ciuitate post multa sanctitatis edita signa obiit, & in eadem sepultus, mirifice honoratur; miraculis plurimos conuertit, vel ab hæresi ad rectam fidem, vel ab improbis moribus ad penitentiam agendam, extant eius conciones tum de tempore tum de sanctis. Lib. de scriptorib. Eccles. ad ann. 1220.

Hartmanus Scheydel Noriburgensis  
Historicus.

Antonius patria Hispanus, Vlixbona ciuitatis oriundus, Ordinisque Minorum Frater, vir vitæ sanctus, & multis virtutibus adornatus fuit. Is in baptismo Ferdinandus appellatus, primo Canonicorum Regularium habitum suscepit: cumque audisset Fratres Minores apud Marochium pro Christo necatos, pro eis habitum Minorum accepit; vbi nocturnis vigiliis corpus mira abstinentia maceravit. Hic gloriosus Pater, cognomine de Padua dictus, cum ibi prædicans



diu requieuit. Et Romæ, cum de mandato Summi Pontificis peregrinis plurimis prædicaret: linguam sic mouit, vt tam Græci, Latini, Francigenæ, Teutonici, quàm Anglici, omnes qui audiebant, clarè intelligerēt. Et cum inter religiosos, non solum suæ ætatis, sed etiam priorum sæculorum, omnibus literis ornatissimus haberetur: Sacrarum literarum Arca cognominari meruit. Et cum Tolosæ, Bononiæ, ac Patauij diu Theologiam egregiè docuisset: Patauij, infinitis claris miraculis, moritur, & à Gregorio nono Pont. eas ob res statim in Sanctorum Confessorum consortium refertur, anno millesimo ducentesimo trigesimo tertio. Inuenta est postea, in translatione corporis positi de vno loco in alium, lingua eius in ore adeo recens rubicunda, quæ per plures annos, cum corpore sub terra iacuerat, ac si tunc decessisset; quam B. Bonauentura affatus est; O lingua benedicta, quæ semper Deum benedixisti! nunc apparet quanti meriti fuisti. Anno deinde millesimo ducentesimo sexagesimo tertio, cum eius meritis Patauina vrbs de manu Etzelini tyranni liberata esset: ciues Ecclesiam prægrandem atque pulcherrimam, ad eius honorem extruxerunt. *Sexta ætate mundi.*

*Iacobus Bergomensis Ordinis Eremitarum S. Augustini.*

Antonius patria Hispanus, Vlixbona ciuitate oriundus, Ordinisque Minorum Fratres, vir vtique sanctus, Patauij infinitis claris miraculis moritur, & à Gregorio nono Pont. eas ob res statim in Sanctorum Confessorum refertur consortium. Et cum inter religiosos, non solum suæ ætatis, sed etiam priorum sæculorum, omnibus litteris ornatissimus esset: Sacrarum literarum Arca nominari meruit. Et cum Tolosæ, Bononiæ, Patauijque Theologiam egregiè docuisset, sermones de huiusmodi re, non paucos edidisse fertur. *Lib. 13. Suppl. Chron. ad Ann. D. 1231.*

*S. Antoninus Archiepiscopus Florent. ex Ordine Prædicatorum.*

Antonius qui dicitur de Padua, non quia inde oriundus, sed quia ibi defunctus, & gloriosus ostensus, tunc in Hispania Canonicus existens in monasterio S. Crucis, qui Ferdinandus antea vocabatur; zelo martyrij flagrans, Ordinem Minorum ingressus est, ætatis suæ anno xxv. & decem annos in Ordine peregit, plenus sanctitate, & præclarus doctrina, & miraculis. *Hist. 3. par. tit. 24. c. 3. in initio.*

*Thomas Bozius Congregationis Oratorij Presbyterorum.*

Anno millesimo ducentesimo trigesimo sexto, mortuus est Antonius, qui Patauinus dicitur, cum sit Vlyssipponensis: qui in Italia & Francia, aliisque præterea Christiani nominis regionibus veræ pietatis prædicatione floruit. Ab hoc quam miranda, & omnino diuina fuerint effecta dum viueret, ac post obitum, nimis esset longum referre; quamuis nemo vel in historijs factis mediocriter versatus, tanti viri illustrissimi gesta ignoret. Satis sit nobis hoc retulisse, quod mortuos quatuor ad vitam reuocauit. *Lib. 7. de sig. Eccl. cap. 1.*

*Hieronymus Platus è Societate IESU.*

Quid Antonius Patauinus? ad quem audientum tanta hominum multitudo confluebat, vt, cum templa, quæ ad hoc deligebantur amplissima, capere non possent; suggestus in campos, vel plateas latissimas deferretur, vbi etiam ad occupandum tempestiuè locum, adeo ab omnibus certatim properabatur; vt cernere esset nobilissimos viros atque matronas, antequam lucefceret, concursantes, & ad multas horas, vocem illam quasi de celo venturam, præstolantes. Illo loquente, cum sæpe ad millia hominum triginta adessent; tamen non strepitus, non murmur, non etiam excreatus audiebat; tantum erat omnium silentium & attentio. Quid igitur vnquam tale Demosthenes, aut vllus ex illis, qui disertis in sæculo sunt habiti? *Lib. 2. de bon. Stat. relig. c. 32.*

*Ioannes Molanus.*

Antonius Vlyssipponensis celeberrimus extitit vita, miraculis & doctrina. *In Martyrolog. Vlyssipponensis ad 13. Iunij.*

*Henricus Vvillot, ex Ordine Fratrum Minorum.*

Antonius de Padua talem se præstitit, vt quid potius mirer, vitæ ne integritatem, an selectam eruditionem, dicendique promptitudinem, & facundiam, dubius hæreo. Illam submissè venerantur omnes, alteram multi prædicant. *In Athenis de S. Antonio.*

*Ioannes Trithemius, Abbas Sparbeimienfis.*

Antonius dictus de Padua, natione autem Hispanus, ex Vlixbona ciuitate oriundus, Ordinis Minorum, & B. Francisci discipulus, vir in diuinis Scripturis eruditissimus: quippe qui ante ingressum Ordinis Theologiam Tolosæ, Bononiæ, & Patauij multo tempore gloriosè docuit, & discipulos post se insignes reliquit. Tantæ sanctitatis extitit, vt multis viuus & mortuus coruscaret miraculis. fuit autem excellentissimus prædicator; adeo vt Summus eum Pontifex Arcam testamenti consueuerit appellare: & S. Franciscus eum suum Episcopum vocare solebat. Scripsit inter cetera ingenij opuscula valde elegantes & ardentissimos.

Sermones de Tempore. Lib. 2. Erunt signa, &c.

Sermones quinque de Sanctis. Lib. 1. Claruit temporibus Frederici Imperatoris secundi, anno Dom. M. CC. XXX. & propter miraculorum frequentiam, post mortem à Gregorio PP. nono vna cum S. Dominico, & Helizabeth Landtgrauia Thuringorum, Catalogo Sanctorum statim insertus est. *Catal. script. Eccl.*

*Robertus à Licio, Episcopus Aquinatensis.*

Cuncti ferè mortales, qui baptismali characterè sunt insigniti, beatum Antonium Paduanum deuotione ardentissima colunt ac venerantur, nec ipse patrocinium suum inuocantibus negat. Nullus à fonte suæ dulcedinis sitibundus abscedit: omnibus ipsum inuocantibus præsto est.

est. *Serm. de S. Anton. Paduano.*

*Idem.*

Liberantur eius interuentu à naufragio sapissime nauigantes, à periculis grauissimis, mulieres parturientes, ab infirmitatibus variis illas patientes, ab opprobrio sterilitatis vxores, propterea quandoque viris odiosæ à periculis fluminum, latronum, aliorumque discriminum peregrinantes, propterea à toto orbe sanctus hic à cunctis fidelibus fidelissimus aduocatus exposcitur. *Serm. de S. Ant.*

*Guillelmus Pepinus Domin. Dòctor Paris.*

Habet hic sanctus priuilegium à Domino circa res perditas, quæ sæpe suis meritis recuperantur, & hoc idem ipse frequenter expertus sum, ita vt merito de eo dicere possim, quod Bernardus dicit in laudem Dei genitricis Mariæ, Sileat tuas laudes, o B. Antoni, qui te deuote inuocatum in necessitatibus suis sibi neminerit defuisse. *Serm. de S. Anton.*

*Henricus Sedulius Ordinis Minorum.*

S. Antonius audita Martyrum quinque Franciscanorum gloriosa pro Christo morte, sicut elephas vna conspecto sanguine fuit exacutus in prælium, vt ex ordine Regularium S. Augustini adscriptus, in illam prætoriam cohortem Minorum, spe mortem obeundi pro Christo ipse in Africam transmisit, sed diuino consilio Italiæ & Galii ab hæresi Albigensum repurgandis seruatus, vi & efficacia concionum, stupendisque miraculis, hæresiarchas aliquot præter alios bene multos erroneos ad ouile Christi reduxit, iure nominatus malleus hæreticorum, & singulari scientia sacrarum litterarum, arca testamenti, anno Iubilæi Romæ publice perorans, à peregrinis diuersarum linguarum vt olim Apostoli intellectus fuit vocalem ad miraculum, facundissimosque sermones eius tringinta hominum millia Patauij, cum templa non caperent, ad campos audituri procurrebant, natura solum M. CC. XXXI. scriptis homiliis mysticis, Gregorius IX. adlegit inter sanctos, cuius lingua 32. post obitum anno incorrupta visa fuit. Patauini ædificato magnificentissimo templo, piissime colentes, beneficia eius, quotidie sentiunt. *Tract. de imag. sanctorum Ordinis.*

*Franciscus Hareus.*

Pluribus egregiis facinoribus velut virtutum suarum coronide clarus, vir sanctus hæresiarchis passim in publicis disputationibus, ab eo palam conuictis, vt Arimini, Tolosæ & Mediolani (vnde ab omnibus indefessus hæreticorum malleus dicebatur) inter manus adstantium dormienti similis leuiter expirauit, tum in vita tum post obitum miraculis clarissimus *In eius vit. ad 13. diem Iunij.*

*Antonius Guarenus Patauin.*

Hic ille natus vltimas Tagi, qui ad vndas, nobili Domo paternis commodis Mendicitates prætulit. Qui Christi amore faucius, In mille se discrimina

Coniecit, vt cœlestiam Choro adderetur Martyrum.

Hic singulari præditus

Linguae eloquentis munere, Quancumque adiuit vrbium Mores fugauit improbos.

Orci fugauit agmina,

Infanda, & æris artubus

Salubre robur indidit,

Pacemque in orbem retulit,

*In Hymno quem in honorem S. Antonij composuit.*

*Pelbartus Themesnarius Ord. Min.*

Sicut in vita mirificauit eum, dando ei gratiam recuperandi animas perditas, sic existenti in cœlo, dedit gratiam mirabiliter per eius merita recuperandi hominibus res perditas. fuit magnæ & præclaræ sanctitatis, sapientiæ & charitatis, continua ægritudine fatigatus, nihilominus toto posse insistebat verbi Dei labori, quot lustrauerit prouincias, & terrarum partes verbi Dei semine repleuerit, longum esset enarrare, Cardinalium multitudo & ipse summus Pontifex ardentissima deuotione eius prædicationem audiebant, beatum se putabat, qui de eius tunica aliquid præcindere, vel fimbriam eius tangere poterat. *In Serm. de eo.*

*Petrus de Natalibus Episcopus Equilinus.*

Cum B. Antonius de cruce Domini prædicaret, visus est S. Franciscus in aère adhuc in carne degens, longe tamen positus, quasi prædicationem Antonij gestibus laudabiliter commendans, post mortem corpus eius quinque diebus inhumatum remansit, nec vlla exinde corruptio subsecuta est, fœtor aut exhalauit, cum tamen calor immensus esset, vt pote Iunio mense, omnibus ægris, qui ad eius loculum accedebant, per ipsos quinque dies quocumque languore sanatis. *In eius vita.*

*Antonius Posseninus Societ. Iesu.*

Antonius Vlyssipponensis Lusitanus Ordinis Minorum S. Francisci discipulus, sanctitate, miraculis, & doctrina clarus, quem Greg. nonus Pontifex Max. arcam testamenti vocauit. Scripsit sermones de tempore & de sanctis. *In Apparatu.*

*Franciscus Maurus Ordinis Minorum.*

*Loquitur de S. Anton. & S. Bernardino.*  
— Hi virtute pares, tenerisque sub annis,  
Ambo vna obducunt rigidis sua corpora lanis,  
Ambo se adducunt diuis, arisque deorum,  
Inde acres membris, solidaque atæ videntes,  
Ore tonare ambo: cœu fulgura bina videntur.  
Ætheri mandata patris, vastique per orbem,  
Suggestis super excelsum, ac diuinitus acti,  
Fingere corda hominum & sanctis componere distis.  
*In historia Francisc. lib. 2.*

*Franciscus Mendonzius Societ. Iesu Doct. Theol. insignis.*

Felicem, acter, & amplius felicem Lusitaniam, Beatam, & multis nominibus beatam Olissiponem. Fortunatissimam atque omnium quæ florent, vrbium fortunatissimam Conimbriam! Ad quarum feracitatem solj, salubritatis

tem cœli, hospitalitatem salu, rerum omnium, quas desideres, felicitatem, nouus quidam cumulus accessit, non humana beatitatis, sed diuinæ. In solentis orationis exordium, nisi meus me fallit animus, in vestris nouam audiendi auiditatem concitauit. Quam tu, inquit, iacentis patriæ, ne dicamus penitus sepultæ fortunam memoras? Quid in afflictis rebus ac propè desperatis non calamitosum? qua spe cadentes erigis, malè animatos consolaris, retines ne labent vacillantes? Quid inuenisti inter tot fortunæ ictus fortunatum? Quid inter tot gloriæ detrimenta gloriosum? O Heroem Lusitanæ pariter alumnus & altorem! Antonius ille est, Antonius omnium maximarum virtutû præsidio munitus, qui Conimbricam beat, Olissiponem felicitat, Lusitaniam vniuersam, quam amplissimis decorat ornamentis. Quantum gloriæ Lusitanorum armis partum est (est autem plurimum) totum id exiguum & inane est, si cum ea gloria conferatur, quæ ex clarissimis Antonij virtutibus in patriam redundauit: longè; lateque Lusitanorum se virtus fundit, longius tamen ac latius vnus Antonij potestas dominatur. Illorum imperium, vt nimium se extendat, terrarum spatium definitur; huius vis ac dominatus, ne totius quidem orbis amplexu continetur.

At mihi obsecro tantis; et per silentium vacante, efficiam vt hoc ipsum Lusitanorum imperium augustissimum iudicetis, si cum illo comparetur, quod vnus sibi Antonius vendicauit.

Virtus Antonij, quam omnium Lusitanorum imperium lauius se effundit & extendit! illi enim, quamuis in omnia liberè excurrant, tamen eiusdem terræ limitibus circumscripsi in angustissimum possessionis gyrum compelluntur. Antonius terram, quacunque patet, premit imperio: maris nullius iugum patientis contundit iras: aërem licenter euagantem, nutu regit: ignis edacitatem, ne omnia pariter deuorer, compescit: quidquid infra lunam est, supercilio moderatur.

Ad singula quæso animum intendite; ex singulis non mediocrem voluptatem haurietis, & vt altè repetam à summo orbis fastigio, audite vt ignem voracissimæ naturæ belluam frænauit. Hæc femina pia quadam religione in Antonium non vulgariter affecta, concionantem auditura proficiscitur, filio quem vnicum lactabat, intra ædem præcluso non sub alterius tutela, quam Antonij, cuius operam omnibus auxiliariam credebat sibi quoque minime defuturam: fortè accenso foco pendeat desuper ahenum, in quod infantulus, dum improvidè hac illac repit, præcipitem se agit, ita vt foras se protipere, neque sciret, neque posset. Quid existimatis contigisse? Vigeat ignis, flamma exultabat, aqua in lebece bulliebat, feruecebat, æstuabat: puellus (O rem ad omnium memoriam sæculorum prædicandam!) quasi lauatam ad balnea veniret, aut animi gratia in hypocaustis desudaret, inter ebullientis calidæ scatebras festiuiter colludebat. O eximiam Antonij virtutem ac propè singularem! quæ vna flammarum vires consopit, ne infantem suo præsidio commissum abolerent.

Iam qui ignem subegit omnia voraciter helleuantem, attendite eadem, qua cœpistis beneuolentia, quo pacto de finitima aëris regione victor etiam triumphauit. In æquata, aperta que planitie

ad frequentem multitudinem orationem Antonius habebat: omnium animi eo iam iam erant impellendi, vt rebus humanis valere iussis vitam moresque ex virtutis præscripto conformarent. Ecce tibi casu ne, an Tartarei hostis maleuolentia, incertum: toto cœlo spissæ nebulæ funduntur, quæ in teterrimas coactæ nubes diem adiungunt. Cimærias tenebras obtundunt. hæc adhuc ita erant, cum repente tonitru rumpuntur nubes, exprimuntur ignium ardores, ventorum furia debacchantur, aquarum perpluit tanta copia, quanta maior nec in sublime cogi, nec in terras effundi posse videretur. Auditor intempestiua territus tempestate discessum meditatatur, hac illac diuersus abire parat, & in fugam sese conicere ipsa pluuia fusioem Absit (inquit Antonius) nemo hinc se auferat, vestigio omnes hereant in eodem: ceteras res posteriores ponite, meam in dilectionem aures intendite, haud dubium, quin vobis à cælo clementius, quam putatis, consulatur. Res mira! Procella sanire pergit, multiplicari fulgura, tonitrua exaudiri, turbines tumultuari, nimbos in singula momenta largiores continenter effundi, ea solum area, quam Antonius, & quæ Antonio aures dabat, multitudo occupauit, halcyonea tranquillitate fruebatur. Videtis, vt ipsi quoque aëris tractus Antonij non viribus, sed votis studiosè obsequantur, & quem ille postulat, officiosissimè præstent famularum? O imperium non humani iuris, sed diuini, cuius in consortium Deus ipse Antonium diuinæ bonitatis confortem cooprauit.

A cælo iam in mare sensus vestros quæso auocate, palam vobis erit, hoc non minus, quam illud clarissimi herois, non dico imperio, sed nutui paruissè. Prope litus, vbi mare multiplici vndarum collisione efferuescit: cælestis doctrinæ præco singularis aliquando confedit, & cum plebem duro & immitti ingenio ad pietatem non satis emolliret, suam aliorum trahit dictionem, pisces qui soli nesciunt inter animantes mansuescere, euocat in litus, ad colloquium inuitat, vt rebus diuinis audiendis suam operam commendent, adhortatur. Quis crederet, aliquem ita dicendo valiturum, vt tam rudes auditores erudiret, iam indociles edoceret, tam inexorabiles exoraret. Omnis subito maris tumor sese frangit, molliter crispantur vndæ, placido æstu ripæ alluuntur, pisces ex abditissimis specubus, in quos illos natura detrusit, & compegit foras emicant, in summa aqua gregatim enatantes confertissimè densantur, suis quique ordinibus, vt maiores, aut minores erant, poriuntur: omnes in dicentem intendunt oculos, perpurgant aures, fauent, applaudiunt, gesticulantur: tandem fausta cum prece abire iussi, colla submitunt, pinnas explicant, hilaritudinem ostentant, obsequium pro anathemate rependunt: deniq; moderatoris sui ex conspectu sensim abducuntur, manifestariis iudiciis testati, se in posterum vel minima voce euocatos tanti oratoris, vel potius imperatoris iussui affuturos. Ecquid maius? Ecquid gloriosius fingi poterat? Vos ipsos appello testes. Sanè iuuenietis nulli vnquam duci obæratos famulorum greges tam peramanter obsequutos, quam liberaliter Antonio indomitæ, & effrenes belluæ ancillatur.

Agite vero & ipsius terræ in alutem suam obseruantiam, & studiosam feruitutem contemplamini. Non dico, qua facilitate Antonius ste-

Antonius de aëre triumphat.

Antonius de mari triumphat.

Antonius de terra triumphat.

Lusitania felix propter Antonium.

D. Antonij imperium.

Antonij in quatuor elementa potestas.

Antonius de igne triumphat.

Daniel. 3.

Exod. 14.

1. Reg. 1.

Virgil. 1. Georg. Hier. ep. ad Euseb. 1. Cor. 13.

Orationis argumentum. Cur ex omnibus Antonij membris lingua manserit incorrupta.

Bernard.

riles & emaciatos agros fecundaret, nutantis ac desidentis terræ labes coerceret, solidos montes in immensum superciliis fastigiatos imis quateret fundamentis, terram denique totam suis libratam ponderibus, suis nutibus ad infimum ad hærescentem media orbis sede, si opus esset, amoliretur. Vnum illud admirari satis nequeo, vel mortuos, quibus terra suo iure dominatur, ab eiusdem faucibus ereptos, & in vitales auras vnus imperio Antonij restitutos. O vim incredibilem! ô potentiam admirabilem! quæ terrarum molem ita versat, vt intus pariter ac foris imperet, & ahenos inferorum obices infringat! Magna est Antonij potestas, magna est: & quæ sola omnium veterum heroum potestatem exquare videatur.

Antiqui illi heroes dominationis suæ regiones fortiti, certis terminis claudebantur, vltra quos non licebat euagari. Daniel Babylonicæ fornacis incendium ita compressit, ita sepeliuit, vt flamma innocuo lapsu circum humeros, circum pedes ambulantis funderetur. Helias ita cœli plagas in ius suum vendicauit, vt illius ad arbitrium modo cœlum vernare, modo hyemare videretur. Moyses Erythræum mare ita subegit, vt cedentibus vtrinque fluctibus facilem sibi viam in vltiorem ripam aperiret. Saul tantum habuit in terram dominatum, vt vel è penitissimis illius visceribus Samuelis animum in apertam lucem euocaret. At vero Antonius terræ, mari, cœlo, igni dominatus, omnium imperium suo hausit imperio, omnium potestatem sua potestate superauit. O clarissimum totius orbis domitorem! felicem Conimbriam! beatam Olissiponem! fortunatam Lusitaniam, cuius fama ob egregia Lusitanorum facinora solis terrarum spatium propagata, modo ob singularem Antonij virtutem iisdem, quibus solis cufus, regionibus ac terminis inclusa continetur. In oratione prima de eius laudibus.

Idem. Si mihi sint lingua centum, oraque centum, vt cecinit Mantuanus: si cuncta corporis mei membra vertantur in linguas, vt inquit Hieronymus: si linguis hominum loquar, & Angelorum, vt ait Paulus, nullam partem consequi poteram eorum laudum, quæ debentur sacrosanctæ Antonij linguæ: quæ cum tacet loquitur, cum obit, viuit, cum sepelitur, resurgit, cum abire in cineres putatur, vitalem redire in pulchritudinem videtur.

Quæto igitur, cur ex omnibus sanctissimi Antonij membris sola lingua incorrupta, ac parè viuens perseueret? Primum aliter contingere debuissè, ostendo paucis: vnicum ita conficio argumentum. Corruptio infligitur à Deo in peccati pœnam, nullum membrum est, quod frequentius, & grauius delinquit, quam lingua, ergo lingua potius, quem membra cetera, videtur in cineres abitura. Consequentia bona est. Confirmatur. Vt alij, quam alij, grauius peccant, ita grauius puniuntur. Hinc illud, Potentes potenter tormenta patientur, & fortioribus fortior instat cruciatio, Sap. 6. & iterum superba illa Babylone, Apocal. 18. Quantum glorificauit se, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum, & luctum, quæ in loca Bernardus, Iuxta qualitatem culpa, pœnam sustinebit vnusquisque gehennæ. Ergo pariter in singulis hominibus, vt alia membra, quam alia grauiores admittunt culpas, ita æcerbiores subeunt pœnas: vt verum illud sit, Sap. 11. Per quæ peccat homo, per hæc & tor-

quetur, vbi Innocentius, Singula, inquit, membra pro suis peccatis singula sustinebunt tormenta, vt in eo puniantur, in quo peccauerunt. Quare, si lingua grauius peccat, grauius puniri debet, & si peccati pœna est corruptio, citius corrumpi.

Illam igitur maior propositio, corruptionem peccati fuisse pœnam, illustratur. Corruptio triplex est: Prima, qua quis abire in nihilum: secunda, qua animus à corpore separatur: tertia, qua cadauer in terram soluitur, omnes à peccato ortas ostendo facile. Primam, qua quis abire in nihilum. Augustinus, Nihil sunt homines, cum peccant. Anselmus, Quoties à bono denias, nihil efficeris. Bernardus, peccato in nihilum redacti sumus. Ezech. 28. Peccasti, nihil factus es, & non eris in perpetuum. Paulus 1. Cor. 3. Si habueris fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habueris, nihil sum. Secundam corruptionem, qua animus à corpore separatur, peccati filiam vocat Nazianzenus: patet Gen. 2. In quocunque die comederis ex eo, morte morieris. Augustinus, Non lege natura mors infligitur, sed lege peccati. Eleganter Oseas 13. peccata appellat, venas mortis, quia quemadmodum, inquit Hieronymus, per venas terra aqua deducitur, ita etiam mors per peccata in orbem deriuatur. Non minus eleganter Paulus ad Rom. 6. Stipendia, inquit, peccati, mors. Nam, vt explicat Caietanus, Sicuti pugnanti militi debetur stipendium: ita etiam peccanti homini debetur mors, serius ocyus sine dubio soluenda. Tertiam corruptionem cadaueris in terram à peccato proficisci, hæc ostendunt. Peccauit olim Tyriorum princeps: quas illi pœnas cœleste minatur oraculû? Ezech. 28. Dabo, inquit, te in cinerem super terram in conspectu omnium videtur te. Peccauit Hebræorum populus: quod illi supplicium Isa. 33. prædicit? Erunt, inquit, populi, quasi de incendio cinis. Peccauit infidelium multitudo: quem illi exitum Malachias 4. portendit? Calcabitis, inquit, impios, cum fuerint cinis sub planta pedum vestrorum. Peccauit (vt iam libeat fontem ipsum vestigare) parens humani generis Adamus: quod illum abripuit infortunium? Gen. 3. Puluis es, & in puluerem reuerteris. Palam igitur iam est omnem corruptionem è peccato, tanquam è primo fonte emanasse.

Super est, vt minor illa propositio confirmetur linguam frequentius, & grauius, quàm membra cetera peccare. Frequentius, non est dubium. Ideo Iacobus epist. suæ 3. linguam vocat vniuersitarem iniquitatis; quia, vt inquit Basilus, Multiforme est lingua peccatum, & vita nostra referta est lingua delictis. Quare diues ille, qui à Lazaro implorat auxilium, vt refrigeret linguam suam, Luc. 16. quem, vt loquitur Chrysologus, gehennæ flamma complectitur, & totus possidet ignis inferni, solius linguæ ætibus desiderat subueniri. Quæ causa? Cyprianus, Inter omnes corporis partes magis os eius, & lingua eius dat pœnas, quia plus lingua, & ore peccauerat. Peccat igitur lingua frequentius. At peccare grauius quis dubitet? Certè non Augustinus, cuius illud est oraculum, grauiora sunt vulnera linguæ, quam gladij. Non Chrysostomus, cuius illud verbum est, Lingua magis incipit, imò tricipitem, cuius vno ictu tactum sæpenumero vulneratur charitas, ledit conscientia. Neque vero, addit Bernardus, huiusmodi linguam ipso etiam mucrone, quo Domi-

Innocent.

Corruptio pœna fuit peccati.

August. tract. 1. in Ioan.

Anselm. lib. Soli. cap. 1.

Bernard. 5. de cons. cap. 10.

Nazianz. August.

Hieron.

Caietan.

Lingua frequentius peccat.

Basil.

Chrysol.

Cyprian. Lingua hæc gita.

August. Chrysost.

Bernard.

nicum latus confessorum est, crudeliorem dicere verearis: siquidem Christus suum sibi latus lancea voluit aperiri, ne tu alienum tua lingua vulnerares. Dicit aliquis: Hæc de improborum lingua dici possunt, non de iustorum? Sed occurrit Hilarius, *In optimis eius hominibus lingua promptissimus lapsus est.* Ergo lingua etiam iusti promior est peccato. Quid dico, lingua iusti? Adde & Angeli. Bernardus, *Vtilis est frater, qui loquitur, sapiens est, Religiosus est, ac timens Deum est, plus dico, Angelus est: etiam sic caue tibi ne audias, unde ladaris. Nec personam tibi velim esse suspectam, sed linguam. Maria non in Angelo, sed in sermone eius: ne Angelicum quidem verbum sine discussione prateriens cogitabat, qualis esset ista salutatio.* Ergo cum omnium linguæ promptissimæ sint ad peccandum, & cum peccati pœna sit corruptio: nulla prorsus lingua esse debuit à pœna corruptionis immunis. Hæc pro hac parte, longius, quam par erat: breuius, quam res ipsa postulabat.

Certum tamen est, non de nihilo fuisse Dei consilium, qui nobis Antonij linguam perpetua hæreditate legauit. Igitur trigesimo secundo anno à sanctissimi viri obitu, aperitur capsula, in qua sacrum corpus conditum seruabatur. parent mēbra cætera soluta in cineres: vna lingua succi plena, & sanguinis, viuere visa est, & spirare. Aderat totius ordinis Antistes Bonauentura, excipit in manus cælestem thesaurum, gaudio delibutus fundit vberim lacrymas, *longo tandem post tempore fatur. O lingua benedicta, qua Deum toties benedixisti, atque alios benedicere docuisti!* En prima causa, cur Antonij incorrupta conseruetur, & illæsa. Deum semper benedixit. Iobum ab imis vnguibus vsque ad summum verticem capitalis hostis lethaliter vlcerauit: linguam tantum reliquit incolumem, vt colligitur ex 19. *Derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos.* id est, in erprete D. Thoma, *omnibus aliis officiis membrorum cessantibus, solum mihi remansit loquutionis officium: vel, vt clarius interpretatur Hieronymus, ex omnibus aliis membris vnā mihi linguam reseruaui.* Quo merito, quo iure lingua tantum superstes fuit? Deum semper benedixit. Nam, vt bene Augustinus, *Lingua, qua Deum maledixit semper minuitur, lingua qua Deum benedixit semper augetur.*

Causa altera. Antonij lingua fuit prædicatrix veritatis: ergo aterna esse debuit, non caduca. nam rectè Ambrosius. *Qua verā sunt, aterna sunt.* Achan de anathemate prædæ Ierichontinæ furatus est regulam auream, seu, vt habent LXX. & Chaldaicus Paraphraustes, *linguam auream, posuitque eam in tabernaculo suo,* Iosue 7. Huius sceleris quas pœnas dedit? Ipse lapidatur, lingua flammis aboletur. *Hæc lingua, inquit Origenes, vana est Rhetorum eloquentia, qua qui vtitur in concionando vanus est: quia, vt loquitur Cyprianus, venerationem venatur.* merito igitur lingua vanitatis euanescit. Non sic lingua Antonij, non sic. Lingua fuit veritatis. Merito, vt à Vate Regio Psalm. 79. interprete Hieronymo appelletur, *Cedrus Dei.* Cedrus, inquit Plinius 13. nat. 5. *non floret, sed fructificat.* Vnde Dauid 91. *Iustus, inquit, vt palma florebit, & sicut Cedrus Libani multiplicabitur.* Cedro fructus attribuit, non flores. Lingua igitur Antonij Cedrus erat, non florebatur, tamen fructificabat, quia veræ doctrinæ sementem faciens maximarum virtutum fructus

colligebat. Verè Cedrus, quæ exedi non potest, non corrumpi, sic Antonij lingua corruptionis expers est, æternitatis typus est.


Rationem adiungo tertiam. Hæc lingua erat arca fœderis, erat virga Aaron, erat gladius Dauid, erat sedes Dei, erat clauis cœli, erat areola aromatis, etiam rationale iudicij, erat pignus patrociniij nobis in Antonio nunquam defuturi: ergo corrumpi non debuit, sed intacta conseruari. Ostendo singula. Erat arca fœderis, quia quemadmodum arca facta est ex lignis Sethim imputribilibus, Exod. 25. Ita Antonij lingua incorruptibilis naturæ esse debuit. Erat virga Aaron. Illa virga percussit silices, effudit aquas: hæc lingua percussit corda, excussit lacrymas: *illa, inquit Chrysostomus, diuisit fluuios, hæc fregit iniquitatem terræ: de hac enim Isa. 11. Percutiet terram virga oris sui: ergo si illa ab arbore auulsa iterum fronduit, iterum germinauit: quid mirum si hæc à reliquo corpore separata nobiscum viuat, nobiscum colloquatur.* Erat gladius Dauid. *Ille gladius, Chrysostomo teste, caput amputauit Gigantis; hæc lingua ostia fregit tartarei ceruicis: ergo si Dauid posuit illum gladium in tabernaculo suo, vt esset illi ornamento, 1. Regum 17. Cur Christus hanc linguam in Ecclesia sua non conseruet, vt illi conciliet venustatem? Erat sedes Dei. Cœlum sedes Dei est, quia enarrat gloriam eius. Dauid 18. Hæc lingua sedes Deo fuit, quia semper eius laudes prædicauit: ergo si cœlum non corrumpitur, cur hæc lingua corrumpatur? Erat clauis cœli. *Clauis cœli, inquit Chrysostomus, fuit lingua Elia, iubet enim, & clauditur cœlum, orat postmodum, & aperitur: clauis cœli proculdubio erat lingua Antonij, quæ verbo fistebat, verbo effundebat pluuias: ergo si lingua Elia adhuc incorrupta immortalitatem prædicat mundo, vt inquit Epiphanius, lingua Antonij adhuc viuens, adhuc virens, cur in nobis non excitet spem æternitatis? Erat areola aromatis, Cant. 6. *Areola aromatis, inquit Gregorius, lingua est prædicatorum: aroma, inquit Vatablus, doctrina est Scripturarum.* rursus aromatis mirta virtus est ad cadauera conseruanda: vnde præcepit Ioseph feruis suis medicis, vt aromatibus condirent patrem, Gen. 50. ergo Scripturarum quibus semper vtebatur Antonius, mira fuit efficacia ad eius linguam ab omni corruptionis labe eximendam. Erat rationale iudicij. In illo rationali veritas erat, & doctrina, Exod. 28. In hac lingua irrationabili quidem, vt inquit Ambrosius, sed rationabilem vocem exprimente, nihil aliud, quam doctrina, & veritas cernebatur. Illud rationale quadrangulum cum esset, stabile credebatur & firmum: ergo hæc lingua quadripartita Euangeliorum doctrina figurata, semper debuit superesse, nunquam vero aboleri. Erat tandem pignus patrociniij, quod nobis semper præstat Antonius. *Si enim, inquit D. Leo, cum de Petro loquatur, hanc pietatis suæ curam omni populo Dei ubique præstat: quanto magis alumnis suis ubique semper impendet.* Huius ergo beneficiij, quod aptius pignus nobis dare poterat Antonius, quam linguam: vt ostenderet suam linguam, suam vocem, suas preces suorum Lusitanorum traditas esse, ac**

dicatas in salutem. *Gaudeat ergo terra nostra, inquit Ambrosius de Nazario loquutus, gaudeat Olissipo, triumphet Conimbrica, Lusitania vniuersa hilaretur, nutritrix cœlestis militis, & tantarum parens fecunda virtutum, qua eundem habet apud Deum, & alumnum, & patronum.* Imò, subdit Ambrosius (illius fermè verba sunt, propriis tantum nominibus in rem nostram variatis) *imo totus exultet orbis, nam licet (Antonius Patavinus) sit priuilegio sepulchri, Olissiponensis, con-*

*ditione incunabili, Conimbricensis, sorte educationis, omnium tamen est communione suffragij: non enim clauditur locis, quod effunditur meritis. Omnibus lingua illa data est in pignus, vt pro omnibus Deum oret. In vno Zacharia, nam ait Ambrosius, totus ad Deum populus loquebatur. In vna lingua Antonij tota Olissipo, tota Conimbrica, tota Lusitania, tota Italia, totus orbis ad Deum loquitur sine dubio audiendus. Oratione 1. de S. Antonio in viridario.*



ORDO CAPITVM.

- I.  *Enus S. Antonij & pueritia.*
- II. *Carnem macerat, mundum deserit, pectus suum imbuens caelestibus disciplinis.*
- III. *Exemplo SS. quinque Martyrum Minorum, desiderans martyrium, sancti Francisci instituto initiatur.*
- IV. *Spe martyrij ad Saracenos abiit: sed pro uidentia Dei reuersus, seruatus fuit plurimorum saluti.*
- V. *Missus in Æmiliam, solitariam vitam agit, admiranda seipsum exercens abstinentia.*
- VI. *Illius absconsa lux clarere cepit in oratione, quam iussus habuit ex tempore.*
- VII. *Missus prædicat Verbum Dei, nemini blandiens, hæreticos conuincens.*
- VIII. *Magna gratia & fructu Roma prædicans, raraque eruditione procerum Ecclesia amicitiam sibi conciliauit.*
- IX. *Sacram Theologiam zelo fidei, multis in locis, Fratres sui instituti docet, Spiritu prophético futura prænuntiat.*
- X. *Ipso concionante S. Franciscus, absens licet, mirabiliter tamen apparuit.*
- XI. *Instituti muneribus defunctus, solis concionibus habendis & scribendis totus incumbit.*
- XII. *Diabolus virum sanctum præfocare conatur: frequentissimus ad illius concursus auditorum.*
- XIII. *Concionum eius magnus fructus & utilitas.*
- XIV. *Hæreticos insectatur accerrimè: illustri miraculo Tolosa hæresiarcham conuincens conuertit.*
- XV. *Roma concionatur, & à peregrinis va-*

- riarum gentium linguarumque similiter intelligitur.*
- XVI. *Corpore absens visus est coram præfungi suo officio.*
- XVII. *Miraculis aliquot, fidei doctrinaque eius veritas confirmatur.*
- XVIII. *Alia prodigia in testimonium veritatis.*
- XIX. *In concione detegit occulta prodigiosa.*
- XX. *Padua Vlyboam vsque nocte vna peruenit, captos iniuste parentes liberatum.*
- XXI. *Quanta energia concionum eius, & cura salutis animarum.*
- XXII. *Ecelinum tyrannum liberrimè increpans, multis sceleribus abstinere facit.*
- XXIII. *Paduam multis honoribus decorandam vaticinatur.*
- XXIV. *Sub mortem vitam degit ruri, egrat, abit è vita.*
- XXV. *A morte apparet Abbati Vercellensi, quem ex gutture facit sanum suo tactu.*
- XXVI. *Morte S. Antonij nunciata, Paduani de sacro certant corpore; quod omnes attingere cupiunt.*
- XXVII. *Motibus cinium compositis, sacrum illud corpus honorificentissimè sepelitur.*
- XXVIII. *Miracula frequentissima plurimos ad inuisendum illud eius corpus pertraxere.*
- XXIX. *De Canonizatione & miraculis ante Canonizationem relatis.*
- XXX. *Bulla Canonizationis Gregorij IX. P. M.*
- XXXI. *De translatione corporis eius.*
- XXXII. *Miracula post Canonizationem eius referuntur.*

Hilar.

Bernard.

Bonauent.

Virgil.

D. Thom.

Hieron.

August.

Ambros.

Oigen.

Cyprian.

Hieron. Plin.

Ambros.

D. Antonij lingua erat arca fœderis.

Erat virga Aaron.

Erat gladius Dauid. Chrysost.

Erat sedes Dei.

Erat clauis cœli. Chrysost.

Epiph.

Areola erat aromatis. Gregor. Vatabl.

Erat rationale iudicij.

Ambros.

D. Leo.





VITA  
SANCTI ANTONII  
PADVANI  
ORDINIS MINORVM.

CAPVT PRIMVM.

*Genus Sancti Antonij,  
& pueritia.*



**S**T in Lusitania regno ad plagam occidentalem, in extremis orbis finibus vrbs quaedam, incolae Vlyssbonam vocant: quod ab Vlysse (vt aiunt) bene sit condita. In ea templum mirae magnitudinis exstructum est, in honorem matris Dei & perpetuae Virginis Mariae; in quo Beati Vincentij martyris sacrum corpus honorifice asseruatur. Ad eius templi partem occidentalem, felices B. Antonij parentes honestum habuere domicilium, ipsis templi foribus valde propinquum. Ex illis, in ipso iuuentutis flore procreatus B. Antonius, cum sacri baptismatis salutaribus expiaretur vndis, Fernandi nomen accepit. Qui deinde ab ipsis prope incunabulis, multa fuit morum probitate & integritate: nec sicut tenera puerorum solet aetas, mundi lasciuia & vanitatem complexus est; sed bonorum parentum sedulus imitator, Ecclesiarum & Monasteriorum crebro terebat limina, manusque suas libenter extendebat ad pauperes, vt illorum inopiam subleuaret, vt posset in illum quoque competere, quod de se beatissimus Iob ait: *Ab infanzia creuit mecum miseratio.* Pater eius vir nobilis fuit, miles Alphonsi Regis, Martinus nomine, mater eius Maria non inimo genere fuit.

S. Antonij patria.

Nomen a baptisate Fernandus.

Cap. 37. 18. Parentes nobiles.

CAPVT II.

*Carnem macerat, mundum deserit, peccatum suum imbuens caelestibus disciplinis.*

**C**VM autem puer esset rationis capax, a parentibus in ea, quam diximus beatissimae matris Dei Ecclesia, literis traditus est imbuendus, simul & educandus a ministris Christi, cuius erat praeco futurus. Ita pueritiae aetatem, instar Patriarchae Iacob, domi simpliciter exegit. Cum autem, accedentibus annis, sentiret improbos corporis motus, de carnis corruptione nascentes, nequaquam cessit petulantis ancillae prauis cupiditatibus, nec libidini frana laxauit: sed strinxit habenas, corpusque in seruitutem spiritus redigere nitebatur. Vilescebat ei in dies mundus iste, & ne puluis terrae felicitatis pedibus adhereret, animoque in via Domini currenti offendiculo foret: retraxit eos, cum necdum totos illos in ipso mundi primo aditu posuisset. Est autem, extra vrbs Vlyssbonae muros, Monasterium Augustinianorum, in quo viri spectatae religionis degunt, quos Canonicos Regulares vocant. Ad quos vir Dei spretis mundi oblectamentis se contulit, & illorum habitum induit humiliter ac deuote. Sed cum biennio illo, quo apud eos mansit, amicorum crebra visione, quae solet piis mentibus non parum importuna videri, interpellatus fuisset: vt omnes eiusmodi occasiones sibi praecideret, natalis solum deserere decreuit, vt apud externos Domino tranquillius & liberius vacare posset. Impetrata igitur, sed aegre discedendi copia a Superiore, non vitam institutum, sed locum mutauit, ad Monasterium S. Crucis de Conimbria feruenti spiritu commigrans, idque zelo seuerioris disciplinae, & studio maioris quietis. Quam autem ille non locum, sed morum mutationem & expetiisset, & fecisset, satis declarabat vita eius solito feruentior. Et quoniam teste D. Hieronymo: *Non Hierosolymis fuisse, sed Hierosolymis bene vixisse laudandum est*: talem se moribus

Genes. 25.

Carnem spiritui subiigit.

S. Augustini instituto se consecrat.

Locum mutationem & expetiisset, & fecisset, satis declarabat vita eius solito feruentior. Et quoniam teste D. Hieronymo: *Non Hierosolymis fuisse, sed Hierosolymis bene vixisse laudandum est*: talem se moribus

S. Scriptura diligenter elegit, rumiaturque, & ad mores trahit.

Et monumenta patrum.

Flagrat martyrij desiderio.

Ideoque instituto sancti Francisci se cupit addicere.

Fit minorita.

Vita S. Antonij.

moribus exhibuit, vt omnibus perspicuum esset, loci opportunitatem maiorem idcirco illum appetiisse, vt ad vitam perfectionem facilius posset pertinere. Neque vero mediocri studio semper excolebat ingenium, nec diebus nec noctibus pro temporis ratione a lectione diuina cessans, animu sanctis cogitationibus & meditationibus exercens. Solebat autem legendo historicae veritatis textu, allegorica comparatione confirmare fidem: & rursus ipsis Scripturae verbis conformare mores & affectum inflammare. Scrutabatur Religiosa curiositate profunda sermonum Dei: & contra errorum foueas, diuinae Scripturae sententiis intellectum communiebat, simul etiam sanctorum Patrum monumenta sedula lectione euoluens. Denique lecta tenaci memoria complectens, praeter omnium expectationem, magnam Scripturae diuinae est cognitionem adeptus.

CAPVT III.

*Exemplo SS. quinque Martyrum Minorum, desiderans martyrium, sancti Francisci instituto initiatur.*

**C**VM autem reliquias Sanctorum martyrum quinque Fratrum Ordinis S. Francisci, Dominus Petrus Infans serenissimi Lusitaniae Regis filius primogenitus, a Marochio adduxisset; & se, illorum meritis, a magnis periculis liberatum, per omnes Hispaniae prouincias diulgasset: Christi serutus Fernandus audiens mira, quae per illos fiebant, multo cepit flagrare desiderio, instar illorum, pro Christo hauriendum martyrij calicem: factusque seipso robustior, humano calcato timore, diuinae gratiae validissimo protectus clypeo, dicebat apud se, Vtinam coronae martyrum suorum participem me facere dignetur Deus! vtinam liceat pro Christi nomine, flexo poplite, carnificis ictum excipere! Interim nocte ac die rogabat attentissime Dominum, vt menti ipsius aspiraret, quod & illius voluntati gratius, & suae salutis conducibilis, & proximorum vilitati atque adificationi opportunus esset. Erat per id tempus procul a Colimbria, eo in loco qui S. Antonius dicitur, vbi Fratres erant instituto & professione Franciscani, literas quidem nescientes, sed vim atque virtutem literae vita & virtutibus exprimentes, qui ex praescripto Regulae, & professionis suae, elemosynam petaturi, ad monasterium viri Dei saepe venire solebant. Ad quos pro suo more, die quodam, visitandi gratia clam accedens, inter caetera ait ad illos; Ordinis vestri habitum, Fratres charissimi, ardenti animo cupio accipere, modo id mihi polliceri velitis, simul atque illum induero, missuros me vos ad regiones Saracenorum, vt cum S. Martyribus, merear ego quoque sanguinem fundere, & esse coronae illorum particeps. Illi his auditis, non mediocriter tanti viri sermonibus exhilarati, diem crastinum eius exsperando desiderio designant. Mox B. Antonius Abbatem suum pro obtinenda abeundi facultate precibus pulsat: eaque vix extorta, fratres Franciscani non immemores pollicitationis suae, mane redeunt, habitum suae professionis illi tradunt. Quo cum ille indutus esset, quidam ex Canonicis monasterij eius, acerbis animo dixit ad eum; Eas, eas: forsitan Sanctus eris. Ad quem ille conuersus humili voce dixit; Cum me in

Sanctos relatum audieris, profecto Deum laudabis. Possumus ex his colligere, quam gratus ille fratribus suis fuerit, cui nec Praelatus nisi admodum difficulter discedendi voluit facere potestatem, nec fratres hac in re suo eum fouere consilio, nec ille quem diximus, frater eius absentiam a quo animo potuit perferre. Puto equidem, non absque multo dolore & lacrymis, talem a se virum illos dimisisse, quem sui monasterij idoneum sese Praefectum breui habituros sperarent. Porro autem fratres Franciscani cum nouo socio suo domum properant, eumque amantet accipiunt. Sed quia formidabat vir Dei, ne parentes aliquam ipsi molestiam facerent, vt ipsum inquirerentium curam eluderet, mutato nomine, Antonium se dici voluit.

Antonij nomen assumens.

CAPVT IV.

*Spe martyrij ad Saracenos abiit: sed prouidentia Dei reuersus, seruatus fuit plurimorum salutem.*

**P**AULATIM autem crescebat in eo sitis martyrij, & zelus fidei magis ac magis eum extimulabat, nec eum quiescere patiebatur. Itaque quemadmodum se facturos receperant fratres Franciscani, fecerunt ei copiam ad Saracenos proficiscendi. Nec ille sibi moras neccendas putans, celeriter abiit. Sed praepotes Deus hac in re illius propositum plane retardauit, totius hiemis spatium graui eum morbo affligens. Quare compulsus ille, ad natale solum ob corporis curandam valetudinem se recepit: sed cum nauigando ad Hispaniae littora nauas appulsiuros speraret, ad Siciliam, ventorum impulsu delatum se sensit. Habuit ergo pro Christo moriendi & desiderium, & conatum vir omnium ore merito celebrandus; sed diuina prouidentia, vt post ipsa res docuit, plurimorum salutem eum seruauit, quos ille in diuersis regionibus, a facibus peccatorum reuocauit ad saluatae poenitentiae fructus.

Voluntati martyrij defuit: non voluntas martyrio.

CAPVT V.

*Missus in Aemiliam, solitariam vitam agit, admiranda seipsum exercens abstinentia.*

**N**ON longè tum aberat dies, in quem indictus erat Fratrum conuentus apud Assisium, quem Capitulum Generale vocant. Id vbi Messanae ex fratribus vir Dei rescium, seipsum confirmans; eo licet debilis & affecta valetudine profectus est. Eo autem conuentu solito, cum ille, quem Ministrum vocant, commissos ipsi fratres ad sua loca remitteret, solus Antonius a nemine expetebatur: quippe qui vt ignotus ita parum vtilis, aut idoneus existimaretur, atque ita solus in Ministri Generalis manibus relictus est. Accito autem fratre Gratiano, qui tum in Aemilia siue Romanodiola, fratrum Minister erat, secreto eum rogauit seruus Dei, vt a Ministro Generali ipsum acceptum, in Aemiliam perduceret, disciplinis regularibus illum erudiendum. Nul am vero litteraturae mentionem faciens, nihil Ecclesiasticam exercitationem iactans: sed intellectum & scientiam omnem captiuans in obsequium Christi, illud solum crucifixum se stare, se nosse, se complecti

S. Antonius ignotus negligit.

velle

Vitam aufere ducit solitarius.

velle proclamabat. Frater autem Gratianus miram eius deuotionem exosculans, votis eius assensit, secumque in Æmiliam abduxit: vbi veria impetrata, ad eremum Montis Pauli secessit, quietem animi & conscientia captare volens, Cum autem in ea eremo aliquamdiu moraretur, frater quidam cellulam precationi aptam in quadam crypta sibi condidit, vt illic liberius Deo vacaret. Eam vt vidit Vir beatus, à Fratrem illo sibi eius copiam fieri, precibus contendit. Non negauit ille. & Vir Dei per solito quotidie nocturnarum precum officio, ad eam cellam secedebat; sumptaque secum exigua panis particula, & in vase aqua, coquebat carnem parere spiritui; solitariamque illic quantum licuit vitam ducens sanctis cogitationibus & meditationibus spiritum aduersus tentationes communicabat, & diuino amore se confirmabat. Perstabat illic solus nocturnis horis in precibus; totumque se diuinæ moderationi permittens & commendans, in celestibus spei suæ ancoram solidissime defigebat. Nec deerant illi crebræ infestationes demonum, volentium eum in sanctæ orationis studio perturbare. Tanta autem se inedia maceravit: vt quemadmodum testantur ij, qui id viderunt, hora refectiois ad fratres rediturus, nutante præ nimia imbecillitate gressu, seipsum interdum sustentare non posset. Sic igitur vir ille plenus sapientia, non breui tempore simplex vixit apud simplices: & omnem arrogantiam humili corde deuitans, sub indocti persona, gratia lumen abscondit.

CAPVT VI.

Illius absconsa lux clarere cepit in oratione, quam iussus habuit extempore.

Sacris Ordinibus initiatur.

Sed non est passus Deus semper latere eum: Svoluit aliquando illum innotescere simplicibus fratribus. Cum enim multum iam temporis fluxisset, fratres pro sacris accipiendis Ordinibus ad forum Liuij, quæ est Æmilie ciuitas, confluxerunt: inter quos etiam adfuit Antonius & quidam fratres S. Dominici. Instante autem collationis hora, fratribus ex more congregatis, Minister loci illius Fratres Dominicanos rogauit, vt sitientibus verbum salutis proponerent. Illis recusantibus, quod nihil se præparassent, instigante eum fortiter Spiritu Dei, Minister ad Antonium de cuius eruditione nihil comperti haberat, se conuertens, iubet vt apud fratres dicat quicquid ipsi suggereret Spiritus Dei. Non putabat eum quicquam scire de scripturis diuinis, aut legisse aliquid, nisi fortè quæ ad Ecclesiasticum officium pertinerent: spem tamen nonnullam ei adferebat, quod audierat illum necessitate cogente, idque perraro, aliquid litteratè dixisse. Et certè cum tantus ille esset, vt memoria pro codicibus vteretur, & mystici eloquij gratia mirè afflueret: peritior tamen apud Fratres habebatur abluendorum culinæ vtensilium, quam Scripturæ sanctæ mysteria explicandi. Præfectum enim suum (quem Guardianum dicunt) supplex rogarat, vt magni beneficij loco ipsi permittere veller eluere coquinæ vasa, & verrere quotidie fratrum domicilia: nulli alij rei aptum & vilem se confitens, cum esset reuera vas electum & Spiritus sancti gratia multiuaria ornatum. Mundabat ergo quotidie humili ac deuoto corde culinæ res, & fratrum do-

Indoctus habebatur, qui à Deo doctus.

Qui humilimus sibi à pullo sui nectio.

micilia; eximia cuiusdam humilitatis & contemptus sui de se exempla præbens. Non ita agunt plerique alij, qui antequam sint discipuli, magistri esse volunt, seseque in cathedram importunè ingerere non verentur. Contra Antonius, iam perfectus in Scripturis diuinis inter idiotas & rudes laicos haberi maluit, quam sciolus aut magister videri, potiusque laboribus occupari culinariis, quam magistrerij cathedram occupare. Verum enim vero, licet totis viribus in id incumberet, vt à Ministro impositum munus liceret subterfugere, non tamen potuit voto potiri suo. Tandem ergo cedens tum illius voluntati, tum omnium precibus, cum timore Domini primo orsus est simplici: et ad eos dicere: sed cum vellet Dominus lucernam hactenus sub modio positam in omnium conspectum proferri, in orationis progressu, tanto verborum splendore, tanta mysticarum sententiarum altitudine vsus est, vt omnes in summam admirationem adducerentur, maxime quod præter omnium opinionem id eueniret, simul etiam eximia eius charitate non mediocriter ædificarentur: nec affirmare dubitarent eiusmodi sermonem nunquam se antehac audiuisse. Ita deinceps non minima affecti consolatione, venerabantur in illo diuinitus detectam diuinæ sapientia claritatem, cum tam insigni humilitate coniunctam.

Oratio illius prima est extemporalis, miraculo fuit.

CAPVT VII.

Missus predicat Verbum Dei, nemini blandiens, hæreticos conuincens.

Non diu post ad aures Ministri Generalis huius rei fama perlata, illius voluntate confusus est, rupto diuturno silentio, prodire in publicum, demandataque illi concionandi prouincia, cultor eremi missus est ad prædicandum Verbum Dei. dignus quidem tali ministerio, quod ipse, licet pollens diuina sapientia, sibi impudenter non vsurpasset, sed in collegio pauperum, verè pauperem spiritu se declarasset, & non nisi vocatus ad concionandum accessisset. Fuisse autem diuinitus vocatum, & vita illius, & obitus perspicuè docuerunt quibus priorem, nempe vitam, abiectione sui voluntaria, simplex innocentia, & disciplina monastica studium, commendant. posteriorem vero, id est, doctrinam cum zelo coniuncta charitas, & veritas & modestia, approbarunt. Quæ cum non possint omnia singularim referri, paucis dicemus, quemadmodum veritatem indiscriminatim omnibus annunciarit. Fecit nimirum instar Isaiæ cui dictum est, *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorum: mittetque Dei auctoritate fretus, ex eremi cultore, vbi sibi vni intederat, factus est præco Dei, non segniter fungens officio suo: ad proximorum conciliandâ salutem totum se contulit, in concionibus suis eam adhibens iustitiæ æquitatem, vt siue magnis siue paruis loqueretur, veritatis iaculis indifferenter omnes feriret. Arguebat incredulos, obsecrabat pios, impios obiurgabat, vt copiosissime: ita feruentissime, singulis accommoda & conuenientia salutaris doctrinæ monita depromens. Qui enim iam ante, vt supra, dictum est, passionis calicem tanto opere concupierat: nullius magnitudinis, etiam si mortis impenderet discrimen,*

In domini cam mittitur messum.

Isa. 58. Prædicat Verbum Dei.

Non in seimone adulationis.

Sed incipans in patientia & doctrina. Isa. 42. 15.

Ariminum ab hæresi expurgat.

Boniullus hæresiarcha conuertitur ad fidem Catholicam.

Arca testamenti appellatur à Pontifice.

Sacram Scripturam memoria tenebat.

pro veritate cedebat, sed mirabili strenuitate, etiam potentiam tyrannidi sese opponebat. Nulla proliis fledebatur personarum acceptione, nulla adulatione mollebat; non popularis transuersum rapiēbat fauor & opinio: sed iuxta prophetæ vocem: *Quasi plaustrum triturans nonnum habens rostra ferrantia, montes comminuit, & conualles quasi puluerem posuit.* Videbatur quasi ter quidam produsse Elias, zelo Dei feruens inflammatusque, igne Spiritus sancti ignitis sermonibus accendebat, & vrebatur auditorum tepida, torpentia, frigida & obscura corda. Personas quasdam sublimes reprehensione dignas tanta nonnunquam seueritate obiurgauit, vt plerique alij celebres concionatores illum audientes, ad intrepidam illius constantiam trepidarent, vultusque suos quodam pusillanimitatis rubore perfusi obtegerent. Circumibat per vicus, castra, vrbes & agros, & vitæ semina vbique largissime spargebat. Cumque ob zelum animarum passim discurreret, omnemque requiem sibi prorsus velle interdixit: contigit eum Dei nutu Ariminum peruenire, vbi cum multos cerneret hæresi correptos, mox totius oppidi conuocato populo, feruenti spiritu ad eos concionari cepit, veritatisque hæreticorum dogmata luculenter confutauit. Eas autem in auditorum pectoribus efficax sermo & doctrina salutaris fixit radices, vt profligatis tetrīs erroribus, non pauci ad fidei integritatem sint reducti. In quibus etiam Boniuillum hæresiarcham, quem triginta annis errorum tenebræ obcæuerant, ad sanitatem reuocauit, effecitque vt vsque ad mortem Ecclesiæ mandatis deuotus steterit.

CAPVT VIII.

Magna gratia & fructu Roma prædicans, rarique eruditione, procerum Ecclesiæ amicitiam sibi conciliauit.

Postea vero, priuato quodam negotio vtgente, à Ministro Ordinis Romam missus est: vbi tantam principum Ecclesiæ erga se beneuolentiam expertus est, vt & ab ipso Pontifice Maximo, & ceteris omnibus, concio illius incredibili studio & deuotione auscultata sit. Tam enim sublimiter facundo ore Scripturæ mysteria depromebat, vt Pontifex Maximus singulari quadam prærogatiua, eum *Arca Testamenti* appellaret. Habebat hoc vir Dei, vt sermo eius, pro rerum diuersa ratione semper in gratia, sale discretionis esset conditus, noueratque pariter & placidum, & seuerum se exhibere: quare fiebat, vt sermo eius & amore & timore afficeret auditores. Mirabantur in illo viri litterati tantum ingenij acumen, tantamque eloquentiam mirabantur illum erga omnes miro quodam prudentiæ & discretionis pondere sua verba librantem. Maiores non sine admiratione attendebant *Spiritualibus* *Spiritualia comparantem*; minores stupebant, vitiorum causas & occasiones sapienter refecant, & virtutes ac bonos mores cum multa cautione inferentem. Denique omnes omnium ætatū, ordinum, conditionum mortales, accommodatas sibi doctrinas & institutiones ex illo se suscipere lætabantur. Nec immerito illi tributū fuit à Pontifice, vt *Arca Testamenti* diceretur: ita enim vtriusque Instrumenti paginas memoriæ planè affixas

habebat, vt instar Esdræ potuerit, si sic res postulasset, omnes Scripturas diuinas in integrum de sua memoria, etiam codicibus omnibus prorsus abolitis, restituere. Testantur hoc, qui eius quotidiano conuictu & familiari consuetudine diu vsi fuere. Nec ei defuisset facultas, si res poposcisset, omnia scripta diuina luculenter, & multiplici ratione exponendi & interpretandi.

CAPVT IX.

Sacram Theologiam, zelo fidei, multis in locis, fratres sui instituti docet. Spiritu prophético futura prænunciat.

Multa vero insignia Ordinis sui monasteria prælegendo, disputando, concionando illustrauit & ornauit: idque tum zelo fidei, & feruore Christo animas adducendi, tum studio fratres instituendi, tum quoque desiderio cohonestanti institutum siue Ordinem suum, qui per id tempus propter imperitiam apud plerisque in contemptu erat. Et certè fuit primus ille prælector in Ordine siue instituto suo, consentiente beatissimo Patre Francisco, institutus Bononiæ, vt præflet suis in Theologica facultate. In Cismontana enim regione tum temporis potissimum florebant studia literarum, placuitque fratribus Antonium, tanquā præ ceteris magis idoneum, illic prælectore constituit. Idem autem ipse etiā in Æmiliæ Prouincia, multis annis Fratrum Ministrer cum laude fuit. Et si vero doctrina & verbo in Italia vix quemquam parem haberet, at nihilominus in sua præfectura, vel Ministri functione, mirè commodum & humanum se præbebat. Cum autem in ciuitate Podiensis Guardiani ministerio fungeretur, erat illic Notarius quidam omnino lubricus, carni & mundo torus addictus. Eum quoties præteriret vir Dei, nudato capite coram illo genuflectebat. Ille vero existimans id in sui irisionem & contumeliam fieri, animo perturbabatur, dabatque modis omnibus operam, ne illum vquam obuiam haberet. Sed cum die quodam ab insperato eum transiret vir sanctus, & ita, vt diximus, erga illum se gereret, exacerbatus homo, dixit, Nisi timerem Dei iram, gladio te percuterem, quod ita me ridiculum facis. Quid sibi vult istud, quod coram me poplitem flectis? Respondit vir beatus: Ego me libes Deo martyrem obtulissim, sed illi non placuit, de te autem ille mihi reuelauit, præclarum martyrem fore. Oro itaque, vt vbi ad martyrij agonem perueneris, mei memor esse velis. Hoc ille audiens, risit. At non multo post tempore Episcopus Podiensis cum multis aliis profectus est Hierosolymam, vt Saracenis Christum prædicaret. Et ecce diuinitus permotus Notarius ille, venditis suis rebus omnibus, cum illo iter ingressus est. Cum autem peruensissent ad Saracenos, & Episcopus sic satis frigide haberet conciones, semel quidem & iterum & tertio Notarius dissimulauit. At tandem instar B. Vincentij increpat Antistitem, quod ita frigide fidem Christi & prædicet & propugnet: diuinoque afflatus spiritu, cum multo feruore cepit docere Saracenos, Christum esse verum Deum & Dei filium: Mahometem autem esse filium Satanae & perditionis. Quod illi non ferentes, rapiunt hominem, & per triduum diris eum suppliciiis excruciant. Cumque iam ad mortem duceretur,

Prælector in Ordine S. Francisci.

Prædicat improbum quendam, futurum martyrem.

Qui donstater mortem obiit pro Christo.



ducere tur, expofuit fratribus Antonium id prædixiffe, quod ipfe martyr futurus efferet. Fuit ea res populo occasio, multa deinceps reuerentia beatum Antonium profequendi.

CAPVT X.

Ipfò concionante, S. Franciscus absens licet, mirabiliter tamen apparuit.

FRatribus quandoque in prouincia ad Capitulum congregatis, vir sanctus de titulo Crucis, & dulcissimi Saluatoris passione præclaram habuit concionem. Eo autem concionante, Sanctissimus Pater Franciscus, qui tum procul aberat in alia religione, filiis suis in aere mirabili quodam modo apparuit. Visus enim est vni ex illis, tanquam brachiis ad crucem extensis, velut approbando sermonem Antonij, indicare quid fratres imitandum suscipere deberent, illisque benedicens, crucis super eos signum exprimere.

Videtur S. Franciscus in crucis modum extensis brachii.

CAPVT XI.

Instituti muneribus defunctus, solis concionibus habendis & scribendis totus incumbit.

IN illo Generali Capitulo, quo sacratissimæ beatissimi Patris nostri Francisci reliquiæ ad eum locum, in quo nunc cum ea, qua par est, veneratione asseruantur, translatae sunt, qui fuit annus proximus ante obitum eius; ab omni fratrum regimine prorsus absolutus est B. Antonius, factaque ei est generalis potestas verbum Dei vbicumque vellet prædicandi. Cum igitur eo tempore, quo conciones suas (quas de tempore vocant) conscripsit, Paduæ moratus fuisset; multamque erga se ciuium fidem & benevolentiam esset expertus: mira erga eos deuotione affectus, primo libertatis suæ cursu ad eos se conferre decreuit. Cumque eò peruenisset, Ostiensis Episc. eum hortatus est, vt Conciones de Sanctis quoque conficeret. Itaque illi morem gesturus, Paduæ voluit in illud opus incumbere. Sed sacro Quadragesimæ aduentante tempore, videns vir Dei adesse tempus acceptabile, & dies salutis; illud opus intermisit, totumque se ad docendum pro concione populum, eius sermones mirificè sitientem, applicuit; illisque quadraginta diebus quotidie concionatus est, non sine multorum admiratione. Erat enim natura corpulentus, & ea causa perpetuo laborabat incommoda valetudine: attamen præ infatigabili animarum zelo, prædicando, docendo, confessiones auscultando, sapientissimè vsque ad solis occubitum, ieiunus permanebat.

Ab omni cura se subducit.

Scribendis concionibus iucumbens.

2. Cor. 7. 2.

CAPVT XII.

Diabolus virum sanctum præfocare conatur, frequentissimus ad illum concursus auditorum.

VIdit hoc & inuidit malignus dæmon, perpetuus bonorum studiorum hostis: & virum sanctum à suo proposito deterreret, no-

Vexatur à diabolo.

eternis illusionibus infestus ei fuit. Rem non commentitiam refero, quam ipse vir Dei cum adhuc viueret cuidam fratri narrauit. Nocte quadam sacre Quadragesimæ, in exordio earum, quas diximus virum Dei tunc suscepisse occupationum; fessa laboribus membra, somni beneficio non nihil recreare volebat. Ecce autem impurus Satan adest, & hominis Dei guttur tâta vi comprimit, vt nisi diuinitus retardatus efferet, haud dubio eum præfocaturus fuerit. At ille beatissimæ matris Dei nomen inuocans, & fronti suæ viuificæ Crucis signum imprimens; simulque depromens hymnum illum, O gloriosa domina, in fugam compellit nequissimum Spiritum, & repente se sensit liberatum. Cumque fugientem illum videre cuperet, oculos aperiens, totam illam, in qua cubabat cellulam, superni luminis splendoribus perfusam conspexit. Pergens deinde in suscepto per Quadragesimam concionandi labore ac studio, populum habuit audiendi ipsum cupidissimum; ita vt certatim cunctis ad eum confluentibus oportuerit quotidianas in Ecclesiis stiones indici. Sed cum nimiam auditorum frequentiam Ecclesiarum ambitus non caperet; compulsus est ad parentes sese campos transferre, atque ita salutaris doctrinæ pluuia de spiritus abundantia irrigare sitibundos. Confluxit autem eò ex vicinis vrbibus, castris, pagis, innumera prope hominum multitudo, salutem suam in illius doctrina, spe non dubia collocans. Surgebant intempesta nocte, & alij alios nitentur anteuertere; accensisque luminaribus, ad locum, vbi erat facturus verbum Vir Dei, summa contentione properabant. Cernere illic erat milites, matronas nobiles, mediis noctis tenebris adcurrere: & qui in multam lucem prius stertere consueuerat, absque vilo tædio vel molestia concionaturum vigiles expectare. Deponebant autem omnes cultiorem habitum, & quæ ad ornatum spectare videbantur; vtebanturque vestibus religiosis. Ipse quoque Antistes Paduanus, cum Clero suo, Virum Dei deuotè sequens, formaque gregi suo factus ex animo, omnes suo egregiæ humilitatis exemplo, ad accuratè auscultandum incitauit. Itaque viro Dei loquente, tanto ab omnibus studio attendebatur, vt in triginta vel eo amplius hominum millibus, vix murmur aliquod aut strepitus sentiretur. Tabernas suas mercatores non volebant patere cuiquam ad emendas merces, nisi prius sancti Viri concione absoluta: adeo feruebant illius audiendi desiderio. Fœminæ ex pietate & deuotione præcidebant forficibus particulas è tunica eius, pro reliquiis eas habituræ, & cui dabatur contingere fimbriam vestimenti eius, is beatum se arbitrabatur. Concione peracta, ab hominum irruentium vi defendi vix potuit; nisi fortium virorum septus præfidiis, vel fugæ oportunitatem callidè exploraret, vel turbis tandem recedentibus, citra molestiam ipsi quoque abire liceret.

Fugatur dæmon inuocatione Virginis matris, & signo Crucis.

In campis prædicat, propter auditorum frequentiam.

Pastor bonus oues prærit. 1. Petr. 5. 3.

Triginta millium hominum concursus ad eius conciones.

CAPVT XIII.

Concionum eius magnus fructus, & utilitas.

Quot ille tum odia inexpiabilia, & implacabiles inimicitias ad pacem & concordiam reuocauit! quam multos, diuturna captiuitate miseros libertati restituit! quot ille res, per

per vsuras & nefariâ vim aliis ereptas restitundas curauit. Reddebantur pignora, remittebantur debita: in variis negotiis consilia à viro Dei expetebantur, & promittebant omnes se staturos arbitrio illius. Compesciebantur scorta à flagitioso concubitu; fures & insigres prædones retrahebantur à contrectatione rei alienæ: & hunc in modum dies illos quadraginta felicissimè exigens, gratam Domino messem sollicitus adduxit. In tanta autem vndique concurrenium turba, id fuit admiratione dignum, quod nullus sese complimentium clamor audiretatur, nulla cernebatur dissolutio, risus nullus, nullæ voces percipiabantur, nulli infantium vagitus, quibus vel parum eius conciones interpellarentur. Stabant omnes arrectis auribus, intentissimis perpetuo in virum Dei oculis, sine vilo tædio cum multa deuotione eum sustinentes, perinde ac si non homo, sed Angelus lapsus è summo celo ad illos concionaretur. Neque id mirum, quandoquidem tanta illum Dominus gratia perfuderat, vt lingua facundissima, voce clarissima, sua verba intar tubæ cuiusdam expromens, ab omnibus & audiretur & intelligeretur. Nec id admiratione vacat, cum in longinqua regione natus & educatus multo tempore fuisset, quod I. alico idiomate adeo polire potuit, quæ v. luit pronunciare, ac si extra Italiam nunquam potuisset pedem. Tantam vero vtriusque sexus multitudinem ad confitenda peccata sua remisit, vt nec fratres, nec alij Sacerdotes, qui non pauci eum comitabantur, illis audiendis sufficerent. Dicebant autem, qui ad agendam penitentiam veniebant, diuino iussu admonitos, & ad Antonium transmissos, id se in mandatis habere, vt per omnia eius consilia parerent. Nonnulli post eius decessum è vita, qui vsdam Fratribus secrecius dixerunt, B. Antonium ipsis dormientibus apparuisse, & ne mina fratrum, ad quos ille mittebat, indicasse. Die quodam, facti viri concione adeo quidam mente compunctus fuit, vt cum ad confitendum peccata sua ex eius consilio se compararet, præ suspiriis & singultibus nec vnum posset verbum proficere. Cumque vir sanctus ei diceret, vt peccata sua in scripta redigeret, eaque ipsi legenda offerret; fecit ille vt erat iussus. Sed cum chartulam vir Dei acciperet; ita scripturam emnem at olitam, & prorsus obliteratâ inuenit, ac si prorsus nihil scriptum fuisset. Cæperunt tum primi homines cateruatim sese verberando, & pia cantica deuotè deprecando, procedere, atque ea laudabilis consueudo, à tanto auctore profecta, deinceps suis est aucta incrementis: ita vt in omnibus ferè Italiæ locis accuratissimè hodiè que obseruetur.

Maxima laus quanto auditores antonij conflent.

Facundus fuit & vocalis.

Verè penitentia notabile paradigma.

Pia flagellatorum primordia à S. Anton. cæperunt.

Cant. 2.

CAPVT XIV.

Hæreticos insectatur accerrimè: illustri miraculo Tolosæ Hæresiarcham conuincens conuertit.

Vit autem viri Dei id præcipuum semper studium, & conatus perpetuus, vt perniciosissimas vulpeculas, quæ demolimur vineam Domini Sabaorb, nempe hæreticos pestilentes, & falsas doctrinas eorum, pro viribus oppugnaret, si nditus destrueret, ac radicibus extirparet, Hæresiarchas quosdam in publicis disputationibus à Rimini, Tolosæ, ac Medicani palam conuicit & errores eorum coram omnibus confutauit. Adeo

enim instructus erat, & efficacibus Scripturæ diuinæ sententiis, & solidis ac perspicuis rationibus: vt qui nefanda essent hæresi imbuti, coram illo consistere, aut os aperire non auderent: ita vt ad illum quoque pertinere videretur, quod Dominus promissit discipulis suis, Ego dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri. Detegebat mirum in modum hæreticorum fraudes & versutias, conatus retardabat, errores abominandos cum multa vituperatione traducebat, nec facile quemquæ ea tempestate vsquam inuenire licuisset, quod ipse quoque publice fatebatur, qui tam acriter & perpetuo illos insectaretur, tamque continuam persecutionis procellam illis excitaret. Vnde factum est, vt passim ab omnibus indefessus hæreticorum malleus diceretur. Nec sine fructu fuit labor viri Dei, plerisque hæreticis, cum ipsorum fautoribus ad veritatem, & obedientiam sanctæ matris Ecclesiæ reuertentibus. Quod vt magis perspicuum fiat, præter illum, quem Arimini conuersum diximus, Bonouillum nomine alium quendam hic commemorabimus hæresiarcham insigniter perfidiosum, quem vir Dei super dolo miraculo ad sanitatem reduxit. In partibus Tolosanis quandoque incidit in disputationem acerrimam cum perfidissimo quodam hæresis architecto, de salutifero Sacramento Eucharistiæ. Iam pænè vicerat hominem, parumque aberat, quin ille Catholica veritati accederet, cum post multa & varia, per quæ elabi nitelatur, argumenta, in hæc ille verba prorupi; Missa faciamus verba, & ad res veniamus. Si tu miraculo testatur efficere potueris, in Eucharistia verum haberi corpus Christi, omni perfidia abiurata, mox cernices meas Catholicæ fidei iugo submittam. Respondit vir Dei cum multa fiducia; Confido in Christo Salvatore, me pro tui & aliorum conuersione, id quod postulas ab eius misericordia impetraturum. Tum surgens hæreticus, & maius silentium indicens, ait: Ego iumentum quoddam triduum inedia macerabo; post triduum vero producam illud in populi conspectum, & paratas escas ostendam illi, tuque ex aduerso stabis cum tuo illo; vt dicis, corpore Domini. si iumentum posthabito pabulo tuo properauerit ad adorandum Deum suum; Ecclesiasticæ fidei totus accedam. assensit iis vir Dei absque mora. Iamque dies præfixus aderat, & in plateam latissimam vndique siebat hominum concursus. Adest etiam vir Dei Antonius, ingenti Catholicorum frequentia stipatus; nec abest hæreticus cum nequissima suorum caterua. Prope aderat sacellum, in quod vir sanctus ingressus, cum multa deuotione obtulit Missæ sacrificium. Eo peracto, egreditur ad populum, cum summa reuerentia gestans corpus Domini. Producitur è conclauis multis bene famelicus, congruumque illi pabulum offertur: Tum imperato silentio, vir Dei cum multa fiducia, bruto illi animanti ita dixit; In virtute & nomine creatoris tui, quem in manibus, licet indignus, reuera teneo, tibi præcipio, vt confessum humiliter huc accedas. & eam, quam par est, illi præstes reuerentiam; vt hinc perspicue intelligat peruersitas hæreticorum, in eam creaturam suo subditi creatori, quem dignitas Sacerdotalis in altari contrectat. Necdum Christi seruus dicendi finem fecerat; & ecce iumentum illud, neglecto pabulo, vsque ad poplites submissò capite accessit, & coram illo viuifico corporis Christi sacra-

Sacris Scripturis & firmis rationibus vulpes illas comprehendit. Luca 21.

Malleus hæreticorum vocatur.

Sup. c. 7.

Grandis prodigio demonstrat Christum in Eucharistia.

Multos Eucharistiam adorat poplites submissis.



mento, genu curuauit. Mox immenso gaudio exultant Catholici, haeretici animi dolore contrahuntur. Laudatur & benedicatur praepotens Deus, fides Catholica extollitur, haeretica prauitas pudore afficitur, & opprobrio sempiterno. Haereticus autem ille coram omnibus abiurata perfidia, sanctae Ecclesiae mandatis deinceps paruit.

CAPVT XV.

Roma concionatur, & a peregrinis variarum gentium linguarumque similiter intelligitur.

Quodam tempore Romam innumera diuersarum gentium multitudo venerat, condonationes, siue indulgentias Paschales promeritura. Erat tum in vrbe Vir Dei Antonius propter negotia quaedam, voluitque summus Pontifex, vt ad peregrinos illos haberet concionem. Renouatum illic cernere licebat praclarum illud miraculum, quo olim in Pentecoste Apostolos illustrauit Christus Nam beati viri linguam ita instruxit gratia Spiritus sancti, vt singuli & aperte audirent, & plane intelligerent idioma regionis suae, in quo & nati & educati fuerant, quemadmodum multi ex iis postea pro certo affirmarunt.

CAPVT XVI.

Corpore absens, visus est coram perfungi suo officio.

Eo tempore, quo apud montem Pessulanum vir sanctus praeegebat, quodam solemniter concionabatur, omni & clero & populo auscultante. Sermonem inchoato, occurrit animo, se officium quoddam sibi iniunctum alteri non demandasse. Moris illic erat, vt in praecipuis Dei solemnitatibus, duo insignes fratres sub summo sacrificio, Alleluia cantarent, quod officium tum incumbere viro Dei. Itaque magno quodam mœrore affectus, in pulpitu caput cucullo operiens, sese reclinabat, & coram omni illa auditorum frequentia, sic aliquamdiu permansit. Interim mirabili quodam modo illud officium peregit, quemadmodum olim S. Ambrosius legitur beatissimi Martini funus, licet procul corpore abesset, curasse, & sanctus Franciscus, vt supra adnotauimus, fratribus suis in Arelatensi conuentu, siue Capitulo apparuisse. Eo autem munere diligenter perfunctus, ad se rediit vir Dei, & sermonem inchoatum egregie profectus est. Eiusdem modi quidpiam etiam apud Lemouicensis illi contigisse ferunt. Vbi, cum in nocte Natiuitatis Christi, in summa aede concionandum ei esset, & eodem tempore nona in nocturno officio, lectio apud fratres in suo monasterio recitanda, cum vtrumque simul praestare non posset, rogauit Dominum, vt is sua virtute suppleret, quod humana ope fieri nequiret. Et ita eodem tempore & lectionem illam in fratrum choro visus est legere, & in primario templo concionem habuisse.

CAPVT XVII.

Miraculis aliquot fidei, doctrinaeque eius veritas confirmatur.

Alio tempore, cum a praedicatione rediens, & per solitudinem iter habens, populi applausus declinaret, mulier quaedam viae compendia captans, & virum Dei per deuia quaerens, filium suum brachiis & cruribus a primo ortu contractum, ad eius pedes abiicit, cum multis lachrymis rogans, vt Crucis signum in illum exprimeret, nihil dubitans, hoc facto, illico filium sanatum iri. Sed cum vir sanctus praeter multa modestia & humilitate id recusaret, illa flens largius, & preces multiplicans clamare coepit, Domine pater Antoni miserere mei. Tandem Vir pius & matris afflictione, & filij calamitate permotus, tum etiam flexus precibus socij sui fratris Lucae, eius perpetui comitis, scientia & sanctitate praclarari, Crucis signum in Christi nomine in agrum puerum edidit: & ille eodem temporis puncto sanus & incolumis surrexit. Porro Vir Dei non hoc suis meritis, sed mulieris fidei adscribens, rogauit eam, vt dum ipse in viuis esset, nulli id proferret. Puella quaedam annorum quatuor pedum officio carens, insuper morbo caduco laborans, crebro volabatur spumans, & ad terram se miserandum in modum allidens: contigit autem, vt pater eius Petrus nomine, cum illam gestaret in vlnis, ab insperato obuiam haberet patrem Antonium a concione reuertentem. Itaque obnixè eum rogat, vt signum vitalis Crucis edat in puellam. ille cernens hominis synceram fidem, a capite usque ad pedes Cruce eam conformat, & derepente fit sana. Matrōna quaedam nobilis virum Dei cum ingenti populum multitudine extra oppidum sequens, vt in agro concionaturum audiret, in angusta quadam platea in densissimum lutum decidit, nouis iisque non parui pretij vestibus induta. in ipso autem casu se Deo, & sancto viro commendans, ex luto ita surrexit munda, vt omnes in admirationem versi, Deum & fidelem seruum eius mirifice praedicarent. Alia quaedam pia femina in Francia, Virum Dei pro habenda concione extra urbem exeuntem sequi desiderans, a marito malè valente non permittebatur. Fuit hoc molestissimum, & cum concioni interesse non liceret, ascendit in solarium domus suae, & ex fenestra ad locum concioni destinatum cupida respexit, vt vel sic non nihil suo desiderio satisfaceret. Accidit tum res admiratione digna: cum enim ad duo milliaria abesset locus ille, vocem viri Dei praedicantis audiuit: cuius suauitate delectata, haesit diutius ad fenestram, quam vir eius ferre posset, qui etiam eo nomine obiurgauit eam: sed illa se respondit patrem Antonium audire concionantem. Quod ille audiens, irrisit eam, delirare illam exitimans. Illa contra asserente, se optime audire eum, ascendit vir ad fenestram eandem, & etiam ipse Viri Dei vocem meritis fidelis coniugis percepit. Atque ab eo die nunquam ex illius concione abesse voluerunt.

Crucis signum agrum puerum sanauit.

Item puellam.

Aliud miraculum.

Audire praedicantem a procul absentibus.

CAPVT

CAPVT XVIII.

Alia prodigia in testimonium veritatis.

Cum beatus vir ex Tolosano lectore, & Podiensi Guardiano, factus esset Custos Lemouicensis, & per regnum Franciae proficiscens concionaretur, tandem ad Bituricensem urbem peruenit. Vbi cum die quodam praedicaret populo, tam frequens habuit auditorium, vt nullus intra oppidum esset locus tantae multitudinis capax. Canonici igitur cum populo instituta processione, in agrum latissimum exierunt, erat aestiuum tempus. Sub ipsa autem concione immanis orta tempestas, fulgoribus & tonitruis existentibus, omnes imminetent pluuiam fugere compulsi. Sed vir Dei cernens illos fugam meditantes, alta voce dixit, Sitis bono animo, nec vos loco moueatis: ne gutta quidem pluuiæ quemquam vestrum contingeret. Tum illi verbis eius fidentes, nihil se mouerunt. Interim pluuiæ & grando crassissima praecipit a caelo proruens, omnes illos prorsus intactos reliquit, ne locum quidem in quo stabant, madefaciens, cum tamen vndique instar muri ambiuisset. Ad tam insigne miraculum, omnes gratias egerunt Deo, & virum Dei deinceps in multa reuerentia habuere. Concionante quandoque viro Dei ad sex milliaria extra urbem Podiensem, absoluto sermone, quidam viri fideles vinum & alia quaedam ei miserunt. Quod vinum gustans matrōna quaedam, cum eius palato non sederet, festina domum abiit melius vinum alla ura, qua in re tam fuit sollicita, vt vasis epistomium apertum relinqueret, manūque ferens vertibulum, siue partem illam qua epistomium obturatur, ad hominem Dei properaret. Ad quem vt accessit, vidit in manu sua instrumentum illud, sensitque se non clausisse epistomium: moxque domum reuersa, totum cellarium vidit vno perfusum. Confidens autem meritis sancti viri, in epistomio reposuit vertibulum, statimque domum adeo est vino repletum, vt exundaret.

Pluuiæ & grando auditores eius dum in agro concionatur non attingunt, etsi muri instar auditores ambiunt.

Vinum effusum miraculo in vas reconditur.

CAPVT XIX.

In concione detegit occulta prodigiosa.

In usurarij cuiusdam exequiis vir Dei concionatur, thematis loco illud accepit ex Evangelico, Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cortinum. Sub concione autem inter cetera ait, Mortuus est hic diues, & sepultus est in inferno. Ite ad thesaurum eius, & in illius medio inuenietis cor eius, corpore iam humato. Abierunt hominis parentes & amici, & cor adhuc calidum in medio numerum eius inuenerunt. Quodam solemniter die Vir sanctus concionabatur, & quaedam nobilis domina auidè auscultabat. Cernens hoc impurus Sathan, vt fructum concionis ab ea excluderet, cursoris speciem praese ferens, ad eam cum litteris venit: aitque, filium eius ab hostibus captum & interfectum. Eas maligni hostis versutias spiritu cognoscens Vir Dei, (nam corporei nihil huius perceperat), coram omnibus dixit, nihil timeas domina: filius tuus & viuus & re-

Matth 6. Luc. 16.

Diuitis danti cor inter numos repertum.

En demonem, vt conetur a concionibus abducere.

etè valet. Cursor autem iste, diabolus est. Ad quas voces instar fumi ille egregius cursor euauit.

CAPVT XX.

Padua Vlysonam vsque nocte una peruenit, captos iniuste parentes liberaturus.

Cum Paduae degeret Vir Dei, Vlysonae duo ciues inextinguibili odio se mutuo prosequabantur, e quibus alter iuxta aedes parentum beati viri manebat, & cum hora vespertina filium hostis sui in platea inuenisset; per summam crudelitatem iugulauit, & intempesta nocte in horto parentum viri Dei, facta fouea, eum sepeliuit. Cum autem nobilis esset is, cuius filius caesus erat, inquisitum est diligenter, & repertum eius filium illac transisse, vbi eius inimicus morabatur. Itaque eius domo & horto lustrato, nihil compertum est. Itum est ad vicinas aedes, & in horto illarum, pueri cadauer inuentum est. Itaque pater sancti Viri cum tota familia coniectus est in vincula, tanquam reus caedis illius. Id vero, vt per spiritum Paduae cognouit Vir Dei, vespere a Guardiano petiit copiam exeundi, quae illi negata non est. Eadem nocte, magno miraculo, Vlysonam perductus est, & proxima luce ad Iudicem se contulit, rogans vt infantes e vinculis dimissos peteretur abire domum. Illo modis omnibus recusante, petiit cadauer premissi pueri ad se adferri. Quo allato, iussit surgere puerum, & dicere, Num a parentibus ipsius occisus esset, ille surgens, dixit, Eius caedis illos prorsus conscios non esse, atque ita discedendi est illis facta potestas. Mansit totò die illo cum parentibus suis Vir beatus, & mane Angelico ministerio Paduam rediit.

Parentes S. Antonij carceri includuntur.

Puer occisus eos pronunciat innocentem.

CAPVT XXI.

Quanta energia concionum eius, & cura salutaris animarum.

Quando ad populum concionabatur eximius praeco Christi, sermo ex illius ore, tanquam ex ardenti camino proficiscens, solebat mirabiliter mouere auditores, ipsaque animorum penetrare medullas, & multam in his deuotionem & compunctionem, vitorumque odium & detestationem excitare: ita vt plerumque alter alteri diceret cum multo gemitu: Heu me miserum! qui nunquam antehac istud putarim esse peccatum, quod si sciuisset, certe nunquam illud admisisset, mutuoque se hortabantur ad faciendam confessionem, ad suscipiendas peregrinationes religionis ergo, ad ieiunia certis diebus amplectenda in honorem Martis Dei, aut similia pietatis studia sectanda. Quis vero possit dicendo consequi, quae illic fuisse sint lachrymae, quae ab imo pectore ducta suspiria, quae pectorum rursiones in obstinatis peccatoribus conspectae? Adeo enim Dominus mirificauit Sanctum suum, vt non solum visitatis quotidie coruscarent miraculis, sed etiam inaudita ab eo signa ederentur. Sicut enim beatus Nicolaus fertur per visum apparuisse Constantino Magno, eiusque Praefecto, minasque intentasse, ni dimitterent homines

Lachrymae auditorum laudes concionatorum.

Ab. 26.

Nota ritum antiquum.

Cap. 10. Absens corpore, praesens spiritu.

homines innoxios in carcerem coniectos: ita hic Vir beatus, quos per peccatum cernebat à maligno dæmone victos detineri, & ad mortem tendere sempiternam, iis liberandis præcipuam nauabat operam. Et solebant nonnulli venire ad fratres, cum adhuc viueret vir Dei, & pro certo affirmare, ipse in lecto iacentibus a paruisse eum, & dixisse; Surge Martine, surge Agnes, abi ad illum fratrem, & hoc siue illud peccatum ei confitere, quod tali in loco perpetrasti, cuius nemo præter Deum conscius erat: qua ratione peccata prorsus occulta expiata fuere. Paduanus quidam Viro Dei confitens peccata sua, inter alia exposuit ei quædam matrem suam tanta vi trussisset pede, vt illa compulsa fuerit cadere. Id audiens Vir sanctus, omnis malitia hostis capitalis, cum quodam spiritus feruore dixit; Pes quo pater aut mater percutitur, merito quamprimum debet amputari. Quod ille homo simplex peccatam accipiens, illico domum abiit, & pedem amputat. Mox per omnium ora volitat crudele facinus, & ad virum Dei refertur. Qui absque mora adit hominem, & post oblatas Deo preces, crucis signo expresso, iungit pedem tibie, & aliquamdiu linit sacris manibus suis. Confestim surgit homo, incolumis ambulans & exiliens & laudans Deum, & ingentes agens gratias seruo eius fideli Antonio.

CAPVT XXII.

*Ecelinum tyrannum liberrimè increpans, multis sceleribus abstinere fecit.*

**T**Yrannidem apud Veronenses occupante immanissimo illo Ecelino Romano, cum didicisset B. Antonius multam eum hominum cædem per summam crudelitatem Veronæ fecisse: intrepidus ad eum accessit, atque his verbis compellauit: Immet ceruicibus tuis, Tyranne saeuissime, & rabide, canis, horrenda sententia Dei. Quovis non temperabis tibi à fundendo in fontium hominum sanguine? pleraque his similia voce liberrima in faciem ei dixit. Qui vero aderant, nihil expectabant aliud, nisi illum more suo iussurum, vt trucidaretur, sed secus euenit. Nam omni posita feritate, instar ouis ad collum suspensa zona, coram viro Dei humi prostratus, culpam suam humiliter edixit, omnemque pro illius arbitrio promisit emendationem. Adiecitque: Viri commilitones, non mirum vobis istud videatur, nam reuera diuinum quemdam vidi fulgorem ex huius vultu vibrari, qui adeo me perterruit, vt me repente in terram demersum iri vererer. Ex illo tempore multa erga hominem Dei deuotione fuit & quoad vixit, à multis malis, quæ alioqui, sicut ipse fatebatur, fecisset, illo retrahente abstinuit. Postest de beato Viro non absurdè dici, quod de filio suo Iacob dixit Isaac Patriarcha: *Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.* Adeo enim cælestis benedictionis gratia perfusus erat, & virtutum odoriferis floribus mirificè ornatus, vt esset humilitate præcipuus, sapientia clarissimus, eloquentia mellitissimus, caritate feruentissimus, paupertate insignis, omni morum elegantia illustrissimus, honestate præcellus, sermone placidus, conuersatione humanissimus, denique in omnibus & Deo, & hominibus g. atus. Modera-

tionem autem suæ discretione, quæ est virtutum omnium parens, sine qua virtutes abeunt in vitia, præclare imprimis vsus est in concionibus, in dandis consiliis, in excipiendis confessionibus, denique in dictis, factis, & rebus omnibus: vt nihil in eo posset animaduerti huius virtutis sale non conditum. Solebat sine personarum acceptione omnibus fidelem nauare operam, vt peccatis extraherentur: & quibuslibet poscentibus, opitulari numquam desuit viuens in terris, vt nec hodieque cessat post obitum suum, vt res ipsa testatur.

CAPVT XXIII.

*Paduam multis honoribus decorandam vaticinatur.*

**E**T ipse quidem obitum suum longe ante præsciuit: sed ne fratres maiore afficerentur, illis indicare noluit. Decimoquinto ferè ante mortem suam die, cum è quodam colle contempleretur amenam Paduæ planitiem, exultans spiritu situm Urbis eius miris euehebat laudibus. Versus deinde ad fratrem itineris sui comitem, multo honore ciuitatem illam breui affectum iri prædixit, non tamen exprimens, cuiusmodi ille honor futurus esset. Sed ab illius obitu vsque in præsens gratulatur vrbs illa felici rerum experimento: quando propter Viri Dei præclara merita, innumerabilium hominum frequentia visitatur, egregiis præconijs, & eximijs muneribus cohonestatur, dum thesaurum illum miraculorum signis inclytum obtinet, rei prope incomparabilis titulo gaudet, in suo Antonio tot miseris opitulatur.

CAPVT XXIV.

*Sub mortem vitam degit ruri, agrotat, abijt à vita.*

**C**VM iam messis instaret, & vir Dei sciret collegendis frugibus populum occupatum iri: statuit ad tempus concionibus superfedere. Pertæsus vero crebri cum secularibus hominibus congressus, extra oppidum ad locum quemdam solitariu, quem S. Petri campum vocant, secessit, Deo & sibi vacaturus. Nec vero mediocriter eius aduentu exhilaratus Tiso vir nobilis, in cuius ditione erat locus fratrum multa humanitatis officia propensissimo animo illi præstuit. Habebat is locum quemdam nemoribus constitum, haud procul à domo fratrum: in quo erat arbor procera, ex cuius trunco sex rami emerferant, coronæ speciem referentes. Eam vir Dei conspiciens, cellulam sibi super eam extrui voluit: quod solitudini & quieti oportunos ille locus videretur. Id vbi Tiso ex fratribus cognouit, ipse suis manibus, viro Dei & duobus sociis eius tres cellulas cum multa deuotione confecit. In ea igitur cellula vir Dei vitam degens solitariam, instar apis sedulæ, lectioni Scripturæ sacræ, & contemplationi vacabat. Atque hæc inter mortales illius extrema fuit habitatio. Iam igitur separatus ab hominū turbis, viuebat sibi, sanctis meditationibus, & feruentibus precibus intentus: vt spiritum ab omni rerum terrenarum contagione repurgaret, & si qui pulueres, ex hominum sæcularium con-

Moderatur verba & facta.

Col. 46.

Cellula ei fit ruri in arbore.

Dormientes mouet, mouetque ad peccatorum confessio-nem.

Resectum pe. em restituit tibie.

Fulgor è vultu S. Antonij, animos tyrannos frangit.

Gen. 17.

uictu & consuetudine ( vt solet ) illi aliqua ex parte inhæssent, eos lacrymis compunctionis, & capillis sanctæ contemplationis abstergeret, cælestis patriæ propediem ciuibus felicissime coniungendus. Cum autem die quadam è sua cellula hora prandij descendisset, cum fratribus pro more discubuit: facta est vero illic super eum manus Domini, cœpitque repente totius corporis viribus destitui. Morbo autem magis ac magis inualecente, fratrum manibus sustentatus, à mensa surrexit: sed cum fatiscens artus sustinere non posset, in cuiusdam lectuli stramento se præceps inclinavit. Sentiens itaque corporis dissolutionem imminere, accito ad se socio fratre Rogerio, dixit ei; Si tibi consultum videretur, frater, ob vitandum horum fratrum grauamen, Paduam me conferam, ad B. Mariæ locum. Quod cum fratri illi placeret, in currum imponitur Vir Dei, fratribus quidem loci illius, ne ipsos desereret, omnix contententibus. Qui tamen viderunt eius animum flecti non posse, passi sunt, licet inuiti, eum abire. Iam verò ad urbem propius accedenti, alius quidam frater obuiam venit, qui illum inuisere constituerat. Is vt vidit eum in vehiculo valde affecta valetudine, hortabatur ne propter ciuium importunitatem in urbem ingrederetur ad fratres de sancta Maria, sed diuerteret potius ad cellam fratrum iuxta monasterium pauperum Dominarum commorantium, & eis diuina ministrantium. Assensit vir beatus, seque eò perducere curauit. Paulatim autem increcente ægritudine, ad extrema festinauit: cumque nonnihil quiescisset, facta confessione, hymnum illum de B. Maria, *O gloriosa Domina*, canere cepit. Deinde sublati oculis aliquamdiu sursum, diligentissimè intentos eos tenuit. Cum autem interrogaretur, ecquidnam ita aspiceret, respondit: Video Dominum meum. Cernentes igitur fratres qui aderant, felicem eius exitum adesse è proximo, sacram Vnctionem ei impendere voluerunt. Vt autem vidit sanctus Vir, fratrem ex more sacrum Oleum adportantem, intuens in eum, ait illi: Hanc vñctionem ego habeo intra me: tamen extrinsecus mihi adhibita utilis est. Suscepit igitur sacram Vnctionem, extensisque manibus & palmis inunctis, palmas, quos pœnitentiales vocant, cum fratribus perlegit. Inde quasi dimidia lapsa hora, inter manus adstantium, dormienti similis, leniter expirauit, & anima illa sanctissima, carnis egestulo absoluta, in abyssum æternæ claritatis absorpta est. Corpus planè dormire videbatur, manibus in candorem & colorem pristinum mutatis, & membris omnibus ad nutum contrectantium flexibilibus. Agebatur tum à Christi incarnatione annus millesimus ducentessimus trigessimus primus, & dies Iunij tertia decima.

CAPVT XXV.

*A morte apparet Abbati Vercellensi, quem ex gutture laborantem facit sanum suo tactu.*

**E**Adem autem die celeberrimus ille Abbas Vercellensis, sacræ lectioni, & diuinis meditationibus intentus, solus erat in cubiculo. Eum vir Dei cum esset in corpore, præcipue carum habuit, maxime quod olim in Theologia illum instruisset, & vicissim ab illo ex libris Dionysij de

In morbum incidit.

Paduam reuertit.

Sacræ Vnctionis suscipit Sacramentum.

Moritur S. Antonius.

Vocatus ille Abbas Thomas Gallus.

rebus altissimis instructus fuisset. Et ille quidem Abbas in conuentu Fratrum suorum, hoc viro Dei perhibuit testimonium, Frater inquit, Antonius Ordinis illorum fratrum, de puia Theologia sensu mystico hausit plenissimè, diuini radij gratia illustratus. Porro in Abbatis eius cubiculum vir Dei subito ingressus, post mutuam salutationem ait illi: Ecce, domine Abba, relicto asello apud Paduam, festinus ad patriam proficiscor. Laborabat tum Abbas grauius ex gutture: sed vir Dei leniter eum attingens, eorum illud incommodum repente depulit, & disparuit. At ille putans eum ad natale solum iter intendere, ignarus prorsus obitus illius, surgit, & ex famulis monasterij perquirat, vbi sit frater Antonius. Stupefacti illi, respondent se nescire. Abbate asserente se pro certo eum vidisse, & ex suo cubiculo quamprimum eum exiisse, missus est quidam ad fratres, vt ex illis cognosceretur, numquid de aduentu Antonij comperissent. Vbi ille reuersus, fratres dixit nihil eius nosse: Abbas tandem ad se rediens, certissimè cognouit Antonium migrasse ad cælos, tempusque adnotans, postea dicit, eodem die & hora eum decessisse, quo in cubiculo apparuerat, sicut ipse fratribus non sine lacrymis narrauit.

CAPVT XXVI.

*Morte S. Antonij nunciata, Paduani de sacro certant corpore, quod omnes attingere cupiunt.*

**C**VM iam abiisset à vita beatus Vir, noluerunt fratres ad hominum notitiam illico id perferri, ne populus subito ad ipsos accurreret: sed laterare non potuit, Pueri enim, nemine scientes quicquam de eius morte, per urbem cateruatim incedentes clamabant: Mortuus est pater sanctus, mortuus est S. Antonius. Mox in omnes vrbs angulos rumor ille peruadit, & populus certatim neglectis laboribus, quibus se suosque aiebat, instar apum aduolat ad domum fratrum, eamque circumdat vndique. Imprimis vero ciues ad Pontis caput habitantes, cum armata iuuentute adcurrunt, ocyus impedituri ne quis beati corpus rapiat. Omnium ibi lamentabiles voces & gemitus audiuntur, lugentium orbitatem suam. Maxime vero plorabant se tanto patre destitutas forores, quas pauperes dominas vocant: quæ etiam multum egerunt apud primarios eius ciuitatis viros, vt liceret ipsis apud se retinere corpus sancti Viri. Sed repetebant illud fratres ad S. Mariam degentes, apud quos etiam voluit sepeliri vir Dei. Idque adeo, vt sub mortem fratri cuidam ipsi adfuerit præceperit, modis omnibus daret operam, vt corpus eius ad S. Mariæ Ecclesiam deportaretur. Itaque instabant fratres isti, & sacrum corpus adportare volebant: sed ciues de Pontis capite illis resistebant, & nec attingere quidem permittebant corpus. Interim etiam augent numerum armatorum, qui noctes & dies aduigilant, ne inde auferatur. Tum fratres nescij quid facerent, aduentu ciuitatis Episcopum, eique rem totam permittunt. Episcopus Canonici conuocatis, singulorum super hac resententiam inquirunt. Multi videbantur in eam ire sententiam, vt pauperibus dominabus corpus S. Viri relinqueretur. Tandè Episcopus, non negligendas putans preces fratrum rationi consentaneas; Magistratui vrbs

Pueri mortem eius divulgant.

De corpore eius contentio magna.

præcipit, vt fratribus in deportando corpore præ viribus adiumento sit. Interea dum hæc geruntur, pars ciuium de Pontis capite valde inflammantur desiderio humandi sacri corporis, neglectoque magistratu in vetitum maiori contentione nituntur, inuitaque seniores & amicos, vt ipsis auxilio sint. Denique inter se vnanimiter statuunt, se suaque omnia in præsens mortis & excidij discrimen conicere potius, quam sinant ex eo loco tolli corpus Viri Dei. Et quod mirum videri queat, adeo in hac re feruebant, vt quidam eorum odium inueteratum, & bella intestina, quibus inter se multo tempore saeuierant, planè ex animis abiectis viderentur, tantum vt illud sacrum pignus retinerent. Et ne cuiusquam fraude aut machinis illo fortassis priuarentur: communicato inter se consilio, illud rapere modiebantur. Sed quod præsens non esset Minister prouincialis, ad cuius nutum fratrum controuersia pendebat, seniores quosdam è ciuibus rogabant fratres, vt ad illius aduentum paulisper à suo proposito desisterent, eiusque arbitrio omnia permitterentur. Placuit hoc ciuibus, & omnes illi sententiæ accedebant. Nocte incumbente, fratres emissis turbis, claudunt ostia domorum, & diligenter vectibus & seris ea obfirmant. Et ecce media nocte clamor ingens existit, & importuno desiderio turbæ inhiant ad videndum corpus sancti viri. Itaque ostia perfringunt, sed cum iam tertio id fecissent, nulla ratione in domum ingredi potuerunt, stabantque, vt ipsimet fassi sunt, apertis ostiis stupefacti, & cum domus plena esset luminibus, aditum videre non potuerunt. Manè factò, permulti ex vrbe, castris, pagis, & locis vicinis accurrunt: & cui datur vel semel vtrumque contingere sacrum corpus, beatum se credit. Qui autem præ turba tangere non poterant, zonas, annulos, monilia, clauas & cætera ornamenta per fenestras & ostia passim porrigebant, vt contactu sanctissimi corporis sanctificata reciperent.

CAPVT XXVII.

*Moribus ciuium compositis, Sacrum illud corpus honorificentissimè sepelitur.*

**P**endente interim propter Ministri absentiam negotio, fratres propter æstiuum calorem corporibus infestum, in capsâ lignea sacrum corpus conditum in foueam deponunt, leuiter illud humo operientes. Mox rumor exit in populum, raptum esse sacrum corpus. Aduolant igitur omnes furibundi in domum fratrum, cum fustibus & gladiis, sepes & ostia euertunt: properant ad locum in quo erat corpus, nec cessant à suo conatu, donec capsam illam inueniant. Sed nec sic credunt in ea haberi corpus, licet fratres id asseuerarent. Tandem aduenit Minister, ad cuius reditum tota vrbs suspensa hærebat. Ab eo igitur ciues de Pontis capite corpus sancti viri petunt instanter: addunt etiam minas, vt terroribus frangant fratres, affirmantque se nullius periculi causa à sententiâ discessuros. Videns Minister temeritate illos duci, cum multa cautione & modestia dicit ad eos: Nihil quidem iure hic reposcere potestis carissimi: sed si de indulgentia agitur, de fratrum consilio faciemus, quod Dominus inspirabit. Interim ne aliquam

possitis suspicari fraudem, vobis permitto custodire locum, in quo beati Patris corpus quiescit. Mane alterius diei Minister adit Magistratum, & conuocato Senatu, humiliter opem & consilium implorat. Magistratus de communi omnium sententiâ custodes adhibet loco sacri corporis, & sub pœna centum librarum cauet, ne quis vim adferat fratribus, aut armatus ad eum locum accedat, donec Episcopus & clerus quid fieri oporteret, statuerent. Altera luce, Episcopus in eam curam & cogitationem diligenter incubuit: & audita vtraque parte, tandem voluit, vt ex Ministri voluntate omnia fierent, iussitque vt & clerus & populus omnis, die crastina ad efferendum sacrum corpus summo mane conuenirent. Magistratui quoque præcepit, vt fratribus, ne quid paterentur molestiæ, sua ope adessent. Magistratus libenter iussa capessit, & ex aduerso fluminis, quod cellam fratrum ambit ex nauibus & lignis celeriter curat pontem confici, ne ciues de Pontis capite animis commouerentur, si cernebant corpus per suos fines deferri. At illi nihilominus versi in seditionem, pontem illum dissipant. Ea res totius ciuitatis animos concitauit, quod tanta temeritas ad omnium iniuriam redundaret. Itaque armis muniti, omnes proficiscuntur contra illos pontis eueriores: & hi non minus fidenter ad arma se parant, omni periculo contempto. Videntes autem tantum vrbs totius discrimen, magno timore correpti sunt: nec minus terrebantur pauperes dominae, sua culpa eas turbas concitatas asserentes. Tum vero Magistratus illum populi tumultum non ferens, omnes voce præconis ad palatium conuocat, & pontis euersoribus interdicit, ne ea die ausi sint redire ad aedes suas. Amotis ergo illis seditionis autoribus, Episcopus cum clero, Magistratus cum militibus, & innumera populi multitudine, institutis vsque ad sacri corporis locum processionibus, cum hymnis & canticis spiritualibus, per medium capitis pontis ad Ecclesiam sanctissimæ matris Dei, idem beatissimi Viri corpus mira omnium exultatione transferunt. Supponebant autem feretro humeros suos primarij viri ciuitatis, & Magistratus, beatos se existimantes, qui loculum vel leuiter attingere merentur. Quotquot autem cereos habere potuerunt, eos accensos manibus ferebant, quorum tanta erat copia, vt eorum lumine quasi tota vrbs inflammata videretur. Vbi ad perpetuæ Virginis templum ventum est, Episcopus sacrificium fecit: eo peracto, & exsequiis celebratis, quinto ab obitu eius die, terræ mandatam est sanctissimum corpus.

CAPVT XXVIII.

*Miracula frequentissima, plurimos ad inuisendum illud eius corpus pertraxere.*

**E**adem ipsa die, tempestate illa in tranquillitate redacta, coeperunt miraculorum conrursare signa: ita vt quouis affecti morbo, ad contactum tumbæ Viri Dei mox reualescerent: qui verò præ turba propius accedere non poterant, coram omnibus, etiam in platea sani euaderent. Ibi reuera oculi cæcorum aperiebantur, aures surdorum parebant: claudus sicut ceruus saliebat: ibi soluta mutorum lingua, velociter & planè

planè Deo laudes promebat: denique omne genus agritudinum depellebatur, & optata diuinitus beneficia impetrabantur. Porro ciues illi de capite Pontis, qui pontem destruxerant, lacrymis infusi, & detractis calcamentis, clero cum crucibus & vexillo præcedente, cum tanta reuerentia & humilitate coram tumulo se prostraturi venerunt, vt pœnitentia sua animos intuentium ad multam commiserationem permouerent. Erant illic milites delicatum hominum genus, quos etiam matronæ nobiles, præ teneritudine vix se ferentes, nudatis pedibus sequebantur. Nec ij duntaxat, sed ciues omnes in partes distributi, stans diebus cum processione simili, abiectis à pedibus calceis, ad sacrum beati Viri tumulum accedebant. Veniebant itidem Religiosi, ac postremo Episcopus cum toto clero, præceptores cum multa studioforum caterua, Magistratus cum militum & potentium frequentia, alique diuersarum artium professores, singulatum ordinatis processionibus, certis diebus & horis, cereos habentes in manibus, positos calceis, decentissimè aduenerunt. Erant autem cerei, qui ante singulos aduentantium cœtus portabantur, ea longitudine, vt non nisi aliqua præcisa parte intra ædem beatissimæ matris Dei inferri possent, multa etiam formarum inter se varietate artificiosè distincti. Quidam etiam præ suo pondere humeris portabantur, nonnulli curribus vehebantur. Cum non possent autem præ nimia multitudine ad Ecclesiæ valuas accedere, cereos in platea circa templi ostia statuebant. Nec deerant, qui super muros lumina collocarent, & in plateis excubias perpetim agerent, iique nec æstiuis ardoribus, nec hybernis algoribus ab eiusmodi pietatis studiis arceri se patiebantur. Iungebantur cum noctibus dies, & aliis post alios succedentibus, sine vlla intermissione, Deo laudes grateque agebantur. Lætabatur Padua: (alij Patauium vocant) tantis ornata luminibus, tantis illustrata fulgoribus, nec vllas noctium sensiti caligines. Accurrunt Veneti, properant Cenomani, adfunt Vicentini, Longobardi, Sclaui, Aquileienses, Germani, Hungari, Hispani, Galli: suisque oculis cernentes diuinitus celebrissima declarari miracula, in laudes præpotentis Dei sua ora laxabant, & corde compuncti, peccata sua fratribus, tantæ turbæ vix sufficientibus, confitebantur. Si qui verò curationis causa venissent, nec sua vellent peccata confiteri, nihil obtinebant: facta autem confessione, & correctius viuendi concepto proposito, cunctis videntibus mox misericordiam experiebantur. Interim exaltabatur Catholica fides, pudesiebat cæca perfidia, mordaces hæreticorum dentes conterebantur, Christi sponsam calumniis exagitare conantium, caligo incredulitatis, miraculorum splendoribus profligabatur. Fuit vero totius cleri & populi ea concors sententia, vt quamprimum apud Romanum Pontificem, de viri beati nomine Sanctorum catalogo adscribendo ageretur, cum ab eius obitu necdum mensis fluxisset. Et est accurate sane iussu Pontificis Gregorij Noni in eius miracula inquisitum, & multa adhibita cura, vt omnia ritè fierent. Tandem cum essent à Pontifice conuocati Cardinales & Prælati omnes, qui tum Pontifici aderant, inter cetera ab illis dictum est. Indignum valde est, nos, quod absit, beatissimi Patris Antonij meritis venerationem debitam in terris subtrahere, quem

Dominus maiestatis, dignatus est gloria & honore coronare in cælis. Sicut enim veritati miraculorum cognita fidem non adhibere, perfidia est: sic meritis sanctorum laudem negare, genus inuidentiæ est. Itaque Pontifex, qui tum Spoleti erat, anna à nato Salvatore millesimo ducentesimo trigesimo secundo, Pontificatus sui anno sexto, ipso sacratissimo Pentecostes die, beatum Virum in Sanctis deinceps numerandum, cum ingenti celebritate, decreuit, cum necdum ab eius è vita decessu, annus ex letus esset. Ea autem die, qua in Sanctos relatus est Vir Dei, res stupenda accidit Vlysonæ. Nam & viri & femina extra domos in plateis cantabant, & tripudiabant, & campanæ omnes totius ciuitatis, nullo eas mouente, concrepabant egregiè, nec poterant se homines cohibere, quin se lætitiæ & tripudijs darent. Ea autem rei in multam illis admirationem adductis, non diu post superuenere ex Italiâ fratres, quorum relatu didicerunt, ipso die inuitatæ lætitiæ suæ, virum beatum in Sanctorum albo inscriptum fuisse.

CAPVT XXIX.

*De Canonizatione & miraculis ante Canonizationem relatis.*

**S**ollicitè vrgebant Patauini S. Antonij Canonizationem, quare præmissis ad Pontificem miraculorum processu, per Commissarios ab eodem designatos legitime factò, destinarent nouos legatos, qui perficiendæ & accelerandæ rei incessanter insisterent: delegarunt Episcopus & clerus matricis Ecclesiæ Canonicos duos, duosque Minoritas, ciuitatis Magistratus & Communitas totidem proceres nobilesque equites magno stipatos famulitio, Academia Patauina Doctores vniuersi suas addiderunt preces missa communi epistola. Sed efficaciores illæ litteræ duorum Illustrum Cardinalium Orthodoxis Candidi, alias Blanchi de Alerano ex Marchionibus Montisferrati Casalensis, Diaconi tit. S. Nicolai in carcere Iuliano, & Iacobi de Pecoraria Papiensis, Ordinis Cisterciensis ex Abate SS. Vincentij & Anastasij ad aquas Saluias, Episcopi Cardinalis Prænestini, Hi à Pontifice legati missi in Lombardiam, vt Longobardos Imperij hostes Friderico, facem cum Pontifice diffimulanti reconciliarent, tunc Patauium aduenerunt, quando de mittendis oratoribus ad Pontificem ageretur. Visis & expensis tot miraculis, quæ quotidie ad sancti viri corpus fiebant, per hos ipsos Oratores scripserunt Pontifici, testimonium perhibentes veritati. Ad nouas preces nouum indixit Cardinalium consilium sanctissimus Dominus, iussitque vt congesta & publica fide conscripta miracula examinarentur. Commissa præcipua rei cura Icanni de Abbatis-villa diocesis Ambianensis Gallo, monacho Cluniacensi, ex Abbate monasterij S. Petri de Abbatis villa, mox Archiepiscopo Bisantino, Episcopo Cardinali Sabino. Non protraxit hic in longum examen, sed instantibus diligenter oratoribus Patauinis breuius expediuit.

Confirmata per hunc processum validitate, & miraculorum veritate, nihil iam superesse videbatur, quin ad rei exitum procederetur, nisi quidam ex Purpuratis Patribus tantæ Canonizationis

Ecce veterum Christianorum morem, & in reliquiis pictatem.

Quantus veteribus Christianis amor in reliquiis Sanctorum.

Episcopus stat à fratribus.

Clerus præit cum crucibus ad eius sepulchrum.

Sequuntur ordines varij aliorum.

En cereorum vsum in processionibus.

Peregrinationes ad eius tumulum creberimæ.

Sacrum funus optimi quique gestant.

Iusta fuit B. Antonio magna pompa.

In miracula illius ferò inquisitum.

Sanctorum numero adlegitur.

Nota rem miram.

Legen. MS. Marian. c. 6.

Serid agit de Canonizatione S. Antonij Patauini.

Canonizationem retardans miraculose mutatur.



nis accelerationi semet opponerent. Præ cæteris vnus ardentius tantæ festinationi obloquebatur, donec per huiuscemodi somnium in alteram abiit sententiam. Vifus sibi clare, & ad ministerium videntis Pontificem basilicam quandam consecrantem, adstantibus in sacris vestibibus ad mysteriosos ritus Cardinalibus, atque ad altaris consecrationem, pro more, in eodem condendas sacras reliquias petiisse: at cum nullæ adessent, respexisse ad quoddam funus, seu recens cadauer in pauimento velo obtectum, atque iussisse vt ex eo sibi offererent. Quod cum Cardinales horrentes pertingere, verentes horridum & obrigescens cadauer aspicientes, denuo imperauit Pontifex, vt accederent. Discooperierunt, a tractarunt, suauem odorem auide exceperunt, Antonij corpus esse comprobauerunt, totum in reliquijs vniuersa cohors disersit, vniuersa etiam Antonium sanctum proclamante. Expergefactus intimis suis visionem narrauit, ideoque sibi immiffam vt intelligeret Antonium, & Sanctorum dignum honore; quare ad ostij limen exeunti occurrentibus oratoribus Paduanis, qui eius contradictionem frangere vel emollire cupiebant; inquit ex tempore: Non est cur multis mecum agatis, alius iam euasi, Antonium sanctum esse credo, & dignum vt cælitum adscribatur numero; non amplius dissentiam, sed consentiam eius Canonizationi, atque ita præstitit, neque enim vllus efficacius rem omnem promouit, solus enim aliorum Cardinalium animos adeo flexit, vt in publico confessu Canonizationis fautoribus accesserint, & inter cætera ipsi dixerint Pontifici: Indignum valde est nos beatissimi Patris Antonij meritis venerationem debitam in terris subtrahere, quem Dominus maiestatis dignatus est gloria & honore coronare in cælis. Sic enim veritati miraculorum cognitæ fidem non adhibere, perfidia est: sic meritis sanctorum laudem negare, genus est inuidentiæ.

Concordantibus itaque omnibus Cardinalibus statuitur Canonizationis dies penultimus Maij sub ipso festo Pentecostes, in quo Spoleti concurrenti ex multis Europæ regionibus innumera hominum multitudine, lecta sunt ex alto suggesto coram omni populo hæc, quæ sub compendio sequuntur, & nos ex MS. codice Anconitani conuentus Patrum Minorum Conuentualium exscripsimus miracula. Ipso die quo S. Viri corpus terræ mandatum est in Ecclesia sanctæ Dei Genitricis mulier quædam Cuniza nomine monstruosè contracta, & cædè gibbosa atque incuruata paululum, ad recentem tumulum orans erecta repente exiliuit læta, perfectæ sanitati restituta. In eadem ciuitate Patauina alia, Richarda nomine viginti annis adeo conglobata, vt callosa quædam copulatione genua pectori, & pedes matibus hærent, ducta in cella gestatoria vel plaustrulo ad fores templi, vt cum cæteris pauperibus ab introeuntibus mendicaret; dum orationem præmississet, vt per sancti merita à suo malo liberaretur, & paululum dormitaret, audiuit clara voce sibi inculari hæc verba: Da gratias Deo, quia per ferui sui merita liberaberis, & expergefacta ad tumultus multorum circumstantium, comitantiumque puellam, quæ prius gibbosa, sana è sepulchro viri sancti læta redibat, induit animum vt, quo posset modo, per terram reptans tenderet ad sepulchrum, additæque vires per speciosum quandam iuuenem in limine

templi præeuntem & ad tumulum inuitantem, sed statim in ictu oculi disparentem. Vt accessit & orauit, perfectè sana recessit. Alia Patauina, Maria nuncupata, ad hortum paternum iuxta Brenta flumen à dæmone in terram ita durè collisa, vt vertebræ ex coxendice dissoluerentur, quinque annis grauiter dolens, ad eius sepulchrum conualuit. Marcoaldus ruris Patauini vir vxorem Gislam contractam ex desiccato crure, & nervis restrictis equo impositam ad ideum duxit sepulchrum, sed peditem sanam reduxit. Agnes puella trienni vomitu laborans; neque in ventriculi spacio quicquam valens retinere, omnino syntectica pane deficiebat, intercluso iam guttore vix quidquam vel sorbere poterat, donec ad sepulchrum hoc euecta, adeo repente conualuit, vt durum præ fame conquerenti oblatum frustulum panis roserit, & auide manducarit. Alio triennio contractis dolebat genibus in oppido Capitis Gauri puella Samaritana dicta, orans ad sancti sepulchrum vltra horæ dimidium integræ sanitati restituta est, quam gaudio peditem redeuntem cum parentibus exceperunt obuij illius loci incolæ cum iubilo, & campanarum pulsibus, Deum glorificantes in suo seruo, quem viuentem & illac transeuntem honorifice non semel exceperunt.

Fredericus è comitatu Concordiæ è summo decidens templo contractis membris ad eundem tumulum conualuit. Cæsaria Veneta duobus annis manu vna contracta, & altero pedum distorto dolens, magnorum miraculorum frequentia excitata Patauium abiit, vbi ad eundem beneficiorum thesaurum, mirè desideratam assequitur salutem. Similiter vtriusque manus & pedis contracti perfectum obtinuit vsu Prodoxima relicta quondam Manicij de Noëte Patauini, nec non Margarita Paduana colli distorti, manus sinistra tremulæ, & pedis decurtati perfectam integritatem. Puer Albertus à natiuitate vsque ad annum vndecimum tortum habens pedem, superiori parte ad terram inuersa, vt rectè flecteretur ad eiusdem sancti viri funus obtinuit. Massaguerra de Sauili crus dextrum contractum, pedemque ex ligaculo suspensum sanum è tumulo reduxit. Adolescens Tridentinus curuus, dorso excrecente, & malè affecta spina rectus à tumba domum rediit. Veridolus alter grauiter cruciatus lumbagine, & nephriti à matre ductus ad sepulchrum, ab eadem sanus domum reducit. Treuisiana mulier, cui Venetiana nomen, tumorem magnum habebat in pectore, forma panis maiorem, nec per duos annos quidquam operosum agere poterat absque magna molestia, ex eodem saluris ærario sana reuerisa est. Solangria de Montagna dysenterica & hemoroïssa toto iam corpore resoluta, cum se meritis sancti viri commendaret, apparuit decumbenti, quem interrogata quis esset? respondit: Ego sum Antonius, qui veni vt te à malo liberem, ecce in nomine Domini salua facta es. Verum dixisse ex tempore sensit è lecto descendens Deum in suo seruo glorificans. Bartholomeus de Plebe facci ab infantia mutus, paralyti item laborans, ad sepulchrum vtroque liberatur malo. Loquelam atè recepit ibidem, & syntexis remedium. Michelotta Patauina, annis vndecim muta. Diu etiam perditam loquelam ibidem recepit vir quidem Foroiulienfis Comitatus Ferrariensis mulier, Maria nomine toto corpore dissoluta & vertiginem

Contracti consolidati.

A variis infirmitatibus liberati.

nem quadriennio passa incolumis domum rediit è sepulchro. Ermetina de Vincentia quinque annorum spatio tremebundis gressibus terram plus attingens, quam calcans, nec non altera, Bilis nomine, eodem malo tribus annis affecta ad sancti loculum basibus consolidata sunt. Vir quidam de Porcili oppido Sconitus nomine, nodosa podagræ inflatione, pedibus etiam tabo putridis, expiatis sacra confessione peccatis, coram loculo orans firmatis gressibus rediit lætus ad propria.

Frater Theodoricus Minorita biennio sinistri oculi priuatus lumine ab Apulia finibus Patauium abiit sancti reliquias veneraturus, ad quas voti plene factus est compos. Theutonica mulier Carolina nuncupata septem annis cæca vtroque videns oculo è sepulchro abiit in Germaniam. Auriena puella vt applicuit oculis, quibus visu carebat per annum vnum, & menses octo, byssinum velum, quo tegebatur sacrum depositum, vidit repente. Leonardus de Corniliano, vno orbatus lumine, altero læsus vtrumque sanum, arcæ, cui corpus inclusum, inhærens accepit. Flos de Gemma Lauretanus integrè vidit sinistro oculo, quem clausum habuit integro septennio. Alexia mulier quinquennio cæca, oculos ibidem aperuit. Micholotta Patauina exitialis morbi vehementia oculorum lumen amiserat, sed recepit ad sancti viri reliquias. Rolandus Bulgarus cephalalgia, seu diuturno & vehementi capitis dolore in anterioribus membranis laborans, surdus euasit à viginti annis & vltra, sed ibi repente sanus effectus. Leonardus Venetus defluxu humorum obturatas aures habens, à quadriennio nihil audiens, apertas retulit ex tumulo. Menicus alter Venetus simile beneficium recepit, malo affectus biennio. Petri Patauini filiam Paduanam dictam, epileptico seu comitali morbo laborantem, totaliter claudam, dum adhuc viueret ad patris preces benedictione sanauit. Puerum item Simeonem eodem morbo miserabiliter quotidie per annos tres affectum impertita ex sepulchro gratia curauit.

Cæci illuminati.

Surdi audiunt.

Mortui ad vitam reuocati.

In agro Patauino mulier ad vicinam domum ignem reportatura progressa, dum redit, infantulam filiulam in fossam domui proximam cænosæ aquæ receptaculum, lapsam, & vltimos exhalantem spiritus vidit, descendit, accurrit, extraxit, in margine reposuit, nec motum, nec spiritum habentem. Mortuam adiudicantes vicini ad sancti Antonij busta portarunt, vt matris lachrymarum miseris, vitam vel foueret, vel restitueret. Super tumulum posita repente ocellos aperuit, omnemque ebibitam aquam euomuit hilaricula parentibus arridens. Similiter accidit cuidam Dominico, cui Comacerenti, qui in lacum lapsus filium & suffocatum domum vehens matris eiulantis vlnis commisit. Illa fide plena eum sancto obrulit Antonio, rogans lachrymabundè, vt qui quotidiana in omnes conferebat beneficia, misellæ dignaretur misereri. Exaudita est confestim exiliente sano è brachijs, quem mortuum complexabatur. In ciuitate Monopolitana in Apulia prope fratrum ædem iuuenis quidam terram effodiens, ex latere vicini collis agere irruente obrutus est. Accurrens cum vicinis gemebunda mater excauata mole viuum extrahunt, quem minutulè contusum iudicabant. Interrogatus quomodo sub tanta ruina non perierit: respondit in ipsa ruina sibi vidisse fratrem Minorem aliquem manu pondus omne sustinuisse,

ne premeret, neque alium hunc se putare præter Antonium Patauinum, quem ob vndique prædicata miracula in ipso inuocauit periculo.

Aleardinus miles è Saluaterra parum fidei Catholicæ tenax, quam alias omnino respuerat, dum vbique à tantis miraculis commendari audiret Antonium, nihil credebat, veniens mox Patauium cum in hospitio eadem multiplicari, & videri quotidie ad eius tumulum dicerent coniuuæ, duræ, inquit, ego sum fidei, neque quidquam ex dictis credam, nisi proiectum hoc vitri vasculum, & in petram collisum integrum seruauerit ille, quem tantorum asseritis miraculorum patratorum. Proiecit fortiter in pauimentum lapide stratum, qui alias vel ipso calu frangeretur vitreus cyathus, sed integer velut durus silex resiliuit. Quo visu miraculo credidit cæteris, Antonij, sanctitati & fidei catholicæ, atque præmissa peccatorum confessione paruit deinceps Ecclesiæ sanctæ institutibus, vbique deprædicans à se probatam viri sancti virtutem, in cuius fidem vasculum circumferebat. Quod dum alteri inconstantis fidei ostenderet ad mensam accumbenti, inquit: Quæ refers credam, dummodo aridum hoc vitis sarmentum (quod forte in vuarum calatho adhibuit) reuiuiscere, & fructus producere fecerit, ciathumque hunc meum musto ex sarmento hoc expresso valeam replere. Mirum; statim fronduit vitis, vuas, protulit, & sancti viri miraculis plenam fidem conciliauit. Huius miraculi non vna fit mentio in sancti viri officio quod recitant Minores.

Hæreticos illuminat.

Go'lisum in petram vitrum non frangitur.

Sicca vitis reuiuiscit.

Irridens sancti viri miracula puniuntur.

Irrisit etiam clanculum quædam ex sancti viri miraculis Guidotrus de Anquillaria clericus, Patauini Episcopi domesticus, dum constiturus coram Pontificis commissarijs audiebat multos, qui recepta beneficia, & circa se facta miracula iuridicè deponebant. Non id fecit impune, nam repentino motu toto cæpit corpore adeo vehementer dolere, vt in apertas voces irrumperet, dignum erga se Dei iudicium propalans. Vocatam ad se matrem rogauit vt quoniam se indignum iudicabat, qui coram sancto baiulatus appareret, illa ad tumulum eius sceleris veniam exoraret, & pro filio sponderet dignam exhibendam pro crimine penitentiam. Fecit, & exorauit, statim enim ad supplicantis matris lachrymas remissum est piaculum filio, & laxatum supplicium Accepti beneficij ille non immemor plus omnibus deinceps institit sancti viri laudibus & Canonizationi.

Viri simul & mulieres numero ferme viginti sex vt Venetias tenderent, nauem apud sanctum Hilarium conscenderunt, cumque hora completorij ad lacunam iuxta sanctum Georgium de Alega peruenissent, orta tempestate grauissima ad locum prædictum refugere conabantur. Preualecente autem turbine conuulsati, ad incognita sibi prorsus loca delati sunt, nam caligo quædam simul cum vento & pluuia ita spissa desuper incumberebat, vt se inuicem vix videntes, de salute penitus desperarent, facta denique confessione peccaminum, & à sacerdote, qui intererat, absolutione suscepta cum clamoribus & lachrymis vlulantes, Deo & B. Antonio suppliciter deuouerunt, statimque autem facto voto circa nauem procella quicuit, incumbentibus tamen tenebris vbi forent, vel quo tenderent, nemo presentium recognouit. Et ecce de nauis lux egressa resplenduit, quæ nauigantes & collachrymantes

Naufragantes saluauit.

Miracula S. Antonij lecta in die Canonizationis.

Curui erecti.

chrymantes præ lætitiâ præcedebat, & eisdem ad locum S. Marci paruuli iuxta Venetias saluos duxit, quo cum patris sanctissimi meritis de manu mortis erui peruenissent, mox præambulū ab eorum oculis lumen disparuit, & in tuto positus ducatum ultra subtraxit.

Mirum & rarum quod sequitur. Mulier quædam de Monte Silice iter faciens versus Paduam cum viro suo, comitantibus eam mulieribus aliis præconceptam mentis suæ lætitiâ verbis & lætibus gestibus ostendebat, maritus enim nuper ante promiserat, quod ad sancti Iacobi visitanda limina ipsam secum duceret, vt petebat. Volens igitur iocunditatem eius & gestulationes pariter temperare, mulieri dixit, qui tot verbis & risibus læta diffusis, ac spe vana decepta gestu solueris importuno? Scias me omnino mutasse propositum, & nequaquam, quo tu properas profecturum. Cumque maritus verbis eiusmodi valde eam exasperando perstitisset, post longa tandem silentia mutato vultu mulier intulit obiurganti, nisi promissum mihi peregrinationis iter opere compleueris, noueris me in nomine Iesu Christi, ac beati Antonij aquis istis, quæ præterfluunt submergendam. At ille nequaquam fidem adhibens verbis eius, quin potius obfirmata facie stultam vocans, permissum soluere constantius denegabat. Sublata ergo fiducia, ac spe omni frustrata infelix mulier, manus in se conuertit, ac beati Antonij nomine inuocato (quasi etiam sceleri sanctum velit adesse) se præcipitem aquis dedit: videntes autem mulieres, quæ aderant mediis fluctibus volutantem, stupefactæ nimis cursu rapido aduolabant, & periculi rapidi fluminis oblitæ, madefactis toris vestibus, aquis extrahere obuolutam. Quam cum educta foret, in littore collocantes, mirum certe, mulieribus cæteris contorquentibus vestes suas, & aquarum copiam educentibus, ipsa quidem nec filo subtægminis humefacto, super ripam fluminis inuecta est. Quod sane factum etsi fatuati potius sit adserendum, quam virtuti, patris tamen sanctissimi hæc apud Deum merita potuerunt obtinere, vt qui veræ semplicitatis amicus exiit, simplicitatem fœminæ, licet stultæ, mediis fluctibus conseruaret illæsam.

Immittit & remittit infirmitatem volenti.

Soror quædam ancillaris de ordine pauperum dominarum, Oliua nomine, cum adhuc patris sanctissimi corpus existeret insepultum, accessit supplex, & deosculans manus eius inter cætera, quæ rogauit indulgeri sibi meritis eius petiit, vt pœnam omnem, quam peccatis exigentibus meruisset, in præsentem sibi Deus infligeret, nec puniendum quidpiam in posterum reseruaret. Oratione verò factâ monasterium mulier subiit, moxque per omne corpus dolore validissimo cruciata præ immensitate doloris semetipsam ferrè non valuit, sed sorores cæteras stridoribus admodum perturbauit. Resumpta vero paululum valetudine circa noctem die sequenti cum sororibus cæteris simul ipsa resectorium clanculum subiit, & ad mensam cum aliis constituta, iteratis cepit subito doloribus perurgeti, ita quod nequaquam cibum sumeret, sed parturientis more super mensam huc illucque se volueret & clamaret. Iubente igitur Abbatissa ad valetudinarium delata est, & quæ sibi votis omnibus in præsentem pœnam infligi poposcerat, multiplicatis precibus ab eodem remedia flagitabat. Tandem autem reminiscens mulier, quan-

dam apud se tunicâ Sancti particulam habere reconditam, mox allatam sibi super corpus ducens applicuit, & confestim dolor omnis abcessit.

Mulier quædam de Timegone nihil tam desiderabat, quam sub morte eius visitare sepulchrum, quod tot miraculis audierat condecorari. At non poterat à fratribus suis constituta mensis tempore custos agelli, vt abigeret passerum aliarumque volucrum copiam frequentem. Dum ad urbem ire cuperet, fratres autem timeret, magna fiducia elatis oculis in cælum inquit: Sancte Antoni, si tu ab hac segete profligaueris volucres, illæsamque custodiens, ita vt ego non patiar, voueo & promitto me nouies sepulchrum tuum gloriosum visitatum. Non omnino dixit, quando magno garritu auolarunt auium multa agmina, neque illa in agellum aduolarunt, nisi post reconditum frumentum.

Abigit & segete volucres.


Puerum quendam Patauium, Henricum nomine, collum dolentem nimio tumore, mater vouit afferre ad sancti viri tumulum, & donarium off. re effigiei cereæ cum magna candela, modò conualesceret. Fecit illa, ex parte conualuit filius, sed dum auarè tenet, quam promisit candelam, paulo post eodem turget adolescens malo, cui non ali. d quam voti solui. nemadhibuit remedium, vt optata frueretur valetudine, quam statim est afflictus. Bartholomæus miles de campo rotundo, filiam graui calculo dirè dolentem, emissò voto de viuendo & adorando Sancti Antoni, sepulchro, statim sanam accepit.

Voti obliuio ponitur.

Lectis tot ac tantis viri Dei miraculis, & acclamante vniuerso populo eius sanctitatem, in Ecclesia Cathedrali Spoletana surgens à solio Pontifex, inuocato nomine deificæ Trinitatis beatissimum Patrem Antonium sanctorum catalogo conscripsit, & festum obitus diem haberi constituit, concedens omnibus vere pœnitentibus & confessis, sepulchrum eius in die festiuitatis, aut per octauas quotannis cum debita reuerentia visitantibus relaxationem vnius anni de iniuncta sibi pœnitentia. Statim omnes Prælati hymnum: *Te Deum laudamus* canarunt, quo terminato Pontifex alta voce Antiphonam illam *O Doctor optime*, intonauit, quam deus vniuersus magno modulamine profecutus est, Papa versiculum, & orationem concinente. Deinde post dies paucos per suas litteras datas 3. Nonas Iulij intimauit omnibus Ecclesiarum prælat. tis huiusmodi factam Canonizationem, hortatusque est omnes ad sancti viri cultum. Plura diplomata huius videntur apotheosis in solo subscriptionis die discrepantia: cum enim multa transmissi oporteret, nec vno scribebantur aut dabantur die, diuersi temporis præferunt notas, vt in aliis Pontificiis literis sæpius per hoc opus obseruatur. Horum exemplar habetur in regesto Vaticano n. 12. sub Kalen. Iulij, & totius rei gestæ seriem descriptionemve originalem inter vetera tabularia Anagninæ repperam, seruati Romæ in Vaticano ex mandato sanctissimi Domini Gregorij XII. sibi retulisse Reuerendissimum D. Calligarium Brittonorientium Episcopum, scribit Rodolphus, quam tamen ego non potui detegere inquit Vuadingus. Bullam autem subiicio.

Canonizatus S. Antonius.

Rod. cit.



GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS seruatorum Dei, venerabilibus Fratribus, Archiepiscopis, & Episcopis: dilectis filiis Abbatibus, Prioribus & aliis Ecclesiarum Prælati, præsentem paginam inspecturis, salutem & Apostolicam benedictionem.



*VM dicat Dominus per Prophetam: dabo vos cunctis populis in laudem & gloriam & honorem; & per se polliceatur, quod iusti sicut sol in conspectu Dei fulgebunt, pium & iustum est, vt, quos Deus merito sanctitatis coronat & honorat in cælis; nos venerationis officio laudemus, & glorificemus in terris; cum ipse potius laudetur & glorificetur in illis, qui est laudabilis & gloriosus in sæcula, & in sanctis. Vt enim suæ virtutis potentiam mirabiliter manifestet, & nostræ salutis causam misericorditer operetur; fideles suos quos semper coronat in cælo, frequenter etiam honorat in sæculo, ad eorum memorias signa faciens & prodigia, per quæ prauitas confundatur heretica, & fides catholica confirmetur: fideles, mentis torpore discusso, ad boni operis excitentur instantiam, heretici depulsa in qua iacent cecitatis caligine, ab inuia reducantur ad viam, & Iudæi atque Pagani vero lumine cognito currant ad Christum lucem, viam, veritatem & vitam. Vnde nos charissimi, & si non quantas debemus, quantas possumus, gratias agimus gratiarum omnium largitori: quod diebus nostris, ad confirmationem Catholice fidei, & ad confusonem hereticæ prauitatis, euidenter innouat signa, & mirabilia potenter immutat; faciens illos coruscare miraculis, qui fidem Catholicam, tam corde quam ore, nec non opere roborarunt. De quorum numero, sanctæ memoriæ beatus Antonius, de Ordine fratrum Minorum: qui olim degens in sæculo magnis pollebat meritis, nunc viuens in cælo, multis coruscat miraculis, vt eius sanctitas certis indiciis comprobetur. Cum enim dudum venerabilis frater noster Episcopus & dilecti filij, Potestas & commune Paduanorum nobis per nuncios suos & literas humiliter supplicassent, vt cum Dominus eidem sancto tantam contulerit gloriam, vt ad dandam scientiam primæ solæ immortalis ipsius, & experimentum euidentis de secunda; sepulchrum eius tot & tantis daret coruscare miraculis, quod eius inter alios sanctos non inuocari suffragia, est indignum; de ipsius miraculis testes recipi mandarem: non attendentes, quod licet ad hoc, vt aliquis sanctus sit apud Deum in Ecclesia triumphante, sola sufficiat finalis perseuerantia iuxta illud: Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ; ad hoc tamen vt sanctus habeatur apud homines in Ecclesia militante, duo sunt necessaria, virtus morum, & veritas signorum, merita videlicet, & miracula; vt hæc & illa sibi ad inuicem contestentur, cum nec merita sine miraculis, nec miracula sine meritis plene sufficiant, ad perhibendum inter homines testimonium sanctitati. Sed cum merita sana præcedunt, & clara succedunt miracula, certum præbent indicium sanctitatis: vt nos ad ipsius venerationem inducant, quem Deus ex meritis præcedentibus, & signis subsequentibus exhibet venerandum: quæ duo ex verbis Euangelistæ plenius colligitur: Illi autem profecti prædicauerunt vbique, Domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis: eidem Episcopo, & dilectis filiis, fratri Iordano sancti Benedicti, & I. sancti Augustini, Prioribus Ordinis fratrum Predicatorum, Paduanorum receptionem testium de miraculis eiusdem sancti, duximus committendum. Nuper autem tam per relationem prædictorum Episcopi & Priorum, quam per depositiones testium super hoc*

Soph. 3.

Mat. 13.

Dan. 3. Sanctos honorat Deus.

Ioan. 14.

S. Antonius coruscat miraculis.

Apo. 2. Ad canonizandum quempiam quæ requiruntur.

Math. 16. Qui examinarunt miracula S. Antonij, Noui Pontifici.

hoc receptorum, de ipsius virtutibus & miraculorum insignis certiores effecti, & experti aliquando per nos ipsos sanctitatem vite, & admirabilem conuersationem ipsius; vt pote qui apud nos fuit aliquandiu laudabiliter conuersatus: eisdem Episcopo, Potestate ac Commune, predictis, per solemnnes nuncios suos, & litteras, nobis cum instantia denuo supplicantibus: quod eundem fratrem sanctorum catalogo adscribere curaremus: vt auctoritate (sicut conuenit) Apostolica dignus honor illi exhiberetur in terris, qui sicut claris signis, & euidentibus argumentis apparet, honoratur in caelis: ipsum, qui corporaliter dissolutus cum Christo esse meruit in caelestibus, ne illius honori, & debito, & gloria detrabere quodammodo videremur, si glorificatum à Domino permitteremus ulterius humana deuotione priuari: de Fratrum nostrorum consilio, & praelatorum omnium tunc apud Sedem Apostolicam existentium, catalogo sanctorum duximus adscribendum. Cum igitur secundum Euangelicam veritatem, nemo accendat lucernam, & ponat eam sub modio, sed super candelabrum, vt omnes, qui in domo sunt, lumen videant, & predicti sancti lucerna sic arserit hactenus in hoc mundo, quod per Dei gratiam, iam non sub modio, sed super candelabrum meruerit collocari: vniuersitatem vestram rogamus, monemus attentius, & hortamur per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus deuotionem fidelium, ad venerationem ipsius salubriter excitantes, festiuitatem ipsius Idibus Iunij, annis singulis celebretis, & faciatis solemniter celebrari: vt eiusdem precibus Dominus exoratus, gratiam in presenti, & gloriam nobis tribuat in futuro. Nos autem cupientes sepulchrum tanti Confessoris, qui miraculorum fulgoribus illustrat Ecclesiam generalem, congruis honoribus frequentari: omnibus verè poenitentibus & confessis, illud in festiuitate ipsius vsque ad octauum diem, annis singulis cum reuerentia debita visitantibus; de omnipotentis Dei misericordia & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, auctoritate confisi, annum vnum de iniuncta sibi poenitentia misericorditer relaxamus. Datum Spoleti 3. nonas Iunij Pontificatus nostri anno sexto.

Canonizat.

Matth. 5.

Indicatur dies festus.

Conceduntur Indulgentiae visitantibus sepulchrum.

Quando canonizatur sancti exultant Vlyssipponenses.

Ea autem die, qua in sanctos relatus est vir Dei, res stupenda accidit Vlyssbonæ. Nam & viri & feminae extra domos in plateis cantabant, & tripudiabant, & campanæ omnes totius ciuitatis, nullo eas mouente, concrepabant egregiè, nec poterant se homines cohibere, quin se lætitiæ & tripudiis darent. Ea autem re in multam illis admirationem adductis, non diu post superuenere ex Italia fratres, quorum relatu didicerunt, ipso die inusitata lætitiæ suæ, virum beatum in Sanctorum albo inscriptum fuisse. Innumera & magna sunt mirabilia, qui-

bus Deus sanctum voluit glorificare; adeo frequentia & perpetua vbique Antonij miracula, vt in vno perpetuo harere miraculo videantur, mirabiliusque in illo foret à miraculis cessare, quam operari. Rebus mirifice gestis adeo nobilitatus est, vt interdum non ad necessitatem, sed ad iucunditatem (vt de sancti viri patre B. Francisco quidam dixit) præsens Dei auxilium ei oblatum videretur. Plura præter relata sunt admirabilia viri opera, quæ vltimo capite recensentur aliis innumeris omnibus miraculis.

Guarner. de sanctis vrbis Bergomat.

C A P V T

C A P V T XXX.

De translatione corporis eius.

Transfertur corpus S. Antonij.

Solemnis facta est translatio corporis S. Antonij de Padua, aliqua ex parte absoluto templo, ex suo nomine appellando. Præcipua causa huius posthumi honoris ille fuit, quod laborante 19. annis vrbe Patauina sub intolerabili tyrannide Ezzelini de Romanis feruissimi viri, Nerone, & si quo alio inhumano monstro, crudelioris, beatus Lucas Belludinus, sancti viri olim socius, & Bartholomæus Coradinus Monasterij præfectus, seu Guardianus, sacras agentes excubias apud Diui sepulchrum, profusilque lacrymis orantes, vt patriam suam (vterque enim ex primoribus Vrbis) libertati & pristino redderet nitore, ex imuito sepulchro responsum acceperunt, id concedendum eo ipso anno sub sui natalitij die octaua. Neque inane fuit oraculum, quippe eo anno, qui Christi fuit 1256. mensis Iunij die 19. Octavianus Vbalinus Cardinalis, Sedis Apostolicæ Legatus, adhibita manu Ecclesiæ confederatorum superatis Ezzelini sequacibus Urbem obtinuit. Quo ingenti beneficio deuincti Patauini anno 1257. statuerunt communi Senatus decreto; vt pro vrbis Patrono deinceps haberetur Antonius, offerreturque ei statua aurea, ipsius ciuitatis præferens ideam; Ultra hæc quotannis ex communi ærario soluerentur quatuor millia librarum monetæ, donec templi fabrica consummaretur, atque in Natalitij Vesperis publica indicta supplicatione Princeps Venetus, Academici, religiosi omnes, cunctique secularis status Ordines, & vniuersæ confraternitates, eius sepulchrum inuiserent, varia donaria, pecuniam, cereos, oleum pro fouendis lampadibus consecrarent. Neque his contenti alia in dies adiecerunt, per quæ mirum in modum accevit Sancti veneratio.

Liberat Urbem à suo tyrannidis iugo.

Ciuum gratitudo.

Quale templum S. Antonij.

Porro templum, in quod allatum est sancti Viri corpus; Minorum antea vsui concessum, in tantam abiit amplitudinem, vt cum optimis Europæ delubris conferri, si non omnibus præferri, merito possit. Antiquissimum est, quibusdam sæculis ante Christum natum extructum; Iunoni quidam volunt aliquando sacrum, idque ipsum cuius meminit Liuius. Mutato cultu pro æde maiori vrbis habebatur, eoque dicebatur nomine *Ædes maior*, donec anno 1229. Iacobus Corradus, Patauinus Episcopus, hoc insigniuit titulo, *S. Maria Mater Domini*; deinde ex frequenti cultu, & aucta reuerentia S. Antonij, antonomastice Ecclesia Sancti nuncupata est. Coaliuit ædes ex duabus Ecclesiis, vna antiqua quam diximus Iunonis, altera recentiori: Illa protenditur à porta Orientali vsque ad organa, ordinemque columnarum marmorearum prope chorum eo in loco, quo supremum erat altare: Ista chorum, turres campanarias complectitur maiores, & quidquid ultra chorum est. Huius additionis artifex Nicolaus Pisanus, illa ætate celebris Architectus. Incepta est fabrica noui additamenti anno 1237. quo Vir sanctus è viuis discessit, sed ob turbulentos morus sub Ezzelino cessatum est ab opere vsque ad annum 1269. Alia etiam habuit intervalla structura vsque ad annum 1307. quo decreuit Vniuersitas Patauina dare pro structura eiusdem Ecclesiæ libræ quater mille sub regimine domini Hungari de Oddis Perusini, viri perillustis. Quo valido subsidio completa est Ecclesia; præter magnam restudinem, quæ super chorum est, & ex variis oblationibus accevit anno 1424. Ecclesia longa est pedes ducentos octuaginta; lata centum triginta vnum; alta centum & decem. Pars antiqua multas habet columnas, testudines, absidias, & quatuor turres campanarias, quarum maior alta nimis pyramidalis Angelum habet tuba sonantem, ad ventorum varietatem volubilem. Pars noua ultra chorum nouem habet sacella pulchra valde, inter quæ ad chorum interiacet spaciola porticus, & super hanc exurgunt duæ turres campanariæ octangulæ miri artificij, sed mirabilioris super solam testudinem fundamenti. Testudo magna, quam super chorum fabricatam diximus, octo magnis columnis innititur. Vniuersum rectum laminiis plumbeis cooperitur. Templi frons præter alios ornatus, porticus habet amplas, & deambulatoria duo, vnum superius, alterum inferius, varijs innixa columnis. Chori sedilia 88. variegato opere, pulchro artificio cælati, & insertis lignis, varijs experimentibus figuris, spectabilia redduntur: fecit Laurentius Canotius de Lendenara, in hac arte præstantissimus anno 1468. Altare maius erectum anno 1582. è marmoreis columnis, varijs crustis ornatum, multis imaginibus, & statuis æneis fufis à Donatello Florentino anno 1468. decore compositum: Reconditorium corporis Christi lapide pretioso, statuis item æneis circumcirca dispositis, in summi altaris medio authoritatem & maiestatem exprimens, simul cum altari completum est decem millibus aureorum, operis præfectis Hieronymo Campagna Veronensi, & Casare Franco Patauino. In choro conspicitur candelabrum æneum, altum pedes vndecim, miræ pulchritudinis & venustatis, centum & quatuor figuris cælatum, singulari arte ab Andrea Riccio Brioscho, vltimi huius sæculi commendatissimo statuario, constatum: Singulare hoc opus rerum Patauinarum scriptores omnes commendant, atque ipse artifex appenso ad sepulchrum Epitaphio, ab eodem laudatur. Chorum circundant crates & portæ ferreæ, reticulatio textu egregiè compactæ, expensis Erasmi Gattamelatae Noriniensis Ducis, bello fortissimi (cui ob egregiam fidem cum summa virtute coniunctam Senatus Venetus publico decreto extra templum S. Antonij in ingenti area sub dio equestrem statuam armati equitis, militare sceptrum tenentis, erexit) & superius ornant in circuitu viginti quinque statuæ lapideæ, & viginti candelabra: ex vtroque vero latere ianæ præcipuæ, ænea simulachra duo. Ab exteriori parte duodecim habet tabulas, seu laminas æreas insignes; quæ ad dexteram & sinistram maioris portæ chori visuntur: effudit anno 1507. prædictus Riccius, in quarum altera Iudith Hebræa sopitum, seu potius vino sepultum obruncat Holofernem: in altera vero trahitur Arca fœderis, quæ de domo Aminadab cum maximo triumpho, præeunte David cum citharis, tympanis, & cymbalis, tripudio, solemnique saltu adducitur in sanctam Ciuitatem. Alia decem fecit Bellanus Patauinus, fusoria arte præstantissimus anno 1488. exprimentur sacras historias veteris instrumenti: Abelem à Cai-



percutsum; Abrahamum immolantem Isaac; Iosephum à fratribus verditum; Pharaonem in aquis submersum; Israclitas aureum vitulum adorantes, serpentem æneum in deserto exaltatum, Samsonem Philisthæus dieiclis ædibus obruentem, Davidis cum Goliath congressum, Salomonem meretricum contentionem dirimentem; & Ionam in mare proiectum. Alia habet chorus externa ornamenta columnarum, fornicum, statuarum æris à Titiano Aspetto effusarum; Crucifixi item ænei inaurati, à Donatello, superius commemorato, conflati. Super arcum Ecclesiæ præcipuum conspicitur in muro lapis rudis, olim S. Antonij cervical. Extra chorum supra duos marmoreos fornice, præstantissime deductos, consurgunt organa bina pneumatica, quorum vtraque decem habent pluritides regulas, ad modos concidendos vel frangendos: fusores peritissimi Vincentius Columbus, & Vincentius alter Columna.

Sacellum S. Antonij

Ad læuam organorum, Aquilonem versus, in veteri Basilicæ ædificio constructum S. Antonij sacellum, pedes longum quadraginta, largum viginti quinque. Inchoati anno 1532 tanta est maiestas, & splendor tam in materia, quam in opere, vt primis Italiæ sacellis possit comparari. Frontispicium totum marmoreum transuersa cingula siue coronides habet egregie cælatas, expositas concamerato muro statuas optimas, obductos quinque arcus columnis quatuor candidissimi marmoris, & pilis seu stelis duabus. In frontis medio incisa syllabæ tres. R. E. P. A. P. O. videlicet *Respublica Patavina posuit*. Interius circumcirca vndecim arcibus, magnique valoris columnis adornatur, & nouem tablis quadris marmoreis, quibus insculptæ elegantissimæ figuræ humanæ, vltra centum tres indicantes varias viri sancti actiones. A læua prima sculpsit Antonius Minellus Patavinus, in hac arte præstantissimus; exprimit Diuum huius sodalirij tunicam induentem. Secunda ignoti authoris, representat miraculum restituti capillamenti scemina à marito malè habitæ ob præstita Fratris obsequia. Tertia Diui patrem fald accersatum de homicidio, ab eodem liberatum: fecit Hieronymus Campagna Veronensis. Quarta, adolescentulam submersam ad viuos reuocatum opus est Iacobi Sansouini Florentini. Quinta simile miraculum è mari extracti infantuli submersi; elapsa est opificis memoria. Sexta, auari feneratoris cor inter pecunias reconditum; sculpsit hanc Tullius Lombardus, nec non septimam restituti pedis, quem sibi præcidit iuuenis, à sancto Viro ob calce impetitam genitricem acriter reprehensus. Octauæ author nescitur, cui incisum miraculum proiecti in lapides viri, sed profus illæsi. In scena expressit Antonius Lombardus egregius statuarum infantulum, paucos dies natum, articulata loquela suscipionem adulterij à matre auertentem. Teçti concamerati. Lorica est testacea; seu gypsea testudo Titiani Minij Patavini cælatoris eximij, in effundendis & conflandis formis cuius rei peritissimi. In tholi medio circumspira hæc verba. *Gande felix Padua, qua thesaurum possides. Paupum tum sacelli, tum vniuersæ Ecclesiæ tesseris quadrisve rubri, & candidi marmoris stratum.*

In medio sacrarij condita reliquiæ S. Antonij in arca singularissimi lapidis, varij coloris, sub

morte eius diuinitus inuenta, & fabricata à sanctis Quatuor Coronatis, qui passi sunt sub Diocletiano Imperatore, quorum ferias celebrat Ecclesia. Sustinent hanc aram columnæ quatuor, in aræ formam, ad quam ascenditur per gradus septem marmoreos, vtrinque eiusdem materiæ deductis spondis ad cornua vsque altaris, quas columnule superpositæ, & in quatuor angulis totidem ac ei Angeli, valde reddunt venustas. Super altare tria sunt simulacha Diuorum ænea, & scalæ ascensum claudunt portæ duæ æneæ, à supranominato Titiano Aspetto conflata anno 1590. Sancti reliquias repositit reuerenter hac in arca præmissis omni spiritali obsequio, Guido Cardinalis & Episcopus Bononiensis in Gallia, Lombardiæ, Marchiæ, Taruisinæ, Germaniæ, ac Pannoniæ partibus Ecclesiæ Romanæ Legatus. Maxillam etiam eius in sacrario, in insigni tabernaculo argenteo, minio & pigmento laudatissimi coloris eleganter exornato: Linguam veros ciues Patavini precioso in vase collocarunt.

Præter sancti Paris reliquias sunt in prædicta Basilica corpus B. Lucæ Belludini, sancti viri focij, de quo iam præfati sumus, in lapideo sepulchro, quatuor columnis imposito, in sacello nobilissimæ familiæ Comitum, seu de Conti; & corpus alterum S. Felicis II. Papæ & Martyris, quatuor ibidem columnis innixum in sacello à Bonifacio Lupo Marchione Soragnæ constructo. Consecrata est Ecclesia à Iacobo Zenone de Venetijs Episcopo Patavino anno 1475. die 18. Iunij. Instituta in eadem Ecclesia sodalitates duæ numerosæ satis, vna Conceptionis Virginæ, fundatore Giacomino Malafossa Bargio Pedemontano Minorita Conuentali; altera Cordigerorum inchoa a anno 1586. die 25. Octobris. Magnifica habentur in eodem Templo mausolæa, & splendida satis magnorum hominum monumenta. Omnia descripserunt, & affixa Epitaphia exscripserunt Bernadinus Scardonijs, & Valerius Polydorus citati: ex omnibus duo dumtaxat hic seligemus; Primum est, Petri Bembi Illustrissimi & doctissimi S. R. E. Cardinalis inter scriptores celeberrimi, Aquilonem versus stelæ magnæ adnixum. Posuit ei monumentum Hieronymus Quirinus Ismerij filius Patricius Venetus, quem ita Bembus dilexit, vt eum moriens, & in secundis hæredibus scripserit, & testamenti sui executorem esse voluerit. Hic itaque Cardinalis imaginem mormoream Danesij Catanei Carrariensis, eximij statuarij opus, alto loco posuit, impetrano prius à Republica Patavina loco, qui iam viuenti Bembo, ad tumulum Maurocenæ & Lucicij illius filij publico Decurionum decreto fuerat concessus. Statuæ subscriptum hoc Epitaphium. *Petri Bembi Card. imaginem Hieronymus Quirinus Ismerij filius, in publico ponendam curauit, vt cuius ingenij monumenta aeterna sint, eius corporis quoque memoria, ne à posteritate desideraretur. Vixit annos lxxvij. dies xxix. Obijt xv. Kalendas February. M. D. LXVII.* Monumentum alterum ex Meridionali parte ad stelam oppositam erectum in memoriam Alexandri Contareni supremi Classis Venetæ Præfecti in multis celeberrimis congressibus cum Ottomanicis. Statuam habet perbellè sculptam, subtrus posita reportata trophæa, captiuos item quatuor Turcas, spolia demonstrantes. Insculpta deinde hæc memoria. *Hanc*

Sancti viri reliquias vt recandida.

Magnorum sepulchra.

*Alexandri Contareni Veneta Classis, cum summa potestate fortiss. Legati, Diui Marci Procuratoris, quem nec Veneti in periculoss. Reipub. temporib. retardarunt unquam. Et Hariadenus Barbarossa Ottomanica Classis Imperator potentiss. sepe timuit, tam mirabili artificio ductam effigiem, magni indicem animi, præclarumque totius maritime disciplinæ simulachrum vt posteritas haberet, quod instar immortalitatis, ac gloria vnice coleret, ne quidquam Patavino splendore deesset, Petrus & Pandolphus Frat. Opt. P. Vixit annos lxxvij. dies ix. Obijt xvij. Kalendas Aprilis, M. D. LIII.* In eadem Ecclesia in sublimi arca conditum corpus Rainerij summi Iurifconsulti, Bartoli præceptoris; subiecto heroici carminis Epitaphio, Et in capitulari æde in magnifico mausolæo ante aram incisa hæc breuis inscriptio. *Cæsari Riano Patriarcha Alex. Episcopo Malacitano. Multa seruantur in adyto seu sacristia Sanctorum reliquiæ, & supellex sacra locupletissima, qua maiorem pauca habent Ecclesiæ. Decem habet Cruces argenteas, statuas sexdecim Sanctorum, calices quinquaginta, aureum vnum precij aureorum quingentorum viginti; tabernacula argentea tria maiora, minora alia pro conseruandis Sanctorum reliquijs triginta, candelabra magna decem, lampades multas, sed vnam immensæ molis, statuas ex toto oblatas maioris ponderis quatuor, minoris triginta nouem, tabulas argenteas septem, nauem integram omnibus armamentis ornatam; statuam magnam, ideam præferentem Vrbis Patavinae, præter aliam minutam supellectilem multam nimis. Adnexum Monasterium Patrum Conuentalium, gratissimum est, in quo vltra centum commemorantur, vt publicam retinent Academiam liberalem artium & Theologiæ. Opimus habet hæc ædes redditus, in eademque residet prauitatis hæreticæ Inquisitor, qui ex Minoritis in illa vrbe semper assumitur.*

Suppellex Ecclesiastica copiosa.

Augetur quotidie viri sancti cultus.

Neque tempore decreuit, sed in dies magis augetur huius ædis maiestas & splendor; ita meretur miraculorum frequentia & magnitudo, quæ in hanc diem ob merita, & intercessionem huius sanctissimi viri, Deo ita volente, perdurant. Quatenus tantæ rei per vniuersum orbem terrarum ita longè lateque fama percrebuit: vt Christiana religio alterum patronum vix habeat præter immaculatam Virginem Dei matrem Mariam, quem ob quotidiana miracula huic D. Antonio pro cultu præponat, quemve donarijs ditioribus, aut ardentioribus precibus pro salute in maximis periculis impetranda crebrius interpellat. Quare merito huic Diuo tam augmentum, atque insigne templum erectum est: vt inter magnificentissima totius Orbis ædificia, vel præcipuum existimari iure possit: & est tantæ in hanc vsque diem venerationis tam apud Patavinos, quam apud omnes exteras nationes, vt multi non ex Hispaniis tantum, aut ex Vlyssipponensi vrbe, & Portugallia regno, sed etiam ex Gallia & ex vtraque Germania illuc abeant, qui Templum hoc & sancti Viri reliquias suppliciter venerentur. Sebastianus Lusitanæ Rex, & Margarita Austriaca Philippi III. coniux, eo ducebantur erga Virum Sanctum affectu, vt apud Sereniiss. Venetorum Rempub. instanter egerint pro obtinenda aliquali reliquiarij eiusdem particula Regi missa brachij pars an. 1570.

Reginæ anno 1610. pars altera concessa. In templi vestibulo supra arcum portæ Occidentalis leguntur hæc vetusta & impolita carmina.

*Mille ducentis vno currente trigenis.*

*Antonius frater venis ad alta pater: Cuius ad exemplum sacrarum visita Templum; Expiat nunc voto, fœmina virquo noto. Nunc regnat plenus, qui vixit pauper, egenus; Hispanus genitus, Paduarulit esse colonus.*

Probant hæc laudabilem Patavinarum gratitudinem erga sanctum virum ob beneficia accepta, & præcipue ob liberatam Ciuitatem, quare præparato mausolæo exhumari hoc anno Sancti Viri corpus, & decentius recondi voluerunt: Huic translationi summa solemnitate peractæ in octaua Resurrectionis Dominicæ 7. Idus Aprilis, interfuit Generalis Minister S. Bonauentura, qui inter effossas sacras reliquias linguam Viri sancti triginta duos annos cum corpore humanam, rubentem adhuc & integram admirabiliter repertam, & reuerenter cum lachrymis acceptam pio hoc decorauit elogio. *O lingua benedicta! qua semper Deum benedixisti, & alios benedicere docuisti; nunc manifestè apparet tua quantafuerint erga Deum obsequia.* Quam deuotè osculatus tradidit Optimatibus Patavinis digna theca reponendam.

S. Bonauentura interfuit translationi.

Neque hic substitit ciuium veneratio, vltra etenim superius narrata decreuit Respub. anno 1265. vt eadem cultus solemnitate celebraretur festum, atque festi dies Octaua propter obuentum eo die singulare libertatis beneficium: vt in publico foro binæ erigerentur hinc inde statuæ, vna S. Antonij, altera S. Prodocimi, sancti Petri discipuli, & primi Episcopi Patavini: & dies octo ante, totidemque post natalia S. Antonij liberæ nundinæ haberi possint in foro S. Antonij dicto. Anno etiam 1275. statuit vt in vigilia, nocte & festo die Sancti ad eius Basilicam offerrentur militaria Vrbis insignia, custodiretque sepulchrum Dux militaris cum viginti hominibus armatis, fieretque publica, & vniuersalis supplicatio ad eandem Ecclesiam, ad quam conueniret Episcopus cum vniuerso Clero, Potestas Ciuitatis cum ciuilibus status ordinibus & omnia sodalitia, Communitatesque Artificum cum cereis accensis. Eodemque anno iussit vt semper pro maiori solemnitate, & populi exultatione sub Octaua festi curreretur in stadio, & brauiaria proponerentur comprehendentibus. Ipsa vero octaua die Potestas Vrbis, comitantibus Optimatibus, in Basilica conuenirent solempne sacrum audiri, gratias pro liberata illo die Vrbe reddituri, & donaria oblaturi. Anno demum 1435. Michael Quarantaorro Iuris Cæsarei Professor, & Decanus Collegij Legistarum ordinauit, quod facultatis Doctores ad eandem supplicationem conuenirent Doctoralibus ornamentis insigniti, cereos accensis gestantes, & singuli collaterales haberent socios ex Minoritis: hos postea imitata sunt Collegia Philosophorum & Medicorum. Tandem multiplicatis quotidie oblationibus, vt in vnum congregarentur, atque in arca communi reponerentur, statutum est anno 1386. quibus in Deiglorian & S. Antonij honorem expendendis præfecti sunt quatuor ciues Patavini, & tres Minoritæ, singulis

Alia Patavinarum obsequia in S. Antonij.

ad percussum; Abrahamum immolantem Isaac; Iosephum à fratribus verditum; Pharaonem in aquis submersum; Israëlitas aureum vitulum adorantes, serpentem æneum in deserto exaltatum, Samsonem Philisthæus dieictis ædibus obruentem, Davidis cum Goliath congressum, Salomonem meretricum contentionem dirimentem, & Ionam in mare proiectum. Alia habet chorus externa ornamenta columnarum, fornicum, statuarum æris à Titiano Aspetto effusarum; Crucifixi item ænei inaurati, à Donatello, superius commemorato, conflati. Super arcum Ecclesiæ præcipuum conspicitur in muro lapis rudis, olim S. Antonij ceruical. Extra chorum supra duos marmoreos fornice, præstantissime deductos, consurgunt organa bina pncumatica, quorum vtraque decem habent plurimides regulas, ad modos concidendos vel frangendos: fusores peritissimi Vincentius Columbus, & Vincentius alter Columna.

Sacellum S. Antonij

Ad læuam organorum, Aquilonem versus, in veteri Basilicæ ædificio constructum S. Antonij sacellum, pedes longum quadraginta, largum viginti quinque. Inchoati anno 1532 tanta est maiestas, & splendor tam in materia, quam in opere, vt primis Italiæ sacellis possit comparari. Frontispicium totum marmoreum transuersa cingula siue coronides habet egregie cælatas, expositas concamerato muro statuas optimas, obductos quinque arcus columnis quatuor candidissimi marmoris, & pilis seu stelis duabus. In frontis medio incisæ syllabæ tres. R. E. P. A. P. O. videlicet *Respublica Patauina posuit*. Interius circumcirca vndecim arcibus, magnique valoris columnis adornatur, & nouem tablis quadris marmoreis, quibus insculptæ elegantissimæ figuræ humanæ, vltra centum tres indicantes varias viri sancti actiones. A læua prima sculpsit Antonius Mineilus Patauinus, in hac arte præstantissimus; exprimit Diuum huius sodalirij tunicam induentem. Secunda ignoti authoris, representat miraculum restituti capillamenti feminae à marito malè habitæ ob præstita Fratris obsequia. Tertia Diui patrem fald accersatum de homicidio, ab eodem liberatum: fecit Hieronymus Campagna Veronensis. Quarta, adolescentulam submersam ad viuos reuocatum opus est Iacobi Sansouini Florentini. Quinta simile miraculum è mari extracti infantuli submersi; elapsa est opificis memoria. Sexta, avari feneratoris cor inter pecunias reconditum; sculpsit hanc Tullius Lombardus, nec non septimam restituti pedis, quem sibi præcidit iuuenis, à sancto Viro ob calce impeditam genitricem acriter reprehensus. Octauæ author nescitur, cui incisum miraculum proiecti in lapides viri, sed prolix illæsi. In vna expressit Antonius Lombardus egregius statuarius infantulum, paucos dies natum, articulata loquela suscipionem adulterij à matre auertentem. Teçti concamerati. Lorica est testacea; seu gypsea testudo Titiani Minij Patauini cælatoris eximij, in effundendis & conflandis formis cuius rei peritissimi. In tholi medio circumspira hæc verba. *Gaude felix Padua, qua thesaurum possides. Paupum: ntum tum sacelli, tum vniuersæ Ecclesiæ tesseris quadrisve rubri, & candidi marmoris stratum.*

In medio sacrarij condita reliquiæ S. Antonij in arca singularissimi lapidis, varij coloris, sub

morte eius diuinitus inuenta, & fabricata à sanctis Quatuor Coronatis, qui passi sunt sub Diocletiano Imperatore, quorum ferias celebrat Ecclesia. Sustinent hanc aram columnæ quatuor, in aræ forinam, ad quam ascenditur per gradus septem marmoreos, vtrinque eiusdem materiæ deductis spondis ad cornua vsque altaris, quas columnule superpositæ, & in quatuor angulis totidem ærei Angeli, valde reddunt venustas. Super altare tria sunt simulacha Diuorum ænea, & scalæ ascensum claudunt portæ duæ æneæ, à supranominato Titiano Aspetto conflatae anno 1590. Sancti reliquias repositit reuerenter hac in arca præmissis omni spiritali obsequio, Guido Cardinalis & Episcopus Bononiensis in Gallia, Lombardiæ, Marchiæ, Taruissinæ, Germaniæ, ac Pannoniæ partibus Ecclesiæ Romanæ Legatus. Maxillam etiam eius in sacrario, in insigni tabernaculo argenteo, minio & pigmento laudatissimi coloris eleganter exornato: Linguam veros ciues Patauini precioso in vase collocarunt.

Præter sancti Paris reliquias sunt in prædicta Basilica corpus B. Lucæ Belludini, sancti viri socij, de quo iam præfati sumus, in lapideo sepulchro, quatuor columnis imposito, in sacello nobilissimæ familiæ Comitum, seu de Conti; & corpus alterum S. Felicis II. Papæ & Martyris, quatuor ibidem columnis innixum in sacello à Bonifacio Lupo Marchione Soragnæ constructo. Consecrata est Ecclesia à Iacobo Zenone de Venetijs Episcopo Patauino anno 1475. die 18. Iunij. Instituta in eadem Ecclesia sodalitates duæ numerosæ satis, vna Conceptionis Virginæ, fundatore Giacomino Malafossa Bargio Pedemontano Minorita Conuentali; altera Cordigerorum inchoa a anno 1586. die 25. Octobris. Magnifica habentur in eodem Templo mausolæa, & splendida satis magnorum hominum monumenta. Omnia descripserunt, & affixa Epitaphia exscripserunt Bernadinus Scardonijs, & Valerius Polydorus citati: ex omnibus duo dumtaxat hic seligemus; Primum est, Petri Bembi Illustrissimi & doctissimi S. R. E. Cardinalis inter scriptores celeberrimi, Aquilonem versus stelæ magnæ adnixum. Posuit ei monumentum Hieronymus Quirinus Ismerij filius Patricius Venetus, quem ita Bembus dilexit, vt eum moriens, & in secundis hæredibus scripserit, & testamenti sui executorem esse voluerit. Hic itaque Cardinalis imaginem mormoream Danesij Catanei Carrariensis, eximij statuarij opus, alto loco posuit, impetrano prius à Republica Patauina loco, qui iam viuenti Bembo, ad tumulum Maurocenæ & Lucicij illius filij publico Decurionum decreto fuerat concessus. Statuæ subscriptum hoc Epitaphium. *Petri Bembi Card. imaginem Hieronymus Quirinus Ismerij filius, in publico ponendam curauit, vt cuius ingenij monumenta æterna sint, eius corporis quoque memoria, ne à posteritate desideraretur. Vixit annos lxxvij. dies xxix. Obijt xv. Kalendas February, M. D. LXVII.* Monumentum alterum ex Meridionali parte ad stelam oppositam erectum in memoriam Alexandri Contareni supremi Classis Venetæ Præfecti in multis celeberrimis congressibus cum Ottomanicis. Statuam habet perbellè sculptam, subtrus posita reportata trophæa, captiuos item quatuor Turcas, spolia demonstrantes. Insculpta deinde hæc memoria. *Hanc*

Sancti viri reliquias vt recandida.

Magnorum sepulchra.

*Alexandri Contareni Venetæ Classis, cum summa potestate fortiss. Legati, Diui Marci Procuratoris, quem nec Veneti in periculoss. Reipub. temporib. retardarunt vnquam. Et Hariadenus Barbarossa Ottomanica Classis Imperator potentiss. sepe timuit, tam mirabili artificio ductam effigiem, magni indicem animi, præclarumque totius maritimæ disciplinæ simulachrum vt posteritas haberet, quod instar immortalitatis, ac gloria vnice coleret, ne quidquam Patauino splendore deesset, Petrus & Pandulphus Frat. Opt. P. Vixit annos lxxvij. dies ix. Obijt xvij. Kalendas Aprilis, M. D. LIII.* In eadem Ecclesia in sublimi arca conditum corpus Rainerij summi Iuriconsulti, Bartoli præceptoris; subiecto heroici carminis Epitaphio, Et in capitulari æde in magnifico mausolæo ante aram incisa hæc breuis inscriptio. *Cæsari Riano Patriarcha Alex. Episcopo Malacitano.* Multæ seruantur in adyto seu sacristia Sanctorum reliquiæ, & supellex sacra locupletissima, qua maiorem pauca habent Ecclesiæ. Decem habet Cruces argenteas, statuas sexdecim Sanctorum, calices quinquaginta, aureum vnum precij aureorum quingentorum viginti; tabernacula argentea tria maiora, minora alia pro conseruandis Sanctorum reliquijs triginta, candelabra magna decem, lampades multas, sed vnam immensæ molis, statuas ex toto oblatas maioris ponderis quatuor, minoris triginta nouem, tabulas argenteas septem, nauem integram omnibus armamentis ornatam; statuam magnam, ideam præferentem Vrbis Patauinæ, præter aliam minutam supellectilem multam nimis. Adnexum Monasterium Patrum Conuentalium, gratissimum est, in quo vltra centum commorantur, vt publicam retinent Academiam liberalium artium & Theologiæ. Opimos habet hæc ædes redditus, in eademque residet prauitatis hæreticæ Inquisitor, qui ex Minoritis in illa vrbe semper assumitur.

Augetur quotidie viri sancti cultus.

Neque tempore decreuit, sed in dies magis augetur huius ædis maiestas & splendor; ita meretur miraculorum frequentia & magnitudo, quæ in hanc diem ob merita, & intercessionem huius sanctissimi viri, Deo ita volente, perdurant. Quatenus tantæ rei per vniuersum orbem terrarum ita longè lateque fama percrebuit: vt Christiana religio alterum patronum vix habeat præter immaculatam Virginem Dei matrem Mariam, quem ob quotidiana miracula huic D. Antonio pro cultu præponat, quemve donarijs ditioribus, aut ardentioribus precibus pro salute in maximis periculis impetranda crebrius interpellat. Quare merito huic Diuo tam augmentum, atque insigne templum erectum est: vt inter magnificentissima totius Orbis ædificia, vel præcipuum existimari iure possit: & est tantæ in hanc vsque diem venerationis tam apud Patauinos, quam apud omnes exteras nationes, vt multi non ex Hispaniis tantum, aut ex Vlyssipponensi vrbe, & Portugalliæ regno, sed etiam ex Gallia & ex vtraque Germania illuc abeant, qui Templum hoc & sancti Viri reliquias suppliciter venerentur. Sebastianus Lusitanæ Rex, & Margarita Austriaca Philippi III. coniux, eo ducebantur erga Virum Sanctum affectu, vt apud Sereniiff. Venetorum Rempub. instanter egerint pro obtinenda aliquali reliquiariū eiusdem particula Regi missa brachij pars an. 1570.

Reginæ anno 1610. pars altera concessa. In templi vestibulo supra arcum portæ Occidentalis leguntur hæc vetusta & impolita carmina.

*Mille ducentis vno currente trigenis.*

*Antonius frater venis ad alta pater: Cuius ad exemplum sacratum visita Templum; Expiat nunc voto, femina vir quo noto. Nunc regnat plenus, qui vixit pauper, egenus; Hispanus genitus, Paduarulit esse colonus.*

Probant hæc laudabilem Patauinarum gratitudinem erga sanctum virum ob beneficia accepta, & præcipue ob liberatam Ciuitatem, quare præparato mausolæo exhumari hoc anno Sancti Viri corpus, & decentius recondi voluerunt: Huic translationi summa solemnitate peractæ in octaua Resurrectionis Dominicæ 7. Idus Aprilis, interfuit Generalis Minister S. Bonauentura, qui inter effossas sacras reliquias linguam Viri sancti triginta duos annos cum corpore humanam, rubentem adhuc & integram admirabiliter repertam, & reuerenter cum lachrymis acceptam pio hoc decorauit elogio. *O lingua benedicta! qua semper Deum benedixisti, & alios benedicere docuisti; nunc manifestè apparet tua quantafuerint erga Deum obsequia.* Quam deuotè osculatus tradidit Optimatibus Patauinis digna theca reponendam.

S. Bonauentura interfuit translationi.

Neque hic substiit ciuium veneratio, vltra etenim superius narrata decreuit Respub. anno 1265. vt eadem cultus solemnitate celebraretur festum, atque festi dies Octaua propter obtentum eo die singulare libertatis beneficium: vt in publico foro binæ erigerentur hinc inde statuae, vna S. Antonij, altera S. Prodocimi, sancti Petri discipuli, & primi Episcopi Patauini: & dies octo ante, totidemque post natalia S. Antonij liberae nundinae haberi possint in foro S. Antonij dicto. Anno etiam 1275. statuit vt in vigilia, nocte & festo die Sancti ad eius Basilicam offerrentur militaria Vrbis insignia, custodiretque sepulchrum Dux militaris cum viginti hominibus armatis, fieretque publica, & vniuersalis supplicatio ad eandem Ecclesiam, ad quam conueniret Episcopus cum vniuerso Clero, Potestas Ciuitatis cum ciuilibus status ordinibus & omnia sodalitia, Communitatesque Artificum cum cereis accensis. Eodemque anno iussit vt semper pro maiori solemnitate, & populi exultatione sub Octaua festi curreretur in stadio, & brauiatritia proponerentur comprehendentibus. Ipsa vero octaua die Potestas Vrbis, comitantibus Optimatibus, in Basilica conuenirent solempne sacrum audiri, gratias pro liberata illo die Vrbe reddituri, & donaria oblaturi. Anno demum 1435. Michael Quarantaorro Iuris Cæsarei Professor, & Decanus Collegij Legistarum ordinauit, quod facultatis Doctores ad eandem supplicationem conuenirent Doctoralibus ornamentis insigniti, cereos accensis gestantes, & singuli collaterales haberent socios ex Minoritis: hos postea imitata sunt Collegia Philosophorum & Medicorum. Tandem multiplicatis quotidie oblationibus, vt in vnum congregarentur, atque in arca communi reponerentur, statutum est anno 1386. quibus in Deiglorian & S. Antonij honorem expendendis præfecti sunt quatuor ciues Patauini, & tres Minoritæ, singulis

Alia Patauinarum obsequia in S. Antonij.



annis à Potestate Urbis eligendi; auctusque est ita oblationum prouentus, vt multa millia aureorum eius redditibus annuis thresaurizentur.

P. Gonfaluus Generalis Ministrer, in festo Pentecostes celebravit Comitria Generalia Patauij, in quibus facta est translatio tumuli S. Antonij ad medium Ecclesiæ, anno 1310.

Guido de Montefor. i Lemouicensis, Gallus tit. S. Cæcilie, postea Portuensis Episcopus, Lega us missus in Lombardiam, regnum Neapolitanum, & Hungaricum, & alias partes à Clemente VI. qui dum insigne beneficium vitæ in manifesto mortis discrimine à S. Antonio mirabiliter conseruatæ profiteri vellet, Patauium se contulit, illic rempe anno 1350. Tertiam fieri curauit translationem corporis eiusdem D. ad arcam argenteam & magnæ capitis partis ad pretiosissimam thecam suis sumptibus affabre elaboratas.

CAPVT XXXI.

Miracula post canonizationē eius referuntur.

SS. Franciscus & Antonius de sua salute desperantem faciunt vt respiciat.

**M**ulta post hæc tempora patrauit S. Antonius miracula in solo natiuo Lusitaniæ & alibi. illa refero ex Anonymo auctore legendæ M S. & vestutæ. Oppidi Linhares Domina, Lupia nuncupata, per annos tredecim damone vsa est pro Cubicularia, quo instigan e magnam exercebat tyrannidem in subditos, & occulta plurima patrabat facinora: illud dumtaxat tōni reliquum erat, quod fidem non denegauerat, & cælitus aliquos, præsertim Franciscum Affiliatē & Antonium Patauinum deuotē veneraretur. Ad extremum vitæ articulum tandem denuntium est, in quo tot scelerum veniam se conseruatam desperabat, vnde neque penitentia, neque Eucharistiæ Sacramenta sibi profutura credebat. Dum misera & desolata iaceret, nec quisquam posset eam ad confitenda peccata reducere, apparuerunt in cubiculo Minoritæ duo, quorum serri r post commendatam Sacramentalis confessionis virtutem, & emollitum pectus fœmineum. Age, inquit, ne præualeat fraus inimici; Dei misericordia tuam superabit iniquitatem, modò omnem ex anime confitearis. Ego Deum dabo propitium dum tu, ipso auxiliante, te reddas contritam: & virtute meritorum Christi tibi vitam æternam promittō, dum breui hac vitæ morula dolcas de commissis. In me sit omnis maledictio, dum perfecta peccatorum adit confessio. His excitata verbis meliorem concepit spem, & ritè confessa proprio Sacerdoti, pauperem sibi petiit vestem donari ab iis qui & donandam promiserunt vitam æternam. Hac induta, & Sacramentis vltimis perceptis placidè obdormiuit in Domino, disparentibus subito optimis magistris. Qui aderant, ex signis & perpetuo mulieris in Diuos amore, non temere iudicarunt Sanctos fuisse Franciscum & Antonium; & defunctæ cadauer curarunt in templo Minorum vrbis Guardie sepeliri. Paulò post extra oppidum præfatum, quidam Ordinis Equestris audiuit lamentabiles voces mulieris plorantis, se tredecim annos mancipium adeò infructuosè perdidisse; Adiurauit Eques in Christi nomine, vt quæ esset & cur ploraret,

expromeret; Coacta indicauit se obsequiis Dominae Lupæ tot annis addictam, vt multis peccatis obnoxiam infernum deduceret; capitatos vero duos Minoritas, quos illa in vita valde dilexit, ad interitum properè tendentem sibi è manibus præripuisse: Vera autem me tibi reuelasse ex hoc, inquit, signo comperies, quod cum ad Oppidum perueneris audies populi rumorem de occisa per fatrum ferrarium propria vxore; at ille capietur, & impunitens agetur in furcas; ego vero vxoricidij author vniusque in peccato mortui animas mihi lucror, per quas vnus mihi ereptæ damum compenso. Vt appellit vir ille, omnia sibi vere prædicta, probauit.

Vterque hic sanctus fœminam alteram ab imminente malo liberauit in villa Serpæ eiusdem Regni. Habuit hæc virum incontinentem, vagos concubitus appetentem, & sibi valde molestum. Sapius, vt liberius ad alienas licere accedere, propriam vxorem volebat defunctam, & calcibus verberibusque affectam, durissime tractabat. Illa zelotypiâ, & dolore impulsâ miseræ vitæ finem potius imponere, quam prolixam perferre mortem excogitauit. Laqueo itaque se strangulare parat nocte quadam, dum maritus cum alia lasciuiebat; sed dum collo funem iniicit, præproperè pulsatur ostium, quod dum illa referatur abijt, offerunt se ei Fratres duo Minoreres. Sciscitanti quinam essent: responderunt è regione longinqua se venisse, & vnum Franciscum, alterum Antonium appellari. Pro amore, inquit, SS. Francisci & Antoni, quos ex corde veneror, ingredimini, & hac nocte apud nos requiescite. Refectione apposita, familiarius initur colloquium, & eo vsque se fidit hospitibus afflicta mulier, vt conscios fecerit patrandi delicti. Prædicarunt illi horrendum esse sibi manus iniicere, & terribilius mox incidere in manus Dei viuentis, pleneque persuaserunt, vt abstineret à crimine. Strato Fratribus lecto pia mulier abiit cubitum, sed hospites alio abierunt ad lectum illum, in quo vir huius cum concubina iacebat, cui apparentes grauitatem exposuerunt peccati, & propriæ vxoris desperationem. Addiderunt & signum, adhuc restem esse in cubiculo, quo se volebat suffocare, nisi illi superuenissent. Abi, inquit, domum tuam, pete ab ea funem, quem sibi parauit in laqueum, & fac vt cuncta tibi ex ordine referat, vt videas, quo in statu sunt res tuæ: tu animam, illa perdit & vitam. Recessit statim ab amasia vir visione perterritus, & domi comperit vera esse, quæ vidit, audiuit, mulierque expauit, non inueniens in lecto neque hospites, neque signum aliquod accumbentis. Tanto prodigio commotus vir recessit à via sua mala, & pacificè deinceps vixit cum vxore.

In eodem Regno & vico Elbron, non longè à celebri oppido, quod *Turres noua* nuncupatur, dum mulier quædam ex contemptu nollet festum diem S. Antonij cum cæteris obseruare, portaretque in vertice tritici pondus ad molam, subito exorto turbine, deiecta in terram sacco desuper irruerit, & repentinò casu, & graui pondere animam exhalauit. Deportata est statim anima per Argelum ad locum pœnarum; vbi inter cætera tormenta vidit magno splendore, & venustate fulgentem S. Antonium, & summo gaudio eius solemnità à cælicolis celebrari. Singula videnti

Aliam à parata sibi morte & maritum liberant à crimine.

Festis diei contemptum plebis morte.

Reuocatur ad v. m.

denti mysteriosa quæque bonus dux declarauit, tantumque temporis in his rebus perspicendis & excipiendis consumptum est; vt corpus ad Turres nouas deportatum iustis solutis, iam fuerit sepultura tradendum, cum ecce repente resumptâ animâ vegetum & sanum coram omnibus apparuerit, & rei seriem omnem cum timore & tremore mulier astantibus retulerit. Sibi etiam eandem ipsam mulierem distincte & sub iuramento narrasse visionem hanc, suamque resurrectionem, scribit author legendæ.

Alia S. Antonij miracula.

Frater Bernardinus Parmensis Minorita tumore gutturis loquelâ amisâ, & summo imminente vitæ periculo, post probatam omnem medicinæ virtutem ad sancti Viri sepulchrum ductus, sanicem multam expuens, repente loquutus gratias reddidit, laudes concinens tanto benefactori. Fratrem alterum Cambium dictum herniosum tracti sepulchri virtus sanum reddidit. Puerulus vnus anni & octo mensium, Thomasinus dictus, submersus in magno echino seu aquimario vase, à parentibus, qui propè Ecclesiam sancti habitabant; ad sepulchrum eius oblatas, emisso voto de pendo dono honoratio, statim reuixit. Beatrix, Fulginatis diœcesis mulierem, scedocancro, & periculoso tumore laborantem in visione apparens, sanauit; quæ protinus Patauium abiit, votum adimpleretur de sancti visitando delubro.

Girundæ in Catalonia tunc temporis contractis membris dolebat adolescentulâ, quæ dum dolores euadere, & à tædio diurni, & quotidiani obsequij matrem liberare summo perire cupierat, rogauit sanctum Franciscum, cuius crebra tunc narrabantur miracula, vt sanam efficeret. Apparuerunt ei sancti Patres Franciscus Affiliat & Antonius Patauinus, & ab omni liberarunt infirmitate. Conuolarunt multi vt incolumem viderent, quam prius contractam cognouerant: atque inter hos Episcopus, qui rem diligenter examinauit, multis demum annis supervixit, & filios genuit, quorum primum Ordini Minorum consecrauit. ¶ In regno Portugaliæ circa sub Dionysio Rege in villa Scalabitana, vulgo Santarem, mulier quædam elusa, & valde vexata à damone in crucifixi effigie sibi apparente, & persuadente vt in vicino Tagi flumine se submergeret ad plenam consequendam peccatorum remissionem, & mox cælestis regni beatitudinem, aquis se præfocare decreuit, dum abire parat accedit ad sancti Francisci ædem & prostrata coram sancti Antonij altari rogat, vt quæ ad salutem sunt, impetret potenter inspirari. Morsis præmeditata dolore oppressa, & animo fatigata in somnum incidit, viditque sanctum Antonium salutaria quæque momentem, diabolica tentamenta fugantem & demum illud adijcientem medicamentum, vt perpetuo ad collum portaret schedam quandam, quam illa expergefata à sancto apparitore apprehendit collo alligatam, his verbis inscriptis: *Ecce crucem Domini, fugite partes aduersa, vicit Leo de tribu Iuda, radix David: alleluia, alleluia.* Virtutem cælestis remedij subito sensit, depulsa omni tentatione neque eam sensit amplius, donec miraculo audito Dionysius Rex curauit schedam sibi afferri, inuasit mulierem prior tentatio, neque vllum adhiberi potuit remedium; nisi erepta membrana, vel eius transumptum hoc dedit Rex reseruato sibi autographo; quod honorificè inter præcipuas collocauit reliquias.

Extra oppidi muros altari Beatæ Virginis Mariæ à dextra maioris sacelli supereminet imago sancti Antonij à Padua, cui subest sepulchrum primum mercatorum sancto Antonio addictissimorum; qui quotannis in sancti Patris natalitiis lautè fratres resciebant; & sub mortem bonam suarum facultatum partem eisdem legarunt. Horum nepoti Nicolao Alphonso, inter nauigandum decidit annulus; quem hæreditario iure à parentibus acceperat; sed cum instante prædiclo festo, quo fratribus iuxta aurosum mandatum prandium parasset; & aliquot piscatores qui pisces ad conuiuium lautius instruendum caperent; sollicitè misisset; extraxerunt vnum ipa cuius ventriculo amissus annulus est repertus, quod sancti viri meritis, & miraculo omnes adscriperunt, eiusque memoriam; depictio in imaginis gyro totius rei euentu voluit Nicolaus posteris prostare. Memorabile illud est quod de sancti Antonij imagine musuo opere in absida Lateranensi expressa sub hoc tempore referunt Chronica nostra antiqua, & alij vetusti scriptores.

Musui operis artifices, Nicolao IV. Pontifice Minorita, iubentè ex affectu erga sanctum Franciscum & sanctum Antonium, vniusque sancti effigiem iuter Apostolorum imaginès repositurunt. Bonifacius Papa ad Pontificatum euectus; indignum iudicauit, vt communem haberent, hi duo recentiores Monachi cum Apostolis Ecclesiæ principibus locum; at tamen tolerandam iudicauit sancti Francisci Iconem, vir quippe fuit, inquit vere Apostolicus, & magni sodalitiij institutor, at vero vt eius etiam discipulus inter Apostolos videatur, non omnibus apparebit rationabile, iussit itaque omnino expungi, & eius loco sanctum Gregorium reponi, executurij operarij Pontificis mandatum; dum tabulatam ascendunt; & tollere conantur Antonij memoriam, ad primum ictum magno impetu repelluntur, & ex alto deijciuntur prorumpente ex ipsa imagine virtute & violentia, qua deturbati sunt, vti ipsi Pontifici retulerunt, quo audito iudicauit satius esse non offendere sanctos, & periculosum nimis esse delere vellè illorum memorias; scriptum est enim: ruina est homini deorare, siue vt habent plerique codices vulgatæ antiquæ, deorare sanctos, cum enim peccatum sit vlli hominum nocere; quanto maius est, cum quis sanctos Dei offenderit siue læserit, & quasi vile mancipium pro libito suæ voluntatis eos tractare non timuerit? Profecto nimis honorati sunt amici Dei, nimis confortatus est principatus eorum, vt temere quis audeat vel ipsas illorum umbras offendere; aut depicta simulachra delere: minimas quasque sibi illatas offensas viri sancti non relinquunt inultas, qui eo grauius suas vlciscuntur iniurias, quod non tam semetipsos, quam Deum sui honoris auctorem offendi ipso quod inferunt supplicio aperte demonstrant. Virtus enim & potentia supplicij testificatur sententiam à Deo per sanctum



# B. Antonij de Padua.

Etum suum processisse, non ex liuore vindictæ, sed ab examine & virtute iustitiæ. Antonij hæc in suos expunctores seuera animaduersio, non fuit hominis ira commoti, sed sancti doctrina tranquilli, qui à suo magistro dictum esse cognouit, qui vos spernit, me spernit, ne ergo Deum in se contemni permittant, suos contempores

V. S. iuste castigant; ad dignam rei memoriam adhuc ictus mallei in sancti perseverat capitis & historiae veritatem perpetua semper commendauit traditio. Quod si innumera alia eius recensere vellem miracula, & narratio modum excederet, & breuitate stili studium legendi amplius prouocaretur.

FINIS.



✠  
SANCTI PATRIS  
**ANTONII**  
PADVANI  
ORDINIS MINORVM;  
OPERA.



# SERMONES DOMINICALES

## ADVENTVS, ET DE TEMPORE

### SANCTI ANTONII DE PADVA,

#### SACRI ORDINIS MINORVM.

#### DOMINICA I. ADVENTVS.

LUC. 21.

Quatuor  
aduentus,  
in carnem,  
in mentem,  
ad mortem,  
ad iudiciũ.  
Dei filius  
sol.



**R**VNT signa in sole, & luna, & stellis: & in terris pressura gentium Lucæ 21. Hic quatuor notantur secundum quod sunt quatuor aduentus, scilicet in carnem, in mentem, ad mortem, & ad finale iudicium. Dico primo quod est aduentus in carnem, & hic est humanæ carnis assumptio notatus ibi: *Erunt signa in sole.* Sol enim Dei est filius. Secundus est in mentem spiritualiter: & hic est nostræ mentis purgatio siue contra peccatum protectio, siue virtutum collatio, ibi: *In luna.* Tertius in morte: qui est corporis & animæ diuisio. ibi: *In stellis.* Stellæ enim cadent de cælo &c. Quartus in ultimo fine, in quo fiet meritum discussio, & malorum punitio, ibi: *Et in terris pressura gentium, &c.*

Nallus in  
sanctitate  
Christo Do-  
mino com-  
parandus.  
Isa. 64.

Apoc. 6.

Psal. 68.

Gen. 6.

Isa. 43.

Isa. 1.

Isa. 44.

Isa. 53.

Erunt signa in sole. Sol dictus eo quod solus luceat, est Christus, qui solus lucem habitat inaccessibilem: in cuius sanctitatis & claritatis comparatione, omnis sanctorum claritas paritur detrimentum. Vnde Esaie 64. *Facti sumus ut immundi* (id est leprosi) *omnes nos: & quasi panni menstruata uniuersa iustitia nostra.* Ille sol (vt dicitur Apocalyp. 6.) *factus est niger ut saccus cilicinus.* Sacco enim nostræ humanitatis cooperuit lucem suæ diuinitatis. Posui (inquit Psal. 68.) *vestimentum meum cilicium.* Et quid tibi Dei fili & cilicio? Hac veste non Deus, sed reus: non creator, sed peccator merito debet indui. Pœnitentis, non peccata dimittentis est vestimentum. Quid ergo tibi & cilicio? multum quidem & per omnem modum peccatori homini necessarium: *quia pœnitent me fecisse hominem,* id est, pœna tenet me pro homine. Vnde Esa. 43. *Seruire me fecistis in peccatis vestris, prabistis mihi laborem in iniquitatibus vestris.* Et Esa. 1. *Laboravi sustinens.* Factus est ergo sol niger quasi saccus cilicinus. Sub cilicio carnis abscondit se candor lucis aternæ. De quo Isa. 44. *Tantum in te est Deus: & non est Deus absque te. Vere tu es Deus absconditus.* Et Isa. 53. *Quasi absconditus vultus eius.* Et bene dicitur absconditus.

Hamus enim diuinitatis absconditus fuit in esca humanitatis: vt (sicut dicit Is. c. 27.) *occideret cetum,* id est, diabolus, *qui est in mari,* id est, in mudo falso & amaro. Vnde Iob 40. *In oculis eius quasi homo capiet eum,* scilicet Behemoth. Humilis capit superbum, noster infantulus serpentem antiquum. Vnde Isa. 11. *Delectabitur infans ab ubere super foramine Aspidis, & in cauerna Reguli, qui ablatatus fuerit, manũ suam mittet.* Noster infans pannis inuolutus, præsepio reclinatus, manu suæ potentiz traxit Aspidem & Regulum, id est, diabolũ de foramine vel cauerna, id est, peccatorum conscientia. Factus est ergo sol niger quasi saccus cilicinus! O primus! ô nouissimus! ô sublimis & humilis & vilis. *Et nos* (inquit Isa. c. 53.) *reputauimus eum quasi leprosum & percussum a Deo & humiliatum.* De cuius sublimitate humiliata habetur. Isa. 6. *Vidi Dominum sedentem super solum excelsum & eleuatum.*

Nota quid sessio, solum excelsum, quid eleuatum Domini signum. Sessio est diuinitatis in humanitate humilis inclinatio. Vnde Ecclesiastici 38. *Figulus sedens ad opus suum: conuertens pedibus suis rotam qui in sollicitudine positus est semper propter opus suum.* Figulus est Dei filius, de quo Psal. 32. *Qui finxit sigillatim corda eorum.* Hic sedit in carne, scilicet se humiliavit ad, id est, propter, *opus suum,* id est, salutem nostram. Vnde Isa. 28. *Vi faciat opus suum: alienum est opus eius vt operetur opus suum. Peregrinũ est opus eius ab eo.* Greg. In mundum venit vt faciat opus suum, id est, redimat genus humanum. Sed ab ipso est opus alienum. Non conuenit diuinitati conspui, flagellari, crucifigi.

Ille pedibus suæ humanitatis conuertit rotam nostræ nature: quæ prius currebat ad mortem: vt cui prius dictum erat, *Terra es & in terram ibis:* ei modò dicatur: *Beatus es & bene tibi erit.* In quanta sollicitudine triginta tribus annis propter opus suum perficiendum fuerit semper, fatis aperte Euangelium protestatur. Vnde Psal. 61. *Cucurri in siti.* Tanto enim desiderio currebat ad crucem quasi ad fornacem: vt ibi consolidaret opus suum atque consummarer, quod Pilato non respondebat ne fortè nostræ salutis negotium impediretur

*Isay. 4.* Solium quasi solidum dictum, ipsius Christi humanitas est, quæ septem columnis innixa vndique constans & solida exitit. Vnde Isa. 4. *Apprehendens septem mulieres virum unum in die illa, dicentes: Panem nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur: tantummodo inuocetur super nos nomen tuum: aufer opprobrium nostrum.* Septem mulieres, sunt septem dona Spiritus sancti, quæ mulieres dicuntur. Glossa. Quia nemo generatur Deo, nisi per Spiritum sanctum. Vir est Christus, vnus, id est sine peccato solus, quæ apprehendent mulieres septem, id est, septem dona Spiritus sancti vt firmiter teneant & non dimittant. Omnes hæ transeunt vsque ad Christum: nullum apprehendunt. Non est enim homo qui non peccet. In omnibus aliis habet spiritus hospitium tribulationis, non mansionem quietis. Fuit enim in Prophetis & aliis iustis: sed quia homines, & ideo peccatores, in eis fuit, sed non in eis mansit. Vnde de solo Christo dicitur, Ioann. 1. *Super quem videris Spiritum sanctum descendentem & manentem, hic est qui baptizat in Spiritu sancto.* Apprehendunt ergo virum vnum dicentes: Panem nostrum &c. Ibi glossa. Qui panem & vestes habet, nihilo indiget. *Panem nostrum comedemus: & vestimentis nostris cooperiemur.* Quod est Spiritum sanctum aequaliter cum Patre & Filio omnia possidere & non indigere. *Inuocetur nomen tuum super nos,* hoc est à te dicantur Christiani, qui tua humanatione cupiunt perfrui. *Aufer opprobrium nostrum:* ne scilicet amplius (fectore vitiorum expulso è cordibus hominum) sæpe mutare cogamur hospitium.

Humanitas Christi eleuata. *Ioan. 3.* Humanitas ergo Christi in qua tanquam in folio sedit, id est, humiliavit se diuinitas, fuit excelsa & eleuata. Excelsa incomparabili vitæ sanctitate. Vnde Ioan. 3. *Qui de sursum venit super omnes est.* Vitæ scilicet excellentiâ. Item eleuata, scilicet in crucis patibulo. Vnde Ioan. 12. *Si exaltatus fuero à terra: omnia traham ad me ipsum.* Vincino scilicet crucis: in qua noster Sol sacco cilicino coopertus, quinque fuit signis signatus.

Quinque vulnera, signa in sole nempe in Christo. *Isa. 19.* Vnde dicitur: *Erunt signa in sole.* Quæ quidem signa fuerunt quinque vulnera in corpore Christi. Hæc sunt quinque ciuitates de quibus Isa. 19. *In die illa erunt quinque ciuitates in terra Aegypti loquentes lingua Chanaã &c. Ciuitas solis vocabitur vna.* Aegyptus interpretatur mæror vel tenebræ. Terra Aegypti, id est, caro Christi fuit in mærore. Vnde Heb. 5. *Cum lachrymis & clamore valido offerens, exauditus est pro sua reuerentia.* Et Psal. *Collocauit me in obscuris, sicut mortuos saculi.* In hac terra fuerunt quinque ciuitates, id est, quinque vulnera: quæ sunt ciuitates refugij: ad quæ quicumque confugerit liberabitur. Fuge ergo ad ciuitates munitas: extra quas qui inuentus fuerit occidetur. Vnde Gen. 7. *Omnis caro repperit extra arcam aquis diluuij deleta est.* In arca tantummodo est vita. Ad ipsam ergo fuge sicut fecit Ruth, cui dicit Booz Ruth. 2. *Plenam mercedem recipias à Domino Deo Israel, ad quam confugisti, & sub cuius alas venisti.* Extensis brachijs quasi duabus alis in cruce Christus suscipit ad se confugientes, & abscondit in abscondito vulnerum suorum à conturbatione dæmonum. Sequitur. *Loquentes lingua Chanaam.* quæ interpretatur comminuta. Vulnera enim Christi quasi quadam lingua comminuta loquuntur de nobis ad Patrem, non vindictam sed misericordiam.

Vulnera Christi loquuntur.

Vnde Heb. 12. *Accessistis ad noui testamenti mediatorum Iesum, & sanguinis asperersionem melius loquentem quam Abel.* Sanguis Abel clamat vindictam, sanguis Christi misericordiam. Bernar. Securus o homo habes accessum ad Deum, vbi habes matrem ante filium, & filium ante Patrem. Mater ostendit filio peccatus & vbera: filius ostendit Patri latus & vulnera. Nulla ergo ibi erit repulsa, vbi tot charitatis occurrunt insignia.

Sequitur: *Ciuitas solis vocabitur vna.* Vulnerus lateris est ciuitas solis. In apertione enim Dominici lateris aperta fuit paradisi ianua: per quam nobis effulsit splendor æternæ lucis. Dicitur in naturalibus quod sanguis tractus ex latere columbæ tergit maculas ab oculo. Sic sanguis Christi lancea militis tractus à latere Christi illuminauit oculos cæci nati, id est generis humani. Sequitur:

*Erunt signa in Luna.* De quibus Apocal. 6. *Luna tota facta est vt sanguis.* Et Iohelis 2. *Luna conuertetur in sanguinem.* Deus fecit duo luminaria, luminare maius, & minus. Maius est angelicus spiritus. Luminare minus est anima hominis. Vnde dicitur luna quasi lucentium vna. Ad hoc enim hominis anima creata est: vt celestia sapiens tanquam vna ex illis beatis spiritibus creatorem laudaret, & cum Dei filiis iubilaret. Sed ex nimia terræ vicinitate contraxit nigredinem & amisit claritatem. Ideo necesse est vt si ipsam vult recuperare, prius tota vertatur in sanguinem. Sanguis est contritio cordis: de quo Hebr. 9. *Accipiens (inquit) Moyses sanguinem vitulorum & hircorum cum aqua & lana coccinea & hyssopo, ipsum quoque librum & omnem populum aspersit, dicens: Hic sanguis testamenti quod mandauit ad vos Deus. Etiam tabernaculum & omnia vasa ministerij, sanguine similiter aspersit.* Et omnia pene in sanguine mundantur. Et sine sanguinis effusione non fit remissio. Ecce quomodo luna tota facta est vt sanguis.

Sed quid Moyses? Quid sanguis? Quid aqua? Quid lana coccinea &c. Cum misericors & miserator Iesus Christus venit in peccatorum mentem, tunc Moyses accipit sanguinem. Moyses est peccator iam conuersus de aquis Aegypti, qui ista quinque debet accipere.

Sanguinem dolorosæ contritionis, Aquam lachrymosæ confessionis, Lanam innocentie & puritatis, Coccineam fraternæ charitatis, Hyssopum veræ humilitatis,

Cum illis debet aspergere librum, id est, sui cordis secretum, & omnem populum suarum cogitationum: & tabernaculum, id est, corpus suum: & omnia vasa eius, id est, quinque sensus. In sanguine contritionis omnia mundantur cum proposito tamen confitendi. Sine contritione verò non fit remissio peccati. Dicatur ergo. *Erunt signa in luna.* Per signa exteriora poenitentis, cognoscuntur interiora signa contritionis. Cum castitas in corpore, Humilitas in opere, Abstinencia in cibo, Vilitas in habitu resplendent, prænuincia sunt internæ sanctificationis. Vnde hæc quatuor promittit Dominus animæ poenitenti. Isa. 60. *Gloria Libani à te veniet & abies & buxus & pinus simul ad ornandum locum sanctificationis meæ.* Gloria Libani est castitas corporis de qua gloriatur anima in

Hebr. 12. Sanguis Christi clamat misericordiam.

Vulnerus lateris ciuitas solis.

Apoc. 6. Iohel. 2. Gen. 1. Angelus luminare maius, anima minus.

Hebr. 9.

Quæ poenitens debet habere.

contritionis virtus.

Signa contritionis.

Isa. 60.

Eccle

*Eccle. 24.* Ecclesiastico. 24. *Quasi cedrus exaltata sum in libano.* Quæ interpretatur candidatio.

Cedrus fugat serpentes. Cedrus suo odore fugat serpentes. In Libano igitur, id est, corpore casto anima exaltatur quasi cedrus, quia odore sanctæ conuersationis fugat serpentes dæmoniacæ suggestionis & concupiscentiæ carnalis. De hoc etiam Isa. 4. *Super omnem gloriam protectio: vbi gloria castitatis, ibi protectio diuinæ miserationis omnia opera conseruantis.*

Item Abies dicta, eo quod præ cæteris arboribus altius eat: humilitatem significat quæ præ cæteris virtutibus altius se extollit: Vnde de ea Isa. 6. *In anno quo mortuus est rex Ozias vidi Dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum: & plena erat domus à maiestate eius, & ea quæ sub ipso erant, replebant templum.*

Superbus leprosus. Rex Ozias superbus & leprosus vitium superbiæ significat quæ in homine est mortuo Dominus sedet super solium. Anima iusti sedes est sapientiæ. In anima, excelsa humilitate, eleuata à terrenis per æternorum contèplationem requiescit Dominus, & tunc domus quinque sensuum est plena à maiestate eius. Omnia enim membra eius sunt in quiete cū Dominus quiescit in mente. Vnde Dominus Is. 32. *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, quod ad honestatem vitæ: & in tabernaculis fiducie: quo ad constantiam conscientie: & in requie opulentiæ, quo ad diuitias bonæ famæ.* Vnde subditur. *Et ea quæ sub ipso erant replebant templum.* Cū Dominus quiescit in mète nostra omnia quæ agimus sub ipso sunt, quia in humilitate sunt: & replent templum, id est, ædificant proximum. Item buxus pallidi coloris est: & ideo significat cibi & potus abstinentiam: de qua Is. 30. *Dabit tibi Dominus panem arctum & aquam breuem.* Item ibidem. *Pulli asinorum (id est poenitentes) qui operantur terram (id est affligunt carnem suam) commixtum migma comedent.*

Abstinencia buxo denotatur. Migma est hordeum cum palea, in quo cibi asperitas designatur. Item pinus ex qua pix elicitur, vilitatem habitus significat. Vetre enim inanis & habitu vilis affectuose Deum deprecatur. Prædictarum deliciarum & vestrum affluentiæ, cibi asperitate & vestis vilitate debemus compefcere. Vt sicut dicitur. Isa. 3. *Sit pro suauitate odoræ: pro zona funiculus, & pro crispanti crine caluitium: pro fascia pectorali ilicium.* Illa quatuor supradicta ornât locum sanctificationis Domini, id est animam poenitentis, in qua quiescit Dominus. Vnde dicit. *Et ad eum veniemus & mansionem apud eum faciemus.* Ioannis 14. Sequitur.

*Et erunt signa in stellis.* Signa in stellis sunt de quibus Apocalyp. 6. *Stella ceciderunt super terram de celo: sicut ficus cum à vëto mouetur magno, emittit grossos.* Dicit Isa. cap. 8. de homine laborante in articulo mortis. *Suspicit sursum, & ad terram intuebitur: & ecce tenebra, & tribulatio, & dissolutio, & angustia, & caligo persequens, & non poterit auolare de angustia sua.* In mortis articulo est tribulatio infirmitatis: tenebræ in oculis: qui tunc priuantur lumine: dissolutio membrorum. Angustia mortis, & caligo persequens, id est, timor gehennæ vel præsentia diaboli animam egressuram rapere machinantis. Heu miser homo sine sursum suspiciat siue deorsum despiciat, non poterit auolare de sua angustia quin cadat super terram & reuertatur in terram. Vnde Isa. 21. *Cecidit cecidit Babylon. id est hominis caro. Et omnia sculptilia domorum eius. Id est*

Eccle. 24.

Cedrus fugat serpentes.

Isa. 4.

Isa. 6.

Superbus leprosus.

In anima humili requiescit Dominus.

Isa. 32.

Abstinencia buxo denotatur.

Isa. 30.

Delitij victus asperitate compefcendat.

Isa. 3.

Ioan. 14.

Apoc. 6.

Isa. 8.

In morte quid timeandum.

Miseria hominis morientis.

Isa. 21.

delectationes sensuum eius. *Contra sunt in terram, quia terra es, & in terram reuertetur.* Homo stellis comparatur. Hoc ergo quod dicitur, *Stellæ, id est, homines viuentes ceciderunt de celo, id est firmamento, id est statu suo, in quo firmi stare & diutius viuere credebant super terram de qua creata sunt, sicut ficus, &c.*

Ficus est natura humana, quæ cum à vento mortis magno mouetur, tunc emittit grossos suos. Id est, perdit sensus & membra, & sic inutilis habetur. Hæc sunt signa in stellis. *Beatus ergo tunc erit ille seruus, quem cum venerit Dominus & pulsauerit ianmam, inuenit eum vigilantem.* Felix ille qui in hora suæ mortis poterit cantare quod cantatur in introitu Missæ hodiernæ. Ad te Domine leuau ianmam. Hoc est quod dicitur Isa. 51. *Eleuare eleuare, consurge Hierusalem.* O anima eleuare à carnis tuæ illecebra. Eleuare à mundi concupiscentia. Consurge ad æterna gaudia. In mortis articulo securus erit qui ita animam suam leuauerit. Deus Deus meus in te confido. Hoc est quod dicit Isa. 10. *Et erit in die illa: non adiciet residuum Israel inuicti super eo.* Scilicet Assyrio, id est diabolo: qui percussit eos. Sed inuictetur super Dominum sanctum Israel. In te (inquit) confido, non in carne, non in mundo. De cuius confidentia dicit Isa. c. 36. *Ecce confidit super baculum arundineum contractum istum: super Aegyptum, cui si innixus fuerit homo, intrabit manum eius & perforabit eum.* Abundantia rerum mundi & sanitas corporis sunt quasi arundo quæ radicem habet in luto, interioris vacua & exterioris pulchra. Hæc arundo si super illam homo innititur in morte confringitur, contracta vulnerat animam quæ vulnerata cadit in gehennam. Sequitur. *Non erubescam.* Vere qui dum viuunt, in Domino confidit, in hora mortis non erubescit. Sed exultans dicit cum Isa. 61. *Gaudens gaudebo in Domino & exultabit anima mea in Deo meo.* E contrario confidentibus in mundo comminatur. Isa. 1. *Erubescet super hortis quos elegeratis cum fueritis velut quercus defluentibus folijs, & velut hortus absque aqua. Et erit fortitudo vestra vt fanilla stipula.* In fine vitæ suæ erubescet carnales super hortis gulæ & luxuriæ quos sibi elegerunt dum viuerent: & erunt nudi & aridi velut quercus defluentibus folijs, id est, diuitiis & deliciis, & velut hortus absque aqua: quia omnis delectatio cessabit. Amplius enim per canales sensuum non decurret aqua mundanæ voluptatis ad inebriandum concupiscentiam carnis. Et tunc erit fortitudo, id est, superbia eorum quasi fauilla, id est, nullius momenti, & succendetur à dæmonibus vtrumque, id est fortitudo superbiæ, & opus auaritiæ: & non erit qui extinguet. Vnde Isa. 66. *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.* Sequitur. *Neque irrideant me inimici mei.* De qua irrisione Hieremias Thren. 2. *Plauserunt super te manibus omnes transeuntes per viam. Sibilarunt & mouerunt capita sua super siliam Hierusalem, &c.* Ab hac irrisione securi erunt in fine vitæ suæ illi qui in Domino sunt confisi, quibus ipse promittit in Isa. 55. *In latitia egrediemini, scilicet à corpore: & cum pace deducemini, ad patriam caelestem.* Montes, id est Angeli & colles, id est Apostoli cantabunt coram vobis laudem, & omnia ligna regionis, id est animæ sanctorum, plaudent manibus de vestro consortio, exultantes & Dei filium collaudantes. Sequitur.

Homo stellis comparatur.

Isa. 51. Quis securus in articulo mortis.

Isa. 10.

Isa. 36.

Prosperitas mundana arunde.

Isa. 61.

Isa. 1.

Carnales arundo.

Isa. 66.

Thren. 2.

Isa. 55.



Sequitur. *Vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes* Hoc est quod dicit **Iob. 12.** *Qui reuelat profunda de tenebris, & producit in lucem umbram mortis.* Cum Dominus transuerberat animam gladio suæ passionis, tunc profunda, id est uicia, quæ procul sunt à fundo sufficientiæ (quia nunquam dicunt sufficit: sed semper afferat, in contritione cordis: ut homo ipsa cognoscat, & cognita, in confessione aperiat. De qua subditur. *Producit in lucem, scilicet confessionis, umbram mortis, id est, ipsum peccatum mortale.*

**Diabolus mons caliginosus.**  
**Pœnitens in cruce gloriatur.**  
**Falsus Christianus quis**  
**Saluatori sex sunt necessaria.**  
**Cur Maria mare amarum dicitur**  
**Timor & spes quasi parentes uiri iusti.**  
**Timoris comes sit spes**  
**Exod. 15.**

**Virgo sine dolore peperit.**  
**Secundus partus uirginis.**  
**Virgo sine dolore peperit.**  
**Genes. 21.**

**Martýres tanquam stercora reputati sunt.**  
**Piscibus religiosi comparantur.**

**Exod. 15.** quod Filij Israël antequam uenirent ad manna dulcedinem, inuenerunt in Marath aquæ amaritudinem. Per amaræ enim poculum confessio-



# DOMINICA INFRA OCTAVAM EPIPHANIÆ.



Luca 2.

*Vm factus esset Iesus annorum duodecim, &c.* Luca 2. Vbi tria sunt uidentia. Primo, parentum Christi in Hierusalem accessus deuotionis & reuerentiæ, ibi. *Ascendemibus illis in Hierusalem.* Secundo, processus inuentionis. Christi, & lætitiæ. *Quia post triduum inuenerunt eum, &c.* Terrio, Christi descensus subiectionis & obedientiæ, ibi. *Descendit cum illis, & erat subditus, &c.* Cum ergo factus esset, &c.

Puer. Moraliter Parentes. Videmus. quid Hierusalem, Consuetudo diei festi.

In hoc nomine Puer Iesus, notatur perfectio uiri iusti qui debet esse puer, id est, purus ac: quo ad seipsum. & Iesus, id est, Saluator, sciect, quo ad proximum.

Ad puritatem sex sunt necessaria. Puritati autem Inter aduersa, ne deiciatur pax sūt scilicet timentia. Inter prospera, ne eleuetur constantia. Et ut in his ualeat perseverare humilitas. Et paupertas.

Ad hoc uero ut sit Saluator, sex opera misericordiæ sunt etiam ei necessaria, quæ sunt *Esurini, & dedistis mihi manducare, &c.* Hic est duodenarius annorum uiri iusti, qui desiderat ascendere Hierusalem cum puero Iesu, de quo hic dicitur: *Cum factus esset Iesus annorum duodecim.*

Sequitur. *Ascendentibus illis, scilicet parentibus Iesu, Ioseph & Maria.* Ioseph augmentum, Maria mare amarum interpretatur, non quia amarum pœnitentiæ habuit gemitum: sed quia in filij passione, quodam quasi prælagio nomen amaritudinis est sortita. In his duobus, spes & timor designatur, qui sunt quasi parentes uiri iusti.

Spes est bonorum expectatio futurorum quæ exprimit humilitatis affectum & sedulum obsequium seruitutis. Ecce Ioseph humilis & sedulus minister. Spes autem uocata, quia sit pes progrediendi, ecce augmentum. Et contrario dicitur Desperatio, cuius nulla progrediendi est facultas. Quia dum quisque peccatum amat, futuram gratiam non sperat. Et ne spes præsumptione corrumpatur, debet timor coniungi qui est initium sapientiæ: ad cuius saporis dulcedinem nullus potest peruenire, nisi prius deguster timoris amaritudinem. Vnde **Exod. 15.** dicitur, quod Filij Israël antequam uenirent ad manna dulcedinem, inuenerunt in Marath aquæ amaritudinem. Per amaræ enim poculum confessio-

nis peruenitur ad gaudium sanitatis. Cum istis parentibus uir iustus debet ascendere in Hierusalem in qua uitæ excellentia, mentis tranquillitas, contemplationis suauitas designatur. Vnde **Tob. 13.** *Porta Hierusalem ex Sapphiro & Sinaragdo edificabuntur & ex lapide pretioso omnis circuitus murorum eius. Ex lapide candido & mundo omnes plateæ eius sternentur, & per uicos eius Alleluia cantabitur.* Si uis sic expone, & adde de portis ex **Apoc. cap. 21.** In utraque Hierusalem sunt nouem portæ. Porta uetus sunt sancti Angeli, qui dicuntur porta uetus propter prioritatem eorum. Ad literam in Hierusalem fuit porta uetus, quæ fuit in ea ab eo tempore quo ciuitas dicta fuit Salem, id est pax. Ita in sanctis Angelis abiecto Angelo apostata, pax firmata est. Porta fontis Patriarchæ quia per eos prima uia ostensa est ad fontem Christum. Vnde Abraham prima uia tradendi dictus est. Ad literam hæc porta ducebat ad fontem. Porta nebulosa sancti Prophetæ, qui sub quadam nube literarum uiam ueritatis docuerunt. Ad literam hæc porta pro sui altitudine nebulosa dicebatur. Et propheta præ altitudine intelligentiæ hoc nomine iure censetur. Porta clausa est uirgo Maria. De hac **Ezech. 44.** *Porta hac clausa erit in æternum, &c.* Dicitur clausa porta, quia uirgo fuit ante partum, uirgo in partu, & uirgo post partum. Uir non transibit per eam, ibidem, quia uirgo Maria concepit non opere uiri, sed opere Spiritus sancti. Clausa fuit principi, id est, ad honorẽ principis, id est filij Dei. *Princeps in ea sedebis, ibidem.* Sessio humilitatem notat, & Dei Filij in ea se humiliavit ut uoluntatem patris impleat, sicut ipse ait. *Mens uobis est ut faciam uoluntatem patris mei.* Porta equorum, sunt Apostoli. Ad literam hæc porta fuit ante templum, usque ad quam in equis ascendebatur. Sancti ergo Apostoli sunt porta equorum, quia qui intrauerunt per hanc portam, intrauerunt ad templum, quod est Christus. Usque ad hanc portam qui sederunt, sedebunt in equis superbiæ. Sed intraturi per hanc portam de equis superbiæ descenderunt, & humiles intrauerunt. Porta sterquilini sunt martyres. Ad literam sic dicebatur porta hæc, quia per hanc fordes ciuitatis effluebant. Martyres uero dicti sunt porta sterquilini, quia corpora eorum tanquam stercora reputata sunt, & sanguis eorum tanquam res uiliseffusus est. Porta scutatorum, sancti Prælati Ecclesiæ, Augustinus, Ambrosius, & alij. Ad literam hæc est porta per quam de domo regia intrabarunt in templum, & in qua erant armati domum regiæ custodituri. Sancti ergo Prælati porta sunt scutatorum, quia per doctrinam eorum de domo regia, id est, Ecclesia militanti transitur in caeleste templum. Et ipsi sunt qui domum regiam clypeis auctoritatum sacræ scripturæ munierunt. Porta piscium sunt boni subditi claustrales, qui ad modum piscium quibusdam pinnetis uirtutum se eleuant ne iaceant in cæno uitorum. Porta uallis sunt uirgines quæ dicuntur porta uallis, quia per uallẽ humilitas significatur. Vnde beata uirgo solam humilitatem commemorat, dicens



dicens: *Quia respexit humilitatem ancille sue.* Hæ sunt portæ in quibus sedebit ille vir nobilis, cum sederit cum nobilioribus senatoribus terra. Prouerbiorum ultimo. Istud sequatur ad illud, contemplationis suauitatis designatur.

Nota quod triplex Hierusalem est; Allegorica, id est, Ecclesia militans: Moralis, id est, anima fidelis: Anagogica, id est, Ecclesia triumphans. De quarumlibet structura pertractemus In dicta auctoritate Tobie, quatuor lapides ponuntur, scilicet, Saphirus, Smaragdus, lapis pretiosus, lapis mundus vel candidus. Per quos quatuor militantis Ecclesie ordines intelligimus, scilicet, Apostolos, Martyres, Confessores, & Virgines. Saphirus, cælo sereno similis, Apostolos significat, qui terrenis contemptis meruerunt dicere; Nostra conuersatio in cælis est. Smaragdus, qui tantæ viriditatis est vt omnem superet herbarum virorem, & aërem circumfusum vel imagines aspicientium virides reddat, martyres significat, qui sui sanguinis effusione animas in horro Ecclesie Apostolorum labore plantatas, vt in fidei viriditate perdurarent, asperferunt. Ex Saphiro ergo Apostolorum & Smaragdo Martyrum ædificatæ fuerunt Ecclesie militantis portæ, vt per ipsos pateret introitus ad regnum. Item lapis preciosus significat Confessores, qui contra hæreticos se murum pro domo Israel opposuerunt. Lapis mundus vel candidus fuerunt Virgines: quæ munditia interiori, & candore exteriori resplenderunt, quæ humilitate & martyrio Domino se prostrauerunt: quarum exemplo plateæ, quæ dicuntur à platos, id est, latitudine, id est, fideles dilatati charitate sternuntur: vt ipsi Domino se subiciant.

Moraliter, in Saphiro contemptus visibilium & contemplatio inuisibilium. In Smaragdo, cõpunctio lachrymarum cum confessione criminum designatur. Ex his duobus ædificantur animæ portæ, per quas patet introitus & exitus ad gustandum suauitatem Dei, ad circumspeditionem sui, ad conculcationem mundi. In lapide pretioso patientia notatur: quæ est murus animæ muniens, & defendens eam ab omni perturbatione. In lapide mundo & candido significatur castitas & humilitas: quibus debent animi cogitationes & affectiones mentis purgari & muniti. Et tunc per vicos, id est corporis sensus Alleluya, id est laus Dei cantabitur. Est enim dulcis symphonia cum consonat operatio munditiæ & puritati cogitationum.

Anagogice. In Saphiro Trinitas, & vnitatis inenarrabilis contemplatio. In Smaragdo qui confert oculis voluptatē, torius Ecclesie triumphantis iocunda visio. In lapide pretioso cælestis gaudij æterna fuitio. In lapide mudo & candido geminæ stolæ, id est animæ & corporis glorificatio designatur.

Cum sancti omnia ista habuerint, tunc cantabitur per vicos Hierusalem Alleluya. Per vicos Hierusalem, intelliguntur mansiones, de quibus dicitur Ioan. 14. *In domo patris mei mansiones multa sunt.* In quibus Alleluya, laus, & gloria voce indefessa à sanctis cantabitur. Benedictus Dominus Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, qui exaltauit Hierusalem militantem, in Ecclesiam triumphantem: quæ est regnum eius: super quam regnat in sæcula sæculorum.

Nota quod triplex Hierusalem est; Allegorica, id est, Ecclesia militans: Moralis, id est, anima fidelis: Anagogica, id est, Ecclesia triumphans. De quarumlibet structura pertractemus In dicta auctoritate Tobie, quatuor lapides ponuntur, scilicet, Saphirus, Smaragdus, lapis pretiosus, lapis mundus vel candidus. Per quos quatuor militantis Ecclesie ordines intelligimus, scilicet, Apostolos, Martyres, Confessores, & Virgines. Saphirus, cælo sereno similis, Apostolos significat, qui terrenis contemptis meruerunt dicere; Nostra conuersatio in cælis est. Smaragdus, qui tantæ viriditatis est vt omnem superet herbarum virorem, & aërem circumfusum vel imagines aspicientium virides reddat, martyres significat, qui sui sanguinis effusione animas in horro Ecclesie Apostolorum labore plantatas, vt in fidei viriditate perdurarent, asperferunt. Ex Saphiro ergo Apostolorum & Smaragdo Martyrum ædificatæ fuerunt Ecclesie militantis portæ, vt per ipsos pateret introitus ad regnum. Item lapis preciosus significat Confessores, qui contra hæreticos se murum pro domo Israel opposuerunt. Lapis mundus vel candidus fuerunt Virgines: quæ munditia interiori, & candore exteriori resplenderunt, quæ humilitate & martyrio Domino se prostrauerunt: quarum exemplo plateæ, quæ dicuntur à platos, id est, latitudine, id est, fideles dilatati charitate sternuntur: vt ipsi Domino se subiciant.

Moraliter, in Saphiro contemptus visibilium & contemplatio inuisibilium. In Smaragdo, cõpunctio lachrymarum cum confessione criminum designatur. Ex his duobus ædificantur animæ portæ, per quas patet introitus & exitus ad gustandum suauitatem Dei, ad circumspeditionem sui, ad conculcationem mundi. In lapide pretioso patientia notatur: quæ est murus animæ muniens, & defendens eam ab omni perturbatione. In lapide mundo & candido significatur castitas & humilitas: quibus debent animi cogitationes & affectiones mentis purgari & muniti. Et tunc per vicos, id est corporis sensus Alleluya, id est laus Dei cantabitur. Est enim dulcis symphonia cum consonat operatio munditiæ & puritati cogitationum.

Anagogice. In Saphiro Trinitas, & vnitatis inenarrabilis contemplatio. In Smaragdo qui confert oculis voluptatē, torius Ecclesie triumphantis iocunda visio. In lapide pretioso cælestis gaudij æterna fuitio. In lapide mudo & candido geminæ stolæ, id est animæ & corporis glorificatio designatur.

Cum sancti omnia ista habuerint, tunc cantabitur per vicos Hierusalem Alleluya. Per vicos Hierusalem, intelliguntur mansiones, de quibus dicitur Ioan. 14. *In domo patris mei mansiones multa sunt.* In quibus Alleluya, laus, & gloria voce indefessa à sanctis cantabitur. Benedictus Dominus Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, qui exaltauit Hierusalem militantem, in Ecclesiam triumphantem: quæ est regnum eius: super quam regnat in sæcula sæculorum.

Sequitur. *Secundum consuetudinem diei festi Moyses præcepit filiis Israel.* Deut. 22. *dicens Tribus vicibus per annum apparebit masculinum tuum in conspectu Domini Dei tui in loco quem elegerit, in solemnitate azymorum, id est, in Pascha, & in solemnitate tabernaculorum: & in solemnitate hebdomadarum. Et non apparebit ante Dominum vacuus: sed offeret vnusquisque secundum quod habuerit iuxta benedictionem Domini Dei sui, quam dederit ei.* Nota quod in triplici solemnitate triplex notatur status: scilicet status incipientium, proficientium, & perfectorum. In solemnitate azymorum notatur status incipientium qui in azymis sinceritatis & veritatis debent Pascha celebrare, & agnum cum lactucis agrestibus, id est, suorum peccatorum amaritudine comedere. De qua quære in Resurrectionis fermone. In solemnitate hebdomadarum in qua offerebantur duo noui panes primitiarum Domino, status proficientium, quorum interior homo renouatur de die in diem, qui novos panes, id est mentis & corporis munditiam Domino offerunt. In solemnitate tabernaculorum, quæ scenophegia, id est, fixio tabernaculorum dicitur, status perfectorum; qui vt dicit Isai. 32. *Se-*

*debit in tabernaculis fiducia.* Quorum tabernacula vt dicit Balaam, Num. 24. *Pulchra sunt vt valles nemorosa.* In quibus paupertatis humilitas præstat obumbraculum contra ardorem temporalium: vt horti iuxta fluuios irrigui in quibus infusio gratiæ refrigerans sitim carnalis concupiscentiæ designatur. Hæc est ergo consuetudo festi diei secundum quam quilibet vir iustus tenetur & debet ascendere in Hierusalem. Vbi ne ante Dominum vacuus appareat, debet offerre agnum innocentiam quo ad seipsum. Et vt dicitur Leuit. 23. *Debet sumere spatulas fructus arboris pulcherrime, spatulasque palmarum.* Vide hoc in Euangelio de Ramis Palmarum.

Item super his tribus statibus habes concordiam. Leuit. 1. vbi tria genera oblationum ponuntur. Prima, fiebat de pecoribus. Secunda, de auibus. Tertia, de similia oleo conspersa, his tribus modis, in clibano, in sartagine, in craticula. Primam offerunt incipientes. Vnde dicitur ibidem. *Detraeta pelle hostiæ artus in frustra concident: & subiicient in altari ignem: strues lignorum ante composita, & membra que casa sunt, ordinatè desuper: caput videlicet & cuncta que adherent iecori intestinis & pedibus lotis aqua, adolebit Sacerdos super Altare in holocaustum Domino & suauem odorem.* Altare est cor: ignis diuinus amor: strues lignorum, congeries passionum Christi, pellis detractio, reatus denudatio, artus vel membra cæsa, circumstantiæ in confessione manifestatæ. Caput origo peccati: iecur ipsius pertinax amor: intestina, cogitationum immunditia: pedes progressus operum, aqua, effusio lachrymarum.

Peccator ergo conuersus incipiens pœnitere, in Altari cordis sui debet primo componere congeriem passionum Christi, scilicet flagella, sputa, alapas, crucem, clauos & lanceam, & postea in confessione reatum denudare, & eius circumstantias minutatim diuidere, & quæ fuit ipsius origo, & quanta in ipso delectatio & amor. Debet etiam aqua lachrymarum ablueri immunditiam cogitationis, & operis. Si hæc omnia ita fuerint ordinata & composita, super congeriem Iesu Christi passionum: ipse qui est summus Sacerdos, subiiciet ignem sui amoris

amoris

Deut. 22. Triplex status incipientium, proficientium & perfectorum. Isai. 32. Num. 24. Humilitas obumbraculum contra ardorem temporalium. Leuit. 13. Leuit. 1. Tria genera oblationum. Quid pœnitens agere debeat. Vita viri perfecti in quo consistit.

amoris: qui deuorabit omnia peccata. Et tunc ipse pœnitens fiet holocaustum, id est, totum incensum & nihil sibi de se reseruans: sed totum se seruituti Dei subiiciens: vt sit bonus Christi odor in omni loco. Et sic exhibebit corpus suum hostiam viuentem: quia peccato mortuum: viuentem quia iustitiæ viuum. *Vino ego,* inquit Apost. Gal. 2. *non ego: vinum vero in me Christus.*

Sequitur, sanctam. Proficientes offerunt secundam oblationem, de qua in eodem Leuitico subinfertur. *Si de auibus holocausti oblatio fuerit Domino de turturibus & pullis columbarum, offeret eam Sacerdos ad altare: & retorset ad collum capite ac rupto vulneris loco de turture faciei sanguinem super crepidinem altaris: vesiculam vero gutturis & plumas proiciet prope Altare ad Orientalem plagam in loco in quo cineres effundi solent, confringetque axillas eius: & non secabit nec ferro diuidet eam: & adolebit super altare.* Tunc oblatio fit de auibus cum vir iustus pennatus virtutibus quæ in turture & columba propter castitatem & simplicitatem & gemitum pœnitentiæ designantur, proficit de virtute in virtutem. Qui caput ad collum, os ad axillas tunc retorquet, cum quod ore prædicat, opere exercet. Ex tali torsione fit ruptio, id est, mentis deuotio. Ex qua decurrit sanguis lacrymarum: quæ sunt (vt dicit Augustinus) sanguis animæ.

Super crepidinem altaris, id est, animam auditoris dulcis symphonia operis & oris, in prædicante deuotionem excitat: quæ audientis cor penetrat, *Ne ergo,* vt dicitur Eccl. 32. *impedias musicam,* id est, symphoniam. In vesicula gutturis ardor auaritiæ, in Plumis leuitas superbiæ designatur: quæ vir iustus à se proicit ad Orientalem plagam in loco cinerum: cum considerat à quanta felicitatis gloria cecidit per auaritiæ & superbiam priorum parentum: quibus dictum est. *Cinis es, &c.* Confringit axillas, cum considerans Dominicæ Incarnationis humilitatem suas deponit virtutes. Vnde Ezech. cap. 1. *Cum fieret vox super firmamentum, animalia submittebant alas suas.* Firmamentum est Christus, super quem fuit facta vox, scilicet: *Percutiam pastorem &c.* Cum hanc animalia, id est, sancti audiunt, sumunt virtutes suas: non de ipsis sed de percussi pastoris passione confidentes.

Vir iustus qui quotidie in melius proficit, virtutum axillas humilitate confringit, non in tempore aduersitatis ferro impatientiæ à se diuidit. Et sic seipsum adoleo Hostiam sanctam super Altare, id est, imitationem Dominicæ Passionis, igne sanctæ deuotionis superposito lignis, id est Sanctorum Patrum exemplis: & sic totus fit holocaustum, & oblatio suauissimi odoris Domino.

Sequitur, Deo placentem. Perfecti viri tertiam oblationem offerunt, quæ vt ibi dicitur, erat de similia conspersa oleo. Similia purgatissima & candidissima farina est. Perfecti viri vita quæ caret fursure mundanæ vanitatis, candet munditia castitatis, & conspergitur oleo pietatis. Hæc coquitur in clibano paupertatis, frangitur in sartagine alienæ necessitatis, vel infirmitatis, assatur in craticula Dominicæ Passionis. Vere hæc hostia est placens Deo. Ista tria faciunt rationabile obsequium discretionis sincerum, sanctitatis plenum.

Et post triduum inuenerunt illum in templo, &c.

Triduum est propriæ iniquitatis cognitio, fraternalis necessitatis compassio, diuinæ pietatis admiratio & consideratio. De primo Michæ 7. *Cum sedeo in tenebris Deus lux mihi est.* De secundo Ezech. 1. *Erat visio discurrens in medio animalium, splendor ignis, &c.* Splendor ignis est cõpassio charitatis: quæ accendit & illuminat, de qua egreditur fulgor miræ operationis. Hæc visio quæ vere videre facit, debet discurrere in medio animalium, id est Christianorum. Et bene dicit discurrens, id est, per diuersa currens. Vera compassioni non sufficit prouidere necessitati corporis, nisi prouideat animæ & econuerso. Si quis infirmatur, si quis scandalizatur in anima, & ipsa vritur. Item de tertio, Ecclesi. 11. *Dulce lumen & delectabile est oculis,* scilicet mentis, *videre solem,* id est, considerare diuinæ pietatis claritatem. Quicumque hoc triduum proferunt, Iesum inueniunt, & in templo inuenire poterunt.

Templum dictum quasi tectum amplum, est mens viri iusti, quæ est tectum, quia regit compassione necessitatem proximi. Amplum cognitione sui & Dei. In tali templo post tale triduum inuenitur Iesus. Sed quid ibi facit? Certe trias Seder in medio Doctorum, audit, & interrogat. In mente viri iusti sunt Doctores, id est, mentis affectus, qui docent quid cauendum, quid agendum. In quorum medio Iesus sedet, cum mentem pacificat, in mente pacificata quiescit, quiescens omnia suauiter disponit. Hoc est quod dicit Iob 29. *Cum sederem quasi rex circumstante exercitu, eram tamen mœrentium consolator.* Ecce consolatio, audire & interrogare cum mens est in quietis silentio, tunc Iesus audit affectum cordis in ipsius aure loquentis, & post interrogat flagello piæ correctionis. Hoc est quod dicit Iob 7. *Visitatus eum diluculo.* Ecce auditio, & subito probas illum. Ecce interrogatio. Hæc est consolatio mœrentium, id est, iustorum qui mœrent pro irriguo superiori in valle lachrymarum, vt eos beatus Iob audiat, interroget, visitet, & probet. Hæc est (inquit) consolatio mea vt affligeres dolore, non pœna.

Aliter exponi potest triduum. Triduum est pœnitentia quæ in tribus consistit, scilicet in contritione, confessione, & satisfactione. De quo triduo dicit Moyses, Exod. 3. *Ibimus viam trium dierum, pergemus in solitudine, & sacrificabimus Domino Deo nostro.* Post hoc triduum Ioseph & Maria, id est, pœnitentes spiritu, pauperes & humiles inueniunt Iesum in templo cælestis Hierusalem. Hoc est quod dicitur Gen. 40. quod pincerna post triduum fuit restitutus gradui pristino.

Sedentem in medio Doctorum. Hoc est quod dicitur Apoc. 4. *Vidi, & ecce sedes posita in medio calo, & super sedem sedens, & in circuitu sedis sedilia viginti quatuor, & super thronos vigintiquatuor seniores.* In quibus duodecim Patriarchæ & duodecim Apostoli possunt designari. *Sedentes circumstanti vestimenti albis, & in capitis eorum coronas aureas.* Istud idem cantatur in Introitu Missæ. In excelsis throno vidi sedere virum, &c. Item cantabant canticum nouum dicentes, Dignus es Domine, &c.

Sequitur, Audientem & interrogantem illos. Beatos spiritus Dominus tunc audit cum nostræ deuotionis oblationem per operum ministerium gratanter suscipit. Vnde Apoc. 8. *Ascendit fuma*

Quomodo Christus inueniendus. Ezech. 1. animalium, splendor ignis, &c. Splendor ignis est cõpassio charitatis: quæ accendit & illuminat, de qua egreditur fulgor miræ operationis. Hæc visio quæ vere videre facit, debet discurrere in medio animalium, id est Christianorum. Et bene dicit discurrens, id est, per diuersa currens. Vera compassioni non sufficit prouidere necessitati corporis, nisi prouideat animæ & econuerso. Si quis infirmatur, si quis scandalizatur in anima, & ipsa vritur. Item de tertio, Ecclesi. 11. Dulce lumen & delectabile est oculis, scilicet mentis, videre solem, id est, considerare diuinæ pietatis claritatem. Quicumque hoc triduum proferunt, Iesum inueniunt, & in templo inuenire poterunt. Christus in mente pacificata quiescit. Iob. 29. Cum sederem quasi rex circumstante exercitu, eram tamen mœrentium consolator. Ecce auditio, & subito probas illum. Ecce interrogatio. Hæc est consolatio mœrentium, id est, iustorum qui mœrent pro irriguo superiori in valle lachrymarum, vt eos beatus Iob audiat, interroget, visitet, & probet. Hæc est (inquit) consolatio mea vt affligeres dolore, non pœna. Quando nam Deus nos audit. Apoc. 8.



*Tob. 12. Hebr. 1.* *mus incensorum de orationibus sanctorum. Et Tobia 12. Raphael, Ego, inquit, obtuli orationem tuam Domino. Omnes, inquit Apostolus Hebr. 1. sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis. Interrogat, cum eis suae voluntatis secretum reuelat.*

*Superbia confunditur.* Sequitur. *Descendit cum eis & venit Nazareth, & erat subditus illis.* Nota ista tria. Descendit, Nazareth, & subditus. *Descendat & sedeat in puluere virgo filia Babylon,* quia Dei filius descendit. O rigida superbia! quae super altitudinē nubium moliris ascendere, super astra caeli solium tuum exaltare, in montem testamenti sedere. Descende obsecro, quia Iesus descendit. Et tu Capharnaum vsque ad caelum exaltata antequam demergaris ad infernum, descende cum Iesu, qui emissiois tuae (inquit Salomon Cant. 4.) paradisi. O meretrix! quae sedes super bestiam coccineam plenam blasphemiae Apoc. 17. descende cum Iesu. Erubescat iam infernata superbia. Concidat turgida arrogantia, quia patientia Dei descendit. Miser homo manibus & pedibus reptans ad honores, sui dedecoris gradum, nititur ascendere. Et bonus Iesus ad interrogationem patris matris dicentis, Fili, quid fecisti nobis sic? vsque ad triginta annos negotium distulit, quod inceperat duodennis, & de templo in quo in medio Doctorum sedebat, descendit.

*Cantic. 4.* *Omnescum Iesu humiliatur.* Sequitur. *Et venit Nazareth.* Hoc est quod dicit sponsa, Cant. 6. *Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum,* id est, humilitatem, quae est procreatrix virtutum ceterarum. Nazareth locus humilis, interpretatur flos, & significat humilitatem, quae bene dicitur flos. In quo tria notantur, Pulchritudo coloris, suauitas odoris, & spes fructus. Sic in humilitate nostra est pulchritudo honestatis. Vnde Eccl. 24. *Flores mei fructus honoris.* Suauitas bonae opinionis. Sicut enim flos cum spirat odorem, non corrumpitur: sic vere humilis non eleuatur cum de bonae vitae odore laudatur, verus (inquit Bernardus) humilis vult vilis haberi, & non humilis praedicari. Vnde Salomon Eccl. 12. *Florebit amygdalus,* quae scilicet ante alias arbores flores emittit: Est humilis qui dicit cum David, 2. Reg. 6. *Ludam ante Dominum, & vilior sicut plusquam factus sum, & ero humilis in oculis meis.* De hoc ludo sapientia patris Prou. 8. *Delectabar per singulos dies ludens coram eo omni tempore, & c.* Filius Iesus cum patre ludebat cum a discipulo tradebatur: cum ad columnam ligatus flagellabatur: cum ad Herode illustrabatur: cum spinis coronabatur, &c. Ludebat etiam cum exiret baiulans sibi crucem in eum locum, &c. Ecce qualiter lusit, & vilis fuit sapientia in orbe terrarum. Ecce quales habuit delicias cum filiis hominum. Huic ludo se coartat pro posse verus humilis: qui quantum in se vilis tantum coram Deo est sublimis.

*Cantic. 6.* *Humilitas recte flore denotatur & cur.* Florebit ergo Amygdalus & impinguabitur locusta. Cum honestas in opere, humilitas in mente florent: tunc impinguatur locusta, id est, anima ipsius humilis, dans saltum contemplationis. Non impinguabitur sicut hypocrita odore propriae laudis: sed flore verae humilitatis, impinguabitur flore proprio non arbore aliena.

*Eccles. 24.* *Quis vere humilis.* Et tunc dissipabitur Capparis, id est, superbia & vana gloria. Item spes fructus percipiendi ab

*Eccles. 12.* *2. Reg. 6.* *Prou. 8.*

*Quanto quis in se humilior, tanto coram Deo sublimior.*


*Quanto quis in se humilior, tanto coram Deo sublimior.*

*Quanto quis in se humilior, tanto coram Deo sublimior.*

vberrate domus Domini. Cum video florem spero fructum. Sic cum video verum humilem, spero ipsum beatum in caelis affuturum. Sed heu ut dicit Isai. cap. 9. *Omnis hypocrita nequam est. Et Mich. 7. Qui optimus est in eis, quasi paliurus, & qui rectus quasi spina de sepe.* Vere hodie omnis hypocrita est paliurus simulans quod non est. Paliurus herba est spinosa incautos pungens, sicut hypocrita se simulans mollem verbis, pungens factis, spina transeuntes vulnerat, ut laudes hominum sumat, sanguinem emungit. In horto Nazareth non est paliurus & spina: sed liliolum & viola. Et ideo Iesus venit Nazareth.

Sequitur. *Et erat subditus illis.* Liquefiat omnis superbia, defluat omnis contumacia, humiliet se omnis inobedientia: cum audit quod Iesus erat subditus illis. Quis non est subditus illi qui solo verbo creauit omnia ex nihilo? Qui ut dicit Isai. cap. 40. *Mensus est pugillo aquas, & calos palmo ponderauit. Qui a pendu vrbibus digitis molem terra, &c.* Qui etiam ut dicit Iob cap. 9. *Commouet terram de loco suo, &c.* vide multa ibi. Ille talis ac tantus erat subditus illis. Quibus illis? Fabro, & pauperulae virginis. O primus! o nouissimus! o Angelorum praelatus & hominibus subditus. Caeli creator subditur fabro. Deus aeternae gloriae subditur virginis pauperulae. Quis audiuit vnquam tale? Et quis vidit huic simile! Non ergo dedignetur obedire & subdi Philosophus piscatori: sapiens simplici, literatus idiotae, filius principis ignobili.

*Humilis beatus. Isai. 9. Mich. 7.* *Ad obedientiam inuitamur a Deo exemplo.*



# DOMINICA SECUNDA POST EPIPHANIAM.

*Nuptiae factae sunt in Cana Galilaeae, &c.* Ioan. 2. Vbi sunt quatuor videnda. Primum est laetitia & concordia nuptialis, & circumstantia localis: ibi. *Nuptiae factae sunt in Cana.* Secundum, praesentia virginalis: ibi. *Erat mater Iesu.* Tertium, efficacia virtualis: ibi. *Erant ibi sex hydriae.* Quartum, magnificentia principalis: ibi. *Hoc fecit Iesus in initium signorum.*

Quo ad primum, Cana interpretatur zelus. Galilaea interpretatur volubilis vel transmigrationis. In zelo, id est, in amore transmigrationis sunt nuptiae inter Spiritum sanctum & animam poenitentem. Vnde super hoc habes concordantiam Ruth. 1. quae (ut ibi dicitur) de regione Moabitide transmigrationis in Bethlehem, quam Boos assumpsit sibi in uxorem. Ruth interpretatur videns, vel festinans, vel deficiens. & significat animam poenitentis: quae videns peccata sua in cordis contritione festinat ipsa mundare in confessionis fonte. Deficit a propria virtute in poenitentiae satisfactione. Vnde Psal. 62. *Defecit caro, id est sensualitas, vel carnalitas mea, Et cor meum, id est, superbia cordis mei.* Et sic de regione Moabitide, id est, diaboli seruitute, in zelo amoris transmigrauit in Bethlehem: quae interpreta-

*Nuptiae inter Spiritum sanctum, & animam poenitentem. Ruth. 1.* *Psalm 62.*

tur domus panis, quo protegatur & defenditur & reficitur, & tunc per viam amoris (ut dicit beatus Bernardus) infundit se Spiritus sanctus. Hic est Boos qui interpretatur in quo est virtus, de qua Luc. 24. *Sedete in ciuitate quoad usque induamini virtute ex alto.* Animam quam sibi Spiritus sanctus assumpsit in sponsam, virtute ex alto induit. Vnde Isai. 40. *Qui dat virtutem lasso, & iis qui non sunt in fortitudine robur multiplicat.* Dat virtutem ut resurgat, dat fortitudinem ne in tentatione succumbat, dat robur ut finaliter perseueret.

In coniunctione Spiritus sancti & animae dum fiunt nuptiae, thalamus conscientiae ornatur: bonarum cogitationum ordine ratio disponitur: Symphonia quinque sensuum, manu discretio-nis temperatur. Et sic hic & inde memoria abundantiae suauitatis Dei exaltatur. Omnis terra ista ut dicitur in introitu Missae, adoret te Deus.

Omnis terra est Orientalis, Occidentalis, Meridionalis, & Aquilonaris. Terra Orientalis sunt incipientes. Meridionalis proficientes: qui feruent sicut sol in meridie. Occidentalis, perfecti: qui omnino mundo sunt mortui. Et econuerso: Aquilonaris boni coniugati & viri Catholici: qui adhuc possidentes bona huius mundi, tribulationum & dolorum multas sustinent patienter passiones. Omnis ista terra adoret Deum, cordis contritione, oris confessione, & operis satisfactione in nuptiis quae celebrantur in Cana Galilaeae. Sequitur.

*Et erant mater Iesu ibi. Vocatus est autem Iesus & discipuli eius ad nuptias.* O felices nuptiae, quae talibus ac tantis decorantur privilegiis, & resplendent beneficiis. In beata Virgine quae fuit virgo & mater, castitas & fecunditas. In Iesu qui fuit humilis. Vnde Matth. 11. *Discite a me quia mitis sum & humilis corde.* Et pauper. Vnde Matth. 8. *Vulpes foueas habent, & volucres caelidinos: filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet.* humilitas & paupertas. In ipsius discipulis: obedientia & patientia designatur. Ecce decus & decor nuptiarum, priuilegium & dignitas nuptiarum. Animae sponsus Spiritus sanctus dum ipsam sibi vnit castam & fecundam reddit. Castam mentis puritate: fecundam boni operis prole. Vnde Cantic. 4. *Omnes gemellis factibus, id est, geminae dilectionis: vel actiuae & contemplatiuae vitae operibus: & sterilis non est in eis.*

Item Spiritus sanctus efficit animam humilem & pauperem. Isa. 66. *Ad quem respiciam nisi ad humilem & pauperem & contritum spiritum.* In specie columbae quae mansuetum est volatile, & gemitum habens pro cantu, descendit Spiritus sanctus super Iesum in Iordanis flumine. Mat. 3. Item efficit obedientem & patientem. Vnde Sap. 7. Dicitur quod Spiritus sanctus benignus est, humanus, stabilis.

In obediencia & patiente sunt haec tria. Est benignus, id est, bene ignitus ad obediendum praelato: humanus ad compatiendum proximo: stabilis in proposito. Obediens vere non eris si patientis non fueris. Nam vidua est obediencia quam non patientia firmat. Sequitur.

*Et deficiente vino. Utinam deficiat nobis vinum, de quo Deut. 32. Fel draconum vinum eorum. Id enim est mundi & carnis gaudium: de quo Salom. Prou. 23. Prouer. 23. Non intuearis vinum quando flauescit,*

*Non intuearis vinum quando flauescit,*

*Non intuearis vinum quando flauescit,*

*Non intuearis vinum quando flauescit,*

*cum splenduerit in vitro color eius. Ingreditur blande, & in nouissimo mordebit ut coluber.*

Nota quod vitrum vile est in materia, fragile in substantia, gloriosum in splendore. Vitrum est caro hominis: quae vilis est in materia, quia de foetido humore procreata. Fragilis in substantia, quia quasi flos egreditur & conteritur. Iob 13. *Plal. 99. Et anni eius sicut aranea mediabuntur. Telae aranea (inquit Isa. cap. 59.) texuerunt, quae non erunt eis in vestimentum gloriae.* In splendore mundanae pulchritudinis: de qua Prouer. 31. *Pr. 31. Fallax gratia & vana est pulchritudo.* In hoc ergo vitro cum splenduerit vinum mundi, scilicet gaudium, non intuearis, id est, cum arripserit tibi mundi prosperitas, carnis voluptas, non in ea delecteris. Ingreditur enim blande, sed in nouissimo mordebit ut coluber. Hoc dicit Dominus Luc. 6. *Ve vobis qui nunc ridetis, quia lugebitis, &c.* Mundi gaudium aeterni luctus est seminarium, & sicut Regulus venena diffundit. Hic vinum ibi venenum. Hoc est quod dicit circa finem huius Euangelij. Omnis homo primum vinum bonum ponit, id est mundi gaudium. Et cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est: bibent in inferno, scilicet mortis venenum. Quod Regulus, id est, diabolus diffundet in animas damnatorum. Heu quam amara erit haec portio bibentibus illam, qui prius hic inebriati fuerunt de poculo aureo magnae meretricis, cum quae fornicati sunt reges terrae. Deficiat ergo vinum mundani gaudij de nuptiis sponsi & sponsae: quo deficiente fiet quod sequitur.

*Dixit mater eius ad eum: vinum non habent.* Nota quod beata Maria ex Euangelio Lucae, & Ioan. colligitur sex verba tantum protulisse. Primum fuit: Quomodo fiet istud? Secundum. Ecce ancilla Domini Tertium. Magnificat anima mea Dominum. Quartum. Fili quid fecisti nobis sic? Quintum. Vinum non habent. Sextum cum dixit ministris. Quodcumque dixerit vobis, facite. Isti sunt quasi sex gradus in throno Salomonis eburneo. Sex folia in Libano. Sex calami in candelabro.

In primo verbo notatur firmum propositum inuolabilis virginitatis. In secundo, insigne obedientiae & humilitatis. In tertio, ipsius exultatio pro collato sibi beneficio. In quarto, ipsius pro filio sollicitudo. In quinto compassio. In sexto, de potestate filij sui certitudo.

Sequitur. *Quid mihi & tibi, mulier? nondum venit hora mea.* Deus Dei filius ex beata Virgine accepit humanam naturam in vnitate personae. Pater dedit diuinitatem, Mater humanitatem, Pater maiestatem, Mater infirmitatem. Ex diuinitate habuit aquam mutare in vinum, caecos illuminare, mortuos suscitare. Ex infirmitate humanitatis esurire, sitire, ligari, conspui, & crucifigi. Dixit ergo. *Quid mihi & tibi Mulier? Nota ista duo, mihi & tibi. In mihi, diuinitas. In tibi, humanitas notatur.* Quasi dicat suae matri. Miraculum postulas fieri quod mihi ex diuinitate est possibile. Tibi vero, id est humanitati quam accepi a te, passionem sustinere, De qua subinfertur.

*Nondum venit hora mea.* scilicet Passionis quae torcular calcaui solus, & vestimenta mea sicut calcantium in torculari. Nondum venit hora mea qua Iudas extendat calcaneum super aclinum, ex quo exprimat vinum inebrians eorum quarentium Dominum. Nondum venit hora

*Nondum venit hora mea.*

*Nondum venit hora mea.*

*Nondum venit hora mea.*

*Nondum venit hora mea.*

*Nondum venit hora mea.*

mea, qua vna humanitatis quam à te accepi comprimatur palo crucis, vt decurrat vinum lactificans cor hominis. Cum illa hora venerit, tunc quid mihi & tibi erit Mulier? Sequitur.

Erant autem ibi sex hydræ lapideæ posite secundum purificationem Iudæorum capientes singula metretas binas vel ternas. In Cana Galilææ, id est, in anima quæ zelo amoris iam transmigravit de vitiis ad virtutes, sex hydræ sunt. Contritio, Confessio, Oratio, Ieiunium, Eleemosyna, & illatæ iniuriæ ex corde remissio. Hæc sunt quæ purificant Iudæos, id est, pœnitentes, ab omnibus peccatis.

Contritio purificat. Vnde Dominus Ezech. 36. Effundam super vos aquam mundam, & munda- bini ab omnibus inquinamentis vestris. Item Hier. 4. Laua à malitia cor tuum Hierusalem vt salua fias. Contritio lauat cor à malitia, & à noxiis cogitationibus purificat. Vnde Leuit. 1. In- testina & pedes lauabunt aqua. In intestinis cogitationum immunditia. In pedibus carnalia desideria designantur, quæ aqua contritionis lauantur.

Item confessio purificat, vt dicitur communi- ter. Omnia in confessione lauantur. Dicit Ierem. Thren. 2. Effunde cor tuum sicut aquam ante conspectum Domini. Sicut aquam dixit, & non sicut vinum, vel lac, vel mel. Cum vinum effunditur, in vase remanet odor: cum lac color, cum mel, Sapor. Sed cum aqua effunditur, nullum vestigium remanet istorum. In vini odore, peccati imaginatio. In lactis colore, vanæ pulchritudinis admiratio. In mellis sapore, confessæ iniquitatis cum mentis delectatione recordatio designatur. Cum ergo effundis cor tuum in confessione, effunde sicut aquam, vt peccatum & ipsius reliquiæ in nihilum redigantur.

Item oratio purgat. Vnde Dominus Ier. 31. In fletu (aliter in precibus) venient, & in misericordia reducam eos, & adducam eos per torrentes aquarum. Et Ecclesiastici 35. Non despicit preces pupilli (id est pœnitentis & humilis, qui dicit, Pater meus & Mater mea, id est mundus & carnalis concupiscentia, dereliquerunt me, Dominus autem assumpsit me.) Nec viduam (id est ipsius pœnitentis animam, quæ diabolo & vitio iam est viduata) si effundat loquelam gemitus.

Item ieiunium purificat. Vnde Ioël. 2. Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio &c. Et Matth. 6. Tu autem cum ieiunas unge caput tuum: Moyses post ieiunium 40. dierum legem Domini immaculatam conuertentem & purificantem animam meruit accipere, & Helias sibilum auræ tenuis audire. Et salua hominis ieiuni occidit serpentem. Magna virtus ieiunij quæ pestes animæ curat, antiqui hostis fraudem exuperat.

Item eleemosyna mundat. Vnde Luc. 11. Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna peccatum. Ecclesiastici 17. & 19. Eleemosyna viri quasi sacculus cum ipso. Et gratiam hominis quasi pupillam conseruabit. Eleemosyna dicitur sacculus, quia quod in ea reponitur postmodum in vita æterna inuenitur. Ideo Ecclesiastes 11. Mitte panem tuum super transientes aquas (id est pauperes, qui ostiatim transeunt de loco ad locum) & post multa tempora (id est in die iudicij) inuenies illum id est, retributionem pro illo. Vnde Matth. 25. Esurini & deditis mihi manducare &c. Peregri-

nus es ô homo, hunc sacculum in tuæ peregrinationis via porta, vt cum sero ad hospitium ueneris, panem quo reficiaris in eo inuenire possis. Eleemosyna etiam gratiam quasi pupillam conseruat propter acumen visus. Et fuit corium quod est super pupillam, valde tenue, & propter salutem oculi, creatæ fuerunt palpebræ. Et omne animal claudit oculum vt nociua non cadant super illum extrinsecus. Et hoc non solum ex voluntate, sed etiam ex natura. Et homo claudit oculos multoties, quoniam est tenuis cutis plus omnibus animalibus. Auis quæ claudit oculos non claudit nisi per palpebram inferiorem. Sicut igitur palpebra pupillam cooperiendo conseruat, sic eleemosyna conseruat gratiam, quæ est quasi pupilla animæ per quam videt. Hoc est quod dicitur Tob. 4. Eleemosyna ab omni peccato & a morte liberat, & non patitur animas ire in tenebras. Sicut homo multoties claudit oculos vt eos conseruet, sic eleemosynam debet facere, vt gratiam conseruet.

Item iniuriæ remissio purificat à peccatis. Vnde Dominus Matth. 6. Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater vester celestis delicta vestra. Qui sic facit est quasi auis quæ per inferiorem palpebram oculum claudit. Auis dicta ab à, quod est sine, & via, id est, sine via, dum enim volat viam non seruat. Sicut qui in se delinquenti ignoscit viam rancoris & odij in corde non habet, qui tunc per inferiorem palpebram oculum claudit, cum iniuriam ex corde dimittit. Hæc est eleemosyna spiritualis, sine qua omne bonum vitæ æternæ mercede caret. Dicitur Ecclesiastici 28. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Homo homini reseruat iram, & à Deo querit medicinam. In hominem similem sibi non habet misericordiam & de peccatis suis deprecatur: Ipse cum caro sit reseruat iram, & propitiationem petit à Deo? Quis exorabit pro delictis illius? Memorare timorem Domini & non irascaris proximo. Memorare testamentum Altissimi, (qui dicit Dimitte & dimittetur tibi) & despice ignorantiam proximi tui. Ignorantiam despicit proximi qui non malitiæ sed ignorantie imputat, illatam iniuriam dissimulat & dissimulans in corde non reseruat.

Ecce sex hydræ lapideæ à lapide quem reprobauerunt ædificantes exciso de monte sine manibus, excisæ. Qualiter plenæ sunt vsque ad summum aqua saluari capientes singula metretas binas vel ternas. Metreta est mensura. In binis metretis, Dei & proximi dilectio. In ternis sanctæ Trinitatis fidei confessio designatur, quæ in omnibus supradictis sunt necessaria. Notate igitur istas sex hydras.

Sequitur. Haurite nunc & ferte Architrachelino. Super hoc Gen. 43. dicitur quod Ioseph lota facie à lacrymis ait. Ponite panes, quibus antepositis, seorsum Ioseph, & seorsum fratribus eius: Egyptiis quoque seorsum, biberunt fratres Ioseph, & inebriati sunt cum eo. Ioseph filius accrescens & decorus aspectu, est Christus qui fuit quasi granum sinapis, humilitate minimus. Sed creuit & factus est arbor magna: in cuius ramis habitant volucres cæli, cælestia contemplantes. Ipse speciosus forma præ filiis hominum: in quem desiderant Angeli prospicere. Hic lauabit faciem à lacrymis: sicut ait Isai. 25. Auferet Deus lacrymam ab omni facie. Cum aquam hydrarum supradictarum mutabit cælestis gaudij vi-

Eleemosynæ utilitas.

Iniuriæ remissio purificat.

Condonans iniurias conparatur aui.

Eccles. 28.

Genes. 43.

Tristitia vertitur in gaudium.

Sex hydræ mysticæ.

Contritio purificat. Ezech. 36.

Hier. 4.

Leuit. 1.

Confessio purificat. Thren. 2.

Oratio purgat.

Ierem. 31.

Eccles. 35.

Ioël. 2.

Matth. 6.

Ieiunij virtus.

Eleemosyna purificat.

Luc. 11.

Ec. 17. 19.

Eccles. 11.

Mat. 25.

Ioan. 16.

Prou. 14.

Isai. 35.

Isai. 52.

Isai. 25.

Aqua eleemosynæ quæ gaudia consequetur.

Isai. 61.

Luc. 22.

Mat. 25.

Christus omnium princeps.

Mat. 8.

Psal. 32.

natum. Aqua contritionis tunc conuertetur in vinum gaudij cordis. Vnde Dominus Ioan. 16. Iterum videbo vos & gaudebit cor vestrum &c. Tunc erit cor gaudij vino hilare & iocundum: quod modo est contritum & humiliatum. Cor (inquit Salomon Prouer. 14.) quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius non miscebitur extraneus. Item aqua lacrymosæ confessionis conuertetur in vinum diuinæ laudis. Vnde Isai. 35. Conuertentur & venient in Sion cum laude, & letitia sempiterna super caput eorum. Gaudium & letitiam obinebunt: & fugiet dolor & gemitus. Item aqua lacrymosæ orationis conuertetur in vinum & gaudium contemplationis Trinitatis & veritatis. Vnde Isai. 52. Simul laudabunt, quia oculo ad oculum videbunt cum conuerterit Dominus Sion. Item aqua ieiunij conuertetur in conuiuium defatigatæ vindemiæ. De quo Isai. 25. Faciet Dominus exercituum omnibus populis in mote hoc conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, &c. Require in Euangelio. Homo quidam fecit cœnam. Item aqua eleemosynæ duplicis beneficij temporalis & illatæ iniuriæ remissionis conuertetur in gaudium duplicis stolæ, id est, glorificationis corporis & animæ. Vnde Isai. 61. Duplicitia in terra sua possidebunt. Letitia sempiterna erit eis in Christo. Dicamus ergo, Ioseph lota facie à lacrymis ait: Ponite panes, &c. Hoc est quod dicitur Luc. 22. Dispono vobis regnum sicut disposuit mihi Pater, vt edatis & bibatis super mensam meam. Seorsum Ioseph, seorsum fratribus &c. Hoc est quod dicitur Matth. 25. Cum venerit filius hominis in maiestate sua & omnes Angeli eius cum eo, tunc sedebit, super sedem maiestatis suæ, & segregabit oves ab hædis. Oves autem statuet à dextris, hædos autem à sinistris. Biberunt & inebriati sunt. Ecce verus architrachelinus: cum quo inebriantur ab vbertate domus suæ. Architrachelinus, id est, princeps trium lectorum. Clinus, id est, lectus, quasi princeps trium ordinum lectorum: in quibus antiquitus sedebant discumbentes. Tres autem ordines lectorum, tres status & ordines in ecclesia significant, scilicet coniugatorum, continentium, & Virginitum, quorum princeps est Christus, qui faciet illos discumbere & transiens ministrabit illis: quem humiliter imploremus: vt det nobis gratiam in præfenti, & gloriam in futuro. Amen.



# DOMINICA TERTIA POST EPIPHANIAM.



M. descendisset Iesus de monte secuta sunt eum turba, &c. Matth. 8. In hoc Euangelio duo notantur. Leprosi mundatio. Et pueri paralytici curatio. Primum ergo. Cum descendisset &c. Quid mons, quid Iesus, quid descensio significant videamus, Mons est gloriæ cælestis æternitas, de qua Psalm. 3. Quis

ascendet in montem Domini. Qui à seipso descendit & humiliavit se sicut paruulus iste, qui de monte descendit. Eius descensio fuit humiliatio in carne. Inclinauit cælos & descendit, cælos diuinitatis, & descendit in vterum Virginis matris.

Sequitur Et ecce leprosus veniens adorabat eum. Leprosus iste peccatorem significat, lepra mortalis peccati infectum. De qua Leuit. 13. Cum color albus in cute fuerit & capillorum mutauerit aspectum, ipsa quoque caro viua apparuerit, lepra vestustissima indicabitur. In albo colore superbia vel vana gloria, in capillorum mutatione, auaritia, in carne viua, luxuria designatur. Et ecce lepra vetustissima. Dicit Dominus Matth. 23. Va vobis scribæ & Pharisei, qui similes estis sepulchris dealbatis &c. Sic & vos quidem apparetis hominibus iusti exterius. Intus autem pleni estis hypocriti & iniquitate. Et in Actibus cap. 23. Percutiet te Dominus paries dealbare. Item demutatione quam facit auaritia dicit Iacob Gen. 31. Lia & Racheli. Pater vester circumuenit me, & mutauit mercedem meam decem vitibus.

O quoties auaritia mutauit capillos, id est, mentis cogitationes. Sultus (inquit Eccl. 27.) id est auarus, vt luna mutatur. Crescit, decrescit, in eodem sistere nescit. Item luxuria dicitur à luxu cibi & potus: quorum affluentia caro viua & penetrans luxuriatur. Tali vita omnis viuens non iustificatur in conspectu tuo, immo condemnabitur. Dicit Rebecca Gen. 27. Tades me vitæ meæ propter filias Heeth (quæ interpretatur vita) Si acceperit Iacob uxorem de stirpe huius terra, non viuere. Ita Christus crucifixus & mortuus non accepit uxorem viuam, sed crucifixam & mortuam. Vnde Apostolus Gal. 5. Quis Christi sunt carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. Caro viua, caro leprosa, cuius vita non vita, sed mors potius dicenda. Qui eiusmodi est si vult viuere, veniat ad vitam. Sicut fecit leprosus de quo dicitur. Ecce leprosus veniens adorabat eum dicens: Domine, si vis potes me mundare.

Nota quod his tribus verbis venit adorabat: Tria peccatori ad Deum venienti necessaria.

Contritio, confessio, & fides, quæ culiber peccatori valde sunt necessaria. Primo, cum contritio debet venire ad eum. Vnde Cantic. 3. Veni de Libano, id est mundanæ vanitatis fallo candore Apocal. 22. Qui audit, dicat veni. Qui audit, scilicet sibilum auræ tenuis in mente per internam inspirationem, debet dicere peccatori, veni per contritionem. Vnde Isai. 21. Si quis vultis quarite: conuertimini & venite. Leprosus ergo veniens adorabat eum. Ecce humilitas confessionis. De qua apertius dicitur Marci 1. Venit ad eum deprecans, & genuflexo dixit. Si vis, &c. Sic peccator cum venit ad confessionem debet flectere genua coram sacerdote vicario Christi, qui ei ligandi atque soluendi tradidit potestatem. In cuius officij dignitate tantam debet habere fidem confitens, vt ei dicat: Domine, si vis potes me mundare, & à peccatis meis abluere.

Sequitur. Et extendens Iesus manum tetigit eum, dicens, volo: Mundare: O Imperator noster! O manus tornatilis aurea plena hyacinthis. Ad cuius contactum, vinculum linguæ muti soluitur. Archisyagogi filia suscitatur: Leprosus lepra mundatur.

Leprosus peccatorem adumbrat. Leuit. 13.

Act. 23. Gen. 31.

Auaritia quid inconstans. Eccl. 27.

Genes. 27.

Gal. 5.

Nota quod his tribus verbis venit adorabat: Tria peccatori ad Deum venienti necessaria.

Apoc. 22.

Isai. 21.

Marci 1.

Manuum Christi virtus.



**Isa. 66.** mundatur. De qua Isa. 66. *Omnia* ( inquit ) *bac manus mea fecit.* Manus dicta quasi munus. Extende ergo Domine manum pro munere: quæ extensa fuit clauo in cruce, & leprosum tange. Quicquid enim ea tetigeris mundabitur & sanabitur. **Luc. 22.** *Cum tetigisset* ( inquit Luc. cap. 22. ) *auriculam eius sanauit eum.* Extendit manus & dedit ei emundationis munus, dicens, *Volo: Mundare. Et confestim mundata est lepra eius.* *Omnia* quæcunque voluit fecit. Item ipsius velle & facere nullam distantiam habent. Hoc idem Dominus quotidie in anima peccatoris operatur per officium sacerdotis: qui in se ista tria debet habere, scilicet extendere, tangere, & velle. Manum tunc extendit cum pro ipso peccatore orationem ad Deum fundit, & ipsius compassione se affligit. Tangit, cum ipsum consolatur, & ei de peccato veniam promittit. Habet velle vt mundetur, cum eum à peccato absoluit. Istud est illud triplex pascere. De quo Dominus Petro Ioan. 21. *Pasce, pasce, pasce.*

Sequitur. *Ais illi Iesus: Vide nemini dixeris.* Hoc non dicunt illi qui cum aliquid boni faciunt tuba ante se cantant: quorum finitira nouit quid dextera faciat. Qui filiam suam prostituunt prohibente Moyse (Leuit. 19.) *Filiam tuam non prostituas.* Filia tua est operatio tua, quam tunc in prostibulo ponis cum ipsam in lupanari mundi, pro denario vanæ gloriæ vendis. O infelix commercium pro vento humani oris, vendere præmium regni cælestis. *Vide nemini dixeris,* nemini tua ostenderis, non sufficit tibi quod scit Deus tuam conscientiam? Quid tibi & hominis linguæ, quæ laudanda damnat & damnanda laudat? Quæ iustum vsque ad infernam præcipitat, impium vsque ad sedem Dei & agni exaltat? *Vide ergo nemini dixeris.* Vnde Isa. 24. *Secretum meum mihi, secretum meum mihi.* Et 4. Regum 4. *Init mulier ad verbum Helsei, & clausit ostium super se & super filios suos.* **Mat. 6.** *ostio ora patrem tuum in abscondito.* Natura posuit duplex ostium ante linguam, scilicet dentes & labia, ne meretrix **Prou. 7.** *semper praua diligens* ( de qua Prouer. 7. *egrediat in plateam garrula, vaga &c.* ) claudit ergo dentes comprimendo labia, ne meretrix egrediat ad lupanar. Vnde Ecclesiastici 25. *Ne des mulieri nequam veniam prodeundi.* **Eccl. 25.** *Vide ergo nemini dixeris.*

Sequitur. *Vade ostende te sacerdoti.*

Vade Cordis contritio.  
Ostende designatur Oris confessio.  
Sacerdoti Operis factificatio.

Residuum quære in Euangelio de decem leprosis. Sequitur.

**Leu. 14.** *Et offer munus tuum quod præcepit Moyses in testimonium illis.* Dicitur Leu. 14. *Locutus est Dominus ad Moysen dicens. Hic est ritus leprosi qui mundandus est. Adducetur ad sacerdotem, qui egresus castris cum ibi inuenerit lepram esse mundandam, præcipiet ei qui purificatur vt offerat pro se duos passeris vivos, quibus vesci licitum est, & lignum cedrinum, coccumque & hyssopum & cetera.*

Nota historiam. Nota quod duo sunt genera confitentium qui à lepra peccati mundati sunt. Vnum est in religione, alterum in sæculo. Religiosi primam oblationem debent facere Alij, scilicet filij coniugati, viri Catholici, quos cura rei temporalis occupatos detinet, qui non tantis diuitiis abundant, debent facere secundam.

Duo passeris viui sunt corpus & spiritus viri Religiosi, qui dicere potest cum Apostolo ad Gal. 2. *Vino ego iam non ego, viui vero in me Christus.* Hos passeris offert pro emundatione sui Domino. **Iud. 5.** *Qui propria voluntate obtulisti vos discrimini benedicite Domino: qui ascendistis super nitentes asinos.* Nitentes asini sunt corpora Religiosorum, qui portant pondus diei & ætus, qui tanquam asini grossis & asperis debent pasci. Ecclesiastici trigesimo tertio. *Cibaria & virga onus asino: Panis & disciplina & opus seruo,* id est Religioso. Qui sedet in iudicio cum obedit prælato suo. Et ambulat in via, de qua Ieremias 6. *Interrogate qua sit via bona, & ambulate in ea,* scilicet in eo qui dicit ( Ioannis decimo quarto. ) *Ego sum via, veritas, & vita.*

Item debet offerre lignum cedrinum in quo paupertas. Et vermiculum & coccum, in quo charitas, Et hyssopum, in quo humilitas designatur. Alta cedrus paupertatis, quæ odore suo fugat serpentes auaritiæ & rapinæ. Conformatur hyssopo humilitas, quæ tumorem pulmonis expellit, mediante vermiculo geminæ charitatis. Et inquit dicto loco **Leu. 14.** *Vnum ex passeribus,* id est corpus, *immolari iubebit,* vt dicat cum Apostolo. **Gal. 6.** *Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo,* Et item 2. **Timoth. 4.** *Ego iam de labor,* id est, in sacrificium offeror. In vase fictili. Vnde 2. **Corint. 4.** *inquit Apostolus. Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus.* Super aquas viuentes, id est, compunctionem lachrymarum, quæ tunc sunt viuentes cum pro irriguo superiori & inferiori funduntur. De quibus **Zach. 14.** *In die illa exibunt aqua viua de Hierusalem,* id est, corde penitentis, *medium earum ad mare Orientale.* Ecce irriguum superius. *Et medium eorum ad mare nouissimum.* Ecce irriguum inferius. Mare Orientale est amaritudo pro splendore lucis æternæ. Mare nouissimum est amaritudo pro perpetracione proprii peccati, & incolatu exilij pro peccato proximi. Religiosus ergo passerem in vase fictili immolat super aquas viuentes, cum corpus suum vitiis & concupiscentiis crucifigit, & in amaritudine vitæ suæ, vitæ frugalitatem, exilij calamitatem recogitat.

Sequitur ibidem. *Alium autem vinum cum ligno cedrino, & cocco, & hyssopo tinget in sanguine passeris immolati, & dimittet passerem vinum, vt in agrum auolet.* Passer viuus est spiritus, qui cum ligno cedrino, paupertatis, & cocco charitatis, & hyssopo humilitatis debet intingi in sanguine passeris, id est, corporis in ara penitentia immolati. Corporis enim afflictio & maceratio quæ in sanguine designatur, mundat & sanctificat spiritum. Et sic alis contemplationis auolat in cælum, quod per agnum notatur cum virtutibus supradictis. *Et assumet duos agnos immaculatos, & ouem anniculam absque macula, & tres decimas similes in sacrificium, quæ confersa sit oleo & seorsum olei sextarium, &c.* In duobus agnis spiritus & corporis mansuetudo. In oue totius corporis simplex & pura intentio. In tribus decimis similes, triplex obedientia, scilicet superioris, paris, & inferioris. In olei sextario misericordix sex opera designantur. Hæc est oblatio quam quilibet Religiosus debet offerre pro sui peccati emundatione.

Sequitur. *Quod si pauper est & non potest manum eius inuenire, qua dicta sunt pro delicto, assumet agnum decimamque partem simile, olei sextarium,*

**Gal. 2.**  
**Iud. 5.**  
**Eccl. 33.**  
**Ierem. 6.**  
**Ioan. 14.**  
**Alta est paupertas.**  
**Leu. 14.**  
**Gal. 6.**  
**2. Tim. 4.**  
**2. Cor. 4.**  
**Zach. 14.**  
**Corporis afflictio sanctificat animam.**  
**Quid debet offerre Religiosus.**

*rum, duosque turtures siue duos pullos columba.* In agno innocentia vitæ. Item in decima parte similes perfectio charitatis fraternæ. Idem in olei sextario sex opera misericordix, vt supra dictum est. In duobus turturibus siue columbis duplex gemitus contritionis, quem debet habere peccator pro commissis & omissis, designatur. Hæc est oblatio quam pro sui peccati emundatione coniugati & alij boni viri adhuc in sæculo positi debent Domino offerre, vt scilicet innocenter viuant, proximum diligant, operibus misericordix intendant, pro commissis & omissis se conterant. Et sic patet quod dictum est: *Ostende te sacerdoti, & offer munus, &c.*

Cum autem introisset Capharnaum accessit ad eum centurio & cætera. De hoc nomine Capharnaum quære in Euangelio, Erat quidam regulus. Dominus ad filium reguli ire noluit, ne diuitias honorare videretur. Ad centurionis vero seruum mox ire concessit, ne seruilem conditionem spernere videretur. Vnde ait. *Veniam & curabo eum.* Ecce medicus noster qui solo sermone curat vniuersa. De quo Ecclesiastici 27. *Honora medicum propter necessitatem.*

Respondens Centurio ait. *Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum, sed tantum, &c.* Zacchæus autem gaudens Dominum recepit. In quibus diuersitas intentionum notatur. Quidam ob reuerentiam corporis Christi dicunt. *Domine non sum dignus &c.* Vnde frequenter ab Eucharistix sumptione abstinere. Alij honorando corpus Christi gratanter recipiunt. Vnde Augustinus. Quotidie recipere Eucharistiam nec laudo nec vitupero, quoniam qui honorando audet sumere, quotidie honorando non audet vllam diem prætermittere.

Sequitur. *Sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus.* Nam & ego sum homo sub potestate constitutus, &c. Ex hoc probatur quod ille sine corporis præsentia potest dicere infirmitati vt recedat, sanitati vt veniat, cui omnes Angeli ministrant, obediunt & eum adorant. Vnde in introitu Missæ. *Adorate Deum omnes Angeli & cetera.*

Audiens hoc Iesus, &c. Sequitur. *Non inueni tantam fidem in Israel,* id est, in populo Israelitico præsentis temporis. Inueni tamen in antiquis, scilicet Patriarchis & Prophetis Excipitur beata Virgo Maria, & discipuli: quibus maior fides diuinitatis collata est.

Sequitur. *Dico autem vobis quod multi ab Oriente & Occidente venient,* scilicet gentiles, quorum figuram gerit Centurio, ad fidem Catholicam, & *recumbent tum Abraham,* id est, requiescent cum aliis saluandis. *Filius vero regni,* id est Iudæi, *ejicientur in tenebras exteriores, ibi erit fletus,* scilicet præ ardore & stridor dentium, præ frigore. Quia **Iob. 24.** *Transibunt ab aquis niuium, ad calorem nimium:* quia in inferno est ignis inextinguibilis & frigus intolerabile.

Sequitur. *Et dixit Iesus Centurioni. Vade, & sicut credidisti fiat tibi.* Quoniam secundum mensuram fidei vnique datur quod postulat. *Et sanatus est puer ex illa hora.* Omnipotens sermo tuus Domine leprosum mundauit, & seruum sanauit.

Moraliter. Centurio militibus stipatus significat prælatum, vel quemlibet iustum, qui virtutibus tanquam militibus debet esse vallatus & munitus. Vnde 2. **Regum 15.** dicitur, *quod om-*

*nis populus & vniuersi bellatores à dextro & sinistro latere Regis David incedebant. Et legiones Cerehi id est exterminatores, & Phelathi, id est viuificatores.* In quibus virtutes designantur quæ vitia exterminant & animam viuificant. Vnde 2. **Machab. 10.** dicitur, *quod cum Iudas Machabeus & Timotheus conuenissent in prælium, & vehemens pugna esset, apparuerunt de cælo viri quinque in equis frenis aureis decorati, Iudæis ducatum præstantes. Ex quibus duo Machabeum medium habentes circumseptum incolumem conseruabant. In aduersarios autem tela & fulmina iaciebant. Ex quo & cæcitate confusi & repleti præurbatione cadebant.*

Timotheus interpretatur beatificus: & significat diabolum, qui mundi amatoribus modo videtur beatificus, sed postea ipsis erit veneficus, vt quem habuerunt inuentorem malorum in culpa, habeant tortorem in pœna. Hic congregato exercitu vitiorum conuenit ad oppugnandum Machabæum, id est virum iustum, inter quos vehemens pugna fit. Sed ecce de cælo, id est cælesti pietate, apparuerunt quinque viri, id est, quinque virtutes.

Humilitas mentis  
Castitas corporis  
Quæ sunt Amor paupertatis  
Excellentia geminæ castitatis.  
Propositum perseverantiæ finalis.

*In equis, bonæ voluntatis. Equus, inquit Salomon. Prouerb. 21. Paratur ad diem belli, Dominus autem salutem tribuit. In frenis, abstinentiæ & disciplinæ: Aureis discretione: Iudæis penitentibus, ducatum præstant, & aduersariis, id est, demonibus & vitiis, exitum parant.* Ingressus enim virtutis egressum vitij operatur, humilitas à cordis elatione, castitas à corporis corruptione. Machabæum, id est, virum iustum, incolumem protegunt & defendunt. Quicumque talibus fuerit militibus munitus bene dicere poterit huic, id est, humilitati & patientiæ mentis; Vade ab omnimoda subiectionis obedientia, ad omnis iniuriæ tolerantiam, & vadit. Et alij, id est, castitati & abstinentiæ: veni ad refrenandum gulæ appetitum, carnis lubricum, & venit. Hoc idem de aliis virtutibus est dicendum.

Sequitur. *Et seruo meo fac hoc & facit.* Seruus viri iusti est caro: de quo **Ecclesi. 33.** *Seruo maleuolo tortura & compedes, mitte illum in operationem ne vacet.* O quam felix est qui hunc seruum subiugabit: vt his quæ sibi iuste præcipiuntur obediat vt dicatur ei. *Ieiuna & ieiunat, vigila & vigilat &c.* Tunc vt vit spiritualis dicit seruo suo fac hoc & facit. Puer Centurionis est Patochianus Pastoris, qui paralyti male torquetur. Et sic hoc Euangelio circa leprosum patet Dei misericordia, pietas & charitas. Rogemus &c. Amen.

**2. Mac. 10.**  
**Certamen malorum aduersus iustos.**  
**Prou. 21.**  
**Eccl. 33.**  
**Carneim dometur.**

**Prælati virtutibus sic ornati**  
**2. Reg. 15.**





DOMINICA QVARTA POST EPIPHANIAM.



ASCENDENTE Iesu in nauicula secuti sunt eum discipuli eius &c. Matth. 8.

Matth. 8.

Crux Christi nauis.

Prou. 31.

Ioan. 6.

Ioan. 12.

Amos. 8.

Iusti pomis cōferantur & quare

Ioan. 13.

Psal. 109.

Qui vult ascendere prius descendat.

Isai. 47.

tionem. Hæ sunt inferiores partes terræ, ad quas considerandas si prius descenderis, post ascendere poteris. Vnde dicitur Gen. 13. Quod ascendit Abraham de Ægypto cum omnibus quas habebat ad australem partem. Item Genesis 35. Iacob conuocata omni domo sua ait: Ascendamus in Bethel. Abraham & Iacob significant pœnitentem: qui de Ægypto, id est, de miseræ suæ tenebris ascendit cum omni domo sua, id est, mentis cogitatione & affectione: ex quibus nihil debet remanere in Ægypto. Totus enim debes ascendere ad australem partem, id est, mentis contritionem, quæ est in Bethel, quæ est domus Dei, in qua Deus habitat. De hoc, primo Machabæorum 4. ubi dicit Iudas Machabæus, Ascendamus nunc mundare sancta & renouare. Et congregatus est exercitus omnis, & ascenderunt in montem Sion, & viderunt sanctificationem desertam. &c. In hac auctoritate comprehenditur qualiter anima destruitur & qualiter reedificatur. Iudas, id est, pœnitens congregato exercitu omni, scilicet cogitationum & affectionum, debet ascendere in montem Sion, qui interpretatur specula, id est, mentem suam, ex qua potest speculari Orientem suæ natiuitatis, Occidentem suæ mortis, Aquilonem aduersitatis, Meridiem mundanæ prosperitatis.

Table with 2 columns: Part (Primum, Secundum, Tertium, Quartum) and Description (se humiliet, se plangat, fortis existat, se non eleuet).

Et quia amissa bona homo tunc cognoscit, cum mala commissa recte prius aspicit, ideo sequitur. Et viderunt sanctificationem desertam. Sanctificatio tunc deserta est, cum anima aqua baptismatis sanctificata peccat mortaliter. Et sic à Spiritu sancti gratia efficitur deserta Et altare prophanatum. Quod fit cum fides destruitur. Portas exustas. Quod fit cum sensus cordis igne concupiscentiæ dissipantur. In atris virgulta nata sicut in saltu. Quod fit cum in corde superfluarum cogitationum multitudo generatur. Et pastophoria diruta. Pastophoria græce dicuntur thalami vel cubicula in quibus Leuitæ excubabant in atris domus Domini, quorum commemoratio fit in vltima visione Ezech. Pastophoria ergo dirimuntur cum secreta mentis per desideria illicita dilaniantur. Ecce qualiter anima destruitur. Sed videamus quomodo reedificatur.

Sciderunt vestimenta sua. Nota ista quatuor verba: Sciderunt, planxerunt, imposuerunt, ceciderunt. In scissione vestimentorum cordis contritio. In planctu magno lachrymosa confessio. In impositione cineris super caput, humilis satisfactio. In casu super faciem super terram, vltimæ resolutionis recordatio. Vnde dictum est primo homini. Terra es, & in terram ibis. Qui sic cum Iuda mundare & renouare montem Sion ascendit, vere cum Iesu in nauiculam ascendit. Et nota quod ad regimen nauiculæ quatuor sunt necessaria.

Table with 2 columns: Part (Arbor, Velum, Remi, Anchora) and Description (In arbore designatur cordis contritio. In velo oris confessio. Sicut enim velum arbori, sic confessio contritioni debet alligari).

In Remis opera satisfactionis, scilicet ieiunium, oratio, & eleemosyna. In Anchora mortis recordatio. Sicut epim anchora nauem retinet ne in faxis

Eccel. 7.

Ierem. 3.

Ruth. 1.

3. Reg. 18.

4. Reg. 6.

Christus peccatorem redimens.

Luc. 24.

Ierem. 17.

Cum quis ad pœnitentiam accedit ad tentationem se præparet. Ion. 1.

Actibus 27.

faxis se frangat. Sic mortis memoria vitam nostram retinet ne ruat in peccata. Vnde Sapiens. Ecclesiastici 7. Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Quicumque ergo à ripa huius mortalitatis vsque ad ripam immortalitatis transfretare, id est, in Hierusalem peruenire voluerit, ascendat in talem nauiculam pœnitentiæ.

Sequitur. Secuti sunt eum discipuli eius. Dicitur Ierem. 3. Patrem me vocabis & post me ingredis non cessabis. Beata illa anima quæ potest dicere ad Iesum quod dicit Ruth Noemi Ruth primo. Quicumque perrexeris pergam, ubi morata fueris & ego pariter morabor. Et habes tertio Regum decimo octauo. Si Dominus est Deus sequimini eum. Vere ipse est Dominus Deus noster: qui vt nos redimeret, crucem ascendit. Sequamur ergo ipsum crucem Pœnitentiæ baiulantes. Si quis (inquit) vult post me venire, &c.

Dicitur in naturalibus quod Panthera suauissimi odoris ad modum myrrhæ auram afficit. Et ideo vbicumque eam persenserint animalia, concito gradu conueniunt, ipsamque sequuntur. Alabastrum vnguenti in cruce contractum odore suo repleuit totum mundum. Sequantur ergo discipuli. Currant Christiani in odore crucifixi.

Secuti sunt eum discipuli eius. Dicitur 4. Regum. 6. Cum filij Prophetarum caderent ligna, accidit quod viri ferrum securis cecidit in aquam, & ex lamina ad Eliseum, qui accepit lignum & misit illuc & natavit, ferrumque inuenit. Lignum significat humanum genus, quod ponderositate peccatorum à ligno vetito in aquam miseræ & culpæ cecidit. Sed verus Eliseus, scilicet Christus per lignum crucis & aquas baptismatis ipsum liberavit. Ferrum etiam ad lignum enatat quando peccator conuersus ad crucem Christi portandam se subiugat.

Sequitur. Ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus, ipse vero dormiebat. Quando Iesus somno mortis in cruce dormiuit, discipuli eius quasi crucem pro nihilo reputantes, à fidei firmitate recesserunt. Sed resuscitati fuerunt dum resurrectionem querunt. Increpauit eorum incredulitatem dicens. Luc. 24. Ostultis & tardi cordis ad credendum. Nonne sic oportuit Christum pati? Imperauit ventis & mari & cetera. Et cessauit tempestas incredulitatis.

Moraliter. Cum quis in nauiculam Pœnitentiæ ascendit motus magnus fit in mari. Mare est cor hominis. Prauum (Ierem. inquit cap. decimo septimo) est cor hominis & inscrutabile, & qui cognoscit illud? Mirabiles elationes maris. Cum superbia inflatur, per ambitionem vltra terminos dilatatur, per tristitiam obnubilatur: per cogitationes vanas perturbatur: per luxuriam & gulam spuma generatur. Hæc sunt reptilia quorum non est numerus. Ecce motus magnus in mari. Vnde habes Ionæ 1. Dominus misit (id est mitti permisit) ventum magnum in mare, & facta est tempestas magna & nauis periclitabatur conteri, & timuerunt valde, & mare ibat & intumescere super eos. Simile quiddam in Actibus 27. Misit se (inquit Lucas) contra nauim ventus Typhonicus, qui vocatur Euroaquilo. Cumque arrepta esset nauis & non posset conari in ventum, data nauis fluctibus ferebatur. Illi for-

li maris motum, venti imperum, sonitum fluctuum sentiunt, qui Pœnitentiæ nauiculam ascendunt. Quia qui descendit non sentit. Vnde habes concordantiam Exod. 5. Ex eo quo ingressus sum ad Pharaonem vt loquerer de nomine tuo, afflixisti populum tuum, & non liberaisti eos. Hoc est, Afflixit Pharaon populum tuum, id est diabolus qui contemptus surgit in scandala, & excitat tempestatem in mari. Vnde Marc. 9. Clamans & multum disperpens eum, exiit ab eo.

Sequitur. Ipse vero dormiebat. Marc. cap. 4. sic dicitur. Et erat ipse in puppi super ceruicalem dormiens. Christi dormitio, fidei torpor. Puppis, vitæ nostræ finis. Ceruical, mollities carnis: Torpor in carnis mollitie. Vnde Ierem. trigesimo primo. Viquequo dissolueris deliciis filia vaga? Molles (inquit Apostolus 1. Corinth. 6.) renum Dei non consequentur. Cum caro nostra delictis mollescit, fides Christi in nobis torpescit. Et sic anima in puppi oculis claudit, quia delictis intentis suis miserabilem exitum non attendit.

Sequitur. Accesserunt & suscitauerunt eum discipuli, dicente. Domine salua nos, perimus. Sine dubio perit in quo fides dormit: Accessu ergo deuotionis, Et clamore confessionis debet Dominus Iesus suscitari.

Et manu sanctæ operationis. Tunc surgens Iesus, imperauit ventis & mari. Simile quid Iob 38. Quis conclusit ostia mare? Responso. Cunctasti illud terminis meis, & posui velum & ostia, & dixi. Fluctusque venies, & amplius non procedes, & hic confringes fluctus tumentes tuos. Quasi dicat, solus Dominus mare, id est, amaritudinem persecutionis vel diabolice tentationis quibusdam ostiis concludit: vt cum ipsi placuerit tentationes veniant, cum placuerit recedant. Et cum tempestatem cessare facit, dicit. Hic confringes tumentes fluctus tuos. Vnde Isa. 10. Computrescet iugum à facie olei, id est, cessabit tentatio à præsentia misericordiæ Christi. Vnde cum tentamur à diabolo, ita debemus dicere eum mentis deuotione; In nomine Iesu Christi Nazareni qui imperauit ventis & mari, impero tibi diabole recedere à me.

Facta est tranquillitas magna, hoc est quod dicit Anna Tob. 3. Pro certo habet Domine, omnis qui colit te, quia vita eius, si in probatione fuerit, coronabitur. Si autem in tribulatione fuerit, liberabitur: & si in corruptione fuerit, ad misericordiam tuam venire licebit. Non enim delictaris in perditionibus nostris: quia post tempestatem tranquillum facis, & post lachrymationem & fletum exultationem infundis. Rogemus igitur Dominum Iesum &c.

Exod. 5.

Marc. 9.

Marc. 4.

Ierem. 31.

1. Cor. 6.

Delictosus torpescit in fide.

Quomodo Christus D. debet suscitari.

Iob. 38.

Deus amaritudinem persecutionis concludit ostiis.

Isai. 10.

Tobie 3.



DOMINICA IN SEPTVAGESIMA.

Gen. 1. Ezéch. 4.

Cur latere denotatur poenitens.

Psal. 103.

Charitas angustum cor ampliat. Psal. 118.

Sap. 3.

Tribulatio vtilissima. Psal. 68.

3. Reg. 19.

Triplex Hierusalem.



N principio Deus creauit calum & terram. Gen. 1. &c. Ezéch. 4. loquitur pastori Spiritus sanctus. Es tu fili hominis sime tibi laterem, & scribes in eo ciuitatem Hierusalem. Later significat cor poenitentis propter quatuor proprietates quas habet. Primo inter duas tabulas formatur, ad latitudinem ducitur, igne solidatur, rubicundus efficitur. Cor enim peccatoris inter duas tabulas formatur vtriusque testamenti. Inter medium enim montium, id est, duorum testamentorum (vt dicit propheta Psal. 103.) pertransiunt aqua, scilicet doctrinales. Et bene dicit formatur. Peccator enim peccato deformatus formam recipit vtriusque testamenti predicatione. Item ad latitudinem ducitur. Latitudo enim charitatis ampliat cor angustum peccatoris. Vnde Psal. 118. Latum mandatum tuum nimis, id est, aqua charitatis latior oceano. Item igne solidatur. Augustinus. Tribulationis enim igne mens humorosa & dissolubilis solidatur ne effluat in amorem temporalitatis. Quia vt Salomon Sap. 3. de iustis dicit. Tanquam aurum in fornace probauit illos. Quod fornax auro, lima ferro, quod flagellum grano, hoc facit tribulatio viro iusto. Item rubicundus efficitur: in quo notatur sancti zeli audacia. De quo Psal. 68. Zelu domus tua comedit me. Domus, scilicet ecclesie vel fidelis anima. Et Helias 3. Reg. 19. Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum. In latere ergo ista quatuor notantur. Vtriusque testamenti scientia ad proximum instruendum. Charitatis abundantia ad ipsum diligendum. Tribulationis patientia ad opprobrium pro Christo sufferendum. Audacia zeli ad omne malum ferendum. Sume ergo tibi laterem, & scribes in eo ciuitatem Hierusalem.

Nota quod triplex est Hierusalem spiritualis. Militans ecclesia. Fidelis anima. Caelestis patria. Sumam ergo in nomine Domini laterem, id est, cor cuiuslibet auditoris, & scribes in eo triplicem ciuitatem, id est, articulos fidei ecclesie, virtutes anime, praemia caelestis patriae, sub septenario numero ex vtroque testamento auctoritates inducendo, & easdem exponendo. In principio creauit Deus calum & terram. Intellige continens & contentum. Deus pater in principio, id est, filio creauit & recreauit. Creauit sex diebus, septimo requiescens, creauit sex fidei articulus, requiem aeternam septimo reprobmittens. Primo die dixit Deus: Fiat lux, & facta est lux. Primus articulus fidei Natiuitas Domini. Secunda die dixit Deus: Fiat firmamentum in

medio aquarum diuidens aquas ab aquis. Secundus articulus baptisimus. Tertia die dixit Deus: Germinet terra verbam virentem & facientem semen, lignumque pomiferum, &c. Tertius articulus est passio Domini. Quarta die dixit Deus. Fiant luminaria magna in firmamento. Quartus articulus, Resurrectio. Quinta die fecit Deus volatilia in aere. Quintus articulus, Ascensio. Sexta die dixit Deus. Faciamus hominem. Sextus articulus, Missio Spiritus sancti. Septimo die requieuit Deus. Septimus articulus, Aduentus Domini ad iudicium, in quo requiescemus ab omnibus operibus nostris & laboribus.

Prima die dixit Deus. Fiat lux. Ista lux est sapientia Dei Patris illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, & habitans lucem &c. de qua Hebr. 1. Qui cum sit splendor gloria & figura substantiae eius. De quo Psal. 35. In lumine tuo videbimus lumen. Et Sap. 7. Cantor est laevis aeterna. Dixit ergo Pater: Fiat lux, & facta est lux. Quod apertius Ioannes glossat dicens: Verbum caro factum est. Lux ergo quae erat inaccessibleis & inuisibilis, facta est in carne visibilis illuminans sedentes in tenebris, & caetera, Isa. 19. & 35. De qua illuminatione Iesus expuit in terram & fecit lutum & linxit oculos caeci nati. Ioan. 9. Sputum descendens a capite, Patris sapientiam significat. Caput (inquit Apostolus 1. Corinth. 11.) Christi Deus. Vnitur ergo sputum pulueri, id est, diuinitas humanitati, vt illuminentur oculi caeci nati, id est, generis humani in primo parente excacari. Ecce ergo habes quod eadem die qua dixit Deus fiat lux, eadem die scilicet Dominica, Sapientia Dei patris Christus natus de Virgine Maria, tenebras quae erant super faciem abyssi, id est, cordis humani, effugauit. Vnde ipsa die cantatur in Missa: Lux fulgebit. Et in Euangelio. Circumfulsit pastores lux de caelo.

Secunda die dixit Deus. Fiat firmamentum in medio aquarum, id est, baptisimus, diuidens aquas superiores ab aquis inferioribus, id est, fideles ab infidelibus, qui bene dicuntur aquae inferiores, eo quod inferiora petunt, & suis lapsibus quotidie deficiunt. Aquae vero superiores significant fideles, qui secundum Apostolum Colossens. 3. Debent querere que sunt sursum, vbi Christus est in dextera Dei sedens.

Vel nota quod aquae istae dicuntur Crystalinae: Crystalum enim solis radiis tactum vel percussum scintillas ardetes emittit. Sic fidelis vir ac iustus solis radiis illuminatus scintillas rectae praedicationis & bonae operationis proximum accendentes debet emittere. Sed heu rupto firmamento aquae superiores delabuntur in mare mortuum, cum mortuis ingredientes. Vnde Ezechielis quadragesimo septimo. Aqua ista que egrediuntur a tumulo sabuli Orientalis, & descendunt ad plana deserti, intrabunt mare.

Tumulus significat contemplationem, in qua vt in tumulo mortuus sepelitur, & absconditur vir contemplatiuus. Mortuus mundo, a conturbatione hominum abscondus sepelitur & absconditur. Vir enim contemplatiuus mundo mortuus a conturbatione hominum sepelitur. Vnde Iob quinto. Ingrederis in abundantia sepulcrum, sicut inferitur aceruus tritici in tempore suo. Iustus in abundantia gratiae collatae sibi

Sapientia Dei illuminans omnem hominem. Hebr. 1. Psal. 35. Sap. 7.

Ioan. 9.

1. Cor. 11.

Gen. 1.

Infideles cur aquae inferiores.

Coloss. 3.

Ezech. 47.

Contemplatiuus mundo mortuus.

Iob. 5.

bi ingreditur sepulcrum vitae contemplatiuae sicut aceruus tritici inferitur in horreum. Exsufflatis enim paleis temporalium, eius mens in horreo caelestis plenitudinis reponitur, repositaque ipsius dulcedine satiatur.

Et nota quod tumulus iste dicitur sabuli Orientalis. In sabulo poenitentia designatur. Vnde Exodi 2. dicitur, quod Moyses percussio Aegypto abscondit eum in sabulo: quia vir iustus mortale peccatum debet percutere in confessione, & abscondere in poenitentiae satisfactione. Quae semper debet respicere ad Orientem illum. De quo Zach. 6. Ecce vir Oriens nomen eius. Dicantur ergo aquae istae quae egrediuntur a tumulo sabuli Orientalis, &c.

Sed heu quantae aquae: Quanti Religiosi egrediuntur a tumulo vitae contemplatiuae: a sabulo Poenitentiae? ab Oriente gratiae? Egrediuntur inquam cum Esau & Dina de domo paterna, cum diabolo & Cain ad facie diuina cum Iuda proditore loculos habente, a Christi schola, & descendunt ad plana deserti, ad campum Hierichuntinae solitudinis, in qua (vt dicit Ierem. cap. 39.) a Nabuchodonosor, id est diabolo, in latitudine temporalium excacatur Sedechias, id est peccator rationis lumine priuatus, propriis filiis, id est, operibus, ab ipso diabolo interemptis.

In hoc plano Cain qui interpretatur possessio, interficit Abel qui interpretatur luctus. Luctum enim poenitentiae interficit possessio abundantiae transitoriae. Descendunt ergo aquae ad plana deserti. Vnde Genesis vndecimo. Dum proficiscerentur de Oriente in Occidentem, inuenerunt campum in terra Sennaar. De Oriente gratiae in Occidentem culpae proficiscuntur filij Adam. Et inuento campo mundani gaudij habitant Sennaar, quod interpretatur foetor. In foetore enim gulae, & luxuriae aedificant suae conuersationis domum, non sicut Christiani, sed sicut pagani, nomen Dei sui in vanum assumptes. Cum tamen dicat Dominus Exodi vigesimo capit. Non assumes nomen Dei tui in vanum. In vanum nomen Dei assumit, qui non rem hominis ac nominis Christiani, sed nomen sine re gerit, & ita ingreditur mare, id est, amaritudinem tormentorum.

Sed Deus fecit firmamentum baptisimi in medio aquarum, vt diuideret aquas ab aquis. Sed isti peccatores, vt dicit Isa. 24. Transgressi sunt leges, mutauerunt ius, dissipauerunt foedus sempiternum, propter hoc maledictio vorabit terram & peccabunt habitatores eius, ideoque insaniunt cultores eius, & relinquentur homines pauci. Leges literae & gratiae transgrediuntur, quia nec legem literae sicut ferui, nec legem gratiae sicut filij volunt custodire. Mutant ius naturale, quod est, quod tibi non vis fieri, alij ne feceris. Dissipant foedus sempiternum, quod pepigerunt in baptismo. Et ideo maledictio superbia vorabit terram, id est, terrenos. Et peccabunt habitatores eius, peccato auaritia. Quibus dicitur Apocalypsis 12. Va terra, id est, qui habitant super terram. Et insaniunt cultores eius, peccato luxuriae, quae est insania & mentis amentia.

Tertia die dixit Deus. Germinet terra verbam virentem &c. Terra quae dicitur a tero, teris, est corpus Christi, quod fuit attritum, vt dicit Isa. 53. Propter scelera nostra. Et haec terra fuit clauis &

lancea fossa & exarata. De qua dicitur, Fossa dabit tellus optato tempore fructus. Fossa caro Christi caelica regna dedit. Germinauit herbam virentem, in Apostolis. Facientem semen praedicationis, in martyribus. Lignum pomiferum faciens fructum, in confessoribus & virginibus.

Fides in primitiua Ecclesia erat quasi herba tenera. Vnde Apostoli Cantic. 7. Soror nostra, Cantic. 7. (id est, primitiua ecclesia) paruula est numero fidelium. Et vbera non habet, quibus filios suos lactet. Nondum enim fuit grauidata Spiritu sancto. Et ideo dicebant ibidem: Quid facimus sorori nostra, in die Pentecostes, quando alloquenda est, allocutione Spiritus sancti: De quo Christus in Euangelio Ioan. 14. Ille vos docebit omnia, & suggeret, id est, subministrabit vobis omnia.

Exod. 2.

Zach. 6.

Religiosi arguuntur tanquam a professione sua deficientes.

Ierem. 39.

Gen. 4. Cupiditas temporalium aduertatur poenitentiae. Gen. 11.

Exod. 20.

Gen. 1. Isai. 24.

Peccator omnia iura confundit.

Apoc. 12.

Luxuria mentis insania. Gen. 1. Isai. 53.

lancea fossa & exarata. De qua dicitur, Fossa dabit tellus optato tempore fructus. Fossa caro Christi caelica regna dedit. Germinauit herbam virentem, in Apostolis. Facientem semen praedicationis, in martyribus. Lignum pomiferum faciens fructum, in confessoribus & virginibus.

Fides in primitiua Ecclesia erat quasi herba tenera. Vnde Apostoli Cantic. 7. Soror nostra, Cantic. 7. (id est, primitiua ecclesia) paruula est numero fidelium. Et vbera non habet, quibus filios suos lactet. Nondum enim fuit grauidata Spiritu sancto. Et ideo dicebant ibidem: Quid facimus sorori nostra, in die Pentecostes, quando alloquenda est, allocutione Spiritus sancti: De quo Christus in Euangelio Ioan. 14. Ille vos docebit omnia, & suggeret, id est, subministrabit vobis omnia.

Quarta die dixit Deus: Fiant luminaria duo in firmamento, id est, in Christo iam per resurrectionem glorificato. Fuerunt duo luminaria: Claritas scilicet resurrectionis, quae notatur in sole, & incorruptibilitas quae notatur in luna, habito respectu ad statum Solis & Lunae ante lapsum primi parentis, propter cuius inobedientiam omnes creaturae patiuntur detrimentum. Vnde Apostolus Rom. 8. Omnis creatura ingemiscit & parturit vsque adhuc.

Quinta die fecit Deus aues caeli, cui bene consonat quintus articulus, scilicet ascensio, in qua Dei filius tanquam auis cum carne assumpta ad dexteram patris auolauit. Vnde ipse per II. 46. dicit. Vocans ab Oriente auem (alias iustum) & de terra longinqua virum voluntatis meae. Vocans ab Oriente scilicet monte Oliueti qui est in Oriente. De quo Psal. 67. Qui ascendis super caelum caeli ad Orientem. Super caelum caeli, id est, ad aequalitatem patris. Auem, id est, filium meum de terra longinqua, id est, mundo, virum voluntatis meae. Qui dixit Ioan. 4. Meus cibus est vt faciam voluntatem patris mei.

Sexta die dixit Deus. Faciamus hominem ad similitudinem, &c. Sextus articulus est Spiritus sancti missio, in qua imago Dei in homine deformata & deturbata per Spiritus sancti inspirationem, qui inspirauit in faciem hominis spiraculum vitae, reformatur & illuminatur. Sicut dicitur Act. 2. Factus est repente de caelo sonus, &c. Et nota quod bene dicitur Spiritus sanctus vehemens, id est, sursum vehens mentem. Vnde Psal. 4. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, &c. Vultus patris filium. Sicut enim per vultum quis cognoscitur, sic per filium patrem cognoscimus. Lumen ergo vultus Dei est cognitio filij & illuminatio fidei, quae in die Pentecostes in cordibus Apostolorum tanquam quidam character fuit insignata & impressa. Et sic factus est homo in animam viuentem.

Septima die requieuit ab omnibus operibus. Et Ecclesia septimo articulo requiescet ab omni labore & sudore, quoniam vt dicitur Apoc. 21. Abstergit Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, id est, omnem causam lachrymandi. Tunc ipsa a sponso suo laudabitur, & audire merebitur: Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera eius. Prouerb. 31. Cum audiet ipsa cum filiis suis sibilum aurae tenuis. Matthaei vigesimo quinto. Venite benedicti, &c.

His septem diebus & septem fidei articulis breuiter

Cantic. 7.

Ioan. 14.

Gen. 1. Quae sunt duo luminaria mystice.

Rom. 8.

Isai. 46.

Psal. 67.

Ioan. 4.

Gen. 1. Imago Dei deformata in homine reformatur per Spiritum sanctum, Act. 2.

Psal. 4.

Gen. 1. Gen. 2.

Apoc. 21.

Prou. 31. Mat. 25.

breuiter in latere descriptis, moraliter ad describendum sex virtutes fidelis animæ, vt sex horas lectionis Euangelicæ, cum denario & sabbato concordantes, accedamus. Secunda Hierusalem, id est, anima fidelis quæ Matthæi 20. nuncupatur vinea, qualiter fodienda sit sarculo contritionis, & falce confessionis putanda, & paxillis satisfactionis sustinenda, sub compendio pertractemus. Dixit Deus. Fiat lux, & facta est lux, quia vt dicit Ezech. 1. Rota erat in medio rotæ, id est, nouum testamentum in veteri. Et cortina trahit cortinam id est, nouum exponit vetus. Ideo sex horas Euangelicas cum operibus sex dierum moraliter exponentes, nouum cum veteri pertractemus. Prima ergo die dixit Deus. Fiat lux &c. Audi concordantiam primæ horæ. Matthæi 20. Simile est regnum calorum patri familias qui exiit primo mane &c.

Mat. 20.

Gen. 1. Ezech. 1.

Mat. 20.

Sex animæ virtutes.

Nota quod sex sunt virtutes animæ. Prima Cordis contritio. Secunda Oris confessio. Tertia est Operis satisfactio. Quarta Dei & proximi dilectio. Quinta Vitæ actiue & contemplatiue exercitatio

Gen. 1.

Exod. 10.

Gen. 2.

Eccles. 10.

Psal. 48.

Mich. 6.

Nos considerantes humiliabimur.

Gen. 1. Contritio animam illuminat.

Psal. 5.

Sexta Finalis perseverantiæ consummatio. Cum super faciem abyssi (id est cordis) sunt tenebræ mortalis peccati, homo patitur ignorantiam diuinæ cognitionis & suæ fragilitatis, & nescit discernere inter bonum & malum, & hoc est triduum de quo dicitur Exod. 10. Quod tribus diebus facta sunt tenebræ palpabiles in terra Egypti. Vbi cumque autem habitabant filij Israel, erat lux.

Tres dies sunt cognitio Dei, sui ipsius, & discretio boni & mali. Pro duobus primis orat Augustinus, dicens. Domine da mihi cognoscere te & me. De tertio Gen. 2. habetur. Quod lignum scientiæ, id est, discretio boni & mali, erat in medio paradisi, id est, in mente hominis. Prima dies illuminat ad cognoscendam animæ nostræ dignitatem. Vnde Ecclesiastici 10. Serua in mansuetudine animam tuam, & da illi honorem. Sed miser homo, cum in honore esset non intellexit, &c. Psal. 48. Secunda dies illuminat ad cognoscendum propriam infirmitatem. Vnde Mich. 6. Humiliatio tua in medio tui. Medium nostri est venter, thesaurus stercorum, in cuius consideratione superbia nostra humiliatur, arrogantia deprimitur, vana gloria exufflat. Tertia dies illuminat nos ad discernendum inter diem & noctem, lepram, & non lepram, mundum & non mundum, quæ valde necessaria est. Nam mala sunt vitia stultorum, errore sub ipso. Pro vitio virtus crimina sæpe tulit. His vero diebus sunt tenebræ palpabiles in terra Egypti & super faciem abyssi. Sed vbicumque sunt ferui Dei filij Israel lux est. De qua dixit Deus. Fiat lux, & facta est lux. Hæc lux est contritio cordis animam illuminans, Dei cognitionem, suæ propriæ infirmitatis notitiam, boni & mali discretionem ostendens.

Hoc est primum mane & prima hora qua exiit paterfamilias, id est, pœnitens ad conducendum operarios, ad excolendum vineam suam, sicut dicitur in Euangelio. In cuius introitu cantatur. Circumdedere me gemitus mortis, de hoc mane dicit Psal. 5. Mane, scilicet in ortu gratiæ astabonibi, reclus, scilicet & erectus, August. Sicut me fecisti rectum & erectum, vt solum tangerem

pedibus terram, id est, solum necessaria quærem à terra. De quo mane etiam Marc. 16. Valde mane vna sabbatorum veniunt ad monumentum. Et nota quod bene dicit sabbatorum. Nemo enim potest venire ad monumentum, id est, ad suæ mortis considerationem: nisi prius quiescat à temporalium sollicitudine. In matutino (inquit Psal. 100.) contemplationis interficiebam, id est, reprimebam vel repellebam omnes peccatores terræ, id est, motus omnes carnis meæ. Quæ est ista (ait sponsus Cant. 6. de anima pœnitente) quæ ascendit quasi aurora consurgens?

Sicut enim aurora est initium diei & finis noctis, sic contritio finis peccati & initium pœnitentiæ. Vnde ad Eph. 5. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Et Rom. 13. Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Prima ergo luce & primo mane egrediatur paterfamilias ad excolendum vineam suam. De qua Isa. 5. Vineam factam dilecto meo in cornu filio olei. Et sepiauit eam, & lapides elegit ex ea, & plantauit vineam electam, & edificauit turrim in medio eius, & torcular extruxit in ea.

Vinea est anima facta dilecto, id est, ad honorem dilecti in cornu, id est, potentia passionis, dilecto dico filio olei, id est, misericordiæ. Sola enim misericordia non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, ipsam vineam saluam fecit, quam sepe sepiauit vtriusque legis & gratiæ. De qua Ec. 10. Qui dissipat sepem, id est, destruit legem, mordebit eum coluber, id est, diabolus, qui colit umbras, id est, peccatores. Vnde Iob 40. Sub umbra dormit (id est, in meute vmbrosa requiescit) in secreto calami (id est, fallacia hypocritæ) & in locis humentibus, id est, luxuriosis.

Sequitur. Lapidem elegit ex ea, id est, duritiam peccati, edificauit turrim, scilicet humilitatis, vel superiorem partem rationis, in medio eius, & torcular contritionis (ex quo exprimitur vinum lachrymarum) extruxit in ea. Et sic exemplis & doctrinis, sanctorum plantauit vineam electam, in qua paterfamilias primo mane debet conducere operarios, scilicet amorem & timorem Dei, qui bene ipsam excolunt.

Item de hoc mane habetur 1. Reg. 11. Quod ingressus Saul media castra filiorum Ammon in vigilia matutina percussit Ammon vsque dum incallescere dies. Saul significat pœnitentem oleo gratiæ inunctum. Hic debet in vigilia matutina, id est, cordis contritione ingredi media castra filiorum Ammon, qui interpretatur aqua paterna, & significat motus carnis, qui à primo parente in nos tanquam aqua fluida deriuantur. Istos Saul debet percutere vsque dum incalescat dies, id est, feruor gratiæ mentem irradiet & irradiatam calefaciat.

Item de hoc mane Ionæ 4. Parauit Deus vermem ascensu diluculi in crastinum, & percussit hederam & exaruit. Hedera quæ in altum potest eleuari non potest, sed alicuius inhaerens ramis arboris altiora petit, significat diuitem huius mundi, qui non per se, sed pauperum elemosynis quasi quibusdam brachiis in cælum eleuatur. Vnde Lucæ 12. Facite vobis sacculos qui non veterascunt, & illud Lucæ 16. Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis (id est inæqualitatis) vt cum defecueritis recipiant vos in æterna tabernacula. Hedera in ascensu diluculi, id est, in ortu gratiæ vel cordis contritione dente vermis, id est, considerantis se terram ipsam

Mat. 16.

Quomodo ad considerationem mortis veniendum. Psal. 100.

Cant. 6.

Ephes. 5. Rom. 13.

Isai. 5.

Anima pia vinea Dei electa.

Eccles. 10.

Iob. 40.

1. Reg. 11.

Ionæ. 4.

Diues brachiis pauperis in cælum eleuatur.

Luc. 12.

Luc. 16.

ipsa sibi crescat & vilescat: dicens cum Psal. 72. Deficit cor meum (id est superbia cordis mei) & caro mea, id est carnalitas mea. His de prima die & primo mane contritionis prælibatis, ad secundam diem & horam confessionis transeamus.

Secunda die dixit Deus. Fiat firmamentum in medio aquarum &c. Firmamentum est confessio: quæ firmiter religat hominem, ne effluat in deliciis. Vnde Dominus peccatori isto firmamento carenti improperat, dicens Ierem. 31. Usquequo deliciis dissolueris filia vaga? Et Isa. 23. Transi terram tuam quasi fluiuium filia maris: quia non est cingulum ultra tibi. Anima misera dicitur filia maris, quæ quasi à mamilla diaboli, mundi fugit voluptatem, quæ dulcedinem sapit, sed generat amaritudinem sempiternam. Vnde Iacob. 1. Concupiscentia cum conceperit, parit peccatum, peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mortem. Hinc dicitur. Transi terram quasi fluiuium, quasi dicat, succinge te cingulo confessionis, & restringe vestimenta tua ne defluant ad immunditias. Nec eliges transire per abundantiam terrenorum bonorum, vbi periclitati sunt multi, sed per tenuitatem & angustiam paupertatis. Nam per riuium cum securitate transitur. Sed animæ peccatrici non est cingulum, quia non est firmamentum confessionis. De quo dicitur. Fiat firmamentum in medio aquarum, &c.

Aquæ superiores sunt fluentia gratiæ: Aquæ inferiores fluentia concupiscentiæ, quæ debent esse sub homine. Vel aliter. Mens iusti habet aquas superiores, scilicet rationem, quæ est vis animæ superior, quæ semper hominem ad bonum prouocat. Habet aquas inferiores, id est, sensualitatem: quæ semper tendit ad occasum. Diuidit ergo firmamentum confessionis aquas superiores ab inferioribus, vt confitens egressus à Sodomis, ascendens ad montana, non respiciens retro ne cum vxore Loth conuertatur in statuam salis, quam animalia, id est, dæmonia cum magna auiditate lambendo consumunt. Egressus ergo cum veris Israelitis ex Aegypto, tendens ad terram promissionis non constituit sibi ducem propriam voluntatem vt reuertatur ad ollas carniū, & pepones, & allia Aegyptiorum, id est, desideria carnalium. Fiat ergo obsecro firmamentum in medio aquarum, vt data confessori cautione firmi propositi non relabendi, in ipsa confessione, quasi in hora tertia cum Apostolis Spiritus sancti multo inebriari, & tanquam vter per confessionem nouus, nouo vino impleri mereatur. Si enim (vt Matth. 9. dicit Dominus) nouum vinum, scilicet sancti Spiritus, missum fuerit in vterem, dierum malorum, veterem, & vter rumpetur, & vinum effundetur, sicut accidit inueterato proditori. Iudæ, qui tanquam vter per collum suspensus, per ventrem crepuit medius, Actuum 2. id est, & viscera quæ auaritiæ venenum hauserant, in terram sunt diffusa.

Et bene confessio hora tertia nuncupatur, in qua verus confitens tanquam paterfamilias excolit animæ suæ vineam. In tribus enim culpabilem se debet confiteri. Primo quia offendit Deum. Secundo quia occidit seipsum. Tertio quia scandalizauit proximum vnicuique iustitiam debitam non exhibendo, Deo honorem, sibi cautelam, proximo dilectionem. Vnde in

Psal. 72.

Gen. 1.

Confessio firmamentum.

Ierem. 31.

Iacob. 1.

Sensualitas tendit ad occasum.

Matth. 9.

Actu. 2.

In tribus culpabiles nos fateamur.

Psal. 17.

introitu Missæ deplorat dicens. Circumdedere me gemitus mortis, quia offendi Deum. Dolores inferni circumderunt me, quia incurri mortale peccatum. Et in tribulatione mea qua tribulor, quia scandalizauit proximum, Imocani (cordis contritione) Dominum, & exaudiuit de templo sancto suo, id est, humanitate sua in qua habitat diuinitas, vocem meam, id est, vocem confessionis.

Tertia die dixit Deus. Germinet terra herbam virentem & facientem fructum iuxta genus, &c. Nota quod tertia dies satisfactio vocatur, quæ consistit in tribus, Oratione, ieiunio, & elemosyna quæ in tribus prædictis notantur. Dicitur confitit. ergo, terra germinet, &c. Herba virens, orationem significat. Vnde Iob. 39. de pœnitente. Quis dimisit anagrum liberum? & vincula eius quis soluit? Cui dedit domum in solitudine, & tabernaculum eius in terra saluginis? Contemnit multitudinem ciuitatis, clamorem exactoris non audit, circumspicit montes pascuæ suæ, & virentia quaque perquirat. Onager, id est, asinus agrestis, ab onos & agrios sic dictus, pœnitentem significat, eo quod in agro ecclesiæ supportat onus pœnitentiæ. Hunc liberum Dominus dimittit & vincula soluit, cum à seruitute diaboli liberum & vinculis absolutum, scilicet peccatorum, abire permittit. Vnde Ioann. 11. dicit Christus. Soluite Ioan. 11. eum & si uide abire. Huic dat Dominus domum in solitudine, scilicet mentis, & tabernacula vitæ actiue, in quibus militat in terra saluginis, id est, mundanæ conuersationis. Et sic iste pœnitens contemnit multitudinem ciuitatis. De qua Dominus Malach. 3. Ego Dominus & non muor, & ciuitatem non ingredior. Et Psal. 54. Vi di iniquitatem (quo ad Deum) & contradictionem (quo ad proximum) in ciuitate. Et clamorem exactoris non audit.

Exactor est diabolus, qui semel nummum obtulit primo parenti, & illum quotidie cum usura exigere non cessat. Vocem exactoris huius non audit pœnitens, cum eius suggestioni non acquiescit. Vel exactor est venter, qui quotidie regulæ tributum cum clamore exigit. Sed hunc pœnitens non audit, quia ei non ad voluntatem, sed ad necessitatem, tantum obedit. Hic onager circumspicit montes pascuæ suæ, quia in excellentia vitæ positus, sacræ scripturæ pascua circumspectans inuenit: dicens cum Psal. 22. In loco pascuæ ibi me collocauit. Et sic virentia quæ in deuotione orationis perquirat, vt de pascuis sacræ lectionis perueniat ad carpenda virentia deuotæ orationis. De qua dicitur. Germinet terra herbam virentem.

Sequitur. Et facientem semen suum, per quod signatur ieiunium. Vnde Isa. 32. Beati qui seminatis super omnes aquas innectentes (aliàs immittentes) pedes bonis & asini. Super aquas seminat qui & orationi & compunctioni lachrymarum ieiunium superaddit. Et sic innectit vinculis, scilicet præceptorum, pedem, id est, affectum bonis, id est, spiritus, & asini id est, corporis. Vnde Christus Matth. 17. & Marci 9. Hoc genus dæmoniorum non eiicitur (id est cordis immunditia, & carnis luxuria non potest eiici) nisi in oratione & ieiunio. Oratione enim cor à polluta cogitatione mundamus. Ieiunio, carnis petulantiam refrenamus.

Sequitur tertium. Lignum pomiferum faciens fructum. In ligno pomifero elemosyna de-

Gen. 1.

Satisfactio in tribus.

Confitit.

Iob. 39.

Malac. 3.

Psal. 54.

Malac. 3.

Psal. 54.

Exactor est venter.

Psal. 22.

Gen. 1.

Isai. 32.

Marc. 9.

Orationis efficacia.

Gen. 1.



Eleemosyna in egenis fructificat.

Job. 5.

Mat. 22.

Deut. 33.

Pœnitens dilatur.

Duo luminaria dilectio Dei & proximi.

Deut. 33.

Ezech. 28.

Job 5.

Contemplatiuus aut comparatur

signatur, quæ fructificat in egenis, id est, ipso- rum manibus repportatur in cælum. Et nota quod dicitur faciens fructus iuxta genus suum. Genus hominis est alter homo de humo creatus & in animam viuificatus. Debet ergo eleemosyna facere fructum iuxta genus suum, quia & anima spiritali pane, & corpus corporali reficitur. Vnde Job 5. *Visitans speciem tuam non peccabis.* Species tua est alter homo, quem eleemosyna tam spiritali quam corporali debes visitare, & sic non peccabis. Iuxta illud præceptum. Matthæi 22. *Diligens proximum tuum sicut teipsum.* Sed nota quod dicitur, cuius semen sit in semetipso. Vbi Augustinus. Qui vult ordinate eleemosynam facere, prius à semetipso debet incipere. Hæc tria, pœnitentiæ satisfactionem perfectam faciunt, quod bene significatur per sextam horam, scilicet misericordiæ, circa quam pater familias exiens conduxit operarios in vineam excolendam.

Et nota quod in meridie quo magis feruet sol quam alia parte diei, satisfactionis feruor notatur. Vnde Deuter. 33. *Nephtalim abundantia perfuerit, & plenus erit benedictione Domini. Mare & meridiem possidebit.* Nephtalim interpretatur conuersus vel dilatur, & significat pœnitentem, qui à via sua mala conuertitur, & bono opere dilatur. Hic abundantia gratiæ in via perfuerit, & benedictione gloriæ adimplebitur: quæ vt adipisci mereatur prius necesse est vt mare, id est amaritudinem cordis, & meridiem, id est, feruorem possideat satisfactionis.

Quarta die, dixit Deus: *Fiant duo luminaria magna.* Quarta virtus est dilectio Dei & proximi. Dilectio Dei in solis claritate, dilectio proximi in lunæ mutabilitate, designatur. Nonne videtur tibi quædam mutabilitas, gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus? De his duobus dicitur Deuter. 33. *De pomis fructuum solis & luna terra Joseph repleatur.* Poma, opera iusti significant propter rotunditatem perfectionis, pulchritudinem puræ intentionis, odorem bonæ operationis. Hæc poma sunt Solis, & Lunæ, id est, dilectionis Dei & proximi, quæ duo quemlibet perfectum faciunt. Hæc duplex dilectio in hora non circa quam paterfamilias exiit, designatur. Perfectio enim geminæ dilectionis perducit ad perfectionem Angelicæ beatitudinis.

Quæ in nouem ordines ab Ezechiele 28. sic distinguuntur, vbi loquitur ad Luciferum sub typo nouem lapidum. *Omnis lapis pretiosus operimentum tuum, Sardius, Topasius, &c.*

Quinta die fecit Deus pisces in mari, & aues super terram. Quinta virtus est exercitatio vitæ actiuæ & contemplatiuæ. In qua vitæ actiuæ tanquam pisces perambulat semitas maris, id est, mundi, vt proximo necessitatem patienti etiam valeat subuenire. Et contemplatiuus tanquam auis penna contemplationis in aerem eleuatus pro modulo suæ capacitatis regem in decore suo speculatur. *Homo* (inquit Job 5.) *nascitur ad laborem*, scilicet vitæ actiuæ. *Et auis ad volatum* scilicet vitæ contemplatiuæ. Et nota quod sicut auis quæ latum habet pectus, eo quod multum capit aëris à vento retardatur & quæ strictum habet pectus & acutum, velocius & sine difficultate volat: Sic mens contemplatiua, si multis & varijs cogitationibus dilatur, in contemplationis volatu nimium præpeditur, sed si ordinata & in vnum collecta cœperit volare, ipsius

contemplationis gaudio perfretur. Huius geminæ vitæ exercitatio in hora vndecima circa quam paterfamilias exiit, designatur.

Vndecima hora est ex vno & decem. Vita contemplatiua ad vnum refertur, quia vnum Deum, vnum gaudium speculatur. Vita vero actiuæ ad decem præcepta decalogi, quibus ipsa vita actiuæ in huius exilij vita plenarie perficitur.

Sexta die dixit Deus. *Faciamus hominem &c.* Sexta & vltima virtus animæ, est finalis perfectiorantia, quæ est cauda hostiæ in sacrificio. Tunica Ioseph talaris polymita, sine qua quinque supradictæ virtutes inutiliter habentur, cum qua vtiliter possidentur: in qua tanquam rebus sexto die imago & similitudo Dei nunquam deturpanda, nunquam fœdanda faciei animæ imprimitur æternaliter. Hæc in Euangelio vltima hora vitæ humanæ qua paterfamilias per dispensatorem, id est, per filium suum in vinea bene operanti reddit denarium: per sabbatum, quod requies interpretatur, significatur. De qua Isa. 66. *Erit mensis ex mense* id est, perfectio gloriæ in perfectione vitæ. *Et sabbatum ex sabbato*, id est, requies æternitatis ex requie peccatoris, quæ consistit in duplici stola, animæ & corporis.

Anima tribus & corpus quatuor dotibus glorificabitur. Anima sapientia, amicitia, & concordia decorabitur, Sapientia Dei in animæ facie resultabit, & videbit Deum sicuti est, & cognoscat sicut cognita est Amicitia erit ad Deum. Vnde Isa. 31. *Cuius ignis in Sion*, id est, Ecclesia militanti. *Et caminus*, ardentissimi scilicet amoris, in Hierusalem, id est, Ecclesia triumphanti. Concordia ad proximum. De cuius gloria tantum gaudebit, quantum de sua. Quatuor etiam erunt dotes corporis: scilicet claritatis, subtilitatis, agilitatis, & immortalitatis. De quibus Sapientia: *Fulgebunt iusti* (Ecce claritas) *Et tanquam scintilla* (Ecce subtilitas) *In arundineo discurrent* (Ecce agilitas) *Et regnabit Dominus illorum in perpetuum* (Ecce immortalitas.) *Non est enim Deus mortuorum, sed viuientium*, Matth. 22.

Vt hanc incorruptibilem coronam istis septem lampadibus insignitam mereamur accipere, curramus, sicut dicit Apostolus 1. Corinth. 9. *Nescitis quod hi qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium, &c.* Stadium est octaua pars milliaria constans passibus 125. In hoc numero omnis perfectio diuini amoris designatur. In centenariio, qui numerus est perfectus, doctrina Euangelica. In 20. decalogi decem præcepta, quæ literaliter & spiritaliter sunt adimplenda. In quinque, quinque sensuum delectatio refrenanda intelligitur. Qui in tali stadio currit, brauium, id est, remunerationem coronæ incorruptibilis accipit. De qua Apoc. 2. *Dabo tibi* (inquit Dominus) *coronam vitæ.* Quem humiliter imploremus, &c.

Encomia perfeuerantia.


Anima tribus, corpus quatuor dotibus glorificabitur.

Isai. 31.

Mat. 22.

1. Cor. 9.

Apoc. 2.



DOMINICA IN SEXAGESIMA.

Mat. 13. Luc. 8. Isai. 32.

Apoc. 17. Eccles. 1.

Duplex amaritudo. Psal. 50.

Ephes. 2. 1. Cor. 15.

Eccles. 40. Genes. 3.

Genes. 6.

Petra falsi Religiosi, spinæ auari.

Genes. 26.

Isai. 35.

Psal. 119.

Christus tria genera seminavit.

**X**IIIT qui seminat seminare semen suum. Matth. 13. & Luc. 8. Prædicatoribus loquitur Isai. 32. *Beati qui seminatis super omnes aquas.* Aqua, vt dicitur Apocalyp. 17. *sunt populi, gentes & lingua*, de quibus Eccles. 1. *Omnia flumina intrant mare, & mare non redundat: ad locum unde exeunt, flumina reuertuntur.*

Nota quod duplex est amaritudo, scilicet, culpæ & mortis corporalis. Omnia ergo flumina, id est, omnes populi exeunt à mari, id est, ab amaritudine culpæ originalis. Vnde Psal. 50. *Ecce in iniquitatibus conceptus sum, &c.* Et Apostolus Ephes. 2. *Eramus natura filij iræ sicut & ceteri.* Et 1. Cor. 15. *Omnes in Adam moriuntur.* Et in mare, in est, in amaritudinem mortis corporalis reuertuntur. Vnde Eccl. 40 *Graue iugum saper filios Adam, &c.* De his dicit Dominus peccatori, Genes. 3. *puluis es, per immunditiam & in puluerem reuertens*, per incinerationem. Beati ergo qui seminatis super aquas. Semen, vt dicit Christus, est verbum Dei. Vt ergo inter bonos benedici merear, seminabo super vos in nomine Iesu Christi.

Exiit ergo, &c. In hoc Euangelio sex valde notabilia notantur: seminator, semen, via, petra, spinæ, & bona terra. Noë arca habet quinque cameras. Prima, fuit stercoreum. Secunda, Apothecaria. Tertia, immitium, id est, serocium animalium. Quarta, mitium. Quinta hominum & volucrum. Sed attende diligentissime quod quarta & quinta, pro vna tamen camera, in ista concordantia accipiuntur. *Exiit ergo qui seminavit.*

Seminator, est Christus, vel Prædicator ipsius. Semen, est verbum Dei. Via, luxuriosi. Petra, falsi Religiosi. Spinæ, auari, & vsurarij. Bona terra, pœnitentes & iusti, Quod hoc sit verum, auctoritatibus comprobemus. Seminatore Christus est. Vnde Genes. 26. *Seminavit Isaac in terra Geraræ: & in ipso anno inuenit centuplum* Isaac interpretatur gaudium, & significat Christum, qui est gaudium Sanctorum: *Qui*, vt dicit Isai. 35. *gaudium*, scilicet, de glorificata Christi humanitate, & lætitiâ obtinebunt de totius Trinitatis visione. Hic noster Isaac seminavit in terra Geraræ, quæ interpretatur incolatus, & significat hunc mundum: de quo in Psal. 119. *Heu me quia incolatus meus*, id est peregrinatio mea, *prolongatus est.*

In terra ergo Geraræ, id est, in mundo seminavit tria genera seminum. Laudabilis, scilicet, vitæ sanctitatem. Cælestis regni prædicationem. Et miraculosum operationem.

Et in ipso anno inuenit centuplum. Et nota quod tota vita Christi dicitur annus remissionis & benedictionis. Sicut enim in anno quatuor sunt tempora, hyems, ver, æstas, & autumnus: sic in vita Christi fuit hyems Herodianæ persecutionis, ob quam fugit in Ægyptum. Ver prædicationis, tunc enim apparuerunt flores, id est, vitæ æternæ promissiones: & vox turturis, id est, filij Dei audita est in terra nostra. *Pœnitentiam agite, appropinquabit regnum celorum.* *Æstas passionis: de qua Isai. 27. Meditatus est in spiritu suo duro, id est inflexibili ad sustinendam passionem, meditatus est dum penderet in cruce, qualiter diabolus damnaretur: humanum genus de eius potestate eriperetur, & peccatoribus obstinatis pœnam æternam infligeret. Vnde iterum dicit idem Propheta 34. *Dies ultionis* in corde meo. Autumnus resurrectionis: in qua exsufflatis palæis pœnalitatis & puluere mortalitatis, illa humanitas verbi gloriosa & immortalis reposita est in cellario, id est, ad dexteram Dei patris. Bene ergo dicitur: Et in ipso anno inuenit centuplum, id est, elegit Apostolos: quibus dictum est. *Centuplum accipietis, &c.* Vel centuplum, id est, centesimam ouem, id est, genus humanum, quod ad consortium nouem ordinum Angelorum, propriis humeris cruci affixis gaudens apportauit, Luc. 15. *Habes ergo aperie quod seminator est Christus.**

Hic est Noë cui dixit Deus Pater: *Fac tibi arcam de lignis lauigatis.* Genes. 6. Noë interpretatur requies, & significat Christum qui dicit Matth. 11. *Venite ad me omnes qui laboratis*, in Ægypto in luto luxuriæ, & latere auaritiæ, & onerati estis, iugo superbæ, & ego reficiam vos. id est requiescere faciam. *Hic* vt dicitur Gen. 5. *consolabitur nos ab operibus & laboribus manuum nostrarum in terra cui mali dixit Deus.* Huic dixit Pater: *fac tibi arcam*, id est, Ecclesiam. Exiit ergo seminator Christus seminare semen suum.

Exiit etiam fabricare arcam, scilicet Ecclesiam suam, *de lignis lauigatis*, id est, operibus sanctis, putis, & perfectis: *& lignis bitumine, charitatis*, scilicet & misericordiæ, *intrinsicus*, in affectu, & extrinsecus in operum effectu. *Cuius longitudo est trecentorum cubitorum*: propter tres ordines qui sunt in ea, scilicet Noë Daniel, & Job, id est, prælati, continentes, & coniugati. *Latiitudo quinquaginta cubitorum*, Ad pœnitentes ipsius Ecclesiæ refertur. In quinquagesimo enim die à Pascha per Spiritum sanctum collata est Apostolis gratiæ infusio. Et in quinquagesimo psalmo, scilicet, *Miserere mei Deus*, pœnitentibus promittitur peccatorum remissio. *Altitudo triginta cubitorum*, ad eius Ecclesiæ fideles refertur, propter fidem sanctæ Trinitatis. Exiit ergo Christus à sinu Patris, & venit in mundum, vt seminaret & Ecclesiam suam fabricaret, in qua electum populum non corruptibilem sed permanentem in sæculum sæculi conseruaret.

Sequitur de semine. *Semen est verbum Dei*, de quo Eccles. 11. *Manc semina semen tuum.* Manc id est, tempore gratiæ quod expellit tenebras peccati, ô Prædicator semina semen tuum, id est, tibi creditum. Et vide quam congrue dicitur verum Dei semen. Sicut enim in terra semen seminat getminat & crescit. Primo enim vt dicitur Marc. 4. *facit herbam*, deinde spicam: deinde

deinde plenum frumentum in spica. Sic verbum Dei seminum in corde peccatoris. Primo, facit herbam contritionis: de qua Genes. 1. *Germine terra*, id est mens peccatoris, herbam virentem, scilicet contritionis. Secundo, spicam confessionis, quæ se in altum erigit per spem remissionis. Tertio, plenum frumentum satisfactionis; de quo Psal. 64. *Valles*; id est, humiles penitentes, abundabunt frumento, satisfactionis, ut pœna respondeat culpæ. Bene ergo dicitur. Exiit qui seminat seminare semen suum: Sed quia non omnium est fides, & non omnes obediunt Evangelio.

Psal. 64.

Ideo sequitur. *Et dñ seminat aliud cecidit secus via, & conculcatum est, & volucres cali comederunt illud.* Prima camera in arca Noë, fuit stercoraria. Via ergo & stercoraria luxuriosos significat, Eccles. 9. *Mulier fornicaria quasi stercus in via.*

Eccles. 9. Isai. 51.

Isai. 28. Luxuriosus vere ebrius.

Osee. 7.

Luxuriosus stercori comparatur.

Psal. 92.

Fornicatio simplex, xadulcerium, incestus, sodomia quatuor vermes.

Genes. 6.

Camera apothecaria, quia vendunt suæ vitæ mercimoniam pro denario humanæ laudis. Dicitur ego: Et aliud cecidit supra petram. De qua Abdias cap. 1. impropertans religioso superbo. *Superbia*, inquit, *cordis tui extulit te habitantem in scissuris petra.* Superbia dicitur à super & eo, is, quasi supra se iens, Superbia ergo, ô religiose! cordis tui extulit te, id est, extra te tulit ut inaniter ires super te: habitantem in scissuris petra. Petra est quælibet Ecclesiæ religio: de qua Ierem. 18. *Nunquam deficiet nix de petra agri.* Ager est Ecclesia. Petra agri religio supra petram fidei fundata. Nix est munditia mentis & corporis, quæ numquam debet deficere de religione. Sed heu quantæ scissuræ, quanta schismata, quantæ diuisiones & dissensiones sunt in petra: id est religione, super quam si ceciderit diuini verbi semen, non fructificat, quia non habet motem gratiæ Spiritus sancti, qui non in scissuris discordiæ, sed in veritatis habitat mansione. *Multitudinis autem credentium*, inquit Lucas Act. 4. *erat anima una & cor unum.* Vere vbi scissuræ, ibi lis in capitulo, dissolutio in choro: murmuratio in claustris: Gula, id est, Gastrimargia in Refectorio: Carnis petulantia in dormitorio. Bene ergo dicitur: Aliud cecidit supra petram, quia vt dicitur Marth. 13. *Non habebat radicem*, id est, humilitatem quæ est radix omnium virtutum. Ecce aperte habes quod ex superbia cordis fit scissura religionis, quia non potest facere fructum, quia non habet in se radicem humilitatis.

Falsi arguitur religiosi. Abdias 1.

Ioan. 18.

Religiosus præcinditur discordia.

Act. 4.

Mat. 13. Humilitas radix virtutum.

Aliqui religiosi veri hypocritæ.

Ioel 1.

Genes. 6.

Auarus spinis & animalibus ferocibus comparatur.

Ierem. 46

Talis religio est camera apothecaria. Postquam enim dissident interius, laudes quærunt exterius. In foro enim communi tanquam quidam apothecarij, falsi religiosi sophisticas species vendunt, Super habitu enim religionis vt vmbra falsi nominis laudari appetunt, quoddam enim personale figmentum perfectionis apud homines induunt. Sancti videri volunt, sed esse nolunt. Proh dolor! religio quæ deberet seruare species virtutum, aromata morum, destruitur & efficitur forensis apothecaria. Vnde Ioel deplorans ait, Ioel 1. *Demolita sunt horrea*, id est, claustra Canoniorum, *dissipata sunt apotheca*, id est, Abbatia Monachorum, *quoniam confusum triticum.* In tritico, quod albet interius & rubet exterius, notatur castitas, quæ munditiam ad se, vel charitas quæ amorem Dei ad se conferuat & ad proximum. Hoc triticum ideo confusum, quia cecidit supra petram, & natum aruit, quia non habebat radicem humilitatis, nec humorem gratiæ septiformis. Ecce habes quod ex confusione tritici, id est, defectu charitatis destruitur apotheca totius religionis.

Sequitur. *Aliud cecidit inter spinas, & simul exorta, &c.* In tertia camera arcæ Noë sunt immitia animalia. Vide quam bene spinæ & ferocia animalia concordant, quia auaros & vsurarios significant. Spinæ, quia auaritia compungit & sanguinem elicit. Animalia ferocia, quia auaritia vsuras capit & transglutit. Dicit ergo Dominus. Et aliud cecidit inter spinas, quæ (vt ipse glossat) sunt diuitiæ, quæ capiunt hominem & retardat, quibus ne Petrus redardaretur ait Domino. *Ecce nos reliquimus omnia, &c.* Ibi Bernardus. Recte Petre fecisti. Non enim currentem sequi poteris oneratus. Spinæ etiam pungunt. Vnde Ierem. 46. *Vitula elegans & formosa Egyptus, stimulator ab Aquilone veniet ei.* Egyptus

Egyptus quæ interpretatur tenebræ, est auarus tenebris ignorantia circumdatus. Hic dicitur vitula propter duo cornua, scilicet, carnis lasciuiam, & mentis instabilitatem propter possessionem & vestium pulchritudinem. Huic vitulæ venit stimulator, id est, diabolus ab Aquilone, à quo, vt dicitur Ierem. 1. *pandetur omne malum.* Et stimulator auaritiæ stimulat ipsam vt currat & discurrat ad congregandas spinas, id est, diuitias; quia vt dicit Isai. cap. 33. *Spina congregata comburentur igne.* Spina ergo pungit, & pungendo sanguinem elicit. *Omni anima*, dicit Moyses Leuit. 17. *est in sanguine.* Sanguis animæ est virtus, in qua anima viuit. Animæ vitam, id est, virtutem auarus perdit, dum diuitias congregare cupit. Vnde Eccles. 16. *Nihil est iniquius quam amare pecuniam.* Hic proicit intima sua, id est, virtutes in vita sua. De his spinis subdit Dominus. *Et simul exorta spina suffocauerunt illud.* Vnde Osee 10. *Lappa & tribulus ascendet super aras eorum.* Lappa est herba quæ adhæret vestimento. Tribulus dicitur à tribulo tribulas, eo quod tribulat dum pungit. Lappa ergo & tribulus sunt diuitiæ homini dum trāsit adhærentes & ipsum tribulantes, hæc crescit super aras eorum, id est, corda auarorum, in quibus sacrificium Deo spiritus contribulatus debet offerri, & suffocant verbum Dei, & sacrificium spiritus contribulati. His spinis (vt diximus) concordant animalia ferocia: de quibus Psal. 103. *Hoc mare magnum, &c.*

Ierem. 1.

Isai. 33.

Leuit. 17. Sanguis animæ virtus.

Eccles. 16.

Osee. 10.

Miseria auarorum.

Psal. 103.

Ioel. 1.

Tria genera vsurarium.

Genes. 21.

Sequitur. *Illic*, id est, in mundo, *reptilia, quorum non est numerus.* Hoc mare magnum, id est, hic mundus, mundus amaritudine plenus, magnus diuitiis, spatiosus deliciis: quia spatiofa est via quæ ducit ad mortem. Sed quibus? Non Christi pauperibus qui intrant per angustam portam: sed vsurarium manibus, quibus totum mundum iam ceperunt. Propter eorum vsuras Ecclesiæ depauperantur bonis suis: monasteria denudantur. Et ideo conqueritur Dominus Ios. 1. *Gens ascendet super terram meam fortis & innumerabilis: dentes eius vt dentes leonis, &c.* Sequitur. *Illic reptilia, &c.* Nota hic tria genera vsurarium. Sunt enim quidam qui priuatim faciunt vsuras, & isti sunt reptilia, id est, latent repentia, quorum non est numerus. Sunt alij qui aperte faciunt: sed non in magna quantitate, vt misericordes videantur. Et isti sunt animalia pusilla. Alij sunt perfidi, desperati, & apertissime vsurarij, qui ab omnibus palam quasi in foro recipiunt & faciunt: & isti sunt animalia magna, ceteris crudeliora, à venatore diabolo capienda, & securi mortis æternæ interficienda, nisi male ablata restituant, & postmodum pœnitentiam agant. Et vt ipsam agere valeant, illic, id est, per medium ipsorum, naues, id est, Prædicatores Ecclesiæ debent petransire & semen diuini verbi seminare. Sed peccatis nostris exigentibus spinæ diuitiarum & ferocia animalia vsurarium suffocant verbum tam assidue seminatum: & ideo pœnitentiæ non faciunt fructum.

rum, qui sunt apothecaria: & spinis auarorum, & vsurarium, qui sunt ferocia animalia; semen verbi Dei non poterit fructificare. Ideo sanctæ Ecclesiæ fideles in Introitu Missæ, clamant ad Deum. Psal. 73. *Exurge, quare obdormis Domine, &c.*

Psal. 73.

Nota quod ter dicunt exurge, propter ista tria, quæ sunt via, petra, & spinæ. Exurge ergo, ô Domine, contra luxuriosos, qui sunt via diaboli, qui quia in peccatis dormiunt, te dormire credunt. Exurge contra falsos Religiosos, qui sunt quasi petra sine humore gratiæ. Exurge contra vsurarios, qui sunt quasi spinæ pungentes: & adiuua nos, & libera nos de eorum manibus.

Religiosi petra sine humore gratiæ.

In his tribus semen verbi tui, ô Domine, non potuit fructificare: sed cum cecidit in terram bonam, fecit fructum. Et vide quam bene concordant, terra bona, mitia animalia, homines, & volucres, quæ significant iustos & pœnitentes, actiuos & contemplatiuos. Bona terra cui benedixit Dominus, est mens iusti: de qua Psal. 65. *Omnis terra adoret te & psallat tibi: psallum dicat nomini tuo.*

Psal. 65.

Nota quod omnis terra est Orientalis, Occidentalis, Aquilonaris, vel Australis. Mens siquidem iusti dedit esse Orientalis, per considerationem sui exitus. Aquilonaris considerando tempestates & miseras huius mundi. Australis per speculationem æternæ beatitudinis.

Mens iusti debet esse Orientalis.

Omnis ergo terra, id est, mens iusti bona, adoret te Deus, in spiritu & veritate & cordis cõtritione. Hic est fructus trigesimus. Et psallat tibi, in tui nominis confessione, & sui criminis accusatione, hic est fructus sexagesimus. In his duobus diebus vitæ laboriosæ debemus Deo psallere. Et psallum dicat nomini tuo, in operis satisfactione, & finali perseverantia. Et hic est fructus centenarius & perfectus.

Alia terra bona, est sancta Ecclesia, & arca Noe, quæ in se continet mitia animalia, homines & volucres. Mitia significant fideles coniugatos: qui piis operibus intendunt, sua pauperibus tribuunt, & neminem lædunt: de quibus Apostolus in hodierna Epistola 2. Cor. 11. *Liber benter suffertis insipientes cum sitis ipsi sapientes.*

2. Cor. 11.

*Sustinetis enim siquis vos in seruitutem redigit, siquis deuorat, siquis accipit siquis extollitur, siquis in faciem vos cadit.* Hi faciunt fructum centesimum. Homines, significant continentes & actiuos qui vere sunt homines, id est, ratione vtentes. Hi vitæ actiue labori se submitunt, pro Christo periculo se exponunt: vitam æternam prædicant: sibi & suis subditis inuigilant. Isti, sicut Apostolus subdit, sunt in labore & ærumna, in vigiliis multis, in fame & siti, in ieiuniis multis, in frigore & nuditate. Et hi faciunt fructum sexagesimum. Volucres in superiori parte arcæ, significant virgines & contemplatiuos, qui pennis virtutum in aëra eleuati contemplantur regem in decore suo. Isti non dico in corpore: sed mente rapiuntur in contemplatione vsque ad tertium cælum, Trinitatis gloriam spiritus subtilitate contemplantes. Vbi audiunt aure cordis ea quæ verbis non possunt exprimere, nec etiam mente comprehendere. Et hi sunt qui afferunt fructum centesimum. Rogemus igitur, &c.





DOMINICA

IN

QUINQUAGESIMA.



Cæcus quidam sedebat secus viam mendicans. Et cum audiret turbam prateruenientem interrogabat, quid hoc esset? Dixerunt autem ei quod Iesus Nazarenus transiret. Et clamauit dicens. Iesu fili David, miserere mei, &c.

Luc. 18.

Nota, tres cæcos inuenimus: de quibus volumus facere mentionem. Primus, est Euangelicus, à natiuitate cæcus, & luto & sputo illuminatus. Secundus, Tobias stercore hirundinum excæcatus: sed felle piscis curatus. Tertius, Laodiceæ Episcopus: cui in Apocalysi, cap. 3. Dominus dicit. Nescis quia miser es & miserabilis, pauper, & cæcus, & nudus. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum, ut locuples fies, & vestimentis albis induaris, ut non appareat confusio nuditatis tuæ, & collyrio inunge oculos tuos, ut videas. Quid significet quælibet istorum videamus.

Apoc. 3.

Cæcus à natiuitate humanum genus, in primis parentibus excæcatur, allegorice significat: quem cæcum Iesus illuminauit cum in terram spuit, & lutum super eius oculos liniuit, Ioan. 9.

Cæcus omnis superbus.

Sputum descendens à capite, significat diuinitatem: terra, humanitatem: sputi & terræ coniunctio, est diuinæ naturæ, & humanæ vnio, qua illuminata fuit humana generatio. Et hæc duo, verba cæci significant, secus viam sedentis & clamantis, miserere mei, quod spectat ad diuinitatem, fili David, ad humanitatem.

Abdia 1.

Moraliter cæcus iste superbium significat, cuius superbia sic describitur ab Abdia 1. Si exaltatus fueris ut aquila, & inter sidera posueris nidum tuum, inde detraham te. dicit Dominus. Aquila cæteris auibus altius volans, superbium significat, qui duabus alis, arrogantia, & vana gloria, omnibus altior appetit videri. Hinc dicitur: Si inter sidera, id est, inter sanctos, qui in hoc loco caliginoso tanquam sidera in firmamento lucent, posueris nidum, id est, vitam tuam, inde te detraham, dicit Dominus. Superbus enim vitæ suæ nidum collocare nititur in consortio Sanctorum. Vnde Iob 39. Penna Struthionis, id est hypocritæ, similis est pennis Herodij & accipitris, id est viri iusti.

Iob 39.

Nota quod nidus tria habet in se, plumis mollioribus interius componitur, duris & asperis exterius constituitur, in incerto loco vento exposito collocatur. Sic vir superbus quandam molliorem, id est carnalem delectationem habet interius, sed spinis & lignis atidis, id est, operibus mortuis est circumdatus exterius. In incerto loco, vento etiam vanitatis exposito collocatur, quia nescit an sero, an mane de medio tollatur. Et

hoc est quod subditur. Inde te detraham, id est, deorsum ad inferos traham, dicit Dominus. Vnde Apocal. 18. Quantum glorificauit, id est, exaltauit se, & in deliciis fuit, tantum date ei tormentum & luctum.

Miser superbi exitus.

Et nota quod iste cæcus superbus illuminatur sputo & luto. Sputum est semen patris quod emittitur in lutofam matricem matris, in qua generatur homo miserabilis, quem superbia non excæcasset si tam miseram suæ generationis conditionem attendisset. Vnde Isai. 51. Attendite ad petram vnde excisi estis, & ad cauernam laci de qua præcisi estis. Petra, est pater noster carnalis. Cauerna laci, est matrix nostræ matris. Ab illa excidimur in fœtida feminis effusione. Ab ista præcidimur in dolorosa parturitione.

Isai. 51.

Quid ergo superbis, ô miser homo, tam vili sputo genitus, tam horribili loco, editus, & ibidem nouem mensibus sanguine menstruo nutritus? quo si contactæ fuerint fruges, non germinabunt, arefcent, iniusta morietur herba: amittent arbores fructus, ferrum rubigo corrumpet, nigrescent æra: & si quid canes inde ederint in rabiem efferentur nociuum morsibus quibus lymphaticos faciunt. Attende ergo ad petram, scilicet Abraham patrem nostrum, & Saram, &c. Huic superbo præcipit Dominus, dicens: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monstrauero tibi. Genes. 12.

Cur superbit homo miser.

Genes. 12.

Nota hic tria genera superbiæ, scilicet contra inferiorem, contra æqualem, contra superiorem. Superbus enim conculcat, contemnit, & subsannat. Conculcat inferiorem, quasi terram, quæ dicitur à tero teris. Contemnit æqualem quasi cognationem. Superbus enim, cognatos & affines de facile contemnit, & scandalizat. Subsannat superbus etiam superiorem quasi domum patris.

Tria superbiorum genera.

Superior dicitur domus, quia sub eo subditus quasi sub domo paterna filius, debet se abscondere à pluuia carnalis concupiscentiæ, à tempestate persecutionis dæmoniæ, ab ardore prosperitatis mundanæ. Cæcus superbus cum subsannatione quæ fit naso corrugato subsannat superiorem. Dicit ergo Dominus: Egredere, ô superbe, cæce de terra tua, ne conculces inferiorem. De cognatione tua, ne contempnas æqualem. Et de domo patris tui, ne subsannes superiorem.

Sequitur. Et vade in terram quam monstrauero tibi. Terra est humanitas Christi, de qua Dominus Moyfi, Exod. 3. Solue calcementa de pedibus tuis, quia locus in quo stas, terra sancta est. Calcementa sunt opera mortua, quæ de pedibus, id est, affectionibus tuæ mentis debes soluere, id est, auferre. Quia terra, id est, humanitas Christi in qua stas per fidem sancta est, te peccatorem sanctificans.

Exod. 3.

Vade, ô homo in terram, considera Christi humanitatem. Attende ipsius humilitatem. Deprime tui cordis tumorem. Vade inquam passibus amoris. Accede humilitate cordis, dicens cum Propheta Psalm. 118. In veritate & iustitia humiliasti me. O pater, in veritate, id est, in filio tuo, humiliato, egeno, & peregrino humiliasti me. humiliato, inquam, in vtero virginis. Egeno in præsepio pecoris. Peregrino in patibulo crucis. Nihil enim sic humiliat superbium peccatorem sicut humilitas humanitatis Christi. Veni ergo

Psal. 118.

Humilitas Christi maxime superbium deprimat.

in terram quam tibi digito monstraui in flumine Iordanis dicens. Hoc est filius meus dilectus, &c. Eris & tu dilectus filius gratia adoptiuus, si exemplo filij mei mihi cœqualis fueris humiliatus, quem ideo tibi monstraui, vt ex vitæ ipsius forma, tuæ vitæ conseruationem informes, informatus lumen recipias, & sic audire possis. Respice, fides te saluum fecit, teipsum illuminauit.

Secundus cæcus, stercore hirundinum excæcatus, sed felle piscis curatus, est Tobias, de quo contigit vt quodam die fatigatus à sepultura veniens domum, iactasset se iuxta parietem, & obdormisset, & ex nido hirundinum dormienti illi incidere stercore super oculos eius, fieretque cæcus, Tob. 2. Tobias iustus tepidus. Sepultura penitentia. Domus carnis cura. Parietis, ipsius voluptas. Obdormitio, negligentia torpor Nidus, effeminata mentis consensus. Hirundines, dæmones. Stercora, luxuria & gula. Dicamus ergo: Tobias fatigatus à sepultura, &c. significat iustum tepidum, de quo Dominus Apocal. 3. Quia nec frigidus es, timor, scilicet pœnæ, nec calidus, amore gratiæ, sed quia es tepidus, ideo te incipiam euomere ex ore meo. Sicut enim aqua tepida prouocat vomitum, sic tepiditas & negligentia à ventre diuinæ misericordiæ expellit ociosum & tepidum. Maledictus, inquit Ierem. cap. 48. qui opus Domini facit negligenter. Hic fatigatus à sepultura venit domum, cum in labore penitentia, in qua & sub qua debet abscondere mortua corpora, id est, peccata mortalitatis vt sit de illis quibus dicitur Psalm. 31. Beati quorum testa sunt peccata, tædio afficitur, & ad carnis suæ curam, quam contra Apostolum facit in desiderijs, afficitur vel reuertitur. Vnde & subditur. Iactauit se iuxta parietem.

Tob. 2.

Apoc. 3.

Ierem. 48.

Psal. 31.

Carnis voluptas plurima inuolvens peccata.

Parietis est carnis voluptas. Sicut enim in pariete lapis lapidi supponitur, & cæmento conglutinatur, sic in carnis voluptate peccatum visus peccato auditus, & peccatum auditus, peccato gustus, & sic de singulis coniungitur, & cæmento malæ consuetudinis tenaciter colligatur: & sic obdormit negligentia torpore dissolutus: & fit stercoreizatio hirundinum super oculos dormientis.

Hirundines propter citissimum volatam dæmones significant: quorum superbia super astra cæli, ad altitudinem nubium, ad æqualitatem patris, ad similitudinem filij voluit aduolare. Dæmonum nidus est effeminata mentis consensus, plumis vanæ gloriæ, & luto lasciuia confectus. Ex tali nido cadunt stercore gulæ & luxuriæ super oculos dormientis Tobias: & sic excæcantur oculi, id est, ratio & intellectus infelicis animæ.

Attendite charissimi, & caute vobis à tam infœlici processu. A tædio enim sepulturæ, id est, penitentia, peruenitur ad domum carnis curæ, quæ sub specie necessitatis collocat se iuxta parietem voluptatis. In qua dum somno negligentia deprimitur, stercore luxuriæ excæcatur. Clama ergo, ô Tobia tepide, ô luxuriose cæce, qui iaces secus parietem. Miserere mei fili David. Vnde iste cæcus in introitu Missæ orat illuminari, dicens. Esto mihi in Deum protectorem.

Ex luxuria & superbia excæcatur homo.

A Deo quatuor petenda & quæ.

Nota quod petit quatuor. Primo cum dicit: Esto mihi in Deum protectorem. &c. Vt brachijs in cruce expansis tanquam gallina pullos suos sub ala protegas & defendas. Secundo, cum di-

cit. Et in locum refugij: vt in latere tuo lancea perfocto locum inueniam refugij, quo abscondi valeam à facie inimici. Tertio, cum dicit. Quoniam firmamentum meum, ne cadam, & refugium id est, retrofugium, meum es tu, vt si cecidero, ad te non ad alium refugiam. Quarto, cum dicit. Propter nomen tuum, quod est filius David: Dux mihi (cæco) eris: quia manum misericordiæ dabis, & enutries me lacte tuæ gratiæ. Miserere ergo mei fili David, qui es Dei filius: magni consilij Angelus: humani generis medicina & medicus.

Cui consulitur illud Tob. 7. Piscem exentera, fel extrahere, oculos vnge, & sic visum poteris recipere. Piscis allegorice Christus est: qui in craticula crucis pro nobis fuit affatus. Huius fel est amaritudo passionis, qua si oculi animæ tuæ inuncti fuerint, visum recipies. Amaritudo enim Dominicæ passionis expellit omnem cæcitatē luxuriæ, & omne stercore concupiscentiæ carnalis. Vnde quidam sapiens; Memoria crucifixi vitia crucifigit. Vnde Ruth. 2. Inginge buccellam tuam in aceto.

Tob. 7.

Ruth. 2.

Buccella est miseræ carnis momentanea delectatiuncula: quam debes intingere in aceto, id est, in amaritudine passionis Iesu Christi. Vnde præcipit tibi Dominus illud Genes. 22, dictum Abrahamæ. Tolle filium tuum unigenitum quem diligis Isaac, & vade in terram visionis, atque ibi offeres eum in holocaustum. Isaac interpretatur risus vel gaudium, & significat moraliter carnem nostram, quæ rider quæso temporalia ei arriident, & gaudet cum desideria sua complet, de his Eccles. 2. Risum, id est, temporalia, repusauit errorem, quia à via veritatis errare faciunt, & gaudio, scilicet carnis dixi, quid frustra deciperis?

Genes. 22.

Eccles. 2.

Tolle ergo filium tuum, id est, carnem tuam quam diligis: quam tam affectuose nutris. Et ô miser, nescis quia non est efficacior pestis ad nocendum quam familiaris inimicus. Qui delicia te a puritate sua, inquit Salomon Pro. 29. nunciari seruum suum: postea tentet eum contumacem. Tolle ergo tolle, crucifige eum crucifige. Reus est mortis. Respondit Pilatus, id est, carnalis affectus. Quid enim mali fecit? O quanta mala risus tuus filius fecit. Deum contempsit, proximum scandalizauit, propria animæ mortem intulit. Et tu dicis, quid mali fecit? Tolle ergo eum, & vade in terram visionis.

Inimicus familiaris pestis efficacissima.

Pro. 29.

Terra visionis dicta fuit Hierusalem: de qua dicitur in hodierno Euangelio. Assumpsit Iesus duodecim discipulos & ait illis: Ecce ascendimus Hierusalem. Assume & tu filium tuum: & ascende cum Iesu & Apostolis Hierusalem: & ibi offer in altari, id est in consideratione Dominicæ passionis: in cruce penitentia, in holocaustum corpus tuum.

Nota quod dicit holocaustum, quod dicitur ab holon quod est totum, & cauma quod est incensio. Inde holocaustum quasi totum incensum. Totum ergo filium tuum, totum corpus tuum offer Iesu Christo, qui se totum obrulit Deo patri: vt totum destrueret corpus peccati.

Nota quod sicut corpus humanum constat ex quatuor elementis, igne, aëre, terra, aqua.

Quatuor ignes in peccatis.

Ignis viger in oculis, Aër in ore, Aqua in lumbis, Terra, in pedibus & manibus.



Nostris malis tor adhibuit Christus remedia.

Sic in corpore peccatoris peccato seruentis: ignis viger in oculis per curiositatem. Aer in ore per loquacitatem. Aqua in lumbis per luxuriam. Terra in manibus & pedibus per crudelitatem. Sed Dei filius faciem in quam Angeli desiderant prospicere, habuit velatam: vt tuorum oculorum reprimeret curiositatem. Coram se non dolo tendente sed occidente obmutuit. Et dum male tractaretur non aperuit os suum: vt tuam refrenaret loquacitatem. Lancea latus eius fuit apertum: vt a te educeret luxurie humositate. Manibus ac pedibus fuit affixus clavis, vt a tuis manibus, & pedibus crudelitatem expelleret. Tolle ergo filium, risum tuum, carnem tuam, & offer illum totum in holocaustum: vt totus charitate ardeas, quae operit multitudinem peccatorum: & offer illum in altari passionis Christi: cuius felle, id est, amaritudine illuminaberis, & audire mereberis.

Vel aliter. Tobias felle piscis fuit illuminatus. Caro piscis est dulcis, fel est amarum, quo si caro piscis respergitur, tota in amaritudinem conuertitur. Caro piscis est delectatio luxurie, fel intus latens amaritudo mortis aeternae. Vnde Iob 30. simili sensu sed dissimili verbo dicit. Radix iuniperorum erat cibus eorum.

Nota quod radix iuniperi est dulcis, & comestibilis: sed habet spinas pro foliis. Sic luxurie delectatio quae est cibus carnalis, in praesenti videtur dulcis: sed in fine parturiet punctiones aeternae mortis. Exentera ergo piscem, id est, considera peccati delectationem quam sit vilis. Extrahe fel, id est, attende poenam quae debetur pro peccato: quomodo sit insinibilis. Et sic omnem tuam carnis dulcedinem poteris conuertere in amaritudinem.

Tertius caecus fuit Laodiciae Angelus collyrio illuminatus. Laodicia interpretatur tribus amabilis Domino: & significat sanctam Ecclesiam, pro cuius amore suum sanguinem Dominus fudit, & ex ea tanquam de tribu Iuda regale sacerdotium elegit. Angelus ergo Laodiciae est Episcopus vel Praelatus sanctae Ecclesiae: qui benedicatur Angelus propter officium suae dignitatem, de quo Malach. 2. Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirens ex ore eius: quia Angelus Domini exercituum est.

Nota quod in hac auctoritate quinque notantur Episcopo vel praelato Ecclesiae valde necessaria, scilicet vita, fama, scientia, charitatis abundantia, puritas, talaris tunica. Labia Sa-

cerdotis sunt duo, vita scilicet & fama: quae debent custodire scientiam: vt quod scit & praedicat, per vitam quo ad se, per famam quo ad proximum custodiat. Ex his enim duobus procedit scientia fructuosa praedicationis. Et si haec tria in praelato praecesserint, ex eius ore subditi exquirent legem, id est, charitatem de qua Apostolus Galat. 6. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi, id est Charitatem, qui onera peccatorum nostrorum sola charitate in corpore suo portauit super lignum.

Lex est charitas, quam subditi exquirent, id est, extra quaerunt. Primum in opere, vt ipsi postmodum suauius, & fructuosius suscipiant ex praelati ore. Coepit Iesus facere & docere, Actuum 1. Erat enim potens in opere & sermone, Luc 24.

Sequitur. Angelus enim Domini est. Ecce puritatis intimae stola. In carne enim praeter carnem viuere, vita est Angelica non humana, inquit Hieronymus, vel non humana sed caelestis est natura. Sed Angelo, id est, praelato Laodiciae Ecclesiae, his quinque virtutibus carenti imperat Dominus cum subditur. Tu miser es, & miserabilis, caecus & pauper & nudus. Miser es in vita. Miserabilis in fama. Caecus in scientia. Pauper in charitate. Nudus puritatis talaris tunica. Sed quia Dominus nouit contraria contrariis curare, & cum corripit erudit, & dum pungit inungit, ideo consulit Laodiciae Episcopo caeco. Suadeo tibi e nere a me aurum ignitum probatum, vt locuples fias, & vestimentis albis induaris, vt non appareat confusio nuditatis tuae. Et collyrio unge oculos tuos, vt videas.

Suadeo, inquit, a me emere aurum ignitum, non a mundo, pretio bonae voluntatis. Aurum pretiosae vitae contra miseram vitam tuam scoriam. Ignitum charitate, contra tuam paupertatis inopiam. Probatum in sufflatorio bonae fame, contra tuam infamiae foetorem. Et vestimentis albis induaris, contra tuam foeditatis nuditatem. Et collyrio unge oculos tuos, contra tuam insipientiae caecitatem.

Nota quod istud collyrium quo oculi animae illuminantur, componitur ex quinque verbis passionis Domini, quasi quinque herbis, de quibus dicitur: Tradetur gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur & occidetur: de his vide alibi.

Iob. 30.

Libido videtur dulcis in principio: sed deinde amarissima.

Praelatus propter dignitatem Angelus. Malac. 2.

Praelato quinque valde necessaria.

Galat. 6.

Act. 1. Luc. 24.

Christus cum corripit erudit.

Apo. 11.

Charitas aurum pretiosissimum.



BEATI ANTONII PADVANI SERMONES QVADRAGESIMALES.

DOMINICA QVINQVAGESIMAE.

De poenitentia.

Luc. 18.

Christus de passione discipulis frequenter quare dixerit. Mens nostra a semet ipsa permutatur curarum vsu. Osee. 8. Res vnaqueque origini conformatur.

Homo naturaliter per seipsum linguam Hebraicam loqueretur.

Genes. 1. Homo proprietatem imitatur vt plurimum terrae imitatur. Anima colenda virtutibus, alioquin ad pec-



SSUMPSIT Iesus duodecim discipulos suos secreto, & ait illis. Ecce ascendimus Hierosolymam, &c. Luc. 18. Secundum quod ait beatus Gregorius 25. lib. Moralium, cap. 7. Sicut non sentimus quomo-

do crescunt membra, proficit corpus, mutatur species, nigredo capillorum transit in canos: ita mens nostra per momenta viuendi ipsarum curarum vsu a semet ipsa permutatur: & dum indidiscussa mens relinquitur, in quodam senio torporis sopitur. Vnde bene Osee 7. dicitur. Comederunt alieni robur eius, & ipse nesciuit: sed & cani effusi sunt in eo: & ipse ignorauit. Continet autem hoc dictum Gregorij veritatem consonam rationi naturali. Naturaliter enim videmus quod vnaquaeque res suae naturae exposita seu relicta, ex quodam naturae instinctu, suo primordiali originali conformatur. Vnde & hinc voluerunt aliqui dicere quod si homo a principio nullius audiret loquelam per seipsum linguam Hebraicam loqueretur, quasi ad hanc eum incitaret natura tamquam ad illam quae naturalis est origo omnium aliorum. Videmus insuper quod quia alia flumina a mari trahunt originem, idcirco ad ipsum vt iterum fluant concinue reuertuntur, in terram finaliter conuertuntur seu resoluntur. Nunc autem homo, Genes. 1. de terra formatus est, & ideo sibi relictus terrae vt plurimum proprietatem imitatur. Sicut enim terra inculta quantumcumque de se bona, statim syluestris efficitur & instructuosa, sic natura humana nisi diligenter fuerit culta, &c. sic ad peccati maculam properamus. Haec igitur omnia sancta mater Ecclesia considerans & attendens, poeni-

tentiae nobis tempus instituit, scilicet Quadragesimalis obseruatione quae nunc innuitur, vt nostram conscientiam discutiamus & terram cordis nostri operemur, & disponamus ad fructum saluificum proferendum, & ad corporis maculam abstergendam, quam contrahimus dum circa terrena continue occupamur: & quia teste Chryso-stomo super Mat. Hom. 9. in minori: moderno Euangelio exemplum nobis proponitur Saluatoris, qui vt nobis fructum salutis acquireret acerbo supplicio seipsum deputauit: quod nobis innuitur in Euangelio memorato, cum dicit, Assumpsit Iesus. In quo verbo quatuor ostenduntur, quae omnia ad poenitentiam nos disponunt siue inducant, videlicet.

Contemplanda poenitentia Christi Redemptoris. Assumpsit Iesus. Misericordia calamitas caeci peccatoris. Factum est. Imploranda benignitas pij Saluatoris. Stans autem Iesus. Imitanda fidelitas iusti professoris.

Et de hoc figura. Ecce occurret vobis homo amphoram aquae baiulans: sequimini eum. Aliiter possumus dicere quod in Euangelio hodierno duo generaliter ranguntur, scilicet, Luminosum spectaculum mirandae pietatis, quod nobis proponitur in Christi immolatione in principio. Virtuofum miraculum, siue prodigium supernae potestatis, quod nobis ostenditur in caeci illuminatione, ibi: Factum est autem.

Praemittitur igitur luminosum spectaculum pietatis, vbi consideremus quatuor, videlicet, Benignitatem diuini praecordij. Assumpsit. Familiaritatem secreti colloquij. Et ait illis Poenitentiam acerbi siue horridi supplicij. Tradetur. Stoliditatem subiecti collegij. Et ipsi nihil horum.

Narra quantum ad has partes historiam Euangelij, & assigna causam quare Christus frequenter suis discipulis praedixit passionem suam, videlicet

catum proferamus. Quadragesima quare instituta.

Chryso-stomus super Mat.

Exempla magis incitant quam verba. Ad poenitentiam quatuor disponunt.

In Christi immolatione spectaculum mirandae pietatis, & supernae potestatis.

BEATI

Passio Christi discipulis cur frequenter prædicta. Christus sponte mortuus est.

Discipuli Christum de passione sua loquentem cur non intelligebat.

Moralis sensus.

Septenarius numerus, vniuersitatis est numerus. Saluandorum numerus præcessit in Noë.

Hierosolyma, id est, pax conscientie & patrie.

Psal. 121.

Leuit. 26.

Prou. 3.

Psal. 58.

1. Reg. 29.

Machab. 1.

1. Reg. 29.

Machab. 1.

1. Reg. 29.

Machab. 1.

1. Reg. 29.

Machab. 1.

videlicet vt fidem ipsorum confirmaret, vt qui morientem viderent resurrecturum non dubitarent, vt dolorem eorum mitigaret, quia minus iacula feriant quæ præuidentur: vt suam libertatem eis infinuaret. Vnde dicit: Ascendam spōte Vbi ait Glos. Vt, scilicet, sciant, quoniam passionem suam prænouit & spontaneus accessit, & etiam vt dicta legis & Prophetarum adimplere se ostenderet. Vel prædixit suam passionem discipulis ad errorem amouendum, ne crederent eum vi & non voluntariè esse passum: ad dolorem mitigandum, quia minus feriunt, &c. ad timorem excludendum, vt quando hoc viderent non timerent: ad fidem confirmandam vt resurrecturum crederent. Sed dicitur quod discipuli eius nihil horum intellexerunt tum propter excessum passionis vel dilectionis quam habebant ad Christum propter quam vitam eius desiderabant, tum propter Christi immensam bonitatem propter quam non videbatur eis quod aliquis contra ipsum deberet aliquid attentare: tum propter eius potentiam: tum etiam quia credebant ipsum loqui parabolice sicut frequentius loquebatur: & ideo dicitur quod erat absconditum hoc verbum ab eis.

Moraliter 12. isti discipuli Christi quibus Dominicæ Passionis angustia dominatur & Dominicæ Resurrectionis gloria reuelatur, vniuersitatem significant saluandorum, vt vult August. lib. 2. de ciuit. Dei capite 5. Consurgit enim iste numerus ex ductu partium septenarii, qui est numerus vniuersitatis, & crescit suis partibus aliquoties in numerum alium, qui & duplicem resurrectionem signant, scilicet, animæ & corporis. Huius enim numeri saluandorum figura præcessit in Noë in quo saluata est Christi generatio cum duobus filiis, tertio reprobato: ideo dicit Dominus ipsis Apostolis. *Indicabitis duodecim tribus Israel*, id est vniuersitatem iudicandorum. His igitur Dominus dicit. *Ecce ascendimus Hierosolymam, &c.* Vbi duo dicit, videlicet.

Ascensionis locum, quia, Hierosolymam.

Ascensionis modum, quia, Filius hominis tradetur.

Attendite igitur ascensionis locum, quia Hierosolymam, id est, ad pacem conscientie, & ad pacem patrie. Psalm. 121. *Rogate quæ ad pacem sunt Hierosolymam.* Leuit. 26. *Dabo pacem in finibus vestris.* Et hic aduerte quod omnes nuncios quos tibi Dominus mittit, siue prosperitatis, siue aduersitatis, &c. ad pacem huiusmodi te perducunt. Prou. 3. *Via illius pulchra, & omnes semite illius pacificæ.* Via, scilicet, prosperitatis quæ sunt lata, & semite aduersitatis quæ sunt striatæ, tamen sunt breuiores vel ad terminum te adducunt citius, Psalm. 58. *Multiplicata sunt iniquitates eorum, post ea accelerauerunt.* Non certe sic mundus, non daemon, non sic caro: quia primo Machab. primo cap. *Loquuntur tibi verba pacifica in dolium vt credas te esse.* De hoc nota figuram, 1. Reg. 29. *quod Ioab, qui nuncius interpretatur, occurrit Amasa, id est, homini peccatori, cui voce, id est suggestionem blanditur, dat ipsi oculum pacem promittendo: manu dextra tangit mentum, id est, falsum spondet prosperitatis obsequium, quo sic facto gladio ferali cor vulnerat peccatoris: dum ipsum trahit ad consensum, id est interitum: vel aliter. Vir,*

cor, id est, eius verecundiam parauit, vt signum peccati ab hominibus videatur. Vnde bene dicitur ibidem quod profecturi ad bellum ibidem persistebant, sic malum exemplum multos facit persistere, & multos retrahit à spirituali pugna, sic certe hunc gladium in lingua portant hodie multi habentes ad modum serpentis linguas bifurcatas, Psalm. 10. *Labia dolosa in corde & corde locuti sunt: vana locuti sunt,* inquit, *ad proximum suum.* Vana vero dicit quia diminuta sunt veritates à filiis hominum, hoc est monstruosum quod homo habeat duo corda, quia numquam est auditum nec possibile per naturam & ideo dicitur, Eccles. 20. *De duplici corde & labiis scelestis & manibus malefacientibus, & peccatori ingredienti duabus viis.* Tales sunt duplici contritione conerendi, Hieremie decimo septimo.

Ascendimus igitur Hierosolymam. Ecce locus ascensionis: sed hic aduerte quod homo per seipsum ascendere non potest, nedum ad gloriam obtinendam, verum etiam ad gratiam promerendam, Baruc. 4. *Quis ascendit in calum & assumpsit eam,* scilicet gratiam & eduxit illam de nubibus stillantibus, scilicet, rorem caelestem? quasi dicat nullus. Nullus igitur per seipsum ascendere potest. Vt igitur te non valeas excusare: ecce quod dicit tibi Deus. Ascendimus, quia tecum ascendam, aliter ascendere non vales. Isai. 52. *Præcedet igitur Dominus vos, & congregabit vos Deus Israel:* immo quod plus est semper quandiu volueris ipse exhibebit se presentem, & ideo dicitur, ecce, Isai. vt supra, ego ipse assum.

Sequitur, ascensionis modus quia filius hominis tradetur, &c. Vbi aduerte quod homo potest dupliciter considerari. Vno modo quantum ad esse nature, & sic continet in se duo, scilicet animam secundum quam est Filius Dei, quia secundum illam factus est ad imaginem Dei, & secundum illam est à Deo præcisus: & continet ipsum corpus secundum quod est ab homine propter propagationem. Alio modo quantum ad esse meriti, & sic continet duo, videlicet opus meritorium, & secundum illud est à Deo, quia non sumus sufficientes cogitare, &c. & opus peccati, & illud est ab homine, à nobis enim est (vt ait Anselmus de libero arbitrio) quod possumus deficere & peccare. Igitur si vis ascendere oportet vt filius hominis tradatur secundum vtrumque intellectum. Traditur enim primo in contritione: quia ibi pertractas expellere ignominiose & verecunde quod cum delectatione suscepisti. Iudicum 3. *In manu mulieris Iezabel:* id est, *ascendens in Deum tradere Sisaram:* qui exclusio gladii conscientie interpretatur. Secundo traditur in confessione: dum publica voce detegitur secretum, quod ante in domum tuam vocaueras nunc eiciendo accusas, Psalm. septuagesim. octauo. *Subsannatio & illusio iis qui in circuitu vestro sunt* 3. Reg. 18. illudebat ei Helias, qui ascendens Dominus, vel robustus Dominator interpretatur. Tertio flagellatur in fatigatione: dum scilicet delectatio in pœnam conuertitur, & quod fuerat in solatium fit in onus & pondus. Exod. 5. *Flagellati sunt qui præerant operibus.* Quarto conspuitur, dum scilicet continue detestatur. Quoties enim ad memoriam reuocatur, toties Deo aut sibi ipsi debet exprobrare peccator scelus commissum detestando & horrendo.

De

Ioab interpretatur nescius.

Amasa figura hominis peccatoris

Ioab occurrit Amasa moraliter de mundi, carnis, & demonis blanditia.

Exemplum malum multos retrahit à pugna spirituali.

Cor da duo quis habet, Eccl. 20.

Jerem. 17. Homo ascendere per seipsum, non potest, nec ad gratiam nec ad gloriam.

Baruch. 4. Ascendere debet nobiscum Deus.

Isai. 52. Ascensionis Christi in Hierosolymam modus qualis.

Homo considerari potest dupliciter.

Homo est præcisus à Deo secundum animam.

Homo secundum corpus est ab homine.

Meritum est à Deo Peccatum est ab homine.

Anselmum. Homo si merere vult tradendus dupliciter Iudic. 3. In confessione homo traditur.

Psal. 78.

3. Reg. 18.

Helias ascendens Dominus robustus Dominator interpretatur.

Exod. 5.

Spuere est scelus commissum horrendum.

De

Deut. 25. Pedes designant affectionem inordinatam. Mulierem spuere in faciem fratris quid. Occisio moralis.

Ezech. 9. Senex confuetudine inueterata. adolescens tulus confuetudo noua.

Virgo occasio parienti peccatum. Paruulus opus inceperum.

Mulier opus diminutum & imperfectum.

Christi resurrectio tertia diei, quia tres virtutes.

Theologica necessitate ad vitam.

Iosue 8.

Jordanis riuus mortalitatis culpa.

De cæcitate spirituali, de cæci illuminatione.

De priuatione luminis spiritualis.

Peccator sedens solus.

Thren. 1. Hiericho interpretatur, defectus.

Cæcus viriliter & prudenter recurrit ad Christum.

Cæcus auscultauit transfuit Iesu id est, respondendum est gratia.

Psal. 34.

Iesu transeunte in peccatorum facibus non est sedendum.

Creator in creaturis pertransit. Diuinitatis vestigia in creaturis.

Iob 21.

De

de hoc habetur figura, Deut. 25. *Tollet mulier calceamentum*, id est, velamen de pedibus eius, id est, de inordinata affectione, & spuere in faciem eius: & dicit sic fiet homini qui non vult edificare domum fratris sui in Israël. Hoc fit homini qui conscientiam noluit accipere coniugem: vt ex ea filios legitimos procrearet fratri suo, id est, Christo. Quinto, occiditur quando omnis occasio amputatur, & quando ex toto omnis inclinatio & incitatio amouetur, Ezech. 9. *Transfite per ciuitatem*, scilicet, conscientie, sequentes eum & percussite. Vbi nota quod Christus nihil vult in sua camera de alio retinere. Omnia autem sua signata sunt suo sigillo: quia ad penitentiam inducunt vel in ea fundantur, hoc est quod sequitur. *Non parcat oculus vester neque miseremini senem*, id est, inueteratam confuetudinem, *adolescens tulus*, id est, magis nouam, *virginem*, id est, quæ possit esse occasio parienti peccatum: *paruulum*, id est opus inceptum, *mulierem*, id est, opus diminutum & imperfectum: *interfucite usque ad internecionem*, & tunc sequitur. *Tertia die resurget*. Prima dies est viuificatio fidei quæ antea mortua fuerat, &c. Secunda dies resurrectio spei: quæ prius erat presumptio sine meritis. Tertia, reuocatio charitatis, quæ fuerat per peccatum expulsa. Hæ sunt tres dies: quia nunc manent fides, spes, charitas: tria hæc, &c. in Epistola, Iosue 8. *Præparate vobis cibaria: quoniam post diem tertium transibitis Iordanem*, id est, riuum mortalitatis culpa perueniendo ad lumen gratie.

Sequitur. *Et factum est cum approuinquaret Hiericho* vbi ponitur virtuosum prodigium supernæ potestatis in cæci illuminatione. Narra historiam; Vbi attende huius cæci miserabiliter detestari miram commiserationem. Nam priuatus spirituali lumine: ideo ecce ambulauerunt vt cæci, quia Domino peccauerunt. Priuatus sociali foedere, vel protectione, quia vnus est, & secundum non habet, &c. Priuatus temporali munere, quia mendicus. *Ego autem mendicus sum & pauper*. Priuatus corporali robore: id est sedebat solus, Thren. 1. *Quomodo sederet sola ciuitas*. Priuatus regali itinere, quia extra viam, & in Hiericho quæ defectus interpretatur, & tamen his non obstantibus viriliter & prudenter recurrit ad Christum.

Ipse enim auscultauit solerter. *Et cum videret turbam.*

Id quæsiuit instanter. *Et interrogabat quid hoc esset.*

Exclamauit feruenter. *Et clamauit dicens.*

Postulauit fidenter. *Fili David, misere mei.*

Perseuerauit constanter. *Ipse vero magis clamabat.*

O quot, quot sunt hodie qui sunt cæci, qui priuati lumine cognitionis ambulant vt cæci. Psalm. 34. *Lumen oculorum meorum & ipsum non est mecum*, & sic de aliis supradictis, & tamen sedent in facibus peccatorum transeunte Iesu, id est, tempore salutis. *Ecce nunc dies saluis*. Hinc salus opportuna transit & ipsi non auscultant: sed hi quia sunt cæci aures obdurare contendunt. Infelix peccator audi transeuntes creaturas: audi creatorem in ipsis pertranseuntem, & in eis suæ diuinitatis vestigia relinquentem, interroga ab eis de ipso, quia tibi veritatem proculdubio respondebunt, Iob 21. *Interroga quemlibet de maioribus*, & cap. 12. *Interroga iumenta & doce-*

bunt te, & volatilia cali, & indicabunt tibi. *Loquere terra & respondebis tibi & narrabunt ea pisces mari.* Quis ignorat quin omnia ista manus Domini fecerit? Igitur illa sunt transeuntia cum tempore opportune salutis, Eccles. 1. *Omnia tempus habent: & iuis spaiis transeunt vniuersa sub sole.* Ideo Luc. 21. *Calum & terra transeunt.* Et vt dicit Fortunatus. *Omnia prætereunt præter amate Deum*, quia charitas numquam excidit, vt dicitur in Epistola hodierna. *Ista tibi si ea interrogaueris proculdubio respondebunt: & Saluatorem tibi indicabunt*, quia omnia clamant diuinam æternitatem & propriam nihilitatem: quæ continue vertuntur, ad Rom. 1. *Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur.* Et cum interrogaueris clamabis, *Misere mei, fili David.* Allega propriam calamitatem, & implora diuinam benignitatem: & quia tibi non sufficit, pete subsidium aliorum. Vnde de hoc dicitur quod erat mendicans, id est, quasi manu indicans, antiquitus enim non erant pauperes ita importuni sicut modo sunt: quia solum manu indicabant suam paupertatem, sed nunc facti sunt importuni clamoribus, quia refriguit charitas subuenire debentium, igitur tu mendica, id est, manuali opere aut exercitio indica tuam miseriam, quia sola lingua non sufficit nisi addit conformitas operis: quæ simul clamet cum lingua. Thren. 2. *Leua ad eum manus tuas.* Sed proh. dolor, Osee 7. *Non est qui clamet ad me in eis*, quia non vult peccator misericordiam implorare: cum tamen vulnerata & faucia conscientia clamet contra peccatorem, Genes. 4. *Vox sanguinis fratris tui*, id est, spiritus quem extinxisti, *clamat ad me de terra*, id est, de conscientia tua. Sed aduertendum quod hunc cæcum increpant prætereuntes, scilicet, culpa vel temporalia transeuntia, quæ faciunt tumultum in conscientia, ipsa enim semper hominem increpant ne loquatur. Vide circa Glos. Osee 8. *Muli morientur, proicietur silentium* Deum aduerte prudentem postulationem: *Domine*, inquit, *vt videam.* Ratio enim quare sic miser peccator inuoluitur in tenebris peccatorum est carentia cognitionis. Igitur neque sciunt neque intellexerunt, & ideo in tenebris ambulant. Nota quod cæcus accipit falsam monetam, comedit immunda pro mundis, & sic de aliis: incedit per cœnum & in foueam cadit: & ideo cæcus non perit diuitias, non delicias, non honores, non vitam prolixam, sed visum quo regnum animæ inspicere & dirigere valeat. Multum placet hæc postulatio Deo, sicut benedocuit, 3. Reg. 3. de Salomone qui non celebritatem victorie, non multitudinem diuitiarum, non vitæ prolixitatem à Domino postulauit, sed sapientiam, &c.

Creatura omnes transeunt.

Eccles. 1.

Luc. 21.

Fortunatus. Charitas numquam excidit. Creatura testantur diuinam æternitatem. Rom. 1.

Mendicans erymon quasi manu indicans.

Pauperes olim ita non clamabant, sed manu paupertatem indicabant. Lingua non sufficit nisi operis conformitas affit.

Thren. 2.

Osee 7.

Peccator obstinatur.

Genes. 4.

Sanguis pro Spiritu.

Terra pro conscientia. Culpa, vel transeuntia bona hominem ne loquatur impediunt.

Cæcum increpabant prætereuntes.

Osee 8.

Peccator in tenebris quare.

In oratione petenda quænam.

Postulatio adeo facienda quænam.

3. Reg. 3.

Salomonis petitio à Deo.





FERIA QVARTA

I N

CAPITE IEIVNII.

T H E M A.

Mat. 6. Gratia effectus, tres sunt præter alios. Gratia imitariua deuotionis, inchoatiua perfectionis, & condonatiua præmiationis.



NGE caput tuum. Math. 6. Tria facit inter alia diuina gratia. Est enim incitatiua deuotionis, quia habet dulcorare cor, ideo vnge ad tuam vtilitatem. Inchoatiua perfectionis: quia sine illa nil possumus facere. Condonatiua retributionis & præmiationis, ideo dicit tuum, id est, proprium pro ea obtinenda, &c.

ALIVD T H E M A.

Boetius.

CVm ieiunatis, &c. Sententia est Boetij; de Consolatione, quod oportet esse sermones loquentium conformes iis de quibus loquuntur. Nunc autem hæc Quadragesima est ad pœnitentiam instituta, ad quam ordinatur totum officium quod illis temporibus in Ecclesia legitur, ideo de pœnitentia prædicare intendo, & hanc materiam quamquod Domino concedente, vt tam temporari quam officio me conformem.

Anselmus super Matth. 8.

in minori. Pœnitentia est constructio templi conscientia quod per peccatum destruitur, ad susceptionem Christi præparans humana præcordia, idcirco prouide ordinauit Ecclesia, vt sicut materiale templum quadraginta annis ædificatum fuit, vt dicitur Ioël 2. sic templum conscientia nostræ quadraginta diebus ædificari debeat, diem pro anno, vt in Ezech. dicitur, computando. Item sicut templum habebat sex partes distinctas, quarum vna alteram præcedebat vbi ad sextam, vbi per quintam ingredi poterat, & sic de aliis per ordinem: eodem modo hæc quadragesima sex habet Hebdomadas ordinatas, &c. Nota hic modum templi, vide in historiis, &c. Secundo nunc atrium mulierum. Tertio, atrium hominum. Quarto, atrium Sacerdotum. Quinto, atrium quod dicitur Sancta scilicet, Sanctorum. Hæc sunt sex considerationes quibus debemus ad pœnitentiam introduci. Considerate namque debemus. Primo, quid commissimus, quia malitiæ fœditatem, & istud est atrium immundorum quod erat primum. Secundo, quid commisitimus quia constantia firmitatem: & hoc est atrium mulierum quod erat secundum. Tertio, quid dimisimus quia notitiæ claritatem, & hoc atrium hominum, quod erat tertium. Quarto, quod deseruimus, quia diuinam inspirationem, & hoc est atrium Sacerdotum, quod est quartum Sacerdotibus dicatur. Vnde ibi erant columnæ, vbi erant scripta diuina mandata, literis Hebræis, Græcis, & Latinis, vt referamus Hebræam ad

Templum materiale 40. annis ædificatum est, sic templum conscientia 40. diebus ædificari debet. Quadragesima sex partes habet sicut templum Salomonis. Ad pœnitentiam sex considerationibus in troducimur. Templum Salomonis sex partes siue arria habebat.

illa, quæ sunt scripta in libro creaturarum; Græcam ad illa, quæ sunt scripta in libro scripturarum. Latinam, ad reuelationes quæ sunt in cordibus. Quinto, quid contempnimus, quia stupendam Christi exhibitionem, quum Christus pro nobis se tradidit. Sexto quid negleximus, quia supernam reprimissionem, & hæc est Sancta Sanctorum, & hic locus qui dicitur. Sancta. Hodie igitur quod est principium quadragesimæ sancta mater Ecclesia ponit nos in opere, vt hoc templum nostræ conscientia edificare valeamus. Et quia operantibus datur regula & forma, idcirco vt ordinate procedamus dat nobis regulam quam debemus tenere. Et ostendit nobis quid promittendum: quia humilitatem abiectionis: ad quam nos inducit in prima cinerum asperione, vnge caput, scilicet, intentionem humilitatis. Quid attendendum, quia deformitatem infectionis quam facit peccatum in anima nostra, & hoc ostenditur nobis in Euangelio crastino: *Filius meus iacet in domo, &c.* Quid obseruandum, quia intimitatem dilectionis. Debemus enim non solum amicos diligere: verum etiam inimicos. Et hoc ostendit nobis in Euangelio sextæ. Feriæ. Quid præstandum, quia seueritatem defensionis & protectionis, & hoc ostendit nobis in Euangelio diei Sabbati, vbi Christus assistit laborantibus in mari.

Debemus igitur præmittere humilitatem sicut instruimur in Euangelio hodierno, in quo breuiter Saluator facit duo. Primo, enim aliquid supponit, qui actum meritorium ad quem obligamur. *Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocrita, &c.* Secundo, aliquid imponit, quia modum directionum, per quem obligati regulamur.

Tangitur primo actus ad quem, & hic est actus ieiunij: quem vtique Christus supponit isto tempore debere seruari, &c. Vide thema in præsentii sermone, & illa quæ sunt circa hanc materiam.

Secundo, ponit nobis modum. Vult enim quod hoc ieiunium aliquomodo dirigatur pia intentione: ideo nolite fieri, &c. aliquo liniatur, quia plena subiectione: ideo vnge caput, scilicet, humilitate: aliquo abluatur, quia pura confessione: & faciem tuam laua: aliquo fulciatur, quia pia subiectione, scilicet, elemosyna. Et superius nota de exterminatione sicut habes, Vnge caput tuum. Caput istud mens est, in qua omnes sensus sunt mirabiliter constituti, quia visus cognitionis, auditus attentionis, gustus affectionis, odoratus discretionis. Istud caput debet vngi humilitate, quia facit in eo deuotionem: & gratiam scaturire, quia 1. Petr. 4. *Deum humilibus dat gratiam.* De hac vngitione Eccles. 9. *Oleum de capite tuo non deficiat, & faciem tuam laua;* id est, conscientiam quæ est principalior & maior pars capitis, quæ si munda fuerit diuinam imaginem repræsentat, Prou. 17. *In facie prudentis relucet sapientia,* scilicet, increata quæ Deus est. Hæc facies in peccatoribus est nimium tenebrosa, Genesis primo. *Tenebra erant super faciem abyssi.* Aliqui enim habent ipsam per malitiam, sanguinolentam per iram & odium, liuidam per inuidiam, pulueribus plenam per auaritiam, lutosam per lasciuiam, & sic de aliis. *Et nunc lauanda est aqua confessionis.* Hierem. 4. *Laua à malitia cor tuum.* Et Isai. 1. *Ierem. 4. Lauamini*

In atrio Sacerdotum columnæ erant vbi mandata diuina literis Hebraicis, Græcis & Latinis scripta legebantur. Ieiunij modus & regula præscribitur.

Vngere caput quid? intentio dicitur caput.

Math. 6. De humilitate. Ad meritum obligamur. Ieiunij modus. Ieiunij directio. Caput promente. Mens dicitur caput & vngendum. In mente sensus sunt constituti. Humilitas in mente facit in ipsam deuotionem & gratiam scaturire.

1. Petr. 4. Humilitate vngenda est mens nostra.

Eccles. 9. Conscientia facies dicitur.

Genes. 1. Conscientia munda imaginem diuinam repræsentat.

Prou. 17. Sapientia increata est Deus.

Facies peccatorum est nimium tenebrosa.

Genes. 1. Super faciem tenebræ quid.

Facies id est conscientia lauanda confessionis aqua.

Isai. 1. Peccatores malitiam interius habere & illius signa exterius possunt. Confessio expiat conscientiam & intellectum illuminat. Ieiunium est sacrificium.

1. Mach. 2. Peccatores in Babylonis transmigracionem ire dicuntur.

Toren. 1. Peccati profunditas dicitur puteus. Puteus pro peccati profunditate.

1. Mat. 8. Bacchides interpretatur vetusta mastrans. Ignis in puteum poni quid moraliter.

Leuit. 6. Pœnitentes redeuntes dicuntur de Babylonia. Confessio est aqua expiationis. Num. 19. Peccati nubes intelligentiam offuscant & radium diuinum expellit. Sol iustitiæ, ignem charitatis accendit. Lauare faciem suam non alienam quid. Peccati sua non aliena constitenda.

Diuitias consumunt tria, scilicet ærugo, tinea & fures. Auaritia ærugo est. Ærugo de ære nascitur. Lasciuia tinea dicitur. Tinea de lasciuia dicitur.

Lauamini & mundi estote. Nota hic quod aliqui non solum habent malitiam & immunditiam interius, verum etiam portant signa exterius, v. n. signo odij armatus: alius superbia: alius luxuria, &c. quasi ita appetant esse noti exterius mundo, sicut sunt noti interius Deo. Igitur laua faciem tuam aqua confessionis pura, quæ non solum habet conscientiam expiare, verum etiam & illuminare intellectum: conuertere te ad Deum qui à te auersus fuerat, & inflammare affectum: præsentare Deo sacrificium tuum, scilicet, ieiunium, &c. De hoc habemus figuram 2. Mach. 2. *De aqua crassa de qua aspersum fuit sacrificium,* Narra historiam.


Moraliter euntes in transmigracionem Babylonis significant peccatores, qui à diabolo captiuantur & vinculantur per culpam, & in confusionem Babylonicam adducuntur. Thren. 1. *Migravit propter afflictionem & multitudinem seruitutis,* Nota vero quod homo fuit impugnatus tentatione, expugnatus consensu: captiuus opere, ligatus delectatione, abductus consuetudine. Puteus peccati profunditas. Psalm. *Neque urgeat super me puteus os suum.* Hic est putens in quo, 1. Machabeor. 8. Bacchides qui vetusta interpretatur, id est, antiquus hostis quosdam de populo mastrans, scilicet, per culpam in puteum magnum, id est, peccati profunditatem proiecit. Ignis factus est charitas, de quo præceptum fuerat, Leuit. 6. quod non deberet diuino altari, scilicet, cordis iusti deficere. Hic ignis in puteum ponitur, dum, scilicet, charitas per peccatum extinguitur, & etiam sepelitur. Redeuntes de Babylonia sunt pœnitentes qui Deo & Ecclesie reconciliantur: & illi vadunt ad puteum commissorum delictorum per considerationem & pœnitentiam & detestationem, hauriunt inde aquas, scilicet, confessionis. Hæc est aqua expiationis, de qua Num. 19. *Quicumque tetigerit humana anima morticinum, & aqua aspersus non fuerit, peribit de populo Israhel.* Sed hoc non dicit propter peccata venialia, & propter pueros, qui pœnitentia non indigent, nubes peccati intelligentiam offuscant, & diuinam lucem siue radium diuinum expellebat, siue effugabat. Igitur dum ex aqua aspergitur sacratum altare, sol refulget qui prius erat in nubilo: quia Christus suæ clementia oculos ad te conuertit, quos propter peccatum à te auerterat. Item sol iustitiæ vbi oritur ignis charitatis accenditur, quia prius extinctus fuerat, sacrificium coram Domino etiam per hunc ignem deportatur. Laua faciem tuam sed non alienam. Confitere peccata tua, & non aliena, & hoc detractoribus exprobratur qui crimina falsa aliis imponunt.

Sequitur. *Nolite thesaurizare.* Hoc potest referri tam ad ieiunium quam ad omne opus de genere bonorum: quod non debet fieri pro comodo temporali principaliter nisi secundario diuino beneplacito supposito. Alio modo ad elemosynam faciendam & diuitias contemnendas, vbi tangit tria quæ diuitias consumunt, scilicet, æruginem, id est, auaritiam. Nota ærugo de ære nascitur & ei inhæret, sic auaritia pecuniam quantum ad vtilitatem possidentis: & quia non permittit capere fructum nec temporalem nec spirituales. Secundo, tangit tinea, hoc est lasciuiam, quæ sicut diuitias,

personam, & animam consumit, sic lasciuia gratiam. Tertio tangit fures, id est, vanam gloriam quæ furatur simul cum superbia, vt enim homo appareat gloriosus super alios consumit pecuniam in palatiis & ornamentis, &c. ita quod furantur & nulla pauperibus portio reseruatur.

Thesaurizate vobis & non mihi: quia Deo nihil prodest, Iob 12. *Quid prodest ei si iustus fueris? aut quid confers ei si immaculata fueris vita tua?* Psal. 10. *Bonorum meorum non indiges.* Thesauros, id est, multitudinem meritorum in cælo: quia locus verus & propius thesauri non est terra: sed cælum. Chrysostramus. Ibi sapientiam tuam colloca vbi patria. Nam in terra contumpitur, Eccles. 14. *Omne opus corruptibile in fine deficiet, & qui illud operabitur ibit cum illo.* Vnde hic vbi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum sepultum, id est meditatio tua intenta. Ecclesiastes decimo. *Cor sapientis in dextera eius,* id est in æternis, *cor stulti in sinistra illius,* id est, in bonis transitorijs quibus occidimur, vel nobis deficiunt. Et per sepe nocere diuitias eas possidentibus: econtrario: Cantabit vacuus coram latrone viator.

Vana gloria dicitur fur. Fures pro vana gloria & superbia. Thesaurizandum est nobis & non Deo, quare. Iob. 12. Meritorum multitudo thesaurorum nomine decoratur. Cælum locus proprius thesauri. Eccles. 14. Dextra pro æternitate. Sinistra pro transitorio. Diuitias per sepe possidentibus nocent.



FERIA QVINTA

I N C A P I T E

I E I V N I I.



ANATVS est puer ex illa hora Matth. 8. Gratia diuina tria habet facere in anima. Culpam expiare, ideo sanatus. Vitam renouare, ideo puer. Mentem confirmare, ideo ex illa hora. Sed attende, quod ait beatus Augustinus super Psal. 58. *Nemo est insanius illo, qui sibi sanus esse videtur.* Et potest hoc dictum beati Augustini exemplo idoneo declarari. Sicut enim eo teste malum incognitum non euitatur: sic etiam habitum nisi cognitum non curatur. Item videmus quod ille solus doceri aspèratur, qui sapientem se reputat. Vix enim aut numquam corrigitur talis. Prou. 18. *Non respicit stultus verba prudentia, Et Prouer. 1. Sapientiam atque doctrinam stultus despiciunt.* Igitur qui vult curari spiritualiter, necesse est vt suam infirmitatem agnoscat. Et ideo dictum est superius quod sicut præmitti debeat sinceritas intentionis, ita prænosci vt euitentur vulnus & iacula quæ faciunt peccatum in cordibus peccatorum. De hac igitur infirmitate sub figura pueri Centurionis solliciti, August. in Euangelio hodierno, & de ipsius curatione. In quo quidem Euangelio tria ponuntur, videlicet, Supplicatio miræ deuotionis vel discretionis. *Cum intraret Iesus Capharnaum.* Commendatio summæ perfectionis: *Audiens autem Iesus.* Exaudicio iustæ petitionis. *Et dixit Iesus Centurioni.*

Gratiæ effectus tres. Gratia sanatur, renouat & confirmat. Psal. 58. Insanus est qui sibi sanus esse videtur. Qui sapientem se reputat doceri aspèratur. Prou. 18. Vulnere & iacula peccati prænoscentur vt euitentur.

Quantum ad primum narra historiam, nam quam cito Iesus intrauit Capharnaum, tam cito

Infirmitates corporales



hic Centurio nuncios destinavit. Habuit diligenti-  
 am in exquirendo subsidium, quia cum  
 Iesus introisset, id est, cum primo Iesus intra-  
 uit. Sapientiam in cognoscendo piaculum: quia  
 puer meus, &c. Cogitabat enim Centurio in-  
 firmitates corporales ex peccatis provenire tan-  
 quam pœnas ipsorum, & quia ætas infirmior a-  
 liqua excusat, noluit vocare seruum, sed  
 puerum: imo dicit meus, id est, dilectus mihi,  
 Eccles. 33. *Si est tibi servus fidelis, sit tibi quasi  
 anima tua.* Iacet & non potest venire ad te ad  
 salutem poscendam: *in domo*, contra illos qui  
 seruos in hospitali ponunt, & dum infirmantur  
 non faciunt differentiã inter ipsos & canes. Nam  
 statim de domo abiiciunt eos, 1. Reg. 3. *Dere-  
 liquit me Dominus meus ex quo agrotare coepi.* Per  
 hoc etiam quod dicit in domo, intēdit alleviare  
 culpam: quæ minor est quando est in proposito  
 quam quando est in opere. Ego veniam, &c.  
 Vnde Beda. Ad Filium Reguli sanandum ire no-  
 luit ne diuitias honorare videretur, ad seruum  
 autem Centurionis vadit non rogatus. Cum e-  
 nim honor, secundum Tullium, sit exhibitio re-  
 uerentiæ virtutis, & diuitiæ non sint virtutes, nec  
 faciunt hominem virtuosum, ideo diuites non  
 sunt honorandi ratione diuitiarum.

Non sum dignus, &c. Nota quod domus  
 animæ habet fidem pro fundamento, spem pro  
 parietibus, sed adhuc non est apta ad habitan-  
 dum nisi bestiis & est locus immundorum: vbi  
 Deus habitare non potest. Voluit igitur dicere  
 iste Centurio, Domine non sum tanti meriti  
 quod tu debeas à mea charitate includi, quia ni-  
 hil est: nec istud beneficium ex meis meritis pe-  
 to: quia non sum dignus arbitratus venire ad te,  
 id est, aliquod meriti vel minimi antepone: *sed  
 dic verbo*, id est, vtere tua humilitate, & beni-  
 gnitate, qua humiliter voluisti carnem assumere,  
 & sanabitur, &c. Nota quod verbum vocale  
 Christi non reputavit necessarium ad sanan-  
 dum: sed propterea dixit, solum dic verbum, vt  
 aliis fieret notum suum puerum Christi virtute  
 sanatum.

*Nam & ego, &c.* Arguit per locum à mino-  
 ri. Nota in verbis Centurionis, primo, profun-  
 dam humilitatem, *Domine non sum dignus.* Se-  
 cundo modestam vrbantatem, *tecum meum*,  
 non palatia, non castra, sed tecum à regendo  
 nuncupatum. Eccles. 29. *Initium vita hominis  
 panis & aqua & domus potegens turpitudines.*  
 Isai. 5. *Va qui coniungitis domum ad domum.* Di-  
 cit ergo tecum: ad declinandum vanitatis iactan-  
 tiæ saltum. *Sed tantum dic verbo*, ostendens  
 perfectam credulitatem: credens quod diuinum  
 dicere sit facere, Ioan. 1. *Omnia per ipsum facta  
 sunt*, non dicit, dic verbo, quasi potestatem at-  
 tribueret incantatoribus, sed simplici verbo quo  
 cuncta facta sunt, quia dixit & facta sunt. Nam  
 & ego sum homo, sed tu Deus, sub potestate  
 constitutus, Romanorum, scilicet, sed tu super  
 omnem potestatem Angelorum: habens sub me  
 milites, tu vero vniuersam creaturam & cun-  
 ctorum naturam: sanitatem & vitam & omnia  
 & dico huic, vade, &c. igitur tu multo fortius  
 potes dicere morbo, vade & recedet, & sanitati,  
 veni, & venit, vel diabolo torquenti ( vt aliqui  
 opinantur ) istum vexatum à dæmone potes di-  
 cere, vade, & recedet: & alio, id est, angelo tibi  
 obsequenti vt veniat, scilicet & assistat, tuum  
 ministerium erga infirmum implendo, & veniet.

Audiens autem Iesus fidem Centurionis, ad  
 modum admirantis se habens. Est enim admi-  
 ratio stupefacti perturbatio ex rerum nouitate  
 prius incognita proveniens, & per consequens  
 cum Christo omnia sciret, de nullo admiraba-  
 tur. Sequentibus dicit. Amen dico vobis, Vbi  
 nota quod sicut charitas est virtutum regina: sic  
 humilitas est ipsarum mensura: & ideo tanta est  
 vnaquæque quanta est humilitas. Multi venient  
 ab Oriente: isti sunt innocentes qui occasum  
 culpæ nesciunt. Et ab Occidente isti sunt pœ-  
 nitentes, qui occasum culpæ corrigunt & ve-  
 niunt per fidem & sanctam operationem. Vel  
 multi venient, scilicet, per fidem, quia accessum  
 habemus ad Iesum per fidem. Ad literam, *Ab  
 Oriente & Occidente*, id est reliquant tempora-  
 les prosperitates quæ occidunt & oriuntur, &  
 recumbent, &c. Abraham enim vitæ longitudo.  
 Isaac gaudium siue risus, Iacob idem est, quod  
 Israël videns Deum. Ergo vera fides meretur cū  
 Iacob notitiæ longitudinem, cum Isaac notitiæ  
 pulchritudinem, cum Abraham vitæ longitudi-  
 nem, quæ securitas tentationis spei succedit. Vel  
 per hos tres intelligitur vniuersitas fidelium: qui  
 in tribus habitibus saluantur Theologicis: filij  
 autem regni, qui scilicet, deberent hanc here-  
 ditare terram, propter peccatum suum eiicien-  
 tur in tenebras exteriores, quia sunt conscien-  
 tiis & operibus tenebrosi, Genes. 1. *Tenebra e-  
 rant super faciem abyssi.* Psal. *In tenebris ambu-  
 lant.* Exteriores, quia ad modum fœcis, quæ for-  
 ras iacitur, &c. Vel quia sunt extra spem salu-  
 tis & consolationis & remedij, &c. non enim  
 fide mortua & operibus non viuificata, sed cha-  
 ritate viuâ & approbata humilitate sic sanabi-  
 tur puer & vitam recipiet.

Moraliter, Centurio peccatorem significat,  
 quia est sub potestate constitutus. Omnis enim  
 qui facit peccatum, seruus est peccati. Centu-  
 rio, id est, multiplicatus in peccato, & in trans-  
 gressione habet sub se milites, id est, carnalia de-  
 sideria quæ militant aduersus animam: & isti  
 sunt prompti ad obsequendum voluntati cor-  
 poris. Puer eius, id est, cor puerile infirmatur.  
 Eccles. 10. *Va terra cuius rex puer est.* Prouer. 22.  
*Stultitia colligata est in corde pueri*, id est, mul-  
 tiplicatur in culpa. Huius pueri infirmitas est in  
 Capharnaum, id est, in consolationibus huius  
 mundi infirmatur. Væ vobis diuitibus qui ha-  
 betis consolationem vestram. In prosperis non  
 recordatur homo interitus sui. Iacebat puer per  
 immundam delectationem in domo, nondum  
 enim consummata est dum vita manet tempo-  
 ralis, mors animæ, &c.

Admiratio quid est. Admiratio non erat in Christo. Christus de nullo admirabatur. Charitas regina virtutum. Humilitas est mensura virtutum. Per Oriens innocentes intelliguntur. Per Occidēs peccatores intelliguntur. Fide accedimus ad Iesum. Venire ab Occidente, vel Oriente quid. Abraham interpretatur vitæ longitudo. Isaac gaudium vel risus interpretatur. Israël videre Deum interpretatur. Per Abraham, Isaac, & Iacob, vniuersitas fidelium intelligitur. Genes. 1. Filij regni dicuntur ei in tenebras exteriores, quare. Centurio designat peccatorem. Peccator omnis est peccati seruus. Peccator omnes milites habet. Cor puerile infirmatur. Eccles. 10. Prouer. 22. Peccator infirmatur in consolationibus huius mundi.

ex peccatis proueniunt. Peccata causa sunt infirmitatū corporalium. Centurio vocat seruum suum puerum meum. Eccles. 33. Serui dum agrotant non statim eiiciendi. 1. Reg. 3. Culpa minor est in proposito quam in opere. Christus ad filium reguli sanandum quare noluit ire. Honor quid. Diuitiæ non sunt virtutes. Animæ domus pro fundamento habet fidem, pro parietibus spem. Dic verbo explicatur. In Centurionis verbis est humilitas. Modesta vrbantitas declinatio vanitatis & iactantia. Tecum à regendo dicitur. Eccles. 29. Isai. 5. Dicere Dei est facere. Ioan. 1.



# FERIA SEXTA IN CAPITE IEIUNI.

Mat. 5. Gratia mentem & animam illustrat quoad cognitionem. Gratia dicitur sol, gratia colligat & fecundat. Greg. 1. 28. cap. 19. Charitas vinculum perfectionis quare. Virtutes omnes simul congregatæ sine charitate conscientiam reparare non possunt. Charitas non solum ligat & vnit virtutes, sed etiam eas aptat vt debito modo disponantur. Sensualitas fragilis. Charitas ignis quare. Summa Euangelij hostes diligere sua dare & vanitatis ludibrium distuere & laudes fugere. Odiū inimici non mandatur, sed scribarum traditionibus apponebatur ob quatuor rationes quæ non concludebant. Ex diuina impositione. Exod. 23. 1. Reg. 15. Ex acerba Dei flagellatione. Isa. 37.



**S**OLEM suum oriri facit super bonos & malos &c. Matth. 5. Gratia diuina habet mentem & animam nostram illustrare quo ad cognitionem, ideo dicitur sollem. Colligare quo ad contextionem, quia vnit animam Deo, ideo dicitur suum. Fecundare quo ad operationem: ideo dicitur super bonos & malos. Sicut enim præsentem sole terra fecundatur & germinat, sic præsentem gratia diuina, anima fecundatur. Pro ipsa ergo &c. Audistis quia dictum est antiquis &c.

Secundum beatum Gregorium lib. 28. Moral. cap. 19. Charitas dicitur vinculum perfectionis, quia omne bonum quod agitur nimirum per illam ligatur ne pereat. A tentatione namque citius quodlibet opus euellitur vbi solutum vinculo charitatis inuenitur. Et ideo licet omnes virtutes simul congregemus, nunquam possent sine charitate nostram conscientiam reparare, quia lapides & ligna sine aliquo ligamento componi non possunt, immo (quod plus est) charitas non solum vnit & ligat partes huius spiritualis ædificij, verum etiam eas aptat vt modo debito disponantur, puta oculus ad pudicitiam, corpus ad castimoniam, auris ad obedientiam, & sic de aliis omnibus. Et hæc ratio est, quia sensualitas naturaliter est fragilis vel vitrum, nihil tamen tractabilis illo in quo succensus est ignis charitatis, sic vitrum succensus est tractabile plus quam omne aliud quod ingeri potest. Efficitur namque tenax & tractabile propter ignem, qui est charitas. Igitur si volumus membra nostra disponere, vt templum efficiantur Spiritus sancti, per pœnitentiam necessarium est ipsa disponere. Et ideo ad hanc charitatem habendam Saluator nos inducit in Euangelio hodierno. In quo duo facit. Aliquid namque suadet, videlicet incendium vt hostes diligamus. Aliquid dissuadet, videlicet vanitatis ludibrium, vt laudes fugiamus. Primum ibi. Audistis. Secundum ibi. Attendite.

Suadet inquam incendium, &c. Et dicit sic. Audistis. &c. Odire inimicum. nullum mandatum inuenitur vt dicit Glossa in corpore legis positum, sed solum appositum scribarum traditionibus. Mouebantur tamen ad hoc tenendum ex quatuor, videlicet. Primo quidem ex diuina impositione. Exod. 23. *Non inibis cum eis fœdus*, scilicet Chanaanis & Amalechitis 1. Reg. 15. de quibus Deus præcepit quod nec bestia reseruetur. Et quia Saul contra hoc præceptum fecerat: idcirco fuerat à Domino reprobatus. Secundo ex acerba Dei flagellatione, sicut patuit de Sennacherib & eius populo. Isa. 37. Sunt interfecti ab Angelo 185. millia. Tertio ex pro-

phetica imprecatione ibi. Confundantur qui me persequuntur, & David. Fiat habitatio eorum deserta. Quarto ex logica argumentatione per locum ab oppositis, si amici sunt diligendi, ergo inimici odiendi. Sed hæc rationes non concludunt. Prima quidem non, quia particularis Dei sententia & particulare præceptum non est vniuersaliter accipiendum: immo e contrario lex vniuersalis capit instantiam in particulari, & propter hoc licitum est vt epikœia. Vnde non obstante lege vniuersaliter data de non inuēdo fœdus, nihilominus tamen fœdus iauerunt cum Gabaonitis sicut Iosue 9. *Dedit tamen Deus leges de transgressionibus & ista sunt seruanda*, nec tamen puniuntur vt hostes. Secunda etiam ratio non concludit, quia Deus est iudex iustus, & sic quantum & quando & vbi & qualiter quis puniri debeat, non scit homo, & ideo dicit, mihi soli vindictam tribuo &c. Tertia item non concludit, ad illam enim dicitur beatus Gregorius in libro 1. moral. & beatus Augustinus de sermone Domini in monte, quod propheta dixerunt non præceptine sed præmiatiue. Quarta insuper non valet, quia argumentum ex oppositis in lege nedum diuina, verum etiam humana nunquam tenet, procedendo, scilicet à gratia ad pœnam, quia gratiæ semper sunt ampliandæ, pœnæ vero restringendæ, & hoc trahunt leges à lege diuina, quæ semper punit citra, & præmiat ultra modum vel meritum.

Item inimici nostri sunt per creationem filij Dei, sed insani: item fratres nostri, sed Aegyptij. Item sunt instrumentum Dei, quia sunt lima amouens rubiginem siue malum. Vnde Chryso-  
 stomus super Psal. 187. Inimici nobis frequenter talia præstant qualia dulcissimi amici præstare non possunt. Item iuxta dictum Apostoli, habent nobiscum corpus suum in Christo. Nunc autem si membro sano est bonum facendum, non tamen propter hoc malo aut infirmo est malefaciendum, sed potius est subueniendum & medicinæ remedium apponendum: immo quod plus est, interdum alia membra sunt affligenda pro membri infirmi salute, sicut patet quod infirmitate existente in oculo fit in ore minutio, procuratur euacuatio in stomacho & interdum cauterium in capite. Item debet diligere opus Dei in quantum eius opus, licet per aliud, non in quantum deformetur. Similiter Dei imaginem. Exemplum de vexillo Domini quem diligis, si ipsum videres infectum immunditia, immunditiam odires in ipso, vexillum vero diuinæ iustitiæ odire non debes. Huiusmodi autem est inimicus tuus qui tibi molestiam facit. Vult enim Deus cor tuum à terrenis leuari, vel facere te crescere in meritum, & flagellar te per manum alterius. Exemplum. Non comburitur domus in qua mortuus est & funus, sanguineus tuus, sic nec debes perimere illum in quo Deus moritur per culpam, maxime quia spem habere potes vt resurgat per gloriam, & dato quod esses certus de obstinatione, tolera tamen quem Deus tolerat, tolera quia tibi utilis est ad cautelam. Nota quatuor virtutes nos faciunt Dei filios, scilicet fides, charitas, misericordia, pax. Ratio est quia per fidem regeneramur, per charitatem configuramur, per misericordiam confirmamur, per pacem simulationem Dei noscimus. Nota vt dicit Chryso-  
 stomus. Carnales filij non sunt culpabiles si non sunt

Ex propheticâ imprecatione. Ex logica argumentatione. Præceptum particulare Dei non est vniuersaliter accipiendum. Epikœia vtiliter licere quando. Deus iudex iustus. Vindicta quare soli Deo. Greg. 1. 1. mota. Argumentū ex oppositis nunquam tenet procedendo scilicet à gratia ad pœnam. Deus punit citra, & præmiat ultra modum vel meritum. Inimici diligendi quare. Inimici lima amouens rubiginem. Chryso-  
 st. Inimici habent corpus suum nobiscum in Christo. Inimici opus Dei. Inimici imago Dei. Filij Dei quatuor virtutibus sumus. Filij culpabiles non sunt si suis parentibus dissimiles.

Filij spirituales possunt esse similes Deo si inculpabiles. *Ephes. 5. Luc. 6. Ioan. 1.*

*Mat. 5.* Inimicos diligendos sicut Christus & motium profert. Inimici diligendi affectione, subiectione, locutione. Amicitia radicitur in corde, ore reuelatur, & opere comprobatur. Homo sapiens non amat statim. Amorem facilliter amouere est signum leuitatis. Amicus diligit omni tempore. *Sapient.* Perfectionis similitudo. Deus est semper pater hominis, sed homo cum peccat definit esse Dei filius. *Deut. 3.* Deus in seipso, in mundo, in Angelis, in electis, in reprobis quid. Sol dicitur verbum Dei Sol dicitur lumen fidei. Pluuia pro aduersitate. Bona & mala communia tam iustis quam iniustis quare. Inimici diligendi quia de mundo exire compellunt. *Exod. 12. Psal. Greg. Isa. 54.* Inimicus vocatur faber flans prunas in igne ad proferendum vas, tribulatio ignis lima.

luis parentibus similes, quia non est in potestate eorum corpus figurare, sed spiritualium culpa est nisi Domino similes fuerint, quia patris similitudinem perdidit. Vnde ad *Ephes. c. 5. Estote imitatores Dei sicut filij charissimi* pro charitate. Et *Luc. 6. Estote misericordes, ut sitis filij patris vestri*, pro misericordia. *Ioan. 1. Quotquot autem receperunt eum*, &c. pro fide. Item *Matth. 5. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur*, pro pace, &c. Fecit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam, ideo non valet argumentum ab oppositis.

Diligite, &c. ubi duo Saluator facit, quia primo suadet dilectionem inimici. Secundo adducit ad hanc rationem commotiuum. Quantum ad locutionem oris. Orate &c.

Dilectionem autem suadet quantum ad tria, quantum ad affectionem cordis ibi. Diligite quantum ad subiectionem operis, Benefacite, & quantum ad locutionem oris. Orate &c. Amicitia enim in corde radicitur, ore reuelatur, sed opere comprobatur. Et est aduertendum quod sapiens homo non statim plantat amicitiam in corde, sed prius diligenter considerat, signum enim leuitatis est amorem facilliter inferere, & est signum cordis puerilis, sed in veritate leuitatis maioris est signum amorem impressum facilliter & agiliter amouere, quia *qui amicus est diligit omni tempore*, ut ait Sapientia. Et addunt triplicem rationem, & beneficentiam inimicis ostendere, videlicet propter paternam imitationem, ut sitis filij, propter supernam retributionem, per gloriam sicut estis, propter perfectam conformationem. Estote igitur perfecti. Primo per imitationem. Si enim diligitis ut sitis filij &c. Deus enim nunquam desinit esse pater, sed bene homo cum peccat desinit esse filius. *Deuter. 3. Nunquid non ipse est Dominus Deus tuus qui est in caelis est.* Augustinus, Deus est in seipso, ut Alpha & Omega, in mundo, ut auctor & rector, in Angelis ut sapor & dulcor, in electis ut redemptor & ductor, in reprobis ut horror & terror. Qui solem suum, id est, filium suum secundum Augustinum, vel solem, id est, lumen fidei, & pluuiam, id est, aduersitatem oriri facit super iustos & iniustos, ut sicut iusti penas sustinent propter peccatores, sic peccatores bona suscipiant propter iustos, ut ait Augustinus primo de Ciuitate Dei. Dicit autem quod ideo voluit Deus hanc omnibus esse communia ut bona audius appetantur cum possint malis esse communia, nec mala turpius fugiantur quibus etiam boni afficiantur. Vel aliter, inimici sunt diligendi, quia de mundo nos exire compellunt. *Exod. 12. Cogebant egyptij populum exire velociter.* Psal. Eripe me de inimicis meis Domine ad te confugi. Gregorius. Mala quae nos premunt hic, citius ire ad Deum compellunt, quia nos efficiunt vasa cultui diuini, sicut faber. *Isai. 54. Ego creauit fabrum suum in igne prunas, proferentem vas in opus suum.* Quod auro ignis, quod lima ferro, hoc facit tribulatio homini iusto, quia dapiferi nostri ministrant nobis fercula patientiae, & mansuetudinis, vnde filij Dei efficiamur.

Vnde aduertendum quod homo potest tripliciter considerari, vel quantum ad beneficium conuiuendi, & sic ciuis vel patriota vel conanguineus potest vocari proximus. Istud praeceptum Diliges proximum, est iudiciale vel poli-

ticum, & sic carnales Iudaei diligebant. Alio modo potest considerari ad naturae participationem, & sic proximus dicitur omnis homo, & tunc diligere proximum est praeceptum naturae. *Ecclesiast. 13. Omne animal diligit sibi simile.* Vnde. Quod fieri non vis, aliis fecisse cauebis. Tertio modo quantum ad figuram siue imaginem quam gerit, & tunc omnis homo est proximus, quia consignatus imagine eadem, redemptus pretio eodem, & commercio productus ab eodem patre, & tunc est praeceptum gratiae, diligens proximum.

Item si salutaueritis. Salutare est salutem alteri implorare. Vnde Glossa dicit quod saluatio est species orationis. Item si diligitis amicos &c. nam ex amicorum dilectione nullam homo consequitur mercedem in quantum diligit, licet posset consequi ex causa propter quam diligit, puta propter Deum ex dilectione meritorum, tales enim non possunt diligi nisi ex charitate. Glossa. Et aduerte quod duo sunt opera iustitiae perfectae, scilicet *declinare a malo, & facere bonum*, ut dicitur in Psal. Gregorius. Minus est mala non agere nisi quisque studeat bonis operibus insudare. Vnde de illis qui bona non faciunt, dicitur in iudicio. *Matth. 25. Esuristi, & non dedisti mihi &c.* Est tamen aduertendum quod nos quadruplicem habemus inimicum, & quilibet illorum odiendus est in gradu suo, videlicet peccatorem qui est declinandus sagaciter. *Eccles. 12. Non credas inimico tuo in aeternum.* Prou. 1. *Fili mi si te laetauerint peccatores, &c.* Inter hos computantur parentes & fratres. *Luc. 14. Si quis venit ad me, & non odit Patrem &c.* non potest meus esse discipulus. Nota. Gregorius ibi. Quasi per odium amatur, &c. Diabolus qui est impugnandus viriliter, videlicet quia nunquam cum eo debes inire foedus. *Petr. 5. Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens &c.* cui resistite fortes in fide. Hoc dicit, quia ut ait Ioannes 1. *Ioan. 4. Nolite omni spiritui credere.* Mundus qui est contemnendus & spernendus totaliter. *Iacobi 4. Si quis vult amicus esse saeculi huius inimicus Dei constituitur.* Carnem seu corpus, & iste inimicus est opprimendus & salubriter macerandus & poenalter. *Esther 7. Inimicus noster pessimus ipse est Aman, &c.* Narra historiam. Aman est corpus vel caro nostra. Interpretatur enim opprimens vel coangustans. *Apostolus Rom. 8. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius, &c.* Mardocheus est spiritus, interpretatur enim amara contritio, & ipse amare debet conteri & conteritur propter peccatum. *Psal. Anxius est super me spiritus meus.* Hunc igitur spiritum Aman, id est, caro extinguere nititur, accipit lignum, id est, perniciosa peccati delectationem, quae non facit fructum vitae, sed solum est esca ignis *Ierem. 2. Sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix.* Nota, lignum non dicitur nisi quando est praecium, & hoc bene accipitur de domo Aman, quia tentatio de carne & delectatio, sed quid faciendum est? *Esther quae interpretatur praeparata*, intelligitur anima, quae se praeparat ut sit sponsa Christi. *Apocalyp. 19. Vxor agni praeparauit se*, debet etiam duci ad Assuerum, qui beatitudo interpretatur, id est, ad Deum, quia haec est vita aeterna, ideo debet ad eum ire per humilem supplicationem, mitigare eum per deuotionem, praeparare se per confessionem, implorare

Filij Dei efficiuntur tribulationibus. Proximus pro ciue vel consanguineo. Diligere proximum praeceptum iudiciale. Proximus omnis est homo. Diligere proximum praeceptum naturae. *Eccles. 13.* Proximus est omnis homo propter figuram & imaginem. Diligere proximum praeceptum naturae. *Eccl. 13.* Proximus est omnis homo propter figuram & imaginem. Diligere proximum praeceptum naturae. Salutare quid. Saluatio species orationis. Iustitiae perfecta opera duo sunt. *Mat. 25.* Inimicus quadruplex & quilibet in gradu suo, odiendus. Peccator odiendus. *Eccl. 12.* Proximus & fratres odiendi sunt. *Luc. 14.* Diabolus odiendus & viriliter impugnandus. *1. Pet. 5.* 1. *Ioan. 4.* Mundus odiendus & totaliter spernendus. *Iacobi 4.* Corpus, inimicus est odiendus & opprimendus. *Esther. 7.* Aman pro corpore vel carne nostra. Aman interpretatur opprimens vel coangustans. *Rom. 7.* Mardocheus pro spiritu. Mardocheus interpretatur contritio. *Ierem. 2.*

Gal. 5.

Caro maceranda est poenalter. Caro causa delectationis sit castigationis. *Rom. 4.*

Iustitiae opera exercenda, sed secundum modum. Iustitia quid. Iustitia virtus generalis quandoque. Ieiunium actus est iustitiae. Eleemosyna actus est iustitiae. Dilectio inimici actus iustitiae est. Ad eleemosynam faciendam natura nos inducit. Eleemosyna tam sanitatem animae quam temporale lucrum confert. Eleemosyna comparatur aquae putei.

Auari similes vulturi.

implorare eum per orationem, & ab eo petere hostis extinctionem qui est inimicus gentis Iudaeorum. Ad Galat. 5. *Caro concupiscit aduersus spiritum*, & tunc debet suspendi per macerationem poenalem in ligno, scilicet poenitentiae, ut quod fuit sibi causa delectationis sit sibi flagellatio castigationis, & tunc Aman, id est, corpus moritur peccato, & Mardocheus, id est, spiritus viuificatur, ad Rom. 4. *Si spiritu facta carnis mortificaueritis viuetis.*

Sequitur. Attendite ne iustitiam vestram faciatis &c. ubi Saluator aliquid supponit, scilicet quod debemus opera iustitiae exercere, sed imponit nobis modum. Est autem iustitia qua redditur unicuique quod suum est, & ideo nomine iustitiae potest intelligi omnis actus virtutis, maxime qui se extendit ad alterum. Et ideo ieiunium est actus iustitiae, quia per ipsum homo impendit corpori castigationem ut menti non resistat. Similiter eleemosyna est actus iustitiae, quia imploranti est debitum subuenire. Similiter debet proximo dilectionem etiam inimico, sicut superius dictum est &c. Specialiter autem facit mentionem de eleemosyna, ad quam faciendam nedum diuinum praeceptum, verum etiam naturalis ratio nos inducit. Similiter etiam commodum temporale. Eleemosyna enim non solum animam confert medicinam, verum etiam temporale lucrum procurat, ut de hoc habemus exemplum naturale. Videmus enim quod aqua putei si frequenter hauriatur suauior efficitur quo ad gustum: similiter pulchrior redditur, vterius viuacius scaturit, nec ex tali haustu minuitur, sed augetur. Quod si non hauriatur refertur, & quodammodo marcescit, venarum etiam fluxus praepeditur, sic eleemosyna cum de puteo diuitiarum hauritur, reddit ipsas puriores quo ad conscientiam, sapidiores quo ad interiorum gustum, facit ipsas diuitias multiplicari, quae a mari diuiniae exuberantiae sunt plenae, & per occultam Dei prouidentiam quasi per absconditas venas hominibus largiuntur. Sed aliqui sunt de genere vulturis, cuius natura est longe odorare cibum & odorem velocius imitari, & quanto plus senescit, tanto plus eius rostrum amplius obliquatur. Praedam insuper quam accipit aliis aibus non communicat, sed quod comedere non potest reponit in nido, intantum ut idem cibum putrefiat, sicut facit auarus. Odoratus enim procul lucra & odorem lucri festinat, & quae lucratur aliis non communicat, sed reponit in nido, quia filiis ea reseruat, & interdum corrumpuntur, dum scilicet per filios inutiliter consumuntur quae caute fuerant conquestae per patrem.



# SABBATO

IN

## CAPITE IEIUNIUM

### SEV DOMINICAE

IN QVADR.



**C**ONFIDITE, ego sum, nolite timere. *Marc. 6.* Gratia Dei habet confortare & animare contra tepiditatem ibi. Confide, roborare contra debilitatem, ego sum, securare contra timiditatem. Nolite timere. Cum sero factum esset erat nauis &c. secundum quod ait beatus Gregorius 8. *Moral. 144* exponens illud *Iob. 7. Visitans eum diluculo, &c.* Si post virtutum munera animus nulla tentatione concuteretur has habere a seipso gloriaretur. Visitat igitur eum Dominus suae beneficio gratiae, & subito in certamine ipsum probat, nec tamen tentatum, sic eum exponit ut tentatoris manibus derelinquat, quinimmo ut ibidem dicit lib. 2. statim post commissionem molestiae seu pugnae comitatur pro tentationis custodia. Et licet de hoc habeamus exempla in scriptura quamplurima, hoc tamen protestatur. Euangelium hodiernum, quemadmodum superius dictum est. In ipso namque instrumur sub figura laborantium in mari, quibus affuit Dominus confortans eos, & de periculis eruens, qualiter nobis in exercitio & labore poenitentiae positus debemus sperare praesidium & tutamen. Et tanguntur quatuor in serie praesentis Euangelij. Primo ortum periculum imminens naufragij. Cum sero. Secundo gratum solatium assistentis praesidij. Et circa quartam vigiliam. Tertio celsum prodigium euidentis miraculi. Et cessauit ventus, Quarto diuinum irriugum conferentis suffragij. Et percurrentes.

Tangitur primo periculum in quo fuerunt discipuli, & ponit Euangelista 6. quae erant causa magni periculi, videlicet aeris obscuritatem, quia sero. Maris tempestatem quia mare ventis turbatum. Portus distantiam quia in medio mari. Ducis absentiam, quia Christus qui est ductor in terra remansit. Laborum poenalitatem, quia erant laborantes in remigando. Ventorum improbitatem, quia erat eis ventus contrarius.

Moraliter mare est mundus. Nota sicut in mari sunt infinita monstra, sic mundus producit multa monstra dum in eo homines turpiter formantur, ut quidam tantum manum, id est, opus in eo amittunt, multi oculum, id est, intentionem ad temporalia conuertentes, quidam sunt sine capite, scilicet Christo nequiter viuentes. Item sicut in mari continuo est motus, sic in mundo vana gloria, & sicut mare corpus mortuum reicit sic illos qui sunt in mundo mortui mundus non recipit sed abiicit & repellit. Vnde est persecutio siue variabilis status mundi, quod

*Marc. 6.* Gratia Dei confortat contra tepiditatem. Roborat contra debilitatem, securat contra timiditatem. *Iob 7.* Tentatione concuti bonum quare. Visitat Deus hominem quomodo.

In tentationibus Deus non deest.

Diuisio Euangelij in partes.

De periculo discipulorum in mari propter sex causas.

Mundus mare quare. In mundo multa monstra moralia.

Mundus mortuos repellit, hinc tentate.



**Pfal. 92.**  
Tentatio  
ventus dicitur.

**Iob. 1.**  
Nauis duplex innocentiæ, & Pœnitentiæ. Petrus agnoscens interperatur Simon interperatur obediens.

**Act. 9.**  
Paulus obediens fuit. Nauis Simonis Petri quid, & affectus.

**Mat. 3.**  
Nauis Pœnitentiæ.

**Sap. 14.**  
Lignum exiguum dicitur Pœnitentiæ.

Pœnitentiæ parua semper est quare.

Pœnitentiæ ad innocentiam peruenitur.

**Sap. 14.**  
Pœnitentiæ necessaria est si velimus saluari.

**Act. pen.**

**Sap. 10.**  
Aqua pro delectatione vana.

Pœnitentiæ dicitur lignum contempibile.

Pœnitentiæ dicitur diuersum modum.

Pœnitentiæ laboriosa.

Virtus difficile veratur.

Ventus pro tentatione.

Laborantibus adest diuinum subsidium.

Tentationum modi quatuor.

Vigiliæ quatuor noctis designant quatuor modos tentationum.

nunc deprimitur, nunc erigitur, nunc illiditur hic, nunc ibi &c. **Pfal. Mirabiles elationes maris Ventus tentatio. Iob. 1. Ventus vehemens irruit, &c.**

cium omnia  
volatilia cæ-  
li congrega-  
buntur,  
quare.  
10. Ante iudi-  
cium omnia  
volatilia cæ-  
li congrega-  
buntur,  
quare.  
11. Ante iudi-  
cium omnia  
volatilia cæ-  
li congrega-  
buntur,  
quare.  
12. Ante iudi-  
cium omnia  
volatilia cæ-  
li congrega-  
buntur,  
quare.  
13. Ante iudi-  
cium omnia  
volatilia cæ-  
li congrega-  
buntur,  
quare.  
14. Ante iudi-  
cium omnia  
volatilia cæ-  
li congrega-  
buntur,  
quare.  
15. Ante iudi-  
cium omnia  
volatilia cæ-  
li congrega-  
buntur,  
quare.

Christi iudi- cis confor- tium quale. Iudicij alti- tudo triclinij quæ. Iudicij mul- titudo colle- gij quæ. Iudicium præcedens signa mira- bilia. Ante iudi- cium erit sterilitas. Ante iudi- cium maior pars homi- num & ani- malium peste & penu- ria morien- tur. Ante iudi- cium non pluet per quatuor an- nos. Ante iudi- cium magna erit sic- citas. Ante iudi- cium erunt quindecim signa ex He- bræorũ an- nalibus à D. Hieronymo reperta. Ante iudi- cium mare eleuabitur super mon- tes 15. cubi- tis. Ante iudi- cium aquæ descendent in profun- dum, quare. Ante iudi- cium bellæ marinæ mu- giæt & hor- ribiliter cla- mabant, quare. Ante iudi- cium ignis comburet mare & a- quas, quare. Ante iudi- cium omnia volatilia cæ- li congrega- buntur, quare.



Ante iudicium erit terramotus. Ante iudicium lapides se ad invicem collident in aere. Ante iudicium plantae omnes & folia stillabunt guttas sanguineas.

buntur vt homines faciunt, & nil bibent aut comedent.

Sexta die erunt fulgura discurrentia ab Oriente in Occidentem, & omnes stellae tam fixae, quam erraticae emittent miras comas.

Septima die erunt horridi terramotus & generales, per quos omnia aedificia alta ruent.

Octava die lapides se ab invicem collident in aere, & quilibet ipsorum separabitur in quatuor partes tam parvas quam magnas, figurans resolutionem in quatuor elementa omnium mixtorum firmorum & solidorum futuram.

Nona die omnes plantae & folia stillabunt guttas sanguineas offendentes terram sanguine a crudelitate infectam & irrigatam. His autem flentibus homines occultabunt se in cavernis; tantusque erit timor quod se ibi compriment, & multi ex tali suffocatione opprimuntur & suffocabuntur.

Ante iudicium omnia alta explanabuntur in cinerem.

Decima die omnia alta, scilicet montes & colles explanabuntur quasi in cinerem, ad significandum humiliationem superbientium.

Vndecima die venient omnia animalia de silvis ad campos dantia clamores validos, & nihil penitus gustantia: & tunc egredientur homines de cavernis, & ibunt sicut amentes, nihil sibi mutuo loquentes, sed praefurore & phrenesi mutuo se mordentes vt canes.

Ante iudicium animalia clamabunt & nihil gustabunt.

Duodecima die ossa mortuorum & cineres, Angelorum ministerio recollecta stabunt separata ad corporum reintegrationem.

Ante iudicium ossa mortuorum & cineres, stabunt ad corporum reintegrationem.

Decimatertia die aperientur sepulturae, & patres ad resurrectionem futuram, & eodem die omnes homines morientur.

Decimaquarta die ignis conflagrationis purgabit totum mundum, tum ad purificandum aeraem, scilicet, ne sit locus contaminatus vbi Christus cum toto caetu bonorum debeat esse: tum etiam vt colligant omnes mundi faeces & secum portent in infernum.

Ante iudicium sepulturae aperientur.

Decimaquinta die omnia renouabuntur, & tunc mortui audient vocem filij Dei, & eius imperio resurgent tam boni quam mali. Boni quidem resurgent secundum aetatem plenitudinis Christi, mali vero vt puto non. Item mali cum suis deformitatibus. Et quod dicit Ricardus: non credo quod qui amisit oculum unum antequam aliquid cum illo offenderet, ipsum non resumeret vt cum illo crucietur.

Ante iudicium ignis purgabit totum mundum.

Morabitur quilibet in loco suo, vbi, scilicet, eius corpus iacuerat. Et tunc voce Archangelorum qui praesunt prouinciis omnes peremptorie citabuntur. O vox formidanda a peccatoribus, qui piam vocem correctionis in hoc mundo recusauerunt audire. Hanc autem vocem continue formidabat beatus Hieronymus super Matth. dicens. Quoties diem illam considero toto corpore contremisco: siue enim comedo siue bibo, siue aliquid aliud facio, semper mihi videtur illa tuba terribilis sonare in auribus meis, surgite mortui venite ad iudicium.

Ante iudicium omnia renouabuntur.

Facta autem conuocatione tunc fiet eorum situatio localis (quod est secundum quod tangitur in Euangelio) varia inter reprobos & electos quantum ad duo. Primo quia omnes reprobi situabuntur ad sinistram Dei: electi vero ponentur a dextris. O dura distinctio

Ante iudicium boni resurgent secundum aetatem plenitudinis Christi, mali vero non. Citatio ad iudicium D. Hieronymus timore concutebat. De iudicandorum situ.

situs, quot namque putas sunt qui modo videntur sub diuina dextera constituti: qui non solum habent in hoc mundo prosperitatem, verum etiam qui videntur tamquam electi sanctitate fulgere: qui tunc flebiliter ad sinistram pellentur & econuerso? O darum diuortium quando pater videbit se a filio separari & econuerso, & frater a fratre. Haec igitur prima differentia quo ad situm, & hanc innuit Saluator cum dicit. *Et separabit eos ab invicem*, sicut pastor segregat oves ab haedis. Et statuet oves quidem a dextris, haedos autem a sinistris. Oves inquam quae pastoris vocem audierunt fidem suscipiendo & legem perficiendo. Ioann. 10. *Oves meae vocem meam audient*. Separabit eos ab invicem, &c. patrem separando a filio, &c. Osee 13. *Consulatio abscondita est ab oculis meis, quia ipse inter fratres dividet*. Sicut pastor, nam impij in iudicio mandandi sunt. Ierem. 12. *Congregabo eos quasi gregem ad victimam, sanctifica* (id est sacrificia) *eos in die occisionis*. Nam impij in iudicio mandandi liberius in mundi pascuis impinguantur, Gregorius 21. Moral. cap. 4. Dantur reprobis bona quae in hac vita appetunt, quia desperatis agris omne quod desiderant non negatur. Perpendant igitur iusti quae sunt mala quae iniquis imminet, & nequaquam eorum felicitati inuideant quae percurrunt. Quid est enim quod de eorum gaudiis admirantur, quando & ipsi per iter asperum in salutis patriam, & illi quasi per amena prata ad foueam tendunt infernalem? Igitur separabit eos ab invicem, qui licet pastor pro ouibus suis tradidit se, & tunc pingues macerabit, illos autem qui in afflictione fuerunt, ducet ad pascua aeterna.

Separatio ovium ab haedis. In iudicio oves ab haedis separabuntur.

Ioan. 10.

Osea 13.

Impij in iudicio mandandi.

Ierem. 12.

Impiorum via prosperatur quare.

Greg.

Impij in mundi pascuis impinguantur. Iusti non inuideant iniquorum felicitati.

Nota quod per haedos signat peccatores, per bonas oves & foetofas, bonos. Ratio autem similitudinis est argumentum medicorum, dicitur enim quod omnis foetus de humida matre natus, quanto est ventri propinquior, tanto est deterior, & econuerso natus de sicca, & ideo haedus in iuventa sua est melior, quanto autem plus crescit, tanto deterior efficitur, sic recte peccatores, &c.

Haedus symbolum peccatoris, quare.

Oves symbolum iustorum & bonorum, quare.

Haedus in iuventa melior, quanto crescit tanto deterior. In iudicio mali seipos conculcabunt & inter illos pressura, &c.

De iudicandorum ordinem.

Greg. Iob. 36.

Nota quod peccatores conculcabunt se ipsos, & inter ipsos erit mutua pressura & mira propter arctitudinem loci. Iusti vero erunt subleuati a terra. Nota si scis exprimere ordinem quo vnusquisque in sua excellentia & in suo ordine apparebit, licet sit in margine inferius, & tamen nihilominus vnus erit gradus excellentioris & maioris beatitudinis, licet participet vnus in gradu perfectionis magis quam alius. Hic potes notare si vis ordinem iudicandorum quem ponit Gregorius 26. lib. Moral. cap. 39. exponens illud Iob. 36. Sed non saluat impios & iudicium pauperibus tribuit, &c.

Dan. 7.

Libri conscientiae. In iudicio manifesta fient opera mediane luce infinita.

Facta autem iudicandorum situatione debita, iuxta exigentiam meritorum, tunc implebitur quod dicitur Daniel. 7. *Iudicium sedet, & libri aperti sunt*, scilicet libri conscientiae. O quid dicent aut quid facient miserabiles peccatores certi de sui damnatione. qui nec bene agere, nec poenitentiam in hoc mundo facere voluerunt. Tunc enim fient eis omnia quae fecerunt manifesta. Ratio autem est, quia sicut lux

Lux manifestat qualiter colorum moraliter. In iudicio iusti videbunt regem in decore suo.

In iudicio impij vultum iudicis non poterunt sustinere.

Anselmus.

In iudicio impij angustiantur.

Luc. 23.

Montes pro Angelis.

Iudex apparebit difformiter iustis & peccatoribus.

Greg.

Iob. 40.

Similitudo.

Ebrii ex oculorum infectione res aliter vident quam sint.

Ex gustus infectione sapida, & dulcia, videntur insipida & amara.

Iudicium incipiet a bonis quare.

Sapient. 5.

Bernard.

Thren. 3.

Prouer. 13.

lux corporalis manifestat picturas & figuras corporum turpes vel pulchras iuxta qualitate ipsorum colorum: sic lux illa infinita ex suo splendore manifestabit quicquid vnquam fuerit in cordibus bonum siue malum. Nota quomodo iusti videbunt regem in decore suo, laetum, festiuum, mansuetum, & benignum, sed damnati videbunt eum tristem, seuerum, horribilem, cuius aspectum non poterunt sustinere. Ecce quod dicit Anselmus in orationibus suis. O angustiae vndique erunt, hinc accusantia peccata, inde terrenis iustitia, subitus patens chaos horridum inferni, desuper iratus iudex, intus conscientia vrens, foris mundus ardens. Iustus vix saluabitur, peccator vbi apparebit? in qua parte latebit? vbi nec diuertere poterit, latere erit impossibile, apparere intolerabile, haec Anselmus. Tunc proculdubio dicent illud Lucae 23. *Montibus*, id est, Angelis (de quibus Psal. *Montes in circuitu eius cadite super nos*, id est, cito exequimini iustitiam contra nos inferendam. Quarunt autem doctores vnde erit quod vnus atque idem Dominus sic difformiter iustis & peccatoribus apparebit? Ad hoc respondet Greg. lib. 32. Mora. cap. 9. exponens illud Iob. 40. *Disperge superbos in furore tuo*, sic dicens. In extremo iudicio in semetipso incommutabilis manens, nulla vicissitudine ac mutabilitate variatur, sed tamen reprobis & electis nequaquam sub specie eiusdem incommutabilitatis ostenditur, quia & tranquillius iustis, & iratus apparebit impiis. Testem enim conscientiam intra semetipos deferunt, vnde eorum mentes aequae vnumquodque respiciant, sed non aequaliter modificentur, quia & iustis eum benignum ostendit antea acta iustitia, & illis terribilem, culpa. Quorum pauorem quis explicet, cum contrigerit miseris & intra se culpas cernere, & ante se iustum iudicem videre? Haec Greg. Vel aliter dicere possumus, quod sicut ebrii ex oculorum infectione vident res aliter quam sint, vel sicut febricitantibus apparent dulcia & sapida, insipida & amara ex infectione gustus, sic peccatores in tantum erunt infecti ex maculis peccatorum, quod splendidum iudicabunt tenebrosam.

Sequitur tertium, scilicet post situationem meritorum disceptatio, & sic prius Dominus incipiet a bonis, quos, scilicet disponit, & hoc duplici ratione. Primo quidem, quia ipse semper pronior est ad misericordiam quam ad iudicium, & ideo de operibus misericordiae disceptaturus, ab operibus misericordiae incipiet, & non ab operibus iustitiae inferendae damnandis. Secundo vt mali iustorum beatitudinem videant & tristrentur, dicentes *intra se poenitentiam agentes, & pra angustia spiritus gementes, Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum & in similitudinem improprij, nos insensati vitam illorum existimabamus insaniam & finem eorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est.* Super. Qui habitat. Alia ratio posset assignari, scilicet vt ostendat se inuitum damnatae reprobos. Thren. 3. *Non enim ex corde Deus humiliavit & abiicit filios hominum.* Item ne boni ex dilatione affligerentur, quia *spes quae differitur affligit animam.* Prouer. 13. Fiet igitur vt di-

ctum est, & tunc dicet rex his qui a dextris sunt.

Venite benedicti, &c. Vbi aduertit: Gratiolam imitationem. Venite inquit. Prouer. 9. *Venite & comedite panem meum & bibite vinum, &c.* Viscerosam suppositionem seu colligationem vel adoptionem. *Benedicti patris mei*, cuius, scilicet fuistis plasma per creationem, serui per subiectionem, filij per dilectionem eritis haeredes per regni caelestis possessionem, vt benedictio domini sit super caput iusti. Eccles. 44. Qui

Gratia finalis iustorum. Prouer. 9.

Eccles. 44.

Eccles. 47.

Iustorum praemio.

Apoc. 1.

Regnum Dei non est casuale. Beatitudo praeparata.

1. Cor. 2.

1. Cor. 2.

1. Cor. 2.

1. Cor. 2.

1. Cor. 2.

1. Cor. 2.

1. Cor. 2.

1. Cor. 2.

1. Cor. 2.

1. Cor. 2.

1. Cor. 2.

1. Cor. 2.

1. Cor. 2.

1. Cor. 2.

1. Cor. 2.

1. Cor. 2.

1. Cor. 2.

1. Cor. 2.

1. Cor. 2.

libet enim talis inter benedictos benedicetur. Eccles. 47. Gloriosam praemiationem: *Percipite regnum*, Vos eritis reges. Apocal. primo. Fecisti nos regnum Deo nostro. studiosam ordinationem, quia hoc regnum non est casuale, sed praeparatum vobis ab origine mundi. De qua praeparatione studiosa & copiosa loquitur Apostolus primae ad Corinth. 2. & accepit de Isa. 64. *Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit qua praeparauit Deus iis qui diligunt eum.* Et statim subiungit Dominus causam tanti beneficii a se collati, inquit. *Esuriui enim & dedistis mihi manducare*, &c. Haec omnia possunt non tantum literaliter, sed etiam moraliter exponi. Christus enim sicut fidem nostram. Ioan. 4. *Mulier, da mihi bibere.* Et in cruce positus dixit: *Sitio.* Ioan. 19. *Matth. 21. Cum exiret a Bethania esuriit*, Et hoc considerans sapiens Ecclesiasticus dicebat cap. 4. *Animam esurientem ne despexeris* Isa. 58. *Cum effuderis esurienti animam tuam & animam afflictam repleueris, oriatur in te lux tua.* Est enim hospes, quia non inuenit vbi caput suum reclinet, & ipse continue pulsatur ad ostium conscientiae nostrae, & nullus vult eum intra domum recipere conscientiae, immo Deus siquando suscipiatur nimis cito ignominiose inde expellitur. Mirum est quod anima Deo tam sit ingrata cum sit omnibus quibuscunque vilibus mundi & carnis nunciis aperta, & ipsos tam diligenter & sollicitate introducat, foueat, & conseruet. Iudicium primo, *Omnes uno animo regis mandato contradixerunt & remisertunt eius nuncios vacuos, ac sine honore abiecerunt.* Nudus insuper est, quia ipsum non operimus charitate, cum dicat Isa. 58. *Cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris*, scilicet illum qui propter te similem carnem tibi sumpsit. Infirmus est dum, scilicet nostram infirmitatem assumpsit & vult visitari gratitudine ac tanti beneficii recognitione. Eccles. 7. *Non te pigeat visitare infirmum.* Ex his enim in dilectione firmaberis. Est tandem incarceratus, ad Rom. 1. *Veritatem Dei in iustitia deinent.* A quibus vult liberari per ipsorum poenitentiam conuersionem, vel per ipsorum correctionem Eccles. 4. *Libera enim qui iniuriam patitur de manu superbi, & non acide feras in anima tua*, scilicet laborare pro eius liberatione.

Sitit Christus fidem nostram. Ioan. 4. *Mulier, da mihi bibere.* Et in cruce positus dixit: *Sitio.* Ioan. 19. *Matth. 21. Cum exiret a Bethania esuriit*, Et hoc considerans sapiens Ecclesiasticus dicebat cap. 4. *Animam esurientem ne despexeris* Isa. 58. *Cum effuderis esurienti animam tuam & animam afflictam repleueris, oriatur in te lux tua.* Est enim hospes, quia non inuenit vbi caput suum reclinet, & ipse continue pulsatur ad ostium conscientiae nostrae, & nullus vult eum intra domum recipere conscientiae, immo Deus siquando suscipiatur nimis cito ignominiose inde expellitur. Mirum est quod anima Deo tam sit ingrata cum sit omnibus quibuscunque vilibus mundi & carnis nunciis aperta, & ipsos tam diligenter & sollicitate introducat, foueat, & conseruet. Iudicium primo, *Omnes uno animo regis mandato contradixerunt & remisertunt eius nuncios vacuos, ac sine honore abiecerunt.* Nudus insuper est, quia ipsum non operimus charitate, cum dicat Isa. 58. *Cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris*, scilicet illum qui propter te similem carnem tibi sumpsit. Infirmus est dum, scilicet nostram infirmitatem assumpsit & vult visitari gratitudine ac tanti beneficii recognitione. Eccles. 7. *Non te pigeat visitare infirmum.* Ex his enim in dilectione firmaberis. Est tandem incarceratus, ad Rom. 1. *Veritatem Dei in iustitia deinent.* A quibus vult liberari per ipsorum poenitentiam conuersionem, vel per ipsorum correctionem Eccles. 4. *Libera enim qui iniuriam patitur de manu superbi, & non acide feras in anima tua*, scilicet laborare pro eius liberatione.

Sequitur. *Et dicunt Domine quando vidimus te, &c. & respondet. Quamdiu fecistis vni de his fratribus meis minimis mihi fecistis.* Non simpliciter minimis, quia non ei qui nequiter se humiliat & cuius interiora plena sunt dolo: sed dicit minimis meis quos mihi charitas copulauit. Sequitur tandem. *Tunc dicet & iis quia a sinistris erunt, &c.* vbi ponitur damnatio reproborum, & damnationis causa subiungitur.

Christus non suscipitur & munda introducuntur.

Iudic. 1.

Christus nudus est.

Isa. 58.

Christus infirmus est.

Eccles. 7.

Christus incarceratus.

Rom. 1.

Eccles. 4.

Situs malorum a sinistris.

Damnatio nis causa.

*Discedite, &c.* Vbi aduertendum est amarum repudium quo sic expelluntur. *Discedite à me.* Clamabunt siquidem damnandi dicentes. *Domine aperi nobis,* ostium videlicet tuæ misericordiae, ne patiaris à patre filios miseros separari vel elongari. Sed Dominus respondebit. *Recedite,* qui scilicet ad me venire & accedere pertinaciter recusastis dum quotidie vocarem vos, & dicerem. *Venite filij audite me.* Post illatum conuictum quo sic confundentur, *maledicti*, audientes damnandi amarum repudium seu diuortium quo cogentur à Domino separari, clamabunt & dicent. Heu Domine si omnes à teipso cogis recedere, saltem nobis beneficium tuæ benedictionis impende. Sed econtrario dominus clamabit. *Recedite maledicti.* Psalm. *Benedictio elongabitur ab eis.* Acerbum supplicium ad quod transmittuntur, *in ignem,* scilicet. Vociferabuntur enim dicentes, Domine transmittite nos saltem ad locum alicuius refrigerij ex quo tuam benedictionem non possumus obtinere. Ad quos Dominus. *Ite in ignem,* qui in mundo positi prauis concupiscentiis exarsistis. *Ignis, grando, nix, spiritus procellarum erit pars calicis eorum.* Psalm. O quam amara portio erit bibentium eam. Dicitur Isa. 21. *Protensum exilium quo sic proscibuntur,* quia æternum. Plorantes enim acclamabunt, *Domine fac vt hoc acerbum supplicium celerius finiatur.* Quibus Dominus. Non, sed immo erit æternum 2. Thessal. primo. *Pœnas dabit in iudicio æterno.*

Non benedicentur.

Damnandi ad ignem ibunt quare. Isa. 21.

2. Thessal. 1.

Tremendus cui submittuntur, scilicet diabolus. *Paratum diabolo.* qui erit princeps vester. Clamabunt siquidem vlantes & dicentes, *Saltem Domine præsta nobis pacificum & tranquillum rectorem,* qui paterno affectu nostræ calamitati compatiatur, quibus Dominus respondebit, *nonquam fiet, sed eritis subditi patris vestri,* quia *ex patre diabolo estis.*

Damnandorum consortium.

Horrendum consortium cui annectuntur, quia additur. Et Angelis eius. Heu siquidem Domine clamabunt, saltem da nobis solatium gratæ societatis vt possimus respirare aliquantulum, sed econuerso Dominus clamabit, non; sed eritis cum Angelis spiritibus reprobis qui esse cum sanctis in tribulationibus nolueritis.

Damnandorum hospitium inquietum. In iudicio iudicabunt pauperes quare.

Inquietum hospitium in quo recluduntur. *Et ibunt hi in supplicium æternum.* Heu miserabiles peccatores, qui tunc nullum remedium poterunt inuenire. *Stabant tunc iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt.* Iudicium (vt dicit Gregorius vbi supra) pauperibus tribuatur, quia qui nunc nequitur comprimuntur, ipsi tunc super oppressores suos iudices erunt. O infelix peccator quid facies quando sic comprehensus nec ipse te poteris adiuvare vel excusare? Audi quod dicit Hieronymus super Matt. In iudicio (inquit) extremo opera singulorum loquentur & ora tacebunt ne alter pro altero interueniat, sed singuli ibi timebunt. O lignum aridum (ait Anselmus in orationibus) & inutile, æternis ignibus dignum, quis respondebit in illa die qua exigeret à te vsque ad ictum oculi omne tempus videndi tibi impensum qualiter fuerit à te expensum? tunc examinabitur quicquid operis, & otij, & silentij vsque ad minimam cogitationem, & hoc quod vixisti, si non ad Dei voluntatem fuerit directum. Væ quot peccata

In iudicio vnusquisque pro se non pro altero.

In iudicio exactio criminum rigorosa.

prorumpent ibi ex improviso, quasi ex insidijs, quæ modo non videntur! Certe forte plura terribiliora iis quæ nunc vides: nunc esse mala putas, quæ nunc esse bona credis, nudata facie apparebunt ibi nigerrima. Hæc Anselmus. Ibunt igitur peccatores in supplicium æternum, supplicia quæ non possunt verbis exprimi. Erit ibi duplex generalis pœna, scilicet pœna sensus, & pœna damni. Pœna sensus erit ad omnes quinque sensus, nam quantum ad aures siue auditum, erunt ibi clamores cruciantium, & mutuo exhortantium. Item blasphemiarum exprobrantium & sibi mutuo maledicentium, patris filio & econuerso. Item gemitus lamentantium, & præ dolore ibi vlulatus horrendos dantium. Ad oculos vero tenebræ palpabiles, excæcantes visum, fumus turbulentissimus & suffocatiuus, lachrymæ tribuentes oculos & faciem, aspectus pœnarum, tortorum, & tormentorum. Dicit enim beatus Gregorius 9. lib. Moral. cap. 49. super illud Iob. 10. *Et sempiternus horror inhabitat.* Gehennæ flamma nequaquam reprobis lucet ad consolationis gratiam, & tunc lucet ad pœnam, vt damnatorum oculis supplicij ignis & nulla claritate candeat, & ad doloris cumulum detenti qualiter crucientur ostendat. Ad odoratum fœtor intolerabilis ex feris illis quas inussit ille ignis conflagrationis. Item ex sulphure horrendo. Item conscientia marida generabit fœtorem maximum. Item vermes qui scaturient in carne & similiter tinea. Isa. 14. *Subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes.* Ad gustum, quia amaritudo peccati redundabit in gustum. *Item fel draconum vinum eorum.* Item serpentes horrendi qui ingredientur per os. Item fames perpetua. Item sitis cruciatum. Ad tactum, vermibus, ignis, frigus, vlcera, tortores, tinea. Pœna damni erit de absentia diuina, vt ostendit Augustinus in libro de triplici habitaculo modicum ultra principium, sic inquit: Principalia sunt duo tormenta in inferno, frigus intolerabile, & calor ignis inextinguibilis, de quibus duobus innumera pendunt tormentorum genera.

Pœna generalis duplex sensus & damni. Sensus quinque que damnatorum puniuntur. Damnatorem auditus puniuntur. Damnatorem oculi puniuntur.

Greg. 10. 10. Flamma Gehennæ lucet ad pœnam.

Damnatorum odoratus puniuntur.

Isa. 14. Damnatorum gustus puniuntur.

Damnatorum tactus puniuntur. Damni pœna quæ. In inferno duo sunt principalia tormenta.

Iudicij sententia quomodo delinenda.

Iudic. 6. Gerobaal alio nomine Gedeon dicitur. Gedeon excussit à paleis frumenta, coxit hædum, carnem supra petram posuit, ius carniū desuper fudit. Gerobaal qui alio nomine Gedeon dicitur, habens iudicium interpretatur. Psalm. *Beati qui custodiunt iudicium & faciunt iustitiam in omni tempore.* Iudicium enim determinat causas, dicitur Prouer. 26. *Cogitationes infortunum, insitiam,* Vbi debet homo continue commorari, quia ibi legitur constitutus. Gene. *Plantauerat autem Dominus Deus paradysum voluptatis à principio,* id est in oriente: in quo posuit hominem quem, &c. Paradysus locus deliciarum animæ est. Prouer. 8. *Delicia mea esse cum filiis hominum.* Dati sunt cibi inusitati & delicati quibus Dominus ab anima vult pasci, & non cibis communibus, id est, operationibus mundanis, quia illis Dominus fastiditur

Oriens pro aduentu ad iudicium.

Luc. 17. Oriens pro Christo.

Zach. 3. Isai. 3.

Leuit. 1. Vesicula o-

uicula ponenda in Oriente quid mystice.

Superbia reprimenda. Hæc dum occidere mystice quid caro mortificanda.

Carnes supra petram ponere quid. Delectationes carnales exciccande.

Ius carniū mystice quid. Ius in petram fundere quid.

Genes. 27. Rebecca ad Iacob præcipit afferre duos hædos optimos quid.

Rebecca Symbolum Ecclesie.

Jacob Symbolum viri simplicis.

Hædi pro appetitibus inordinatis.

Hædi cur optimi.

Rebecca ad Iacob præcipit afferre duos hædos optimos quid.

Rebecca Symbolum Ecclesie.

Jacob Symbolum viri simplicis.

Hædi pro appetitibus inordinatis.

Hædi cur optimi.

fastiditur. Ponitur igitur paradysus in Oriente. per Orientem intellige aduentum ad iudicium. Lucæ 17. *Et erit aduentus filij hominis quasi fulgor qui exiit ab oriente.* Vel pro Oriente Christum, quia *uir oriens nomen eius.* Zachar. 3. Ita igitur debet plantari mens fidelis ad Orientem vt semper habeat diuinum iudicium præ oculis, semperque formidet & timeat, quia Isai. 3. *Portule meus qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt.* Et Leuit. primo, præceptum est vt vesicula o-uicula poneretur in Oriente altaris in loco vbi erant cineres, inuens ad memoriam iudicij motus elationis surgit in te. & inflaris ad modum vesicæ quæ nihil continet nisi ventum, pone te ad Orientem, id est ad Christum, vnde talia oriuntur de quibus te exaltas, vel cogita quod nulla sint respectu illorum quæ pro te Christus passus est, puta si de sanctitate gloriaris fueris. Igitur iudicium Gerobaal summitatem virgæ dedit cum rectitudine iudicij, quia vt ait Gregorius, virtutum gratia separat à paleis vitiorum. Hæc dum occidere est carnis appetitum mortificare. Carnes eius supra petram ponere est corpus nostrum ad Christi imitationem cruciare. Ius carniū est etiam carnales delectationes exciccande, siquidem in te natant, sic cor in cogitationibus. Et tunc quasi ius in petram funditur ex carne liquida, quando mens à cogitatione carnali fluxum euacuat, sicque accenditur sacrificium, & in flamma dilectionis ad Deum Angelo producente transuolat, & sic sui & populi liberatio impetratur. Si autem de hoc vis aliam figuram accipere potes historiam de Iacob. Genes. 27. vbi dicit Rebecca ad Iacob. Affer mihi duos hædos optimos, &c. Narra historiam. Nora Rebecca Ecclesia. Iacob vir simplex, qui mundum nititur supplantare. Hædi appetitu inordinati ex fœditate capræ, id est, peccati exorti. Sed optimi dicuntur si maestentur, quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Maestantur igitur per detestationem peccatorum & confessionem, &c.



# FERIA TERTIA

## PRIMÆ HEBDOMADÆ,

### SERMO PRIMVS.

Matth. 21. Gratia diuina statim informatur.

1. Ioan. 2. Verbum diuinum est instructio elationis euidentiæ, dignioris excellentiæ, dulcioris complacentiæ.

Primer. 16. Cibus communis pro operatione mundana.

Gen. 2. Principium pro oriente.

Primer. 16. Cibus communis pro operatione mundana.



**D**ocebat eos de regno Dei. Matthæi 21. Quod diuina gratia habeat informare statim, protestatur diuina scriptura in pluribus locis 2. *Vnctio docebit vos de omnibus,* & in Euang. cap. 16. *Cum venerit ille spiritus docebit vos omnem veritatem.* Vt igitur hanc appetamus propter tria ad hoc inducit nos Saluator in verbo proposito, videlicet quod verbum eius est instructio clarioris euidentiæ, dignioris excellentiæ, dulcioris complacentiæ. Primum ibid. *De regno Dei.* Tertium, quod de Deo. *Cum intrasset Iesus Ierosolymam com-*

*mota est, &c.* Secundum quod dicit beatus Ambr. super Luc. lib. 5. cap. 24. *Studia virtutum sine gratia torpescunt.* Et ideo beatus Bernard. super Cant. sermone 2. *Diligenter, inquit, considera quæ apponuntur, vt nulla vide licet Dei dona debita actione gratiarum frustrentur, non grandia, non mediocria, non pusilla.* Denique fragmenta colligere iubemur ne pereant, id est, nec minima beneficia obliuisci. Nunquid non perit quod donatur ingrato? Hæc Bernard. Vt igitur virtus in nobis gratitudinis debite obseruetur, oportet vt de his quæ Deus nobis dedit debite ei recognitionis munera afferamus, nisi volumus argui sceleris vt ingrati. Vere saluator noster ad pietatis opera heri nos induxit, verum hæc pietatis opera aliqui volunt vendere non donare, contra Saluatoris præceptum. Matth. 10. *dicentis Gratis accepistis, gratis date.* Idcirco ad ea offerenda liberaliter admonemur in Euangelio hodierno, in quo quatuor innuuntur, videlicet Stupor admirationis ex concursu populorum. *Cum intrasset.* Rigor castigationis pro defectu commissorum. *Et intravit Iesus in templum Dei, & eiciebat, &c.* Liur indignationis ex anfractu inuidorum. *Et accesserunt.* Tenor confutationis ex processu conscriptorum. *Nunquam legis.*

Ambrosii Bernard. De gratitudine donorum Dei. Dona Dei actione debita gratiarum non frustranda. Fragmenta colligere, quid. Beneficia omnia Dei non obliuiscenda.

Matth. 10. Summa Euangelij in quo quatuor innuuntur.

Stupor admirationis ex concursu populorum cum Iesus intrasset Hierosol. Ciuitas commota mystice quid. Anima commouetur quando. Iesus cum ingreditur sed diuersimode.

Mat. 21. Angelus nuncius est Domini.

Terræ motus magnus mystice.

Quantum ad primum narrat Euangelista quod veniente Iesu facta est propter famam ipsius magna commotio in populo dicente. *Quis est hic?* Reuera numquam Deus ciuitatem animæ nostræ ingreditur, quin magna commotio subsequatur. Quod si quæris quænam sit hæc commotio: Respondeo quod secundum diuersitatem aduentus hæc ciuitas diuersimode commouetur. Venit enim Deus ad ciuitatem quandoque per mortem, ad quam sequitur gloria, sicut heri patuit in beatis, & tunc fit magna commotio. Matth. ultimo. *Et ecce terramotus factus est magnus. Angelus autem Domini descendit de caelo.* Angelus Domini est nuncius, qui eum citat in morte coram Deo. Terræ motus magnus est quando homo terrenus transcendit, scilicet vsque ad cælum empyreum. Hæc vero *est mutatio dextera Excelsi.* Quandoque per damnationem, sicut patet in reprobis, ibi fit commutatio magna, dum, scilicet conturbantur interius, deformantur exterius, relegantur inferius, vbi debent perpetuo cruciari & tormentari. Psalm. *Conturbati sunt omnes & moti sunt, quoniam iratus est eis, &c.* Quandoque per inspirationem, siue fiat per flagella, siue per beneficia, siue per prædicationem, & tunc fit in hac ciuitate de qua loquitur Euangelista, id est, in anima commotio, quia memoria turbatur de commissis, intellectiua illustratur, voluntas inflammatur ad peccata detestanda. Eccles. 29. *Commouit eos quasi fluctus maris, & Thren. 4. Magna est velut mare contritio tua.* Ponit autem exemplum de mari, quia mare quatuor facit. Habet enim generare dolores capitis, immittere turbationem in stomachum, prouocare vomitum, auferre appetitum. Sic certe signum est quod Deus ciuitatem animæ nostræ intravit, quando est dolor in mente, conturbatio in conscientia, quæ vult reicere peccatum, vomitus confessionis, & nausea siue extinctio appetitus inordinati. De huiusmodi ciuitatis commotione

Anima commouetur per inspirationem, per prædicationem.

Eccles. 29. Thren. 4. Similitudo à mari desumpta mare facit quatuor illud ascendentes.

Animam nostram Deus ingreditur quatuor modis.



**Ezech. 28.** & commutatione habetur figura Ezech. 28. vbi Ezechias interpretatur auxilium Domini vel confortatus à Domino. Aqua pro deuotione vel doctrina spirituali & consilio.

**Ioan. 10.** Fodere ferro mystice. Rupes pro cordis duritia. Puteus pro humilitate.

**Genes. 46.** Puteus iuramenti pro humilitate. Venditium & ementium de templo eiectio. Oues significant opera misericordiae quare. Ouis tota vilis mystice. Per boues penitentiae status designatur.

**Isai. 1.** Columba contemplationis symbolum. Contemplantes sunt columbae. Fructus respondent tribus personarum differentiis. Per boues coniugati intelligi possunt. Per oues viduae designari possunt. quare per colubas virgines signari possunt. Vinculum symbolum charitatis. Iugum symbolum obligationis ad praecepta diuina. Oblatio absque fermento quid.


**Leuit. 10.** Fermentum pro intentione inordinata. Amor funis est.

**Prouer. 7.** Lectulus pro quiete.

**Judic. 16.**

castigationis suae percutit filios dissolutionis. Psalmista. *Visitabo in virga iniquitates eorum.* quantum ad iniquos, & *in verberibus peccata eorum,* quantum ad illos qui suum amorem nimis in temporalibus ponunt.

Nota quantum ad penitentiam quod homo quantumcumque sapiens, debet requirere consilium sacerdotis. Sicut enim oculus omnia videt, & tunc seipsum videre non potest, sic sapiens facta aliena potest & non propria inueniri. Officium autem confessoris est discernere inter lepram & lepram. De quibus Leuit. 13. Sicut autem species leprae assignantur, sic gradus peccati. Gregorius. In capillis, id est, in cogitationibus, quae à capite, id est, à mente defluunt. In capite, id est, in delectatione. In barba, id est, in fragilitate animi quando inclinatus fuerit. In cute, id est, in opere exteriori quando actu commisit. In viua carne, id est, si frequenter incipit crescere. In vlcere, id est, in consuetudine quando homo est infamis. In vulnere, id est, in corrosione quando exesit ex alterius consortio. Omnia ista debet confessor diligenter attendere, &c.



**FERIA TERTIA, SERMO SECVNDVS.**

**Vm intrasset Iesus Hierosolimam,** &c. Matth. 21. Beatus Gregorius 1. lib. Moral. cap. 32. pertractans illud Iob 1. *Ibant filij eius & faciebant conuiuia per domos, unusquisque in die suo,* dicit. Filij per domos conuiuium faciunt dum virtutes singulae iuxta modum proprium mentem pascunt. Vnde bene dicitur. *Vnusquisque in die suo.* Dies enim vnus cuiusque filij est illustratio & illustratio vnus cuiusque virtutis. Et praemissa distinctione donorum siue virtutum, & ostenso quomodo vnumquodque donum siue vnaquaque virtus celebrat diem suum, subiungit sic. Sed illud in hoc filiorum conuiuio perscrutandum video quod semetipsos inuicem pascunt. Valde enim singula quaelibet destituitur si non vna alij virtus virtuti suffragetur. Minor quippe sapientia est si intellectu careat, & valde inutilis intellectus est si ex sapientia non subsistat. Et virtutes naturales non solum mutuo se inuicem, sed etiam vocant forores suas tres, scilicet, fidem, spem, & charitatem. Ex his igitur Gregorij verbis illud colligitur, videlicet quod vna virtus non possit sine alia conservari, immo sine alia inutilis est & vana. Illa autem inter alias quae magis habeat officium conferuandi, est illa quae respicit diuinum cultum, & ad illam videntur caeterae ordinari. Quia igitur frequenter & plurimum errant homines circa illam, & per consequens connexionem dirimit aliarum, idcirco ad illam debite acquirendam nos inducit Saluator in Euangelio hodierno, dicens. *Cum intrasset Iesus. In quo quidem quatuor innuuntur, videlicet, stupor*

Sampson ligatus septe funibus quid. Nerui à carne procedunt mystice. Amor temporalis funis nerueus. Flagellat Deus peccatores funibus nerueis. **Psal. 38.** Sapiens omnis quantum ad penitentiam facit. Confessoris est discernere inter lepram & lepram. **Leuit. 13.** Peccatorum species sicut leprae assignantur capilli pro cogitationibus. Barba pro animi fragilitate. Caput pro delectatione. Curtis pro opere exteriori. Vulgus pro consuetudine. Vulnus pro corrosione. **Mat. 21. Iob 1.** Conuiuium facere per domos quid. Dies vnus cuiusque filij quid. Filij Iob semetipsos inuicem pascebant. Virtus vna virtuti suffragari debet. Intellectus ex sapientia subsistere debet. Virtutes naturales se inuicem mutuo & vocant tres. Theologicae virtutes forores suas.

Religio virtus est quae alias confortat & ad illam carere ordmantur. Euangelij appendix in qua quatuor innuuntur.

Ad Iesum populi ex admiratione concurrerant.

Iesum commendabant populi ab quatuor. Iesum Propheta Nazarenus & Galilaeus, id est, rotans. **Galilaeus, id est, rotans. 1. Reg. 25.**

In paradiso deliciarum semper sunt flores, & fructus. **Ecdl.** Ficulnea fructum pro floribus habet.

Stupor admirationis ex concursu populo- rum. Rigor castigationis, pro abusu diuinorum. Livor indignationis, in conflictu inuidorum. Tenor confutationis, ex processu conscriptorum.


Colligitur autem admirationis stupor ex insolita commotione: *Cum intrasset Iesus.* Castigationis rigor ex authentica expulsionem. Indignationis rancor, ex maleuola obiectione. Confutationis tenor ex Prophetica protestatione, *Iesus dixit,* &c.

Praemittitur ergo stupor admirationis ex concursu populorum Vbi aduertere possumus 4. videlicet,

Gratiosam visitationem accedentis Domini. Gaudiosam visitationem occurrentis populi. Seriosam percuntationem diligentis studij. Luculentam illuminationem excellentis tituli.

Commendabant autem ipsum de quatuor, scilicet, de clementia miserantis dulcoris. *Hic est Iesus.* De notitia dirigentis splendoris. *Propheta.* De munditia excellentis pudoris. *Nazarenus.* De iustitia exercentis rigoris. Quia *Galilaeus,* id est, rotans, scilicet peccatores. **1. Reg. 25.** *Anima inimicorum tuorum rotabitur.* Ergo si es plenus peccatis, hic est Iesus miserans viscerose. Si ignoras, hic est Propheta radians luminoso. Si debilis aut fragilis, hic est Nazarenus recreans copiose. Si obstinatus, hic est Galilaeus conterens dolorose, de qua rotatio- ne patuit in Euangelio hesterno.

Aduerte autem quod iste benedictus flos recreat, quia odore, quia decore, quia pudore, quia sapore. Sic enim est flos quod cum hoc simul est fructus. Nota de ingressu Chr. quando ipse ingressus est ciuitatem huius mundi ad assumendum carnis cilicium, tunc mutatio magna fuit facta, quia fuit tunc virginitas foecundata, diuinitas infirmata, infirmitas subleuata, sublimitas inclinata, immensitas coarctata, aeternitas temperata, & sic per ordinem. Nota de fructu, quia secundum Damascen. in paradiso deliciarum semper sunt flores & fructus. Vnde **Eccles. 24.** *Flores mei fructus honoris & honestatis,* & hoc videmus in quibusdam arboribus quae habent fructus pro floribus sicut patet in ficulnea. Secundo subiungitur rigor castigationis, &c. prosequere Euangelium.



**FERIA QVARTA**

**D**abitur ei signum Iona Prophetae, Matth. 12. Diuinam gratiam debet homo omni tempore implorare triplici ratione, videlicet quia homo ad ipsam benigniter inuitatur, *Dabitur ei.* Ad ipsam vtiliter regulatur. *Signum.* Etiam mentaliter expiatur vel consecratur. *Iona,* qui interpretatur columba, &c. *Dabitur,* &c. Querit Chrysostomus super

Matth. Homil. 13. in minori, quae mereatur oratio siue petitio exaudiri, & respondet quod illa sola quae est ad reuerentiam non ad contumeliam concedentis. Vnde & ipse Saluator dando nobis formam in vnaquaque petitione tenenda, vt idem Chrysostomus dicit, nomen amoris & reuerentiae praemittere voluit, & non timoris dicendo, *Pater noster qui es in caelis.* Petitio namque quae diuinam derogat bonitati, pro eo quod ipsa sit ad peccatum, condemnationem meretur non gratiam. Et licet de hoc exempla quamplurima possent poni, sufficiat tamen exemplum quod in Euangelio hodierno recitatur. In quo quatuor innuuntur, videlicet.

Petitio deceptionis. *Accesserunt ad Iesum.* Responso directionis vel instructionis. *Generatio mala.* Praedictio damnationis. *Cum immundus.* Praescriptio cognitionis. *Adhuc loquente.*

Aliter potest dictum Euangelium introduci sic. Licet cuncta opera conditoris sint sicut diuinitatis & excellentiae ostensiuia, quia Sapient. 13. *Amagnitudine speciei & creatura cognoscibiliter potest creator horum videri,* illud tamen quod eius excellentem praesidentiam manifestat est misericordia. Ratio autem est, quia quando res in seipsa non potest videri, oportet quod ex sua proprietate cognoscatur. Exemplum de ferro, quod cognoscitur vtrum sit ignitum, quia vehementer est calidum, &c. Vel vtrum hoc sit verum aurum, quia est igne examinatum. Nunc autem visa est diuina proprietates, quia omnes alias antecedit. Deus cui proprium est misereri & parcere, cantat Ecclesia. Igitur, &c. Vnde si quaeris, quid est misericordia? Respondeo. Nihil aliud est quam misero cordis impensio, non solum per dilectionem, verum etiam per compassionem & ostensionem subuentionis si fieri potest. In hoc igitur quod Dei filius seipsum obtulit pro humana natura, exuberantiam suae misericordiae & pietatis ostendit, & per consequens excellentiam diuinitatis. Quotiens igitur ad contemplationem diuinitatis ascendere cupis, proponitur tibi via & signum directiuum, scilicet inspectio inexplicabilis pietatis, quod si per illud figmentum eius diuinitatem aspicere nolueris, erit tibi signum, scilicet, iustitiae futurae condemnationis sicut patuit in Iudaeis. Et quod hoc sit verum tibi declarat Euangelium hodiernum, in quo Christus signum petentibus suae diuinitatis, nullum aliud dedit nisi signum Ionae Prophetae, id est, per quod figuratur veritas eius mortis & immolationis. Deinde vt supra, narra historiam primae partis, & cuius signum petebant, & qua intentione. Sequitur,

Respondens ait illis. *Generatio mala* (per inuidiam & nequitiam) & *adultera* per idololatricam, superadde vsque. *Sic erit filius hominis in corde terra.* Iona, id est, columba signat cor hominis, in quo debet esse simplicitas columbina. **Psal. 50.** *Cor mundum crea in me.* &c. Niniue gemmen pulchritudinis pulchram animam praefigurat, de qua **Cantic. 4.** *Tota pulchra es amica mea,* hoc animae canitur iuste, sed peccatum foedat, ideo ad eam mittitur Iona per

Oratio exaudiri mereatur quatenam. In orationis principio quare Pater noster. Summarium Euangelij. Opera omnia conditoris sunt diuinitatis ostensiuia. **Sap. 13.** Misericordia praesidentia Dei creatoris manifestat. Proprietates res quandoque cognoscitur. Misericordia quid. Iona figura mortis Christi. Iudaei generatio mala & adultera quomodo. Iona interpretatur columba. Simplicitas Columbina debet esse in corde humano. Niniue gemmen pulchritudinis. Niniue praefigurat animam pulchram.



per diuinam inspirationem, ad cor scilicet hominis, vt ipsi interitum nunciet si non agat penitentiam. Vnde dixit, *Adhuc quadraginta dies, &c.* vbi ducitur vicenarius in vicenarium, malum culpæ in malum pœnæ, & ideo dicitur Niniue subuertetur. Nuncium Deus mittit miserabilem, quia fuit transgressor diuini præcepti, & diuinæ inspirationis, fugit à facie Dei in Tarsis. Quomodo ibit in Niniuem, id est, in animam, scilicet, quæ non vult esse cum ipso? Tarsis quæ dissipans speculum interpretatur, gaudium mundanum signat, quod dissipat speculum fidei, quia videmus nunc per speculum in ægumate, dissipat inquam operibus fœdis. Mare est mundus per quem ad istud gaudium peruenitur, sed frequenter antequam perueniat homo ad gaudium quod affectat, à marina bellua, id est dæmone deuoratur. Nautis ista caro est propria quæ semper te ducit in Tarsis, id est, in mundanam lætitiā. Hanc ascendit Ionas vt fugiat à facie Domini, non attendens quod Dominus in spiritu Domini comeret nauis Tarsis, Plal. *In hac naui graui sopore iacet.* Ionas columba seducta, id est, miserabile cor peccatoris sopitum. *Surgere qui dormis*, dicit Apostolus, &c.


Nora quod clausæ sunt fenestræ per quas deberet lux ingredi & dies apparere, & ideo dormiens vertendo te de latere in latus, id est, de peccato in peccatum, vsquequo piger dormis? Tempestas mundi aduersitalque non finit hominem frequenter in Tarsis, id est, ad gaudium peruenire quod oprat. O infelix peccator quomodo potes dormire in tam valida tempestate? Nautæ corporis tui excitant te & excitare conantur, vt inuoces Deum tuum. An non excitat te dolor capitis? An non cæcuries oculo-rum? An non debilitas membrorum? Inuoca Deum tuum. Sed quid debet excitare & dicere? *Mitte te in mare*, scilicet amaræ contritionis, quia Thren. 2. *Magna est velut mare contritio tua.* Sis in corde ceti, id est, dæmonis qui deuorauerat, sis inquam non per habitationem, sed per considerationem & meditationem, tribus diebus, quia consideres Diuinam potentiam quæ ad penitentiam te adducit, quæ dies prima. Hostis fraudulentiam quæ te decipit, & à iustitia adducit, quæ dies secunda. Amicitiam Dei quam gratis contempsisti, & hæc est tertia dies. Vel sic. Nequitiam hostis cui te commisit. Gaudia à quibus excludebaris. Et tormenta quibus deputabar. Et tunc pilcis euomet te de ore suo & ad litus proiciet. Sic erit filius hominis, hoc voluit dicere Christus quod haberent signum suæ damnationis & reprobationis, non signum saluationis. Perierunt enim signum in profundum inferni & non in excelsum supra Is. 7. Hoc signum impressum est eis quando dixerunt. *Sanguis eum super nos & super filios nostros*, &c. Tunc facta est oratio eorum in peccatum. Habuerunt signum, quia Christi mortem pertractauerunt, sed non eius resurrectionem crediderunt, & ideo dicit non dabitur aliud signum, &c. Sic erit filius hominis in corde terræ, scilicet peccatoris, stat mortuus, nec vis ei aperire cum continue clamet Iob. 10. *Terra ne operariis sanguinem meum.* Stat mortuus tribus diebus, quia triplicem radium immittit tibi boni, scilicet, temporalis, corporalis & spiri-

tualis, & tribus noctibus, scilicet, triplicis punitionis, scilicet, in propria persona, in temporalibus bonis, & in consanguineis. Sicut fuit Ionas tribus diebus, quia in pueritia, iuuentute, & senectute. Sed aduerte quod nisi nunc resurgat in te per gratiam, his diebus transactis, resurget per horrendam iusticiam. Cum immundus spiritus, immundus est tam formaliter quam effectiue. Fœdat enim omnem locum, id est, conscientiam per quam transit. Malach. 2. *Contaminauit sanctificationem Dei, quam dilexit.* Ambulat per loca arida id est, per conscientias sanctorum quæ sunt instinctu spiritus sancti exiccata. Gen. 8. *Adduxit Dominus spiritum super terram & imminuit sunt aque,* scilicet mundanarum voluptatum, & infra. *Aspexit Nè viditque quod exiccata esset superficies terra:* Ambulat inquam per suggestionem, &c. Aliter expulsus per penitentiam reuertitur per reciduum, cum septem spiritibus nequioribus, quia reciduians septem transgressiones committit, videlicet,

Ingratitudinem veniæ sibi factæ.  
Fracturam fœderis quo Deo promiserat non peccare mortaliter.  
Subfannationem misericordiæ cui illuser.  
Contumeliam sacramenti confessionis & matrimonij per eam contracti inter Deum & inter se, & tradidit se in manus inimici.  
Iniquitatem retributionis eiiciendo Dominum.  
Perditionem Dei castri, quod peccando tradidit in manus inimici.  
Et iniquitatem transgressionis, &c.



FERIA QVINTA



*E*gressus Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis, &c. Matth. 15. Scriptura diuina quæ teste Augustino 2. de doctrina Christiana, vtitur magis in sua significatione proprietatibus rerum quam in verbis, dummodo consonam proprietatem accipiat, à vocis significatione non curat dissonare. Exemplum patet in multis. Nam quia per cor siue per affectum ad animam ingreditur spirituale nutrimentum, ideo vocat frequenter ipsum os, vt Plal. *Os iusti meditabitur sapientiam* & alibi. *Aperi os tuum & adimplebo illud,* eo quod hæc dilatio fit ad formam vasis, quod profundatione & distensione fit capacius. Hæc distensio est bonæ vitæ continuatio. Hæc profunditas est humilitas. Greg. lib. 20. Moral. cap. 25. Affectus siue cor ad promerenda cælestia tantum fit capax quantum fuerit in expectando longanimis. Et ideo alto consilio omnipotens Deus, cum sanctis eius, aduersariis persecutionibus comprimuntur, cumque assiduis vt liberentur interpellationibus clamant, differre solet voces seu vota petentium, vt merita patientium crescant, quatenus eo magis exaudiantur ad meritum, quo citius non

Dies tres pro tribus bonis,  
Noctes tres pro tribus punitionibus.  
Spiritus immundus tam formaliter quam effectiue quis.  
Mach. 2. Loca arida pro conscientis sanctorum.  
Genes. 8. Spiritus immundus reuertitur cum septem spiritibus nequioribus quare.  
Reciduians in pactum septem transgressionis committit.  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7

non exaudiantur ad votum. Ipse reuera dicit per Prophetam. *Dilata os tuum* (siue affectum, quod fit per longanimitatem patientiæ expectantis) & ego implebo illud, &c. vt supra. Quam patientiam quia ista sancta mulier habuit, idcirco à Domino excellenter meruit exaudiri, sicut Euangelium protestatur. Igitur egressus, &c. in quo quatuor notantur, videlicet: Clangor implorationis pulsantis diuinitatem. *Egressus Iesus.* Rigor exprobrationis probantis humilitatem, qui non respondit ei verbum. Vigor perduratiōis monstrantis stabilitatem. *At illa*, &c. Tenor exauditionis donantis salubritatem, *tunc respondens Iesus ait, O mulier.*

Quantum ad primum, attendere debemus dulcorosam dignationem venientis, *Egressus Iesus.* Virtuosam conditionem accurrentis, *Ecce mulier.* Lachrymosam petitionem indigentis, *Filia mea.*

Vnde nota, quare venit, quia Saluator, quia sole adueniente fit salus 1. Reg. 11. *Erīs vobis salus cum incaluerit sol.* Et vnde venit, quia de Nazareth, quæ interpretatur orta natiuitas, siue ortum principium. Miche. 5. *Egressus Iesus à principio dierum æternitatis eius.* Plal. 18. *A summo calo egressio eius,* &c. Alio modo interpretatur generans dura & significat diuinam iusticiam, quæ concutit & conturbat mare, id est peccatores, vel inducit super eos fluxus punitionum & vndas pœnarum: *Flauit spiritus tuus, & operuit eos mare,* &c. Quis est motus per quem incessit, quia secessit, id est, seorsum à sua æterna natiuitate; & à sua iustitia procul recessit. Quis locus ad quem accessit, quia in partes Tyri & Sidonis. Nota, non dicit simpliciter in Tyrum & Sidonem, sed in partes Tyri & Sidonis. Si enim loquamur de primo Christi aduentu, ipse venit in partes Tyri. Tyrus enim interpretatur angustia. Hæc autem duas habet partes culpæ & pœnæ. Christus assumpsit pœnam non culpam. Sidon interpretatur venatio.

De secessu Christi ad partes Tyri & Sidonis. 2. Mach. 5. Iudas Machabæus secessit in desertum locum, quare. Mali fugiendi. Iudas glorificans vel confidens interpretatur. *Matth. 11. Ioan. 8.*

Christus cur venit in partes Tyri & Sidonis & non in Tyrum & Sidonem. Tyrus interpretatur angustia. Angustia duas habet partes culpæ & pœnæ. Christus assumpsit pœnam non culpam. Sidon interpretatur venatio.

Christus cur venit in partes Tyri & Sidonis & non in Tyrum & Sidonem. Tyrus interpretatur angustia. Angustia duas habet partes culpæ & pœnæ. Christus assumpsit pœnam non culpam. Sidon interpretatur venatio.

De secessu Christi ad partes Tyri & Sidonis. 2. Mach. 5. Iudas Machabæus secessit in desertum locum, quare. Mali fugiendi. Iudas glorificans vel confidens interpretatur. *Matth. 11. Ioan. 8.*

quero. Sed certe quærebat gloriam patris. Sed Machabæus Machabæus, id est, protegens, adiutor enim meus & protector factus est mihi in salutem, qui fuerat decimus, quia finis limes & terminus omnium quæ ab ipso ad instar numeri processerunt: vel decimus, quia supremus ad nouem ordines Angelorum. Benignitatem præcordij miserantis, quia secesserat, id est, abierat. Papias, id est singulariter abscedere. Sed benedictus Dei Filius non potuit magis abscedere quam assumendo omnes nostras miseras præter culpabiles, ideo bene in desertum. Isa. primo. *Terra nostra deserta, regionem nostram coram nobis alieni deuorant.* Tranquillitatem factarij patientis, quia humiliter deuoratus est inter feras quæ crudeliter suum medicum peremerunt, immo quæ seipsas spiritualiter perimunt telis mortalibus se libere exponentes, sic enim prædictum ipsi fuerat, Dan. 4. *Cum bestis ferisque eris eris habitatio tua.* Sed quod demorabatur in montibus cum suis, ipse enim demoratus est ad literam in montibus, quia in culmine virtutum & perfectionum, sed demoratur nunc in monte vberissimo misericordiæ suæ, in monte, scilicet, Oliueti, in monte, scilicet, vbi fluenta gratiarum scaturiunt. Hic est mons Dei, mons pinguis. Sedulitatem armarij recondentis, siue conubij annectentis, quia fœni cibo vescebatur, quia peccatores vult sibi annectere & eos sibi incorporare. Daniel 10. *Fœnum vt bos comedes*, fœnum de quo Plal. *Cum exorti fuerint peccatores sicut fœnum, & apparuerint omnes*, &c. & alibi. Homo sicut fœnum. Attenditur etiam motus celeritas. Et ecce, id est, statim, non enim tardauit, sed statim egressa est.

Quantum ad secundum, vbi ponitur sexus fragilitas, quia mulier. Cultus disparitas à finibus illis egressa. Nota de hoc figuram 4. Regum 8. vbi dicitur. Cum finiti essent septem anni, scilicet, famis præteritæ, reuersa est de terra Philistiim mulier, & ingressa est vt interpellaret regem pro domo sua & pro agris suis. In quibus verbis attende; Deuastitatem designari animam destituentem, quia septem anni id est vniuersa peccata quibus anima fuerat peregrina à Deo. Sanitatem inchoari maculam abicientem, ideo reuersa est cum finiti anni essent. Ierem. 3. *Reuertere peccatrix Israel ait Dominus, & non auertam faciem meam à vobis,* & cap. 31. *Reuertere, virgo Israel, reuertere ad civitatem tuam.* Maiestatem implorari veniam elargientem, & ideo ingressa est, scilicet, peccari vincula, vt interpellaret regem, scilicet Christum. Libertatem postulari, penitentiam restituentem, quia pro domo sua & agris, id est conscientia & sensualitate. Thren. vltimo. *Hereditas nostra versa est ad alienos, domus nostra ad exirancos.* Petit enim vt à seruitute peccati eripiatur; & sibi tradatur propria conscientia, venit & adorauit eum dicens, *Domine adiuua me.* Hæc sancta mulier tribuit nobis formam, diuinam gratiam impetrandi. Debemus enim ad amorem eius properare per dilectionem, quia venit. Supplicare per deuotionem, quia venit. *Et adorauit.* Explicite debitionem, quia venit. *ideo adiuua me.* Diuina

Ionas transgressor diuinæ inspirationis mystice quid. Tarsis interpretatur dissipans speculum. Tarsis lætitiā mundana dicitur. Mare pro mundo, mundus est mare.  
Nautis pro carne, Tarsis pro mundana lætitiā.  
Nautis Tarsis Dominus conteret quid.  
Ionas columba seducta.  
Ionas dormiens mystice quid.  
Fenestræ causæ quibus lux non ingreditur quid.  
Aduersitas non finit hominem ad gaudium peruenire.  
Nautæ corporis excitare hominem quid.  
Mittere se in mare quid.  
Thren. 2.  
Ionas in corde ceti tribus diebus quid.  
Terra pro peccatore.  
Iob. 10.  
Christus mortuus tribus diebus & tribus noctibus quare.

Machabæus id est protegens. Christus decimus, quare dicitur.  
Christus secessit in desertum mystice.  
Isa. 1.  
Dan. 4.  
Montes pro virtutibus & perfectionibus.  
Mons misericordiæ.  
Dan. 10.  
Fœnum pro peccatoribus.  
Ecce pro statim.  
Chananaea figura.  
4. Reg. 8.  
Anni septem pro peccatis vniuersis.  
Sanitas animæ inchoatur cum macula abicitur.  
Ierem. 3. & 31.  
Thren. vlt.  
Chananaea formam præscribit impetrandi gratiam diuinam.

Ad amorem Dei prope- rare debe- mus per di- lectio- nem. Chananaea supplicat per deu- otionem qua explicat de- fectio- nem. Christus sol propter multa. Malac. 4. Sol per ac- cessum vel recessum mutationem facit in re- bus. Sol iustitiae peraccessum vel recessum ad animam mutationem facit in ea. Verbum Dei non fructi- ficat, quare.

In Euange- lio tria in- nuuntur. Chananaea visitata a medicante Iesu. Chananaea postulantis, supplicatio Chananaeae aegrotantis restitutio perfecta, & sanabilis filia pro anima. Sap. 1. Orbis ter- rarum pro peccatori- bus terrenis. Peccatores dicuntur terra. Gen. 2. Chananaea non cito ex- audita, quare. Orationis necessitas.

Diuina scriptura Christum solem commemorat Malach. 4. & haec rationabiliter propter mul- ta, specialiter tamen quia sicut latio solis in cur- riculo obliquo, vt dicunt tam doctores Catho- lici quam etiam mundi sapientes, facit mutatio- nem in rebus per suum recessum, humiditas ar- borum congelatur ne fluat, & ideo in hyme videntur quasi mortuae, non solum priuatae floribus & fructibus, verum etiam frondibus: per eius autem accessum humor congelatus li- quefcit & fluit in folia, flores & ramos, & fructus: sic recte ille sol iustitiae quando per culpam a mente hominis elongatur, humor deu- otionis constringitur & tepescit, & in gelu a- cediae conuertitur, intrantum quod rami chari- tatis arescunt, folia, honestae conuersationis seu locutionis defluunt, flores odoriferae conuersa- tionis vel orationis perimuntur, & fructus me- ritoriae operationis misericordiae perduntur. Et forte ista est causa, quare hodie verba praedica- tionis non fructificant, quia semen aliud ceci- dit in terram bonam, aliud inter spinas, &c. At vero hoc sole iustitiae appropinquante, ani- ma virefcere incipit, ac etiam pullulare, quod vti- que ad sensum licet quodammodo appareat manifeste, exemplum tamen proponitur in Euangelio hodierno sub figura Chananaeae, quae nunquam accessit ad Christum pro filiae, salu- te petenda, nec salutem eius per consequens imperauit, nisi Christo prius appropinquante ad ipsam, quemadmodum series Euangelij ma-ifestat. In quo quidem Euangelio tria breuiter innuuntur.

Benigna visitatio medicantis, *Egressus Iesus.*  
Deuota supplicatio postulantis, *Domine.*  
Perfecta restitutio aegrotantis, *O mulier.*

Quantum ad primum, narra historiam. No- ta per filiam, animam. Sapientiae primo. Sa- pienter fecit Deus nationes orbis terrarum, & sa- men non est illis medicamentum, & hoc de illis qui nolunt recipere medicinam, ob quam rem anima seu filia infirmatur. Orbis terrarum, id est terrenorum peccatorum, qui terrena cogi- tatione in terrenis affectibus nutriuntur. Gen. 2. Terram comedes & supra pedes tuos gradie- ris. Gradiens super terram cor habet in solo. Nota de muliere. Hieronymus contra Iou- nianum lib. 1. Haec norma scripturarum, vt de- ficientibus sanctis viris, mulieres in virorum laudentur opprobria. Si quaeratur, quare no-luit exaudire eam tam cito, respondeo pro- pter mulieris confidentiam approbandam, vt tu infelix homo qui non confidis erubescas, &c. Propter approbatam constantiam diuul- gandam, vt valeas constantiam mulieris imi- tari. Propter orationis necessitate declaran- dam, vt, scilicet discipuli orarent pro ea, quo datur intelligi orationis necessitas. Has ratio- nes assignat Gloss. Propter eius gratiam exal- tandam, vt diligenter custodiant quod cum la- bore acquisitum est. Chryostomus. Propter vberiore gratiam conferendam. Non summis- sus nisi ad oues qua perierunt, &c. Quia non ad haedos qui sunt in sinistra finaliter collo- candi, non ad lupos, quia volebat hanc escam in ouem conuerti, quod factum est. O quor- sunt canes in mundo qui non sanguinem be-

stiarum sed pupillorum lambunt 4. Reg. 22. Detraho- res canes sunt. 4. Reg. 22. Canis lin- gua medi- cinalis.

Etiam Domine. Nam & catelli, &c. O stupenda & humilitas & constantia mulieris! Christus eam vocauit canem, & ipsa sibi hoc nomen noluit arrogare, quia canis aliquid ha- bet industriae, quia cognoscit Dominum suum, sed ipsa non praesumpsit hoc dicere. Item do- mum custodit, & furis ingressum arceat, & etiam matrem regit. Haec non sic de se dicit, quia nec domum conscientiae custodire se fate- ri voluit, nec latratum confessionis habere quo hostis depellitur, sed se nominauit catellum qui indifferenter cum omnibus ludit, quia omni vitio adharebat, quia dominum non cognoscit qui indifferenter contra quemlibet latrat. Item humilitas, quia quos Christus vocat filios, ipsa vocat dominos, dicens. Edunt de micis quae cadunt de mensa domi- norum suorum, & ideo vidit mulier prudens quod ex hoc aliquid honesti a Domino reporta- ret, quod & factum est.

Sequitur tertium. O mulier, &c. Moraliter mulier ista tam prouida anima est, in qua ti- mor Dei qui sapientiae principium, collocatur. Prouerb. ultimo. Mulier timens Deum ipsa lau- dabitur, & 14. Mulier sapiens adificat domum suam. Et bene dicitur Chananaea, quia de sua salu- te Zelotypa Eccli. 51. Zelatus sum bonum & non confundar. Filia conscientia. Eccl. 36. Filia est melior, filia, id est conscientia quando est pro- ba est melior corde vago. Item de sponso suo Christo. 3. Regum 19. Zelo zelatus sum pro Domino de filia. Deutero. 7. Filiam tuam non dabis filio eius, id est peccato quod est filius diaboli. Haec vexatur, dum a Daemonis tenta- tione concutitur. 2. Machab. 14. Prauisate uni- uersum genus nostrum non minimum vexatur. Psal. Vexati sunt a tribulatione malorum. Sed quid dicitur Isa. 28. Sola vexatio intellectum da- bit auditui. Hoc enim debet considerare ani- ma prudens quod haec vexatio ab onere com- missae culpae procedit, & ideo ad Dominum pro salute consequenda confidentius debet accede- re, maxime quia egreditur eius iustitiam reli- quendo, scilicet Christi, cum ipse sit iustitia. Abacuch. 3. Egressus es in salutem cum Christo tuo, id est cum chrismate & dulcedine pietatis & clementiae, non rigore austeritatis & iustitiae. Et venit in partes Tyri, id est angustiae culpae, & Sidonis, id est illorum qui sunt vexati a da- mone Thren. 3. Venatione ceperunt me quasi auem inimici mei gratis.

Chananaea humilitas quam ma- gna. Canis ali- quid habet industriam.

Anima mu- lier Chananaea. Timor Dei principium sapientiae. Prouerb. 14. Animae filia conscientia. Eccl. 36. 3. Reg. 19. Dem. 7. Peccatum filius diaboli. Anima vexatur da- monis tenta- tione. 2. Mach. 14. Vexatio ab onere culpae commissa. procedit. Christus iustitia est. Abacuch. 3. Christus venit in partes Tyri & Sidonis quid. Thren. 3. Anima pec- catum & fi- nes peccati relinquere debet. Exod. 8. Egyptum & fines eius egredi de- bemus quid mystice. Genes. 19. cruciari. Genesis decimonono.

Gen 12. Pater pro diabolo. Ioan. 8. Generatio pro omni peccandi opportuni- tate. Affectus mundano- rum dimit- tendus. 1. Mac. 5. Iudas Ma- chabaeus Ti- motheum fugauit fi- gura.

Iudas inter- preatur confessor. Machabaeus interpreta- tur prote- gens vel per- cutiens nunci- um. Penitentiae partes tres, peccata tri- bus perimi- tur.

Solatia munda- na cito occidunt, & animae insi- dantur. Ierem. 15. Iud. 19. Gabaa inter- preatur tor-rens. Timotheus interpreta- tur benefi- cium. Timotheus significat daemone- m.

Non stes in omni circa regione. Et 12. Egredere de cognatione tua & de terratua, & de domo patris tui, id est diaboli. Vnde. Vos ex patre diabolo estis. Ioan. 8. De generatione, id est, de omni oppor- tunitate peccandi, quod si non fecisti, non effu- gisti laqueos inimici. Sufficit enim quod te li- get per pedem affectionis, & tamen dimittit ti- bit guttur confessionis. De hoc egressu habetur figura 1. Machab. 5. vbi dicitur quod Iudas Ma- chabaeus cum tribus ordinibus bellatorum Ti- motheum inuasit, qui terram inuasit Iudaeo- rum, & populum peremerat & captiuauerat, multisque de populo Timothei interemptis, ip- sum fugauit, quo facto Timotheus iterum po- pulum congregauit, assumens sibi Arabes, & sic contra Iudam processit. Deditque populo suo victoriae vel ruinae signum dicens, si Macha- baeus transierit torrentem potens poterit aduer- sum nos, quod si non fuerit ausus transire, sed timuerit, tradetur Iudas in manus nostras. Iu- das confessor interpretatur. Machabaeus prote- gens vel percuciens nuncium. Tres ordines, tres partes penitentiae, scilicet detestationis in corde, accusationis in ore, & castigationis in opere. His enim tribus perimitur populus peccato- rum vsque ad octo millia. Octonarius est nume- rus solidus, millenarius est ultra quem egredi non potest, nisi per replicationem. In octo, peccati similitudo, in millia multitudinem, quae omnis per tres ordines perimitur, qui sunt ite- ratio, exercitatio, tenatio post confessionem. Ad quam assumis Arabes, quae regio interpreta- tur humilis, id est, occultae suggestionis. Item interpretatur insidiatores & Occidentales, & signat mundana solatia quae cito occidunt, & animae insidantur, vel faciunt animam occi- dere a lumine gratiae, Ierem. 15. Occidit sol eum esset dies. Iudicum 19. Occubuit enim sol cum esset iuxta Gabaa, quae proclius est, inter- preatur torrens, peccati terminus, quem si transierit Iudas habet victoriam in manu, si non, taderit in manum inimici. Nota quod Timotheus beneficium interpretatur & signifi- cat daemone, per contrarium sic est dictus, quia promittit tibi beneficia facere, vel quia est occasio beneficij quo homines excitantur vt mereantur vitam aeternam. Amen.



F E R I A S E X T A.

ANVS factus est homo, & sustulit grabatum suum, &c. Ioan. 5. Sicut peccatum habet enervare vigorem, effugare splendorem, generare torporem, sic diuina gratia habet sanitatem inducere. Ecce sanus factus est. Clara em immittit. Homo in quo. Fertidam repi- ditatem excludere. Et sustulit grabatum suum, &c. Pro ipsa ergo, &c. Erat dies festus Iudaorum, &c. Ioan. 5. Secun- dum quod ait Isidorus de summo bono lib. 1. cap. 33. de causis infirmitatis, infirmitates acci- dunt videlicet ex pecca. o, ex tentatione & com- plexionis intemperantia, & ideo licet huic no-

uissima possit humana medicina succurrere, aliis potest sola subuenire pietas diuinae miseri- cordiae, haec Isidorus. Et quia infirmitas scilicet non potest, ideo praecipit medicus decretalis vt semper medicus curam animae praemittere de- beat. Hunc modum proculdubio Saluator in suis curationibus voluit obseruare, quia quos post sanabat corpore, prius sanabat mente, si- cut Euangelium hodiernum nobis manifestat, quia prius Saluator noster ad curandum volun- tatem accessit cum dixit, Vis sanus fieri? &c. de- inde corpus restituit sanitati. Tanguntur au- tem in Euangelio hodierno quatuor, videlicet Calamitas languoris qua peccator affligitur ex parte peccatoris Erat enim dies festus. Benigni- tas dulcoris ex parte redemptionis, qua Salua- tor compatitur. Hunc enim. Malignitas rancoris ex parte detractoris qua detractor confunditur, Dicebat enim. Vtilitas sermonis ex parte cor- rectionis qua transgressor corripitur. Ecce sa- nus factus.

Quantum ad primum narrat Euangelista quod existente festo Iudaorum (ponitur Iu- daorum calamitas, quia illa festiuitates licet ef- fect ad diuinam reuerentiam, tamen Deus mo- dicum de ipsis curabat, quia multoties in fes- tis ad ea quae sunt mundi, plerique conuer- tuntur) ascendit Hierosolymam. Erat autem ibi piscina probatica, quae est ouis, quasi ouina, quia ibi sacrificia lauabantur, nullo enim tempore nec vasa contaminata, id est, conscientiae for- didae, nec sacrificia immunda Deo placuerunt. Vnde Apostolus. Sciat unusquisque vas suum possidere in sanctificatione, non in faetore & im- munditia. Vnde Hebraice cognominatur Bethsaida, id est, domus pecudum. Etiam habe- bat in circuitu quinque porticus in quibus pec- terant homines commorari, in quibus iacebat magna multitudo languentium, caecorum, clau- dorum, & aridorum expectantium posse con- sequi sanitatem.

Vnde autem habuerit illam virtutem piscina, pollet esse quaestio, sed circa hoc aliquid est cer- tum, aliquid dubium. Certum quod hanc vir- tutem non habebat ex sua naturali proprietate, tum quia natura de-erminatur ad certos affe- ctus, etiam circa illud quod operatur a tota spe- cie, vt aiunt medici, haec autem erat ad omnes infirmitates, tum quia haec virtus non inhare- bat ipsi in omni tempore, sed solum dum moue- batur ab Angelo, & ideo dicit, Cum Angelus Do- mini &c. tum quia solus primus qui ingrediebatur post motum sanabatur, & non alius, tum quia haec aqua erat pluuialis, vt sancti ponunt, & non scaturiebat, & per consequens ab aliis dis- tinguebatur specie. Hoc est certum. Sed dubium est vnde hoc habuit, vnde hic dicunt quod a li- gno Dominae crucis quod tunc cepit superna- tare, quod a Salomone fuerat positum sub ter- ra, & nullus praeter beatum Ioannem facit men- tionem de huiusmodi. Ex quo verisimile vi- detur quod ante Christum hanc virtutem non habuit, sed post Christum cito cessauit. Aliqui dicunt quod habuit ex tactu mundissimae carnis Christi aquam in suo baptisate consecran- tis. Aliqui quod ex diuino imperio & Ange- i ministerio qui ipsam aquam mouebat. Quic- quid fuerit, illa virtus erat ex Deo, & ad hoc fuit congruitas, quia semper Deus in suis operibus procedit ordinare, vt ab extremo

Infirmitate causa quae- nam & vnde. Medicus curam animae praemittere debet. Christus prius sana- bat animam, postea cor- pus. Euangelij diuini. Detractor confunditur. De piscina probatica: Conscientiae sordidae nunquam Deo placuerunt. Sacrificia immunda nu- quam Deo placita ideo prius lauaban- tur. Piscinae probatica cognominata Bethsaida. Piscinae virtus vnde. Piscinae virtus non erat in omni tempore. Piscinae virtus aqua per neta- lis. Piscinae virtus a ligno sanctae cruceis quod est loci positum a Salomone fuerat. Piscinae virtus post Christum cito cessauit. Christus in suo baptisate aquam consecrauit. Piscinae virtus a Deo erat.



Sanitas spiritalis non fit sine voluntate aegroti. Augusti. Sanitatis restitutio. Recidium periculosus est quam primum peccatum. Piscinae diuersae pro officii diuersis. Eccl. 2. Hortus pro Ecclesia, vel Pœnitentiæ pomario. Piscina dicitur veritas legis diuinæ. Angelus pro Christo. Piscina pro baptismo. Baptismus dicitur piscina. Passio Christi pisc. est Fons diuinæ pietatis piscina est. Pœnitentia est piscina. Piscina probatica mystice pœnitentia est. Nehem. 2. cap. 3. Pœnitentiæ latitudo, profunditas quænam. Piscina humilitatis. 3. Reg. 17. Piscina Samariæ custodia pœnitentiæ Piscinæ figura. Pœnitentiæ figura. Exod. 30. Vulg. accessit. Mare Symbolum amaritudinis contritionis. Confessionis figura. Satisfactionis figura. Isai. 33. Tabernaculum non poterat transferri. Aaron interpretatur montanus. Aaron hominem designat. Manus pro operibus.

per medium transeat ad extremum, quia aqua primò sacrificia exteriora purificabat, & debebat purificare animam interiorem, sicut nunc facit in viuo baptisinate. Prosequere historiam. *Vis sanus fieri?* hoc dicit ad curam suam. A causa infirmitatis incœpit sicut bonus medicus, quia peccatum erat eius causa, sicut innuitur: & ideo primò voluit voluntatem eius ordinare, quia cura spiritalis non fit nisi voluntate. Vide Augustinus. Qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te. *Hominem non habeo*, quasi dicat. Bene volo Domine: Sed quid mihi prodest hæc misera voluntas &c. *Surge*, restitutio sanitatis, *Tolle grabatum*: restitutio fortitudinis, non sic facit curatio medici, & *vade*, restitutio debiti. Præcepit ipsi tollere lectum ad miraculi confirmationem & diuulgationem.

De tertio, nota historiam & quod recidium est periculosus quam prima transgressio. Moraliter pro diuersis officii diuersas piscinas construxit. Eccl. 2. *Extruxit mihi piscinas aquarum ut irrigarem syluam lignorum germinantium in horto*, scilicet Ecclesiæ plantarum, vel in pomario pœnitentiæ. Et secundum hoc dicitur piscina vno modo veritas legis diuinæ. Quæ porticus quinque habuit: quia in quinque libris tradita est. Angelus mouens est Christus de cælo descendens, languidus, populus Iudaicus qui reuera in folis porticibus morabatur, nec piscinam, id est, legis spiritalis intellectum ingredi valuit. Alio modo piscina est baptismus, porticus quinque, damna quæ faciebat nobis originale peccatum, languidus, genus humanum, Angelus Domini virtus baptismi. Alio modo piscina est passio Christi, porticus quinque, vulnera eius. Alio modo fons diuinæ pietatis piscina est, quæ continuè ad susceptionem gratiæ inuitat. Sed omnibus prætermisissis dicitur quod probatica piscina quæ est in Hierusalem est pœnitentia, per quam homo pacificatur Deo, de qua loquitur Nehem. 3. *Piscinam quæ grandi opere constructa est*, scilicet à filio Dei. Verè grandi, quia grandia tollit, scilicet culpam & pœnam infinitam, & grandia confert, scilicet gloriam sempiternam. Tactus huius piscinæ est opus pœnitentiæ, latitudo eius charitas excessiua, profunditas est humilitas, quæ tanta est quanta fuerit terra, id est, terreni & temporalis affectus amotio, & ideo qui habent cor plenum rancore vel odio, qui habent affectum terrenis alligatum, nullam possunt habere piscinam pœnitentiæ. Piscina humilitatis est quæ ex abiectione temporalium fit, & fluit aqua in hac piscina, quæ abluit animam à peccato, & conuersationem à macula. 3. Re. 17. *Lauauerunt currum eius in piscina Samaria*, id est, in custodia pœnitentiæ. Sicut enim currus vehit, sic conuersatio portat. Et ideo hæc piscina extitit nobis figurata Exodi 30. *Facies labium & mare aneum cum basi sua ad lauandum, poneque illud inter tabernaculum testimonij & altaris, & missa aqua lauabunt in ea Aaron & filij eius manus & pedes, quando ingressuri sunt tabernacula, & incessuri sunt ad altare, ut offerat thymiamata a ne forte moriatur.* Nota hic per mare amaritudinem contritionis, per labium aneum quod sonitum facit, confessionem: per basim quæ sustentat, satisfactionem, per altare vbi sunt oblationes, præsentem Ecclesiam, per tabernaculum quod secundum Isai. 33. nequaquam

transferri poterit, illud de quo Psal. 23. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo*, Expone. Aaron qui montanus interpretatur, hominem signat qui de valle miseræ & culpe ascendit in montem gratiæ inde ascensus ad montem gloria, lauat manus, id est opera, & pedes, id est, affectiones ipse & filij eius, id est, cor & spiritus & animus, siue ad altare accedere debeat, id est, aggregari numero fidelium, siue introire in tabernaculum patriæ. Sed quid? aliqui faciunt sibi mare aneum, id est, amaritudinem culpæ cum obstinatione quæ est culpæ basis, vel labium aneum, id est, infamiam, qui gloriantur cum male fecerint. Isti tales bene signantur per mare asphalti, vbi non aqua expiationis, sed infectionis & conaminationis continetur, de quo narrat Isidorus tria. Primò quod nullum viuificat, sed vel reicit vel perimit. Secundò quod nullis ventis concutitur, & hoc propter comparationem aquæ bituminosæ: sic nec concutitur peccator, nec flatu inspirationis deuotæ, nec vento prædicationis, nec urbine comminationis. Tertio quia lucerna accensa super natar ibi, exincta vero statim mergitur: sic cor peccatoris splendorem sapientiæ & notitiæ non potest sibi imprimere, sed solum tenebras fraudis & malitiæ. Quot sunt mundi sapientes qui sciunt inuenire veritates infinitas, & tamen de diuina notitia nihil sciunt? Hæc reuera est piscina diaboli, vbi eius sacrificia adhibentur, ne aliquid retineant boni vel meriti, quam Isai. 22. testatur dicens. *Congregasti aquas piscinæ inferioris, & domos Hierusalem numerasti, & destruxisti domos ad muniendum murum, & lacum fecisti inter duos muros* (scilicet odium Dei & dilectionem sui) & *aquam piscine veteris, & non suspexistis ad eum qui fecerat eam*. Diaboli autem non est talis piscina qualis est in Hierusalem, id est, virtutibus constituta Domino in Ecclesia, & cætera. Quinque porticus sunt quinque considerationes quas debet habere peccator. Debet enim considerare Majestatem quam offendit. Si peccauerit vir in virum, placari potest ei Deus. Si autem in Deum peccauerit, quis orabit pro eo? 1. Reg. 2. Maculam quam contraxit, quid est tam fœdum quam peccatum? 1. Reg. 3. *Leua oculos tuos in directum & vide vbi nunc prostrata sis, &c.* Bonita em quam contempsit: Rom. 2. *An diuitias bonitatis & patientiæ & longanimitatis illius contemnis?* Gloriam quam amisit Psal. 108. *Qui noluerit benedictionem elongabitur ab eo*. Pœnam quam promeruerit eternam, Matth. 25. *Ite maledicti in ignem æternum, &c.* Sed in veritate multi iacent & pigritant sub istis porticibus, qui videlicet languent per torporem. *Languor autem prolixior grauat medicum*, Ecclesia. 10. *Cacutiunt per ignorantiam, Isai. 42. Qui populus meus cadens, apertos habens oculos*: Claudicant per inconstantiam, faciam, non faciam. Arescunt per cordis ariditatem, Psal. 10. *Aruit cor meum*. Verè si talibus dicatur, *vis sanus fieri?* protinus respondebunt, *Domine hominem non habeo*, non quia non habent cor hominis, vel spiritum in quo sit prudentia, sed cor bestiarum. Dan. 4. *Cor eius ab humano commuetur, & cor fera detur*. Fera à feriendo dicta eo quod crudeliter feriat, sic peccator non potest ferire crudelius quam ferire seipsum, & perimere in anima. Tales vti essent in porticibus memoratis, &

Pedes pro affectibus. Hominis filij cor, spiritus & animus. Ad altare accedere pro esse de numero fidelium, vel ingredi tabernaculum patriæ. Mare aneum facere mystice quid. Labium aneum facere mystice quid. Mare asphalti cuius rei figura & illius proprietates tres. Peccatores similes mari asphalti. Lucerna accensa super natar, extincta mergitur. Sapientes mundani nihil de Deo norunt. Mundus piscina Diaboli. Isai. 22. Piscina diaboli non est talis qualis, est piscina Hierusalem. Peccator omnis considerationes quinque debet habere. Majestas Dei offensa considerari debet à peccatore. 1. Reg. 2. Peccato nil fœdus. Jerem. 3. Peccator maculam contrahit. Peccator contemnit bonitatem Dei. Rom. 2. Peccator amittit gloriam. Peccator pœnam æternam promeruit. Mat. 25. Per torporem languet multi. Languidi multi sunt, & diuersi generis. Eccles. 10. Isai. 42.

Claudicare per inconstantiam. Cor hominis in cor bestiarum commuetur. Dan. 4. Fera à feriendo dicta est. Peccator fera est quare. Porticus diaboli quinque & quinam. Porticus diaboli figuratur per quinque reges. Gen. 14. Loth interpretatur decinans vel vincus & conclusus. Peccati delictatio fiat in pœnam satisfactionis. Languidus seu infirmus in piscina figura peccatoris. Numerus quadragenarius perfectum numerum signat. Numerus triginta octo dilectum signat.

non diaboli, quæ sunt quinque sensus voluptatis. Spes veniæ, credulitas diu viuendi, delectatio seu amor peccati, labor satisfactionis maxime in lucr. illicito, timor continendi, quia non sperat posse à libidine abstinere. Hæc figurantur per quinque reges Gen. 14. pugnantibus contra virtutes, vbi capitur Loth qui declinans vel vacans vel vincus & conclusus interpretatur. Sed quid debes facere? *Surge tolle lectum tuum*, id est, fac vt delectatio peccati vbi primo iacebas, quæ sustentabat te & portabat, fiat tibi in pœnam satisfactionis. Nota homo iste sic infirmus significat peccatorem per quatuor quæ hic tanguntur, quia ei defecit superna dilectio quæ notatur in annis 38. infirmitatis. Quadragenarius enim secundum Augustinum signat numerum perfectum, quoniam ex quatuor Euangeliorum doctrina, & ex decem præceptorum obseruantia confurgit, vel significat statum pœnitentiæ. Tricenarius octonarius in duobus deficit à quadragenario, & significat illos in quibus deficit geminata charitas, ex quo ad vitæ perfectionem non possunt nec ad statum pœnitentiæ peruenire, vel ad obseruantiam legis Euangelij, cui conuenit sincera confessio vel affectio. Vnde inquit, *vis sanus fieri?* Respondit quia ei decidit interna perfectio, & ideo suam miseriam recognouit, *Domine hominem non habeo*, id est, nec etiam velle nec etiam posse, nec merita suppetunt. Venit Angelus, mouit aquam, tangit cor, monstrat gratiam, sed hominem non habeo. Clamat Angelus, pœnitentiam inducit, lacrymas &c. cui subuenit diuina compassio quia dicit. *Surge surge qui dormis & surge à mortuis, illuminabit te Christus &c.*

SABBATO ANTE DOMINICAM SECUNDAM.

Thess. 3. Regressus inde inchoandus vbi accessus fuerit terminatus. A proximo nemo discedit nisi prius à Deo discesserit. A proximo inchoandum vt ad Deum reuertamur. Peccator ad Deum reduendus ordinem D. Pauli. *EMPER autem gaudete &c.* 1. Thess. 5. Rectus vero processus nunquam fallit cum procedat secundum ordinem ab infallibili regula constitutum. Hic docet quod inde est accipiendus & inchoandus regressus vbi accessus fuerit terminatus. Nunc autem ex sententia beati Augustini super Canonica prima Ioan. in Homilia vltima, & penultima, non potest quis à proximo discedere, nisi prius à Deo discesserit, immo ab eius mandato & consequenter à seipso, idcirco qui ad Deum reuerti desiderat, debet à proximo inchoare, vt ad ipsum accedens, & per seipsum transitum faciens, ad Deum valeat peruenire. Volens igitur diuinus Apostolus Paulus, peccatorem ad Deum reducere, hunc nobis insinuat ordinem in Epistola hodierna, in qua breuiter tria facit, quia Primo nos inducit ad supernam dilectionem, *Rogamus vos*. Secundo reuocat ad internam reformationem: *Semper enim gaudete*. Tertio pro nobis inuocat supernam præseruationem: *Ipsè autem Deus pascit &c.*

Inducit primo ad exhibendum nos proximis, non tantum ad corporalem necessitatem, sed etiam ad spiritualem refectionem, quibus debemus iuxta ipsorum exigentiam subuenire, & tangit quatuor, in quibus debemus subuenire proximis, scilicet; Quo ad reuocationem seu increpationem dyfcolorum, *Corripite*. Quo ad confortationem pauidorum, *Quia timidi corde*. Quo ad susceptionem collapsorum. Hæc autem suscipio debet fieri in corde per compassionem. Vnde idem Apostolus 2. Corinth. 11. *Quis infirmatur & ego non infirmor?* In ore per orationem Iac. 5. *Oratio fidei saluabit infirmum*. In opere per exempli ostensionem. De hoc figura Actuum 5. vbi dicitur, *quod ponebant infirmos in plateis vt transeunte Petro, eius umbra sanarentur*. Umbra autem procedit ex luce corpus obiectum illustrante, vel ex ipso corpore illustrato ab illustranti luce, quæ signat conuersationem. Petrus dicitur agnoscens se & Deum, & discalceatus ab affectu temporalium. Umbra conuersatio à luce gratiæ procedens quæ dum tangit infirmum sanat ipsum, &c. Dicit igitur Apostolus. *Suscipite infirmos*, non expellite, non interficite lingua detractionis quæ interficit velut gladius. De hoc figura in Ezechia Isai. 38. *Qui infirmatus cecidit in lectum: & conuersus ad parietem*, qui templum Domini respiciebat, *fleuit*, cui conceditur salutis vita 15. annorum, proles quia priuabatur, & sol retrocessit, nec non de manibus eripitur Regis Assyriorum & ciuitas liberatur. Ezech. auxilium peccatorum signat cui diuinum auxilium præstatur, infirmitas peccatum cui debet mors secunda succedere, hic diuinam sententiam considerans ad pietatem se conuertit, Paries, peccatum. Iniquitates enim nostræ diuierunt inter nos & Deum, & dicitur hic paries à parando. Item paries vilitas proprii corporis, quod corpus separat à Deo cum teneat animam incarcerationam, Apostolus Rom. 7. *Infelix ego homo, quis me liberabit à corpore mortis huius?* Plorat igitur Ezech. dum detestatur & ingemiscit culpam commissam, & ideo conceditur ipsi vita spiritus per gratiam, proles operum, liberatio de manu hostium. Sol etiam qui ad occasum ei per decem gradus accesserat, id est, per decem præceptorum transgressionem, retrocedit per misericordiam. Quindecim anni vitæ sunt requies animæ, per septenarium enim qui est numerus perfectus, significatur requies animæ, & per octonarium resurrectio corporum, quia Christus primitiæ resurgentium resurrexit die octauo, vt docet Aug. ad Bonifacium, quæstione 54. Dicit autem amplius. *Suscipite infirmos*, quo ad tolerantiam vitiosorum. *Patientes estote ad omnes*. Eccl. 2. *In humilitate tua patientiâ habe*, 2. Cor. 6. *In multa patientia, vt non vituperetur ministerium nostrum*; quo ad remissionem supplicij, *nulli malum pro malo reddetes*. Sed caue ne dicas illud 3. Reg. vltimo. *Non prophetauit mihi bonum, sed malum omni tempore*. Et ob hoc eius consilium prætermittas. Sic fecit, Agab. 3. Reg. 21. Narra historiam. Agab. id est, fraternitas Patris omnem hominem signat qui adoptatus per fidem & gratiam ad regnum patriæ ordinatur. Micheas quis hic, verè nullus vnde abest timor Domini, cui solum conuenit hominem stabilire, quia *nisi timor Domini tenuerit te, cito subuertetur domus tua*. Eccl. 27. Ramoth excelsum signum, factus animi, qui bene dicitur Ramoth Galaath, id est, aceruus testimonij, quia

Proximis subuenire debemus non solum secundum corpus sed & animam. Proximis subuenire debemus secundum quatuor. 2. Corin. 11. Iacob 5. A. 5. Umbra vnde procedat. Petrus dicitur agnoscens se & Deum. Lingua detractionis gladius quare. Ezechias conuersus, Isai. 38. Infirmitas pro peccato. Peccato mors 2. succedit. Paries pro peccato. Paries à parando dicitur. Peccata diuidunt. Paries pro vilitate corporis. Rom. 7. Solis recessus oratione Ezechia quid. Septenarius numerus perfectus. Octonarius pro resurrectione corporum. Eccl. 2. 2. Cor. 6. 3. Reg. vlt. 3. Reg. 21. Agab. id est fraternitas. Timor Domini solum stabilis hominem. Eccl. 27. Ramoth pro factu animi. Galaath, id est, aceruus testimonij



omnis mundana prosperitas siue casus est sibi testis. Ait enim, Ego deficio, sicut dicit Ber. Ruina ipsius voces sunt eius. Gregorius. Reuocat nos Apostolus quo ad internam reformationem, & hoc multipliciter. Quo ad culpae immunitatem, Semper gaudete, scilicet gaudio spirituali. Quo ad impetrationem vel procurationem

uenia: Orate siue intermissione. Quo ad recognitionem gratiae & beneficij, In omnibus gratias agentes. Quo ad impletionem inspirationum: Spiritum nolite extinguere. Quo ad Dei timoris receptionem. Ut spiritus sine querela in aduentu Domini seruetur. Prou. 15. Per timorem Domini declinat omnis a malo, &c.

Prou. 15. Timore Domini declinat omnis a malo,



# DOMINICA SECUNDA DE TRANSFIGURATIONE DOMINI.

Mat. 17. Vita actiua ordine praefertur contemplatiuae. Sine vita contemplatiua beati esse possumus.



SSUMPSIT Iesus Petrum & Ioannem, &c. Mat. 17. Bernar. Vita contemplatiua vitae actiuae praepositur dignitate, ac perfectione, e conuerso tamen actiua ordine debet praeferi, dicente Greg. super

Isid. 1. 3. Vita contemplatiua ex actiua. Num. 22. Iacob post luctum & non ante vocatus est Israel, quid mystice. Vita actiua praecedat contemplatiuam. Vita contemplatiua Deo assumente acquiritur. De Christi clarificatione.

Ezech. Homil. 3. Sine contemplatiua vita intrare possunt ad caelestem patriam, qui cum possunt operari non negligunt, sine actiua intrare non possunt, propter quod dicit Isidorus lib. 3. de summo bono. Qui prius in actiua vita proficit, bene ad contemplationem ascendit. Merito ergo in ista extollitur qui in illa utilis reperitur. Sic igitur ex actiua ad contemplatiuam peruenitur. Numer. 21. Orietur stella ex Iacob, ex luctu contemplatio. Sic Iacob post luctum vocatus est Israel & non ante, sicut licet Esau esset prior qui pilosus & asper erat: Iacob tamen leuis obtinuit benedictionem. Igitur vita contemplatiua actiuam concomitatur, propterea bene in praecedenti Dominica praemissum fuit Euangelium pugnae, & nunc Euangelium sequitur visionis, in quo datur forma per quam acquiritur, quia *assumpsit Iesus, &c.* Acquiritur enim non aliter nisi Deo assumente, & non facta propria subleuatione. In quo Euangelio quaeritur quidnam videatur, quia Christi clarificatio. *Resplenduit facies. Quid conseruatur, cadit homo & surgit: Nilhil videmus nisi, &c.* Propter quod teneatur, quia per certam visionem, quam vidistis. Idcirco ipsa est in principio inuocanda, quia ipsa habet illustrare cogitationes, *Resplenduit. Inflammare affectiones: Sicut sol. Venustate conuersiones: Facies eius.* Divina cognitio nihil est aliud quam directio animarum, quia igitur ita est, idcirco poterit quis Deum tanto simplicius contemplari, quanto magis ad superiora erectus, & a terrenis fuerit elongatus. Quod autem hoc sit verum, docet nos primo exemplum naturale. Sicut enim sapientes mundi quando volebant peruenire ad positionem caelestium, motus astrorum, & etiam planetarum, montes ascendebant altissimos, ex quibus tam clarus quam lacus aspiciant caelestia. Clarius quidem quia illis aspicientibus, nec ascendebant nebulae nec venti.

Visio Dei quid faciat.

Cognitio diuina quid.

Astrologi montes ascendunt quare.

Latus vero, quia terra eos non impediabat quin possent videre libere circumquaque. Sic certe qui vult caelestia mentaliter inspicere, debet montem contemplationis ascendere, ad quem nebulae phantasiarum ascendere nequeunt, nec venti tentationum, nec etiam turbines humanae sollicitudinis, quae mentes habent inuoluere, non etiam terrena affectio se opponit, quae solet aspectus latitudinem impedire. Secundò ad hoc idem est Saluatoris doctrina in Euangelio hodierno, ubi Christus volens suis discipulis claritatem suae maiestatis ostendere, eos in montem excelsum duxit, qui mentis extasim praefigurat. Ponuntur autem in Euangelio hodierno quatuor, videlicet Miranda siue stupenda transfiguratio, cum grata societate, *Assumpsit Iesus, & caetera*, Sancta siue deuota supplicatio ex pura simplicitate: *Faciamus hic tria tabernacula*. Diuinitatis attestatio caelesti auctoritate: *Paterna vox audita est*. Indicta occultatio ex tanta sagacitate: *Visionem quam vidistis, nemini, & caetera*.

Qui caelestia mentaliter vult inspicere, debet montem contemplationis ascendere.

Euangelij diuinitas.

Transfiguratio Christi cum gratia societate. Supplicatio beati Petri, in transfiguratione ex pura simplicitate. Diuinitatis Christi attestatio, ex caelesti auctoritate. Occultatio transfigurationis, ex sagacitate. Luca 9.

In transfiguratione quare tres tantum testes.

In transfiguratione tres discipuli determinati quare.

Quantum ad primum ponitur modus, & praemittit Euangelista tempus, quia sexta die transacta a promissione facta discipulis. *Sunt quidam de hic stantibus, &c.* Transacta sexta die haec est dies septima, & si diem qua promissum computaueris, octaua. Vnde Luc. 9. *Factum est autem post haec verba fere dies octo, & assumpsit, &c.* Christus tres discipulos suos, scilicet magis familiares assumpsit, & quos ducit, &c. Causa quare tres tantum, quia sufficiunt ad confirmationem testimonij. Item ad mysterium designandum, quia de tribus filiis Noe ex tribus mundi partibus erant ad visionem diuinæ claritatis vocandi, & hanc rationem assignat Hilarus, vel ut ait Rabanus ad designandum quod tantum in fide credentes erant assumendi & non alij. Quare autem isti determinate, respondeatur quod ob maiorem familiaritatem cum Christo, specialiter vero ad designandum quod non nisi per soliditatem fidei quae in Petro, longanimitatem spei quae erat in Iacobo, & feruorem charitatis quae erat in Ioanne, ad diuinam visionem perueniri potest. Eduxit illos in montem excelsum Thabor seorsum a mundi tumultu.

Glossa

Gloria beatitudinis in terra. Glossa. In montem, ut addiscant gloriam non in profundo huius seculi, sed in regno supernae beatitudinis esse quaerendam.

In transfiguratione ceterus congregatus quis. Quantum ad secundum ponitur ceterus congregatus ad istud spectaculum. Queri autem solet, qui vocati sunt ad hoc consilium, in quo actum est quid de Christi morte & post passionem deberet fieri, & quod statuendum tempus. Circa haec aliqua sunt expressa & per consequens certa. Alia vero non, tamen satis pie credi possunt. Expressum autem est primo, quod ad hoc consilium conuenerunt Moyses & Helias. Item quod ibi fuit vox Patris. Item quod habuerunt sermonem de passione Christi. Sic enim dicit Lucas. *De excessu eius quem completurus erat in Hierusalem*. Excessum vocat ratione profundae humilitatis, ratione acerbae pœnalitatis. Vos omnes &c. Ratione stupendae charitatis & benignitatis. Item hoc videtur certum ex testimonio Origen. super Lucam, quod Moyses pro salute populi allegabat, similiter & Helias. Dubia autem siue incerta sunt duo, quorum primum est, utrum Angelus ibi praesens fuit quantum ad determinationem. Secundum est utrum loquentes de Christi passione & de pœna eius excessiua, pro hac proferenda allegarent & supplicarent, an non.

Passio Christi quare excelsus.

In transfiguratione adfuerunt Angeli saltem Angelus, qui Christum, in horto efortauit.

In transfiguratione Christus solus se passurum elucida bar, testes vero duplicabant, ne pateretur. Christus passus non erat secundum tres Patris curias. Misericordiae curia condemnare non poterat Christum. Iustitiae curia Christum condemnare non poterat.

Lex scripta Christum condemnare non poterat.

Quantum ad primum rationabiliter & pie creditur quod tanta determinatio in qua de recuperatione Angelica tractabatur, sine ipsius Angeli praesentia facta non fuerit, maxime cum de omni parte ad eam aliqui conuenissent &c. ut darent secundum quod dicit Hieronymus non malignis Iudaeis, sed benignis discipulis signum de caelo & de inferno &c. Et si dicas, quis Angelus ibi fuerit pro tota caelesti curia? Respondeo & dico quod est notum illi qui hoc consilium aggregauit, pie tamen possumus credere quod ille idem Angelus fuit qui Christum tempore passionis in agonia positum confortauit.

Quantum ad secundum dicunt aliqui quod omnes hi Christum Dei filium passurum determinabant & postulabant a patre, ego autem puto quod omnes contrarium allegabant, & solus Christus erat qui seipsum elucidabar passurum. Videamus igitur breuiter allegationes ipsorum. Pater igitur sic loquebatur, fili mi si debes iudicium crudele accipere, oportet quod in alia curia condemneris, sed omnes breuiter horrent audire. Habeo enim tres curias, videlicet curiam misericordiae, curiam inflexibilis & inoblivabilis iustitiae, & curiam legis scriptae, nulla istarum patitur te sic impie condemnari. Primo siquidem misericordia non, quia non vult in crudelitatem transmutari, quae enim compatitur sceleratis, quomodo innocentem tradet condemnandum vel cruciandum? Misericordia igitur hoc faciendo perderet suam dignitatem. Iustitia etiam minime hoc ipsum pateretur, nullatenus enim vult obliquari, cum ex rectitudine vocetur iustitia. Insuper ipsa nescit malum pro bono rependere, nec iustis impendere supplicia reprobis, quomodo igitur te iustum iustitia condemnabit? Sed nec tertio lex scripta illud vult infringenda, videlicet, quod filius non portabit iniquitatem Patris, sed anima quae peccauerit ipsa morietur, sed filius cum sit portio Patris, iniquitatem ipsius ferre non debet, multo minus nec iniquitatem hostis ac publici inimici, humanae

nū autem genus tibi inimicum factum est à principio, quando tuam voluit surripere dignitatē, similitudinem scilicet meam, quam tibi impressi & quae tibi appropriatur, similitudinem nostri appetendo, igitur nullatenus debes pati. Ad hoc responderet filius quod misericordia illud postulat, ut quae exponitur pro miseria misericordans, cor autem est vitae principium, in quo si misericordia non sit, perit. Item vult iustitia, quia propter me orta est haec tempestas Ionae ideo mitte me in mare Passionis, portando peccata &c. Item lex debet seruari, quia non remittitur peccatum nisi &c. Humanum genus est obligatum tibi, nec habet unde possit satisfacere, & quia accipiendo carnem accepi super me debitum totius generis humani &c.

Filius portio Patris est.

Christus voluit condemnari, & rationem dedit Patri. Iona. 1.

Christus lege scripta condemnari pro hominibus debebat.

In transfiguratione Angelus dicitur Christum pro hominibus pati non debere, sed Christus ei reponeret. Diuinitas quodammodo moritur, in humanitate.

Angelus vero sic allegabat triplici ratione. Mi Domine indebitum est te sustinere, tu enim in quantum Dei filius vita es, ergo humana natura huic vitae indissolubiler copulata sustinere non debet mortem. Ad hoc responderet Christus, quod quia diuinitas vita erat & in se mori non poterat, idcirco oportet ut in natura assumpta pateretur, & ob hanc causam mihi inquit humanam naturam viuui, ut in ea quae per se mori non poterat diuinitas quodammodo moreretur.

Secundo argumentabatur Angelus sic. Iniustum est & indebitum videtur, quod illa debeatur abinuicem separari inter quae nunquam esse discordia, sed omnimoda tranquillitas fuit. Nunc autem inter animam tuam & sensualitatem siue carnem semper fuit concordia, pax omnimoda & rebellio nulla, ideo non debet fieri per mortem tam duram seiunctio. Ad hoc respondit Christus, quod quia sic, id est, sine rebellionem fuerat vita, idcirco est ad unitatem indissolubilem reducenda, quod vtiue mediante passione fiet.

Tertiò sic ait Angelus. Indignum est & incongruum tibi qui es potentiae infinitae quod deformi opere (si tamen opus dici potest) reprobis inimici tanquam causa vel instrumento vtaris ad tua excellentissima opera implenda, mors autem effectus est diaboli, igitur non debes ea uti ad reparationem humani generis destituti, immo nec etiam ad reparationem Angelorum qui mortem nescis. Ad hoc respondit quod in hoc facto commendat suamque declarat potentiam, prudentiam, & industriam etiam, ut quae proprio mucrone hostem perimit, & contractione facta facit sanum, & sanum prius frangendo consolidat. Nonne magnum est de fine vitae facere initium, & de vitae priuatione facere vitae causam? &c.

Mors effectus diaboli.

Moyse & Helias arguebant, tum quod hoc ipsum implebat intentum humani generis hostis, nam invidia diaboli mors introiit in orbem terrarum, tum quod si Christus tollebat peccatum, debebat auferre sequelam quae est mors, ipse autem peccatum non assumpserat, igitur nec peccati sequela ipsi debebatur. Ad hoc respondit quod in hoc non implebatur hostis intentio dum per mortem mors quam intulerat tollebat. Intendebat enim diabolus mortem perennem inducere per quam vita perpetua priuabatur. Hanc mortem Christus sua debebat destruere & excludere. Ad secundum respondit quod idcirco sequelam peccati assumpserat, ut omnibus fieret causa vitae.

In transfiguratione Moyses & Helias dicebant Christum pati non debere.

Mors sequela peccati.

Christi mors mortem destruxit.

Christus mortem assumpserit quare.

Factis autem praemissis & argumentationibus, & a Christo

Christo datis responsonibus dicit pater hec quod recitat Euangelium. *Hic est filius meus, &c.* quali dicat, considerate, & intel igitur quantam dilectionem habeat ad humanum genus, qui non obstante filiali dilectione, & non obstante a me facta obiectione seipsum pro humano genere redimendo liberaliter sic exponit. Et tunc facta consilij definitione clamore paterno ceciderunt discipuli, euanuerunt Moyses & Helias. *Petrus autem dicit, Domine bonum est nos hic esse, non descendamus ad illos qui te volunt occidere, sed faciamus hic tria tabernacula, &c.* Nota ad dictum Petri noluit respondere, quia Petrus nesciebat quid diceret, sed ipsi responderet Augustinus. Vide o Petre quam profunde locutus es: nam Deo tria sunt tabernacula faciendae, vnum in memoria, & hic est tabernaculum legis Moyses, aliud in intelligentia, & hic est Helias propheta, tertium per voluntatem & amorem. Et hic est triplex tabernaculorum, vt sibi praearet totam animam per desiderium, totam mentem per deuotionem, totum cor per amorem. Nota quod tria tabernacula Petri figurantur Deuter. 19. vbi sententialiter sic dicitur. *Tres ciuitates separabis tibi in medio terra quam Dominus Deus tuus dabit tibi in possessionem, sternens diligenter viam, & in tres aequaliter partes totam terra tuae prouinciam diuides, vt habeat e vicino qui propter homicidium profugus est, quo possit euadere. Hac erit lex homicida fugientis cuius vita seruanda est. Qui percusserit proximum suum nesciens, & qui heri & nudius tertius nullum contra eum odium habuisse comprobatur, sed ab isse cum eo simpliciter in syluam ad ligna cadenda, & in succisione lignorum securis fugerit manum, ferrumque lapsum de manubrio amicum eius percussit & occiderit, hic ad vnam praedictarum urbium fugere possit & euadere, ne si longior esset via, proximus eius cuius effusus est sanguis, dolore stimulat persequens interficiat, sicque moriatur.* Vbi locum seriosum prouidet conuoluendum, quia tres ciuitates. Psalm. *Quis deducet me in ciuitatem munitam? quis deducet me usque in Idumeam?* Id est, rufam, hoc est inflammaram diuina dilectione. Haec sunt in medio, id est, in corde siue in mente, memoria ad recognoscendum, intelligentia ad praecauendum, & voluntas ad diligendum, & ad ea quae Deo contraria detestandum. Via plana, non scrupulosa. Hic vide actum virtuosum consequenter assumendum, vel exercendum, quia debemus cum proximo, id est, cum spiritu ire in syluam, id est, in cor proprium vbi ligna multa nascuntur. Similiter in sensualitate, Iosue 17. *Ascende in syluam & succide tibi spatia in terra Pherezai,* id est, tentationis, quia tentatio a Deo separata. Vide lapsum criminolum diligenter praecauendum, ne, scilicet ferrum effugiat de manubrio, id est, ne rigor succedentis poenitentiae effugiat, id est ne rigor succedentis poenitentiae effugiat ab opere, & sic perimat proximum, id est, spiritum, quia tepor operis spiritum perimit & extinguit, illud quod cecidit de manu vnus filij. Prophetarum 4. Regum 6. Vide cursum fructuosum diligenter assumendum, quia statim debet ad vnam ciuitatem praedictarum confugere. Psalm. *Quis deducet me in ciuitatem, &c.* Via breuis, quia non debet esse dilatio poenitentiae, ne proximus occisi, scilicet Deus, dolore

sibus. In sandaliis circumspicionem & caute- lam in praeseruando se, vt nulla macula pedes, id est, affectus inficiat Math. 6. Praecipit Iesus discipulis suis, ne quid tollerent in via: sed calceati sandalijs irent. In dextraliois virilitatem operis. Num. 31. Offerimus in donarijs perifscelides, id est, ornamenta crurum & pedum, signantia gressus promptitudinem obsequendi. Sic enim illi amici Iob, dederunt ipsi in auream vnam auream, id est, obedientiam & promptitudinem obsequendi, & famulatum exhibuerunt. Iob. 42. Per lilia munditia carnis & cordis. Eccles. 39. Florete flores quasi liliu. Per anulum intimitas amicitiae & colligatio cum sponso suo a quo recesserat per peccatum. Et sic profecta est, scilicet de virtute in virtutem, & inimico caput, id est suggestionis principium proprio mucrone amputauit. Sic enim humilias superat inimicum. Exemplum de hoc legitur in vitis patrum, quod quidam nobilis in partibus Aegypti habebat filiam daemonicam: igitur quidam Monachus dixit: solitarij, id est, Eremitae curabunt eam, & ideo obserua ad videndum quae operatur, quod faciens homo duxit quendam de eis ad domum suam, qui cum introisset statim puella percussit eum in maxillam, & ipse alteram obtulit, cuius humilitatem daemon non ferens clamare coepit. O violentia humilitatis ab hoc loco exire me compellis, & statim puellam sanam dimisit. Humilitatis habenda exemplum in proprietate pannonis, qui habens caudam pulcherrimam erigit ipsam super caput ad modum circuli, & tunc in eius aspectu pulcherrimo delectatur & gloriatur: sed aspiciens pedes & tibias & illorum turpitudinem verecundans, statim caudam depouit. Nota cauda sunt temporalia, illa est abiecta aubus, id est, vitijs sanctis. Primum quare regnum Dei, & haec omnia adijcientur vobis. Illa etiam a tergo est posita: haec etiam a tergo poni debent ne impediant diuinum aspectum. Haec autem sequitur: sic temporalia debent non praecedere. Interdum tamen vt cauda eriguntur supra caput, id est, supra mentem diuitis disponuntur, dum in eis mens gloriam & delectationem suscipiens, principij aut finis minime recordatur. Sed vide remedium, respice fundamentum & quam viliter sustentaris. Quid superbis cinis & vermis? & tunc videbis, quod omnis caro foenum, & omnis gloria eius tanquam flos agri. Exsiccatum est foenum & flos eius decidit.

Sequendo secundam expositionem: Iudith fuit vxor Manasse: qui dum instaret super alligantes manipulos tempore messis hordeaceae, venit aestus super eius caput & mortuus est. Manasses obliuiofus interpretatur: & significat illum qui obliuiscitur gratiae sibi factae in confessione. Instat super alligantes, id est, cumulantibus opera poenitentiae, puta sensus & intellectus qui debent spiritui famulari: & bene super alligantes manipulos messis hordeaceae, in qua poenitentia designatur: sed venit aestus tentationis, & percussit mentem & perimit spiritum, & sic Iudith anima, quae prius erat confitens, quem in confessione spiritum amiserat recuperat vidualia, &c.



FERIA QVARTA  
HEBDOMADAE  
SECVNDAE.



Ce ascendimus Hierosolymam, &c. Math. 20. Gratia diuina sine qua nihil fructuosum dicere, facere, audire, aut cogitare possumus, multiplicem effectum in nobis habet inuestigare. Singulariter tamen triplicem quo ad praesens, qui in verbis propositis ostenduntur cum dicitur. Ecce ascendimus. Habet enim mentem erigere, & ideo praemittit. Ecce ascendimus. Licet anima sit spiritus ad sublimia comparata scandere nihilominus non potest: quia praegravata corpore inferius detinetur ne ascendere queat. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem, vt dicitur Sapient. 9. At vero gratia ipsam facit ascendere. Vnde dicebat Saluator, Ioan. 4. Aqua quam ego dabo fiet in eo fons aquae salientis in vitam aeternam, &c. Nam nulla opera nostra sufficere possunt nedom ad obtinendam gloriam: verum etiam nec ad placandum Deum de continuis offensis. At gratia diuina facit nos dotem gloriae promereri. Et ideo dicit Hieronymus quod ipsa ducit nos ad tranquillitatem vitae. Vnde ad Rom. 6. Stipendia peccati mors. Gratia autem Dei vita aeterna. Ostendit etiam nobis vt Christi sequamur vestigia: ideo ipse dicit. Qui vult venire post me, &c. vnde Petr. in Canon. sua dicit. Christus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum. Vide prosecutionem alibi.

FERIA EADEM.  
ALIVD THEM A.

Tertia die resurget, &c. Math. 20. Diuina gratia tria facit in anima. Habet enim mortem perimere: ideo resurget. Lucem infundere. Die. Mentem perficere. Tertia. Ternarius enim est numerus perfectus, & qui ad ternarium venerit, significat mentis perfectionem. Vnde 2. Reg. 23. per oppositum dicitur, quod ad tres primos non peruenerat, &c. Tertia die resurget, &c. Secundum quod ait Greg. li. 10. Moral. cap. 22. Tanto spes in Deo solidior surgit, quanto pro illo quisque grauiora pertulerit. Quia nequaquam retributionis gaudium de aeternitate colligitur quod non hic prius pia tribulatione seminat. Et bene concordat huic dicto illud Psal. 135. Euntes ibant & flebant mitrentes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos. Qui seminat in lacrymis, in exultatione metet. Concordat insuper dictum in Euangelio hodierno, vbi ostendit quod ascendens in Hierusalem primo oportet

Temporalia sequuntur non praecedunt. Iudith vxor Manasse, quid moraliter. Manasses interpretatur obliuiofus, & signat illum qui obliuiscitur gratiae sibi factae in confessione. Mar. 10. Gratia mentem erigit. Anima praegravatur corpore. Sap. 9. Gratia animam facit ascendere. Ioan. 4. Opera nostra sola nullius ponderis. Gloria facit dotem gloriae promereri. Gratia ducit ad vitam tranquillitatem. Rom. 6. Gratia sequimur vestigia Christi. Petr. 1.

Mat. 20. Gratia mortem perimit, lucem infundit & mentem perficit. Ternarius numerus est perfectus. 2. Reg. 23. Gregor. Quo tribulatio minor, eo spes solidior. Tribulatio semen retributionis gloriosae. Christus cruciandus multipliciter. Euangelij diuisio.

oportet eum multipliciter cruciari, &c. Et continet praefatum Euangelium tria. Quantum ad primum ponitur Descriptio siue narratio saeuae persecutionis: Ecce ascendimus. Repulsio stultae postulationis. Et accessit ad eum. Repressio ortae perturbationis. Audientes autem indignati sunt. Vel possumus videre quatuor, videlicet,

Casum futurum referari acerbae perpeffionis, Gradum iniustum postulari altae portionis. Votum expressum increpari transmissa petitionis, Motum internum refranari subortae perturbationis.

Libri tres, scilicet, conscientiae in corde, libri scripturae in aure; libri naturae in facie. Vnde dicitur Prou. 22. Ecce descripsi eam tripliciter. Oportet igitur interdum ad vnu, interdum ad aliud recurrere. Igitur ad libru pro nunc recurrentes naturae, videmus sic esse prouisum, cursumque naturae hoc exigere, quod omnis fructus quantumcumque suauis, & dulcis non nisi per acerbiteriam & amaritudinem ad maturitatem perducitur. Exemplum de vua, quae prius est acerba valde & acris: de ficu quae prius valde amara: sic de sorbis, esculis, &c. Sic enim veritate fructus vitae aeternae non nobis maturefcit nisi prauis amaritudinibus & acerbiterijs multis. Et quid mirum? Quia etiam Saluatori non aliter maturatus est. Psal. In mari vis tua, id est, in amaritudinibus, & vestigia tua non cognoscentur. Volens igitur Saluator vt fructus gloriae ad maturitatem nobis debitam perducantur, per viam passionis multiplicis ad hoc nos suo exemplo perducit in Euangelio hodierno. Assumpsit, &c. Hoc est contra illos qui quando vadunt ad crucem poenitentiae dicunt hoc non secrete, sed publice, tales sunt hypocritae. Et ait illis. Ecce ascendimus Hierosolymam. Chrysoftomus. Quasi dicat, nemo me compellit. Et filius hominis tradetur: cooperante filij obedientia, diaboli malitia, Iudae avaritia, Iudaeorum inuidia, & Paganorum saeuitia, Principibus & Scribis, & condemnabunt eum morte. Sap. 2. Morte turpissima condemnemus eum. Et tradent eum gentibus. scilicet, Pilato & ministris eius, ad illudendum, &c. & tertia die resurget, &c.

Christus traditus quo modo. Sap. 2. Filij Zebedaei nesciebant quid petebant. Beatiudo non datur propter parentelam. Corona non datur nisi post victoriam. In beatitudine non erit sinistra. Sinistra pro aduersitate. Ioan. 25. Filij Zebedaei a stulta petitione repulsi.

Sequitur repulsio stultae postulationis & allocationis. Narrat historiam de matre missa a filiis, &c. Nescitis quid petatis. Verene sciebant: quia aut intelligebant de regno huius mundi: & tunc nesciebant quid peterent, quia regnum Christi non erat de hoc mundo. Aut de regno quod erit in iudicio, quia praedicat se venturum vt regem. Tunc dicit rex, &c. Et tunc nihil petunt: quia in sinistra erunt damnati. Aut de regno patriae, & tunc multipliciter nesciebant quid peterent. Primò, quia illud regnum non datur propter parentelam, sed propter praecedentia opera. Non enim datur corona nisi post cursum. Non enim datur corona, nisi post victoriam. Non precium, nisi post laborem. Vnusquisque enim propriam mercedem accipiet, &c. Secundò, quia ibi non erit sinistra, quia nec aduersitas, nec etiam gaudium diminutum. Vnde inquit: Vt gaudium vestrum plenum sit. Ioan. 15. Ter-

tiò, quia veritas quae venit in mundum, & quae mortem debebat sustinere, vt filios Israel id est, electos congregaret in vnum, non debebat congregatos diuidere & a charitatis vinculo segregare. Quartò, si volebant intelligere per dexteram diuinitatem, & per sinistram humanitatem Christi: adhuc nesciebant quid peterent: quia beatitudo essentialis non erit in fruenda humanitate. Et quia beatitudo non datur nisi post praemium, ideo dicit eis. Potestis bibere, &c. Calicem vocat passionem suam: quae fuit calix plenus amaritudine, & ideo Saluator postulabat a patre quod si possibile esset ab eo transiret. Moraliter videndum est qui sunt isti discipuli: quis iste filius hominis qui sit tradendus, quae insuper mater filiorum Zebedaei, atque quid petant. Discipuli dicuntur illi qui student in scholis. Habet autem Christus scholas duas quo ad praesens. In primis est studium charitatis quo diuina implentur praecipia, Ioan. 13. In hoc cognoscent omnes quod discipuli mei estis: si dilectionem habueritis adinuicem. Per hanc charitatem docentur impleri praecipia: immo ipsa charitas ex obseruatione praecipiorum nutritur. Ioan. 15. Si praecipia mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea: sicut & ego praecipia obseruo eius qui misit me, &c. Vnde in hoc clarificatus est pater meus: vt efficiamini mei discipuli. Haec sunt primae scholae. Vnde studentes in ipsis bene vocantur duodecim discipuli: quia geminam charitatem fouent, explicat, & nutriunt decem praecipiorum obseruantiam: & qui in his scholis non studet, proculdubio nullo modo est Christi discipulus. In secundis docetur humilitas & mansuetudo, Matth. 11. Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Et quia in corde est locus humilitatis (sicut enim cor est radix vitae: sic in eo radix virtutum debet radicari) docetur ibi humilitas interior, scilicet, quantum ad propriam reputationem, & mititas, id est, mansuetudo exterior, vt scilicet, sit lenis ad tractandum, ne, scilicet, pungat cum tangitur. Et hic est ordo inter primos discipulos & secundos, quia postquam studuerint in primis scholis, introeant ad secundas. Duodecim igitur discipulis in primis scholis studentibus vult studium secundum, scilicet, humilitatis ostendere, vt de primis transeant ad secundas, & ideo ostendit misericordiam patientiae sustinentiae, dicens. Ecce ascendimus Hierosolymam, id est, haec est via per quam ascendimus, quia per praecipiorum obseruantiam perueniunt ad patriam. Sed magna asperitas est in via: quia filius hominis tradetur. Per hunc filium hominis debet vel ipsum peccatum, vel corpus proprium, vel hominem inpressum secundum conuersationem mundanam. De primis duobus in Sermone de Quinquagesima dictum fuit quomodo filius hominis debebat tradi per poenitentiam, nunc dicamus quomodo oportet ipsum tradi per molestiam & afflictionem quam contra poenitentiam excitat inimicus. De tertio nota quod nullatenus potest filius hominis ascendere Hierusalem, vt fiat filius Dei, nisi prius tradatur, &c. Et quia ad hanc asperitatem qua homo molestiis insurgentibus traditur, est necessaria humilitas cordis, & mansuetudo exterior, vniuersaliter autem post inceptam poenitentiam diabolus persecutiones excitat corporales: de hoc habemus

Dextra pro diuinitate. Beatrix lo essentialis non consistit in fruitione humanitatis. Passio Domini calix dicitur. Discipuli quinam. Christus praceptor scholas duas habet. Ioan. 13. Charitatis studium docet implere praecipia diuina. Charitas nutritur ex praecipiorum obseruatione. Ioan. 15. Christi discipuli quinam. Humilitas & mansuetudo discuntur in Christi schola. Mat. 11. Cor, radix vitae. Humilitas interna. Mansuetudo externa. Inter discipulos orco est moraliter. Praecipiorum obseruatione peruenitur ad patriam. Via caeli aspera quare. Filius hominis moraliter quis. Peccatum dicitur filius hominis. & affligo nam. Filius hominis non potest fieri filius Dei nisi tradatur. Ante ingressum Hierusalem patientiam excitat. Poenitentia dum incipitur, diabolus persecutiones excitat corporales. Iosue 9. & 10.



Gabaonitum dolus audit subuersione vrbis Iericho ad euadendam vltionem Iosue. Gabaonitæ pro peccatoribus iniquitati procliuibus. Iosue dicitur Iesus. Cibaria pro doctrina diuina. Sacci veteres pro cordibus inueteratis peccatis. Cor & opus Deo placent.

Vter vinarius pro cogitatione carnali & terrena. Læticia mundana vt vinum inebriat.

Confutere pro conuertere se ad Deum.

Læticia in terra pro conscientie læticia. Calceamenta recipere pro mortificationem recipere.

Vestimenta pro exempli. Panis durissimus pro penitentia dura.

Panes minutati moraliter quid. Peccatores quando conuertuntur de longe veniant.

Iesus. id est salus.

Amorrhæus interpretatur amarus.

Reges Amorrhæorum moraliter diaboli.

Diabolus quos nequit tentatione superare tribulatione saltem conatur frangere. Iesus in tribulatione hominem non relinquit.

mus exemplum in figura Iosue nono, & decimo capite; vbi dicitur quod cum Gabaonitæ audissent quomodo Iosue subuerteret Iericho, & Hay, timentes & callide cogitantes tererunt cibaria saccos veteres asinis imponentes & vtres vinarios scissos atque confutos: calceamenta que perantiqua quæ ad iudicium vetustatis pitaciis confuta erant: vestimentis quoque ferantiquis induti, & portantes panes durissimos, & minutatos in frusta, venerunt ad Iosue & composuerunt cum eo dicentes se de longinquo venisse, & tunc confederati cum ipso recesserunt, quos statim quinque reges Amorrhæorum bello impetere cœperunt, ciuitates ipsorum acriter expugnantes: sed præsidio Iosue liberati sunt.

Sed spiritualiter Gabaonitæ procliuibus iniquitati significant peccatores, qui non solum sunt cum propheta in iniquitate concepti, sed ad eam nimium inclinati. Isti timore vltionis diuinæ perterriti audientes quod Iosue, qui dicitur alio nomine Iesus, ad terram promissionis perducens, subuertebat Iericho, id est, mundanè viuentes: quomodo tradidit eos igni perpetuo cruciandos, & Hay, quæ vita vallium, id est, peccatorum interpretatur, ad ipsum veniunt in hac forma tria callide cogitantes: vt sic iram diuini iudicij euadere possint. Ponunt namque cibaria in saccis veteribus, id est, vt ait Gregorius diuinam doctrinam in cordibus inueteratis peccatis, & hos asinis superponunt, dum, scilicet, doctrinam dinam opere adimplere nituntur: quia sciunt nihil habere in corde sine opere Deo placere. Vtres vinarios, id est, cogitationes carnales & terrenas, secundum Gregor. in quibus vinum mundanæ lætitiæ rationem inebrians ponitur, qui bene concisi dicuntur, quia cogitationes huiusmodi mentem dissipant: sed tunc conuertunt quando se conuertunt ad Deum: vt ibi vinum internæ lætitiæ, scilicet, conscientie reponatur, calceamenta etiam antiqua recipiunt, id est, mortificationem cogitationum carnalium siue temporalium. Vestimenta antiqua, id est, exempla Sanctorum Patrum, quibus suam induunt nuditatem, id est conuersionem: panes durissimos, id est, asperam & duram penitentiam, qua interior homo nutritur. Psal. 14. *Fuerunt mihi labryma mea panes, &c.* qui panes bene dicuntur minutati: quando, scilicet, tot sunt punitiones quos sunt culpæ, vel tot expressiones in confessione, quot circumstantiæ in peccato, & isti bene debent se fateri de longe venisse, quia longe à peccatoribus salus. Iesus idem est quod salus. Sed quid? isti (vt dixi) iniqui reges Amorrhæorum qui amari interpretantur, sunt diaboli, qui ad amaritudinem primo culpæ, de hinc pœnæ hominem nituntur inducere: & contra hos Gabaonitas conuersos insurgunt: vt quos tentatione superare nequeunt, saltem tribulatione frangant. Sed quid debet tunc facere homo? Recurrere certe ad subsidium veri Iosue, id est, Iesu, qui venens in tribulationibus derelinquit Psal. 96. *Cum ipso sum, in tribulatione, eripiam eum, &c.*

Sed posset cadere quæstio quare Deus iustis tribulationem immitat. Respondeo: hoc facit multiplici ratione. Primo quidem vt purgentur. Luc. 32. *Simon ecce Satanas expetiuit vt cribra- ret sicut triticum.* Exemplum de mari quod tem-

pestate purgatur. Secundo ne mundanis hæreant, Psal. *Adhæst in terra venter meus, &c.* Figura de coruo qui emittis de arca, id est, conscientia pascitur immundis. Exemplum de muliere quæ misticat holera, ne fundo hæreant ac per hoc perdant suauitatem odoris, dulcedinem saporis, & venustatem coloris. Tertio, ad fugiendam tentationes superbiæ aut carnis. Exemplum de vento Aquilonari, qui constringit poros terræ, ne nubes tentationum suboriantur: clarificat aërem conscientia: deficcit humorem inordinati desiderij, &c. De hoc figura Deut. 7. quare Deus voluit cito delere gentes, & inimicos terræ promissionis, ne scilicet leones, id est, demones per tentationes inurgerent & terram conscientie facerent desertam. Quarto, vt homo velocius currat. Nil nocet emissio subdere calcar equo, Psal. *Multiplicata sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt, &c.* Quinto, ad terrorem peccatorum, vt cogitent quod Deus finaliter faciet inimicis, qui amicos flagellat, 1. Petr. 4. *Si iustus vix suluabitur, peccator vbi apparebit?* Sexto, ne tribulationes putemus euenire propter peccata, sicut putauerunt amici Iob. Septimo, vt augmentetur gratia. Hieronymus. Ignis flatu premitur vt crescat, Psalms. *Dum superbis, impiis incenditur pauper.* Sic igitur oportet filium hominis tradi, &c. & est tribulatio necessaria ad ingrediendam Hierusalem, & non est ad mortem, quia *tertia die resurget.*

Mater filiorum Zebedæi sensualitas est, vel mens humana. Iacobus corpus, quod nititur animam semper supplantare. Supplantauit enim eam altera vice. Primo, primogenita auferens, vitam, scilicet, quæ continuari poterat, & nunc secundo benedictionem nititur gratiæ subripere. Ioannes spiritus, in quo est gratia. Percutit igitur multi vt sedeant, vt quiescant, vnus ad dexteram boni spiritualis, alius ad sinistram boni temporalis, & mundanæ prosperitatis: sed in veritate tales non aduertunt quod Dominus dicit: *Potestis bibere calicem quem ego, &c.* Non aduertunt etiam, quod *qui ducunt in bonis dies suos ad inferna descenderunt.* De quibus figura parua, 1. Reg. 2. de Heli & filiis dictum: In vno die moriuntur ambo. Heli ascendens, scilicet, inordinate & sine meritis. Sic volebat hæc mulier filios suos ascendere. Phinees os matrum, & os silens, Spiritu, scilicet, nimis consentiendo operibus corporis, & contra tentationes minime reluctando, 2. Reg. 19. *Vsq; uquo siletis?* Psal. 37. *Ego autem tanquam surdus non audiebam, &c.* Et sequitur. *Nec habens in ore suo redargutiones.* Ophni tabernaculum, signat corpus, Iob 8. *Tabernaculum impiorum non subsistet.* Contra hos pugnati Philistini, arcam Dei capiunt, id est, conscientie, moriuntur ambo filij, scilicet, Spiritus per culpam, & corpus per vitæ subtractionem, & sic Heli fracta ceruice, id est, prostrata superbia, & ad inferos detracta de sella propriæ libertatis, in qua videlicet senex sedebat, cadit in obstinationem: vt mortuus non possit amplius penitere, Gregor. 11. lib. Moral. cap. 17. exponens illud Iob 13. *Et rediguntur in lutum ceruices.* Per ceruicem solet superbia designari. Ceruix itaque in lutum redigitur cū superbus quisq; humiliatur in morte, & elata caro tabescit in putredine. Et 1. 12. c. 22. exponens illud, Iob 15. *Currit aduersus eum erecto collo,*

Tribulatio iustis multiplicacione. Iustis tribulatio accidit quare.

Luc. 22. Mare purgatur tempestate.

Arca pro conscientia. Vetus Aquilone constringit poros terræ alias proprietates habet.

Deut. 7. Gentes & inimici terræ promissionis quare tam cito de et.

Tribulatio non temper euenit propter peccata.

Ignis flatu premitur vt augetur.

Tribulatio necessaria ad ingressum Hierusalem. Mater filiorum Zebedæi pro sensualitate vel mente humana.

Iacob pro corpore quod corpus supplantare nititur.

Ioannes pro spiritu. Sedere pro quiescere.

Dextra pro bono spirituali.

Sinistra pro bono temporalis.

1. Reg. 2. Heli duo filij vno die mortui, moraliter.

Phinees interpretatur os mutum, & os silens.

Contra tentationes reluctandum.

2. Reg. 19. Ophni interpretatur tabernaculum signat corpus.

Iob. 8. Arca pro conscientia.

Anima & corpus mystice duo filij Heli.

Arca pro conscientia. Vetus Aquilone constringit poros terræ alias proprietates habet.

Deut. 7. Gentes & inimici terræ promissionis quare tam cito de et.

Tribulatio non temper euenit propter peccata.

Ignis flatu premitur vt augetur.

Heli ceruice fracta mortuus, moraliter. Iob. 13. Ceruix pro superbia.

Ceruix in lutum redigitur mora, liter.

Iob. 15. Ceruix pinguis, moraliter.

Potens iniquus in Deum armatur. Superbus retro cadit vt Heli.

Luc. 16. Ad gratiam impetrandam tria dantur fiducia, affectus visceralis.

Aspectus generalis. Defectus naturalis.

Misericordia multæ efficacie. Hieron.

Misericordia qui vitur multos intercessores habet.


Misericors vix potest male finire.

Crudelis vix poterit misericordiam inuenire.

Euangelij summa.

Crudelitas denegantis subsidij

collo, & pingui ceruice armatus est. sic dicit. Pinguis ceruix est opulenta superbia, affluentibus videlicet rebus quasi multis carnibus fulta. Potens igitur iniquus pingui ceruice contra Deum armatur: quia rebus temporalibus tumens contra præcepta veritatis quasi de magnitudine carnis erigitur. Ergo fractis ceruicibus superbus retro ad modum Heli cadit retrorsum, quia à Deo reprobatu, &c.



FERIA QUINTA HEBDOMADÆ SECUNDÆ.

**P**ATER Abraham miserere mei. Luca 16. Tria nobis dantur fiducia ad Spiritus sancti gratiam impetrandam, scilicet. Affectus visceralis, quo diligimus, quia Pater. Affectus generalis, quo protegimur, Abraham. Defectus naturalis, quo prosternimur, Miserere mei. Affectus visceralis, quo sumus adoptati, Pater. Aspectus generalis, quo sumus collecti in vnâ familiam, Abraham. Defectus naturalis, quo sumus infecti, Miserere mei.

Homo quidam erat diues, Quantæ efficacie sit misericordia bene ostendit Hieronymus in quadam Epistola sic dicens. Non memini me legisse desolatam qui libenter opera pietatis exercuerit. Habet enim multos intercessores, & impossibile est precibus multorum non exaudiri. Reuera multos pro se qui misericordiam exercent, habent intercessores, quia viscera misericordiarum quæ recreantur misericordia eorum, reperiunt ipsamet munera quæ impenderunt. Talis enim cum ad iudicium trahitur, statim ab ipsa misericordia adiuuatur, quæ constanter allegat pro ipso, &c. Sicut enim misericors vix potest male finire: sic crudelis & durus vix poterit misericordiam inuenire, immo fiet iudicium sine misericordia ei, qui non fecerit misericordiam. Et licet de hoc in sacra scriptura exempla quam plurima habeamus, tamen singulariter exemplum proponitur in Euangelio hodierno, in quo quatuor innuntur, videlicet.

- Crudelitas feralis denegantis subsidium. *Homo quidam.*
- Diuersitas finalis tolerantis supplicium. *Mortuus est.*
- Temeritas brutalis postulantis remedium. *Pater Abraham miserere mei.*
- Improbilas totalis replicantis eloquium. *Rogo ergo te.*

Quantum ad primum ponit multa quæ crudelitatem & obstinationem aggrauant, videlicet excessum quem habet respectu sui: & dese-

ctum, quem habet respectu proximi, & Dei. Primo enim excedebat sine erat deordinatus respectu sui in multis, cum dicitur, *Quidam,* & nomen eius non nominatur, quia diuites à Deo non agnoscuntur: Pauperem autem nouit ex nomine. Primo, deordinatus in superbia & vana gloria, quia induebatur purpura, quæ est indumentum regale. Secundo in carnis mollitie, quia induebatur inferius bysso, quod est genus panni, lini albissimi, & delicatissimi, quod linum nascitur in Ægypto. Tertio, in gula: quam ostendebat ratione quantitatis, quia epulabatur & replebatur. Continuationis; quia quotidie sine intermissione. Curiositatis, quia splendide, & delicate. Et ideo dicitur Induebatur ab illo, scilicet, qui beneficia præstat, & tamen non recognoscebat: licet possit dici quod induebatur à peccato. Quot induuntur hodie purpura, panno, scilicet, inuncto sudore & sanguine pauperis: quia induuntur rapina, furto, vsura, illicito lucro: sed in veritate *omnis violenta pradatio erit cum tumultu,* scilicet, pœnæ & vestimentum mixtum sanguine erit cum sanguine in combustionem, & cibus ignis. Induuntur etiam bysso, id est, mundana crudelitate & gloria, quæ nascitur in Ægypto, vt ait Beda. Ezechielis vigesimo septimo. *Byssus varia,* id est, de culpa multiplici maculata, *de Ægypto,* id est, de mundana gloria, *texta est tibi in velum,* vt scilicet, nauis tua vento vanæ gloriæ nauiget per mare huius mundi: *vt poneretur in malo,* id est, in intentione tua distorta. Hic igitur diues sic induebatur. Secundo, respectu proximi, de quo vide inferius. Sed quid? *Erat ibi mendicus, &c.* Erat (inquit quia non est, cum sit de paupertate translatus ad gloriam, & ad Dei conspectum, sic conuersio diues ad inopiam. Et nota quod hic decem ponuntur grauantia culpam diuitis.

- Primo, Abundantia, Quia ipse erat diues.
- Secundo, Superfluitas in vestibus, & cibus.
- Tertio, Quia pauper non nisi vnus erat cui poterat faciliter subuenire.
- Quarto, Quia in extrema paupertate, ideo mendicus.
- Quinto, Quia viribus destitutus, nec longius ire poterat.
- Sexto, Quia calamitosus, ideo vlceribus plenus.
- Septimo, Quia illum habebat diues in præsentia.
- Octauo, Quia non curiebat magna, sed parua.
- Nono, Quia micæ quæ cadebant de mensa, &c.
- Decimo, Quia canes obsequium præstabant, cui homo subtrahebat.

Sequitur modo stipendium vtriusque, videlicet calamitas quæ obuient ipsi diuiti. Chrysofomus. Audiuimus quid in terra vtriusque passi sunt: audiamus quid vtriusque apud inferos patiantur. Hæc calamitas fuit: quia ipse amisit bona naturæ, scilicet corpus: *mortuus est.* Perdidit bona fortunæ, diuitias, *Diues.*

miserè aggrauatur excessu & defectu.

Nomen diuitis non enunciat quare Diuites non agnoscuntur à Deo.

Pauper ex nomine cognoscitur à Deo.

Diues deordinatur in superbia & vana gloria.

Purpura indumentum regale.

Byssus pro mollitie carnis.

Byssus pannus lini albissimi.

Diues gulosus.

Diues induebatur & à Deo & à peccato.

Diues induebatur, moraliter.

Productio violenta erit cum tumultu pœnæ.

Ezech. 17. Byssus varia pro culpa multiplici maculata.

Ægyptus pro gloria mundana.

De paupertate fit translatio ad gloriam.

De opulencia fit translatio ad inopiam.

Diuitis mali culpam decem aggrauant.

Epulans culpam decem aggrauant.

Diuitis stipendium diuersum.

Diuitis stipendium calamitas.



Diuites mali amittunt bona natura, fortuna, & acquirunt pœnam æternam Lazari pauperis stipendium.

Diues petit aquam & negatur.

Abraham diuiti duplicem reddit causam ob denegationem rei petitæ.

Beatitudo pro aqua quæ non datur nisi pro meritis. De damnatis nulla compassio.

Aquæ, id est, gratiæ minima gutta saluare potest. Vinum pro voluptate mordet, moraliter.

Damnatorum pœna crescit accidentaliter. Sanctorum gloria crescit accidentaliter.

Mortui non apparent viuus multiplici ratione.

Per diuitem qui epulatur.

Acquisiuerat pœnam æternam, sepultus est in inferno. Ductus est ad dæmonium : & illuc eum traxerunt. E contrario Lazarus mendicus dimittit, Primò, paupertatem, quia mendicus. Secundò, calamitatem, quia moritur, vt uiuat. Tertio, portatur ab Angelis, non ab vno, vt ait Chrysostomus : sed à multis ratione maioris solennitatis. Portatur in locum tranquillitatis qui fuerat in loco pœnæ : & in locum abundantia qui fuerat in loco miseria.

Sequitur tertium, scilicet, excæcata temeritas illius qui postulabat gratiam morius quam uiuens negauerat. Extremum digiti. non minus poterat petere quam guttam aquæ ad refrigerandum linguam, quam in mensa per loquacitatem laxauerat. Greg. Laxauerat superbia : redditur diuiti, vice lyræ sonantis, gemitus : vice potus, desiderium stillæ : vice spectaculorum enormium caligo profunda : vice ambitus, incessanter periuigil vermis, &c. Recordare fili. Duplicem assignat causam Abraham ne ratione vindictæ vel odij videatur ipsi rem petitam denegare. Primò dicit, hoc esse impossibile cum contradicatur diuinæ iustitiæ : nam hæc aqua non datur nisi pro meritis, tu autem quod meruisti in vita tua recepisti. Dicitur vita tua, quia non fuit Dei : nec illius Deus particeps fuit. Secundò quia erat Chaos interpositum : vt vnus ad alterum non posset accedere : non ad subueniendum solum, sed nec ad compatiendum, & è conuerso, nec damnatus potest ascendere ad beatum, ad gaudendum. Hic nota quod nunc eleuat oculos ad illum ad quem eos ante noluit inclinare : iterum nunc audet inuocare Lazarum quem egentem audire noluerat : sed notentur Abraham, lingua, affectus, digitus, misericordia. Comparatur secundum Augustinum aqua diuinæ gratiæ & gloriæ, quæ minimæ operationi debetur, quia illa satisfaceret ad refrigerandum damnatum, nam minima gutta aquæ gratiæ saluum facit. Nota de vino quo inebriabatur diues, quomodo mordet quod dulce sumebat, &c.

Sequitur quartum, scilicet, replicata improbitas, ait, Rogote. Hic attingitur argumentum quod pœna crescat damnatis. Sed quid? Crescit ne gloria beatis post egressum de corpore? credo quod non : & ratio est quia Deus qui pronus est ad misericordiam, tantum simul confert de gloria quantum per successum temporis quis meretur sic. Prædicator multos erudiens est causa salutis ipsorum, ipsis igitur saluatis crescit Prædicatoris gloria : sic præuicatoris supplicium de illis qui suo verbo aut suo opere sunt damnati : sed gloriam simul totam confert Deus : non sic pœnam : quia non vult esse tam pronus ad iudicium sicut ad misericordiam. Sunt tamen qui præmium accidentale, augeri dicant. Habent Moysen & Prophetas, non Ciceronem & Quintilianum, aut Senecam & Aristotelem.

Causa quare mortui non apparent viuus est ista, vel propter multas illusiones quæ ibi fiunt : Dæmon enim assumeret formam defunctorum, & sic falsis documentis duceret in errorem. Vel quia ex conuersione apparitiones vilescerent, & tunc hominum correctio non sequeretur, quia tunc cederet eis ad maius peccatum. Vel quia nunc sunt suffragia pro defunctis

quæ fortè si apparent, cessarent, puti si essent in statu quod eis talia non prodesse. Vel quia eis etiam homines credere nollent. Vnde Hieronymus. Qui nolint credere prædicenti Christum resurgere, eius resurrectionem credere noluerunt.

Moraliter per hunc diuitem possumus Christum intelligere, per Lazarum peccatorem adaptando quid dicatur de diuitiis, & gloria eius per ordinem. Vnde Apostolus ad Rom. 9. Ipse diues in omnes qui inuocant illum. Prou. 8. Meum inquit sunt diuitia & gloria. Omnes thesauri patris repositi sunt apud eum, secundum Apostolum. Psal. 111. Gloria & diuitia in domo eius. Induitur autem purpura & bysso, & hoc quantum ad humanam naturam propter innocentiam eius & puritatem, & nitore incomparabili. Si eius passionem considero, ipse præcelsus indutus purpura vestimento intincto, scilicet sanguine piscis qui in aquis huius mundi, id est, in afflictionibus totus natauit. Quare Isai. 63. Rubrum est indumentum tuum. Ezech. 27. Hyacinthus & purpura facta sunt operimentum tuum. Hyacinthus qui est coloris cæci, significat puritatem & munditiam per quam cælestibus conformamur. Vel referendo ad diuinitatem prout est vestimentum regium : byssum vero ad humanitatem. Epulari quotidie. Eccles. 30. Splendidum cor boni in epulis. Isai. 55. Venite & emite absque argento, & absque vili commutatione vinum & lac. Quare appenditis argentum non in panibus : & laborem vestrum non in suauitate? Audite audientes me, & comedite bonum, & delebitur in crassitudine animi vestra. Sed mensa eius est copia & affluentia bonorum spiritualium. Vnde ipse loquitur Luc. 22. Ego dispono regnum vt edatis, & bibatis super mensam in regno meo. Vnde Prou. 8. Sapientia, id est Christus, immolauit victimas, miscuit vinum, & posuit mensam suam.

Mendicus significat peccatorem, qui in agro pœnitentiæ torpore & acidia laborat. Prou. 20. Propter frigus piger arare noluit, mendicabit in estate, & non dabitur ei. De istis mendicis mandatum fuerat Deut. 16. Omnino mendicus, & indigens non erit inter vos. Hic iacet, scilicet, in sanguine peccatorum, 2. Reg. 20. Amasa conspersus sanguine : & iacebat in via quæ ducit ad perditionem. Amasa indignatio Domini interpretatur. Et Iudith. 14. Ecce Holophernes iacet in terra : & caput eius non est in illo. Holophernes interpretatur infirmitas descensionis, & significat peccatorem, qui dum ab ipsa descendit gratia, infirmatur. Prostratus igitur iacet, & caput, id est, Christus, non est in illo. Tunc iacet extra ædem quando peccatum prodit ex cogitatione in opus : vlcibus plenus, id est, peccatis, in cute turgentibus, id est, in conuersatione : vt sint publice manifesta. Psal. 37. Putruerunt & corrupta sunt, &c. Et Isai. 1. A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas. Hæc vlcera horrida debent hominibus nauicam & horrorem incutere, canes autem, id est, contra Deum latrantes lingunt ea, scilicet, dum non corripiunt : sed laudant. Iacet extra, scilicet, conscientiam, micæ cadunt de mensa, id est, bona temporalia quæ cadere faciunt, primò in culpam, deinde in pœnam.

Sed tunc hæc cadunt dubia, si intelligamus per diuitem

batur quoti die, intelligi potest Christus.

Lazarus figura peccatoris.

Rom. 10. Prou. 8. Purpura pro humana natura.

Purpura pro passione Christi.

Christus piscis quomodo.

Isai. 63. Ezech. 27. Hyacinthus color cæci color pro puritate.

Purpura pro diuinitate.

Bysso pro humanitate.

Eccles. 30. Isai. 55. Dei mensa est affluentia bonorum spiritualium.

Luc. 22. Prou. 8.

Sapientia pro Christo.

Mendicus pro peccatore.

Prou. 20. Deut. 16. 2. Reg. 20. Amasa interpretatur indignatio Domini.

Iudith. 14. Iacet pro peccatore.

Holophernes interpretatur infirmitas descensionis & figura peccatoris.

Christus caput iacere extra ædem moraliter.

Vlcus pro peccato.

Isai. 1. Peccata vlcera sunt.

Peccata horrorem debent incutere.

Lingere pro iuuare.

Micæ pro bonis temporalibus.

Bona temporalia cadere faciunt.

Responso ad obiectionem.

Christus moritur in peccatoris conscientia non in se.

Hebr. 8.

Conscientia peccatoris est infernus in quo Christus sepelitur.

Mundus est sinus Abraham peccatorum.

Christus est diues epulo mystice.

2. Petr. 2. Christus iustus.

Christus sitim restituere petit.

Digitus pro humilitate.

Christus vocatur filius a patre.

Christus rogat patrem peccatores vni.

Per gratiam vt reuertantur in domum patris.

Christus fratres quinque habet, & quinam.

Diues epulo pro peccatore ingrato.

Peccator diues in culpa.

Mich. 6. Purpura pro merito passionis Christi.

Christus piscis fuit.

Peccator induitur purpura quando.

Purpura piscis.

Innocentia restituitur virtute passionis Christi.

Prouerb. vltim.

diuitem Christum : pei Lazarum peccatorem. Primo enim quomodo veritatem continet quod diues sepelitur in inferno : Pauper vero ab Angelis, &c. Secundo, quis est ille cruciatus quem patitur diues. Tertio, quid est illud refrigerium seu subsidium quod petit. Quarto, quæ est responso quæ ipsi datur. Ad primum dicitur, quod Christus resurgens à mortuis, iam non moritur, in se videlicet : moritur tamen & infirmatur in conscientia peccatoris. Vnde Apostolus ad Hebræos 8. Conuincit gentes sibi metipsis Filium Dei, & ostentui habentes. Sed quid infernus in quo diues iacet mortuus? Respondeo quod est abominabilis conscientia peccatoris. Nam hic vocamus infernum locum tenebrosum, locum horroris, habitationem dæmonis, locum confusionis. Hæc omnia continet conscientia peccatoris, locum discordiæ, locum continui tumultus, locum continui prælij. Hæc omnia sunt in conscientia peccatoris. Sinus Abraham, mundus iste, Angeli mali portant ipsum, &c.

Ad secundum, quod sitit salutem nostram. Siritabat enim, & inflammabatur in Cruce, quando dicebat, Sitio : non enim conquirebatur de pœnis corporalibus, sed solum de ista siti quæ ex æstuantem procedebat ardore. Vel aliter, crucias Christum ardore inordinati desiderij, quod in tua mente portas. 2. Petr. 2. Animam iusti iniquis operibus cruciabant. Illum inquam iustum de quo Centurio. Vere hic homo iustus erat.

Ad tertium, quod petit Christus à patre, vt minimum digitum, id est, minimum discretio- nis opus faciat peccatori, quo gratia valeat exauriri, vt refrigerium, id est, gaudium præster ipsi. Vel posset digitus humilitatem signare, &c.

Ad quartum, quod responso quæ datur ei cum dicitur, Fili recordare, &c. quasi dica- tur Pater Christo : impossibile est quod Lazarus, scilicet, peccator, sit positus in sinu Abraham, hoc est quod in mundo sic mortuus per culpam, pos- sit venire ad te propter mala, vt sit superius scilicet propter iustitiam & propter Chaos. Et ro- gat diues vt mittat in domum patris : Habeo, &c. id est, rogat peccatores vni & reuocari per gra- tiam, vt reuertantur in domum patris, de qua ipse dicebat Phariseis : Nolite facere domum patris mei domum negotiationis. Habet quinque fratres Christus : qui sunt corpus eius, sensibilibus, modestia, pœnitentia, & castigatio. Vel qui in si- de Trinitatis seruantur duo, charitatis præcepta, vt sint duo in tribus, & tria in duobus. Ad hos igitur contestandos vult Christus Lazarum mit- ti, vt & ipsi caueant, &c. Sed quid dicit Pater? Habent Moysen, &c.

Aliter potest moraliter exponi. Diues iste peccator, qui est ingratus, qui est diues, & non in gratia, sed in culpa. Michæ 6. Diuites eius repleti sunt iniquitate. Hic induitur purpura, id est, merito passionis Christi, qui fuit pis- cis natans in mari huius mundi : cuius cruore hoc vestimentum est intinctum. Induebatur & bysso : quia virtute passionis Christi, & virtute baptismi iuuabatur, restituitur peccatori in- nocentia. Omnes amici eius vestiti sunt duplici- bus. Prou. vltim. Hic splendide & continue epu- labatur in mensa execrabili huius mundi : inde diabolus hominem inebriare conatur, de qua

mensa, Psalm. Fiat mensa eorum coram ipsis in- laqueum, &c. De hoc figura Danielis primo, de Rege qui præcepit Aphanes, vt introduceret de femine Regio, &c. Rex Babylonis, dæmon qui est Rex confusionis. Aphanes, securitas gratiæ, id est, præsumptio de diuina misericor- dia, & hic est princeps Eunuchorum, id est, nolentium opera misericordiæ producere. Huic igitur mandat Rex, vt introducat de femine Regio, scilicet, superbia & vanæ gloriæ munda- næ, & tyrannorum : pueros qui in hoc mundo pueriliter viuunt, & nutriuntur de mensa Re- gis, scilicet, de vino mundanæ concupiscentiæ, & de cibis, id est, operibus prauis, vt eruditi lingua mundana & sapientia stulta & reprobata huius sæculi possint stare coram Rege, id est, se dæmonis obsequiis mancipare.

Pauper Christus est, quia filius hominis non habet vbi caput suum reclinet, mendicus est manu indicans, & petens à te beneficium, tunc enim manu tibi indicat quando tibi dicit. Vi- dete manus meas, & pedes meos : quia ego sum, qui feci vobiscum misericordiam. Et ideo sunt per- foratæ. Vlcibus plenus est. Isay. 53. Vidimus eum & non erat aspectus, &c. ita & nos reputaui- mus eum quasi leprosum & percussum à Deo, & hu- miliatum. Hunc igitur vides continuè extra portam cordis tui iacentem : nec illum vis intro- ducere. Apocalypsis tertio. Ego sto ad osium & pulso. Cupit satiari & refici de micis, id est, saltem de paruis operibus bonis sibi dari, &c.



FERIA SEXTA HEBDOMADÆ SECUNDÆ.



ABITVR genti facienti fructum eius. Matth. vi. Gratia diuina quemque facit hominem regnare, & vitiis domi- nari, & regnum Dei vo- cari, quia.

Impenditur gratuito, ideo, Dabitur.

Ostenditur operose :

ideo Genti facienti.

Colligitur fructuose.

ideo Fructum eius.

Dabitur genti facienti fructum, &c. Secundum quod ait Bernard. in Sermonem quem facit in ca- pite ieiunij, sicut si aqua fluminis stare cœperit cito putrescit, sic plane gratiarum cessat dis- cursus vbi non fuerit recursus, Ecclesiastes primo. A loco à quo exennt flumina, &c. Verè hoc modo nihil augetur ab ingrato, sed quic- quid acceperit ei vertitur in perniciem. Et licet de hoc quam plurima exempla habeamus : singulariter tamen nobis proponitur exemplum in Euangelio hodierno in quo quatuor innuun- tur : scilicet primo.

Daniel. 1. Rex Babylo- nis, pro dæ- mone.

Aphanes in- terpretatur securitas gratiæ seu præsumptio de diuina misericordias Eunuchus pro nolent opera misericordiæ producere.

Christus La- zarus est moraliter.

Mendicus quasi manu indicans.

Christus mendicus moraliter.

Isay. 53. Christus ex- tra portam cordis iacet moraliter.

Apoc. 3. Micæ pro operibus pa- uis bonis.

Gratia im- penditur gratuito.

Gratia col- ligitur fru- ctuose.

Gratia im- penditur gratuito.

Gratia col- ligitur fru- ctuose.

Aqua stans cito putrescit moraliter.

Eccles. 1.

Ingratus quicquid ac- cipit vertit in perniciem.

Benignitas irrogationis.  
*Homo quidam plantavit vineam.*  
 Iniquitas retributionis.  
*Alios occiderunt.*  
 Severitas condemnationis.  
*Malos male perdet.*  
 Congruitas adaptationis.  
*Nunquam legisis, &c.*

Vinea feruunt seps, torcular, & turris moraliter.  
 Iudaei vinea Angei seps populi Iudaici.  
 Turris pro legis sublimitate.  
 Torcularia pro Prophetis.  
 Populus Iudaicus relictus arbitrio proprio.

Quantum ad primum, tangit tria quae erant ipsius vineae. Seruiebant autem vineae tria, videlicet seps, torcular, & turris ad conseruationem ipsius vineae, quia seps arcebat bestiarum incurfus: turris hominum infestationem: torcular seruiebat ad colligendum fructum. Haec vinea allegorice fuit populus Iudaicus. Seps eius Angelorum custodia, quibus à gentibus protecti fuerunt, sicut patet in pugnis, quas pro eis Dominus fecit. Turris fuit sublimitas legis, secundum quam si vigilare volebant, poterant hostium infestationem prospicere. Torcularia sunt Prophetae, in quibus promissis varia exprimebantur, scilicet, variis verbis legis spiritualis, & mysticus intellectus passionis Christi. Quod autem addit, *Peregre profectus est*: hoc dicit quia Deus postquam hanc vineam plantauit, eam reliquit arbitrio proprio, &c.

Quantum ad secundum, ponitur fructus huius vineae. Expectauit enim Deus tempus debitum, & tunc misit agricolas colligere vel accipere fructum. Misit autem nuncios quam plurimos, & isti fuerunt male tractati, quia quidam fuerunt lapidati, sicut Stephanus. Vnde Moyses, Populus (inquit) iste Iudaicus durae cervicis est. &c. Quidam caesi perfectionibus, quidam occisi sicut Isayas & Ieremias. Secundo nuncios, scilicet, duodecim Prophetas, sed & illis fecerunt similiter. Nouissime & tertio misit filium suum Christum, quem eiecerunt extra vineam, quia ad literam extra Hierusalem. Itellus eiecerunt extra vineam quando Samaritanus pro legis transgressore.

Quantum ad tertium, ponitur seueritas condemnationis, vbi Christus eos propria sententia, & proprio damnat sermone, vt patet in litera.

Quantum ad quartum, explicat & aptat parabalam ad propositum suum, quia illi non intelligebant quod Christus de eis loqueretur. Lapis iste Christus est. Supra ipsum cadit Christianus, quia habet Christum pro fundamento, cadit autem hic lapis super illos qui fidem non recipiunt. Nota in aedificio animae nostrae ponuntur exempla sanctorum vt fortitudo quasi lapis solidus, vel quasi columna ad sustentandum, Apocal. 3. *Qui vicerit faciam columnam in templo Dei.* Patientia quasi lapis quadratus multis rationibus, 1. Petr. 2. *Et ipsi tanquam lapides vivi superaedificari idoneos spirituales.* Humilitas quasi ostium, &c. & quasi trabes ad

Christus lapis.  
 Exempla sanctorum sunt fundamentum animae.  
 Apoc. 3. Patientia lapis est quadratus.  
 1. Petr. 2. Humilitas quasi ostium, &c. & quasi trabes ad

ligandum parietes. Vasa autem sunt peccatores, &c. qui quasi vas inane. Ierem. 51. *Comedis, & deuorauit me Nabuchodonosor Rex Babylonis, reddidit me quasi vas inane.* Nabuchodonosor, sedens in angustia interpretatur. De impiis non potest fieri paxillus, id est, sustentaculum alicuius speciei: vt per ipsum etiam possimus peccatores superare.

Moraliter vinea ista est homo vel anima, Isayae quinto capite. *Vinea facta est dilecto meo.* Et quia omnis transformans se secundum aliquam similitudinem se transfert: videamus quanam ratio sit similitudinis. In duobus autem consistit similitudo, scilicet, in conditione status, & in prouectione siue ductione fructus. In conditione inquam status, quia sicut vinea indiget cura multa si debeat fructum facere, sic homo, &c. Et sicut vinea super omnia ligna statim efficitur syluestris si non colitur: sic homo. Et vide quod non sic bestia cadit à sua natura sicut homo, &c. Isayae capite quinto. *Auferam sepem eius, & erit in direptionem, diuinam maceriam eius & erit in conculcationem & ponam eam desertam, non putabitur & non foditur, & ascendit super eam vepres & spinæ.* Item vinea non fructifera nihil valet nisi ad comburendum. Ezechielis decimo quinto. *Fili hominis sicut ligna vitis ad comburendum.* Et ex omnibus lignis nemorum quae sunt inter ligna sylvarum nunquam tolletur de ea vt opus fiat aut fabricetur de ea paxillus: vt dependeat in ea quodeunque vas. Ecce igni hoc lignum datum est in escam, vtramque partem eius consumpsit ignis. Vere homo Deo non fructificans ad nihil aliud valet nisi vt fiat esca ignis. Non sic de aliis bestiis: quia de serpente fit Theriaca. Item nota similitudinem ratione fructus, quia quando vinea est bene culta nullius arboris fructus potest ei adaequari: sic nec hominis bene culti fructibus. Hanc vineam Deus plantauit in loco vberi, quia in loco deliciarum: sed inde euulsa per daemone transplata est in Aegyptum peccati: & quia non fuerat in loco solido, transplantaui eam filius Dei in sua diuinitate, quando scilicet sibi eam vniuit. Hanc vineam Deus vallauit muro & antemurali, quod est temperantia siue modestia, ad ipsam namque pertinet primos insultus reprimere, ne scilicet, facilliter hanc vineam lupus ingrediatur. Psalm. *Exterminauit eam aper de sylua, & singularis ferus, &c.* Et quia interdum modestia ipsum tutari non potest, idcirco post ipsam immediate positus est murus fortitudinis, qui frangi non possit: non fortitudinis corporalis quae habetur à bestiis: sed mentis & animae, quae non concutitur ex aduersis, 3. Reg. 13. *Audiscantur murum per circuitum, &c.* Dicit autem, Extruxit in ea torcular: quia iustitia debet esse semper cum humilitate: aliter acciperet forte sibi aliquid vltra. Torcular est iustitia: quae premit omnes vuas. Nota, vuas sunt delectationes, quarum quaedam albæ, quia spirituales: quaedam nigrae, quia temporales. Omnes autem premuntur in torculari iustitiae: & vinum ex eis rubrum, id est, charitatis exprimitur dulcedo, facibus vbique procul pulsus. De hoc torculari, Isay. 5. *Torcular extruxit in ea.* Turris est prudentia, vulgariter enim prudentia est lux directiua, &c.

Humilitas ostium est, & trabes: peccatores vasa inania. Ierem. 51. Nabuchodonosor, sedens in angustia interpretatur. De impiis non potest fieri paxillus, id est, sustentaculum alicuius speciei: vt per ipsum etiam possimus peccatores superare.

Moraliter vinea ista est homo vel anima, Isayae quinto capite. *Vinea facta est dilecto meo.* Et quia omnis transformans se secundum aliquam similitudinem se transfert: videamus quanam ratio sit similitudinis. In duobus autem consistit similitudo, scilicet, in conditione status, & in prouectione siue ductione fructus. In conditione inquam status, quia sicut vinea indiget cura multa si debeat fructum facere, sic homo, &c. Et sicut vinea super omnia ligna statim efficitur syluestris si non colitur: sic homo. Et vide quod non sic bestia cadit à sua natura sicut homo, &c. Isayae capite quinto. *Auferam sepem eius, & erit in direptionem, diuinam maceriam eius & erit in conculcationem & ponam eam desertam, non putabitur & non foditur, & ascendit super eam vepres & spinæ.* Item vinea non fructifera nihil valet nisi ad comburendum. Ezechielis decimo quinto. *Fili hominis sicut ligna vitis ad comburendum.* Et ex omnibus lignis nemorum quae sunt inter ligna sylvarum nunquam tolletur de ea vt opus fiat aut fabricetur de ea paxillus: vt dependeat in ea quodeunque vas. Ecce igni hoc lignum datum est in escam, vtramque partem eius consumpsit ignis. Vere homo Deo non fructificans ad nihil aliud valet nisi vt fiat esca ignis. Non sic de aliis bestiis: quia de serpente fit Theriaca. Item nota similitudinem ratione fructus, quia quando vinea est bene culta nullius arboris fructus potest ei adaequari: sic nec hominis bene culti fructibus. Hanc vineam Deus plantauit in loco vberi, quia in loco deliciarum: sed inde euulsa per daemone transplata est in Aegyptum peccati: & quia non fuerat in loco solido, transplantaui eam filius Dei in sua diuinitate, quando scilicet sibi eam vniuit. Hanc vineam Deus vallauit muro & antemurali, quod est temperantia siue modestia, ad ipsam namque pertinet primos insultus reprimere, ne scilicet, facilliter hanc vineam lupus ingrediatur. Psalm. *Exterminauit eam aper de sylua, & singularis ferus, &c.* Et quia interdum modestia ipsum tutari non potest, idcirco post ipsam immediate positus est murus fortitudinis, qui frangi non possit: non fortitudinis corporalis quae habetur à bestiis: sed mentis & animae, quae non concutitur ex aduersis, 3. Reg. 13. *Audiscantur murum per circuitum, &c.* Dicit autem, Extruxit in ea torcular: quia iustitia debet esse semper cum humilitate: aliter acciperet forte sibi aliquid vltra. Torcular est iustitia: quae premit omnes vuas. Nota, vuas sunt delectationes, quarum quaedam albæ, quia spirituales: quaedam nigrae, quia temporales. Omnes autem premuntur in torculari iustitiae: & vinum ex eis rubrum, id est, charitatis exprimitur dulcedo, facibus vbique procul pulsus. De hoc torculari, Isay. 5. *Torcular extruxit in ea.* Turris est prudentia, vulgariter enim prudentia est lux directiua, &c.

Abimelech, id est, Patris mei regnum. Thebe pro anima vel conscientia. Ad prudentiam confugiendum. Circumspectio est propugnaculum. Abimelech cerebrum confectum mole fragmine. Ignis suppositio pro feruore desiderij inordinatum. Fumus pro vana gloria. Christus mola est. Mulier pro prudentia.

Abimelech, id est, Patris mei regnum. Thebe pro anima vel conscientia. Ad prudentiam confugiendum. Circumspectio est propugnaculum. Abimelech cerebrum confectum mole fragmine. Ignis suppositio pro feruore desiderij inordinatum. Fumus pro vana gloria. Christus mola est. Mulier pro prudentia.

Abimelech pro daemone. Ierem. 2.

Lex naturae scripta in mente nuncius Dei est & extinguatur.

Præcepta diuini nuncij sunt Dei. Christus nuncius Dei nobis mittitur.

& est discretio. Haec est turris Libani, quae candidatio interpretatur. Caut. 8. *Quia candida & clara est prudentia, & nunquam macrescit, contra Damascum, id est, contra peccati tentationem.* Damascus interpretatur propinans sanguinem, id est, peccatum, & est tentatio quae peccatum germinat, vel Damascus sanguinis poculum, &c. In hac turri speculatrix est prouidentia, memoria & inspectio, &c. quae sunt partes prudentiae, principalis est prouidentia. Quod si dicas, muliere armasti & munuisti hanc turrim, quare eam mulieri commisisti? Respondeo: immo ipsa est quae dat tibi victoriam de hostibus, Iudicum 4. *In hac vice victoria non reputabitur tibi, quia in manu mulieris iradeur.* Sifara, id est, exclusio gaudij, scilicet daemone, Iudicum 13. *Per manum femina percussit illum Dominus Deus noster.* De hoc figura Iudicum 9. de Abimelech qui expugnabat oppidum siue ciuitatem Thebæam, in qua turris alta, ad quam confugerant ciues, &c. Vide historiam. Abimelech, id est, Patris mei regnum. diabolus qui regnum Dei supplantare nititur fratribus interemptis, significat: hic oppugnabit oppidum Thebes, quae facta mea interpretatur, id est, anima vel conscientia in qua facta & merita collocantur. Turris est prudentia siue discretio, ad quam oportet confugere, propugnaculum est circumspectio, in quibus oportet homines commemorari si volunt pugare cum daemone. *Mulier quae fragmen mole desuper iacens illisit capiti Abimelech & confregit cerebrum eius,* est prouidentia, quae debet videre illa quae procul sunt, quae, scilicet ventura vel quae procul venire possunt. Procul quidem non prospera solū sed & aspera, &c. Igitur dum Abimelech nititur supponere ignem, id est, feruorem inordinatum desiderij, & fumum facere, id est, vanam gloriam immittere, quae licet ad modum fumi cito euanescit, tamen interdum excæcat oculos sapientum. Debet igitur hæc mulier molam, id est, Christum, vt exponit Petrus Damascenus in Epistola de continentia clericorum. Est enim vt idem dicit, lapis ille de quo loquitur Euangelium præsens, quod super quem hic lapis cadet, confringet eum. Tunc autem mulier, id est, prouidentia hunc accipit lapidem quando considerat seueritatem diuinæ sententiæ, & tunc percutit & frangit caput Abimelech, id est, daemone, & sic oppidum liberatur, hoc est vinea sic murata. Sed pro dolor! quid dicit Ierem. 2. *Ego (inquit Deus) plantavi te vineam electam, omne semen verum,* quia seminavi temporalia, corporalia, & spiritualia, quomodo (inquit igitur) conuersa est in prauum quae nuncios Domini perimit & extinguat?

Nota, primi nuncij sunt lex naturae quam habes scriptam in mente. Isti nuncij nunquam venient nisi tempore debito, quia nunquam nisi postquam homo venit ad annos discretionis, tunc incipiunt fructum petere, sed isti perimuntur, dum scilicet rationis iudicium per passionem aliquam delectationis, iræ, ac ambitionis excæcatur. Secundi sunt diuina præcepta, & isti sunt plures. Istos nuncios Deus mittit quando studendo vel audiendo informaris, sed de istis adhuc peius agitur quam de primis. Tertio mittitur filius Dei, dum, scilicet tibi occurrit crucifixus pro te ante oculos eordis tui, sed in veritate

te tu facis peius quam fecerunt isti de quibus in Euangelio, quia saltem isti permisissent intrare vineam, licet postmodum eiecerunt, sed tu nullo modo permittis, quinimmo ipsum perimis antequam huic vineae per inspirationem valeat propinquare, & ideo timendum iudicium quod sequitur: *Malos male perdet, & vineam suam dabit aliis cultoribus qui facient fructum eius,* quia tradetur peccator finaliter in manum inimici. Et si dicas, quem fructum faciet inibi daemone? Respondeo quod faciet fructum iustitiæ & vindictæ, quae est fructus in quo Dominus delectatur. Istis fructibus finaliter Deus pascitur, qui modo pascitur fructu misericordiae, ideo & cætera.

Vel potest dici quod vinea est Ecclesia Catholica, quam Deus singulariter plantauit. Psalm. *Plantasti radices eius & impleuit terram.* Murus est robur & magnitudo potentiae. Ierem. 1. *Ecce ego dedi te hodie in ciuitatem munitam & columnam ferream.* Torcular rursus est mercationum quo exprimitur vinum deliciarum & multarum commoditatum, Prou. 2. *Vino torcularia redundabunt.* Turris est celebritas, quia est vdi que diuulgata. 1. Paral. 14. *Diuulgatum nomen eius in vniuersis regionibus.* Muri eius fiunt de peccatis. Turris superbia, & hæc turris confusionis vbi confusum labium, Gen. 11. Ex hac superbia, qua vnusquisque vult alteri præesse, confusa est lingua. Vnus enim loquitur de oppressione proximi, alius de vsuris, alius de falsis contractibus. Immo vere confusum est labium, quia vnus alium intelligere non potest. Dicant & narrent hi qui vadunt ad curias vbi causæ proponuntur. Torcular est violentia quae pauperibus infertur, vbi premitur sanguis viduarum, pauperum, & pupillorum, torcular crudelitatis & odia quando fiunt indebite super innocentes, immo in hoc torculari calcatur miserabilis communitas quae exaruit, & ideo timendum est iudicium quod sequitur: *Malos male perdet.*



SABBATO  
 POST  
 HEBDOMADAM  
 SECVNDAM.



**S** I tu semper mecum es, omnia mea tua sunt, &c. Lucae 15. Tria inter alia habet nobis diuina gratia procurare, videlicet, Paternam dilectionem, Fili. Perfectam coniunctionem. Tu semper mecum es stupendam possessionem, Omnia mea tua sunt. Idcirco proferre stolam primam, & induite eum. Propter tria debemus fidentius accedere ad diuinam gratiam postulandam, videlicet. Propter celeritatem subuentionis. Cito.

In iustitiæ & vindictæ fructu delectatur Dominus. Ecclesiam fructum iustitiæ & vindictæ facit in peccatore. Vinea pro Ecclesia. Ecclesiam Catholicam plantauit Deus. Torcular cursum mercationum. Prou. 2. Turris pro celebritate. 1. Paral. 14. Turris pro superbia. Turris pro confusione linguarum. Gen. 11. Labium confusum quid. Torcular pro violentia pauperibus illata. Torcular pro crudelitatis contra innocentes.



Ad gratiam postulandam cum fiducia propter tria accedere debemus. Augst. Virtus vna quoque tanto efficacius & delectabilius operatur, quanto est perfectior. Misericordia diuina perfectionis infinita est.

Propter nobilitatem impensionis. Afferte stollam primam. Propter formositatem conuersionis.

Induite illum, &c. Secundum quod ait beatus Augustinus Homil. 15 super Ioannem, ante Dei oculos nunquam est vacua manus à munere, si arca cordis repleta est bona voluntate. Quod hoc sit verum experientia manifestat. Vnaquæque enim virtus tanto efficacius, & delectabilius operatur, quanto ipsa est perfectior. Diuina autem misericordia infinita est perfectio, quia misericordiam eius non est numerus neque finis. Igitur tanto efficacius operatur, & per consequens nunquam manus Domini est vacua à munere, dummodo ad eum humana sciendi fragilitas se disponit. Et quod ita sit, nobis expresse innuit Euangelium hodiernum in quo quatuor innuntur, videlicet, Transgressionis casus Homo quidam. Reuersionis modus. In se autem reuersus Compassionis & successiois actus. Vidit eum primum. Dilectionis nutus seu nexu. Erat autem filius.

Quantum ad primam partem tangit Euangelista multa, videlicet quomodo filius prodigus quæ ad eum pertinebant postulauit, & obtinuit partem substantiæ. Secundo quomodo ille à patre longius discessit. Tertio quomodo prædictam partem consumpsit. Quarto quomodo post consummationem indiguit. Quinto quomodo se seruuili mancipauit obsequio. Sexto quomodo esuriens refici non volebat, &c. Narrata historiam.

Moraliter hic filius prodigus licet generaliter possit omnem peccatorem signare, specialiter tamen arrogantem siue præsumptuosum significat, qui propriis viribus vult inniti, vt bene Euangelista insinuat in duobus. Primo quidem in facto, quia scilicet à patre partem substantiæ sibi debita postulat. Tunc enim homo à Deo partem petit substantiæ quando propriis viribus vult inniti. Secundo in ætate, quia adolescentior & per consequens ineptus. Reuera qui in viribus propriis vult inniti ac relinqui propriæ voluntati, vel libertati, inexpertus est, quia nescit adhuc quid sit cum dæmone dimicare. Contra tales loquitur Dominus Ierem. 17. *Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & à Domino recedit cor eius. Erigique quasi myrica in deserto, &c.* Et quia propriis viribus inniti est à Deo recedere, idcirco bene sequitur: *quod peregre profectus est in regionem longinquam.* Duo dicit Euangelista, scilicet recessum & accessum. Recedit inquam, quia Psalm. *Neque habitabit iuxta te malignus, neque permanent iniusti ante oculos tuos.* Iniusti sunt qui attri buunt fortitudinem sibi quam non habent. *Quia fortitudo & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem.* Secundo de accessu, quia ad regionem longinquam. Vere longinqua quando ad Dei obliuionem accedit. Et Deuter. 32. *Deum qui te genuit dereliquisti, oblitus es, &c.* A lege autem tua longe facti sunt. Vnde propter talē obliuionem vocatur hæc regio longinqua & umbra mortis, Isa. 7. *Cum habitantibus in regione umbra mortis, lux orta est eis.* Et sic vidimus accessum & recessum. Nunc videamus profectum & mercedem quas ipse fecit; lucrum insuper quod reportauit. Reuera reportauit lucrum quod dixerat Ierem. 17. *Domine omnes qui te derelinquunt confundentur, recedentes à te in terra scribentur,*

quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium, Dominum. Venam dicit aquarum viuentium de relinquunt, quia ad instar aquæ tunc dicitur gratia gratis viua quando fonti continuatur à quo oritur, &c. Vnde dicitur, *quod iste dissipauit bona sua.* Luc. 16. *Dissipatus est apud illum, &c.* O quot cum istis mulieribus impudicis bona sua dissipant & consumunt. Istæ namque mulieres sunt Sirenæ quæ cæcant oculos sapientum, mundanæ scilicet & corporales voluptates, & gaudia terrena 2. Reg. 11. *Depravatum est cor Salomonis per mulieres.* Adhæsit mulieribus alienigenis, id est, mundanis delectationibus, non mulieribus de populo Dei, quia illæ sunt delectationes virtutum. Vnus enim luxuriatur cum diuitiis, alius cum honoribus, alius cum vana gloria, & cum his dissipant omnia à Deo collata eis, expendunt tempus, expendunt cor, per continuam cogitationem. Vnde Iob 9. *Ignis, scilicet temporalis & corporalis sollicitudo, est vsq; ad consummationē deuorans.* Et hic debet exprimi de his talibus quomodo non fatiant sed accedunt, & quomodo aut deficiunt nobis aut nos ipsis. Vnde Angustin. l. b. Conf. Fecisti nos Domine ad te, &c. Dicitur etiam Prou. 21. *Qui diligit epulas, in egestate erit.* Et abiit & adhæsit vni ciuium regionis illius. Abire est peccatum iterare. Ierem. Quam vilis facta es nimis iterans vias tuas. Adhære, ex iteratione consuetudinem inducere. 4. Reg. 3. Ioram, qui riuus siue fluxus interpretatur doni, scilicet diuini, significat peccatorem, qui reciduiando fluit de peccato in peccatum. Ieroboam, id est, populi discernentis qui peccare fecit Israël. Adhæsit vni ciuium, id est, diabolo. Nota quod in mundo sunt tres ciuitates, concupiscentiæ carnis, concupiscentiæ oculorum, & superbiæ vitæ, & omnium illorum ciuium dominus est dæmon cui peccator adhæret. Ierem. 48. *Relinquitte ciuitates & habitate in petra, id est, in Christo.* Habitatores Moab, id est, de patre, scilicet dæmone. Adhæsit igitur huic ciuium, qui misit illum in villam suam, id est, in cor proprium peccatoris, quod est factum villa diaboli, vt ibi pasceret porcos. Nota porcus comedit sterces, id est, peccatum luxuriæ, vbi natat per cogitationem, inuoluit rostrum per impudicam locutionem, &c. Item comedit radices, id est, peccatum auaritiæ, quæ radix est profundata in terra. Iob 29. *Radix iuniperorum erit cibus eorum.* Iuniperus est arbor spinosa, sed & hanc fodiunt rostra dum nihil aliud loqui sciunt, nihilque aliud sapit eis. Item comedit siliquas, quod est genus leguminum ventosum & vanum. Hæc est superbia, quæ siliqua magis ventrem inflat quam dat saturitatem, sicut lupulberbia & vana gloria. *Et tamen nemo illi dabat, &c.* Sic igitur iste prodigus adolescens & inexpertus à patre recedens. De hoc adolescente habemus figuram primi Machab. 13. vbi dicitur quod Tryphon quidam Machidor iuit ad quemdam principem Arabiæ, qui nutriebat quemdam adolescentulum paruulum nomine Antiochum, & duxit illum secum & intrauit regnum Demetrii, & congregauit exercitum quem Demetrius à se repulerat, & effugauit Demetriū de regno suo, & imposuit sibi diadema vt regnaret. Quem Antiochum cum se crederet esse firmum in regno, idem Tryphon peremir dolo sibi imponens diadema Asiæ, & fecit eadem maximam hominum. Tryphon proditor & homicida diabolum figurat,

2. Reg. 11. Salomonis cor deprauatum per mulieres. Mulieres de populo Dei, pro delectatione virtutum. Iob. 9. Ignis pro sollicitudine temporalis, & corporalis. Voluptates non fatiant, & deficiunt nobis aut nos ipsis. Augstin. Prouerb. 21. Epulæ non diligendæ. Abire est peccatum iterare. Adhære quid. 4. Reg. 3. Ioram interpretatur riuus vel fluxus. Ioram signat peccatorem. Ieroboam, id est, populi discernentis. Diabolo ciues. In mundo sunt tres ciuitates. Ciuitates tres sunt in mundo quarum dominus est dæmon. Ierem. 48. Petra pro Christo. Prodigi ad hæsit vni ciuium moraliter. Cor peccatoris villa diaboli. Sterces pro luxuriæ peccato. Porcus pro luxuria. Radix pro auaritia. Iob. 29. Iuniperus arbor spinosa. Siliqua quid. Siliqua pro superbia. De prodigi figura extat. 1. Mac 13. Tryphon proditor. Tryphon nutrit.

Antiochum. Antiochus pro Demetrio regnauit. Antiochus peremptus a Tryphone imponente diadema. Tryphon pro diabolo. Arabia pro humilitate. Antiochus interpretatur pauper. Demetrius interpretatur robustus virgam deiicere. Prodigii conuersio. Reuersio ad se quod. Isa. 3. Reuersio diuina ad humanam esuriem. Surge ad actus. Ezech. 1. Prodigus suscipitur à patre. Prodigus ex mercenario diaboli fit seruus Dei. Prodigus occurrat pater. Gratia præueniens necessaria est. Gratia suscipiens quæ. Amplexus figura gratiæ suscipiens peccatorem. Cant. 2. Gratia confirmans. Absalon ad osculum patris admittitur tertio anno quid. Cant. 1. Prodigii patris tria affertur iubet. Stola prima pro firma promissione patriæ. Annulus pro fide. Calceamenta pro affectionibus & desiderijs. Cant. 5. Calceamenta pro mortificatione desideriorum mundanorum.

figurat, &c. Hic Tryphon ducit Antiochum de Arabia, quæ humilitas interpretatur, vbi nutriebatur Antiochus qui pauper interpretatur. Hunc adolescentulum & inexpertum Tryphon adducit ad regnum Demetrii qui interpretatur robustus virgam deiicere, Deum significans qui est potens, &c. Hic intrat regnum Demetrii, dum, scilicet arrogat dona Dei, colligit exercitum à Demetrio repulsum, dum sibi congregat ingrati tudinis vitia, pugnat cum Demetrio & de regno suo pellit, dum Domino de suis beneficiis pugnam suscitatur, quo facto imponit sibi diadema superbiæ, sed dum credit esse tutus, idem Tryphon, id est, dæmon in dolo ipsum perimit, dum, scilicet Deo per detestabilem culpam interficit, sibi ipse imponit diadema Asiæ, id est, diuinæ passionis, & tunc miser homo eius subditur potestati, tunc Tryphon facit eadem magnam, dum scilicet omne bonum dissipat in corde hominis, & mittit eum ad porcos vt dixi custodiendos. Sequitur reuersio siue conuersio. Hæc autem est primo quia in se reuertitur, quæ est proprii status consideratio. Isa. 3. *Leua in directum oculos tuos, & vide vbi nunc prostrata sis. Redite præuincatores ad cor.* Secundo comparat humanam esuriem ad diuinam refectionem. *Quanti mercenarij, qui scilicet mercede vitam æternam accipiunt, abundant panibus, &c.* Tertio surgit detestando terrena & appetendo cælestia. *Surgam inquit.* Quarto v. dit, & ibo. Primus actus est voluntas, secundus est operatio, & tunc bene vadit, Ezech. 1. *Pedes eorum pedes recti.* Quinto peccatum consistitur ipsi. *Peccauit in calum, præponendo terrena, & coram te transgrediendo tua mandata, & dissipando beneficia.* Et dicitur signanter *coram te*, quasi dicat non occulte, sed in facie tua, absque reuerentia Deo lata. *Vere fac me sicut vnum de mercenariis tuis* vt laborem in agro tuo, vel in vinea tua vnde mercedem accipiam, nam hucusque fui mercenarius dialoli, &c. *Iam non sum dignus vocari filius tuus, cuius charitatem abieci, cuius voluntatem contempsi, cuius maiestatem offendi, cuius imaginem deturpauit, & in diabolicam commutauit.* Itaque *fac me sicut vnum de mercenariis tuis*, quia à filiali dignitate recessi. Sequitur tertium, scilicet modus susceptionis paternæ. *Surrexit & venit, &c.* Iam patre surgente ex mercenario diaboli fit seruus Dei, sed appropinquare non potest, nisi pater occurrat. Nota tria ponuntur hic, videlicet Gratia præueniens, is enim solus venit quem gratia Dei præuenit, & hic est patris occursum, qui super eum misericordia commouetur & occurrit cum adhuc esset longe, & in peccato culpæ commissæ. Gratia suscipiens, & hic est amplexus. Amplexatur enim sinistra per promissionem, & dextera per gloriam fruitionem, Cant. 2. *Lana eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Gratia confirmans & stabiens. *Et osculatus est eum* Absalon tertio anno admittitur ad osculum patris. Tertio dico anno post reuocationem, Cant. 1. *Osculetur me osculo oris sui.* Hæc est vox conscientiæ quæ redditur peccatori post expulsionem. Iubet afferri tria, videlicet *stollam primam*, id est, firmam promissionem patriæ. (Secunda autem est immortalitas quam tunc habebit) Annulum in manu, id est, fidem secundum quam hominem vel animam desponsat in operatione. Calceamenta, id est, affectiones & deside-

ria, quæ hic ponuntur ne pedes luto maculentur. *Lani pedes meos quomodo inquinabo illos?* Cant. 5. Suntque hæc calceamenta mortificatio desideriorum mundanorum, quæ non finit vt homo pedem, id est, affectum terrenis immergat. Item ponuntur ne via ac lapides lædant, hæc est patientia, quæ est necessaria in aduersis huius mundi. Actuum 13. *Calceate, &c.* Vitulus saginatus est hilaritas conscientiæ, quæ procedit ex pinguedine gratiæ & virtutum. Et quia hæc hilaritas solum debet esse in Deo (quia *qui gloriatur, in Domino gloriatur*) idcirco dicitur occidi vt possit cū patre epulari, quia epulati & gaudere oportet quia erat mortuus, &c. Expositio prædicti Euangelij potest reduci per septem misericordias Dei, quas Bern. ser. 88. commemorat dicens sic. Septem in me video misericordias Domini, quas & vos ipsi facillime inuenire potestis in vobis. Prima est quæ non potest explicari sermone, quam benigna, quam gratuita. Ego peccabam & tu dissimulabas, non continebam à sceleribus & tu abstinebas à vertutibus, prolongabam ego multiplicando iniquitatem & tu Domine pietatem tuam. Hanc misericordiam tangit Euangelista in prima parte de filio qui partem petit à patre & recessit, &c. Vide continuationem peccatorum de vno in aliud. Secunda est quod à multis peccatis adhuc in seculo positus custodiuit me. Quis enim non videat quod sicut in multa cecidi, sic & in alia poteram cecidisse peccata, nisi me omnipotentis pietas conseruasset? Fateor & fateor & fateor, quia nisi Dominus adiuuisset me, paulominus cecidisset in omne peccatum anima mea. Hanc misericordiam tangit quando dicit quod iste prodigus filius euiebat saturari de siliquis porcorum, & nemo illi dabat, id est, Deus non dabat, cuius centrum vbi que & circumferentia nusquam, quia non vult dare homini opportunitatem peccandi quam optat, libenter tamen dæmon daret qui te posuit ad porcos custodiendos. Tertia est quod visitauit cor meum & immutauit, vt fierent mihi amara quæ male dulcia prius erant. Hanc tangit Saluator quando dicit quod hic adolescens est ad se reuersus, & quod cœpit intra se dicere quanti mercenarij, &c. surgam, &c. Quarta est quod penitentem misericorditer suscipit, vt in eorum numero inueniretur, de quibus Psal. 31. *Beati quorum remissa sunt iniquitates.* Hanc misericordiam tangit in hoc quod dicit patrem occurrisse filio cum adhuc esset procul, & eum amplexatum ad pacis osculum suscepisse. Quinta per quam mihi continendi deinceps emendatus, præstitit virtutem, vt non reciduum parerem, & esset nouissimus error peior priore. Hanc misericordiam tangit in hoc quod dicit eum fuisse calceatum patientia contra asperitatem vitæ penitentis, vel calceatum id est, mortificationem desideriorum, ne pes iam lapsus fœcibus immergeretur. Sexta est gratia promerendi, & hoc significatur in annulo fidei, qui ponitur in manu, id est, operibus applicatur, quod sit non propria nostra virtute, sed Dei gratia, quia huiusmodi annulum nobis dat. Septima est munus bonæ conuersationis, hæc posset adaptari ad vestem vel ad vitulum, quia vt vestis conuersaris inter lilia, vel vt vitulus pasceris cum dilecto, in hilaritate & munditia conscientiæ, & ibi est tua conuersatio. Apostolus. *Conuersatio nostra in calis est, &c.*

Pes pro affectu terreno. Patientia per calceamenta designatur. Act. 13. Vitulus saginatus pro hilaritate conscientiæ. Hilaritas in Deo solo. D. Bern. Misericordia Domini septem in vno quoque homine reperiuntur. Deus peccata dissimulans misericordia. Deus custodit hominem à multis peccatis sua misericordia. Dei centrum vbi que & circumferentia nusquam. Peccandi opportunitatem quam optat peccator non concedit Deus misericordia. Deus misericordia sua cor immutat ne peccet. 4. Deus penitentem misericorditer suscipit. 5. Deus præferuat hominem à reciduo. 6. Deus confert gratiam promerendi. 7. Deus tribuit munus bonæ conuersationis.





# DOMINICA TERTIA QVADRAGESIMÆ.

De dæmo-  
niaco muto,  
& furdo.  
Luca 11.  
Gratia in-  
scribit, &  
ostendit le-  
gem.  
Digitus Dei  
expellit ho-  
stem, eiicit  
dæmonem,  
impedit  
lumen.

**S**I in digito Dei eycio dæmonia, profecto venit in vos regnum Dei. Luca 11. Gratia Spiritus sancti inscribit, & ostendit legem. Ideo digitus Dei expellit hostem, ideo eiicit dæmonia. Impedit lumen vel numen scilicet diuinitatis & gloriæ, ideo facit nos peruenire ad regnum Dei.

*Erat Iesus eyciens dæmonium, &c.* Luca 11. Ad librum naturæ recurrentes, sicut alias dictum est, quia ibi scriptura regula infallibili nos informat, hoc videmus quod quando in corpore est aliquod membrum putridum vel infirmum seu infectum, de illo membrum nunquam infectum accepit læsionem, de quo membra alia suscipiunt nutrimentum, in tantum inquam læsionem accipit quod oportet membra alia abstinere à proficuis propter ipsum. Et ad hoc assignari potest ratio naturalis, eaque est quod pars infecta est tanquam sentina corporis ad quam omnes mali humores recurrunt, ibi calor innaturalis, ibi humores corrupti, quæ omnia habent cibum illuc transmissum alterare & corrumpere, antequam in nutrimentum illius partis valeat petranfire. Eodem certe modo est in corpore mystico siue in congregatione fidelium. Quando enim est aliquis qui sit infectus malitia, ipse non solum est sentina fæcum ad quam confluit si qua minus bona dicuntur, vt patet in prædicatoribus, nihil præter fæces reportant. Exemplum etiam de cribratorio. Verum etiam quod aliis sunt cibus, eis sunt causa infirmitatis, &c. Neque enim istud est nouum, *nihil enim sub solum nouum*, ait Salomon, iam enim præcesserunt in seculis quæ fuerunt ante nos. Et hoc bene declarat Euangelium hodiernum, in quo quatuor inuuntur, videlicet,

mone obfesso qui erat mutus, vt hic dicitur Cæcus etiam dicitur in Marco, & furdo, vt ponit Chrysoftomus. Expulso dæmone statim homo locutus est, & turbæ sunt admiratæ dicentes. *Nunquid hic est Christus?* vt dicitur in Marco.

Quantum ad secundum dicit, quod quidam maleuoli, & inuidi non potentes calumniam ponere in facto, ponebant in circumstantia, scilicet quod hoc non fieret debito modo, quia in potestate Beelzebub, id est, principis dæmoniorum, quem dicebant Iudæi habitare in illo idolo quod sic vocabatur. Alij vero petebant signum de cælo, quasi istud non esset verum signum quod fecerat. Videns igitur Iesus iniquas cogitationes eorum, voluit eos conuincere ratione. Vnde arguit contra eos. Primo sic, *Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur, & domus, id est, familia supra domum cadet, id est, contra domum insurget.*

Hic nota quod omne regnum siue sit temporale siue spirituale cadet diuisum. Sicut enim patuæ res concordia crescunt, sic maximæ discordia dilabuntur, ait Sallustius. Osee cap. nono *Diuisum est cor eorum, nunc interibunt.*

Item nota quod sicut infirmitas quæ procedit ab intra est magis periculosa, & plures moriuntur morbo quam vulnere, sic ciuitates bello intestino, &c. Item nota quod peccatores sunt peiores quam dæmones, quia regnum dæmonum est vnitum, sed regnum peccatorum diuisum. Item nota quod regnum animæ non potest desolari nisi prius in seipso diuidatur, appetitus, scilicet contra rationem. Nam Prouerb. 8. *Frater qui adiuuatur à fratre quasi ciuitas fortis.* Frater, id est, cor & spiritus vel affectus & intellectus. Ecclesiastes 4. *Melius est duos esse quam vnum*, quia vnum, ens & b num conuertuntur. Sed verbum istud: *Frater qui adiuuatur à fratre*, &c. potest ad literam intelligi, quia tales construunt ciuitatem supernam ex quadris lapidibus, prudentia, temperantia, iustitia, & fortitudine, cuius fundamentum est fides vel humilitas, cæmentum charitas. Vel aliter. Omne regnum in seipsum diuisum, quia discordia causa est corruptionis, secundum quod maior est discordia, maioris est causa corruptionis.

Pietas diuina, subuenit miseris hominibus.

Confusio prauitatis Iudæorum.

Diuisio causa ruinæ regnorum. Discordia maximæ res dilabuntur, concordia paruæ res crescunt. Osee 9.

Infirmitas interna periculosa. Peccatores peiores dæmonibus. Anima regnum non desolatur, nisi diuidatur appetitus contra rationem. Prou. 8.

Frater pro corde & spiritu vel affectu, & intellectu. Eccl. 4. Ciuitatis constructio ex quadris lapidibus moraliter.

Nam

Discordia causa corruptionis. Cælum incorruptibile quare. Inferiora corruptibilia quare. Elementa incorruptibilia quare. Vnitas maior requiritur in ciuitate quam in regno.

Diuisiorem faciunt quænam.

Aues rapinose simul nunquam commemorantur, nisi conueniant ad cadauera.

Tempestat vnde. Superbia causa diuisiõnis.

Apostoli eiciebant dæmonia.

Miraculum maius natiuitati attribuentium virtuti. Miracula Christi maiora miraculis Moysis.

In digito Dei Christus eiciebat dæmonia.

Digitus pro discretionem operis.

Manus pro opere.

Digitus omnibus Dominus operatus est.

Pollex Dei quid fecerit.

Exod. 8.

Nam cælum est incorruptibile, quia non est contrarietas vel discordia inter partes componentes. Hæc autem inferiora sunt corruptibilia, quia ex contrariis composita. Elementa autem quia illorum contrarietas est extrinseca, ideo non sunt corruptibilia secundum totum, vt ait Philosophus. Sic extrinsece homines raro totaliter exterminant. Maior autem est sæpe diuisio vbi debet esse maior vnitas. Maior vnitas requiritur in ciuitate quam in regno. Item in domo quam in ciuitate. Item eiusdem ad se debet esse maior vnitas quæ vnitas domestica siue æconomica. Nunc periculosior est talis diuisio. Hanc diuisiõnem faciunt rapina, superbia, iniustitia. Rapina, quia vnus trahit ad se, alius ad se. Vnde nota quod nunquam aues rapinose sciunt commorari, licet interdum conueniant ad cadauera. Superbia, quia quilibet vult facere sibi caudam. Modo sicut fit diuisio propter rapinam, sic propter superbiam. Nota quod quando nubes sunt nubi contrariæ vt superbus superbo, & impelluntur ventis contrariis, quia quilibet vult præ aliis apparere, & regulam consequi plus quam alius, tunc generantur tempestas, scilicet persecutio, tonitrua bellorum, grandines oppressionum, iniustitia, quia quando illa quæ debeant alterius iuris esse alteri dantur, dissoluitur amicitia, dissoluitur harmonia. Nota quod quando debet proportionabiliter nutrimentum ire ad omnia membra, & vadit determinate ad vnum & maxime ad membrum infectum & corruptum, tunc necessarium debet totum corpus corrumpi, &c.

Secunda ratio est, *Si in Beelzebub eycio dæmonia*, filij vestri, id est, Apostoli secundum Chrysoftomum, vel Exorcistæ secundum Bedam, *in quo eyciunt?* quasi dicat, scitis quod in nomine meo, & ideo ipsi iudices vestri erunt.

Tertia ratio est, quia maius miraculum maiori est attribuendum vel ascribendum virtuti, nunc hoc quod ego facio maius miraculum est illo quod fecit Moyses in Ægypto, propter quod Magi & Necromantici Pharaonis compulsi sunt à veritate dicere, ibi esse diuinam potentiam. Igitur ita & vos debetis eodem modo confiteri & dicere me hoc facere, *in digito Dei*, sicut illi de Moysè sunt confessi. Et *ideo si in digito Dei eycio dæmonia*, certissime peruenit in vos regnum Dei, id est, promissio de me facta. *Agite penitentiam, appropinquat enim regnum celorum.* Vel regnum Dei, id est, vasa pergendi ad Deum vel ad regnum.

Hic autem est aduertendum quod Christus in digito Dei eiciebat dæmonia. Digitus autem Dei hic in proposito discretionem signat operis. Manus enim opus significat. Digni autem manui inserti sunt discretio operum. Sed quia omnibus digitis Dominus vel operatus est vel operabitur in posterum, est aduertendum quod sicut sunt quinque digiti, sic sunt quinque opera Dei. Primus vocatur pollex, in quo consistit fortitudo manus. Istius digiti virtute Dominus operatus est in mundi creatione & hominum dispersione, tempore diluuij, in miraculorum perpetratione in Ægypto, & ideo magi prædixi dixerunt, digitus Dei est hic Exod. 8. Secundus vocatur index ab indicando, & ei attribuitur sapientia. Illo operatus est Dominus in legis datione quando eam illo digito in tabulis scripsit lapideis. Deuteron. 9. Tertius vocatur medius, & hic est digitus clementiæ & misericordiæ quæ differtur vltio diuina, & quæ conne-

ctit Deum cum creatura, scilicet homine, & è conuerso. Isto digito Deus operabatur quando ipso diabolum expellebat. Vnde Augustinus in Euangelium Matth. dicit. *In digito Dei*, id est, in Spiritu sancto. Nam pater est brachium in quo potestas, filius manus in quo industria, & sicut manus per digitos, & brachium per manus operatur, sic patris potentia per filium, Ioan. 1. *Omnia per ipsum facta sunt.* Nota in digitis discretionem, quæ signat discretionem gratiarum licet sit idem spiritus. Quartus digitus est annularis, id est, promissio gloriæ. Vnde Luc. 15. *Date ei annulum in manu eius*, id est, in digito, isto digito operatur nunc per promissionem, finaliter tamen operabitur per gloriæ collationem. Quintus est auricularis, iste est qui facit tinnire aures. Reg. 3. *Ecce ego faciam verbum in Israhel, quod quicumque audierit tinnient amba aures eius.* Hic est digitus iudicij in futuro, sed comminationis in præsentem. Et isto digito, Ioan. 8. *Christus inclinans se scribebat in terra*, sed quando ipse descendit ad iudicium scribet in fingulorum cordibus sententiam contra eos. Hic est *digitus ille minimus qui est grossior dorso patris eius.* Reg. 12. In dorso lumbis virtus generatiua consistit, & signat beneficentiam datam à Deo patre ipsi peccatoribus ingratis, sed iudicium quod datum est filio hæc omnia excedet.

Quarta ratio, *cum fortis armatus custodit atrium suum, pacifice possidet omnia*, donec ab alio superetur, nec atrium huius relinquit nisi prius ab alio vincatur, qui postmodum bona eius & spolia eo superato distribuit. Igitur cum ego auream eius bona, quia facio alios quidem prophetas, alios vero Apostolos, &c. ego sum fortior eo.

Nota, dæmon est fortis, Iob. 41. *Non est potestas super terram qua ei possit comparari.* Est insuper armatus, nam eius galea est superbia. Reg. 19. Egredius est vir spurius de caltris Philistinorum nomine Goliath, &c. Lorica eius est luxuria, scutum cor prauum, sagittæ sunt detractiones siue arcus. Psalm. *Arcum contere et confringet arma.* Sed fortior superueniens est Christus per Dauid figuratus, &c.

Quinta ratio potest addi, quia sicut qui non est mecum, contra me est, & qui non colligit mecum, dispergit, sic qui non est cum diabolo nec colligit cum eo, est contra eum. Ego autem non sum cum eo, quia ipse à me fugit. Iterum non colligo cum eo, sed expello illum, ergo, &c.

Sequitur tertium, scilicet comminatio. *Cum immundus spiritus, &c.* Et sequitur quod mulier proclamauit ad confusionem detrahentium Christo, & blasphemantium, &c. Circa huius Euangelij moralitatem, duo sunt videnda. Primo quidem quid facit dæmon in anima incommodi. Secundo quare & quomodo sit expellendus. Primum tangit Euangelista cum dicit, Et illud erat mutum, effectiue. Marcus autem inquit, Hic erat cæcus. Chrysoftomus superaddit quod erat furdo. Hæc igitur sunt incommoda quæ facit dæmon in anima nostra. Et si queratur Euangelista non nominauit nisi vnum incommodum, scilicet nutritatem: Respondeo quod solum ad principale incommodum se quantulit. Vnde aduertendum quod multis cameris dæmon habet ingressum vel habere potest ad domum conscientiæ nostræ, scilicet animæ, sed tamen nunquam nisi per vnum ostium potest eiici & expelli, scilicet oris seu confessionis. In-

Index Dei est sapientia. Index Dei quid fecerit. Deut. 9. Digitus medius Dei est clementia & misericordia. Digitus medius Dei quid. Digitus Dei pro Spiritu sancto. Spiritus sanctus digitus Dei. Pater brachium, filius manus. Lau. 1. Digitorum discretio pro gratiarum discretione. Digitus annularis Dei est promissio, & collatio gloriæ. Digitus auricularis Dei quid. 1. Reg. 3. Digitus auricularis Dei communicatio est iudicij futuri. Ioan. 8. 3. Reg. 12. Lumbi pro vi generatiua. Dæmon fortis est. Iob. 41. Dæmon armatus est. Galea dæmonis superbia. 1. Reg. 17. Lorica dæmonis luxuria. Scutum dæmonis cor prauum. Sagittæ dæmonis detractiones. Fortior dæmon. Anima mutata redditur à dæmone. Anima nostræ domum dæmon ingreditur multis cameris, sed vno ostio eiicitur.

Malus sentina fæcum. Euangelij diuisio.

Confessio ostium per quod eicitur dæmon ab anima. Sensus quinque sunt fenestras, seu viae per quas dæmon animam ingreditur. Ierem. 9. In anima thalami res. Memoria Thalamus animæ. Cor & conscientia thalamus consilij, & secreti scrutini, & interior est. Voluntas est thalamus conuiuij. Ad memoriam ingreditur diabolus per ingratiudine. Ad cor ingreditur diabolus per errorem. Ad voluntatem ingreditur diabolus per multos actus superbiae, discordie, &c. Confessio solum ostium per quod eicitur dæmon ab anima. Matth. 7. Peccator obturat se ex vna parte, & diabolus eum ex alia. 2. Par. 38. Acham non est reuersus ad Dominum, & ipsi qui eum vastauerat misit munera moraliter Acham idololatra. Acham non est sepultus in sepulchris regum Israel. Phasafar interpretatur princeps cadens pro dæmone.


gredi namque potest per omnes quinque fenestras sensuum. Ierem. 9. *Ascendit mors per fenestras nostras.* Iterum quia in hoc attrio siue castro sunt tres Thalami, videlicet Thalamus thesauri, & hic est memoria, vbi collata beneficia debent reponi, quæ sunt thesauri homini traditi. Thalamus consilij, & secreti scrutini, & hic est interior, & ideo thalamus quieti cubiculi, & hic est cor vel conscientia. Thalamus conuiuij, vbi solus rex cū suis principibus conuiuatur, & hic est voluntas, ad quam nullus nisi solus rex admitti debeat & illos quos vocare vellet, ibi namque sunt vel esse debent dulcia fercula amoris & charitatis. Ad hos inquam thalamos dæmon diuersis posticis ingreditur, quia thalamum memoriam per posticum ingratiudinis, thalamum interior per posticum erroris, thalamum conuiuij per infinitos posticos, quia per minam ibi factam superbiae, per discordiam, susurrationem & odium, per fenestram alteram vanæ gloriæ, & per posticum inuidiæ &c. infinitos quasi habet ingressus. Cum igitur tot possit habere ingressus, non nisi per vnum solum ostium potest expelli, scilicet per loquelam & ostium confessionis. Quando enim tale castrum expugnauerit, & ipsum ingressus fuerit, primum quod fecit est obturare viam per quam eici possit, & hoc est facere hominem mutum. Illo namque ostio obturato securus est de hoc castro, & propter hoc solum hunc effectum Euangelista narrare curauit. Verum quia alium de possent ingredi quod hoc ostium aperirent, videlicet per auditum, sicut informationes, & prædicationes, iterum quia visus possent considerare modum, idcirco hos duos sensus obturat, procurando videlicet idiotitatem & cæcitatem, ne via, scilicet pateat peccatori, & ideo alij ponunt hos duos effectus. Nam cæcus conatus fugere, dum non videt cadit in laqueum Psalm. *Laqueum parauerunt pedibus meis, foderunt ante faciem &c.* Hoc igitur modo miser peccator clauditur ab inimico, & tamen dominus clamatur ad eum. Matth. 7. *Effeta, quod est adaperire.* Sed pro dolor quid facit miser peccator? si diabolus obturat eum ex vna parte, ipse se obturat ex alia. Quod figuratum in Acham rege Iuda 2. Paral. 28, vbi dicitur quod Theglath Phalasar rex Assyriorum ascendit contra eum, & nullo resistente afflixit eum. Qui Acham nec sic reuersus est ad Dominum, sed ipsi qui eum vastauerat misit munera, quæ tamen nihil ei profuerunt, immo adhuc auxit contemptum in Deum. Nam Diis Damasci percussoribus suis obtulit sacrificium. Insuper contractis omnibus vasibus quæ pertinebant ad ministerium templi, quæ erant Domino consecrata, clausit ianuas templi, fecitque sibi altare idolorum in vniuersis angulis Hierusalem. In omnibus quoque vrbibus Iuda extruxit aras ad immolandum idolis, & ideo venit finaliter diuina sententia super eum. Nam percussus est vicere & propter scelera sua non est sepultus in sepulchris regum Israel. Acham, id est, cõuersus visioni, significat hominem qui ad mundani apparentem gloriam est conuersus & à Deo est auersus. Contra hanc ascendit Theglath Phalasar rex, id est dæmon. Phalasar enim interpretatur princeps cadens, & ipse princeps iniquus de celo cadens, transmigravit in infernum. Vnde bene dicitur quod descendit, quia inferius habitat. Nota, rex Assyriorum bene vastat regnum Acham, id est, animam & conscientiam, quia ca-

meram thesauri facit cameram faciis, dum non diuinorum beneficiorum sed mundanarum delectationum homo memoratur, & facit de apotheca aromatum, sterquilinum, de camera consilij, scilicet intellectus, facit cameram mendacij & mundanæ prudentiæ & versutiæ ad seducendum proximum, de camera conuiuij facit prostibulum &c. Vastat insuper, quia domum euertit ponendo inferius id quod debet esse superius, & conuerso, scilicet rationem & curam subiungendo. Item dispergendo & amouendo charitatem. Item amouendo portas vt fiat liber locus cuiuslibet immunditiæ. Percutit eum fœdis operibus, & peccatore vano non contradicente, vastat libere, immo peccatore consentiente. Vnde mittit ipsi munera, quando diabolo impugante, iste ei mittit delectationem, delectationi addit consensum, & consensui opus, quod tamen non ei proderit in die iudicij. Insuper & Diis Damasci, id est, dæmonibus qui in errore peccatorum delectantur (Damascus enim interpretatur sanguis) facit sacrificium, dum scilicet dedicat cor suum. Insuper ad contemptum Dei, omnia vasa, id est, sensus & vires animæ frangit & dissipat, dum scilicet absque freno modestiæ siue absque retinaculo libere se exponit vitij, per contactum, per linguam verbis inhonestis. Immo in angulis cordis construit altaria idolorum, dum scilicet quibuscunque vitij vel cautelis quæ sunt quidam anguli obscuro, studet perficere quod insidit, vel illicite lucrari, vel alium offendere, vel seipsum maculare. Et in omnibus sensibus suis facit aras, dum in eis sacrificat inimico, sicque claudit ianuas templi, ne inspiratio ingrediatur, ne spurcicia peccati per confessionem expellatur. Sed vide sententiam: Percutitur à Deo finaliter, & tandem non introducitur sepulchris regum idolorum qui de mundo, carne, diabolo, triumphauerunt, quia sepelitur in inferno, & non in sinu Abraham. Hæc igitur est infima conditio peccatoris, qui efficitur cæcus. Nota igitur secundum videndum de remedio curationis. Hoc autem remedium est vt in digito Dei exellatur dæmonium. Dicitur autem digitus Dei ad differentiam digitorum hominum peccatorum. Isa. 59. *Digitus eorum pleni sunt iniquitate.* Sed quid est iste digitus? Respondeo quod sicut manus non est completa nisi habeat omnes quinque digitos, sic nec opus misericordiæ nisi habeat quinque conditiones in quinque digitis figuratas. Oportet enim primo quod in ipsa sit humilitas in obediendo, & iste est digitus qui vocatur auricularis. Matth. 7. *Misit digitos in auriculam,* quando sacerdos imponit tibi poenitentiam, & tu humiliter audis & obedienter suscipis. Ideo autem ab isto minimo incipi, quia hic digitus minimus maior est lumbis paternis, id est, maioris virtutis omni alia virtute. Secundum charitas in diligendo, non enim ad poenitentiam te debet timor adducere, sed amor, & hic est annularis, vbi est amor. Prouerb. 7. *Liga eam in digitis tuis,* ligatione, scilicet & vinculo charitatis, quæ sunt vincula Apostoli, quibus nos ligare vult. Tertio alacritas in perferendo, non in agonia, qui est digitus medius, qui est iocundus digitus. Exod. 8. *Digitus Dei est hic,* quia hilarem datorem diligit Deus. Quarto sagacitas in præueniendo & præcauendo, vt in omnibus seruetur discretio & cautela, & hic est index

Dæmon descendit quia in inferno habitat. Assyriorum rex vastat regnum. Acham moraliter. Peccata vastant animam & conscientiam, & thalamo carum. Dig Damasci pro dæmonibus. Damascus interpretatur sanguis. Altaria idolorum, in angulis cordis construit moraliter. Ianuas templi claudere pro inspirationibus resistere. Peccator cæcus fit. Digiti Dei diffundunt à digitis hominum. Esai. 59. Manus completa est cū digitos quinque habet moraliter. 1. Digitus pro misericordia. Misericordiam opus non est completum, nisi quinque habeat conditiones. Matth. 7. Humilitas vocatur digitus auricularis. Digitus in auriculam mittere moraliter. 2. Amor ad poenitentiam non timor adducere debet. Charitas digitus annularis. Prou. 7. 3. Alacritas in perferendo, est digitus medius. Exod. 8.

Sagacitas in præueniendo & præcauendo est conditio misericordiae. Index ab indicando. Dan. 5. Asperitas afflictionis & castigationis. In pollice consistit fortitudo manus. Ioan. 20. Cantic. 5. Myrrha amara seruat à corruptione. Myrrha poenitentia. Poenitentia asperitas seruata peccati corruptione. Nemo propheta acceptus est in patria. Luc. 11. Gratia lapsu reparat, gressum excitat & modum regular. Olla succensa quæ. Corda iniquorum olla succensa, quare. Impius fumum semper emittit. Cor impij fumigat verbis. Iudæi cæca malitia in flammam in Christum.

in ex ab indicando dictus. *Hisunt digiti.* Dan. 5. *Apparuit quasi manus hominis,* in qua est discretio. Vnde nota scripturam, quia debet esse ibi numeratio, ponderatio, & diuisio. Quinto asperitas afflictionis & castigationis, vt sensus crucifigentur qui contra Dominum insurrexerunt, cor contra spiritum. Hic est pollex, in quo manus fortitudo consistit, de quo Saluator Ioan. 20. *Inser digitum tuum huc, & cognosce loca clauorum,* id est, conforma asperitatem tuam poenitentia afflictioni meae poenae, & vide quia ego sum qui pro te passus sum. Christus enim (ait Petrus) *passus est pro nobis vobis relinquens exemplum, &c.* Isti sunt digiti de quibus sponsa Cant. 5. *Digitus mei pleni myrrha probatissima.* Nota myrrha est amara, tamen seruat à corruptione, sic asperitas poenitentiae licet sit amara, seruat tamen à corruptione peccati & finalis iudicij, &c.



FERIA SECUNDA  
HEBDOMADAE  
TERTIAE



*Iesus autem transiens per medium illorum ibat, &c.* Lucæ 4. Inter alia quæ habet facere gratia Spiritus sancti, habet lapsum reparare. Ideo Iesus, id est Saluator. Gressum excitare: ideo Transiens. Modum regular, ideo. Per medium.

Quanta audiuimus facta in Capharnaum, &c. Teste beato Gregorio lib. 33. Moral. cap. 40. iniquorum corda olla succensa dicuntur, cuius aspectus seu facies, teste Hieremia, est ab Aquilone, id est à dæmonis instigatione & procuratione. Et ideo sicut olla succensa fumum non cessat emittere, sic cor impij flamma inordinati desiderij succensum fumigare verbis non potest desistere, verbis inquam internum declarantibus animum, quia semper (vt ait Saluator) *ex abundantia cordis os loquitur.* Quia igitur iniqui Iudæi erant contra Christum inflammati cæca malitia, idcirco fumigare verbis contra Christum non cessabant, semperque curabant vt contra ipsum calumniam possent inuenire. Et licet de hoc mentionem faciant quasi omnia Euangelia, specialiter tamen Euangelium hodiernum. In quo quatuor innuuntur, videlicet,

- Vana postulatio præparantis calumniam, *Quanta audiuimus.*
  - Iusta denegatio confutantis malitiam. *Amen dico.*
  - Cæca perturbatio machinantis sceleritiam. *Et eiecerunt eum.*
  - Cauta absentatio declinantis per cautelam siue astutiam. *Iesus autem transiens per medium illorum, &c.*
- Quantum ad primum, narrat Euangelista quod existente Christo in Nazareth, vbi fuerat conceptus & educatus, licet natus in Bethleem,

Christus calumniatur. Nazareth locus conceptionis & educationis Christi. Iudæi inuidi in Christum.

inuidi Iudæi dixerunt ipsi, *Quanta audiuimus?* Hæc autem petitio vana fuit, quia non habuit solidum fundamentum. Non enim fuit fundata in fide & crudelitate, quod bene ostendit dictum ipsorum. *Quanta* (inquit) *audiuimus* quasi dicat nescimus vtrum sint. Nota Christus nihil vult edificare nisi supra fundamentum solidum. Fundamentum autem est fides, & non nisi supra fidem vult edificare. Istud verbum, *Quanta audiuimus*, fuit verbum ipsum Christi non Iudæorum: sed ex illorum persona Christus dixit, hoc ipsorum vtique dictum præoccupando, vt ait Aug. quia id ipsum dicturi erant.

Sequitur iusta denegatio Christi nolentis ipsorum vanæ postulationi annuere. *Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua.* Communiter ita est, istud facit inuidia, quæ in tantum cæcat hominem, quod non sinit ipsum videre propinqua, & tamen videt distantia. Contra hoc est contra naturam dicitur quod in multis inuenitur contra naturam instantia. Ratio est: Amor priuatus qui fere communi præponitur, est radix inuidiæ, & ideo vbicumque talis amor regnat, ibi dictum Saluatoris verificatur & tunc illa dicitur patria tua, quia vis eam tibi appropriare quantum ex te, & alteri subtrahere, quod si non potes omnibus, saltem eam subtrahis proximis & libenter tribuis alienis, &c. Vbi autem regnat amor non boni priuati sed boni communis, non sic est, quia est amor communis homini, idcirco patria non dicitur communiter tua, sed omnium. Ponit exemplum Saluator de duobus eximijis Prophetarum s. de Helia & Heliseo, &c. Narra succincte historiam quantum spectat ad moralitatem sequentem. Vel serua historiam ad dicendum cum moralitate. Præter autem saluationis exempla alia plura possent poni. Nam Ioseph Gen. 38. à fratribus venditur, & tamen in Ægypto sublimiter honoratur. Sic Abraham in Hur Chaldæorum in igne mittitur, sed in terra peregrinationis multiplicatur. Sic Moyses ab extraneis honoratur, qui tamen ab Aaron fratre & Maria sorore obiurgatur, & sic de pluribus aliis.

Quantum ad tertium ponitur cæca perturbatio illorum iniquorum. Repleti namque sunt ira, surrexerunt cum impetu, traxerunt Iesum extra ciuitatem & duxerunt ad locum præcipitij, vt inde eum præcipitent. O quot hodie qui replentur ira, quia Dei indignatione quam incurunt ex peccato, surgunt qui abiiciunt Iesum, id est, salutem extra ciuitatem propriæ conscientiæ qui ipsum præcipitant ex cordis operibus. Vel consurgunt per consensum, eiiciunt per opus, præcipitant per consuetudinem. Vel surgunt per delectationem, eiiciunt per consensum, præcipitant per opus, vt sic perimatur vt non reuertatur amplius ad conscientiam.

Sed in veritate aduertendum est diligenter quod sequitur, scilicet declinatio, quia ipse Iesus transiens, &c. Nota quantum ad litteram quomodo rupes diuisa est in duas partes, & celsit Christo cui dura corda cedere vel acquiescere noluissent. Hoc inquam Christus nunquam fecit, quia declinando ipse per medium nostrum transit, per medium inquam nobis indignis beneficia ministrando. Ego autem inquit in medio vestrum sum sicut qui ministrat, & turbationem dissimulando. Sed timendum ne transeat per medium iudicando & se-

Fides est fundamentum. Postulationi vanæ Iudæorum annuere noluit Christus. Inuidia non sinit hominem videre propinqua, sed distantia. Amor priuatus radix inuidiæ. Patria ab appropriando. Amor communis regnare debet. Ioseph à fratribus venditur. Gen. 37. Abraham in terra peregrinationis multiplicatur. Moyses ab extraneis honoratur & tamen ab Aaron & Maria obiurgatur. Iesus præcipitur à multis. Cor durius turpe. Iesus transit per medium moraliter.







bus indicat qui magis possunt prodesse quam obesse. Vnde secundum hæc potes in secreto dicere confessori vel patri, vel alicui de quo sis certus quod nullo modo nocere vel obesse possit, & huic sententiæ magis assentio quam primæ, quia sic faciendo, non scandalizo, nec deduco in publicum, quia omnes isti non sunt nisi vnus, scilicet idipsum quod ego qui corrigo, vel quod ipsemet qui corrigitur. Sic enim fecit Ioseph sanctus, qui fratres suos apud patrem accusauit crimine pessimo. Est autem aduertendum vel cauendum, ne dum corrigens vult euellere zizaniam, incauto zelo simul virtutes euellat, quia tunc non præmiabitur vt corrector, sed punietur & condemnabitur vt destructor. Sicut & figura habetur Exod. 22. *Si egressus ignis inuenit spicas & comprehenderit acervos frugum, sine stantes segetes in agris, readet damnum qui ignem succenderit.* Ignis zelus est, qui cum discretione quasi ignis zizaniam succendit discrete dum corrigit vitia, sed dum indiscrete correptionis ignem succendit, tunc granum virtutum spargit. Hos autem testes debes adhibere, vt qui noluit corrigi occulta admonitione, nunc coactus corrigatur pudore, vel vt sint in testimonium quod erga eum fecisti quod facere debuisti, vel si voluerit culpam excusare, possit conuinci.

Exod. 22.  
Ignis pro zelo.

In correptione testes adhibendi.

Excommunicationem præcedere debet terna admonitio. Excommunicatio pro peccato mortali.

Lex naturæ est inter Deum & hominem. Adam correptus lege naturæ.

Circa correctionem fraternam quatuor attendenda. Corrector si etiam vitiosus se ipsum condemnat. 1. Paral. 13. 2. Reg. 6. Oza temeritas applicatur correctori indiscreto. Oza interfecit quod arcam tetigerit moraliter. Arca Domini pro lege

& vniuersi principes, id est Angeli, imponunt plastro boum, id est iugo legis collum submitendo, vt hanc arcam deducant de domo Aminadab, id est, spontanea voluntate, quæ est in Gabaa, id est in valle huius mundi, & in prouentiuo peccati, & perducant eam in domum Regis æterni. Oza videns interpretatur & fortitudo, & significat illos quibus officium correctionis incumbit, in quibus debet esse discretio maturitatis vt videant, perfectio etiam vitæ vt sint fortes in perferendo quæ alijs imponunt. Sed quid? interdum arca declinauit plastrum peruertentibus bobus ad arcam Nachor, id est ad curiam mundani aspectus. Nachor enim preparatio iracundiæ interpretatur. Et tunc indifferens Oza dum non est mundus, secundum legem, dum arcam humeris suis non portat, cum tamen præceptum esset quod sacerdotes præcederent populum arcam Domini portantes, extendit manum correctionis vt subleuaret arcam quam alius portat, & tunc Dominus iratus contra eum ibidem interfecit eum, id est imputat ipsi ad peccatum.

Præceptorum diuinorum. Dauid interpretatur mane fortis. Aminadab pro spontanea voluntate.

Gabaa. Oza pro iis quibus officium correctionis incumbit. In correctione discretio maturitatis & perfectio vitæ. Nachor, id est curia mundani aspectus.

Secundum est lenitas non nimia asperitas, de hoc supra: vbi ponitur exemplum de materia furiosa. Nota omne peccatum vt in pluribus prouenit ex materia furiosa, magna namque furia est insurgere contra medicum, &c. sicut supra. Similiter Numer. 12. dicitur quod Maria soror Moyse, quia ipsum aspere corripuit, percussa est lepra.

In correctione lenitas. Peccatum ex materia furiosa. Num. 12.

Tertium est charitas, quia amor debet te trahere, non odium. Quartum est utilitas, scilicet quando correctis prodesse potest, quia si vides certitudinaliter nihil prodesse, sed magis obesse, debes desistere. Exemplum de medico qui non debet infirmo desperato inducere grauenedinem medicinæ, nec breuiter aliquid quod languorem auget & acceleret mortem. Est tamen aduertendum quod prælatus non debet à publica correctione cessare quantumcunque illa sit nociua ei quem corripit, quando est alijs proficua & salubris, & subtractio correctionis esset occasio scandali, Secus autem est de correctione priuata.

Maria soror Moyse leprosa, quare ad correctionem charitas attrahere debet; ex correctione utilitas spectanda. A correctione publica non debet cessare prælatus.

Quantum ad secundum principale dicit, *Quacunque alligaueritis super terram* Vnde nota quod non dicit in terra, quia illa postmodum ligantur subter terram, id est in loco pœnarum, sed super terram, scilicet vinculo charitatis quo omnia diliguntur in Deo, omnia talia erunt ligata, id est approbata in cœlis. Nota quod multi in terra sunt qui nec se dissoluere possunt, nec ab alijs volunt dissolui.

Quantum ad tertium principale: *Si duo ex vobis*, &c. Ad litteram de omni re, non de vanitate fiet illis. Ratio est, quia in medio est Christus sicut vita & sicut cor, quia vitam gratiæ administrat, & sicut medulla in arbore, virtute cuius radices humorem trahunt, sic virtute Christi radices cordis nostri trahunt humorem diuinæ gratiæ. Aliter tamen secundum Hieronymum potest exponi. *Si duo ex vobis*, scilicet corpus & anima, siue corpus & spiritus. Vnde isti figurantur hodie in Epistola Euangelij. Nota historiam. Mulier vidua anima, duo filij corpus & spiritus, & creditor diabolus qui vult vt filij seruiant; Helisæus Deus ad quem

Christus in medio est.

Gratia trahit humorem à virtute Christi.

Mulier vidua pro anima.

Anima claudere ostium dæmoni debet. Vasa pro corpore & spiritu.

quem anima debet recurrere, id est, vires corporales & spirituales siue interiores. Debet igitur mulier claudere ostium, scilicet dæmoni instanti tentatione & filios captiuare volenti, & accipere vasa vt corpus & spiritus offerant & illa impleant, &c.



FERIA QVARTA  
HEBDOMADÆ  
TERTIÆ.



Matth. 15.

Gratiæ subsidium impetrare volentia necessaria. Humilitatis & subiectionis decor necessarius. Charitatis & dilectionis ardor necessarius. Suauitatis & deuotionis dulcor necessarius. cæcitas spiritualis quid. Voluntas tenebrosa quæ lucis sunt sentire non potest. Oculi maligni quis. Oculi sancti quis.

*H*onora patrem tuum & matrem tuam Matth. 15. Volenti subsidium diuinæ gratiæ impetrare, tria sunt inter alia necessaria, videlicet Decor humilitatis & subiectionis. Honor. Ardor charitatis & dilectionis, Matrem tuam.

Secundum quod ait Chrysostronus Hom. 3 1. in morali, non potest sentire quæ lucis sunt tenebrosa voluntas, cæcitas namque spiritualis est malitia cordis, & ideo sicut non potest cæcus splendorem lucis conspiceret, sic non potest malignus mysteria pietatis. Et bene dicit mysteria pietatis, quia mysteria prauitatis saltem videt. Est enim, vt idem dicit Chrysostronus Homilia vigesima sexta, malignus oculus per quem diabolus videt qui lucem aspiceret nequit sicut homo, sanctus oculus per quem Deus videt. Et hinc est quod semper alpicit prauus mysteria prauitatis, immo interdum ibi esse iudicat vbi non sunt, sicut nobis hodie bene declarat Euangelium hodiernum de iniquis Scribis & Phariseis, qui ex cæcitate malitia non cognoscebant transgressionem diuini præcepti quod modo suadebant, scilicet de non honorando parentes, & tamen simplicitatem discipulorum culpabilem ostendere conabantur. Vnde in dicto Euangelio quatuor innuuntur, videlicet,

Euangelij diuisio in quatuor.

- Error cæcutientis dementiæ. *Quare discipuli.*
- Tenor corripientis iustitiæ. *Quare & vos.*
- Rigor concutientis miseræ. *Omnis plantatio.*
- Pudor deficientis notitiæ. *Adhuc & vos.*
- Vel Euangelista ostendit quatuor, videlicet Stolidam præsumptionem turpius deficientem. *Quoniam dixi.*
- Prouidam monitionem audius redarguentem. *Quare & vos.*
- Rigidam concussionem durius confodientem. *Omnis plantatio.*
- Placidam instructionem clarius erudientem. *Adhuc & vos, &c.*

Quantum ad primum dicit Euangelista quod postquam Christus multa & mira miracula fe-

cerat, venerant ab Hierosolymis Scribæ & Pharisei, dicentes, &c. Dic de hoc traditionem, qualiter (vt ait Marcus) crebro manus lauant, scilicet in omni ferculi renouatione. Vnde & propter hoc dicunt antiqui Hydrias illas sex fuisse in nuptiis Ioannis Euangelistæ, secundum scilicet purificationem Iudæorum. Has autem traditiones fecerant Iudæi contra diuinum præceptum, qui dixerat per Moysen Deuteron. 3 1. *Quod præcipio tibi tantum facito hoc, nec addas nec diminuas.* Addiderunt igitur isti superstitiones, & illud Esa. 1. *Lauamini & mundi estote*, intelligebant carnaliter, &c. Vnde dicit Chrysostronus quod isti sic loquentes, statim seipos confundebant, quia allegabant traditiones factas, quas siendas Deus prohibuerat. Sic patet magis nequitia istorum qui non potentes calumniare magistrum in se, in discipulos tam dementer insurgentibus. O quot sunt hodie tales scribæ qui nullum aliud habent officium nisi quod notant & scribunt facta aliorum Esa. 10. *Omnes scribentes in iniustis conscripserunt.* Et pharisæi qui semper conantur gratiam hominum alijs auferre, & eos quantum possunt ab affectu & opinione aliorum diuidere. Qui bene recedunt à Hierosolyma. Semper enim volunt à patre recedere & schismatum scandala suscitare. Sed *disperdet Dominus vniuersa labia dolosa.* Sed tales non aduertunt quod ipsi immediate dicunt contra seipos, & ore proprio se condemnant. Ponunt enim calumniam in opere non calumniabili, detrahunt veritatem. Et multi sunt qui prædicantes audiunt, & verba eorum bona peruertunt. Reuera tales nedum arguentur quod comedant illotis manibus, sed quod cibum bonum proiciunt in cloacam.

Manus lauant in omni ferculi renouatione. Hydria sex cui vsui. De purificatione Iudæorum.

Deut. 31. Traditio superstitiosa Iudæorum in mensa. Isa. 1.

Isa. 10.

Pharisæi diuidunt alios ab opinione cæterorum.

Quantum ad secundum respondit Christus istorum prauæ operationi & cordis malitiæ, &c. Percurre litteram. Propter traditionem vestram, Ber. ad Eugenium. Traditiones humanæ hodie regnant in Ecclesia, quæ non tantum sunt leges quantum lites & cauillationes ad animas hominum subuertendas. Tu igitur pastor pastorum animarum quæ mente sustines coram te illas? &c. *Honora patrem, &c.* Nota, triplex pater, scilicet spiritualis, pastoralis, & temporalis. Spiritualis Deus, pastoralis Papa vel Dominus, corporalis ille qui te genuit, & vnicuique debes exhibere honorem in gradu suo, & his quæ ad eorum officium pertinent, & hoc loco & tempore, quod si subtraxeris, facis contra diuinum præceptum. Hic potes dicere quod sicut qui patrem corporalem confundit, & stat in contumacia cum ipsa, peccat mortaliter, consimiliter ille qui stat in contumacia cum Domino suo spirituali sine satisfactione debita, non est absoluentus, sicut nec secundus.

Christus pharisæi malitiæ & prauæ operationi respondit.

Pater triplex. Patri omnia honor exhibendus.

*Manus quodcumque est ex me*, id est, quod mihi reseruauit vel pertinet ad me, tibi proderit, non autem quod est Domino dedicatum, quia illud datur animæ. Vel aliter interroganter, quodcumque est ex me, scilicet promissum tibi proderit: quasi dicat, non.

Vel aliter, sine causa colunt me, id est, sine premio vel retributione. Glossa. *Et conuocatis ad se turbis*, arguentibus per locutionem à maiori negatiue, quasi dicerent sic, si illud quod

Hortum habet intrat per os non coinquinat hominem, igitur nec illud quod egreditur. Contra quod dicitur, quod accesserunt discipuli ad Iesum & dixerunt ei, scia quia Pharisaei audito verbo hoc scandalizati sunt, &c. Scandalizati sunt per se, quia non habebant causam turbationis, sed correctionis, ideo dicit. *Omnis plantatio*, &c. Habet diabolus hortum suum ubi sunt plantae euellendae & igni deputandae, & haec sunt syluae spinosae in quibus commorantur. Habet Deus hortum suum ubi sunt plantae fructiferae. Unde nota quod planta habet ramos tres, scilicet cor, & hic ramus facit duodecim fructus quos enumerat Apostolus ad Galat. 5. Habet etiam os, & hic ramus facit similiter plures fructus, scilicet abstinentiam a cibo, confessionem, exhibitionem laudis, correptionem fraternam, orationem deuotam & locutionem modestam siue responsum humilem. Opus, & hic ramus facit sex fructus, scilicet, sex opera misericordiae, &c.

*Caci sunt & duces cacorum.* Ad literam hoc dicitur de Iudaeis qui semper veluti caeci vadunt, aliorum facta palpando quae videre non possunt, quia semper clarum videtur eis tenebrosum & obscurum. Nam semper in omni bono opere inueniunt defectum vel contra modum, vel contra substantiam actus, vel contra intentionem. Esa. 59. *Palpauimus sicut caeci parietem & quasi absque oculis attrectauimus, impie egimus meridiem quasi in tenebris*, id est in operibus lucidis & mundis. Unde dicit bene Saluator de talibus, *caci sunt corde*, quia excacauit eos malitia eorum, & *duces cacorum*, quia sicut habent cor caecum, ita sensus caecos, visum, quia nihil de bono proximi prouidere possunt: aures quia nihil audire, & sic de singulis. Nam *qualis est rector ciuitatis tales habitantes in ea*, dicitur Eccl. 18. Sed in veritate sequitur. *Si cacus caco ducatur, &c. ambo in foueam cadunt*, id est in profundum culpae, & postea in profundum poenae. Et hoc idem est de illis qui faciunt corpus, caecum ducatum praestat animae doctor infcius, cursor claudus, praetorius negligens, praeco mutus. Adapta ista ad hominem.

Sequitur autem vltimum. *Respondens autem Petrus*, &c. Omne, id est de omni quod in os intrat in stomachum vadit, & in secessum emittitur. Fit enim multipliciter digestio. Prima in ore. Secunda in stomacho. Sic moraliter, prima in ore, & haec est meritorium diffusio. Os hic significat cor cor Psal. 36. *Os in se meditabitur sapientiam*. Est enim per cor ingressus cogitationum ad animam, hic nulla sit separatio. Secunda in stomacho, hoc est in voluntate, ubi fit bonorum intentio, & facis peccati repulsio. Tertia in cista fellis, id est in amaritudine culpae transactae, quae fit in memoria, & hic fit separatio pori ad venas, id est ad opera satisfactoria, ex quibus homo nutritur spiritualiter, dum impellitur ad aquas, id est ad lachrymas. Quarta in venis, id est in operibus, & ibi fit separatio. Vna pars vadit ad conseruationem propriam, altera ad conseruationem propaginis vel ad specialem conseruationem proximi. Nota lac est materia sanguinis.

De corde exeunt tria in genere, quae Dominus commemorat, videlicet, Quaedam perti-

nentia ad peccatum cordis, & haec sunt cogitationes malae. Quaedam ad peccatum oris, & haec sunt blasphemiae & falsa testimonia. Quaedam ad peccatum operis, & haec sunt homicidia, furta, adulteria.

Aduerte igitur peccatorum distinctionem, quia aut homo peccat corde, & hoc contingit tripliciter, quia vel in seipsum, & sic est aecidia. Vel in Deum, & sic est superbia. Vel in proximum, & est dupliciter. Vel habita occasione ab eo, & sic est odium, quod est ira inueterata: vel non habita, & sic est inuidia. Vel peccat ore, & hoc dupliciter, vel contra proximum & hoc etiam dupliciter quia vel diffamando, & sic est falsum testimonium. Vel decipiendo, & sic est mendacium, quod est peccatum mortale, quando perniciosum, vel quando assumitur ibi nomen Dei. Vel opere, & hoc multipliciter, quia hoc fit aut in rebus temporalibus, & hoc dupliciter, quia vel violenter, & sic est rapina, vel sine violentia, & sic est furtum, aut in bonis personalibus, & sic est homicidium, aut in bono opere, & sic est detractio, aut in persona coniuncta, & sic est adulterium, aut in persona seiuncta, & sic est fornicatio.

De corde enim exeunt, &c. sicut enim cor est vitae corporalis principium, sic vitae moralis, scilicet bonitatis vel malitiae, intantum quod teste beato Augustino de libero arbitrio, nihil habet rationem peccati nisi quantum a corde & voluntate egreditur. Non enim quod intrat in os, id est cor, ut expositum est, *coinquinat hominem*, quia teste eodem Augustino non est in potestate quibus, &c. vide litteram. Corde non consentiente, sed contradicente, tunc non committitur peccatum, sed acquiritur meritum, quod si cor non contradicat, sed consentiat, tunc est peccatum mortale si sit de re ex diuino praeepto prohibita.

Aduertendum tamen quod consensus dupliciter accipitur. Est enim consensus vno modo in opus, & talis non est dubium quin pro opere computetur, quia voluntas reputatur pro facto. Alio modo in delectationem ipsam quae est in cogitatione, quia interdum tam vehemens quod inebriat mentem, & in tali secundum Augustinum, est peccatum mortale, etiam si non adit voluntas nec propositum adimplendi. Sola namque cogitatione homo moritur per culpam, sicut figuratum fuit in Absalone 2. Reg. 17. Nota historiam. Absalon patris amaritudo vel patris luctus interpretatur, & significat peccatorem. Hic contra patrem erigitur & regnare vult, dum, scilicet de sibi collatis beneficiis erigitur in superbiam, quia illa a Deo non recognoscit. Contra hunc nutu diuino procedit Iob, qui inimicus interpretatur, terga vertit Absalon dum non viriliter resistit. Mulus est sterilis appetitus carnalis vel mundastus, qui nimis currit, haeret capillis, id est, cogitationibus quercus, id est infructuosae mundanae delectationis. Haeret autem proprie inter caelum & terram, quia adhuc vacillat, quia non sequitur adhuc ex toto mulum, id est sterilem appetitum. Sed tunc Iob infigit ipsi tres lanceas in corde. Prima est delectatio inordinata, & ista sola moreretur quando est deliberrata. Secunda est consensus in opus, quia ex quo diabolus primam infixit, statim procurat secundam


cordis tripliciter contingit. Peccatum cordis in proximum est duplex. Peccatum oris duplex est. Peccatum oris in proximum duplex est. Mendacium peccatum mortale, quando. Peccatum operis multipliciter fit. Peccatum operis in rebus temporalibus dupliciter fit. Cor principium & vita corporalis & moralis. Ang. Corde contradicente peccato acquiritur meritum. Corde consentiente rei prohibita peccatum mortale. Consensus dupliciter sumitur. Cogitatione moritur homo per culpam. 2. Reg. 17. Absalon interpretatur patris amaritudo vel luctus. Absalon pro peccatore. Peccator contra Deum patrem suum erigitur. Iob interpretatur inimicus. Absalon terga vertit moraliter. Mulus pro appetitu sterili carnis vel mundi, capilli pro cogitationibus. Quercus pro infructuosae delectatione mundana, haeret inter caelum & terram moraliter. Iob infigit Absaloni tres lanceas

in corde mortali. Delectatio inordinata lancea, quare. Consensus in opus lancea, quare. Operis ad imperio lancea. Secundum Iob venit decem moraliter. Dan. 14. Abacuch capillo capitis ductus in Babyl. moraliter. De socru Simonis. Luc. 4. Gratia procuranda sollicitate propter tria. Gratia copiosa communitate. Gratia non est otiosa. Gratia fructuosa est & gratia communitate. Mens destruit nisi nos Deus ad amorem compungendo viuificet vel ad timorem flagellando restituet. Stare diu non possumus propter fragilitatem & miseriam nostram. Misericorditer prouidit Deus ut aliquos comminando vel percutiendo, aliquos inspirando ad vitam reducat. Amoris signaculum cordi supponitur. Euangelij diuisio. Peccati piaculum. Orationis suffragium. Peccati curationis remedium. Deuotionis obsequium. Math. 7.

secundam infigere. Tertia est operis adimpletio, & tunc veniunt decem secundum Iob 1. transgressiones decem praceptorum diuinorum, quae sunt decem cornua bestiae, & cumulant hunc Absalon in grauitate peccatorum ne possit amplius insurgere. Nota quod Abacuch Dan. 14. capillo capitis sui ductus est in Babylonem & positus in lacum leonum. Abacuch, id est susceptio eorum qui suscipiunt tentationes quas diabolus immittit. O quot sunt quae capillo capitis voluunt hominem & conantur ipsum ponere in lacum leonum, in foueam inferni, in Babylonem vel confusionem, &c.



FERIA QUINTA  
HEBDOMADAE  
TERTIAE.



*S*ingulis manus imponens curabat omnes. Luc. 5. Gratia Spiritus sancti propter tria est sollicitate procuranda, quia ipsa est suppletio sufficiens copiosa lata seu ampla communitate, ideo *Singulis*. Est virtuosa & magna actualitate, ideo *Manus imponens*, id est opera, quia non est otiosa. Est fructuosa & grata commoditate, ideo *Curabat omnes*, &c.

Secundum quod ait beatus Gregorius lib. 9. Moral. cap. 38. nisi nos superna visitatio vel ad amorem compungendo viuificet, vel ad timorem flagellando restituet, repentino lapsu mens funditus tota destruit. Et in veritate hoc non est mirum, quia etiam nobis diuina gratia assistente praesidio propter fragilitatem, & miseriam nostram stare frequenter non possumus quin cadamus, multo minus mortificati vel infirmati per culpam, vitam & salutem consequi possemus, nisi nos Deus aut amore compungendo, aut timore concutiendo reduceret. Misericorditer igitur prouidit ut iuxta quantitatem delicti & culpae quosdam, videlicet inspirando, quosdam comminando vel percutiendo reducat. Et hoc bene nobis insinuat Euangelium hodiernum ostendens quod Dominus super socrum Simonis stetit, quod significat amoris signaculum, quod supponitur cordi. Alios autem infirmos tangendo, scilicet manu suae castigationis, curauit. Ponuntur autem in dicto Euangelio tria, videlicet,

- Primo charitatiua sanatio languidorum ibi. *Surgens Iesus.*
  - Secundo informatiua depressio malignorum. *Exibant autem daemonia.*
  - Tertio imitatiua deuotio populorum. *Facta autem die, &c.*
- Et turbae requirebant eum. Quantum ad primum praemittitur miraculum factum a Domino circa socrum Simonis. circa quod 4. tangit, videlicet. Piaculum infectionis. *Quia ipsa tenebatur magnis febribus,*

Suffragium orationis. *Quia ipsi discipuli qui assistebant, rogauerunt Iesum pro ea.* Remedium curationis. *Quia stans super eam imperauit febri.* Obsequium deuotionis, *Quia continuo confurgens ministrabat illis.* Dicitur autem Matth. 8. & Mar. 1. quod *Christus apprehensa manu eius curauit, & subleuabat iacentem.* Idem significat hic, ut ostendit Ambrosius in homine quod non magis mobilitate animi quam prauitate peccauerat, id est, taliter peccantes signauit, & talibus proculdubio Deus porrigit manum suae misericordiae stans super eos impetrans. Deinde ponitur de curatione aliorum languidorum. Currente namque fama quod socrus Petri fuerat miraculose sanata, post solis occasum omnes ceperunt ad locum affluere, &c. quibus omnibus manus imponens sanabat eos. Et dicit Beda, quod non vacat mysterio quod ante solis occasum vna sola sanatur, post vero plures vel multi. Nam *hic est ille sol iustitiae.* Malach. 3. Qui de seipso dicit. *Quamdiu sum in mundo lux sum mundi.* Ipse namque ante occasum passionis solum modicam partem Iudaeorum sanauit, post modum vero sanauit complures, quando, scilicet salus est per totum mundum diffusa, quia *in omnem terram exiit sonus eorum,* &c. Moraliter vero occasus solis significat occasum mundanae prosperitatis, qui nisi occumbat in corde tuo, non potes a languore sanari. Unde Matth. 26. dicitur quod post solis obtenebrationem *multa corpora eorum qui dormierunt surrexerunt.* Eccl. 1. *Oritur sol & occidit.* Mundana, scilicet prosperitas, quae est in continua reuolutione, diuina autem nescit occasum, & procedit vsque ad perfectum diem. Nota sol dupliciter dicitur occidere, vel in se, & sic ad literam occidit omni die, vel quo ad nos, & sic occidit nobis quando aliquis mons vel aliquid aliud interponitur, sic potest nobis sol diuinae gratiae occidere. Secundo modo sol mundanae prosperitatis in se & in nobis occidit, quando scilicet non montem terrentium interponimus, sed ad lumen caelitus occultatur, ad lumen, scilicet diuinae illustrationis.

Sequitur secundum. *Exibant autem daemonia a multis clamantia & dicentia, quia tu es filius Dei. Et increpans non sinebat ea loqui.* Tacere iubentur eiecta daemonia. Primo ad confutandum iniquos Pharisaeos qui dicebant eum in Beelzebub principe daemionum eicere daemonia. Secundo ad amouendum ipsorum fallaciam, quia semper vera, aliqua falsitate fermentabant. Tertio ad dandum nobis exemplum, quia ipse Dominus est superiorum & inferiorum, & noluit daemionum obsequium, nec per consequens nos debemus velle.

Sequitur tertium. *Facta autem die, &c. discurrere literam.* Mystice facta die resurrectionis suae. *Hec dies quam fecit Dominus,* &c. Reprobata Iudaea transiit ad gentes per desertum signatas, & tunc certe requirebant eum per fidem, & veniebant vsque ad ipsum per spem, & retinebant ipsum per charitatem. Quibus ille dicebat, quia & aliis ciuitatibus, id est mouendo dicebat ut aliis praedicarent, ut fidem quam susceperant diuulgarent factis & verbis.

Socrus Sy. monis pro peccatoribus. Peccatoribus Deus porrigit manum. Socrus Petri ante solis occasum sola sanatur, post vero solis occasum multi, quare. Christus sol iustitiae de seipso. Ante passionem Christi pauci sanati post illam multi. Occasus solis pro occasu mundanae prosperitatis. Prosperitas mundana impedit sanationem. Mat. 26. Prosperitas diuina nescit occasum & procedit vsque ad perfectum diem. Sol occidit dupliciter dicitur. Prosperitas mundana occultatur. Daemonia tacere iubentur, quare. Pharisaeorum fallacia qualis. Daemonia obsequium reicere debemus. Desertum pro gentibus.



Peccato sol gratia in nobis occumbit. *Marci. 1.* Pœnitentia ostium est. Soerus Simonis pro anima. Febris pro peccato. Peccatum febris est. Febris quid. Febris Ephimera. Febris Hectica. Febris ephimera peccatum cordis. Febris propriè febris pro peccato in opere, sed non in consuetudine. Febris Hectica pro peccato consuetudinis. Febris in humoribus distinguitur multipliciter. Febris quartana vnde, qualis, & proprietates eius. Febris quartana auaritia. Auarus coloris liuidi est. Auari obturationem cordis & sensuum habent. In hepate vis amoris. Auaritia plus ad inferos trahit diabolus quam alio peccati laqueo. Febris quotidiana vnde. Gula comparatur febris quotidianæ. Inuidia comparatur febris quotidianæ. Piscis quidam pluuialem aquam gustantes moriuntur. moraliter. Aqua pluuialis quasi venenum quibuscumque piscibus. moraliter.

Moraliter, dum nunc sol gratiæ occumbit in te per peccatum, vade ad recipiendum salutem, & sta in ostio vbi est Iesus, secundum quod dicitur Marci primo. Et erat omnis ciuitas congregata ad ianuas, id est, in pœnitentia, quæ est ostium, vt exponit Hieronymus, quod si nunc non feceris, ipse in die iudicij ibit in desertum locum nec tecum voluerit commorari, quinimmo dicit aliis ciuitatibus vbi, scilicet, sunt ciues cælestes, &c.

Moraliter, quænam est hæc soerus Simonis, & quæ hæc infirmitas? Respondeo, soerus Simonis est anima, febris est peccatum. Vnde sciendum quod febris nihil aliud est quam caloris innaturalis succensio. Hæc autem succensio, vt dicit Galenus in Passionario suo, potest esse vel in spiritibus, & sic vocatur Ephimera. Vel in humoribus, & sic vocatur Ephimera. Vel in solidis & medullis, & sic vocatur Hectica. Prima inquam febris quæ in spiritibus creatur, propter subtilitatem materiæ cito resoluitur. Et hæc febris signat peccatum quod est in cogitatione, quod fit ex corruptione facta in spiritibus superuenientibus spiritibus malè suggestionis. Secunda significat peccatum in opere, sed non in consuetudine. Tertia significat peccatum consuetudinis, quæ quodam modo conuertitur in naturam. Et hoc durat vsque ad mortem, maximè quando peruenit ad tertiam & quartam speciem, & ideo figurat peccatum consuetudinis.

Item nota quod prima species est in corde, & hæc leuis. Secunda in opere, & hæc difficilis. Tertia in consuetudine, & hæc quasi incurabilis. Quarta in obstinatione, & hæc peccata. Prima vero quæ est in humoribus, potest multipliciter distingui, tamen quantum ad presens, quædam procedit ex corruptione seu inflammatione melancholiæ, & hæc vocatur quartana, quæ immutat colorem, & quandoque inducit oppilationem, quandoque calefacit hepar, &c. & hæc propter grossitatem materiæ, est triplicis proprietatis, multum durat & cum difficultate resoluitur, & hæc inter omnes relinquit, & inducit multas malas dispositiones in corpore, &c. Variatio namque coloris, quia aliquando homo efficitur liuidus, significat diminutionem coloris, sic auarus habet colorem ad compassionem proximi diminutum, & non cogitat nisi cogitationes liuoris dum bona aliorum vsurpare conatur. Obturatio siue oppilatio significat obturationem cordis, & sensuum, quæ summè in auaro regnat, quia non vult audire quod spectat ad opera pietatis, vel ad restitutionem, inflatur interdum hepar, in quo est vis amoris, dum, scilicet calor siue amor inordinatus, solum ad se extenditur, & non ad alios. Exemplum de sancto Iusto, cui dicebat diabolus quod nullum habebat laqueum quo tot traheret ad infernum, quam quo traheret auaros, quæ vix illum poterant homines frangere per se vel per alios. Quædam procedit ex inflammatione phlegmatica, & hæc vocatur quotidiana, & hæc appropriatur peccato gulae vel inuidiæ ad literam. Hæc infirmitas facit hominem multum voracem propter frigiditatem dominantem in orificio stomachi, licet dominetur interdum in fundo. Vel melius potest huic vitium inuidiæ adaptari, quæ procedit ex materia frigida. Hæc bene

est quotidiana, quia, vt ait Bernardus, cum quolibet vitium exerceat in breui suum actum, inuidia continè stimulat inuidentem. Isti habent proprietatem quorundam piscium, de quibus legitur quod gustantes aquam pluuialem statim moriuntur etiam ad modicè guttæ gustum, quia est eis quasi venenum. Quidam vero aere excecantur. Sic inuidus moritur dum sentit stillicidiam diuinæ gratiæ quam Deus immittit proximo. Item excæcantur, quia bonum proximi habere non possunt. Quædam procedit ex inflammatione & accensione cholerae. Hæc notat peccatum superbiæ & iracundiæ, quæ ad superbiam sequitur, scilicet quando quis vult semper aliis superesse, & ardet ambitione dominandi, & est impetuofus, inuidus & improperiosus. Nota quod quando ignis non potest euaporare, vel ipsi non ministratur materia quam absorbat, crudescit in seipsum, sic iracundus creparet nisi euaporaret & respiraret per verba contumeliæ. Nota quod tales sunt proprietates serpentium, qui propter abundantiam veneni in capite non cessant linguam mouere, & habent linguam nigram & acutam: propter abundantiam veneni in capite, id est in mente & in corde, vbi portant rancorem & odium & superbiam, non cessant quotidie molestare. Lingua nigra, locutio praua, & acuta, quia pungunt & penetrant. Quædam vero ex inflammatione sanguinis, & ista vocatur continua. Hæc deseruit gulae & luxuriæ. Nota quod sicut sanguis nature minatur, fit enim vbi vltima discretio, si hæc duo vitia minantur nostræ anime. Et quia hostis quanto propinquior, tanto periculosior: ideo periculosissima hæc quam semper nobiscum portamus.

Nota hic febris multiplicia mala. Oritur enim inquietudo, quia lasciuia non possunt quiescere, sicut nec febricitantes, quos videmus discoopere se & proicere propter ardorem & inflammationem. Sanguis enim est cordis principium licet purificetur in hepate. Hæc discoopertio fit dupliciter. Vno modo propter verba, ritus, & gesta, &c. quia ardor non potest interius detineri. Alio modo quando ad literam discoopertiunt se inhoneste, ostendendo guttura, pedes, manus, & breuiter quicquid habent quod debeat alios incitare ad vanitates. Et ideo summè debent cauere ab inhonesto habitu, dum non habent quod perdant nisi vnam margaritam, quæ perdita, non potest vltra recuperari, & hæc est fama honestatis quæ est multum pretiosa, & ideo summè pro illa debent zelare. Et ideo quando vident aliquam insolentem, quia illa infamat omnes alias ex sua vita inhonesta, omnes debent super illam clamare, &c. Hæc febris facit personas phreneticas, quia inter omnia vitia quæ absorbeant rationem, istud est principium, quia ibi efficitur homo totaliter bestia, immo in veritate plus quam bestia, dum non obedit iussui rationis.

Et forte dices, quale remedium apponendum est? Respondeo, illud quod apponitur phreneticis. Debent enim phrenetici (vt dicunt medici) in principio infirmitatis primo quidem tonderi & radi, & hæc est amputatio nimij a mente. Secundo aceto tepido ablui, & hæc est iustitia Dei, tamen cum miseratione. Tertio ligari in loco obscuro. Ligari est timor pœnæ, quæ debet ligari in considerando diuinam iustitiam.

Febris ex inflammatione cholerae pro superbia & iracundia. Iracundus comparatur igni. Serpentium lingua semper in motu propter venenum capitis. Iracundi comparantur linguæ serpentis. Lingua nigra moraliter. Febris continua pro gula & luxuria. Hostis quanto propinquior, tanto periculosior. Febris mala multiplex. Febris inquietudo, lasciuia febricitantes. Sanguis principium cordis, sanguis purificatur in hepate: febricitantes discoopertunt se moraliter. Discoopertio moralis fit dupliciter. Discoopertio mulierum propter ardorem internum. Ab habitu inhonesto cauendum propter castitatem. Honestatis fama Margarita est pretiosa & caueda. Luxuria absorbet rationem. Luxuria homo efficitur plus quam bestia. Luxuria re medium quoddam. Phreneticorum remedium. Luxuria

phreneticis moralis.

stiam. Quarto, non debent ipsis ostendi diuersæ imagines vel picturæ ne furia prouocentur, sic non debent habere aspectus illecebrosos & varios & impudicos. Quinto non debet loqui coram eo, nec eius verbis respondere, quia corrumpunt bonos mores colloquia praua. Sexto vnguentis vngi, vt somnus prouocetur, id est quies mentis & sedatio passionum, quod fit in vnguento lenitio diuinæ gratiæ & promissionis supernæ. Insuper in principio furia debet fieri minutio de vena hepatis, id est confessio. Si hæc fiant poterit cessare infamia, & tunc Deus ponet manum suæ gratiæ super te, &c. Et hoc fiat antequam veniat dies iudicij, quia tunc ipse recedet à te, & ibit in desertum locum, &c.



FERIA SEXTA HEBDOMADÆ TERTIÆ.



Iet in eo fons aque salientis in vitam æternam. Ioan. 4. Gratia Spiritus sancti triplici ratione consideranda est, videlicet quia promittitur certissime, ideo fiet in eo. Infunditur largissime, ideo Fons aquæ. Suscipitur vtilissime, quia facit salire in vitam æternam.

Ioan. 4. Gratia consideranda triplici ratione, quia promittitur certissime, infunditur largissime, suscipitur vtilissime.

Peccatoris negligentia. Deut. 23. Saluatoris patientia. ad Rom. 2.

Pulsat Deus continuè vt à peccato nos retrahat. Apoc. 3.

Jacob. 1.

Misericordia Dei consideratio peccatorum excitantis. Euangelij diuisio.

Venit Iesus in ciuitatem Samaria, &c. Secundum quod ait beatus Gregorius in moralibus, omnipotens Deus qui pie condidit, & qui impie non disponit, & qui necdum facta creauit vt essent, ea quæ sunt facta non deserit, sed gubernat.

Huius autem dicti veritatem cognoscere possumus si quatuor accedamus, videlicet magnam. Peccatoris negligentiam, quæ non obstantibus beneficiis quæ à Deo recepit multiplicibus, ad mundi vanitates se conuertit, iuxta illud. *Deum qui te genuit dereliquisti.* Deut. 32. Saluatoris patientiam, quæ sic benigne in tot transgressionibus & ingratitude nos supportat. Ad Rom. 2. *An ignoras quod benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?* & ibidem. *An diuitias bonitatis eius & patientia & longanimitatis eius contemnis?* Reductionis diligentiam, quæ continue nos pulsat vt excitet ac retrahat à peccato. Apocal. 3. *Ego sto ad ostium & pulso, &c.* Largitatis affluentiam, quia ad se accedentibus dat omnibus affluenter & non improperat. Iacob. 1. Volens igitur Euangelista nos excitare ad considerationem misericordiæ ex præmissis quadrupliciter nos excitat in Euangelio hodierno, videlicet, Ex patientia Saluatoris in tranquilla expectatione seu supportatione: *Venit Iesus in ciuitatem Samaria.* Ex negligentia peccatoris in peruersa euagatione seu declinatione: *venit mulier de Samaria.* Ex diligentia reductoris in paterna reuocatione & pulsatione: *Mulier da mihi bibere.* Ex affluentia largitoris in stupenda exauditione & exhibitione. *Domine da mihi hanc aquam,* & ille volens copiosius dare di-

xit. *Vade, & voca virum tuum,* qui etiam & toti ciuitati dedit. Narrat igitur beatus Ioannes, &c. dic historiam, & incipe quomodo recessit de ludæa vt iret in Galilæam, &c.

Quomodo tu Iudæus cum sis, &c. Cognouit eum tam in loquela quam in vestibus. *Si scires donum Dei,* scilicet plenitudinem & sufficientiam, & quis est quid dicit tibi, id est quantum est misericors: tu forsitan petisisses ab eo. Dicit forsitan. Primo propter liberum arbitrium, quod cogi non potest à Deo de potentia ordinata. Secundo propter scditatem peccati, quia forsitan non auderes apparere coram eo, quia omnia tua secreta nouit. Nota ex parte peccatoris est forsitan, non ex parte Dei qui semper est paratus. *Neque quo haurias aquam habes,* q. d. aut intelligis de hac aqua, & tunc non videtur verum, quia puteus est altus, & tu cares hauitorio: aut de alia meliori, & tunc non videtur verisimile. *Nunquid tu maior es patre nostro Iacob,* quasi possis nobis dare meliorem aquam? Insuper & ipse bibit de hac. Ad hoc autem Christus respondit quod non intelligit de illa. *Omnis enim qui bibit ex illa aqua sitiet iterum.* Augustinus libro confessionum. Fecisti nos Domine ad te, & inquietum est cor nostrum donec requiescat in te. Nota hanc aquam de qua Christus loquebatur, non hauriebat, sed vt mare continebat. *Reliquit igitur mulier hydriam suam,* sequere literam, &c.

Samaritana Christum tam in loquela quam in vestibus cognouit. Liberum arbitrium ordinariè à Deo non cogitur. Forsitan, dictum Samaritanæ explicatur.

Aque Dominiçæ efficaciam.

Samaritana non sicut temporalia. Samaritana fons facta aliis propinans fluentia gratiæ. Mulier dicitur à molli-tiè.

Mulier pro anima fragili peccatoris.

3. Esdra. 4. 1/a. 3. Sichar pro statu pœnitentiæ. Samaria custodia.

1/a. 62. Homo custoditur à Deo & huic dat pro tempore quinque viros.

Vir legitimus mens ratione prædita.

Diabolus non vir est animæ sed adulter.

1/a. 57. Matrimonium dissoluitur in susceptione adulteri carnalium voluptatum & corporalium delectationum. ral.





Iudex esse non potest qui simili crimine tenetur. Confessor potest absolueri perionam cum qua peccauit.

1. Paral. 2.

4. Reg. 2.

Increpatione discreta est sal.

Terra pro subditis, ciuitas pro conscientia.

Aqua pro lasciuia vel voluptate.

Voluptates aquarum pessimae reddunt terram sterilem. Fugiant peccatores a facie Dei.

Recedere de templo moraliter quid. Oleum symbolum misericordiarum Dei.

Sedere in templo moraliter. Sap. 11.

Peccatores non exasperandi aut obiurgandi.

Gen. 3. Mulier quasi mollities. In adulterio moraliter de-

Nota hinc trahitur argumentum, quod peccator in simili crimine non potest esse iudex. Et si dicas quid, potest ne confessor personam absolueri cum qua peccauit? Respondeo & dico quod sic, quia confessor est tam iudex quam medicus. Vnus autem medicus & infirmus potest alium infirmum curare. Item sacerdos potest esse correctus a peccato, & tunc est idoneus ad curandum alium, non sic iudex qui est particeps in crimine, quantum ad mundanam iustitiam. Iterum hinc habere possumus quod qui est in peccato, scilicet aliis noto, non digne lapidatur, id est obiurgatur peccatorem. 1. Paralip. 2. Non edificabis mihi domum, quia vir sanguinum es, &c. ubi dicit Gregorius. Non pure in membro considerat oculus maculam quem puluis grauat. De hoc figura 4. Reg. 2. ubi dicitur. Ecce habitatio ciuitatis huius optima est, sed aquae pessimae sunt, & terra sterilis. Et praecipit Heliseus ut ponerent sal in vas nouum, &c. Heliseus Deus meus saluator, vas prelatum, nouum vitae perfectae. Apostolus, Induite nouum hominem, &c. Sal preseruans a corruptione est discreta increpatione. Terra est subditus. Ciuitas conscientia. Haec terra est optima quantum est ex se, sed aquae, id est mundanae lasciuiae vel voluptates, de quibus heri dictum fuit, sunt pessimae, & ideo reddunt terram sterilem. Mittitur in illas increpatione, & sanantur, si sit sal sumptum de vase nouo. Quinto, iterum se inclinans in terram rescribit. Augustinus dicit alios zelo percussisse, nec dignatur eos aspicere, sed auertit obtutum. Glossa tamen dicit quod hoc fecit ut daret eis libertatem sine confessione tanta discedendi & exeundi qui videbant sua peccata, sic quod vnus post alium exibat. A leuioribus autem incipiebant qui plura & grauiora commiserant. Sic fugient peccatores a facie Dei. Sequitur sextum & vltimum, scilicet quod remansit solus Iesus & discipuli & mulier, &c. litera patet. Moraliter, quantum ad primam partem Christi recedit de templo conscientiae quoties expellitur per peccatum. Sed quo vadit? Ad montem Oliueti: ad locum altum suae misericordiae. Nota, oleum omnibus liquoribus supernaturat, sic miserationes eius super omnia opera eius. Hic est mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo, mons pinguis, &c. Hic domus panis, abundantia diuinorum beneficiorum, quibus iustus nutritur. Venit autem diluculo ad templum, quia quam cito aliquid recognitionis tibi innascitur, statim ad templum tuum iterum rediit. Nec congregantur populi, scilicet opera meritoria vel vires tuae, nisi prius Christus veniat & sedeat in templo per reconciliationem, & doceat per inspirationem. Moraliter dicitur Sapientiae 11. quod per qua quis peccat, per haec & torquetur. Et ideo in ista adultera accusata, datur exemplum non exasperandi aut obiurgandi peccatores, quos interdum Deus cadere permittit ut ad maiorem perfectionem resurgant. Sic etiam videmus naturaliter homines post infirmitatis casum saniores & incoliuios remanere. Haec namque mulier sicut heri dicebatur, peccantem ex fragilitate & cordis mollitie signat Gen. 3. Mulier, id est mollities quam dedisti mihi sociam dedit mihi de ligno, id est infructuosam delectationem a Deo prohibitam & comedit. Haec autem in adulterio reprehenditur quando

in aliquo facinore quo maceratur cum diabolo inuenitur, aut in aliquo defectu culpabili. Tu fornicata es cum amatoribus multis. Hier. 3. Sed quid iniqui scribae qui semper procurant diuortium inter hominem & proximum, procurant mulierem huiusmodi lapidandam. Lapidibus isti sunt verba exprobratoria, quibus isti magni taliter peccantes non desinunt infestare, ut ipsos ex toto interficiant in cordibus aliorum. Figurantur autem haec verba per lapides, quia lapis dicitur quasi laedens pedem, quia omnis obiurgatio aliquantulum laedit affectum. Omnis namque disciplina in presenti non est gaudij sed mœroris, singulariter tamen dicuntur lapides huiusmodi exprobratores, quia etiam pedes, id est humiles offenduntur. Isti sunt lapides quos Semei mittebat contra Dauid. 2. Reg. 16. dic historiam. Dauid manu fortis & vultu desiderabilis signat virum in quo est strenuitas operum & perfectionis, & formositas conuersationis. Contra hunc insurgit interdum Absalon, id est luctus patris, id est demon, pellit a regno & egredi compellit de ciuitate, qui volens saluari vadit ad desertum penitentiae incedens cooperto cap. 1. mentis confusione Psal. Operuit confusio faciem meam, & nudus pedibus, id est amota omni occasione & affectione peccati, ascendens cliuum oliuatum, id est recurrens ad latitudinem diuinæ misericordiae, flens, scilicet pro culpa commissa. Sed qui tunc Semei, id est auditio mea, vir linguosus & prociac in verbo maledicit ipsi dum detrahit, mittit contra eum increpationis & impropetationis lapides. Et bene dicitur quod hic ambulat per iugum collis, id est per altitudinem superbiae & elationis. Isti tales non implent preceptum Domini. Deut. 27. Cum transieris Jordanem in terram meam Dominus Deus tuus dabit tibi, eriges ingentes lapides & calce leuigabit eos ut possis in eis scribere omnia verba legis huius, &c. Dic historiam. Terra ista est proximus tuus, qui incidit in manus tuas quando te sciente peccauit. Debes igitur transire Iordanem, id est culpam abiicere quam incurrit riuus iudicij, ædificare altare in quo placetur Deus ipsi peccatori. Hoc altare est instructio siue reparatio conscientiae. De lapidibus quos ferrum non tetigit, id est increpatione sine liuore & sine cruore confusione, nam ferrum est frigidum, liuidum & durissimum, & per consequens vulneris inflictiuum & sanguinis effusiuum. Igitur de his lapidibus & calce, id est charitate liniens, & scribes ibi legem & mandata Dei, scilicet per informationem, & offeres hostias pacificas Deo. Et quia mente tranquilla sunt haec omnia facienda, ne zelus incitet peccatorem. Sed detractores ædificant de lapidibus tactis ferro altare diabolo ut ibi sacrificent sanguinem, id est famam peccatoris, &c. Dominus enim & lex Moyfi, lex scilicet feruitutis, praecipit nobis huiusmodi lapidare. Sed qui debent? Attende quod sequitur: Qui sine peccato est vestrum. O quot suat qui portant faciem erectam, quorum peccata si essent scripta in frontibus viderent eam deponere in terram. Et ideo cum videris nudum, id est diffamatum, operi eum excusando, & carnem tuam ne despexeris: & frange esurienti panem tuum, scilicet doctrine, &c. Quod si non feceris, Dominus occulta tua scribet in terra, &c.

prehendi quid. Hier. 3.

Lapides pro verbis exprobrantibus.

Lapis dicitur a pedem laedente.

Obiurgatio laedit affectum.

Lapides pro exprobrationibus.

Pedes pro humilibus.

2. Reg. 16. Dauid pro viro forti & strenuo.

Absalon, id est luctus patris.

Semei linguosus & prociac.

Iugum collis pro superbia & elatione.

Deut. 27.

Terra pro proxima.

Transire Iordanem pro culpam abiicere.

Altero pro reparatione conscientiae.

Ferrum non tetigit moraliter. Ferrum frigidum, liuidum & durissimum moraliter.

Detractores sacrificant famam diabolo.

Nudus pro diffamato. Panis pro doctrina.



DOMINICA QVARTA IN QVADRAGESIMA.

De quinque panibus & duobus piscibus. Ioan. 6. Gratia incitatur affectum, subleuat intentionem, & quietat seditionem. Miserationes Dei nulli deficient. Euangelij diuino.



Abiit igitur in montem Iesus, & ibi sedebat. Ioann. 6. Diuina gratia tria habet facere in nobis. Habet enim incitare affectum. Subiit. Subleuare intentionem. In montem. Quietare seditionem. Et ibi sedebat.

Deuotio feruida populi accurrentis ad Iesum.

Refectio sapida feruili affluentis.

Miraculum de quinque panibus aliud est ab illo de septem.

Abiit Iesus trans mare Galilaea, &c. Sicut dicit Glossa Threnorum 4. Nulli diffidendum est ne deficient miserationes Dei, fons misericordiae non siccatur, nisi tu prius fueris exsiccatus: immo ut auctor ait de spiritu & anima, tardius videtur ei veniam peccatori dare quam ipsi peccatori recipere: quasi plus cruciet ipsum ipsius miseri compassio quam ipsum miserum compassio sua. Et vere aduertere possumus quod ad sua beneficia conferenda frequenter non expectat ut ab eo petantur, sed ea offert, & tribuit indigenti, sicut satis declarat Euangelium hodiernum, in quo Euangelista quinque praecurrentis Domini prouidam profectionem. Abiit Iesus. Accurrentis populi feruidam deuotionem. Et sequebatur eum multitudo magna. Misericordiae Domini intimam compassionem. Cum subleuasset oculos. Affluentis feruili sapidam refectionem. Facite eos discumbere. Extollentis labij placidam confessionem. Dicebant, quia hic est vere propheta. Vel sic. Accessum siue progressum deuotionis. Abiit. Aspectum compassionis. Cum subleuasset oculos. Effectum subuentionis. Dixit igitur Iesus. Facite eos discumbere. Successum confessionis. Illi igitur homines. Quantum ad primum, dicit quod abiit Iesus salus nostra trans mare Galilaeae quod est Tiberiadis, & tunc magna multitudo sequebatur eum, & assignat causam Subiit igitur, &c. Erat autem proximus dies festus, scilicet pascha Iudaeorum, ut scilicet innuat hoc miraculum esse aliud ab illo de septem pani-

bus, quia alio tempore factum. Quantum ad secundum dicit quod Iesus benignos oculos suos subleuauit, quos antea forte ex honestate tenebat declinatos in terram, vel ad suos discipulos cum quibus ut ait Chrysostomus conferebat. Videns igitur hominum multitudinem copiosam, dixit ad Philippum. Unde ememus panes, &c. Hic patet misericordia si attendamus eius studiosam inuitationem, immo expectationem. Nam infantis more nos inuitat, specialiter tamen ex sua longanimitate & patientia. Ad Romanos secundo. Eximissimas o homo qui talia facis, quia tu effugies iudicium Dei? An diuitias bonitatis eius contempnis & patientia & longanimitatis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam & cor impensitens thesaurizas tibi iram in die irae & reuelationis iusti iudicij Dei. Nota quod horrendum est incidere, &c. Eius seriosam & viscerosam circumspectionem, semper enim respicit, &c. Psalm. Oculi eius in pauperem respiciunt. Eius copiosam ministrationem, quia nunquam desistit sua beneficia ministrare. Nota quod dat temporalia & corporalia malis ne efficiantur peiores, ut sunt prauis latrones, vsurarij, &c. Eius radiosam vel illuminosam illustrationem, quia ipse oriri facit solem suum super bonos & malos, & tamen Iob quaerit, quare misero data est lux? nam ipsi peccatores rebelles fuerunt lumini diuinæ inspirationis. Quare Philippo dictum est. Unde ememus panes? Duplici de causa. Primo quia erat de illa prouincia, ut dicunt aliqui, & properea magis pertinebat ad eum prouisio, quia naturale est quod quilibet suum conterraneum diligit. Oppositum tamen faciunt aliqui, qui sunt de genere viperæ, qui concepti de vtero matris, id est, ciuitatis suae antequam perducantur ad partum, & antequam veniant ad gradum ad quem ex meritis possent accedere, inter se dimicant, nec partum expectant, sed volunt sibi honores cum violentia vsurpare, & sic lacerant ventrem matris, deinde suam destruant ciuitatem, & interdum accidunt quod non

Dominus misericordia sua nos expectat.

Rom. 2.

Deus beneficia sua nunquam desistit ministrare. Malis temporalia & corporalia dat Deus, ne efficiantur peiores. Philippo et dictum vnde ememus panes.

Ciuitas pro matre.

Mater pro ciuitate.



non consequuntur illud quod aliter consequerentur si partum debitum expectarent. Secundo, quia Philippus rudis erat, & ideo instruendus, quod voluit Dominus facere tentando eum, vt bene cognosceret quod victualia ibi non erant, & sic consequens miraculum magis admiraretur, &c. Proficere literam. Nota dulcedinem suauitatis verbi, quia ista multitudo resecta, aliam neglexerat. Nec certe mirum, quia ad literam. Non in solo pane viuunt homo. Et quam dulcia faucibus meis, Psal. 118.

Quantum ad tertium, fecit discumbere super fœnum, id est herbam, quia multa erat in loco. Erat enim tempus vernale, & ita omnia erant virentia propter calorem patriæ, erat tempus amœnum, societas gratifica conuiuia generosus, ministri lætantes. Et cum comederunt & satiati sunt, collegerunt fragmenta.

Quantum ad quartum, miratæ sunt turbæ, & confessæ sunt Christum quod esset vere propheta.

Moraliter vero ostendit gestum siue nutum compassiuum peccatoris afficientis. Verbum defectiuum hominis non confitentis. Actum curatiuum criminis inficientis. Fructum vbertiuum animæ famelici reficientis.

Mons iste est ille ad quem desiderat ascendere propheta. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, &c. Hic est ille mons in quo Christus transfigurauit se coram discipulis suis. Et ideo

Isa. 23. Transite maria, & habitabit in insula. Ergo ascende ad montem istum preciosum & admirandum, quem Christus fecit. Campum victoriæ, Matth. 4. Nam ibi victus est dæmon. & sic vitæ perfectionem docet. Scholam sapientię, Matth. 4. quia ibi docebat, &c. & sic est eminentia vitæ. Speculum charitatis, quia ibi transfiguratus. Matth. 7. Aulam refectionis fecit in scabellum quando cælum ascendit. Scalam ascensionis, &c. Ad hunc ascendere non possumus nisi Christus præcedat nos, quia sine me (ait) nihil potestis facere. Iterum nisi transeamus mare huius mundi tempestuosum per superbiam, profundum per auaritiã, fluidum per luxuriã, obscurum per inuidiam. Hoc mare Tiberiadis, id est visionis, quia est apparentiæ & non existentię, cum sit totum sophisticum. Alio autem nomine Genezareth, id est, generans auras, quia nunquam quiescit ab aura tentationum. Sic Christus, id est, gratia Christi nos præcedit, vt ipsum in hunc montem sequamur, sed quia via est laboriosa, recreatione indigemus siue cibo, ideo subleuat oculos suos, & videns nos dicit. Vnde emere possumus panem? & hoc Philippo, &c. Greg. Subleuare oculum in nos est reducere nos in propriam considerationem, vt scilicet cogitemus quomodo alimenta habere possimus, quibus epulemur in monte pœnitentiæ cum Christo, quibus in via ne deficiamus. Ad hoc respondit Philippus. Ducentorum denariorum non sufficiunt, &c. Denarius est satisfactio pro transgressione peccati, quibus enutritur vita. Vt modicum quisque accipiat, id est, vt pro modico satisfaciatur peccato & modica transgressione. Sed quid dicit Andreas, id est, confidentia? Est puer vnus hic, &c. Puer scilicet per pœnitentiam reuocatus, vnus scilicet cum Deo coniunctus, quia ante fuerat diuisus. Quinque panes sunt, castigatio & attritio sensuum. Sed quid hæc inter tantos? Duo pisces,

vnus charitas, & hic piscatur & trahitur de aqua dulci. Alter de aqua marina, & hic est spes. Matth. 5. Beati qui persecutionem patiuntur, &c. Hi pisces sunt mundi & expiati secundum legem, quia habent squamas patientię & pinnulas quibus ad alta volant, quia semper in Deum, Psal. Ponam in mari manum eius, id est, spem, in fluminibus dexteram eius, id est, charitatem. Spes in pressuris, charitas in consolationibus, Cant. 2. Lena eius sub capite meo, & dextera, &c. Aliter quinque panes sunt. Dolor de omisso. Pudor de commisso. Horror iudicij. Timor supplicij. Ardor pœnitentię. Vel aliter piscis assus exempla martyrum, piscis elixus exempla confessorum. Discumbunt super fœnum, omnis caro fœnum. Isa. 40. & Psal. Homo sicut fœnum. Sicut autem messis signat virum iustum, iuxta illud. Messis quidem multa, &c. sic fœnum peccatorem seu carnalem gloriam, & hoc triplici ratione, videlicet. Quia sicut fœnum nascitur sine cultura, quia non fructificat, quia est cibus bestiarum, sic peccata & mala voluptas nascuntur sponte, & non fructificant nisi ad gehennam. Et ipse peccator fiet esca dæmonum. Et hæc gloria multiplicatur, quia erat festum Iudæorum, id est, gaudium peccatorum, cuius Dominus nos participes esse non vult. Sedere igitur nos iubet super fœnum, id est, carnem atterere & domare, nec temporalia desideria sequi, quia ipsa militant aduersus animam. Castigo corpus meum, ait Apostolus 1. Corinth. 9. Et tunc satiaberis refectione, &c. Alia litera habet trecentorum denariorum, &c. quia nec cordis contritio, nec oris confessio, nec operis satisfactio sufficit, nisi puer Iesus cum quinque panibus vulnerum suorum & duobus piscibus, scilicet humanitate quæ fuit in mari huius mundi, & diuinitate quæ fuit in fluuio paradisi, Apocal. vlt. Ostendit mihi fluium. Aduertendum insuper quod ducentorum denariorum panes sufficerent vbi plures haberi non possent, quia sola contritione lauantur pedes Christi concitati & turbulenti contra peccatores, siue (vt ita dicam) prius dulcorantur & vnantur, sicut bene patuit in Magdalena, quæ apportauit solam contritionem per hoc vnigentum quod vendi poterat trecentis denariis argenteis, & sic venditum fuit, quia remissa sunt ei peccata multa. Vnde non dicant aliqui sicut dixit proditor. Ut quid perditio hæc? Non enim perditio, sed optima venditio. Nec debemus iudicare illos quos videmus mori, qui sic præueniuntur quod nihil aliud de eis patet, quàm signum contritionis, &c.

Andreas, id est, confidentia. Pœnitentia ad pœnitentiã reuocat. Vnus est qui Deo coniungitur. Panes quinque sensuum castigatione. Pisces duo pro charitate & spe. Charitas piscis trahitur de aqua dulci. Spes piscis piscatur de aqua marina. Matth. 5. Psal. Charitas in consolationibus, spes in pressuris. Panes quinque quid moraliter. Pisces duo quid moraliter. Confessores piscis elixus; martyres piscis assus. Piscis assus moraliter. Piscis elixus moraliter. Isa. 40. Psal. 102. Messis pro viro iusto. Fœnum pro peccatore vel gloria carnali triplici ratione. Esca dæmonum peccator. Sedere super fœnum moraliter quid. Panes quinque pro quinque vulneribus Christi. Pisces duo pro diuinitate, & humanitate in Christo. Contritione lauantur pedes Christi concitati contra peccatores.

Philippus rudis, instructus.

Verbum Dei suauis & dulcis.

Isa. 23. Mons preciosus. Confessus. Matth. 4. Christus campus victoriæ. Christus schola sapientię. Matth. 5. Christus speculum charitatis. Matth. 7. Ad Christum ascendere nisi transeamus mare, non possumus moraliter. Tiberiadis mare, id est, visionis moraliter. Genezareth, id est, generans auras. Gratia præcedit nos, vt Christum sequamur. Subleuare oculos moraliter quid. Pœnitentia mons. Denarius pro satisfactio peccati. Pro peccato modico satisfaciendū.



FERIA SECUNDA  
HEBDOMADÆ  
QUARTÆ

De venditibus in templo. Ioan. 2. Gratia transgressionem patratam corrigi affectu non differtam seu destructam astringit, & intentionem contractam abiicit. August. Impunitum nihil relinquitur magne misericordię, & non punire est iræ magnæ.



Vm fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, Ioan. 2. Diuina gratia tria inter alia habet facere, videlicet Transgressionem patratam corrigere: Cum fecisset flagellum.

Affectu non differtam seu destructam astringit, & intentionem contractam abiicit. Omnes eiecit de templo.

Prope erat pascha Iudæorum, &c. Secundum quod ait B. August. in lib. de verbis Domini. Serm. 37. Magnæ misericordię est nequitiam impunitam non relinquere, & magnæ iræ est non punire. Sicut igitur Deus summæ misericordię nullatenus nos potest obliuisci, sic nec ad correctionem desistere potest: immo quanto plus offensus extiterit, tanto magis correctioni paternæ insistere conatur, vt sicut pius pater filium reducat vagabundum. Hoc autem licet nobis in pluribus clareat, singulariter tamen nobis manifestatur in Euangelio hodierno, in quo 4. innuuntur, videlicet: Castigantis correctionis austeritas.

Euangelij diuisio.

Indignantis turbationis improbitas. Informantis luminosi benignitas. Claudicantis adhæsonis mobilitas.

Boues pro deditis mundi delectationibus. Luc. 14. Boues duos emere moraliter. Prouerb. 7. Mulier pro sensualitate. Mercator res boues. Boues pro mercatoribus. Mercatorum oculos, puluis excæcat. Mercatores paleas comedunt. Inferni fornax succendenda de paleis.

Moraliter, qui per boues intelliguntur? Dediti mundi delectationibus, & qui solum de consolationibus curant corporis, animam negligentes, & isti sunt per illos stultos mercatores figurati, de quibus Luc. 14. Iuga bouum emi quinque, &c. Emunt boues 2. quos probat stultos esse mercatores, quia dant conscientiam & animam suam pro precio. Prou. 7. Mulier, id est, sensualitas preciosam animam viri rapit. Isti ad morem bouum semper arant terram, cælum negligentes, quia ad morem talpæ excæcati in terrenis versantur, nec vnquam mentem suam erigunt ad superna, & certe puluis terrenæ affectionis excæcat eorum oculos, &c. Isti semper paleas comedunt, de quibus fornax inferni est succendenda. Paleas inquam illas duas filij Israël in Ægypto colligere cogebantur ad construendum lateres terrenos, id est, opera immunda. Vnde cocti in fornace cordis igne inordinati desiderij fabricant inde habitacula diuersa Pharaoni, id est, dæmoni, insuper spero iugo Dei, iugo se subiiciunt inimici, de quo Psal. Dirumpamus vincula eorum, & proiciamus a nobis iugum ipsorum. Immo si aliquando iugum Domini imponatur ipsis vt portent legem Domini, & ar-

cam, scilicet pœnitentiæ in qua lex continentur, &c. calcitrant, nec eam vsque ad terminum perdunt, sicut bene figuratum fuit 2. Reg. 6. Faciunt ipsam cadere siue abiiciunt, vt iam non in domo Domini deponatur, sed in domo Obdedon qui interpretatur seruus sanguineus. Prou. 7. Sequitur eam, scilicet mundanam consolationem, quasi bos ductus ad victimam, & ignorat quod ad vincula trahatur stultus. Isti sunt, illæ boues macie confectæ quæ pascebantur in ripa fluminis Ægypti, Genes. 41. Huius, scilicet mundi, quæ dicuntur macilentæ, quia nunquam satiantur oculi mundanorum, vt qui totam pulchritudinem suam deuorant, id est, destruant si qua opera pœnitentiæ fecerunt. Aliquando destruant pulchritudinem animæ, & septē sunt propter vniuersitatē. Dic historiam. Dominus eiecit flagello de templo. Flagello inquam facto de peccato, quia conuertit ipsum peccatum in pœnam vt fiant graues etiam sibi ipsis. De hoc figura, 2. Mach. 9. de Antiocho qui volebat de Hierusalem facere sepulcrum Iudæorum ipsam destruendo, Iudæos interficiendo, & dissipare templum, & ascendit curram suam, sed à Deo percussus est, & cœperunt erumpere vermes è corpore, & doloribus interioribus cruciari, cadensque de curru collisus est, & intantum angustiatum quod propter carnis fœtorum seipsum tolerare non poterat, & ob hoc diuinam sententiam in se recognoscens dicit: Iustum est subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire: Antiochus interpretatur pauper, scilicet meritis, silens, quia nec habet verbum confessionis nec præconium laudis: immo si quid habet, sibi attribuit, & nihil à Deo recognoscit, & in hoc erigit se contra Deum, conatur destruere Hierusalem suo malo exemplo, interdundum etiam alios à suo bono proposito retrahendo, & vult in Deo confitentes ibi sepelire, per culpam destruere templum conscientię propriæ, ascendit curram affectionis quem impetuofus dæmon trahit, sed & cadit ex nimio impetu dum plura ambit quàm consequi valeat, vel cadit interdum per desperationem, scaturient vermes conscientię stimulantis, interius fœtores fiunt graues sibi ipsi, & tunc Deum recognoscere cogitur, sed interdum tarde, sicut de isto ad literam legitur, &c.

Ques in proposito significant hypocritas. Vnde Dominus. Attendite à falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, &c. Istæ pascunt in deserto & in nemore spinose peccati, vbi lupus habitat, & nõ in prato Ecclesię, vbi Christus habitat, vbi sunt flores exemplorum & virtutum.

Moraliter, quantum ad primam partem sic dicit Beatus Gregorius 23. Moral. cap. 18. Quando homo flagellatur, à Deo debet considerare flagellationis suæ ordinem, & iustitiam percussiois inueniet. Tunc enim videbit quod qui benigne eum cum non erat, condidit, eum profecto qui erat, non nisi iuste percussit. Nam sicut idem dicit 20. cap. 27. manum suam Dominus ad consumptionem peccantium non emittit cum feriendo à peccatis corripit, & corruentes saluat, sed potius ad salutem. Dupliciter tamen sicut idem dicit lib. 18. cap. 12. Deus hominem flagellat. Primò quidem vt parcat, Apoc. 3. Ego quos diligo, corrigo & castigo. Secundo, scil. perdendo ne parcat, quando scil. homo ex correctione non emendatur.

Lateres terreni moraliter. Puer pro demone. Pœnitentię iugum Dominicum. Boues calcitrant moraliter. Pœnitentiæ perseverantia. Obdedon interpretatur seruus sanguineus. Prou. 7. Gen. 41. Boues macilentæ moraliter quid. Peccatum ipsum in pœnam conuertitur. 2. Mach. 9. Antiochus à Deo percussus, è cuius corpore vermes erumpent moraliter. Mortalis paria Deo, non sentire debet. Antiochus interpretatur pauper meritis vel silens. Ambitio plus ambit quam confectio qui valeat. Ques pro hypocritis. Matth. 7. Hypocritæ oues quate. Gregorius. Flagellatiois suæ ordinem peccator debet considerare. Flagellat Deus dupliciter. Apoc. 3.



Jerem. 30. Boves pro lasciuia aperta. Oves pro malitia velata. Columba pro stultitia seducta. Osee 7. Columba nificat quolibet mense. Mensis a mense, quod est defectus.

Jerem. 30. Plaga inimici percussit te, castigatione crudeli. Er ideo Propheta dicit: Quoniam in flagellis paratus sum, &c. Boves aperta lasciuia. Oves velata malitia. Columba seducta stultitia. Osee 7. Factus est Effraim quasi columba seducta non habens cor. Nota columba nificat quolibet mense. Mensis dicitur a mense, quod est defectus. Sic stulti nificanc & pullificanc in defectu, & semper ibidem pullificanc nisi vident sibi auferri merita sicut columba dum vident sibi auferri oua, &c.



FERIA TERTIA  
HEBDOMADAE  
QUARTAE

De doctrina Christi. Ioan. 7. Gratia homo consequitur tria, scilicet Acquisitionem dignitatis, quia Informationem sinceræ veritatis, quia doctrina. Recognitionem diuinæ maiestatis, quia non est Mea, &c. Secundum quod ait Bernardus in epistola ad Haymericum Cancellarium. Oportet autem beneficium vt verè sit esse gratuitum. Danti itaque rependi quicquam gratia ab accipiente non potest, quam si gratum habuerit quod gratis accepit. Spiritui namque grauem consumeliam facit qui beneficia mentis grata mente non suscipit. Et hinc est quod frequentius Dominus ad recognitionem diuinorum beneficiorum nos hortatur, quandoque verbis, quandoque exemplis, specialiter tamen in Euangelio hodierno, in quatuor tanguntur, videlicet. Humilitas gratæ recognitionis. Mea doctrina non est mea. Rigiditas iustæ increpationis. Nonne Moyses dedit? Stoliditas cæca allocutionis. Dixerunt igitur quidam ex Hierosolymis. Urbanitas cautæ persuasionis. Erat igitur Dominus in templo.



ME A doctrina non est mea. Ioannis 7. Per diuinam gratiam tria homo consequitur, videlicet, Acquisitionem communissimæ dignitatis, quia Informationem sinceræ veritatis, quia doctrina. Recognitionem diuinæ maiestatis, quia non est Mea, &c.

In templum ascendit Iesus, festo mediante multiplici ratione.

Quantum ad primum rangitur hic deuota visitatio, quia iam die festo mediante ascendit Iesus in templum, quod vtrique fecit imminente sua passione multiplici ratione, vt dicunt doctores, videlicet. Ad assumendam deuotionem. Sicut enim Christus imminentibus solemnitatibus templum corporaliter ascendit, sic innuit quod nos semper debeamus per deuotionem ascendere in Deum, singulariter tamen in festis aliquibus solum diuino cultui vacare debemus. Ad declinandam suspensionem, ne Iudæi iniqui in eius doctrina calumniam ponerent, aut de ipsa sinistra aliquid suspicarentur, si heret in occulto. Vnde & dicebas. Ego palam locutus sum vobis. Ad exemplandam perfectionem, vt scilicet nobis daret exemplum quod imminente aduersitate debemus ad Deum recurrere, sicut faciunt robusti bellatores, qui capto burgo ad arcem confugiunt, sicut etiam

In festis cultui diuino vacare debemus. Aduersitate imminente ad Deum recurrendum.

facit natura, quo timoris tempore vel passionis subitæ sanguis statim fugit ad cor, quod est vitæ principium. Ad ostendendam voluntariam oblationem, quia tempore passionis suæ conuerfabatur maxime in Hierusalem, & in templo vt exhiberet se persecutoribus, &c.

Ostenditur secundo accepta informatio quia docebat, ibi namque erat locus doctrinæ & frequentia populi. Perplexæ admiratio, quia inde mirabantur vnde inerat ipsi tanta sapientia & cognitio scripturarum, quas sciebant ipsum minime didicisse, cum esset filius fabri, qui corporali labore sibi victum continuum acquirebat. Aptæ declaratio & manifestatio vnde illam doctrinam habebat, scilicet à Deo patre, sicut dicit, Doctrina mea non est mea, quæ scilicet à me docetur, & quæ à me possidetur, non est mea origine, sed eius qui misit me, quod verum est tam de doctrina diuinitatis quam humanitatis. Matth. 11. Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Nam secundum humanitatem certum est & clarum. Secundum etiam diuinitatem, quia sicut filius non est originaliter à seipso, sed à patre à quo genitus est, sic & eius doctrina. Vnde nihil habet secundum Augustinum quod nascendo non accepit. Quod autem sua doctrina non sit sua, probat dupliciter. Primo sic. Illius iudicio circa vnamquamque rem est standum, qui de illa re habet certam experientiam (quia experientia facit artem 3. Topicorum) sed ille qui diuinum beneplacitum implet, habet certam experientiam de diuinis (cum circa illa insistat) igitur & habebit de eis certum iudicium, & per consequens omnis cognoscere poterit vtrum doctrina mea sit ex me, an ex Deo. Sed vos qui estis alienati à Deo, hanc percipere non potestis. 1. Corinth. 2. Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei. Secundo sic potest deduci ista ratio secundum Chrysostrum. Voluntas Dei est pax, charitas, & humilitas: Opposita autem his, scilicet contentio, odium & superbia inducunt hostilitatem, & habent animum perturbare ne veritatem possit comprehendere. Igitur si quis ista deponere valuerit & facere voluntatem patris, scilicet pacem habere & charitatem, ille poterit cognoscere quod à seipso non loquitur sed ex Deo. Secundo probat hoc idem sic, omnis qui loquitur à semetipso querit gloriam propriam, & per consequens eius doctrina non est vera, nam ex propria doctrina insurgunt errores & hæreses, quia qui nimis emungit, elicit sanguinem. Econtrario vero qui loquitur verum non querit gloriam propriam, sed gloriam eius qui misit illum, & ego quæro gloriam patris mei non meam, igitur doctrina mea est quo ad hoc integra, & non in ea iniustitia quo ad affectum, siue quo ad intentionem.

Nota, dupliciter quis loquitur, secundum quod dupliciter ducitur in consuetudinem. Vno modo ab alio, & hoc tripliciter. Vel per inspirationem, & sic est à Deo eius doctrina. Quia Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Vel per doctrinam, sicut addidit discipulus à magistro. Vel per investigationem, quæ fit quando intellectus non quidem à se, sed ex rerum ducitur natura in ipsarum cognitionem. Quicumque sic loquitur vera dicit, si eius doctrina vera est, quia

Veritas quid. Loquitur quis à se, & pluries falsum dicit. Jerem. 23. Ezech. 13. Christus increpat de legis transgressione. Legem non seruare quid. Exod. 20. veritas est conformitas rei ad intellectum. Alio modo à se, & tunc vniuersaliter falsum dicit, & talis gloriæ propriam querit & rapitur in errorem. Jerem. 24. Visionem cordis sui loquuntur non de ore Domini. Ezech. 13. Va prophetis insipientibus qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident. Quantum ad secundum ponitur rigiditas iustæ increpationis. Increpat autem eos de duobus, videlicet. Primo de legis transgressione, dicens. Nonne Moyses dedit vobis legem, & tamen legem non seruatis? Probatio. Ille legem non seruat qui legis præceptum nequiter transgreditur, vos autem estis huiusmodi. Probatio minoris, quia lex præcipit vt non occidas, Exod. 20. quod de innocenti intelligi debet. Me autem vos queritis occidere hominem qui vera locutus sum vobis. Quid me queritis interficere? & qua de causa? Item ille legem non seruat qui veritatem ac eius fructum perimere conatur, ego sum lex & legis fructus, quia ad me tota lex ordinatur, igitur, &c. Secundo de cæca perturbatione. Moyses dedit vobis circumcisionem, non quia esset ex lege, quia non includitur in præceptis, sed quia erat ex patribus, scilicet Abraham, qui & ipsam accepit in signum salutis, sed hanc circumcisionem vos facitis in sabbato si occurrat, cum tamen per illam non habeatur salus, sed solum signum salutis, igitur iniuste mihi indignamini qui totum hominem in sabbato sanum feci. Ad literam de Paralytico Ioann. 5. Vel de humano genere quod in sabbato Iudæorum sanauit. In sabbato inquam quando erant otiosi, quia nihil meritorium vel fructuosum operabatur. Sabbathum interpretatur requies. Ergo nolite iudicare secundum faciem. Chrysostrum, id est, dignitatem personarum, sed ad rerum naturam feratur sententia Deuteronom. 1. Ita paruum vt magnum audietis, nec accipietis personam cuiusquam, quia Dei iudicium est. Vel nolite iudicare secundum faciem, id est, secundum illa quæ primo apparent, Iob. 29. Causam quam non noueram diligenter inuestigabam. Nota sicut amor Dei non est vnquam sine luce cognitionis, est enim ignis inflammans & illuminans, sic amor mundi nunquam sine cæcitate. Est enim ignis conformis igni infernali qui inflammat, sed est tenebrosus & sine claritate, & ideo qui amor diuino non adhærent, non possunt iudicium discernere, sed iudicant solum secundum faciem quam assumunt, scilicet peccati. Psalm. Facies peccatorum sumitis. Et quia non sufficit in iudicio declinare iniquitatem, sed oportet facere æquitatem, ideo subdit: Sed iustum iudicium iudicate. Iustum namque iudicium est quod solo æquitatis intuitu exercetur, à natura regulam trahens. Nota in quibus incumbit iudicium, Exod. 18. Prouide de omni plebe (vt queratur cum diligenti examinatione) viros (in quibus sit mentis constantia, potentes,) in opibus abundantes & potentes in opere & sermone) timeantes Deum (qui scilicet timore hominum minime peruertuntur. Ecclesiastic. septimo. Noli quærere fieri index nisi valeas virtute irrumpere iniquitates) in quibus sit veritas (tam notitiæ quam iustitiæ, ne scilicet amore vel odio corrumpant iustitiam vel scientiam) qui oderunt amaritiam (ne scilicet cupiditate lucræ, vel spe præmij corrumpant veritatem.) Et con-

Quantum ad primum rangitur hic deuota visitatio, quia iam die festo mediante ascendit Iesus in templum, quod vtrique fecit imminente sua passione multiplici ratione, vt dicunt doctores, videlicet. Ad assumendam deuotionem. Sicut enim Christus imminentibus solemnitatibus templum corporaliter ascendit, sic innuit quod nos semper debeamus per deuotionem ascendere in Deum, singulariter tamen in festis aliquibus solum diuino cultui vacare debemus. Ad declinandam suspensionem, ne Iudæi iniqui in eius doctrina calumniam ponerent, aut de ipsa sinistra aliquid suspicarentur, si heret in occulto. Vnde & dicebas. Ego palam locutus sum vobis. Ad exemplandam perfectionem, vt scilicet nobis daret exemplum quod imminente aduersitate debemus ad Deum recurrere, sicut faciunt robusti bellatores, qui capto burgo ad arcem confugiunt, sicut etiam

Nota, dupliciter quis loquitur, secundum quod dupliciter ducitur in consuetudinem. Vno modo ab alio, & hoc tripliciter. Vel per inspirationem, & sic est à Deo eius doctrina. Quia Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Vel per doctrinam, sicut addidit discipulus à magistro. Vel per investigationem, quæ fit quando intellectus non quidem à se, sed ex rerum ducitur natura in ipsarum cognitionem. Quicumque sic loquitur vera dicit, si eius doctrina vera est, quia

Oblatio Christi in cruce voluntaria.

Doctrina mea non est mea, explicatur.

Matth. 11.

Verbum diuinum originaliter non est à seipso.

1. Cor. 2.

Voluntas Dei pax est, charitas, & humilitas.

Ex doctrina propria insurgunt errores & hæreses.

Loquitur quis dupliciter.

Loquitur ab alio quis tripliciter, & verum dicit.

Veritas quid. Loquitur quis à se, & pluries falsum dicit. Jerem. 23. Ezech. 13. Christus increpat de legis transgressione. Legem non seruare quid. Exod. 20.

veritas est conformitas rei ad intellectum. Alio modo à se, & tunc vniuersaliter falsum dicit, & talis gloriæ propriam querit & rapitur in errorem. Jerem. 24. Visionem cordis sui loquuntur non de ore Domini. Ezech. 13. Va prophetis insipientibus qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident. Quantum ad secundum ponitur rigiditas iustæ increpationis. Increpat autem eos de duobus, videlicet. Primo de legis transgressione, dicens. Nonne Moyses dedit vobis legem, & tamen legem non seruatis? Probatio. Ille legem non seruat qui legis præceptum nequiter transgreditur, vos autem estis huiusmodi. Probatio minoris, quia lex præcipit vt non occidas, Exod. 20. quod de innocenti intelligi debet. Me autem vos queritis occidere hominem qui vera locutus sum vobis. Quid me queritis interficere? & qua de causa? Item ille legem non seruat qui veritatem ac eius fructum perimere conatur, ego sum lex & legis fructus, quia ad me tota lex ordinatur, igitur, &c. Secundo de cæca perturbatione. Moyses dedit vobis circumcisionem, non quia esset ex lege, quia non includitur in præceptis, sed quia erat ex patribus, scilicet Abraham, qui & ipsam accepit in signum salutis, sed hanc circumcisionem vos facitis in sabbato si occurrat, cum tamen per illam non habeatur salus, sed solum signum salutis, igitur iniuste mihi indignamini qui totum hominem in sabbato sanum feci. Ad literam de Paralytico Ioann. 5. Vel de humano genere quod in sabbato Iudæorum sanauit. In sabbato inquam quando erant otiosi, quia nihil meritorium vel fructuosum operabatur. Sabbathum interpretatur requies. Ergo nolite iudicare secundum faciem. Chrysostrum, id est, dignitatem personarum, sed ad rerum naturam feratur sententia Deuteronom. 1. Ita paruum vt magnum audietis, nec accipietis personam cuiusquam, quia Dei iudicium est. Vel nolite iudicare secundum faciem, id est, secundum illa quæ primo apparent, Iob. 29. Causam quam non noueram diligenter inuestigabam. Nota sicut amor Dei non est vnquam sine luce cognitionis, est enim ignis inflammans & illuminans, sic amor mundi nunquam sine cæcitate. Est enim ignis conformis igni infernali qui inflammat, sed est tenebrosus & sine claritate, & ideo qui amor diuino non adhærent, non possunt iudicium discernere, sed iudicant solum secundum faciem quam assumunt, scilicet peccati. Psalm. Facies peccatorum sumitis. Et quia non sufficit in iudicio declinare iniquitatem, sed oportet facere æquitatem, ideo subdit: Sed iustum iudicium iudicate. Iustum namque iudicium est quod solo æquitatis intuitu exercetur, à natura regulam trahens. Nota in quibus incumbit iudicium, Exod. 18. Prouide de omni plebe (vt queratur cum diligenti examinatione) viros (in quibus sit mentis constantia, potentes,) in opibus abundantes & potentes in opere & sermone) timeantes Deum (qui scilicet timore hominum minime peruertuntur. Ecclesiastic. septimo. Noli quærere fieri index nisi valeas virtute irrumpere iniquitates) in quibus sit veritas (tam notitiæ quam iustitiæ, ne scilicet amore vel odio corrumpant iustitiam vel scientiam) qui oderunt amaritiam (ne scilicet cupiditate lucræ, vel spe præmij corrumpant veritatem.) Et con-

Circuncisio in signum salutis accepta ab Abrahamo.

Circuncisio ne salus non habebatur.

Sabbatum interpretatur requies. Facies pro dignitate personarum, Deut. 1.

Iob. 29.

Amor Dei est lux cognitionis. Amor mundi semper cæcus. Ignis infernalis inflammat, sed est tenebrosus. Iudicio faciendæ est æquitas, non autem solum declinanda iniquitas. Iudicium iustum quodnâ. Exod. 18.

Eccel. 7.

stine ex eis qui iudicent populum omni tempore. Hoc dixit Ietro, honorabilis interpretatur. Si ego Dominus, ubi est honor meus? ipsi Moyfi. Aliud autem dicit rex, id est dabolus. Danielem r. ad Aphanem, qui humus interpretatur, introduc de semine regio. Introduc (sine deliberatione) de semine regio (superbiæ) & tyrannorum (arrogantiæ) pueros (non antiquos.) Nota aliqui iudices sunt iusti sicut statera, quæ illic plus ponderat siue ad illam partem magis inclinatur, vbi plus ponitur. Quantum ad tertium, Dicebant igitur quidam ex Hierosolymis. Chrysostrum. Scilicet qui deberent ex multis susceptis beneficiis esse meliores, erant alii deteriores. Sed hunc sciimus vnde sit, vtroque modo contradicunt sibi, primo quia Ioan. 9. Nos scimus quia Moysi locutus est Deus, hunc autem nescimus vnde sit, Matth. 2. dixerunt Herodi quod esset à Bethleem Iudæ.

Quantum ad quartum, Clamabat igitur Iesus in templo. Clamabat, quia erant surdi, in templo docens, quia erant stulti & amentes. Ero similis vobis mendax, id est, si dixerò quia nescio eum, ero mendax sicut vos estis mendaces, & dicentes eum cognoscere, & dicentes non cognoscere, vt ostendi, & tunc similitudo quantum ad hoc quod vtroque modo erit mendacium non est similitudo. Nonne Moyses dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem?

Nota, quadruplicem legem tradidit hic Moyses vobis, id est, percussor Ægypti. Legem timoris & subiectionis erga Deum. Deuteronom. sexto. Dominum Deum tuum timebis, & illi soli serues, ac per nomen illius, & cætera. Legem amoris & dilectionis erga proximum, Ioann. 15. Hec mando vobis vt diligatis. Legem rigoris & reprehensionis erga carnem. Genes. 1. Replete terram, scilicet bonis seminibus, & subiucite eam, & cætera. Legem horrois & deiectionis erga hostem, Deuter. 7. Non inibis cum eis fœdus, nec sociabis cum eis coniugia, neque misceberis eis. Sed in veritate. Lex timoris conuersa est in legem superbiæ. Lex amoris in legem diffidiæ & discordiæ. Lex rigoris in legem lasciuia. Lex horrois in legem concordia & strictæ amicitia. Nemo igitur ex vobis facit legem, vt merito à ligando lex dicatur, quæ enim nos debet ligare ex eius impletione, ligat nos cum hoste ex eius transgressione. Malach. primo. Si igitur pater ego sum, ubi est honor meus? & si Dominus ego sum, ubi est timor meus? Nonne etiam de vobis adhuc conqueritur Christus dicens, Quid me queritis interficere? Immo verius. Quid me iam tam crudeliter interficitis? Peccator namque quoties peccat, toties in se interficit Christum. Quod sic patet. Quoties homo incurrit propria voluntate mortem, toties incurrit mortem. Vita autem nostra Christus est, ait Apostolus. Vno ego, iam non ego, vni in me Christus, ergo, & cætera. Conqueritur ergo Christus. Quid me vultis interficere toties crucifigendo, &c.

Nota, quadruplicem legem tradidit hic Moyses vobis, id est, percussor Ægypti. Legem timoris & subiectionis erga Deum. Deuteronom. sexto. Dominum Deum tuum timebis, & illi soli serues, ac per nomen illius, & cætera. Legem amoris & dilectionis erga proximum, Ioann. 15. Hec mando vobis vt diligatis. Legem rigoris & reprehensionis erga carnem. Genes. 1. Replete terram, scilicet bonis seminibus, & subiucite eam, & cætera. Legem horrois & deiectionis erga hostem, Deuter. 7. Non inibis cum eis fœdus, nec sociabis cum eis coniugia, neque misceberis eis. Sed in veritate. Lex timoris conuersa est in legem superbiæ. Lex amoris in legem diffidiæ & discordiæ. Lex rigoris in legem lasciuia. Lex horrois in legem concordia & strictæ amicitia. Nemo igitur ex vobis facit legem, vt merito à ligando lex dicatur, quæ enim nos debet ligare ex eius impletione, ligat nos cum hoste ex eius transgressione. Malach. primo. Si igitur pater ego sum, ubi est honor meus? & si Dominus ego sum, ubi est timor meus? Nonne etiam de vobis adhuc conqueritur Christus dicens, Quid me queritis interficere? Immo verius. Quid me iam tam crudeliter interficitis? Peccator namque quoties peccat, toties in se interficit Christum. Quod sic patet. Quoties homo incurrit propria voluntate mortem, toties incurrit mortem. Vita autem nostra Christus est, ait Apostolus. Vno ego, iam non ego, vni in me Christus, ergo, & cætera. Conqueritur ergo Christus. Quid me vultis interficere toties crucifigendo, &c.

Nota, quadruplicem legem tradidit hic Moyses vobis, id est, percussor Ægypti. Legem timoris & subiectionis erga Deum. Deuteronom. sexto. Dominum Deum tuum timebis, & illi soli serues, ac per nomen illius, & cætera. Legem amoris & dilectionis erga proximum, Ioann. 15. Hec mando vobis vt diligatis. Legem rigoris & reprehensionis erga carnem. Genes. 1. Replete terram, scilicet bonis seminibus, & subiucite eam, & cætera. Legem horrois & deiectionis erga hostem, Deuter. 7. Non inibis cum eis fœdus, nec sociabis cum eis coniugia, neque misceberis eis. Sed in veritate. Lex timoris conuersa est in legem superbiæ. Lex amoris in legem diffidiæ & discordiæ. Lex rigoris in legem lasciuia. Lex horrois in legem concordia & strictæ amicitia. Nemo igitur ex vobis facit legem, vt merito à ligando lex dicatur, quæ enim nos debet ligare ex eius impletione, ligat nos cum hoste ex eius transgressione. Malach. primo. Si igitur pater ego sum, ubi est honor meus? & si Dominus ego sum, ubi est timor meus? Nonne etiam de vobis adhuc conqueritur Christus dicens, Quid me queritis interficere? Immo verius. Quid me iam tam crudeliter interficitis? Peccator namque quoties peccat, toties in se interficit Christum. Quod sic patet. Quoties homo incurrit propria voluntate mortem, toties incurrit mortem. Vita autem nostra Christus est, ait Apostolus. Vno ego, iam non ego, vni in me Christus, ergo, & cætera. Conqueritur ergo Christus. Quid me vultis interficere toties crucifigendo, &c.

Peccator quoties peccat toties Christum interficit. Christum interficit peccatum. Christus vita nostra est.

Ietro interpretatur honorabilis.

Dan. 1. Aphanes interpretatur humus.

Iudices iusti sicut statera quædam.

Ioan. 9. Moysi locutus est Deus. Matth. 2. Christus à Bethleem Iudæ otius dicitur. Clamabat Iesus in templo quare.

Legem quadruplicem tradidit. Moyses, id est, Christus. Deut. 6.

Ioan. 15. Erga carnem lex est rigoris. Gen. 1. Deut. 7.

Leges quatuor contrariæ quatuor legibus Christi. Lex à ligando dicitur. Malach. 1.

Peccator quoties peccat toties Christum interficit. Christum interficit peccatum.

Christus vita nostra est.

Peccator ligatur multis vinculis & ideo legem habet.

Sed in veritate miser peccator potest respondere. Vere nos legem habemus, & secundum legem nostram debes mori. Lex autem, vt dictum est, dicitur a ligando, miser autem peccator multis vinculis & multis ligaminibus ligatus dicere potest, Nos legem, & cetera. O infelix peccator qui diabolo tam miserabiliter vinculant dum tibi parat laqueum sponte porrigis pedem, immo si te per pedem ligauerit sponte ipsi offeres manus, sed operis guttur & collum ne confitearis. Bene igitur dicit legem, & c. Adhuc Pilatus nititur Christum liberare, ac clamat, Quid enim mali fecit? Et tu tamen miser peccator clamas tam corde quam opere, moriatur secundum legem: immo secundum leges iniquas. Nam lex lasciuia iudicat eum mori in carne quia in ipsa perit. Lex superbia in corde. Lex auaritia in mente, Iob. 28. Sapientia vero ubi inuenitur? & quis est locus intelligentia? Nescit homo pretium eius, nec inuenitur in terra suauiter viuentium. Abyssus dicit, non est in me, & mare loquitur, non est mecum. Nota tres responsiones, scilicet maris, id est, superbia, abyssi, id est, auaritia, & in terra suauiter habitantium, id est, lasciuia. Ista sunt leges iniquae, quas peccatores in se concludunt vel scribunt. Ista decimo. Leges iniquas scribentes iniustitiam scripserunt. Isti namque leges diuinas abolentes, leges scripserunt iniustitiae & peccati, cum tamen scriptum sit, 2. Machab. 4. In leges enim diuinas impie agere impune non cedit. Propter hoc ipse Moyses talibus est transgressoribus comminatus, Deuter. 30. inuocando in testes caelum & terram contra illos qui fracta lege diuina legibus peccatorum se subdiderunt, quod cito eisent disperituri de terra. Quod bene figuratum fuit, Exod. 32. de filiis Israel qui fecerunt sibi vitulum conflatilem & adorauerunt, & cetera. Vide historiam. Moraliter, vitulus labor vel excidium mundi, aurum vnde conflabatur, gloria mundana, Ezech. 7. Aurum eorum in sterquilinum erit. Vere quando discutietur in fornace iudicij, tunc videbitur quod non sit aurum, sed fex. Moyses est Christus, Leuitate illi additi Angeli diuinum iudicium exequentes, qui transibunt per medium castrorum, id est, ad iudicium congregati percutient, viginti tria, millia hominum, qui, scilicet transgressione preceptorum & genuinae charitatis multiplicauerunt. Nota circa remedium quod adhibuit Moyses, conuertere & redigatur vitulus in puluerem, scilicet per reputationem, & spargatur in aquam penitentiae, qua ablunda est anima, & sicut per istos filios Israel, & cetera.

Iob. 28.

Mate pro superbia, abyssi pro auaritia. Suauiter viuentes pro lasciuia. Leges iniquas peccatores in se scribunt. Isa. 10. 2. Mac. 4. Dent. 30.

Exod. 32.


Virulus aureus moraliter quid. Ezech. 7.

Moyses moraliter est Christus. Leuitate moraliter.

Virulus in puluerem moraliter quid.



FERIA QVARTA  
HEBDOMADAE  
QVARTAE.



BIT, & laui, & vidi, Ioan. 9. Gratia diuina est vigoratiua gressuum, Abij. Expulsiua sordium, Et laui. Illustratiua mentium & cordium, Et vidi.

Prateriens Iesus vidit hominem caecum, & c. Secundum quod dicit beatus Ambrosius lib. de ieiunio. Maior est vis vitij quam veneni, & rationem assignat, quia venenum alteri nocet & non animali venenoso. Sed vitium inficit & interficit peccatorem qui huiusmodi venenum portat in stomacho. Et licet hoc verum generaliter contineat de omni peccato quod est venenum inficiens omnem sensum, quia per oculos inficit quantum ad aspectum, per os quantum ad affatum, & c. singulariter tamen habet veritatem de malitia, quae in tantum stimulat malignantem quod ipsum quiescere nullatenus permittit, sed semper ipsum stimulat ad alios venenandum. Et de hoc licet exempla quam plurima habeamus, proponitur nobis tamen exemplum euident in Euangelio hodierno. In quo quatuor innuntur, videlicet.

- Diuinae potestatis operatio. Prateriens Iesus. Mirandae soliditatis cauillatio. Iniquae malignitatis blasphematio. Deuotae humilitatis veneratio.

Quantum ad primum, sciendum quod vt ait Chrylostomus, hic duo inerant Iudaeis erga Christum, videlicet furor scruendi & duritia credendi, per absentationem autem mitigat furorem ipsorum, & per miraculosam operationem mollit credendi duritiam. Cedens igitur turbis Iudaeorum, & prateriens Iesus vidit hominem caecum non a violento, sed a natura & exnatiuitate, ad quem aspiciendum Dominus subsistit, quasi diligenter veller eius infirmitatem contemplari, & attendentes discipuli Christum tam diligenter aspicere, dixerunt, Rabs quis peccauit? & c. Supponebant enim, non infirmitatem esse poenam peccati, pro eo quod Ioan. 5. dictum fuerat. Vade & amplius noli peccare, ne tibi deterius aliquid contingat. Sed haec suppositio erat vera referendo ad peccatum originale, non autem ad actuale, quia non semper infirmamur pro actuali peccato. Vnde patet quod isti irrationabiliter interrogabant quis peccauit, & cetera. Dicunt tamen quidam quod intendebant discipuli petere vtrum Deus ipsi lumen denegasset propter peccata ipsius, quae facturus erat, an propter peccata parentum. Sed

De caeco nato. Ioan. 9. Gratia vigoratiua gressuum. Gratia expulsiua sordium. Gratia illustratiua mentium & cordium. Ambr. Vitij vis maior est quam veneni. Venenum non nocet animali venenoso mortaliter. Venenum nocet alteri; peccatum venenum inficiens est. Malitia non solum malignantem, sed alia etiam venenat. Euangelij diuino.

Infirmas omnis poena est peccati originalis. Ioan. 5.

Deus non praecuit quoad iustitiam peccatorum.

Beneficia tam spiritalia, quam corporalia Deus interdum ab homine subtrahit quare. August. Chrylost.

Gregor. Affliguntur homines variis molestiis propter causam quintuplicem.

Ierem. 4.

Ierem. 5.

Ioan. 1.

Oculi curatio totius hominis est curatio. Oculi pars nobilior capitis. Math. 6. Per Spiritum significatur sapientia increata.

Eccles. 24.

Lutum impositum oculis humani generis quid. Natatoria Siloe pro baptismo.

Sed hoc non valet, quia licet Deus quo ad beneficia praecuenit operationem hominis propter suam misericordiam: nunquam tamen quo ad iustitiam praecuenit ipsum, quia nunquam Deus infert punitionem nisi prius peccator committat transgressionem. Est tamen aduertendum, quod bene interdum Deus aliqua beneficia tam spiritalia quam corporalia ab homine subtrahit, quia videt hominem talibus non bene usurum: & forte quantum ad hoc potuit quastio discipulorum habere aliquam apparentiam. Sequitur responsio Christi. Nec hic, nec, & c. Expone vt Augustinus, cui concordat Chrylostomus: licet peccauerint parentes & ipse, non tamen vt caecus nasceretur, sed vt manifestarentur opera Dei in illo.

Hic potes introducere quintuplicem causam Greg. 1. Homil. super illud Marc. 2. Dimittuntur tibi peccata: quare homines variis molestiis affliguntur; videlicet, propter gloriae augmentationem: vt in Iob, & in Martyribus. Propter gratiae conseruationem vt in Paulo, 2. Corinth. 12. Propter culpa punishmentem: vt in Maria sorore Moysi. Num. 12. & in Paralytico, Marc. 2. Propter futurae poenae inchoationem, vt in Herode Actuum 12. & in Antiocho. 2. Mach. 9. Propter diuinae gloriae manifestationem: sicut de Lazaro, & hoc caeco patet. Quod autem dicit Hieronymus super illud Hier. 4. Via tua & cogitationes tuae fecerunt haec tibi, vt dicit. Quicquid accidit nobis mali, vitij nostri est non Dei, intelligendum de malo poenae illatae. Confimiliter intellige illud Greg. quod dicit super illud Hierem. 5. Percussisti eos, & non doluerunt. Omnis diuina percussio, aut purgatio nobis est vitae praesentis, aut initium vitae sequentis.

Sequitur. Me oportet operari, & c. quasi dicat, opera eius qui misit me, quae, scilicet, sunt opera diuinae potentiae appropriare, ex quibus operibus est gloria Deo attribuenda, & haec operari debeo quamdiu dies est, id est, dum sum in mundo, & c. Ioan. 1. Erat lux vera, & c. Sequitur: Cum dixisset haec, spiritus in terram. Hic duo sunt consideranda, videlicet primo quid curauit, quia oculum, quod significat totius hominis curationem. Nam inter omnia animalia homo est nobilior. Iterum inter partes hominis, caput excellit: inter partes capitis oculus est nobilior. Vnde Math. 6. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Quando igitur curat oculum, totius hominis signat curationem: dum, scilicet, principale in eo curatur. Secundo quam medicinam fecit: quia sputum. Nota secundum Augustinum, per sputum quod a capite fuit significatur sapientia increata quae a patre procedit, Eccles. 24. Ego ex ore Altissimi prodij. Terra est humanitas: lutum coniunctio diuinitatis Christi cum sua carne. Istud lutum impositum Deus oculis humani generis dum fidem suae diuinitatis & humanitatis eos docuit, & circa eam instruxit. Sed adhuc non sufficit ad visum reparandum, nisi iret ad natatoria Siloe, id est, baptismi, & ideo bene dicit vade ad natatoria Siloe. Est autem notandum, quod ista aqua erat ex alia parte ciuitatis: & ideo voluit Christus illum eum mittere: vt tam corporalem defectum, quam spiritualem medicinam omnes possent aspicere.

Quantum ad nostram instructionem datur nobis forma corrigendi proximum, qui de spu-

to sapientiae quod procedit a capite, id est, mente, debemus facere lutum, id est, mentionem & memoriam de peccato, & oculis linire, id est, benigne facere proximum se recognoscere, non pungere vel vulnerare, sed linire: & tunc ipsum mittere ad natatoria Siloe, id est, ad aquam penitentiae.

Quantum ad secundum transcurte literam: & dic causam dubitationis circa personam caeci: quia oculi magnam faciunt varietatem in facie. Lutum fecit & vnxit oculos meos. Non viderat de aqua, vel de salua sicut Chrylostomus: & ideo non expressit, nec definit quod adhuc nescit: vtrum, scilicet, esset filius Dei diuina sapientia, & aeterna, an purus homo, licet existimaret eum Prophetam. Vnxit unguento misericordiae suae per viscera illa quibus visitauit nos. Adducunt eum ad parentes, forte vt ipsorum timore negaret miraculum. Hic nota caeci constantiam & perfectionem, & Pharisaeorum malitiam. Nam blasphemant Christum in duobus. Primum est, quod non sit a Deo. Secundum est, quod ipse sit legis transgressor: quia Sabbatum non custodit, & ideo aliis contrarium sentientibus sit schisma inter eos. Interrogant caecum quid de eo sentiat, mittunt pro parentibus eius, quibus tres faciunt quastiones. Primum, vtrum sit filius ipsorum. Secundam, vtrum natus caecus. Tertiam, quomodo visum recuperauit. Duas primas soluunt, pro tertia remittunt eos ad filium, cui ex etate responsio competeat: quod vtrique fecerunt propter timorem, sed non sic timuit ille caecus. Quid autem dicunt Pharisaei? Hic est filius vester quem vos dicitis quia caecus natus est? ideo dicunt quasi non sit verum, sed ita diuulgastis, vt Christo daretis honorem.

Quantum ad tertium dicit quod nihil valentes habere vel extorquere a parentibus, Pharisaei adhuc ad sanatum se conuertunt dicentes, da gloriam Deo, & recognosce hanc salutem a Deo, & non ab hoc quem scimus esse peccatorem. Dixit caecus sanus effectus: si peccator est nescio; id est, non determino: sed ipsum eius factum quod in me experior vos conuincit: nam cum essem caecus, video. Non de Christi sanctitate dubitauit: sed ex facto ipsos improbauit. Dixerunt igitur illi. Quid fecit tibi, & c. volentes inuenire calumniam in miraculo vel in modo, vt ait Chrylostomus. Respondit cum stomacho, dixi compluribus vobis & amplius non replicabo. Nunquid & vos discipuli eius vultis fieri? supple sicut ego effectus sum. Maledixerunt igitur ei, ad literam, & dixerunt superaddendo maledictioni, in discipulus illius sis, nos autem scimus quia Moysi locutus est Deus, quia sic, scilicet, audiuimus a patribus: sed hunc nescimus vnde sit: quem tamen vt ait, Chrylostomus, videbant mirabilia operantem maiora quam Moyses fecisset. Dicebant igitur se scire quem dici audierant: & se scire negabant quem videbant. Hunc, inquiunt, nescimus vnde sit, cuius oppositum heri dixerunt. Christus cum venisset nemo scit vnde sit: hunc scimus vnde sit. In hoc mirabile est quod vos nescitis vnde sit: quem videtis facere tot & tanta, & supple illum quem non vidistis, dicatis vos scire. Sed iterum vos dicitis hunc esse peccatorem.

Nos autem scimus quia peccatores Deus non exaudit. Ex merito; scilicet, ipsorum, sed si quis est

Corrigendi proximum forma datur. Natatoria Siloe, pro aqua penitentiae.

Caeci nati constantia & perfectio.

Caecus natus de Christi sanctitate non dubitauit, sed ex facto Pharisaeus improbauit.

Peccatores Deus non exaudit. Deus non exaudit, explicatur.



est Dei cultor quo ad fidem & deuotionem, & voluntatem eius, ad testimonium veritatis Deus hunc exaudit, &c. Hic nota propter multas auctoritates quae discrepare videntur, quod peccatores ad se conuersos Deus audit: in peccatis autem permanentes non. A saeculo non est auditum quod aperuerit quis oculos caeci nati: sed forte alterius qui ex infirmitate caecus fuerit factus. Et ideo nisi esset hic à Deo, non posset quicquam, &c. Dixerunt ei: in peccatis natus es, & tu doces nos? Quia caecitatem eius attribuebant peccatis parentum.

Nota hic quod infirmitates siue deformitates adueniunt filiis, quando causas copulae parentes non seruant. Et eiecerunt eum foras.

Quantum ad quartum, *Credis in filium Dei*, pro quo tamdiu disputasti? &c. *Quis est Dominus ut credam in eum?* Quem vidisti per fidem, & qui aperuit oculos tuos, & qui loquitur tecum ipse est.

Moraliter, licet per hunc caecum omnis peccator possit intelligi pro eo quod dicere potest: *Lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum*: possum tamen distinguere quod est multiplex caecitas quam homo à diuersis peccatis incurrit.

Per caecum peccator omnis potest intelligi.

Caecitas multiplex est quam homo à diuersis peccatis incurrit.

Abundantia rerum temporalium excitantur quidam.

Psal. 8. Hirundines pro sanctis.

Hirundo pascitur in aere.

Iustus comparatur hirundini.

Psal. 24. Hirundo symbolum humilitatis.

Nidificatio iusti vbi nam?

Diuitiae vbi stercora reputandae.

Philip. 3. Stercus calidum excipit moraliter.

Diuitiae non offendunt, nisi diligenter ardent.

Carbo visus non excipit nisi sit ignis moraliter.

Honores excipiant homines.

Rom. 1. Heli lucernam Domini videre non poterat moraliter.

dulenter. Hec cibaria sunt carnales & corporales delitiae. Isaac igitur senex est, qui in peccato antiquatus. Psal. 58. *Inneteram inter omnes inimicos meos, &c.* Baruch. 3. *Quid est Israel quod in terra inimicorum es.* id est, habitas. Inueterasti in terra aliena. Quidam excipiantur ex proprio ortu & ex proprio genere, & tales creantur ceci à natiuitate. O quot sunt ceci hac caecitate percussi. Dixit enim optime iste sanctus caecus. A saeculo non est auditum, &c. Non à saeculo, quia omnis homo si ad saeculum oculum conuertat, erit caecus à natiuitate. Explica quomodo aut circa suam patriam, aut circa consanguineos semper est homo caecus: quia semper ipsi videntur alios quantumcunque meliores excipere: & ideo volunt semper alios subiugare. Sed remedium contra tales, est ponere lutum super oculos. Quod utique licet posset de Christo exponi: cuius generatio narrari non potest: quem debes super oculos ponere, &c. remedium est tamen ponere de luto, id est, considerare caecitatem communem in ortu & exitu tuo. Iob 33. *Ecce me sicut & re fecit Deus, & ex eodem luto, ego quoque formatus sum.* Et vade ad naratoria Siloe, ad fluuium humilitatis, quae sunt aquae quae silentio: & mundaberis, ad humilitatem, scilicet, Christi, qui inquam Christus est Siloe, id est, missus, nisi enim ille fuisset missus nullus fuisset ab antiquitate dimissus. Queritur Dominus, & ob hoc comminatus. Ilay octauo capite, dicens: *Pro eo quod abiicit populus iste aquas Siloe* (id est, Christi profundam humilitatem, vel supernam gloriam, vel diuinam scripturam) *qua vadunt cum silentio*, id est, quae transeunt humiliter, vel quae expectari non possunt. *Quia oculus non vidit, nec auris audiuit, &c.* Similiter diuina scriptura humiliter transit. Sequitur Isay. 8. *Et assumpsit magis Rafin*, quae interpretatur pictura, id est, mundi gloria, quae est sophistica. Habet enim apparentiam, & non existentiam. Et filium Romeliae: qui dominatur in mundo, & Phacee, quod interpretatur oris assumptio, id est, strepitus humani tumultus, filius Romeliae, qui sublimis tonitruum laborantium interpretatur, vel frangens laborantes, quia Eccles. 1. *Quid habet amplius homo de vniuerso labore suo quo laborat sub sole? Propter hoc: ecce adducet Dominus super vos aquas fluminis*, id est, mundanarum tribulationum, aquam, scilicet, intolerabilem: & multas quo ad numerum: *Regem Assyriorum, & omnem gloriam eius, &c.* Item, vade ad naratoria, id est, vade ad fontem Christum, & lauare aqua poenitentiae. Poenitentia vadit cum silentio. Vel aqua gratiae, vel aqua, id est, appetitu gloriae, quae explicari non potest: vel humilis doctrina Christi quam verbo docuit: exemplo multipliciter firmavit, &c.

1. Reg. 3. Honoribus excipati diuinam gratiam non attendunt.

Deut. 10. Moysis oculi non caligauerunt, quid moraliter.

Peccatorum consuetudine longa quidam excipiantur.

Genes. 27. Isaac oculi caligauerunt moraliter.

Isaac senex pro antiquato in peccatis.

Baruch. 3. Natiuitas & genus excipiant quodam homines.

Lutum ponere super oculos moraliter.

Iob. 13.

Naratoria Siloe, pro fluuio humilitatis.

Isay. 8.

Rafin interpretatur pictura.

Gloria mundi, sophistica pictura.

Phacee interpretatur oris assumptio.

Romelia interpretatur frangere laborantes.

Eccles. 1.

Christus fons.

Naratoria Siloe pro poenitentia.

Aqua, pro gratia, appetitu gloriae, humilis doctrina.



FERIA QUINTA  
HEBDOMADAE  
QUARTAE.

De adolescente suscitato in ciuitate Naym. Luc. 7. Gratia vetustatis inno- uatiua, tepiditatis incitatiua, stabilitatis subleuatiua. Surge.



DOLESCENS, tibi dico surge. Luc. 7. Gratia Spiritus sancti est vetustatis inno- uatiua. A- dolescens. Tepiditatis incitatiua. Tibi dico. Stabilitatis subleuatiua. Surge.

Erat Iesus in ciuitate qua vocatur Naym, &c. Secundum quod ait Ricardus super Apocal. lib. 1. Mira pietas, mira clementia, quando Dominus post commissam culpam non statim infert poenam, sed confert medelam gratiae, & reuocat ad integritatem iustitiae, vt perducatur ad iocunditatem gloriae. Reuera, nisi cadentes Dominus releuaret, & eisdem occurreret per poenitentiam subleuando culpam, pauci vel nulli essent qui ad gloriam peruenirent. Confert igitur cadentibus medelam, quod bene insinuat Euangelium hodiernum: in quo quatuor ponuntur; scilicet.

Beda.

Christus non venit suis discipulis in animam, id est, virtutibus. Virtutes Discipuli Christi.

Clerici & religiosi commites Christi sunt.

Clerici & religiosi non solum fugiunt Christum, sed etiam illum tradunt gentibus ad illudendum.

Defolationis matris materia multiplex.

Mater diligit dulcius. 3. Reg. 3. Mater commouetur citius quam pater.

quare mulier mollior viro. Mulieris cor citius vulneratur.

Vulnus citius infligitur parti molliori, citius etiam sanatur.

Transgressionis excidium.

Ibat Iesus.

Compassionis praecordium.

Quam cum vidisset.

Reuocationis prodigium.

Et accessit.

Venerationis praeconium.

Accepit autem.

Quantum ad primum narrat Euangelista, quod *Christus ibat in ciuitatem, qua vocatur Naym, &c. & cum eo ibant Apostoli, &c.* Beda. Diuino nutu multa turba Christum sequebatur, vt testes fierent miraculi. Et licet hoc dictum specialiter intelligatur, quod nunquam Christus venit ad animam nisi cum eo veniant discipuli eius, id est, virtutes, puta humilitas, mansuetudo, castitas, &c. & turba bonarum operationum, potest tamen exponi quo ad Clericos & Religiosos, videlicet quod quotiens ipsum Christum concomitantur cum sint eius speciales discipuli, semper turba sequitur copiosa. Et in veritate ideo turba non sequitur Christum, quia Christiani omnes eo relicto fugiunt, sicut accidit tempore passionis: peccatores autem Christum tradunt: discipuli eo relicto fugiunt, & per consequens simplices deficiunt imitari. Et vtinam non plus facerent Clerici & Religiosi quam fugere: sed timeo quod multi suo malo exemplo ipsum illudendum gentibus, id est, vulgo tradunt, contra quos Dominus. *Va homini illi per quem filius hominis tradetur, &c. Ibat igitur Iesus, & cum appropinquaret porta ciuitatis, ecce defunctus, &c.* Ponit materiam defolationis multiplicem quae inerat matri. Primo, quia defunctus *filius eius erat.* Matris namque viscera pro eo, quia ipsa dulcius diligit, citius super filium commouen-

tur quam patris, 3. Reg. 3. *Commota sunt quippe viscera eius super filio suo.* Citius namque vulnus indigitur parti molliori & debiliori. Mulier autem mollior est viro: & ideo eius cor citius quantum ad omnia vulneratur, siue timore, siue amore, siue dolore, siue rancore. Et ideo citius super filium eius viscera commouetur. Dicunt tamen aliqui quod ex eadem causa caeteris paribus citius eius vulnus sanatur quam vulnus inflictum ossi, id est, patri. Ego tamen credo oppositum: quia (vt dicit Galenus) oportet membrum quod debet sanari consistere in quiete. Vnde & propter hoc vulnus pulmonis, quia est in continuo motu, est communiter insanabile. Cor autem mulieris est in continuo motu, & in continua concussione propter eius instabilitatem, & mobilitatem, & ideo vulnus doloris vel aemulationis difficillime sanatur.

Membrum sanandum sanandum consistere debet in quiete. Pulmonis vulnus communiter insanabile.

Mulieris cor in motu continuo, quare. Mulieris dolor difficillime sanatur.

2. Reg. 1. Filij vnici substractio est amara.

Ierem. 6. Christus misericordia natus est super viduam & filio destitutam.

Anima ploranda aqua lux gratiae rececit.

Eccles. 22. Cum mortuo esse quidam formidant, moraliter.

Peccatores fugiendi. Angelus bonus animam & corpus hominis mortui praeseruat peccator publicus secum habet demonem.

Ideo Christus tergit locum mortui qui effectus rebatur, quare.

Cyrillus. Humanitatis Christi tactus efficaciter ad salutem. Portatores loculi stantes quare.

Formido piscis & effectus. Humanitas Christi virtutem habuit.

Diuinitas magis humanitati vnita quam ignis ferro.

Incarnatio vnio maxima post eam quae est in Trinitate.

Quod igitur eius humanitas habuerit virtutem patet, quia magis erat ipsi vnita diuinitas quam ferro ignito ipse ignis: quia ista fuit maxima vnio post vnionem quae est in Trinitate: sed ferrum ex eius vnione cum igne, operationem



Christus stantibus portatoribus Christus dixit. *Adolescens tibi dico, surge. Et statim resedit qui erat mortuus, & cepit loqui*, credo diuinas laudes in recognitione beneficij sibi facti: & tunc Christus dedit illum matri suæ.

Quantum ad quartum dicitur, quod omnes circumstantes quidam timor reuerentiæ inuasit ex stupore miraculi: & ceperunt magnificare, & glorificare Deum dicentes, quia Propheta magnus surrexit in nobis, &c. Licet secundum allegoricum sensum posset exponi ciuitatem Naym esse hunc mundum, qui bene dicitur Naym, id est, motus, quia nunquam in eo est stabilitas, & dicitur similiter fluctuans, quia nunquam est in eo tranquillitas. Cuius due sunt portæ: vna per quam pars ingreditur: altera per quam egreditur, & hæc est mors: cuius lex est quod tantum inde homo extrahit quantum adducit, quia nudus ingreditur, &c. Per hunc adolescentulum intelligere possumus hominem quemlibet huius mundi, qui mortuus effertur, dum, scilicet, omnes tendimus ad mortem. Cuius funeris portatores erant quatuor, scilicet, elementa, &c. Loculus, transgressionis lignum, quod lignum Christus tangens, dum scilicet, positus est in cruce, fecit stare: morti, scilicet, imponendo terminum, & adolescentulum resuscitauit: quia tunc absorpta est mors in victoria, & hæc expositio est B. Ambrosij.

Moraliter tamen aliter dicere possum sequedo expositionem quam innuit Gloss. Theophil. Per hanc ciuitatem, scilicet, Naym fluctuantem animum nostrum intelligere possumus, quia, scilicet, fluctuat & agitur continue in hoc mundo, Ierem. 1. *Ecce dedi te in ciuitatem munitam*: Huius ciuitatis portæ sunt sensus, quibus est ingressus ad ipsam & regressus. Similiter Isai. 54. *Ponam portas tuas in lapides sculptos*. Sed quid dicitur Thren. 2. *Defixa sunt (inquit) in terra portæ eius, & contritæ sunt vestes eius*. Thren. 1. *Omnes portæ destructæ*: quia non est in eis cœnaculum. Vnde dicitur quod adolescens ferebatur per has portas. Per hunc adolescentem intelligimus liberum arbitrium, vel cor lasciuiens peccatoris. Hic est ille adolescens Luc. 5. qui omnia sua consumpsit. hic est ille adolescens, Eutyclus seu Eutyclus, Act. 20. qui à somno oppressus cecidit de fenestra & mortuus est: tempore, scilicet, quo Paulus disputabat, & informabat, & quando domus erat plena lampadibus. Eutyclus amens dicitur vel insulsus, id est, sine sapientiæ condimento, qui habens in domo conscientiæ lampades discriminis, audiens doctrinam diuinæ inspirationis, cum sopitur tentatione, cadit per culpam, & sic moritur. Hic efferebatur, scilicet, per portam, & erat vnicus matri suæ, id est, Ecclesiæ, vel matri suæ, id est conscientiæ, quæ ipsum genuerat in Christo.

Sed aduerte, notandum, quod mortuus non solum per vnâ portam, sed per multas educitur, dum, scilicet, omnes sensus committunt flagitia, tunc per portas deducitur ad sepulchrum mortis. Nahum. 2. *Portæ fluuiorum aperta sunt, & templum ad solum dirutum est. Et miles captiuus abductus est: & ancilla eius minabantur gementes ut columba, murmurantes in cordibus suis*. Portæ fluuiorum, quia per omnes ingrediuntur voluptates ad instar fluuij. Ducit

tur igitur adolescens hic ad tumulum, dum scilicet effertur à cognitione in opus. Loculus est, vt dicit Glossa, corpus, quod spiritum mortuum portat vel delectat. Mater plorans est peccati conscientia, quæ continue lamentatur. *Flebat mater eius lachrymis irremediabilibus*, dicitur Tob. 10. Quia ipsa nimirum stimulat. Vidua est, à qua sponsus recessit. Threnorum 5. *Matres nostræ quasi viduæ*. Portatores autem sunt quatuor passionis, quæ sic ordinantur: quia Ad pedem dextrum stat amor. Ad sinistrum stat odium. Ad humerum sinistrum stat timor. Ad dextrum stat spes.

Et quidem recte dicitur, quod erat ibi turba copiosa. Vere enim turba, quia conscientiam semper turbat: non enim sine magna processione vult diabolus peccatorem ad tumulum ducere. Et ideo processionem ad morem aliorum disponit in hunc modum, secundum Bernardum. Crucem portat ambitio, incensum portat detractio: aquam benedictam, immo maledictam portat oppressio. Cereos portat hypocrisis. Cantores sunt duo. Vnus est fallax confidentia diu viuendi, & iste cantat continue *Requiem æternam*. Des (inquit) tibi requiem, quia adhuc restat de tempore. Alter est præsumptio de diuina misericordia, quæ cantat, In paradysum te ducant Angeli Officium facit superbia. Quæ sequuntur ipsam sunt vana gloria à dextris, inuidia à sinistris, deinde vadunt alia vitia, videlicet ira, indignatio, impatientia, proteruita, blasphemia, contumelia, arrogantia, instantia, iniuria, vaniloquium, lasciuita, gula, curiositas, inquietudo. Sed quid facit Dominus? Occurrit sic ducto, & tangit loculum, id est, mentem; Tangit autem, vt ait Bernard. tribus, videlicet: Flagello castigationis. Iob 29. cap. *Miseremini mei, quia manus Domini tetigit me, &c.*

Inspiratione, 3. Reg. 19. Angelus Domini tetigit Heliam. Helias interpretatur ascendens vel robustus: & hic interdum dormit per culpam. Apostolus 1. Corinth. 11. *Multi infirmi & imbecilles inter vos, & dormiunt multi*. Tangitur in tertio prædicatione, in qua narrat exempla sanctorum 4. Regum 13. *Latrunculi autem de Moab venerunt in terram ipso anno. Quidam autem sepelientes homines viderunt latrunculos, & proiecerunt cadaver in sepulchrum Helisæi, quod cum tetigisset ossa Helisæi, renixit homo, & stetit super pedes suos*. Helisæus interpretatur Deus meus saluator, Moab de patre, latrunculi dæmones, quos interdum occurrentes homo dum sentit, proijcitur à timore in foueam Helisæi, & sic reuiuiscit, &c.

Inspiratione & prædicatione. Helias interpretatur, ascendens vel robustus. Iob 29. 3. Reg. 19. 1. Cor. 11. 4. Reg. 13. Cadaver ob tactum ossium Helisæi renixit. Helisæus interpretatur Deus meus saluator. Latrunculi dæmones.

Mortis portæ plures sunt.

Nahum 2. Sensus quinque portæ fluuiorum, quare.

Adolescens ducitur ad tumulum, moraliter. Corpus loculus est. Mater pro conscientia. Tobia 10. Vidua dicitur.

Thren. 5. Passiones quatuor portatores funeris.

Amor portator funeris pedis dextri: Odium portator funeris pedis sinistri.

Timor portator funeris humeri sinistri.

Spes portator funeris humeri dexteri.

Turba à turbando. Peccator ad tumulum non ducitur sine turba copiosa.

Bernard. Ambicio crucifera ad funus peccatoris.

Detractio cerofetaria ad funus peccatoris.

Oppressio portat aqua maledictam in funere peccatoris.

Peccatoris funus. Loculus pro mente.

Mentem tangit Christus tribus scilicet, afflictione, in-

spiratione & prædicatione. Helias interpretatur, ascendens vel robustus. Iob 29. 3. Reg. 19. 1. Cor. 11. 4. Reg. 13. Cadaver ob tactum ossium Helisæi renixit. Helisæus interpretatur Deus meus saluator. Latrunculi dæmones.



FERIA SEXTA  
HEBDOMADÆ  
QUARTÆ  
DE LAZARO.



Go sum resurrectio, & vita. Ioan. 11. Diuina gratia habet roborare stabilitus: Ego sum. Reuocare salubrius: Resurrectio, Conseruare perfectius: Et vita. Erat quidam languens Lazarus. Secundum quod ait beatus Gregor. 33. Moral. cap. 16. Pia Dei dispensatione dæmon laxatus nonnunquam de culpa ad culpam trahit, & dum plus percutit, inde eum quem ceperat, amittit: atque vnde vicisse cernitur, inde superatur. Sic enim Domino permittente vt ibidem dicit, vt iustus cadat: vt scilicet, virtutibus, de quibus antea confidebat, radicem humilitatis faciat. Et licet exempla de hoc habeamus quam plura, speciale tamen nobis exemplum proponitur in Euangelio hodierno de Lazaro à Deo dilecto: quem ex languore mori, sepeliri, & corrumpi permisit, vt ipsum ad vitam sublimius reuocaret. In quo Euangelio quatuor innuuntur, videlicet.

Ioan. 11. Gratia roborat stabilis, reuocat salubrius, & conseruat perfectius. Dæmon superatur vnde vicisse cernitur. De culpa ad culpam trahit dæmon. Iustus cadit Domino permittente quare. Iustus humilis sit, alioquin cadit. Euangelij diuisio.

Calamitas infectionis.

Erat quidam languens.

Sedulitas deuotæ petitionis.

Miserunt igitur sorores eius.

Vtilitas protractæ deuotionis dilationis.

Vt igitur audiuisset quia infirmatur.

Immensitas stupendæ reuocationis.

Videns Iesus.

Peccati infectionis calamitas.

Quantum ad primum, Erat quidam famosus languens infirmitatis prolixitate: Lazarus, ecce nomen, à Bethania, ecce locus, de castello Mariæ & Marthæ sororum eius, ecce cognatio. Et quia fuerunt multæ Mariæ, ne æquiuocemus, hæc fuit illa sancta peccatrix, quæ scilicet, vnxit pedes Domini.

Sedulitas deuotæ petitionis Mariæ & Marthæ ad suscitandum Lazarum. Sanitas simpliciter non est postulanda. Sanitate quis bene vel male potest vri.

Quantum ad secundum, Miserunt, &c. Non enim ad amantem insinuare curant, nisi, ecce quem amas infirmatur: quia vt ait Augustinus, non diligis quem deseris. Insuper quia sanitate potest homo bene & male vri: ideo non est simpliciter postulanda. Ideo dicitur. *Ecce quem amas infirmatur, &c.* quasi dicatur, Domine video necessitatem, fiat quod conducere nostri ad eius utilitatem corporis & animæ, &c. Vide etiam quomodo hæc mulieres sunt præcisæ & illuminatæ in verbo: non multum loquentes, sed nec propter honestatem ad Christum (vt ait Chrysostomus) accedere voluerunt: Infirmitas hæc, &c. quia sanitas vtriusque hominis debebat succedere ex gloria largitoris. Credendum

non est quod hanc responsonem Christi dixerint sorores Lazaro, quia iam erat mortuus ante nunciij responsonem. Sed quid potuerunt dicere sorores in reditu nunciij, quando iam erat mortuus? à Christo videbatur oppositum dici. Respondeo intellexerunt de vita resurrectionis, vt patet infra. *Diligebat autem, &c.* Hoc dicit vt non turbemur, nec sinistrum aliquid opinemur cum videmus iustas personas affligi, vt ait Chrysostomus, pro eo quod Dominus quos diligit corrigit & castigat. Præmittuntur autem sorores: tum quia mediæ salutis recuperandæ, tum quia per illas Lazarus Christo adhæsit & non è conuerso: tum quia frater perfectior est, & hoc ad verecundiam hominum.

Quantum ad tertium, Vt autem audiuit, mansit ibi, &c. Augustinus. Distulit saluare, &c. Nota, duodecim horæ sunt diei. *Lazarus amicus noster dormit, sed vado, &c.* O quoties hoc verbum replicat Deus: sed miser peccator paululum dormit & paululum dormitabit, non secundum Gloss. vult surgere. Vnde surge qui dormis, &c. Dixit autem dormit, quia Deo omnia dormiunt, sicut tangit Collecta. Item quia nunc sic facit de somno, sicut dum à morte suscitatur. Item quia in spe resurrectionis qui dormit saluus erit. Augustinus. Somnus ægrotantium solet esse signum salutis: virtutibus namque animæ quiescentibus virtus materialis roboratur. Dicunt tamen quidam ad literam; quod Lazarus ex infirmitate ad phrenesim venerat, cuius remedium est somnus. Venit itaque & inuenit eum quatuor dies iam habentem. Augustinus. Prima dies, est originalis. Secunda, occasus legis naturæ. Tertia, legis scriptæ. Quarta, legis gratiæ. Erat autem Bethania iuxta Hierosolymam, quasi stadiis quindecim. Quia septem pertinent ad obseruantiam legis veteris, & octo legis nouæ, & sine his stadiis non itur in supernam Hierusalem. Dicit distantiam, quare multi Iudæi poterant ex Hierosolymis aduenisse. Septem ad obseruantiam legis veteris pertinent. Octo ad obseruantiam legis nouæ pertinent. Martha antiquior sorore Maria. Martha sola & secreta ad Christum. Marthæ fides & prudentia.

Martha igitur vt audiuit. Antiquiori prius nunciatus est Christi aduentus. Noluit autem sororem sociam accipere ne Iudæos, qui venerant, concitaret, quos sciebat conspirasse contra Christum: sed secreta accessit. Item quia ipsi voluit singulariter loqui non in presentia multitudinis, vt ait Chrysostomus. *Vtique Domine ego credidi*, non incipio modo credere, vide fidem mulieris, considera verba prudentiæ. *Et cum hoc dixisset, abiit & vocauit sororem suam* silentio, ne videlicet strepitum faceret, vt Iudæi nescientes quod iret, sequerentur, vt miraculi testes fierent. *Magister adest & vocat te*. Licet hoc non præmississet Euangelista, dat tibi hic intelligere Christum, scilicet, quod eam vocasset. Maria hoc audito cito surrexit. O quam fauiter! o quam dulciter suum medicum & magistrum nominari audiebat! Cuius nomen vt ait Bernard. est melos in aure, mel in ore, iubilus in corde. *Et cum venisset, cecidit ad pedes eius*. Istum enim fontem inuenerat misericordiæ: & illum fontem nunquam potuit obliuisci, & omittere. Cecidit & fleuit, & in duobus primis deuota Maria Martham excessit, quæ solum orauit. *Domine si fuisset hic, &c.* Hæc est oratio quæ fuit Marthæ.

Quantum ad quartum, videns eam Iesus plorantem, & videns plorantes qui venerant cum illa turbauit seipsum, vbi datur intelligi forma. **EXECUNDI**

Iusti affliguntur non inde aliquid sinistri opinandum. Lazarus pro peccatore.

Peccator dormit & non vult surgere.

Dormiunt omnia Deo. Saluus erit qui dormit in spe resurrectionis.

Somnus ægrotantium signum salutis moraliter.

Phrenesis remedium somnus Lazari dicitur quatuor, qui Bethania iuxta Hierosolymam stadiis 15.

Septem ad obseruantiam legis veteris pertinent.

Octo ad obseruantiam legis nouæ pertinent.

Martha antiquior sorore Maria. Martha sola & secreta ad Christum. Marthæ fides & prudentia.

Bernard. Christus fons misericordiæ.

Maria ad pedes. Magdalena excessit Martham in duobus.

A peccato forma excundi.

Christus exeundi à peccato : turbat eum in confessione, fremit in contritione, plorat in satisfactione, Fleuit autem secundum August. super vulnera tua: vt tibi periculum & grauedinem languoris ostendat: & ad fletum propriæ iniquitatis te adducat. Fleuit, vt scias quantum tibi boni fletus operantur. Vbi posuisti eum, vbi infelix te posuisti? quia in luto facis. Item cum fremitu venit ad monumentum, vt tu ad te ipsum sic facias. Leuauit oculos in cælum, & regratiatus est patri: ne scilicet Iudæos procuraret ad temeritatem iudicij, quod faceret in potestate alia quam solius Dei. Item quia voluit ostendere, quod Deo Patri reuerentiam exhibebat & non contumeliam, vt sibi imponebant. Clamauit voce magna, quæ vox vt quidam dicunt audita est in inferno. Voce magna, quia difficulter homo peccati consuetudine consopitus resurgit. Proverb. 22. Adolesceus in iuxta viam suam etiam cum senuerit, non recedet ab ea.

Fletus boni operantur multum.


Christus clamauit voce magna ad suscitandum Lazarum, moraliter.

Prou. 22. Adolesceus in iuxta viam suam etiam cum senuerit, non recedet ab ea.

Moraliter, adhuc Christus dixit nobis continue, Lazarus amicus noster dormit, sed vado, vt à somno excitem eum. Vide profundum inestimabilis pietatis, dormit peccator, negligit Deum, negligit semetipsum, & tamen Deus non desistit, sed nos excitare saragit à peccato, clamans exhortando vel comminando: dicens. Lazare veni foras. Ergo excitat Lazarum Dominus à somno siue à morte peccati, & clamat, Lazare veni foras, sed miser peccator multipliciter se excusat. Primo quidem, quod non possit, quia est languens: Erat (inquit) quidam languens, &c. Infirmata est in paupertate virtus mea. Item quia solus erat, ideo quidam. Sed dicit Deus hæc excusatio non valet, quia infirmitas non est ad mortem, sed pro gloria Dei: quia licet sis infirmus, adhuc tamen non es finaliter mortuus: distemperatus es, non extinctus. Igitur ante langorem adhibe medicinam: & tunc apud Deum inuenies propitiationem. Et ne dicas quod sis solus, quia habes vel habere potes duas sorores has, scilicet, Martham & Mariam, id est, amaritudinem & compunctionem, quæ ingemiscat. Martham, id est, sollicitudinem bonorum operum misericordix. Quod si Deus nõ veniat, sed maneat in duobus diebus, id est, differat illuminare intellectum, & inflammare affectum, nihilominus tamen indubitanter adueniet tempore opportuno. Quid mirum si aduocatus adueniat, qui non vocatus ingerit se? Secundo clamat iterum Deus: Lazare veni foras, excusat se peccator quia non potest: quia inquit Lazarus mortuus est. Psalmist. Oblivioni datus sum tanquam mortuus, &c. Sed nec ista est excusatio, nam inquit mortuus est, quia non eram ibi: quia calce abiicisti me à te. Sed hoc non obstante adhuc dico tibi, quia ego sum resurrexisti & vita: & ad hoc venio per inspirationem, vel per tribulationem, vel per prædicationem, vt à somno excitem te. Tertio clamat, Lazare &c. Respondet peccator, non possum, quia iam sum sepultus & iam factus in peccato, Psal. 37. Puruerunt & corrupta sunt cicatrices meae. Sed hoc non sufficit. Ecce remedium. Vbi, inquit, posuisti eum? Leua in directum, oculos tuos & vide vbi nunc prostrata sit anima tua, quod si non potes, saltem dic, Domine, veni & vide, veni mortuus est. per gratiam & vide, hoc est videre fac, scilicet, peccator ex-citatur à Deo dum sibi dicitur, veni foras: & dicit non possum:

Lazarus pro peccatore. Peccator dormit negligit Deum & seipsum. Deus excitat peccatores. Peccatoris excusationes ne peccatum recedat. Peccator dum excitatur à Deo multipliciter se excusat. Peccator languens est. Peccator licet mortuus non finaliter tamen mortuus est. Ante languorem medicinam adhibenda. Maria pro compunctio. ne. Martha pro misericordia. Peccator potest habere sorores duas moraliter. Sorores duæ peccatoris, scilicet amaritudo ob peccatum & sollicitudo honorum operum misericordix. Illuminatio intellectus & inflammatio aff. etus differunt, sed tempore opportuno adueniunt. Peccator potes, saltem dic, Domine, veni & vide, veni mortuus est. per gratiam & vide, hoc est videre fac, scilicet, peccator ex-citatur à Deo dum sibi dicitur, veni foras: & dicit non possum:

quia iam sum tumulatus, ita enim iam est clauis quod resurgere non potest. Psal. 37. Iniquitates meae supergressæ sunt caput meum, & sicut onus, &c. Sed hic dicit Deus: remouete lapidem, scilicet, per meæ passionis memoriam, quæ habet scindere cor lapideum & monumenta referare. Quinto, excusat se quod non potest quia est ligatus. Psal. Funes peccatorum circumplexi sunt me: sed Dominus præcipiet, soluite illum. Gratia quidem soluit interius dum, scilicet, de tuis peccatis confiteris Sacerdoti. Psal. 31. Dixit, confitebor adue: sum me in iniquitatem meam Domino: & tu, &c. & tunc poteris progredi per bona opera. Iterum Lazarus amicus noster dormit: sed vado vt à somno excitem eum. Vide dementiam peccatoris, dormit peccator, &c.



SABBATO  
HEBDOMADÆ  
QUARTÆ  
IN  
QUADRAGESIMA.



VI sequitur me non ambulat in tenebris: sed, habet lumen vite. Ioan. 8. Gratia diuina est directiua semitæ. Qui sequitur me. Exclusiua tenebrarum, Non ambulat in tenebris. Collatiua gloriæ: Sed habebit lumen vite.

Dicebat autem turbis Iudæorum, ego sum lux mundi. Secundum quod ait beatus Greg. in registro, si Deus vobis testis in cælo, & testis in terra, & corde: dimitte loqui stultos foris quod volunt. Quid enim aliud detrahentes faciunt nisi in puluerem sufflant, atque in oculos terram conuertunt? vt dum plus verbo detractionis perflant, illi non minus videant lumen veritatis. Ex quibus verbis patet illud esse testimonium perfectum cui non potest vere vllatenus contradici: quod est in ore duorum, scilicet, in conscientia interius, & in cælo superius, etsi enim contradicatur, hæc contradictio nihil aliud est quam si ipsum videntem dicat excusari. Et hoc bene ostendit nobis Euangelium, in quo quatuor innuuntur, videlicet.

- Præclaritas directæ informationis. Dicebat Iesum.
- Peruersitas iniquæ æmulationis, Tu de ipso.
- Auctoritas apertæ confutationis: Et si ego testimonium.
- Maturitas tranquillæ declinationis. Hæc verba locutus est Iesum.

Dicit ergo quantum ad primam partem, Ego sum lux mundi. Sicut enim dicit Glossa, Phari-

Christus ex-peibat tenebras culpa. Chrysof. Christus Propheta non voluit loci sed tectus mundi. Christi perfectio est lux esse mundi imitandus Christus. Mundus quadruplex Mundus artificialis. Mundus exterior. Mundus minor. Mundus vniuersus. Christus lux est omnibus quatuor mundis. Lux necessaria ad legendum moraliter.

Christus ex-peibat tenebras culpa. Chrysof. Christus Propheta non voluit loci sed tectus mundi. Christi perfectio est lux esse mundi imitandus Christus. Mundus quadruplex Mundus artificialis. Mundus exterior. Mundus minor. Mundus vniuersus. Christus lux est omnibus quatuor mundis. Lux necessaria ad legendum moraliter.

1. Tim. 6. Hebr. 1. Tenebræ diebus tribus moraliter. Dies pro lege. Fide carens in tenebris est & ambulat. Ioan. 1. Mundus lucem Christum non percipit. Christus lux quare. Lucis proprietates. Christus inflammatus calor. Ex luce ignis accenditur & corpora inflammantur. Terra conuertitur à lux humore & frigiditate. Humiles centrum vbi fit aggregatio radiatorum diuinarum, & ibi sunt inflammationes. Humiles sunt speculum concauum.

Christus ex-peibat tenebras culpa. Chrysof. Christus Propheta non voluit loci sed tectus mundi. Christi perfectio est lux esse mundi imitandus Christus. Mundus quadruplex Mundus artificialis. Mundus exterior. Mundus minor. Mundus vniuersus. Christus lux est omnibus quatuor mundis. Lux necessaria ad legendum moraliter.

Humiles amphora vitrea repleta aqua. Humana conditio amphora vitrea quare. Amphoravitrea repleta aqua pro fragilitate humanæ naturæ. Christus excitatiuus vigor. Calor actiuus maximus est. Calor esse habet in motu & actione. Phlegmatica natura in quiete & pigritia est Melancholia in occulto est. Sanguinea in solatio est. Cholericus natura semper in motu est. Lux generatiua coloris. Elementa in natura propria colorata non sunt. Calores generantur ex elementorum permixtione. Sequi Christum magna gloria. Superbus Deum non sequitur sed præcedere vult. Saranas pro aduersario. qui Christum præcedere volunt in manus inimici incident. Num. 14. Ascendere pro per præsumptionem erigi & de se temerarie confidunt. Chananæi interpretantur amplatores. Amalechitæ interpretantur brutales.

Tertio est generatiuus coloris, nam elementa in propria natura non sunt colorata, sed ex permixtione elementorum generantur colores varij, quibus homines venustantur. Item nota quomodo terra in se diuersas imagines imprimat, quia formam leoninam, dum scilicet, dat colore fortitudinis: humanam, dum, scilicet, dat actum prudentiæ, &c.

Quarto est fecundatiuus valoris: facit enim terram cordis nostri germinare. Item terra germinat aurum. Adapta virtutibus: septem virtutes, &c.

Ponit secundo actum imitationis vt ipsum sequamur: & ideo dicit. Qui sequitur me non ambulat in tenebris. Magna gloria est sequi Deum, dicit Sapiens. Et singulariter dicit; sequitur, quia superbus vult Deum præcedere, vt præsumptuosus & arrogans: qui dicitur: Vade retro Sarana, id est, aduersarie, quia non sapias quæ Dei sunt. Tales enim qui hanc lucem non sequi, sed præcedere volunt, in manus incident inimici. Sicut habetur figura Numer. 14. de filiis Israël, qui contra consilium Moysi voluerunt ascendere contra hostes, cum tamen Moyses eis protestaretur: Nolite ascendere, non enim est Deus vobiscum. Et sequitur quod percussi sunt à Chananæis & Amalechitis. Ascendere est per præsumptionem erigi: qui, scilicet de propria temeritate confidunt. Hi ascendunt contra hostes: sed quia Deus ipsos non præcedit: ideo Chananæi qui æmulatores interpretantur, & Amalechitæ populi brutales siue gens brutalis, peccata, scilicet, & demones ipsos percutiunt, & corruiere faciunt. Non sic autem accidit illis



Qui Christum se-  
quuntur fa-  
cile inimi-  
cum fuge-  
rant.  
2 Mach 11.  
Lysias in  
Hierusalem  
venit mora-  
liter.  
Lysias Beth-  
suram prius  
inuasit mora-  
liter.  
Lysias fuga-  
tus Bethsura  
proposito  
confitent.  
Bethsura in-  
terpretatur  
demus forti-  
tudinis,  
moraliter.  
Propositum  
non peccan-  
di presidium  
est in ho-  
stem.  
Hierusalem  
pro con-  
fidentia.  
Hierusalem  
hostis acce-  
dere non de-  
bet morali-  
ter.  
Propositum  
non peccan-  
di hostis ag-  
greditur ut  
consentia-  
mus pecca-  
to.

quos Deus precedit. Qui ipsum sequuntur fa-  
ciliter superant inimicum, sicut habemus figu-  
ram, 2. Machab. 11. de Lysia, qui congregato  
exercitu copioso, scilicet octoginta millibus,  
venit contra Hierusalem, ut civitatem habitatio-  
nem faceret gentibus: templum venderet, & sa-  
crificium immutaret: & ad cultum gentium trans-  
ferret. Qui ascendens prius inuasit Bethsuram,  
qua est in angusto loco prope Hierusalem, & im-  
pugnabat eam, quia ibi erat presidium. Quod au-  
diens Iudas Machabeus, & qui cum eo erant in  
Hierusalem, ad Dominum cum lacrymis ex-  
clamabant, ut bonum Angelum eis in subsidium  
mitteret: quo facto Iudas armatus cum multitu-  
dine sua, iter contra hostes arripuit. Et ecce ap-  
paruit Angelus procedens eos eques in veste can-  
dida, armis aureis, hastam vibrans, & tunc om-  
nes benedicebant Deum, parati non solum bestias  
inuadere, sed & muros ferreos duce praeuio per-  
transire. Et tunc cum hostibus confligentes pro-  
strauerunt ex eis undecim milia peditum, &  
equitum mille sexcentos, & Lysiam tyrannum  
peissimum fugauerunt.

Moraliter Bethsura domus siue habitaculum  
fortitudinis, significat propositum quod sibi  
fecit homo confidens amplius non peccandi, &  
hoc debet esse praesidium, ut iter pracludat,  
ne hostis in Hierusalem possit accedere: quam  
vult habitationem facere peccatorum, & con-  
scientiam vendere tanquam templum, dum sa-  
crificium immutaret. Hanc Bethsuram hostis  
primo aggreditur, quia hoc praesidio habito  
quo homo in bono aliquo se firmavit, scilicet,  
Iudaeis consententibus facilius credit capere ci-  
uitatem. Exemplum de muliere: quam ut fa-  
ceret virum titubare primo decipit. Accedit

autem cum bis quadraginta millibus, quia  
transgressio peccatorum ex quadruplici palli-  
one proueniens figurat cum quo hostis vult sub-  
ijcere hominem. Ibi autem est duplex quadra-  
genarius: scilicet transgressio quo ad cor, &  
quo ad operationem. Equites sunt carnalia de-  
sideria, quae militant aduersus animam. Ele-  
phantes qui genua non curuant, significant  
motus superbiae & vanae gloriae, & aliorum vi-  
riorum spiritualium. Sed quid debet facere Iu-  
das: Ad Deum recurrere. Iudas confitens, Ma-  
chabeus ingeniosus & industrius, & tunc An-  
gelus Domini Christus scilicet Angelus magni  
consilij in veste candida innocentiae, in equo  
humanitatis qui insedit diuinitas, in armis au-  
reis virtutis & iustitiae, & tunc prostratis unde-  
cim millibus, scilicet tentationibus cordis, opera  
displicibilia quibus tentatur fuga, & fugit Ly-  
sias, id est, demon generans tentationes, mille  
sexcenti equites perimuntur, dum scilicet, car-  
nalia desideria perimuntur.

Sequitur consecutio vtilitatis, quia non am-  
bulat in tenebris: dux vtilitatis, quia subterfugit  
tenebras ignorantiae culpae & poenae aeternae, id  
est, tenebras exteriores. Ioan. 14. Ego sum via,  
contra culpam, veritas contra errores. Vita  
contra tenebras exteriores.

Quantum ad tertium probat Christus tripli-  
citer quod suum testimonium est verum: tum  
quia conforme certae notitiae: quia scio unde  
veni: tum quia ipsi concordans secum, & in ore  
duorum, &c. unde conscientia interior, & ipse  
superius: tum quia testimonium verum non  
procedit a carne & a seruitute, nec est iudicium  
verum secundum carnem: sed est secundum  
rectitudinem rationis, &c.

Exercitus  
Ierusalem  
capiendam.  
Passio qua-  
druplex cau-  
sa transgre-  
ssionis pec-  
catorum.  
Quadra-  
genarius nu-  
merus du-  
plex mora-  
liter.  
Equites pro  
desiderijs  
carnalibus.  
Elephantes  
pro motibus  
superbiae &  
vriorum spi-  
ritualium.  
Iudas, id est  
confitens.  
Machabeus,  
id est, inge-  
niosus & in-  
dustrius.  
Christus An-  
gelus Domi-  
ni.  
Humilitas  
equus diui-  
nitatis.  
Lysias pro  
dumone ge-  
nerante ten-  
tationes.  
Tenebrae ex-  
teriores.  
Ioan. 14.



# DOMINICA

## IN

### PASSIONE.

Ioan. 8.  
Gratia con-  
tentiu est  
excellenti-  
singularis.  
Suauis re-  
uerentia  
virtualis.  
Accessiva  
amicitiae  
virtualis.  
Peccatum  
recipit cor-  
reptionem  
disciplinae,  
nisi sit in  
profundo.  
Prou. 18.  
Reprobati  
hominis si-  
gnum con-  
temnere cor-  
reptionem.  
Ad profun-  
dum pecca-  
torum venit  
homo quan-  
do auditum  
claudit, ha-  
bet affectum  
prauum, as-  
pectum cae-  
cum & ani-  
mum indura-  
tum.

Auditus ob-  
turator iniu-  
sticia.  
Affectus de-  
prauatur ne-  
quitia.  
Aspectus  
excacatur  
malitia.  
Animus in-  
duratur per-  
tinacia.  
Pharisaei ve-  
ritatem non  
audiebant,  
quare,  
Doctrina  
contemnen-  
da ob tria.



Go honorifico Patrem meum.  
Ioann. 8. Gratia diuina est  
contentiu excellentie singu-  
laris. Ego. Suauis reueren-  
tia virtualis. Honorifico. Ac-  
cessiva amicitiae virtualis.  
Patrem meum, &c.

Quis ex vobis arguet me de peccato? vbi sup-  
Iuxta sententiam B. Gregorij 26. lib. Moral.  
cap. 31. Peccatum disciplinae correptionem re-  
cipit donec animam in profundum demersit,  
nec desistit, ut ex hoc ipsam prouenire faciat in  
disciplinae contemptum. Vnde sic dicit; Anima  
peccato in quo labitur non potest esse conten-  
ta dum quotidie ad deteriora deiicitur: quasi  
in puteo quo cecidit fundum non inuenit, quo  
figatur. Vnde bene dicitur Prou. 18. Peccator vel  
impius cum in profundum venerit contemnet. Ex  
his patet, quod signum hominis reprobatum est  
contemnere correptionem, & signum quod  
homo ad profundum peccatorum venit, quan-  
do habet, Auditum clausum, Affectum prauum,  
Aspectum caecum, Animum induratum. Quare  
igitur iniqui Pharisaei rebelles omni iustitiae  
viam omnimodae reliquerunt veritatis. Idcirco  
Saluator noster ad profundum peccatorum ip-  
sos deuenire ostendit ex praemissis quatuor, quae  
in Euangelio hodierno ostenduntur, videlicet,  
quod ipsorum erat.

Auditus iustitia obturatus,  
Quis ex vobis.  
Affectus nequitia deprauatus:  
Responderunt igitur Iudaei.  
Aspectus malitia excacatus.  
Dixerunt Iudaei.  
Animus pertinacia induratus.  
Tulerunt igitur lapides.

Quantum ad primum dicit sic. Quis ex vobis  
&c. Vbi vult ostendere quod ratio quare illi  
Christum audire volebant, non erat ex parte  
sui, sed quia eorum aures erant ad veritatem  
obturatae per malignitatem, & facit talem ratio-  
nem. Cum omnis homo naturaliter scire desi-  
deret, quod aliquis alicuius doctrinam contem-  
nat audire, non est nisi altera trium causarum:  
videlicet, Aut propter malitiam siue peccatum

Doctoris. Aut propter falsitatem & errorem i-  
doctrinae. Aut propter obstinationem auditoris. 2.  
Prima & secunda non sunt in causa, ergo, &c. 3.  
Probatio minoris quantum ad utramque par-  
tem: nam mea, ait Christus, malitia non est in  
causa: quis enim ex vobis arguet me? &c. Greg.  
Pensate fratres mansuetudinem Dei; non de-  
signatur enim ex ratione ostendere se non esse  
peccatorem: quia ex virtute diuinitatis poterat  
peccatores iustificare. Dicit autem Orig. quod  
solus Christus hoc dicere potuit. Quis ex vo-  
bis, &c. pro eo quod est peccatum habere non  
potuit. Huius autem rationem assignare possumus,  
quia quanto res est vni extremo coniun-  
ctior, tanto est ab altero elongatior: humanitas  
autem Christi coniunctissima fuit diuinitati.  
Nam illa coniunctio fuit, & est maior omni  
alia secundum Damasc. & ideo maxime est re-  
mota ab altero extremo, scilicet a peccato. quod  
est nihil secundum Augustinum super Ioan-  
nem. Item fons mari contiguus & submissus  
non potest priuari aqua. Humanitas autem Chri-  
sti velut fons plenitudinis gratiae scaturientis  
est coniuncta diuinitati quae est magistra gra-  
tiarum. Secundo Christus probat eandem mi-  
norem quantum ad secundam partem: quia ego  
veritatem dico vobis, & tamen non creditis mihi.  
Sequitur ergo ex hoc quod vos obturastis audi-  
tum, mentem vestram a Deo auertentes. Vnde  
propterea vos non auditis: quia ex Deo non estis.  
Nam in maleuolam animam non introibit sa-  
pientia. Christus ergo sine peccato erat, & ve-  
rum dicebat Petrus, Qui peccatum non fecit, nec  
inuentus est dolus in ore eius. Nam omnes sensus  
sunt nuncij cordis & ianua. In quantum autem  
nuncij, libenter accedunt ad illa ad quae eos  
cor transmittit. In quantum autem ianua, li-  
benter suscipiunt quae cor diligit & acceptat &  
illa diligentissime introducit. Ex his sequitur  
quod qui ex Deo est verba Dei audit. Nota hic  
de illo qui portabat simum, & simo continue  
aduersabatur: sic multi quando de Deo aliquid  
audiunt dormiunt ex fastidio. Hi bene fuerunt fi-  
gurati Num. 23. in illis filiis Israel qui dicebant,  
anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo.  
Illis namque cibus diuinus generabat fastidium  
quod illis veniebat de secretario peccatorum.

Christus  
peccatum  
habere non  
potuit qua-  
re.  
Humanitas  
Christi con-  
iunctissima  
fuit diuini-  
tati.  
Incarnatio  
coniunctio  
diuinitatis  
humanitati.  
Fons mari  
contiguus  
abundat a-  
qua morali-  
ter.  
Humanitas  
Christi fons  
plenitudine  
gratiae.  
Sensus ianua  
& nuncij  
cordis.  
Cordis ia-  
nua & nun-  
cij sunt sen-  
sus.  
Num. 23.  
Cibus diui-  
nus genera-  
fastidium  
quare.





Num. 11. Caro pro gula. Pices pro lasciuia ex gula sequuta. Concupiscentiarum carnalium, remedium ieiunium. Pepones pro vana gloria. Cucumeres pro inuidia. Allia instantia pro ira. Cæpe pro auaritia. Porrus pro accedia. Verbum Dei non percipientes tepem stimulantur. Christi doctrina non erat erronea. Christus non infamis, quare.

Christus non habebat dæmonium ob duplicem rationem. Superbia dæmonis ascendit semper.

Psal. 73. Dæmon continue inhonorat Deum. Gloriam propriam querere est ruinam suam appetere.

Christus non erat subuersor legis. Christus Samaritanus, quomodo. Samaritanus interpretatur custos. Psal. 123. Custos non curat de nocte peccatorum.

Et Num. 11. commemorant septem, scilicet carnem, id est, gulam, pisces, id est, lasciuiam, quæ ex gula sequitur, quia homo qui delicate viuunt postmodum natate cupit in concupiscentiis carnalibus, contra quos est ieiunium inuentum, pepones, id est, vanam gloriam, cucumeres frigidus, id est, inuidiam, allia quæ inflant, id est iram: Cæpe quæ fructificant in omni loco, id est, auaritiam quæ ardet, porrus, id est, aciditiam. Qui igitur talibus stimulantur, illi dulcedinem non percipiunt verbi Dei. Sed quid interdum facit Deus? Complect ipsorum desiderium: ut suum furorem exagitet contra eos. Adhuc (inquit Num. 11. Propheta) *carnes erant in dentibus, & ecce furor Domini concitatus in populum percussit eum plaga magna nimis, & tunc mortui sunt qui carnes, id est, carnales & mundanos affectus desiderauerunt.* Nota de illis qui veniunt ad prædicationem causa videntur, hi faciunt peius quam alij.

Quantum ad secundum ostenditur affectus iniquus Phariseorum in contumeliam prorumpentium. Responderunt igitur Iudæi Christo, & dixerunt: quod ideo nolebant verba eius audire: tum quia eius doctrina erat erronea. tum quia ipse pessimus & infamis. Primum ostendunt, quia ipse erat Samaritanus, & per consequens legis subuersor & falsificator. Secundum probant, quia *dæmonium habes, & per consequens es homo deditus totus peccato.* Dæmon qui in te habitat facit te loqui. Sed agnus mansuetus non conuiciando, respondit humiliter nullum peccatorem continere veritatem. Et primo probat dupliciter se non habere dæmonium. Primo sic. Ille non habet dæmonium qui patrem cælestem honorificat: nec ab hoc desistit in contumelia, nec in honore sibi facto: sed ego honorifico patrem meum, nec propter vestras contumelias ab eius honore volo desistere, &c. Probatio maioris, quia superbia dæmonis semper ascendit. Psal. 73. *Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper, & talis Deum continue inhonorat.* Secundo sic. Diabolus quæsiuit propriam gloriam quæ fuit causa suæ ruinæ: ergo omnis qui habet dæmonem, ab ipso habet gloriam propriam requirendam. *Sed ego propriam gloriam non quero, quod patet, quia non curio de meis contumeliis quas inferitis: sed potius committo illas Deo patri qui querit gloriam meam, & ad quem pertinet talia scelera iudicare: ergo, &c.*

Tertium autem quod non sit legis subuersor, probat per vnam rationem. Vbi aduertendum, quod Christus intentioni eorum respondit, non verbis. Dixerant enim quod Christus erat Samaritanus. ex hoc volentes dicere quod Christus erat subuersor veritatis & legis. Christus igitur primum non negauit, scilicet se esse Samaritanum, quia Samaritanus custos interpretatur. Ipse autem erat ille custos, de quo Psal. 123. *Ecce non dormitabit neque dormiet, qui custodit Israël, &c.* Ille in superius cui dicitur Isa. 21. *Custos quid de nocte?* Custos qui non curat de nocte peccatorum: quid ad te peccatoribus sic in malitia obstinatis & obtenebratis? Sed respondit: *venit mane, in ortu scilicet lucis meæ: quia ego sum lux mundi: in quo mane hæ tenebræ possunt expelli: sed postmodum veniet nox futura, & ideo si queritis querite, scilicet, quando dies est: & con-*

uertimini & venite. Est igitur, ut dixi, Samaritanus ille, qui curam egit taurij, quem Lex & Propheta, Sacerdos & Leuita incuratum reliquerunt: qui ipsum posuit in iumento suo & apponit vinum a mortificatione doctrinæ & a putredine culpæ preferuans & oleum lenitiuum clementiæ & misericordiæ dulcorantis. Propterea igitur non negauit se Samaritanum esse. Respondit tamen intentioni eorum: ostendens se non esse veritatis legis subuersor, & arguens sic. Ille non est legis subuersor, qui ad finem legis ducit, quia talis legem a fine proprio non diuertit: sed ego sum huiusmodi. Probatio namque finis legis est vita. Vnde inquit Moyses *Audi præcepta Domini, ut sis longæuus super terram.* Et Christus etiam. *Hoc fac & viues. & Si quis sermonem meum seruaerit, mortem non gustabit in æternum, & ut ait Sapiens: Christi doctrina lignum est vite his, qui apprehenderunt eam: & qui tenuerit eam beatus.* Sicut ergo ligam vitæ præseruabat a morte, sic doctrina Christi a morte scilicet secunda. Vnde in æternum non gustabit mortem nec culpæ, nec pænæ. Vel possumus sic dicere quantum ad prædictam auctoritatem. *Custos quid de nocte,* scilicet liberans. Duplex est nox, scilicet culpæ & pænæ, & ab utraque liberat. Augustinus. Idcirco vna die & duabus noctibus Christus fuit in sepulchro: ut vna luce diuinitatis suæ duplicem noctem auferret. *Et respondit custos venit mane,* scilicet iudicij: & nox, scilicet mortis: quasi dicat, habere ista in memoria: quia iudicij memoria auferit superbiam: mortis memoria auaritiam & luxuriam. Si igitur queritis, in horum memoria querite, & conuertimini, & venite. Vel aliter, venit mane prosperitatis, & nox aduersitatis. Et ideo si queritis in aduersitate: querite in prosperitate, quo contra Ierem. 2. *Verterunt ad me terga, & non faciem, & in tempore tribulationis dicent: Libera animas nostras, &c.*

Quantum ad tertium, ostenduntur excæcati, & probant tripliciter Christum habere dæmonem, & per consequens ipsum dæmonem esse. Primo, cum dæmon sit pater mendacij, ipse in te habitans facit te sic mentiri. Nam Abraham & Propheta mortui sunt. Tunc sic. Aut doctrina Christi concordabat cum doctrina eorum, aut non: si non, ergo es legis subuersor: si sic, ergo es mentitor. Secundo, quia ipse, qui se exultat indigne super maiores est dæmoniatus, tu es huiusmodi: ergo, &c. Probatio, quia facis te maiorem Abraham. Tertio, qui ille qui seipsum non cognoscit est excæcatus a dæmone: tu es huiusmodi: quem enim teipsum facis? quasi dicant, tu cordis tumiditate dicis. Si quis sermonem meum seruaerit, &c. Sed ad ista respondit Saluator cum omni mansuetudine quantum ad tria præmissa. Primo, qui indigne se exultat super maiores, non ostenditur querere gloriam: quia si ipsam quereret, ipsa esset nihil, id est, peccatum: sed Deus pater ipsum Christum exultat, quia querit gloriam eius, & filium glorificat. Secundo, quod non præcipio gloriam, dicens quia cognosco patrem, & tamen vos non cognoscitis eum: immo si dicerem me eum non cognoscere tunc essem mendax, negando verum: sicut vos estis mendaces, affirmando falsum, dicentes vos cognoscere illum, cuius notitiam

Samaritanus moraliter quis.

Legis finis, vita est.

Doctrina Christi lignum vite. Custos quid de nocte. Nox duplex. Christus in sepulchro vna die & duabus noctibus. Mane pro iudicio. Nox pro morte. Iudicij memoria auferit superbiam. Mortis memoria auferit auaritiam & luxuriam. Mane pro prosperitate. Nox pro aduersitate. Ierem. 2.

Christum habere dæmonem probare non poterant Iudæi. Mendacij pater dæmon.

Christum Deus pater exultat. Christus gloriam patris non præcipiebat.

Peccatoris conditio misera redemptori credere nolens. Culpæ mortalis plaga magna animæ, quæ a supremo medico curari debet. Populi multi perditio. Pro operum honorum præcedentium annihilatione. Conscientia peccato spoliatur gratia. Muri pro præceptis diuinis. Mulieres pro operibus misericordiæ. Pecora pro simplicitate cordis. Peccator diabolo credit. Rex Egypti imposuit filiis Israël onera laborum triplicis generis. Filij Israël ciuitatem tabernaculorum ædificauerunt. Filij Israël in Egypto colligebant paleas & faciebant lateres, moraliter. Filij Israël in Egypto portabant lutum platearum & viarum in cophinis, moraliter. Filij Israël in Egypto diuidebant fluuium in riuulos ad irrigandam patriam. Dæmon opprimit sapienter hominem.

titiam non habetis. Tertio, quod dicitis Abraham mortuum contra, omnis mors de qua loquor, ad lucem & tenebras terminatur: sed Abraham non sic est terminatus. Probatio. Exultauit enim, ut videret diem meum. Igitur ibi fuit lux quia vidit, & tamen accipiunt e conuerso, quasi, scilicet Christus Abraham viderit, id est, centes. *Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti?* Futura autem multa potuit Abraham præuidere in spiritu, quæ tamen e conuerso eum non vident. Et ideo dicunt. *Quinquaginta annos nondum habes, &c.*

Sequitur quartum, & patet, Moraliter. *Si veritatem dico, quare non creditis mihi?* Misera peccatoris conditio, Redemptori credere nolunt. Psal. *Generatio quæ non direxit cor suum, & non est creditum cum Deo spiritus eius.* Et iterum: *Non crediderunt in Deo, nec sperauerunt in salutari eius.* Crediti tamen proditori, 1. Mach. 1. *Locutus est ad eos verba pacifica in dolo, & crediderunt ei, & irruit super ciuitatem repente, &c.* Dic hanc figuram, si vis, quomodo diabolus irruit super ciuitatem, id est, animam quando dolose loquitur ut credamus. Percutit enim plaga magna, dum scilicet, ipsam faciat culpa, quæ plaga nisi per supernum medicum curari non potest. Vel vulnerat conscientiam, perdit populum multum, quia omnia præcedentia opera annihilat, accipit spolia, quia ipsam spoliatur gratia: succendit eam igni, id est, quasi feruorem mali desiderij excitat: destruit domos, id est, habitaculum conscientiæ, dissipat muros, id est, diuina præcepta, quibus ab hostibus tuebatur, captiuat mulieres, id est, opera misericordiæ, natos, id est, stabilitatem, pecora, id est, simplicitatem cordis. Vel domos destructas possumus intelligere exempla sanctorum in quibus debet homo habitare, quæ omnia exciduntur a corde. Ista omnia miser peccator attendit, & tamen ab eius dominio separari non potest, sed potius ei credit: cum tamen dicat ei dæmon, Venite sapienter opprimamus eum. Affigitur, deluditur, perimitur, & tamen negligit eius manus euadere, sicut bene Exodi primo figuratur. Vbi dicitur, quod dixit rex Egypti. *Ecce populus filiorum Israël multus est, & fortior nobis est, venite & sapienter opprimamus eum, ne forte multiplicetur, & si ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis nostris, expugnatique nobis egrediantur de terra.* Et sequitur, quod imposuit eis onera laborum triplicis generis. Primo videlicet, ædificare ciuitatem tabernaculorum quæ erant in sinibus regni, ut pro defensione milites morarentur, & quantum ad hoc colligebant paleas & faciebant lateres, & numerum debitum assignabant præpositis operum. Secundo, portare lutum platearum & viarum in cophinis, iuxta illud. *Manus eius in cophino seruiuerunt.* Tertio, diuidere fluuium Egypti in riuulos ad patriam irrigandam. Ecce tu miser peccator credis, nec tamen per Moysen, id est, per diuinam legem vis ab illa miserabili seruitute abduci. Nota, dicit dæmon, *venite sapienter opprimamus,* quia primo decipit hominem sapienter, postea opprimit, ne, scilicet, fruatur homo consortio Angelorum, & de terra egrediantur.

Nota tres ciuitates tabernaculorum, tria vitia quæ sunt in mundo, quarum vna dicitur Phiton, & interpretatur os abyssi, quæ significat auaritiam, quæ non satiatur diuitiis: velut nam-

que ligna faciunt ignem maiorem: sic plerumque diuitiæ magis incendunt ad auaritiam, & ardorem. Secunda vocatur Ramasses, quæ interpretatur commotio tineæ, & signat luxuriam, quæ ad instar tineæ, est de carne confurgens, & carnem consumit. Iam ciuitatem seu tabernaculum ædificat qui gula & luxuriis deseruit. Tertia dicitur Heliopolis, id est, ciuitas solis, & significat superbiam & vanam gloriam. Sol enim dicitur solus lucens, & significat superbum & vana gloriosum, qui solus inter alios vult reputari & lucere. Hanc ædificant tyranni & oppressores & procuratores honorum. Et aduerte quod bene dicuntur ciuitates tabernaculorum, quia sicut tabernaculum est habitaculum quod transfertur de loco ad locum, sic hic sunt ædificia non manentia. Iob 15. *Ignis deuorabit tabernacula eorum qui munera libenter accipiunt.* Tabernacula sunt in quibus mobiliter habitamus. Ad has ciuitates ædificandas spargitur populus Israël per Ægyptum, id est, per mundum: colligit latera, id est, carnale & terrenum desiderium apponit indebitæ delectationis: colligit paleas, id est, peccata, cum quibus ipse est finaliter comburendus. Succendit ignem furoris mali desiderij. In his ciuitatibus habitant milites Pharaonis, id est, carnalia desideria, quæ militant aduersus animam, ut tributa accipiant operum nostrorum, ut nec ingredi, nec egredi permittant aliquem sine tributo & seruitute. Colligunt insuper lateres, dum, scilicet, non considerant propriam fœditatem: sed illam a sua consideratione abiiciunt, cum tamen Mich. 6. *Humiliatio tua in medio tui.* Diuidunt fluuium, id est, diuitias vel delicias, quas transmittunt ad omnes.

Moraliter loquitur nobis Christus, *Si veritatem dico vobis.* Regula enim est apud Doctores & Magistros, quod vnique experto in scientia sua credendum est: sed pro dolor omnibus nondum expertis & lenonibus creditur de Logica, & syllogismis, & sic de aliis auctoribus: soli Christo credulitas denegatur, & tamen ipse dicit conquerendo. *Si veritatem dico vobis* (si id est, quia) *quare non creditis mihi?* Sarraceni Mahumeto fidem adhibent, & sic de aliis. Solum Christiani Christo credere dedignantur. Credunt mundo, credunt dæmoni, credunt carni, credunt peccatis, quæ omnia nituntur animam demoliri: soli veritati credulitas denegatur. Mihi inquit Christus debetis credere multiplici ratione, videlicet. Quia in me est veritas vitæ. *Quis enim ex vobis arguet, &c.*

- Veritas doctrinæ, quia, *Ego veritatem dico vobis.*
- Veritas iustitiæ, quia, *Tribuit vnicuique, &c.*
- Veritas famæ, quia, *Abraham exultauit ut videret, &c.*
- Veritas essentiæ, quia, *Antequam Abraham fieret ego sum.*

Est enim veritas quæ consistit in communitate ad alterum velut ad alterum, & hæc veritas in me est: quia, *Ego gloriam meam non quero: sed honorifico patrem meum.* Si igitur veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? O veritas splendida, splendida & luminosa, quæ a miseris sic miserabiliter reprobaris. Isa. 39. *Conspexit veritas in plateis, vbi iustitia non potuit ingredi,*

Decipiunt homo a dæmone. Ciuitates tabernaculorum tres moraliter. Phiton interpretatur os abyssi. Phiton pro auaritia. Diuitiæ incendunt ardorem auaritiæ instar ligni. Ramasses interpretatur commotio tineæ. Gula deuorabit tabernacula eorum qui munera libenter accipiunt. Heliopolis, id est, ciuitas solis. Heliopolis pro superbia. Sol pro superbo & glorioso. Tabernaculum quid. Iob 15. Populus ad ciuitates tres spargitur. Palea pro peccatis. In ciuitatibus tribus habitant milites Pharaonis moraliter. Mich. 6. Credendum est experto in scientia sua. Credulitas Christo denegatur. Si pro quibus credulitas denegatur. Veritas vitæ doctrinæ, iustitiæ, famæ & essentiæ in Christo est. Veritas te probatur. Veritas in me est: quia, *Ego gloriam meam non quero: sed honorifico patrem meum.* Si igitur veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? O veritas splendida, splendida & luminosa, quæ a miseris sic miserabiliter reprobaris. Isa. 39. *Conspexit veritas in plateis, vbi iustitia non potuit ingredi,*

Osee 4. Dani 8.

ingredi, vt eam subleuare possit. Osee 4. Non est veritas Dei in terra. Daniel. 8. Prosterne veritas in terra. Ergo si non credere velimus saltem ipsum audiamus quid dicere velit: si nos possumus aliquo modo ad credulitatem inducere. Loquere igitur, Domine, ecce prae mittit, Quis ex vobis arguet me? vere nullus: quia Domine tuus affectus est plenus charitate & dilectione, tua mens suauitate, tuum cor humilitate: tua caro puritate, tuus affectus veritate, tua manus largitate, tua opera sanctitate & exemplaritate, a vestigio enim plantae pedis, vsque ad verticem capitis non est in te macula: vt dicitur 2. Reg. 14. Nota figuram quomodo rondebatur, quia grauabat eum casaries. Absalon est Christus filius Dei Patris. Casaries, affectus charitatis Dominicæ procedens. Itaque fuit ipse suspensus in ligno, in nemore huius mundi: cui ligno ipsum imposuit mulus super quem infidebat, id est, sterilis populus Iudæorum cui infidebat per doctrinam. Hæc est illa casaries, qua mulieres Israël, id est animæ fideles sua ornabant capita, quia Christi virtutibus, qui est caput nostrum, nostræ mentes ornantur. Hæc casaries ponderat ducentis siclis, quia continet perfectionem vtriusque stolæ, & vtriusque vitæ. Sic igitur hic Absalon patris filius fuit: sic in omnibus mirabiliter speciosus. Propterea nullus ipsum potest arguere de peccato. Si igitur Christus ait, nullus me de peccato potest arguere: igitur filia Hierusalem, quæ vos in ea ornatis casarie, super vos flete, quia si oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam, quomodo tu plenus peccatis cum delictis ingredi poteris aliena? Nam per multas tribulationes, &c. dicitur Act. 14. Attende sanctos vt non per viam carnalitatatis inceserint. Igitur veritatem dico vobis: sed vos non creditis mihi. Ego te emi sanguine innocentiae, tu te venundas sub peccato. Sed vtinam huic ingratitude non addamus contumeliam & persecutionem. Christus namque abscondit se propter te in vtero virginis, & egressus est de templo caelorum. Psal. In templo eius omnes dicent gloriam. Iterum egressus est de templo vteri virginis, Psal. Sanctum est templum suum, & abscondit se, quia verè se es Deus absconditus sub veste humanitatis. Item vt te pacificaret, egressus est de templo corporis sui. Soluite templum hoc, &c. Et abscondit se in monte, abscondita est fortitudo eius, &c. vt scilicet, te in suo sanguine pacificaret: nunc ad tuæ conscientiae templum ingreditur, & tu miser lapidas eum: nec ei vis tributum reddere quod teneris. De hoc figura 3. Reg. 12. de Roboam qui dilatans populus interpretatur. Deus pater qui genus humanum dilatavit, ad ipsum Israël, qui à Deo apostatauit, misit Aduram, qui fluuius, scilicet, pietatis & sanguinis, exaltatus in cruce interpretatur: quem populus lapidauit, & constituit sibi Dominum populus memoratus Hieroboam, qui est diuisio populi, & superius dijudicans, qui nunquam permisit populum ipsum ad Deum conuerti, sed constituit ei idolum in Bethel, quæ domus Dei interpretatur, quia intravit in conscientiam, & in mentem vbi debet esse domus Dei. Sed veritatem dico vobis. Dicit nobis veritatem quando docet nos mundum m contemneret, & nos non credimus ei, &c.

Christus immaculatus.

Absalon pro Christo.

2. Reg. 14.

Casaries pro affectu charitatis. Mulus pro populo Iudæorum. Virtutibus Christi ornatur. Mulieres Israël pro animabus fidelibus. Casaries pro virtutibus. Absalonis casaries ponderabat ducentis siclis, moraliter.

Act. 14.

Sanctorum nullus per viam carnalitatatis inceserit. Christus abscondit se in vtero virginis. Christus egressus de templo caelorum. Christus Deus absconditus. Corpus pro templo.

3. Reg. 12.

Roboam interpretatur populus dilatans. Aduram interpretatur in cruce exaltatus. Hieroboam constituit populo idolum. Bethel interpretatur domus Dei.



DE EADEM DOMINICA IN PASSIONE.



CHRISTVS assistens Pontifex futurorum bonorum. Ad Hebr. 7. Secundum quod ait Apostolus ad Hebr. 10. Lex umbra est futurorum bonorum. Sicut enim umbra nihil ad perfectum ducit, sic nec lex, vt ibidem dicit in eadem Epistola 7. cap. Quia opera Dei perfecta sunt, & Deus vt ait Augustinus imperfectum nihil relinquit quin ad perfectum deducat, idcirco imperfectionem legis, & per consequens Sacerdotij legalis, vt ad perfectionem reduceret ipsam, in legem transtulit gratiæ quæ est vtique lex libertatis. Hæc autem translatio facta est in Christi passione, cuius mysteria hodie inchoantur, in qua Christus constitutus est Sacerdos & hostia. Et ideo nunc ad translationem eius nos diligenter præparemus. Apostolus fecit in hodierna Epistola comparationem legis testamenti veteris ad testamentum nouum & sacrificij, ostendens legem nouam perfectiorem, quo ad tria, videlicet quo ad personam sublimiorem, quia ibi peccator, hic Dei filius est Pontifex. Ad hostiam sinceriorem, quia ibi vitulus, hic Christus Dei filius offertur. Ad efficaciam sublimiorem, quia ille ostendebat munda corpora, hic autem mundas animas, Ephes. 5. Semetipsum pro nobis obtulit.

Lex verus comparatur] vmbra. Opera Dei perfecta sunt. Imperfectum nihil relinquit Deus. Lex gratiæ lex libertatis. In Passione Christus constituitur Sacerdos & hostia. Lex noua perfectior lege veteri quoad tria. Lapidatur Christus vitis. Vitia omnia fugant Christum de templo conscientiae nostræ. Princeps pro superbia. Pharisæi pro inuidia. Superbia & inuidia non comparantur. Superbus cum superbo non quiescit. 3. Reg. 6. Ioram pro peccatore excelso. Samaria pro anima. Rex Syriæ pro dæmone. Ciuitas pro anima. Mulier pro voluptate. Ioram volens perimere Helisæum, moraliter.



FERIA SECUNDA IN PASSIONE.



Si quis sitit, veniat ad me. Ioan. 7. cap. Dominus noster Iesus Christus volens nobis suæ gratiæ beneficium impertiri, in verbis propositis tria facit. Primo namque supponit indigentiam, Si quis sitit. Secundo imponit confidentiam, Veniat ad me. Tertio promittit affluentiam, Et bibat. Apostolus Paulus ad Rom. 12. cap. Tribuit nobis formam qualiter debeamus inimicorum seu persecutorum nostrorum malitiam superare, dicens, sic. Noli vinci à malo: sed vince in bono malum. Et in quo bono debemus vincere malum ipse explicat ibidem, quod

Responso humilis & mollis vincit malum in bono. Responso humilis superbiam superbiat. Prou. 15. Eccl. 6. Cibatio fertilis vel pinguis vincit malum in bono.

Euangelij diuisio.

Presumptio nis Iudæorum temeritas.

Lapidatur Christus vitis. Vitia omnia fugant Christum de templo conscientiae nostræ. Princeps pro superbia. Pharisæi pro inuidia. Superbia & inuidia non comparantur. Superbus cum superbo non quiescit. 3. Reg. 6. Ioram pro peccatore excelso. Samaria pro anima. Rex Syriæ pro dæmone. Ciuitas pro anima. Mulier pro voluptate. Ioram volens perimere Helisæum, moraliter.

quod hoc debet fieri specialiter in duobus, scilicet in humili vel in molli responsione. Benedicite persequentibus vos, benedicite & nolite maledicere, humili namque responsione statim mens elata prosternitur. Sicut enim dicit Sapiens Prouerb. 15. Responso mollis frangit iram: è contrario sermo durus suscitatur furor. Et Ecclesiast. 6. Verbum dulce multiplicat amicos. Vnde & verbum placabile lignum vitæ. Secundo in pingui vel fertili cibatione. Si, inquit, esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potum da illi. Hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius, id est, ad ardorem penitentiam de offensa. Quia igitur hic est modus, ideo iustum modum in suis actibus Saluator voluit nobis ostendere, sicut manifestat Euangelium hodiernum quam humiliter respondit & quam largiter se obtulit. Et tanguntur in eo quatuor, videlicet Temeritas siue malignitas presumptionis illorum, scilicet iniquorum Iudæorum & Pharisæorum. Humilitas responsionis.

Humilitas responsionis. Obscuritas locutionis. Fertilitas oblationis. Vel possum dicere quod tria ponuntur in Euangelio, videlicet, Iniqua legatio peruersi generis. Benigna responsio tranquillæ pectoris. Paterna oblatio secundi muneris.

Moraliter autem omnia vitia lapidant Christum, & ipsum fugant de templo conscientiae propterea heri dictum fuit, sic mittunt nuncios detestabiles ad ipsum per mundum de corde & conscientia.

Inter alia vitia sunt duo perniciofa, scilicet superbia signata per principes, & inuidia signata per Pharisæos, quæ salutem perimunt, nec eam dimittunt quiescere. Etenim bene videmus quod hæc duo vitia nihil secum breuiter compatiuntur. Nam simile naturaliter appetit suum simile, non sic de superbo, qui cum superbo non potest quiescere, similiter nec inuidus. Quot autem ministros hæc vitia mittant, satis patet. Plures namque transmittunt quam sciremus exprimere. Sed de talibus Dominus conqueritur. 3. Reg. 6. dic. Nunquid scitis quod miserit filius homicidæ huic, vt prae datur caput meum? Narra historiam succincte, quomodo Samaria obfidebatur. Ioram excelsum peccatorem significat qui se erigit contra Deum. Psal. Et super excelsa stauens me. Huic regnum Samariæ, id est, animæ vel conscientiae committitur. Contra hunc ascendit rex Syriæ, scilicet dæmon, obfideat ciuitatem, id est animam, facit in ea famem & appetitum terrenorum. Mulier, id est, voluptas ardore desiderij coquit spiritum tanquam solum, & ipsum cum sensualitate comedit, sed sensualitas sensualem appetitum cogere non vult, tunc peccator Ioram qui in tali tentatione deberet ad Deum recurrere, in contumaciam veniens, vult perimere Helisæum, id est, Saluatorem Christum, & mittit nuncium: immo plures

nuncios. Hos nuncios miserunt Iudæi; sed aduerte quid dicit Dominus eis. Adhuc modicum tempus, &c. Nota, non permittit se adhuc interfici, sicut nec Helisæus. Et dicit. Adhuc modicum tempus. Quamdiu peccator est in spe salutis, Christus adhuc est cum eo, saltem quantum ad spem, quæ potest peccatori de sua ineffe conuersione.

Facit autem Christus nos considerare sex, quibus nos debemus moueri ad penitentiam, videlicet Breuitatem temporis.

Charitatem muneris. Benignitatem intentionis.

Subtractionem misericordiae siue remedij. Illationem sententiæ.

Vere ad eum ire non possumus, dum scilicet proximum offendamus, quasi dicat, non potestis esse in humilitate sicut ego sum. Verum quia sine subsidio gratiæ ad eum peruenire non possumus, ideo in nouissimo die festiuitatis ipse clamabit, Si quis sitit, veniat ad me & bibat. Sitim autem prouocant asperi labores, quibus homo laborat inutiliter. Insuper sapores, quibus gustus interior afficitur. Feruidi calores, quibus consumuntur humores. Turbidi languores, quibus fiunt alterationes. Supponit sitim & ad potum inuitat non aquæ nociuæ, scilicet delectationis terrenæ, sed supernæ, quæ est aqua viua. Nam delectationes mundanæ sunt aquæ periculose quæ demergere habent animam. Et ideo delectatio dicit. Si quis sitit in mari id est, in amaritudine culpæ, tandem habebit amaritudinem penæ. Hæc autem est aqua quam diabolus misit post mulierem. Apoc. 12. Vide figuram. Hic namque fluuius est delectationis mundanæ memoria. Et ideo bene post mulierem mittitur. Ibi notatur quo ad figuram quod filium quem parit, concepit ex Deo, scilicet gratiam. Vnde Spiritus sanctus superueniet in te. Lucæ 1. Hanc vult draco deuorare, quia etsi conceptionem impedit non potuit, saltem per inanem gloriam vel ingratitude vult ipsam perimere. Nota, periculum est puerum nudare & exponere aëri vel vento propter teneritudinem, sic de opere nouiter facti, &c. Ideo vadit mulier ad solitudinem: Puer autem tunc accipitur à Deo qui in vita eum conseruat. Aduertendum tamen quod istis aquis & hoc fluuius est licitum vti temperatè, & quia illi bellatores vsi sunt. De quo exemplum & figura de Gedeone Iudic. 7. qui ad fontem aquæ elegit populum qui erat cum hostibus pugnaturus & habiturus victoriam & fuerunt 300. in vniuerso. Gedeon interpretatur humilitatis deprecatio, ille qui dicit. Matth. 21. Discite à me, &c. Hunc Deus pater ducem & redemptorem constituit. Prope aquam delectationis genuflectentes sunt illi qui de dissolutis gressibus & absque respectu non aquas sibi, sed se aquæ applicant, è conuerso faciunt boni, & ideo illis solum datur victoria de hostibus, & dicuntur 300. propter cumulum perfectionis, tres quia ille numerus solus

Helisæus pro Christo, Christus non permittit ante tempus se interfici. Spe cum peccatore Christus est.

Ad penitentiam mouere nos debemus ob sex.

Sine gratia ad Deum non possumus ire. Sitis causæ, quæ Labores asperi prouocant sitim. Sapores insipidi sitim prouocant. Calores feruidi sitim prouocant. Languores turbidi sitim prouocant. Delectatio terrena aqua nociua & periculosa. Apoc. 12. Fluuius post mulierem missus, moraliter. Filius pro gratia. Luc. 1. Ingratitudo vel inanis gloria opus perimit. Puerum nudare periculum est moraliter. Mulier ad solitudinem vadit moraliter. Puer quis, moraliter. Vana gloria cauenda. Iud. 7. Gedeon ad fontem aque populum pugnaturum elegit, moraliter. Gedeon interpretatur deprecatio humilitatis. Matth. 21.







Pharao in umbra dormit. Job 40. Umbra fiebat de salicis ramis intextis. Diuitie salicis rami intexti. Salix arbor viticus infu. etuola moraliter. Eccl. 5. Job 40. Salicis succus portatus mulierem sterilem reddit. Diuitie comparantur salicis. Diuitie aquae maledictae. Num. 5. Diuitie dantur peccatoribus. Salicis rami recreant infirmum. Isa. 1. Diuitie a fanis britianis auferuntur. Matth. 19. Festum mundanorum & peccatorum quodnam. De peccatorum interitu Iubilo. Job. 2. 1 Reg. pen. Amalechite gens humilis pro hominibus qui in mundi pascuis, & diuitiis volutantur. Australis pars pro mundana prosperitate. Sicelech, id est effusio gratiae per peccatum. Priuatio mentis, quid. Ignis pro desiderio prauo. Peccator carbo niger est. Peccator omni gratiae humore exsiccat. Vxoies duae pro carne, & anima ad seruendum peccato. Filij & filiae pro operi-

nudans, sicut expolians interpretatur, id est, diaboli, habentes fiduciam in umbra Aegypti. Et ideo audite quid inferat. Et erit (inquit) vobis fortitudo Pharaonis in confusione, & fiducia umbra Aegypti in ignominium. In hac nempe umbra cubat ipse Pharao. Job. 40. Sub umbra dormit in secreto calami, in locis humentibus. Et est aduertendum quod istae umbrae ad litteram fiebat de salicis ramis intextis. Salices namque sunt arbores infuuctuosae, sed virentes, & significant diuitias, quia Eccl. 5. Qui amat diuitias fructum non capiet ex eis. Job 11. Protegunt umbrae umbram eius, & circumdabunt eum salices torrentis. Item succus salicis potatus reddit mulierem sterilem, sic diuitie cum auiditate potatae, reddunt animam sterilem ab omni opere bono, & reddunt eam infuuctuosam. Psalm. 113. In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra. Iste sunt aquae maledictae. Num. 5. Ingrediantur aquae maledictae in ventrem tuum, & purefaciant semen tuum. Iste nempe diuitie salices plantantur iuxta corda fluida peccatorum. Salices de torrente, qui raptim transit. Et dantur eius rami infirmis ad recreationem. Nam & illi infirmo populo Iudaico d. ti su. t. Isaia. 1. Si audieritis me, bona terra comedetis. Non sic autem dantur, sed potius auferuntur fanis Christianis. Matth. 19. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quae habes, & da pauperibus. Iste igitur est festum peccatorum & mundanorum, de quo dicit Dominus. Vos ascendite. Nota, vana gloriosi ascendunt ad hoc festum, & tamen miserabiles non aduertunt, quia licet Deus non ascendit manifeste, scilicet hoc festum approbando, ascendit tamen occulte, eos non aduertentes iudicando, subito. Job. 21. Ducunt in bonis dies suos, &c. De hoc peccatorum festo & de eorum interitu habemus figuram 1. Reg. penult. de Amalechitis, &c. Narra historiam. Moraliter Amalechite, gens humilis significant homines brutaliter viuentes, qui ad instar bestiarum in huius mundi pascuis & diuitiis volutantur. Hi parte australi, id est, a mundana prosperitate irruunt in Sicelech, id est, in conscientiam propriam. Sicelech est effusio mensurae, id est, effusio gratiae per peccatum, quod est secundum Augustinum mensurae priuatio, & incendiunt eam igni, scilicet prauis desideriis. Nota, quod est peccator in igne mundanae concupiscentiae adustus, nisi quidam carbo niger per peccatum, vel ad instar carbonis exsiccat per peccatum, vel ad instar carbonis exsiccat per peccatum, ponendus finaliter in fornace inferni, ut ibi accendatur inextinguibiliter. Succendunt igitur Sicelech, id est, conscientiam, & captiuas duas vxores, scilicet carnem & animam, ad seruendum peccato, & filios & filias, & opera, & cogitationes, & sic a Deo recedunt. Sed quid facit David, manu fortis, id est Christus? inuenit puerum Aegyptium qui est stimulus conscientiae, a suo Domino dimissum, qui coeperat aegrotare, & cum ipso inuadit miserum peccatorem stimulus quidam interius torrendo & percutiendo, illos inuenit sedentes super terram ludentes, & quasi festum celebrantes, & ideo bene dicitur quod David fecit illi dari ad comedendum ut fortificaretur, & fortificatus hostem scilicet suum Dominum persequeretur. Deus autem aeternus prauidendo de isto festo dicit. Vos ascendite, &c. Hoc etiam

certe potest dici multis ad litteram, qui ideo ascendunt ad festiuitates, & bene ascendunt, quia ducit eos vana gloria. Dic quomodo dominum mundanae habent duo vitia, quorum vnum est satis incurabile. Vnum est vitium linguae, quo frequenter furantur famam bonam, alterum est ornamentum, quo frequenter furantur animas Deo suo, utique sanguine precioso eius redemptas. Mulier (ait Sapiens) preciosam animam viri capit. Immo quod amplius est, furatur annos, id est, tempus Deo, quia autem semper se faciunt iuniores, furantur capillos, furantur omnia de aliarum rerum ornato, ad suum conuertunt quasi proprium. Item dic quomodo ducunt puellas ornatas tempore quo deberent venire illuc ubi moratur Christus, sed non veniunt cum fletu, ut deberent tempore Passionis Christi. Sed tunc restat videre ubi moratur Christus, si non ascendit ad diem festum? Respondeo, ambulabat per Galileam, id est, per corda humilium. Cum simplicibus enim sermocinatio eius. Nota, Galilea rota & transmigratio humilem significat, quia sicut praemissis, humilitas facit hominem a vitiis transmigrare. Haec insuper est rota quae rotatur & tenetur multis concussionibus est insuper qui humilis ad instar rotae debet esse semper paratus, ut iuxta diuinum imperium moueatur vel ad anteriorum promotionis, vel ad posteriorum deiectionis & depressionis. Ezech. 1. Eleuabantur pariter & rota, spiritus enim vita, &c. Nota humilitas tenet hominem firmum, licet sit rota, inter prospera & aduersa. Inter prospera, quia nec humana laude extollitur. Etenim sicut aurum probatur in fornace, sic virtus humilitatis ore laudantium non euaporat fumum vanae gloriae. Nam omnia liquabilia sunt vaporabilia praeter aurum. Inter aduersa similiter, quia verus humilis non habet ventum superbiae, & ideo non crepant in fornace increpationis. Nota quomodo sola humilitas immobilis stat inter fluctus persecutionis, & immobilem tenet hominem, & penitentiam eius conseruat. Quidam enim paruus piscis Remora nomine reperitur, qui inter vndas immobilis stat, & nauis adhaerens eam figit & immobilizat inter vndas. Nauis est penitentia, cui si adhaerit humilitas inconculsa manet, & caetera. Inter istos Christus ambulat qui non sunt infesti, & eum recipiunt benigne. Inter Iudaeos autem superbos non ambulat, quia querunt eum perimere, sed finaliter in iudicio occulte & nullo sciente insurget subito contra tales, & caetera. stat & penitentiam conseruat. Remora piscis, moraliter. Penitentia nauis est cui adhaerere debet remora, moraliter. Christus inter humiles, non inter superbos ambulat.

bus & cogitationibus. David inter. pretatur manu fortis. David pro Christo. Puer Aegyptius pro stimulo conscientiae. David inter. pretatur fortis. Ascendere ad festum, moraliter. Mulieres mundanae duo habent vitia, scilicet vitium linguae & ornamentum superfluum. Mulieres fortes quare. Christus cum simplicibus sermocinatur. Galilea transmigratio rota pro humi. Humilitas facit hominem a vitiis transmigrare. Humilitas rota, quare. Humilitas rota, quare. Humilitas rota, quare. Ezech. 1. Rota pro humili vel humilitate. Humilitas hominem firmum, tenet inter prospera & aduersa. Humilitas ut aurum probatur. Liquabilia sunt vaporabilia praeter aurum. Humilis verus caret vento superbiae. Humilitas immobilis



FERIA QVARTA IN PASSIONE.

Ioan. 10. Gratia est affluentiae copiosae quo ad famem, & efficaciae virtuosae quo ad fructum, refulgentiae luminosae quo ad acta. Ignis malos per vindictam cruciat, & per liuorem cremat. Inuidiam liuor vngulis secretis conscientiae decerpit. Iudaei inuidia pleni cruciabantur interius. Euangelij diuisio.



VLTA bona opera ostendi vobis, &c. Ioan. 10. Gratia diuina est affluentiae copiosae quo ad famem, Multa. Excellentiae seu efficaciae virtuosae quo ad fructum, Bona. Refulgentiae luminosae quo ad acta, Ostendi vobis. Facta sunt encania Hierosolymis, &c. vbi supra. Secundum quod dicit Beatus Gregorius 2. Moral. cap. 26. malos non solum ignis per vindictam cruciat, sed nunc etiam per liuorem cremat, quia qui postmodum puniendi sunt retributionis supplicio, nunc seipsum afficiunt inuidiae tormento. Ideo Hieronymus in Epistola ad Adeodatum. Oro inquit quid inuidia delectationis praestat inuidia, quem secretis conscientiae vngulis liuor ipse decerpit, & alienam felicitatem tormentum eius facit? Quia igitur inuidi Iudaei inuidia pleni erant, idcirco incessanter stimulabatur in corde tanto lethalius, quanto videbant Christum plus clarificari prodigiis & doctrina, sicut nobis ostendit Euangelium hodiernum. Quousque, inquit, animas nostras tollis, id est, suspendis vel crucias & affligis? Ecce qualiter interius stimulantur. Continet autem Euangelium quatuor, videlicet: Insidiosam perquisitionem. Sententiosam dissolutionem. Malitiosam perturbationem. Dissidiosam cauillationem. De bono opere. Quantum ad primum dicit Euangelista quod facta sunt encania Hierosolymis, id est, templi dedicatio. Et quia tres erant dedicationes, videlicet. Prima quae facta est a Salomone in autumno, scilicet in die solemnium septimi mensis, de qua habetur 3. Regum 8. & 2. Paralip. 5. & 6. Secunda quae facta est in vere, scilicet 12. Martij & Luna 12. a Zorobabel post reedificationem templi, ut habetur Esdr. 3. Tertia quae facta est a Iuda Machabaeo in hyeme, scilicet 15. die mensis Casleu, id est, Decembris, de qua 1. Machab. 4. post prophanationem templi factam ab Antiocho. Quia igitur tres festiuitates, idcirco debemus intelligere eundem Euangelistam de qua loquitur, quia de hac tertia determinat dicens. Et hyems erat, & ambulabat Iesus in templo, in porticu Salomonis, quae erat in facie anteriori templi, scilicet intra artium Sacerdotum, & Levitarum, ubi erat altare holocaustorum, & tunc Iudaei circumdederunt eum dicentes. Quousque animam nostram tollis? Vide nequitiam, quando Christus dicebat se esse Messiam, Iudaei iniqui petebant

signum, Ioan. 2. Quando ostenderat signa quam plurima dicebant, dic nobis palam, iuxta illud Psalm. In circuitu impij ambulat. Et tamen dicit Sapiens, circulo quoque impossibile est denegare. Talibus nihil potest breuiter suaderi. Sunt enim inuidi ut vesperiliones & noctuae, quae a luce diei obcaecantur, quia lucem proximi videre non possunt. Nota senes non possunt de prope videre, & significant inuidum, qui potest a remotis videre, sed de prope, id est in proximo nihil. Nota, magnam poenam faceret Deus inuidio si ipsum poneret in gloria paradisi, quia ibi totaliter excacaretur a gloria proximi, & a luce beatitudinis ipsorum. Quantum ad secundum Christus videns maleuolam interrogationem ipsorum atque calumniam, non respondit nisi per opera quibus vera credulitas deberetur, & dicit sic. Loquor vobis & non creditis, & ideo do vobis testimonium diuinum, opera quae ego facio in nomine patris mei, cuius, scilicet gloriam quero & laudem, non propriam. Haec, inquit, testimonium perhibent de me, sed tamen nec operibus, nec verbis creditis. Id ideo autem est quia vos non estis de ouibus meis. Probatio quia oues meae vocem n. e. m. audiunt, &c. Vel attende hic quod Christus triplici via procedit ad probandum se esse Messiam, vel ad probandum veritatem doctrinae suae, vel suam diuinitatem, videlicet. Ex vtilitate seu celebritate obsequij vel prodigij. ibi. Opera quae ego facio, Ex sublimitate stipendij, quia do vitam aeternam. Ex securitate praesidij, quia oues meae non peribunt, nec potest eos quisquam rapere de manibus meis, quia ego habeo idem posse cum patre. Pater enim quod dedit mihi maius omnibus est, & nemo potest rapere de manibus patris mei. Vel possumus dicere quod probat quadruplici ratione, videlicet. Ex veritate praecognitionis. Loquor vobis. Ex celebritate prodigij. Opera quae. Ex sublimitate stipendij. Ego vitam aeternam do. Ex securitate praesidij. Oues meae. Opera igitur quae ego facio, illa testimonium perhibent de me. Nam ex opere arguitur virtus, & ex virtute substantia. Igitur eadem virtus & eadem substantia. Et ne credatur quod ipse talibus quibus confert vitam, det ea sine meritis, siue quod det vitam ouibus vagabundis in nemore huius mundi, vel de prato mundanarum deliciarum, ideo praemisit quod hanc vitam non confert nisi ouibus suis, quae, scilicet habent quatuor condiciones inter alias, videlicet Sinceritatem innocentiae. Ideo oues. Intimitatem amicitiae. Ideo mca. Humilitatem reuerentiae vel obedientiae. Ideo vocem. Stabilitatem perseuerantiae. Ideo sequuntur. Et hinc possumus aduertere quod sunt oues dominicae. Oues enim suae ut eas possit agnoscere sunt cruce signatae, habent rigorem penitentiae macerantis, non induuntur vellibus aliorum

Porticus Salomonis ubi. Altare holocaustorum ubi. Ioan. 2. Inuidi comparantur vesperilionibus & noctuis. Senes videre non possunt de prope. Senes pro inuido. Inuidio poena magne esse in paradisi gloria. Calumnia Iudaeorum in Christum. Oues Christi si vocem illius audiunt. Christus probat se esse Messiam triplici via. Euangelij diuisio.

Oues dz-  
monis qua-  
Oues Chri-  
sti mansuere  
in conuer-  
satione.

aliorum animalium, non pelle lupina. Hic di-  
lata materiam ad ornamenta & picturas facie-  
rum. Ista tales sunt facientes sicut oues damo-  
nis habentes characteres bestiae. Vel sic. Ha-  
bent oues Christi. Mansuetudinem conuersa-  
tionis, ideo oues. Dulcorem deuotionis, quia  
lac. Subiectionem reuerentiae, quia audiunt vo-  
cem Domini sui, scilicet edite & comedite, &c.

Nota hic, Christus non dicit audiunt fabu-  
las vel nouitatem doctrinae, sed vocem meam.  
Dilata hic de illis qui quarunt fabulas vel ver-  
ba aures demulcentia. Nota quomodo ad ny-  
ctioraces capiunt oues per pedem & non  
per plumam quae volant per inanem gloriam,  
sed solum per pedem illaqueantur, dum talia  
aibus placent, & chordae ligant.

Quantum ad tertium dicit Evangelista, quod  
iniqui Iudaei malitiam & obstinationem cordis  
non potuerunt sustinere, sed prorumpentes in  
saenitiam, acceperunt lapides vt lapidaret eum.  
Sicut autem alia dictum est, omne peccatum  
interficat Iesum, id est, salutem in conscientia  
peccatoris, sed secundum diuersitatem pecca-  
torum diuersam ipsi mortem inferunt. Nam  
quidam praecipitant eum deorsum, & isti sunt  
superbi vel vani gloriosi. Quidam eum suffocant  
& opprimunt, & isti sunt auari. Hic introduc-  
de illis qui subripiunt bona pupillorum, & ma-  
xime illorum qui ipsorum cure commissi sunt.

Quidam eum lacerant & isti sunt crudeles. Qui-  
dam ipsum comburant & isti sunt iracundi, &  
sic de aliis. Obstinati autem lapidant ipsum. Ita  
faciebant isti maligni, quia primo eum corde,  
deinde manu & opere lapidare voluerunt. Sed  
Christus benigne respondit eis dicens. *Multa  
opera bona ostendi vobis ex patre meo, &c.* Hic  
dicit ex patre meo, ne videretur sibi illa tribue-  
re, & per consequens animum eorum prouocaret.

Quantum ad quartum dicit. *Responderunt  
Iudaei de bono opere, &c.* Ecce confitentur bon-  
num opus, & tamen dicunt Dei filium blasphem-  
um, & per consequens si ipsis contradicunt  
certum est quod non fructus bonos arbor mala  
facit. Item petebant quod diceret eis palam,  
tamen cum eos ad opera, quae ipsum negare  
non poterant, transmississet, ipsi in insaniam  
conuertuntur.

Nota quid sit blasphemia, quando homo at-  
tribuit sibi vel alteri quod attribuere non de-  
bet, vel remouet a Deo, quod Deo est attri-  
buendum, vel attribuit creaturae quod Deo est  
proprium. Hic dilata de periurio si vis. Sed  
Christus eorum furorem mente miti & man-  
suetam monitione frangere conatur, dicens. *Non-  
ne scriptum est in lege vestra? Ego dixi Deo estis,*

&c. Large hic accipitur lex. Nota si vis, ordi-  
nem & gradum in vitio libidinis, scilicet mol-  
liciem, incontinentiam, intemperantiam, & be-  
stialitatem, sic contra est in virtute stabilitas,  
continentia, temperantia, & virtus heroica. Sic  
igitur qui perueniunt ad quartum gradum vitij  
non vocantur homines, sed bestiae, sic peruenien-  
tes ad quartum gradum virtutum, non vocan-  
tur homines, sed Dei. Igitur ego dixi Deo estis.  
Continua historiam Evangelij.

Nota oues dominicae signantur in baptisma-  
te, hoc tamen signum aliqui destruunt, & non  
oportet quod reueretur, & crescentibus pueris  
signum non apparet, sic crescentibus peccatis,  
oportet iterum quod tradatur & reueretur si-

gnum, & hoc fit per poenitentiam. *Qui enim  
sunt Christi (ait Apostolus) carnem suam cruci-  
fixerunt.* Et ideo statim potes videre qui sunt  
oues Christi vel diaboli. Nota quod has oues  
Christus non dimittit vagas per nemus, sed eas  
flagellis reducit & virga. Et ideo apposti sunt  
canes, id est, praedicatores vt arceant lupos &  
latrent contra vitia. Sed aduertant quod non  
sint canes muti. Nota quod male sunt oues de-  
monis, quia non sunt fetosae, cum non ha-  
beant siue offerant lac & lanam, immo aufe-  
runt crudeles vsurarij, ita quod ipsi depascant  
pupillos, sed quid fiet eis? sicut dicit Psal. *Sicut  
oues in inferno positi sunt, & mors depascet eos.*

Ambulabat Iesus in templo, &c. Nota, tem-  
plum signat naturam humanam siue mentem,  
quod videre poterimus si attendamus Sublimi-  
tatem positionis, quia est locus altissimus. No-  
bilitatem constructionis, quia multipliciter erat  
ornatum. Celebritatem oblationis, quia ibi fa-  
cta est mystica oblatio agni. In nostra enim na-  
tura oblati est Isaac agnus haerens vepribus.  
Tranquillitatem remissionis, quia ibi apparuit  
Angelus, id est, Christus reponens gladium, id  
est, post magnam caedem populi mitigans iu-  
stitiam Dei patris.

Ad aliquam moralitatem habendam duo  
sunt notanda. Primum, in quo templo siue in  
quibus conscientis Deus ambulet. Secundo  
qui sunt qui de huius conscientiae templo eum  
eiiciunt lapidando.

Quantum ad primum dicitur quod *Christus  
ambulat in templo in porticu Salomonis.* Vbi prius  
quo ad iteram aduertendum est quod templum  
septem partes habet distinctas vt dictum est ali-  
bi. Prima est atrium immundorum, & significat  
humilitatem subiectionis. Secunda mulierum, &  
notat intimitatem compassionis. Tertia virorum,  
signat maturitatem discretionis. Quarta atrium  
Leuitarum, vbi erat altare holocaustorum, & hoc  
significat austeritatem compassionis, correctio-  
nis, castigationis, & increpationis. Quinta por-  
ticus Salomonis, quae significat tranquillita-  
tem conscientiae & pacem, & ibi moratur Chri-  
stus, quia ipse dicit. *In pace in idipsum dormiam  
& requiescam.* Nam in maleuolam animam non  
introibit sapientia. Apostolus. *Pacem habere &  
Deus pacis erit vobiscum.* Ambulabat, dicit, quia  
ad ambulandum nos inuitat, & intrat in por-  
ticum Salomonis, qui debet esse locus regis,  
scilicet voluntatis. Sexta est sancta, quae signifi-  
cat mentis suauitatem vel deuotionem. Septi-  
ma sancta sanctorum, quae significat orationem,  
qua scilicet regitur altare incensi.

Quantum ad secundum dico quod Christus  
ambulabat per porticum Salomonis, id est, per  
remorsum conscientiae. Nota, haec porticus  
nunquam fuit destructa, sic remorsus conscien-  
tiae nunquam perimitur. Sed quid dicit pecca-  
tor? *Si tu es Christus dic nobis palam, &c.* quasi  
dicat, si Deus est sic misericors, libenter vellet  
quod praestaret mihi gratiam conuersionis, &  
me christum sanctificationis inungeret. Sed  
iam audi ipsum dicentem: *Opera quae ego facio,*  
&c. Quod multipliciter patet, quia loquitur  
per inspirationem, quia facit opera suae miseri-  
cordiae, quia promptus ouibus suis, quia illas  
sustentat. Sed de hoc templo eiiciunt & lapidare  
conantur, hyeme peccatorum existente, sicut  
de illis legitur quod hyems erat apud eos cum

Oues domi-  
nicae in ba-  
ptismate si-  
gnantur.

Oues suas  
Christus,  
non dimittit  
vagas per  
nemus, sed  
flagellis re-  
ducit.

Canes pro  
praedicatori-  
bus.

Canes muti.  
Oues demo-  
nis non fet-  
osae.

Templum  
pro natura  
humana seu  
mente.

Isaac obla-  
tus in nostra  
natura.

Ambulat  
Deus in con-  
scientiis.

Templum  
pro con-  
scientia.

Iesus eiicitur  
de templo  
lapidibus  
moraliter.

Salomonis  
templum se-  
ptem partes  
habebat di-  
stinctas.

Templi 1.  
pars pro hu-  
militate sub-  
iectionis.

2.

3.

4.

5.

Porticus Sa-  
lomonis  
quinta pars  
templi &  
moraliter  
quid.

Christus  
moratur in  
pace.

Porticus Sa-  
lomonis pro  
voluntate,

voluntas por-  
ticus Salo-  
monis.

6. Deuotio.

7. Oratio.  
Christus am-  
bulans per  
porticum

Salomonis  
moraliter.

Porticus Sa-  
lomonis  
nunquam  
fuit destru-  
ta.

Christum de  
templo ei-  
cere & lapi-  
dare moral-  
iter.

Frigus pro  
statu pecca-  
torum sumi-  
tur multi-  
pliciter.

1. *Proverb. 20.*

2. Peccato  
mortifican-  
tur opera  
prius facta.  
*Iohel. 1.*

3. Conscientia  
nostra con-  
struitur a  
Salomone  
pacifico.

Conscientia  
destruit.  
Rex Baby-  
lonis per  
Nabuzardā  
moraliter.

Nabuzardā  
Princeps co-  
quorum pro  
gula.

Nabuzardā  
interpretatur  
Prophe-  
tia paleae.

Zorobabel  
reparauit  
templum  
destruatum  
moraliter.

*Isa. 9.*  
Dedicatio  
conscientiae  
transmigra-  
tionis prin-  
ceps morali-  
ter quae.

Antiochus  
interpretatur  
pauperis pro  
diabolo.

5. Porticus Sa-  
lomonis  
quinta pars  
templi &  
moraliter  
quid.

Christus  
moratur in  
pace.

Porticus Sa-  
lomonis pro  
voluntate,

voluntas por-  
ticus Salo-  
monis.

6. Deuotio.

7. Oratio.  
Christus am-  
bulans per  
porticum

Salomonis  
moraliter.

Porticus Sa-  
lomonis  
nunquam  
fuit destru-  
ta.

Christum de  
templo ei-  
cere & lapi-  
dare moral-  
iter.

contra Christum surrexerunt. Augustin. Frigi-  
di erant.


Nota, frigus statum peccatorum signat mul-  
tipliciter. Primo ratione frigiditatis pigritiam  
inducens. *Proverb. 20. Propter frigus piger  
arare negligit, mendicabit igitur in aestate.* Secun-  
do ratione sterilitatis, quia tunc in terris ni-  
hil noui generantur, immo si quid natum,  
mortificatur. Sic mortificantur prius facta, &  
de arboribus cadunt folia, *Iohel. 1. Posuit vi-  
neam meam in desertum, & ficum meam decorti-  
cauit. Nudans spoliavit eam, & albi facti sunt ra-  
mi eius. Et ideo, stete qui bibitis vinum in dulce-  
dine, quoniam perit ab ore vestro.* Nota, vna est  
dulcedo mortificationis, & est dulcedo deu-  
tionis in vitibus, altera operationis & exerci-  
tij in ficulnea, & in eis folium defluit. Tertio  
quia in hyeme nullum apparet vestigium aesta-  
tis. Sic in peccatore nullum vestigium apparet  
pristinae bonitatis seu conuersationis, immo  
quanto aestas fuerat mollior, tanto postmodum  
quando ad hyemem venit peior apparet.

Pro moralitate notate, a Salomone pacifico  
fuit templum nostrae conscientiae structum &  
consecratum in paradiso terrestri: sed Rex Ba-  
bylonis, id est, daemone istud templum destruxit  
per manum Nabuzardam in tentatione primi  
hominis. Nota: Nabuzardam princeps coquo-  
rum & signat tentationem gulae, qua primi  
hominis templum fuit destructum. Item inter-  
pretatur prophetia paleae, quia ipse paleas pri-  
mo homini prophetauit quando dixit: *Eritis  
sicut dy sciens bonum & malum.* Sed templum  
sic destructum reparauit Zorobabel, qui prin-  
ceps translationis interpretatur, & significat il-  
lum principem de quo *Isaia 9. Et vocabitur ad-  
mirabilis consiliarius, Deus fortis, pater futuri se-  
culi, princeps pacis.* Ipse enim fuit princeps trans-  
migrationis.

Tertia autem fuit templi dedicatio, scilicet  
conscientiae. Nam Antiochus qui inter-  
pretatur silentium pauperis, diabolus signifi-  
cat, qui silenter, id est, occulta suggestione  
depauperat hominem. Hic ad litteram, post-  
quam templum expoliauerat, posuit in illo  
idolum abominabile: sic posuit daemone in  
conscientia, sed fit dedicatio per Iudam, id est  
confessionem, &c.

Humilitas obsequij,  
Ecce mulier.  
Temeritas iudicij,  
Videns autem Phariseus.  
Vtilitas colloquij,  
Simon habeo tibi.  
Subtilitas commercij,  
Remittuntur tibi peccata.

Quantum ad primum dicit quod *quidam Pha-  
risaeus, &c.* sed hoc vtrum factum fuerit in Iudaea  
an in Galilea non inuenitur. *Et ecce.* Nota quod  
ecce est aduerbium admirationis, quia ipsa mi-  
rabiliter erat peccatrix, vel fuit mirum de eius  
conuersione. Nota hic ponuntur transgressiones  
& satisfactiones multiplices. Quia transgressa  
erat primo a peccatorum diuturnitate, & ideo  
dicitur *quae erat*, quia diu in peccato permiserat,  
Secundo, a famositate, quia *in ciuitate*, ita quod  
peccata eius non occulta, sed manifesta erant.  
Item in ciuitate, vbi multos traxerat ad pecca-  
tum. Tertio a multiplicitate, quia non tantum  
in vno peccato fuerat, sed (vt ait Gregorius)  
in vniuersis vitis fuit. Nota, non ponitur hic  
nomen, quia peccatores quamdiu sunt in pec-  
cato, de libro Domini sunt deleri, sic de diui-



FERIA QVINTA  
IN  
PASSIONE,  
SEV HEBDOMADAE  
QVINTAE.

De Magda-  
lena.



*Fides tua te saluam fecit, vade  
in pace.* Lucæ 7. Tria inter  
alia facit diuina gratia circa  
animam. Ipsa namque  
Credulitatem format.

Luc. 7.  
Gratia cre-  
dulitatem for-  
mat iniqui-  
tatem purgat,  
tranquillita-  
tem donat.

*Fides tua.*  
Iniquitatem purgat.  
*Te saluum fecit.*

Tranquillitatem donat.

*Vade in pace.*

Secundum sententiam beati Gregorij 30.  
Mor. cap. 3. in hac excessiua Dei misericordia  
ostenditur vel declaratur, quod ipsa nos oppres-  
sos non deserit, sed imbrem compunctionis in-  
fundit, & subtilis intelligentiae solem reducit,  
atque sic ostendit quantum nos diligit qui nos  
nec cum respicitur relinquit. Hoc certe iuxta  
doctrinam Augustini, de libero arbitrio, in hoc  
aduertere possumus, quod Deus mira disposi-  
tione paterna ex parte peccatoris ipsum sua  
pietate ad poenitentiam inducit, immo interdum  
ipsum ad maioris perfectionis gradum  
producit, quam peruenisset si alias non peccas-  
set, vt bene ostendat totum ex mero beneficio  
suo procedere. Et licet habeamus exempla  
quamplurima, istud tamen inter alia est singu-  
lare quod nobis proponitur in Euangelio ho-  
dierno, in quo 4. innuuntur.

Peccatorem  
sua pietate  
paterna  
Deus ad poe-  
nitentiam  
inducit.

Euang. diui-  
so.

Humilitas obsequij,

*Ecce mulier.*

Temeritas iudicij,

*Videns autem Phariseus.*

Vtilitas colloquij,

*Simon habeo tibi.*

Subtilitas commercij,

*Remittuntur tibi peccata.*

Ecce adue-  
rbium admi-  
rationis.  
Magdalene  
transgressio-  
nes sed satisf-  
actiones  
multiplices.

Quantum ad primum dicit quod *quidam Pha-  
risaeus, &c.* sed hoc vtrum factum fuerit in Iudaea  
an in Galilea non inuenitur. *Et ecce.* Nota quod  
ecce est aduerbium admirationis, quia ipsa mi-  
rabiliter erat peccatrix, vel fuit mirum de eius  
conuersione. Nota hic ponuntur transgressiones  
& satisfactiones multiplices. Quia transgressa  
erat primo a peccatorum diuturnitate, & ideo  
dicitur *quae erat*, quia diu in peccato permiserat,  
Secundo, a famositate, quia *in ciuitate*, ita quod  
peccata eius non occulta, sed manifesta erant.  
Item in ciuitate, vbi multos traxerat ad pecca-  
tum. Tertio a multiplicitate, quia non tantum  
in vno peccato fuerat, sed (vt ait Gregorius)  
in vniuersis vitis fuit. Nota, non ponitur hic  
nomen, quia peccatores quamdiu sunt in pec-  
cato, de libro Domini sunt deleri, sic de diui-

Magdalene  
nomen tace-  
tur, quare,

Peccatores quamdiu sūt in peccato de libro Domini sunt delati. Diuinitis epulonis nomen subtrahitur, quare. Magdalena mirabilis in conuersione.

Magdalena retro stetit quare.

Pedes pro affectionibus.

Magdalenz dolor quantus. Fenestræ pro oculis. Cantic. 5. Maria interpretatur mare amarum. Magdalena comparatur terræ. Pedes pro affectionibus. Ezech. 36. Magdalena terra inculta facta est. Hortus voluptatis. Magdalena plantauit in horto suo vitibus extirpatis plantas virtutum. Pharisæus qui Dominum inuitauerat in quatuor reprehensibilis. Christus reprehendit Pharisæi iudicium. Debiteres duo pro duobus viuentibus sensualiter.

te epulone. Lucæ 16. cuius nomen subtrahitur. Satisfactiones etiam ponuntur multiplices, videlicet. Primo in admiranda conuersione: *Ecce, nam sicut fuit mirabilis in transgressione, ita mirabilis in conuersione.* Secundo in propere ratione vel festinatione, quia statim vt audiatur accessit. *Vt inquit, cognouit.* Tertio in propinquatione, quia quamdiu à Domino fuerat elongata, stetit, in quo notatur confidentia. Quarto in exhibitione, quia omnia quæ prius dedicauerat mundo, voluit Domino integraliter dedicare. *Nam attulit alabastrum unguenti*, ingressa est conuiuium, non erubuit, *stetit* quæ diu male ambulauerat, vel in face iacuerat, *retro*, quia ante præ verecundia accedere non audebat. Item *retro*, quia eius vestigia imitari proponebat, *lachrymis rigauit*, &c.

cuius immunditiæ vel rubiginis peccati amotio, vel saltem maioris clarificantis gratiæ & meriti acquisitio. In Christo autem non sic, quia ipse habuit in instanti incarnationis seu conceptionis plenitudinem gratiæ, & per consequens nullam peccati rubiginem, ita quod in se clarificari non indiguit, solum quo ad oculum nostrum. Hanc autem claritatem quo ad nos habuit per viam passionis & contumeliarum sibi illatarum. Sicut enim videmus quod speculum clarificatur sputo, sic Christus qui ( ut dicitur Sapient. 7. ) candor est lucis æternæ, speculum sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius, fuit Iudæorum sputo clarificatus & contemptu & contumelia Esa. 50. Faciem meam non auerti ab increpantibus & conspuentibus in me, & ideo non sum confusus, id est in me nulla est inuenta macula confusio-nis. Item vasa rubinosa ex confricatione purgantur, sic Christus flagellis. Psalm. 72. Et sui flagellatus tota die, & calligatio mea in matutinis. Nota, aliqui flagellantur & purgantur in nocte alterius vitæ, & in sero mortis, & isti sunt illi qui in hoc mundo tranquillam vitam duxerunt, sed non sic viri iusti, quia illi castigantur in die huius mundi antequam veniat nox. Talibus namque dicit Dominus illud Gen. 27. Accede huc ut tangam te fili mi & probem utrum tu sis filius meus, &c. Tangam, scilicet flagellis. Item clarificatur aurum & argentum in fornace passionis suæ. Eccles. 2. In igne aurum & argentum, id est in fornace, homines vero receptibiles in camino humiliationis. Nota, multi alij modi sunt quibus homines purgantur siue clarificantur. Primo quidem sicut panni lorione & conculcatione, sic anima lachrymarum effusione & corporali afflictione per abstinentiam, addendo humilitatem per mortis memoriam, in qua veluti in cineribus aqua lachrymarum depuratur, & vim contrahit ablutiuam. Marc. 9. Vestimenta eius facta sunt splendida velut fullo super nix, qualis terram facere non potest. Secundo per operis exercitium. Vasa enim argentea vsu continuo magis clarent & similiter moneta. Tertio, per quietem contemplationum. Thren. 3. Sedebit solitarius, & tacebit. Nota vinum motu turbatur, quiescens vero purificatur & clarescit Plal. Turbati sunt & mori sunt. Sic igitur venit hora ut clarificetur filius hominis. Vere hæc hora est quando mortui, scilicet in peccatis deberent audire vocem filij Dei. Nota sicut tangere monetam denigrat manus, sic spiritualiter diuitiarum & pecuniarum contrectatio aliquid nigredinis in manu derelinquit, & in veritate interdum ita eas maculat quod sordes ablui difficillime possunt. Similiter cœnum luxuriæ, similiter quæ procedunt ex superbia, ex odiis & ran-coribus maculam tetram inducunt. Item ostende contra ornamenta superflua quod illa maculam, non auferunt sed inducunt, quia vanam gloriam & lasciuiam. Venit igitur hora, &c.

Subdit autem Saluator vtilitatem huiusmodi per passivam clarificationis tam respectu sui quam etiam aliorum qui sic clarificantur, dicens. Amen amen dico vobis, nisi granum frumenti, &c. August. Ipse erat granum mortificandum & viuificandum, cecidit, scilicet ab arce diuinitatis, ascendit in terram, in carnem quam

Clarificatio Christi quid. In Christo nulla peccati rubigo. Clarificari Christus non indiget in se. Speculi clarificatur sputo.

Sap. 7. Iesus clarificatus. Iesus speculum clarificatus.

Iesus speculum clarificatus.

Isa. 50. Rubigo ex confricatione purgatur.

Psalm. 72. Flagellatur aliqui in nocte alterius vitæ in & sero mortis.

Iusti flagellantur in die huius mundi ante nocte.

Gen. 27. Aurum & argentum clarificantur in fornace.

Psalm. 72. Iusti flagellantur in die huius mundi ante nocte.

Gen. 27. Aurum & argentum clarificantur in fornace.

Psalm. 72. Iusti flagellantur in die huius mundi ante nocte.

Gen. 27. Aurum & argentum clarificantur in fornace.

Psalm. 72. Iusti flagellantur in die huius mundi ante nocte.

Gen. 27. Aurum & argentum clarificantur in fornace.

Psalm. 72. Iusti flagellantur in die huius mundi ante nocte.

Gen. 27. Aurum & argentum clarificantur in fornace.

Psalm. 72. Iusti flagellantur in die huius mundi ante nocte.

Gen. 27. Aurum & argentum clarificantur in fornace.

Psalm. 72. Iusti flagellantur in die huius mundi ante nocte.

Gen. 27. Aurum & argentum clarificantur in fornace.

Psalm. 72. Iusti flagellantur in die huius mundi ante nocte.

Gen. 27. Aurum & argentum clarificantur in fornace.

Psalm. 72. Iusti flagellantur in die huius mundi ante nocte.

Gen. 27. Aurum & argentum clarificantur in fornace.

Psalm. 72. Iusti flagellantur in die huius mundi ante nocte.

Gen. 27. Aurum & argentum clarificantur in fornace.

Psalm. 72. Iusti flagellantur in die huius mundi ante nocte.

Gen. 27. Aurum & argentum clarificantur in fornace.

Psalm. 72. Iusti flagellantur in die huius mundi ante nocte.

Peccata nigredinem derelinquit. Christus granum mortificandum & viuificandum.

Christus granum cecidit in terram ingratitude Iudæorum.

Merita factorum multiplicatur ex ipsorum passione.

Iustus cadit per humilitatem moritur per passionem vel mortificationem corporalem.

Terra pro pauperibus. Nisi granum frumenti cadat in terram, explicatur.

Qui amat animam suam, explicatur. Vir bonus in peccatum cadens multos à via bona retrahit.

2. Reg. 22. Fumus candelæ procurat aborsum, moraliter.

Iustum interficere diabolus cogitat.

2. Reg. 3. Abner interfectus dolose à Ioab, moraliter.

quam assumpsit, mortuus est in cruce, & tunc attulit fructum multum humano generi. Item cecidit in terram per ingratitude Iudæorum, quia in arcam cordis eorum non potuit recipi & tunc mortuorum quo ad eos, attulit fructum respectu gentiliū qui fidem receperunt. Item cadit in terram quo ad nos, quando eius beneficiorum non recordamur, moritur, dum scilicet gratiam eius vel ipsum mente crucifigimus peccatis, & ideo multum fructum affert, scilicet duræ & acerbæ iustitiæ, quia si non moreretur ipsum solum maneret, scilicet caput cum membris quod est vnum corpus. Sicut igitur granum multiplicatur ex morte eius, sic sanctorum merita ex passione ipsorum Psal. Singulariter sum ego donec transiam. q. d. quia tunc sum meritis associatus. Iustus cadit per humilitatem, moritur per passionem vel mortificationem corporalem. Potest hoc dictum auros tangere, quia vere nisi granum frumenti spargatur in terram, id est, pauperes, & sic moriatur à te, à quo temporaliter subtrahitur, ipsum solum manebit, quia nihil gratiæ, nihil meritis habebis, nisi sic mortuum fuerit, quod non facis hoc ad mundi gloriam, sed mortem. Sequitur. Qui amat animam suam, ut, scilicet plus diligit propriam voluntatem vel delectationem quam diuinum beneplacitum, perdet eam. Si vis dilatare materiam, dicere potes quod sicut vir bonus dum in peccatum cadit multos à via bona retrahit. Exemplum 2. Reg. 20. de Amasa mortuo, super quem populus subsistebat. Exemplum de candela quæ accensa illuminat, extinguita vero ex suo fumo procurat aborsum. Sequitur. Qui amat animam suam, explicatur. Vir bonus in peccatum cadens multos à via bona retrahit. 2. Reg. 22. Fumus candelæ procurat aborsum, moraliter. Iustum interficere diabolus cogitat. 2. Reg. 3. Abner interfectus dolose à Ioab, moraliter.

se venientem cum viginti viris suscepit, fecitque ei conuiuium, quo audito Ioab misit post eum nuncium, reduxitque eum de cisterna Syra ad medium portæ, ubi ad eum loquens in dolo interfecit eum. Moraliter Abner gratificatione confurgens, signat peccatorem, qui diuina gratia refurgit à peccato Iona 2. Subleuabis de corruptione vitam meam Dominus. Dem meus. Hic prius inimicus Dauid, id est, Christi mittit ipsi bonum propositum & amicitiam offert, quem Dauid libenter acceptat, dum sibi Michol, id est animam siue conscientiam (Michol enim omnis aqua interpretatur, id est omnis gratia. De sponsa autem Christi dicitur Helter. 2. Facies tua plena est gratiarum). Quæ tradita fuerat mundo, vel corpori, proponitur in matrimonium illicitum & hoc per diabolum) reducat, quod & fecit per penitentiam, cum viginti viris, id est cum obseruatione præceptorum & geminæ charitatis, cui & Dauid facit conuiuium, sed Ioab inimicus ipsum abducit à cisterna Syra, quæ aula eius interpretatur, id est à conscientia sua, quam iam intrauerat velut in cisternam, ubi Deus pluuiam, id est, gratiam voluntariam postulat. In hac enim cisterna recolliguntur aquæ gratiæ quæ pluunt de celo. Inde reducit ipsum ad memoriam mundi. Mittit namque ipsi nuncium, id est suggestionem, ut ipsum reuocet à proposito, quo factum ipsum ad medium portæ reducit, scilicet cogitationem, ut sit vndique circumdatus, & hæc dicuntur Iob. 38. portæ mortis. Vel medium portæ est consensus, interior cuius est delectatio, exterius vero opera. Sed medium est consensus, ibi moritur, secundum beatum Gregor. 29. lib. Moral. cap. 8. Vbi dicit quod prauæ cogitationes, portæ mortis idcirco vocatæ sunt, quia profecto via ad meritum per iniquas semper cogitationes aperitur. Et etiam quia diabolus per istas ingreditur conscientiam. Nam suggestio pulsata, cogitatio aperit, sed delectatio suscipit, & tunc ibi percutitur ab inimico & moritur. Sic igitur diabolus semper cogitat Lazarum suscitatum perimere. Sed quid est faciendum? Faciendum est iuxta quod fecit Ioannes filius Simonis illis inimicis Cendebeis qui venerant ipsum, occidere, primi Machab. ultimo. Narra historiam & dic figuram, &c.

Abner inimicus Dauid, moraliter pro peccatis à peccato suo gratia diuina refurgente.

Iona. 2. Michol pro anima vel conscientia. Michol interpretatur omnis gratia. aqua pro gratia.

Hester. 2. Abner Dauid facit conuiuium, moraliter. Syra interpretatur aula eius.

Aula pro conscientia, cisterna pro conscientia. Conscientia cisterna, quare.

Suggestio nuncius diaboli. Iob. 38. Consensus portæ mortis vel medium portæ.

Portæ medium quid. Cogitationes prauæ mortis quare.

Suggestio pulsata, cogitatio aperit peccato. delectatio suscipit peccatum. Lazarum suscitatum perimere cogitabant Iudei, moraliter. In peccati reciduum remedium.

L 4 DOMINI





# DOMINICA

IN

## RAMIS PALMARVM.



Math. 8.

*Ecce rex tuus venit tibi mansuetus.* Matth. 21. Tria quæ in verbis istis tanguntur, nobis præstant fiduciam ad Deum pro impetranda gratia confidentius recurrenti, videlicet. Sublimitas fastigij. Quia *ecce rex tuus.* Intimitas præcordij. *Venit tibi,* scilicet affectu, Benignitas colludij, *quia mansuetus.*

Elucia ad Deum pro gratia impetranda confidentius recurrenti tria præstant scilicet sublimitas fastigij, intimitas præcordij & benignitas colludij. Bernard. Processiones duæ cur in die palmarum.

*Ecce rex tuus venit tibi,* &c. Quærit beatus Bern. in quodam sermone cur Ecclesia Dei hodie duas processiones repræsentet, vnam videlicet quæ fuit reuerentiæ & honoris, alteram vero quæ fuit verecundiæ & doloris? Propter quod norandum est quod Christus eadem die qua sic solemniter fuit receptus, expectauit per totam diem vsque ad vesperam in templo, an esset aliquis qui eum inuitaret, & tunc cum id nullus fecisset, iterum ieiunus reuersus est in Bethaniam vnde recesserat, & ideo assignat Bern. duplicem rationem. Vnam quidem ex parte Christi, alteram vero ex parte nostra. Ex parte quidem sui Christus sic habere voluit, vt maior esset passio quam talis processisset processio. O quam dissimile est audire *crucifigere eum,* & *benedictus qui venit in nomine Domini?* Et quam dissimile, *rex Israel,* &, *non habemus regem nisi Casarem?* Quam dissimiles rami videntes, & virgæ cadentes? flores, & spinæ? Alienis vestimentis viam ornari, propriis nudari? Ex parte nostra, ne scilicet frangamur aduersis, nec prosperis extollamur, quia licet multos frangat aduersitas, tamen multo plures extollit prosperitas. Iuxta quod scriptum est. *Cadens à laeue tuo mille, & decem millia à dextris tuis. Id est à sinistris aduersitatis mille, & decem millia à dextris tuis,* id est prosperitatis & gloriæ. Item ne in mundi gloria confidamus. Fallax enim est. Et in sequenti sermone sic dicit. *Quantum quis sperare iam debeat de successu gloriæ temporalis, cuius finis labor, cuius fructus dolor & luctus? Nam & risus dolore miscbitur, & extrema gaudij luctus occupat.* Hac igitur de causa sancta mater Ecclesia solemnitatem huius duplicis processions

Nec frangi aduersis nec prosperis extolli. Aduersitas frangit, prosperitas extollit. Non confidendum in mundi gloria. Gloriæ temporalis successus quis. Gloriæ temporalis fructus quis.

hodie repræsentat. Verum quia secunda magis pertinet ad res sequentes, idcirco igitur de prima est hodie solummodo memoria faciendâ, quæ utique tangitur in Euangelio hodierno, in quo ostenditur ex quatuor, triumphus Domini ad campum certaminis venientis, videlicet

Euang. diuisio. Triumphus Domini ad campum certaminis venientis.

- Ex præminentia ingentis imperij. *Ite in castellum.*
- Ex conuenientia præcedentis oraculi. *Hoc autem totum.*
- Ex obedientia exsequenti consortij.  *Euntes autem discipuli.*
- Ex reuerentia occurrentis collegij. *Plurima turba.*

Quantum ad primum dicit Euangelista quod *Iesus de Bethania ubi conuersatus fuerat cum Lazaro, Martha & Maria, venit Bethphage,* quæ erat in monte Oliueti, & cum appropinquasset *Hierosolymis, misit duos discipulos suos,* scilicet Petrum & Philippum. Petrus interpretatur agnoscens, in quo scientia. Philippus os lampadis, in quo doctrina cum operibus exemplaribus. Misit autem duos multiplici ratione, videlicet, Propter geminam charitatem, Propter duplicem humilitatem, scilicet cordis & oris, Propter testimonium veritatis: Quia in ore duorum, &c. Et propter mysterium fidei, quia omnes articuli aut sunt de Christi diuinitate, aut de eius humanitate, & sic sunt de duobus.

Petrus & Philippus discipuli duo missi ad castellum vt cœnaculum prepararent. Petrus interpretatur agnoscens. Philippus os lampadis. Philippus in quo doctrina cum operibus exemplaribus.

*Et dixit eis. Ite in castellum quod contra vos est.* Duo notanda dicit. Primum est, quod vocat Hierusalem castellum, & hoc multiplici ratione. Primo quidem, quia in eis non erat vinculum charitatis, sicut narrat Iosephus. Secundo, quia tanquam castrum munitionis contra Dominum se munierant. Tertio, quia iam mortem sui pontificis tractauerant. Secundum quod dicit, *Quod contra vos est.* Contra inquam erat, quia contraria vitæ Euangelicæ & Apostolicæ perfectioni. *Et statim inuenietis asinam & pullum,* qui ad portam ciuitatis. Nota historiam.

Humilitas duplex cordis & oris. Fidei articuli aut de Christi diuinitate aut humanitate. Hierusalem vocatur castellum multiplici ratione. Castellum quod contra vos est explicatur.

Quantum ad secundum dicit quod hoc factum Propheticæ prænunciationis, Zachariæ 9.

Quantum

Quantum ad tertium, dicit 5. Primo quod discipuli iuerunt. Secundo, quod iuxta præceptum, pullum & asinam soluerunt. Tertio, quod soluta animalia ad Christum adduxerunt. Quarto, quod vestimenta sua dictis animalibus imposuerunt. Quinto, quod Christum desuper sedere fecerunt. In verbis autem thematis consideratur ingrediendi modus. Nam cum dicitur. *Ecce, innuitur charitas, rex, nobilitas, tuus, intimitas, mansuetus, benignitas, sedens, tranquillitas, super asinam, reëctitas, scilicet vt dirigit, vt erigat, vt producat.*

Quantum ad quartum dicit quod cum magna solemnitate & reuerentia exceptus est à turba & à populo. Nam quidam vestimenta propria prosternebant in via per quam erat transiturus. Credendum etiam quod viam mundabant, quidam arborum ramos sternebant cum floribus, quia tunc erant in vere. Specificantur autem tria genera ramorum, videlicet oliuæ, palmarum, & salicum. Quidam Christum præcedebant, quidam comitabantur sicut discipuli, quidam ibant iuxta Dominum, quidam sequebantur. Iterum inter eos quidam erant antiquiores, quidam iuniores, omnes autem clamabant *Osanna, id est obsecro salua nos rex Israel. Benedictus qui venit,* &c. Hic cadit duplex expositio, videlicet vna allegorica, altera vero moralis.

Quid Osanna significat.

Bethania triplicem significationem habet.

Bethania pro virgine gloriosa.

Beata virgo Bethania est, quare.

Beata virgo domus gratifica, obedientiæ & humilitatis domus.

Beata virgo domus afflictionis.

Thren. 1. Maria mare amarum.

Oliueti mōs dicitur mons trium luminum.

Bethphage, interpretatur domus maxillæ vel buccæ.

Bethphage sacerdotum recreatio. Oliueti mōs figurat Ecclesiam.

Isa. 2.

Quantum ad allegoricam, nota hic de Christo Salvatore meo multa, videlicet, Locum à quo discessit. Sicut ad quem accessit. Modum per quem incessit. Cæterum quem tunc direxit.

Quantum ad primum, exprimitur nobis locus à quo Christus discessit, quia de Bethania. Situs siue locus medius per quem incessit, quia per montem Oliueti, & per Bethphage. Terminus ad quem accessit, quia ad Hierusalem. Modus per quem iuit, quia super asinam & pullum eius. Tangitur igitur primo locus à quo discessit immediate, quia à Bethania. Bethania namque triplicem habet significationem. Interpretatur enim domus gratifica. Item domus obedientiæ. Item domus afflictionis, & ratione omnium significat virginem gloriosam, de qua Christus ad hunc modum processit. Nam ipsa fuit primo domus gratifica: *Aue* (inquit Angelus) *gratia plena.* Et infra. *Inuenisti enim gratiam apud Deum.* Secundo domus obedientiæ & humilitatis, quia ipsa est obedientiæ mater & nutrix. *Ecce ancilla Domini,* &c. Tertio domus afflictionis, quia vere in morte filij sui ipsa oppressa est amaritudine. Vnde dicitur Thren. 1. *Subuersum est cor meum in membris ipsa, quando amaritudine plena sum.* Vnde bene dicitur Maria, quia mare amarum, quia amaritudine repleuit eam Dominus.

Tangitur secundo locus per quem incessit, quia per montem oliueti, quæ dicitur mons trium luminum, vbi sunt oliuæ quæ nunquam emittunt folium sed semper virent. Item à Bethphage, quæ interpretatur domus maxillæ, vel domus buccæ, & ibi habebant sacerdotes peccora, ibi etiam erat ipsorum recreatio, vt scilicet interdum sequestrati à multitudine, ibi solatium recipere. Mons iste ratione eminentiæ figurat Ecclesiam Esa. 2. *Et erit in nouissimis diebus preparatus mons domus Domini in vertice montium.* Hic est mons Dei pinguis, & ideo oliueti mons, & triplicis luminis, quia illu-

stratur lumine cognitionis, lumine gratiæ, & lumine inspirationis. Bethphage domus buccæ, quia hæc est domus diuini præconij, & diuinæ laudis. Vel peccatorum confessio, audietur in ea vox siue sonus exultationis, & vox laudis. Item confessio fidei. *Ore enim confessio fit ad salutem,* ad Rom. 10. Domus insuper maxillæ, quia ibi degustatio & masticatio diuinarum consolationum. Vnde ibi sacerdotes doctrina & exemplis debent dominicas oues omnes diuino sacrificio deputatas alere & nutrire.

Bethphage domus buccæ, quare.

Rom. 10.

Bethphage domus maxillæ.

Tertio tanguntur nuncij quos misit & ad quid misit, quia duos discipulos, in quibus erat gemina charitas, gemina humilitas cordis & conuersationis, gemina fides vt dictum est superius, stolam geminam promittens. Item misit geminos propter testimonij firmitatem, quia ipsorum confirmatur doctrina, miraculis, & conuersatione. Modo per duos discipulos Petrum & Philippum in quolibet istorum duo possunt considerari, videlicet in Petro abdicatio terrenorum, (Petrus enim interpretatur discalceans se. Christus autem discipulos suos sine pera & calceamenta destinauit) & referatio secretorum. Ideo Petrus cognoscens. Vnde Christus sensum aperuit discipulis vt intelligerent scripturas. In Philippo vero qui dicitur os lampadis, degustatio consideratur supernorum & exhibitio exemplorum. Os lampadis. Lampas facit lumen. *Vos estis lux mundi, sic luceat lux vestra,* &c. Mittuntur ad absolendum asinam, id est populum Iudaicum iam affluendum ad onus legis ferendum, & pullum, id est populum gentilem tanquam indomitum atque nimis rudem. Ad quos soluendos misit Dominus, licet ille sit populis male affectus, hic populus rudis, quia *Dominus his opus habet.* Volebat namque illis insidere vt illos produceret in Hierusalem. Dilata quantum vis.

Discipuli duo, moraliter.

Discipuli duo missi à Christo in ad castellum quare.

Petrus pro abdicacione terrenorum. Petrus interpretatur discalceans se.

Petrus pro cognoscen-

te. Petrus pro respiratione secretorum.

Philippus interpretatur os lampadis degustatio supernorum & exhibitio exemplorū.

Asina pro populo Iudæo, quare.

Quantum ad sensum integrum morale, est aduertendum quid significant hæc animalia, quid vero nuncij sic missi. Per hæc namque animalia, teste Greg. lib. Mor. cap. 16. intelliguntur homines dediti mundo, herbas interdum spinosas & pungitias hominibus peccatorum exponentes, & adhuc ligati vinculis animalis, nulli deferentes honorem, quia peccator nullum reueretur, quia nec Deum timet, &c. Dilata: Hier. 22. *Sepultura asini sepelietur putrefactus proiectus extra portas Hierusalem.* Sed hic aduerte quod per asinam anima significatur quæ magis est domita, per pullum vero calcitrantem significatur corpus. Hæc animalia oneribus exposita, sicut dixit, ligantur vinculis multiplicis culpæ in platea huius mundi, nec ab alio paucua accipiunt nisi ab illis à quibus eis onera imponuntur, quia peccator in nullo alio quam in turpi delectatur & nutritur, & in turpi delectatione pasci desiderat. Quid igitur facit Dominus? Ipse venit à Bethania ad montem Oliueti, id est ad montem misericordiæ seu in Hierusalem ascensus. Mons iste est ille in quo Christus voluit exaltari, scilicet sua crux benedicta, significata per illum montem vbi Abraham fuit Domino filium immolaturus. Hic mons fuit quantum ad ipsum domus buccæ, vel os maxillæ, quare. Oliueti mōs mane trium luminum.

Pullus asinæ pro populo gentili, quare.

Peccator nullum reueretur.

Hier. 22. Anima quando asina, asina pro anima.

Pullus asinæ pro corpore. Peccatores ligantur vinculis multiplicis culpæ.

Peccator in turpi delectatur & nutritur. Oliueti mōs pro misericordia.

Mons & pro cruce Christi.

Caluariz mons domus buccæ, vel os maxillæ, quare.

Oliueti mōs mane trium luminum. Christus mons trium luminum.

ero



ero inferne, id est mortis culpæ quæ ad infernum deducit. Mons insuper trium luminum, quia ab Oriente illustratur lumine diuinitatis, ab Occidente lumine humanitatis, à meridie lumine charitatis. Sed est ibi oleum deuotionis fomentum, ab Oriente dico quod illustratur lumine diuinitatis, quam portat quæ dicit. Ego sum lux mundi, & ita Oriens, quæ illuminat omnem hominem. Ab Occidente illuminantur scripturæ auctoritate, quia à luce templi. Namque scripturæ huic mysterio crucis testimonium perhibent Iob. 37. Frumentum (id est electi) desiderat nubes (id est doctores) & nubes spargunt lumen suum. Quæ lustrant cuncta per circuitum, &c. Habet in se luminis fomentum, scilicet oleum; Glossa, Oleum, id est misericordia, mons oliueti cumulo misericordiarum. Vnde Sap. 17. Omnis enim orbis terrarum impido illuminabatur lumine, & non impeditis operibus continebatur. Hoc debent ali & nutrir diuinæ oues Psal. Respice in faciem Christi tui. Si desideras colorari candore, respice roseum sanguinem eius. Si vis ornari purpura, respice corpus flagellatum. Considerare debes omnes sensus, & videbis speculum sine macula, quod dat formam & modum cuiuslibet ornamento. Dilata. Ibi oues dominicæ debent pasci sicut ipsemet dicebat Ioan. 10. Si quis introierit ingredietur & egredietur, & pascua inueniet. Ingrederetur statum gratiæ, & egredietur statum culpæ. Et dicit per me, quia ipse est ostium omnis meriti. Item mittit duos discipulos, sed inter alios habet duos fideliores, quos nunquam vult abinucem separari, qui continuè faciunt iustum suum. Hos mittit ad soluendum asinam & pullum, & hos vult vt tu similiter mittas. Isti duo sunt timor & spes, & isti nunquam separari debent, quia vnus sine altero non verum dicit, nec hominem soluit, sed amplius ligat. Sed in ore duorum fiat omne verbum. Si enim solus timor mittatur sine spe, ipsum peccatorem amplius ligat, scilicet vinculis desperationis, nec tibi dicit veritatem. Similiter si sola spes mittatur sine timore, hominem ligatum non soluit sed ligat vinculis presumptionis & deceptionis ac fallacis fiducia, & dimittit hominem adhuc pasci in voluptatibus, nec ad Deum adducit, nec veritatem dicit illi cui mittit, nec illi cui mittitur. Vnus igitur illorum sine altero solus, cadit in via, nec per se nec ab alio subleuari poterit. Si enim timor cadit in foueam desperationis nisi sibi spes succurrat quæ ipsum releuet, nunquam surgere poterit, sed amplius profundatur. Similiter si spes ruat nunquam eleuatur nisi per timorem, & ideo dicit Sapiens Ecclef. 4. Va soli, quia cum ceciderit non habet subleuantē se. Hos igitur duos Christus mittit, & hos duos mittere debemus vt soluant pullum & asinam, corpus, scilicet & animam, quæ sunt peccatorum funibus colligata miserrime. Psal. Funes peccatorum circumdederunt me, &c. Et quid debent dicere, si inueniant prohibentem? Dominus his opus habet. Pauca sunt verba, sed magna sententia. Vterque namque nuncius facit responsum prohibenti soluere: Dominus, inquit hic opus habet. Vbi aduertendum quod duo in genere tenent hæc animalia ligata, videlicet pusillanimitas vel quasi diffidentia de bono perficiendo vel incipiendo, & ideo miserabiliter stant sic ligata, Talibus nempe loquitur spes

dicens. Dominus his opus habet. Vult enim per beneficia insidere eisdem suam misericordiam conferendo. Et amor mundanus ad parentes, ad corpus proprium, & ad diuitias. Ista vincula multos ligant, & istæ affectiones impediunt hominem ne dissoluatur, sed eis respondet timor, his Dominus opus habet, quia nisi sedeat super eos suis beneficiis, sicut dixit spes, proculdubio insidebit eis per iustitiam quando pedibus eos conteret & conculcabit. Igitur bene, Dominus his opus habet. Et si sic dicitur, proculdubio confestim dimittentur. Isti duo nuncij solummodo inter alios sunt fideles figurati per Iosue & Caleb. Num. 13. qui solum veritatem dixerunt de terra ad quam explorandam transmissi fuerunt, aliis eiusdem multipliciter detrahentibus & dicentibus quod ibidem habitarent cultores fortissimi qui erant de stirpe Enach, id est de stirpe terribilium, de fortitudine populi terræ, de habitatione hominum in ea, quod habitabat Amalech in meridie, Chanaanus iuxta fluenta Iordanis, Eueus, Iebuzeus, & Amorreus, in montanis, de terra dicebant quod deuorat habitatores suos. Isti autem quantum ad illa omnia verum dicebant, sed quod adiungebant quod non possent eos superare, hoc falsum erat. Nota pro his duobus nunciis quod Deus duplices statuit iudices, scilicet reges, hic est timor, & prælatos sacerdotes sacra donantes, hæc est spes. Hæc terra est homo terrenus, qui de terra est & in terram finaliter conuertetur. Nam nunc natat in mundi voluptatibus, vt ex terra corporis sui, & illis componatur lapis qui fortiozem ignem sustentet in fornace inferni, sed nunquam possit resolui, sed continuè amplius indurari. Ad hanc terram Deus mittit exploratores, & mens tua mittit explorationem quando tibi aliquando spiratio immittitur, vel quando ratio clamat. Sed quid? statim eisdem nunciis creditur nisi adsit Iosue, id est spes salutis, & Caleb canis viridis, id est timor latrans, & corrodens te. Licet enim & hi & omnis inspiratio verum dicunt quod ibi habitant gigantes, id est dæmones, qui sunt de stirpe Enach, id est terribilium. Item Amalech gens brutalis, id est lasciuus in meridie, quia semper volunt ornate lucere. Item Amorrei, id est iracundi. Item Iebusei, id est inuidi. Item Euei, id est pessimi siue ferrei oppressores in montibus superbæ, quia inde hæc omnia habent ortum. Chanaanus iuxta fluenta Iordanis. Chanaanus delectationes quæ sunt iudicij, quia ad iudicium perducunt. Ad literam, Iordanis influit in mare mortuum. Licet inquam isti verum dicunt quod isti sunt nobis fortiores, & quod terra, id est cor terrenum deuorat habitatores suos, quia consumit omnem bonam inspirationem, tamen Caleb, id est timor, & Iosue, id est spes verum dicunt, quod eas terras diuino auxilio poterimus superare. Vnde isti soli sunt quod dicunt inter alios veritatem, & isti sunt qui dissolunt, & qui homines adducunt de tenebris Ægypti & peccatorum. Pl. Deducisti sicut oues populum tuum in manum Moysi & Aaron. Aaron montanus, id est spes. Hi igitur habent soluere & ad Christum adducere, vt Christus, eis insideat per gratiam, sed oportet vt ibi ponant vestimenta sua. Primo siquidem oportet vt ponant vestimenta penitentiar, quibus

de bono perficiendo vel incipiendo. Vincula sunt amor mundanus ad parentes, ad corpus, ad diuitias &c. quæ dissolunda. Iosue & Caleb, moraliter.

Num. 13.

De Enach os, id est terribilium stirps.

Timor & spes, terra deuorat habitatores suos quid significat.

Terra pro homine terreno.

Exploratores terræ sanctæ, moraliter. Iosue, id est spes salutis. Caleb canis viridis, id est timor latrans & corrodens te.

Gigantes pro dæmonibus.

Dæmones de stirpe Enach.

Amalech gens brutalis, id est lasciuus in meridie.

Amorrei, id est iracundi.

Iebusei, id est inuidi.

Heuei, id est pessimi oppressores in montibus superbæ. Iordanis influit in mare mortuum.

Terra pro corde terreno.

Terrenus deuorat habitatores suos, moraliter.

Caleb, id est timor, moraliter.

Iosue pro spe, moraliter.

Timor & spes soli veritatem dicunt; soluant & ad Christum adducunt.

Aaron montanus pro spe.

Vestimenta pro actibus penitentiar. Attritio fit per penitentiam.

Pro. 23. Asina pro carne: caro asina.

Appetitus carnalis pullus.

Pro. 7. Funes ligantes multa sunt.

Correptionis verbo soluitur peccator.

Vestimentum pro conuersione.

Asina pro concupiscentia.

Pullus pro corde dissoluto.

Castrum pro corpore.

Tentatio parum valet contra virtutem & gratiam.

Virtutes omnes nude sine charitate. Charitas ornamentum virtutum.

Rami pro affectionibus temporalium.

Luc. 2. Isa. 50. Patientia triumphantis fortitudo Christi.

Ezech. 3.

bus corpus atteritur & domatur, & similiter cor. Oportet enim tam corpus quam cor atteri, quæ attritio fit per penitentiam. Cordi namque dominus insidere vult dicens Prouerb. 23. Filium, probe cor tuum mihi. Nota quod Sem & Iaphet à tergo, id est cum humilitate accesserunt vt pallio cooperiant Noe. Hæc igitur sunt vestimenta. Asina vero est caro. Pullus carnalis appetitus. Et statim inuenietis, quia sine magna sollicitudine querendi statim occurrunt peccatores alligati. Prouerb. 7. Intexui funibus lectulum meum. Funes ligantes sunt, iuuenta, sanitas, nobilitas, prosperitas, diuitiar, delictiar. Soluite verbo correptionis, & adducite ex fructu vitæ & orationis. Vestimenta, id est conuersatio sternenda est sub pedibus: quia Christi vita & eius vestigia debent superferri in tua conuersatione.

Aliter. Castrum corpus est, asina concupiscentia, pullus cor dissolutum. Hoc vinculo peccatorum maculatur duo discipuli continentia & abstinentia. Dicite quod Dominus his opus habet, & confestim dimittent, quia modica est virtus tentationis contra imperium virtutis & gratiæ. Vestimenta sunt charitas. Nam omnes virtutes sunt nude sine charitate. Vnde ipsa est ornamentum virtutum. Rami affectiones temporalium à nobis amputandi & conculcandi antequam tota arbor amputetur Luc. 2. Iam ad radicem arboris securus posita est. Nota, non timemus securim, quia attendimus manubrij longitudinem & non ferri ictus: & credimus in longitudine manubrij dilationem.



CIRCA PASSIONEM DOMINI, ET PRÆCIPVE DE FACIE DOMINI, SERMO IMPERFECTVS.



Posui faciem meam vt petram durissimam & scio quoniam non confundar. Esa. 50. Verba illa sunt Christi in certamine positi, in quibus ostendit in se documentum summæ perfectionis, & duo ponit.

Primo fortitudinem triumphantis patientiæ, ibi. Posui faciem meam vt petram durissimam, & sic compleatur in eo illud Ezech. 3. Ecce dedi faciem tuam valentiorum faciebz eorum, & frontem tuam duriorum frontibus eorum, vt adamantem & silecem dedi faciem tuam.

Secundo reuerentiam perseverantis innocentie, ibi. Et scio quoniam non confundar, scilicet in innocentia condemnantis. Vnde Psal. 30. In te Domine speravi, non confundar in aeternum. Dicit ergo. Posui faciem, &c. in quo insinuat fortitudinem & reuerentiam, scilicet patientiæ & innocentie, quia terroribus persistit aduersa, non fuit flagellis attonita, nec conuictis confternata.

Propter quod nota quod Christus voluit faciem suam, Primo velari, vt nos ablueret à velamento ignorantie, Secundo conspui, vt nos abstergeret ab inquinamento nequitie. Tertio cædi, vt nos dirigeret emolumento iustitiæ. Voluit primo Christus faciem suam velari ad modum latronis qui debebat in cruce suspendi Marc. 14. Cæperunt quidam velare faciem eius. Hanc velationem præfigurauit facies Moyfi Exod. 34. Impletis sermonibus posuit velamen super faciem suam. Vnde si queris ignorans quare Deus permisit? Certe vt te à velamine ignorantie liberaret. Vnde Hier. Velari voluit vt velamen culpæ & ignorantie à cordibus nostris auferret. Hoc est illud velamen quo se operiunt peccatores. De quibus Sap. 17. Dum putant se latere in obscuris peccatis, tenebroso oblivionis velamento dispersi sunt paentes horrendæ, & cum admiratione nimia perturbati.

Voluit secundo Christus conspui in faciem, vt sic dignatione ostenderet quod pro nobis passus est se stolidum reputari & vilissimum irrideri. Vnde Marc. 14. Cæperunt quidam conspuere in faciem eius. Nam proprie illi conspuuntur qui stolidi & viles reputantur. Vnde in persona Christi, dicit Esa. 50. Faciem meam non auersi ab increpantibus & conspuentibus in me. Vnde hoc fuit ei ad humilitatem, iudeis autem ad trucidatem. Iob. 30. Faciem meam conspuere non verentur. Hoc autem passus est Christus vt nos à culpæ sceditate mundaret, Hieron. Conspui voluit Dominus vt nos lauaret. Hoc figuratum est in cæco Ioan. 9. Lutum mihi posuit super oculos, & laui, & video.

Voluit tertio cædi in faciem, secundum illud Luc. 22. Velauerunt eum, & percusserunt faciem eius. Et id quidem quasi faciem insani & blasphemii, vt sit facies eius tota liquefacta alapis Iudeorum, vnde nobis ostenderet exemplum iustitiæ. Vnde gratis pro nobis verbera sustinebat, secundum illud Thren. 3. Dabit percussenti se maxillam, saturabitur improbiis. Noli igitur homo tantis beneficiis ingratus esse, quia præcium sanguinis Christi es. Psal. 104. Querite Dominum & confirmamini, querite faciem eius semper. Querenda est facies Christi per meditationem, vt ibi sit semper.

IN COENA DOMINI. ANIS quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Ioan. 6. Quoniam secundum beatum Gregor. probatio dilectionis est exhibitio operis, quantum Christus Dei filius humanum genus dilexerit, verba ista Dominica & Euangelica euidenter ostendunt. Verba igitur proposita, Ioan. 6. scripta, illius ore qui est veritas infallibilis, via inobliquabilis.



IN COENA DOMINI.



ANIS quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Ioan. 6. Quoniam secundum beatum Gregor. probatio dilectionis est exhibitio operis, quantum Christus Dei filius humanum genus dilexerit, verba ista Dominica & Euangelica euidenter ostendunt. Verba igitur proposita, Ioan. 6. scripta, illius ore qui est veritas infallibilis, via inobliquabilis.

Iob. 37. Frumentum pro electis. Nubes pro doctore. Oliueti mōs pro cumulo misericordiarum. Sap. 17. Oues diuinæ aluntur & nutriuntur lumine Christi.

Christus ostium omnis meriti.

Ad asinam & pullum eius soluendum discipuli duo missi, moraliter.

Spes sine timore cadit in via. Timor in foueam desperationis cadit nisi spes succurrat. Si spes ruat nunquam eleuatur nisi per timorem. Ecclef. 4. Pullus & asina pro corpore & anima.

Corpus & anima dicuntur animalia ligata à pusillanimitate vel quasi diffidentia

Facies Christi velata, quare. Facies Christi conspua, quare. Facies Christi cæsa, quare.

Marc. 14.

Exod. 34.

Velamine se operiunt peccatores. Sap. 17.

Marc. 14.

Conspuuntur quidam.

Isa. 50.

Christus cæspus ad humilitatem.

Iob. 30.

Ioan. 9.

Luc. 22.

Thren. 3.

Ioan. 6.

Verbum à Patre eterno procedit sic et à mente. Verbum à sole radius, à fonte fluuius, & à fonte fluuius.

Cœna Domini omni reuerentia digna, commendabilis & accepta.

Cœna Domini alimentum mentis refectiuum.

Scriptura sacra à Spiritu sancto reuelata & per sanctos viros administrata.

Panis multiplex generi humano exhibetur.

Panis materialis quis.

Panis sapientialis quis.

Panis sacramentalis, quis.

Panis cœlestis, quis.

Panis naturalis.

Job. 3.

Scientia appetitus multis fuit occasio ruinæ.

Scientia sancta quænam.

Iustitia perfecta quænam.

Scientia appetitus multis fuit occasio ruinæ. Scientia sancta quænam. Iustitia perfecta quænam.

bitur Gen. 3. In sudore vultus tui vesceris panem tuo. Ac si dicat Deus homini iam collapsus, propter præceptum quod neglexisti, propter peccatum quod consumpsisti, propter mulierem cui obediisti potius quam mihi, in sudore, scilicet corporis, sollicitudine mentis, formidine mortis, in dolore & in labore vultus tui vesceris panem tuo, quia pomum ligni vitæ perdidisti, quod virtute sibi collata diuinitus poterat tibi (si non peccasses) vitam conferuare. Sic igitur inuenitur quidam panis naturæ.

Inuenitur etiam quidam panis sapientiæ & doctrinæ. De isto pane loquitur Sapiens Eccles. 15. Cibauit illum panem vitæ & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potauit illum. Dicit ergo. Potauit illum, scilicet virum fidelem, virum humilem, virum mundi contemptorem, virum Dei amatorem. Talem enim cibatur Deus pane vitæ, pane sapientiæ, pane gratiæ, Psal. 79. Cibauit vos pane lachrymarum. Et attende quod dicit, cibauit, quia sicut panis materialis est cibus corporis, ita spiritualis vel diuini sermonis est cibus mentis, sicut dicit beatus Greg. in quadam homilia. Verba (inquit) Dei quæ aure percipitis mente retinete, cibus enim mentis est sermo Dei. Quasi autem laescente stomacho cibus reicitur, cum auditus sermo in ventre memoria non teneatur. Panis enim doctrinæ mentem sanat, animam roborat, mentem illustrat. Vnde Greg. 8 Moral. Sicut fames carnis est subtractum subsidium corporis, ita fames mentis est silentium diuinæ locutionis, quia dum humanam mentem diuina allocutio deserit, contra eam carnis tentatio inualefcit. Mentem etiam illuminat, sicut dicit Propheta. Declaratio sermonum tuorum illuminat. Cibauit ergo illum panem vitæ & intellectus quia diuinum eloquium illuminat intellectum, quantum Spiritus sanctus illuminet affectum, sicut dicit beatus Greg. 29. Moral. cap. 13. in persona sapientiæ increatæ. Dum dura, inquit, corda emollio, dum aspera mitigo, dum rigida inflecto, dum frigida accendo, dum vaga stabilio, dum nutantia confirmo, dum debilia corroboreo, intueret si vales incorporaliter veniens quibus meatibus ea illustro. Cibauit ergo illum panem vitæ & intellectus. Sequitur. Et aqua sapientiæ salutaris potauit illum. Attende quod signanter dicit sapientiæ salutaris, quia est quedam sapientiæ salutaris, quedam damnabilis, quedam mundanorum, quedam iustorum. Hanc duplicem sapientiam distinguit beatus Gregor. super illo verbo Iob. Deridetur iusti simplicitas, lib. moral. 10. cap. 27. vbi sic ait. Huius mundi sapientiæ est cor machinationibus regere, sensum verbis velare, quæ vera sunt falsa ostendere, quæ falsa sunt veracia demonstrare. Hæc nimirum prudentia vsu à iuuenibus scitur, hæc à pueris pretio discitur, hanc qui sciunt ceteros superbiendo despiciunt, hanc qui nesciunt, subiecti & timidi in aliis monstantur. Hæc sibi obsequentibus præcipit honorum culmina quærere, adæpta temporalis vitæ vanitate gaudere, irrogata ab aliis mala multipliciter reddere, cum vires suppetunt, nullis resistentibus cedere, cum verò virtutis possibilitas deest, quicquid per malitiam explere non valet, hoc in pacifica bonitate simulare. Ista est sapientiæ plena tumiditate, plena vanitate, plena calamitate. Vnde August. Sapientes in naturis rerum stulti facti sunt in Deo. Ponit etiam idem beatus Gregor. aliam sapientiam iustorum. sc. quæ est sapientiæ laudabilis,

Genes. 13.

Panis naturalis.

Panis sapientiæ & doctrinæ. Eccles. 15.

Psal. 79.

Panis materialis est cibus corporis.

Panis spiritualis est cibus mentis. Cibus mentis est sermo Dei.

Panis doctrinæ mentem sanat, animam roborat, mentem illustrat.

Fames quid. Fames moralis quid. Psal. 118.

Eloquium diuinum illuminat intellectum.

Sapientia duplex salutaris & damnabilis.

Sapientia mundana qualis.

Sapientia iustorum qualis.

Iac. 3.

Panis cœlicus. Panis Eucharistiæ, quis.

Christus cœnauit cum discipulis per præsentiam corporalem. Cœnar & cœnabit. Apoc. 19. Iesus est salus morientium.

Luc. 1.

Iesus est medicina infirmantium.

Iesus est pretium nostrum.

Iesus panis viuificans reuertentes. Ioan. 6.

laudabilis, imitabilis, & desiderabilis: ait enim ibidem. Iustorum sapientia est nihil per ostensionem fingere, sensum verbis aperire, verà ut sunt diligere, falsa deuitare, bona gratis exhibere, mala libentius tolerare quam facere, nullius iniuriam quærere, & pro veritate contumeliam pati lucrum putare. Hæc est sapientiæ plena charitate, plena sanctitate, digna aeterna felicitate. Vnde Iacobus cap. 3. Quæ, inquit, desisum est sapientia primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia & fructibus bonis, iudicans sine simulatione. Aqua ergo sapientiæ salutaris potauit illum.

Inuenitur tertio quidam panis Eucharistiæ. Et iste est panis cœlicus, panis Angelicus, panis beatus. Hunc panem dedit Christus Apostolis in hac Cœna sacratissima sicut dicit B. Math. Cœnantibus illis accepit Iesus panem, benedixit, fregit, & dedit discipulis suis, & ait illis. Accipite & comedite, hoc est corpus meum. Dicit ergo Cœnantibus illis, scilicet Apostolis. Saluator enim sic cœnauit cum suis fidelibus per præsentiam corporalem, cœnabit nunc per inhabitationem mentalem, cœnabit in fine per remunerationem æternalem. Beati, inquit Ioannes Apoc. 19. qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt. Cœnantibus ergo illis accepit Iesus panem. Iesus inquit qui est salus morientium, scilicet per culpam, nam si tales volunt ad eum redire sanantur. Vnde Petrus Rauennas, super illo verbo Luc. 1. Vocabis nomen eius Iesum. Hoc est inquit nomen quod est super omne nomen, quod dedit cœcis visum, surdis auditum, claudis gressum, sermonem mutis, vitam mortuis, totamque diaboli potestatem ab obsessis corporibus effugauit. Est etiam Iesus medicina infirmantium contra plagas & pestes mentis. Nulla enim efficacior medicina, sicut dicit Bern. Hoc inquit nomen Iesus est medicina quod iræ impetum cohibet, superbiam tumorem sedat, sanat liuoris vulnus, restringit luxuriæ fluxum, extinguit libidinis flammam, sitim temperat auaritiæ. Est etiam Iesus precium nostrum. Dedit enim seipsum pro nobis, laboribus, vigiliis, & contumeliis multis, de quibus debemus esse memores cum B. Bern. qui dicit. Memor ero quamdiu vixero laborum quos pertulit in prædicando, fatigationum in discurrendo, vigiliarum in ieiunando, contemplationum in orando, lacrymarum in compatiendo, infidiarum in colloquendo, postremo (inquit) memor ero sputorum, colaphorum, & clauorum, &c. Accepit ergo Iesus panem. Panis enim qui est Christus, est panis viuificans, panis lætificans, panis fortificans, panis beatificans. Est (inquit) Christus panis viuificans reuertentes, Ioan. 6. Ego (inquit)

panis viuus qui de caelo descendit. Est etiam panis lætificans penitentes. Sapient. 19. Panem de calis præstitisti eis sine labore; omnem delectationem in se habentem, & omnis saporis suauitatem. Iesus panis fortificans. Est etiam panis fortificans Ioan. 6. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Accepit ergo Iesus panem & benedixit & fregit. Sunt tres partes. Vna pars, quæ est mixta cum sanguine, significat comprehensores. Altera duarum quæ sunt in patena, significat viatores. Alia significat fideles in sepulchris quiescentes. Deditque discipulis suis. Multa nobilissima dona dat homini Deus, sicut dicit B. Augustinus. Dedit (inquit) Deus homini animam cum potentiis, corpus cum membris, mundum cum elementis, fidem cum sacramentis, artem cum documentis, seipsum cum tormentis. Et ait: Accipite, tanquam donum magnificum. Et comedite, tanquam cibum saluificum. Hoc est corpus meum, hoc est inquam corpus virtute Spiritus sancti conceptum, hoc est corpus in instanti formatum, hoc est corpus de Virgine natum, hoc est corpus vinculis ligatum, hoc est corpus dure flagellatum, hoc est corpus in cruce leuatum, hoc est corpus felle potatum, hoc est corpus lancea sauciaturum. Hæc omnia quæ pro nobis sustinuit debemus respicere, sicut admonet Bern. Respice, inquit, fidelis anima, respice in faciem Christi tui, & videbis eum dorso flagellato, latere sauciato, capite verberibus puncto, manibus perforatis, pedibus fossis. Volue inquit & reuolue totum corpus Domini cum à capite vsque ad pedes, à latere vsque ad latus, & ibi circunquaque inuenies cruorem & dolorem. Sic igitur inuenitur quidam panis Eucharistiæ. Inuenitur vltimo quidam panis gloriæ, & iste est panis reficiens, panis sufficiens, panis indeficiens. De isto pane dicitur Luc. 14. Beatus qui manducabit panem in regno calorum. Vere beatus propter habitationis amoenitatem, propter affectionis satietatem, propter beatitudinis securitatem, propter contemplationis suauitatem. Beatitudo secundum Augustinum est status omnium bonorum aggregatione perfectus. Vere est ibi omne bonum, quia secundum Bern. ibi est dies sine nocte, certe sine forte; vita sine morte. Ibi erit iocunditas sine dolore, tranquillitas sine labore, securitas sine timore. Ibi erit pulcritudo sine deformitate, fortitudo sine debilitate, rectitudo sine peruerfitate. Ibi erit veritas sine fallacia, charitas sine malitia, felicitas sine miseria. Ad hanc felicitatem nos perducatur saluator noster, qui pro nobis redimendis dignatus est carnem assumere, mortem subire, & cum mortuis triumphare, qui cum Patre & Spiritu sancto viuunt & regnant per immortalia sæcula, Amen.

Iesus panis lætificans penitentes. Sap. 16. Iesus panis fortificans. Ioan. 6. Corpus Christi diuiditur in tres partes, & earum significatio. Deus dat homini multa nobilissima dona.

In corpore Christi amor & dolor.

Iesus panis gloriæ.

Luc. 14.

Beatitudinis status, qualis.

F I N I S.

M

B E A T I





# BEATI ANTONII PADVANI, ALIVD QVADRAGESIMALE QVOAD DOMINICAS.

## DOMINICA I. IN QVADRAGESIMA.



**D**ICTVS est Iesus in deserto à spiritu ut tentaretur à diabolo, &c. Matth. 4. Vbi quatuor notantur. Primo describitur ut promptissimus quo ad belli ingressum, quia ductus est in desertum à spiritu, scil. suo. Secundo, ut prudentissimus quo ad belli ingressum, ibi. *Non in solo pane viuit homo.* Tertio, ut constantissimus quo ad belli progressum, ibi. *Assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem.* Quarto, ut inuictissimus vel reuerentissimus quo ad belli egressum, ibi. *Tunc dimisit eum diabolus, & ecce Angeli, &c.*

Pro primo patet in eo vera audacia, quia voluntarie ductus est. Pro secundo, fuit in eo armorum experientia, ibi. *Non in solo pane.* Pro tertio, patet firma perseverantia, quia assumpsit eum. Pro quarto patet victoria, quia dimisit. Et etiam honor & reuerentia, quia accesserunt Angeli, &c.

**1. Reg. 24.** Christum Dauidem nota- tur.

**Engaddi o-** culus tenta- tionis. Triplex mo- dus tenta- tionis. **Genes. 3.** **Iob. 41.**

Tertius est auaritia, de quo Zach. 5. *Hic est oculus eorum in vniuersa terra.* Christus ergo habitauit 40. diebus & 40. noctibus in deserto Engaddi. In quo gula, vanæ gloriæ, & auaritiæ tentationem sustinuit à diabolo, prout in Euangelio habetur.

Triplex de- sertum in quod duci- tur Christus.

Nota quod triplex est desertum, in quorum quodlibet Iesus fuit ductus. Primum est vterus Virginis. Secundum est præsentis Euangelij. Tertium, crucis patibulum. In primum ductus fuit sola misericordia. In secundum exempli gratia. In tertium patris obedientia. De primo Isa. 16. *Emitte agnum Domine dominatorem terra, de petra deserti ad montem filia Sion.* O Domine pater emitte agnum non leonem, dominatorem, non vastatorem terræ, de petra deserti, id est, beata Virgine.

Isa. 16.

Quæ dicitur petra deserti. Petra propter firmum propositum Virginitatis. Vnde respondit Angelo Luc. 1. *Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco, &c.* Id est, firmiter propositum non cognoscere. Deserti, quia inarabilis. Virgo enim ante partum, & in partu, & post partum extitit. Emitte (inquit) ad montem, id est, excellentiam. Filia Sion, id est, Ecclesiæ, quæ est filia Sion, id est, cælestis Hierusalem.

Luc. 1.

De secundo dicitur hic. *Ductus est Iesus, &c.* De tertio, Ioannes Baptista. *Ego vox clamantis in deserto.* Ioannes ideo dicitur vox, quia sicut vox præcedit verbum, sic ipse præcessit Dei filium. *Ego (inquit) vox Christi clamantis in deserto,* id est crucis patibulo. Pater, in manus tuas commendo, &c. In hoc deserto totus fuit spinosus, & ab omni humano auxilio derelictus. Dicamus ergo: *Ductus est Iesus in deserto à spiritu.*

Cur Ioannes vox dicitur.

A quo spiri- tu ductus Iesus.

Quæri solet, à quo spiritu? Lucas apertissime ostendit à quo fuerit ductus. Nam cap. 4. *Iesus (inquit) plenus spiritu sancto regressus est Iordane, & agebatur in spiritu in deserto.* Illo videlicet spiritu quo erat plenus, ut pote Spiritu sancto, ab ipso fuit ductus. De quo ipse dicit Isa. 61.

Luc. 4.

Isa. 61. *Spiritus Domini super me eo quod viderit me.* Et eo spiritu quo præ suis participibus inunctus, eo fuit ductus in desertum, ut tentaretur à diabolo, quia Dei filius, noster Zorobabel qui interpretatur magister confusionis venerat mundum peccatis confusum restaurare, & tanquam medicus ægrotum sanare, ut Zorobabel altare Domini 3. Esd. 5. Oportuit autem ut contraria contrariis curaret, sicut in arte medicinæ frigida calidis & è conuerso curantur.

3. Esd. 5.

Destruccio & infirmitas humani generis fuit Adæ peccatum, quod consistit in tribus, gula, vana gloria, & auaritia, de his tribus Gen. 3. *Dixit serpens ad mulierem &c.* Istæ fuerunt tres lanceæ in quibus fuit Adam interfectus cum filiis suis. Vnde in figura 2. Reg. 18. *tulit Ioab tres lanceas in manu sua, & infixit eas in cor Absalonis.* Ioab interpretatur inimicus, & significat diabolus humani generis inimicum. Hic tulit in manu falsæ promissionis tres lanceas, id est, gulam, dicens. *In quacunque die comederitis aperientur oculi vestri.* Vanam gloriam, dicens. *Eritis sicut Dei.* Et auaritiam, dicens. *Scientes bonum & malum &c.*

Gen. 3.

2. Reg. 18.

Primus homo peccat gula, vana gloria, auaritia.

Ex corde vita procedit.

Et infixit eas in cor Absalonis. In corde est fons caloris & vita hominis. Ex corde vita procedit, & hoc ut calorem diuini amoris extingueret, & omnino vitam auferret. Sed infixit in cor Absalonis, qui interpretatur pax patris. Hic fuit Adam qui adhuc in loco pacis & voluptatis fuit positus, ut pacem patris ipsi obediendo æternaliter conseruaret. Sed postquam Deo patri obedire noluit, pacem perdidit & in cor ipsius tres lanceas diabolus infixit, & omnino vita priuauit. Venit ergo Dei filius tempore acceptabili, obediens Deo patri, perdita restaurauit, contraria contrariis curauit.

Adam fuit positus in paradiso, è quo deliciis affluens cecidit. Iesus vero ductus est in desertum in quo ieiuniis insitens diabolus deuicit. Videte vtriusque tentationis concordantiam. Gen. 3. *Dixit serpens, in quacunque die, &c.* Et Matth. 4. *Et accedens tentator dixit ei. Si filius Dei es, dic ut lapides isti, &c.* Ecce gula. *Et eritis sicut Dei. Tunc assumpsit eum diabolus, &c.* Et mitte te deorsum, &c. Ecce superbia.

Gen. 3. Matth. 4.

Sequitur. *Hac omnia tibi dabo, &c.* quantum peruersus, tantum peruersæ locutus est. Ecce auaritia. Sapientia vero quæ semper sapienter agit, triplicem diaboli tentationem triplici Deuterone auctoritate superauit. Diabolus cum de gula tentauit, Iesus respondit. *Non in solo pane: quasi dicat. Sicut homo exterior viuit pane materiali, sic interior viuit pane cælesti, qui est verbum Dei.* Verbum Dei dicitur filius, qui est sapientia quæ ex ore Altissimi processit. Sapientia dicitur à sapore.

Panis animæ sapor sapientia. Sap. 16.

Verbum Dei omnem habet sapientiam.

Quomodo tentationi-

Iesus Christus est Dominus creatione, Deus æternitate. Hunc diabolus tentauit cum ipsi templi creatori de pinnaculo templi ut se mitteret deorsum suavit, & Deo omnium cælestium virtutum Angelorum adiutorium prepromissit. *Non ergo tentabis Dominum Deum tuum.* Adam etiam tentauit Dominum Deum, cum Domini Dei præceptum non obseruauit, sed falsæ promissioni de facili acquieuit. *Eritis sicut Dei.* O quanta vanitas credere se fieri posse Deum! O miser in altum leuatis super te, & ideo miserabiliter corrueris subrer te. *Non ergo tentabis Dominum Deum tuum.* Item cum de auaritia tentauit, Iesus respondit. *Dominum Deum tuum adorabis, &c.* Omnes qui pecuniam vel mundi gloriam amant, procidentes diabolū adorant. Nos vero pro quibus Iesus Christus venit in vterum Virginis, & sustinuit crucis patibulum, ipsius exemplo edoceri veniamus in desertum penitentia, & ipsius adiutorio, gulæ impetum, vanæ gloriæ vtrum, auaritiæ incendium reprimamus, ipsum quem Angeli adorant, adoremus, ut &c. Amen.

Superbi casus infelix.

Gen. 3.

Amatores pecuniæ diabolus adorant.



## SEQVITVR IN EADEM DOMINICA SER. SECVNDVS DE CONFESIONE.

**D**ICTVS est Iesus in deserto à spiritu, &c. Dicitur Apoc. 12. *Data sunt mulieri due ala aquila magnæ, ut volaret in desertum.* Mulier ista animam penitentem significat, de qua Iesus ait Ioan. 16. *Mulier cum parit tristitiam habet, Mulier, id est, anima cum parit in confessione peccatum quod concepit in delectatione, tristitiam habet & habere debet. Huic mulieri dantur due aquilæ alæ.*

Apoc. 12.

Ioan. 16.

Aquila ab acumine visus vel rostri sic dictas virum iustum significat. Aquila enim acutissimi visus est, quando eius rostrum fere nimia senectute crocescit & incuruatur, ad petram acuit & ita reiuuenescit. Sic vir iustus contemplationis acumine veri solis splendorem intuetur, & si aliquando eius rostrum, id est, mentis affectus aliquo peccato crocescit, ne solum cibum internæ dulcedinis capere possit statim ad petram confessionis acuit, & sic gratiæ iuuenture reiuuenescit. Vnde de eo Psal. 102. *Renouabitur ut aquila iuuentus tua.* Huius aquilæ alæ due sunt. Amor & timor, de quibus Iob. 39. *Nunquid per sapientiam tuam plumescet accipiter, expandens alas suas ad austrum? Aquila & accipiter in hoc loco virum iustum significant.*

Vnde aquila dicta.

Penitens in confessione gratiæ iuuenture floret.

Psal. 102.

Iob. 39.

Et nota quod Accipiter duo facit, pede capit, & non capit auem nisi volentem. Sic vir iustus pede affectus capit, & non capit bonum nisi volens, de terrenis non curat. Hic per sapientiam Dei plumescit. Plumæ accipitris sunt puræ cogitationes viri iusti, quæ per Dei sapientiam (quæ dicitur à sapore) ordinatæ in iusti mente succrescunt. Quantum enim de Deo sapis, tantum plumescis. Quantum de ipsius saporis dulcedine sentis, tantas bonarum cogitationum

Quantum de Deo sapis.



plumas emittis. Et sic iste Accipiter expandit alas suas, id est, amorem & timorem diuinum, ad austrum, id est, ad Iesum, qui ab austro venit vt calorem nutritiuum emittat, & gratiam conferuatiam in ipsas perfundat. Hæ duæ alæ dantur mulieri, id est, animæ pœnitenti, quibus à terrenis eleuata, aduolat in desertum, locum pœnitentiæ, & de quo dicitur in Euangelio hodierno. Ductus est Iesus in desertum à spiritu. Et tu quis credis in Iesum, & speras salutem à Iesu, à spiritu contritionis obsecro ducaris in desertum confessionis, vt perfecte facias quadragenarium numerum satisfactoris.

Pœnitentis duæ alæ timor & amor.

Contritio dicitur spiritus. Psal. 47.

Nauihus Tharsis mentes hominum denotantur.

Genes. 2.

Iob. 37.

Confessio dicitur desertum propter tria.

Confessarius peccatum detegens grauius peccat proditore Iuda.

Iesai. 24.

bit? Bene ergo dicitur quod confessio debet esse terra inhabitabilis & inaccessibilis, vt nulli hominū pateat secretū confessionis. Vnde Dominus comminando præcipit Exod. 19. dicens. *Cauete ne ascendatis in montem, ne tangatis fines eius, omnis qui tetigerit montem, morte morietur, &c.*

Exod. 19.

Mons iste Sinai qui interpretatur mensura, confessionem significat, quæ bene dicitur mons, propter sui excellentiam, peccati scilicet remissionem. Quæ maior excellentia potest esse vel altitudo, quam peccati remissio? Mentura propter ipsius confessionis & culpæ commensurationem. Peccator enim debet commensurare vt confessio respondeat æqua liter culpæ, quatenus nec minus dicat propter verecundiam vel timorem, nec plus addat sub humilitatis specie quam se rei veritas habet.

Causa enim humilitatis nemo mentiri debet. Cauete ergo o confessores, o sacerdotes ne ascendatis in hunc montem. In montem ascendere est secretum confessionis denudare. Non tantum dico ascendatis, sed etiam nec fines eius tangatis. Fines montis sunt circumstantiæ confessionis, quas nec verbo, nec signo, nec alio quocunque modo quis debet tangere. Sed, proh dolor! sunt quidam qui montem timent ascendere, sed fines illius non verentur tangere, quibusdā dictis & signis peccati circumstantias denudando. Audiunt ergo isti infelices suæ mortis sententiā. Omnis (inquit Dominus) qui tetigerit montem, morte morietur. Et qua morte Domine? Manus (inquit ibidem) secularis potestatis non tanget eum, vt suspensatur tanquā latro vel homicida, quia forte leuius ei esset sed lapidibus opprimetur, id est, duris excommunicationibus, aut æternæ damnationis iaculis confodietur, siue iumentum id est, simplex sacerdos fuerit, siue homo, id est, sacerdos literatus & scienti i plenus, omnino non viuet. Bene ergo dicitur quod confessio est terra inhabitabilis, & inaccessibilis.

Causa humilitatis non est mentium.

Secretum confessionis exactissime seruandum.

Peccatum vastans animam. Iesai. 34.

Item confessio dicitur desertum, eo quod bestiis abundat. Quæ sunt istæ bestię? Bestiæ dicitur quasi vastiæ sunt peccata mortalia, quæ animam vastant & laniant, de quibus dicit Iesai. 34, loquens de perfida Iudæa, id est, anima peccatrice. *Erit cubile draconum, & pascua Struthionum, & occurrent demonia, onocentaurus & pilosus clamabit alter ad alterum, ibi cubauit lamia, & inuenit sibi requiem, ibi habuit foveam ericius & enutriuit catulos, & circumfodit & fouit in umbra eius.* Nota quod in hac auctoritate ponuntur septem genera bestiarum.

Draco.

Dæmoni Struthio.

Quæ sunt Onocentaurus. 1. asinus & centaurus.

Pilosus.

Lamia.

Ericius.

Per has bestias septem genera peccatorum intelligimus, quæ omnia & sibi similia plenarie debent denudari in confessione, sicut fuerunt pertractata in mentis consensu, & operis effectu. Dicit ergo: *Erit cubile draconum, &c.* In dracone notatur odij & detractionis venenosa malitia in Struthione, hypocrisis & fallacia. In asino luxuria. In centauro superbia. In piloso auaritia & vsura. In Lamia, hæretica perfidia. In Ericio versuta peccatoris excusatio. Dicamus ergo sic. *Erit cubile draconum, &c.*

Omnia in confessione delicta aperienda.

Conscientia peccatoris cubile draconum.

Mens vel conscientia peccatoris, est cubile draconum

Dent. 32.

Ecccl. 10.

Ecccl. 8.

Detractio mortifera.

Hypocrita Struthione denotatur & qua de causa.

Iob 39.

Hypocrita ementita sanctitas.

Luxuriosus stolidus & timidus.

Quæ animalia corde sunt timido.

Psal. 21.

conum per odij & detractionis venenū. Vnde in Cantico Moyfi. Deuter. 32. *Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile.* Vinum eorum, id est, odium & detractio peccatorum, quæ mentes inebriat & intoxicat auditorium, est fel draconum, & est venenum insanabile. Vnde Ecclesiast. 10. *Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet qui in occulto detrahit.* Et bene dicit insanabile, quia Ecclesiast. 28. *Plaga flagelli linorem facit. Plaga autem lingua comminuet ossa.* Nam plaga flagelli exterius liuorem facit. Scilicet plaga linguæ detractionis intus ossa virtutum comminuit. Bene ergo dicitur. *Erit cubile draconum.*

Sequitur. *Et pascua Struthionum.* Struthio, quæ pennas habet sed propter corporis sui magnitudinem volare non potest, hypocritam significat, qui terrenorum amore & onere aggrauatus sub penna falsæ religionis se mentitur accipitrem volatū contemplationis. *Penna* (inquit Iob 39. *Struthionis similis est pennis Herodij & accipitris.* In mente falsi religiosi pascua sunt Struthionis.

Et vide quam proprie dicitur *pascua.* Hypocrita enim dū penna accipitris laudatur ipsa sua laude pascitur. Facit enim sicut pauo, qui cum à pueris laudatur, plumarum suarum gloriam ostendit & per caudam facit rotam, & eam faciendū turpiter posteriora discooperit. Sic hypocrita cum laudatur, sanctitatis (quam videtur habere) plumas ostendit, & suæ conuersationis rotam facit. Dicit enim, *istud & istud feci, ita incepti, & dum sic se rotat, suæ turpitudinis foeditatem demonstrat.* Stultus enim displicet inde vnde placere putat.

*Et occurrerunt demonia: Onocentaurus.* Onos enim græce asinus latine, per quem luxuriosus intelligitur. Asinus enim stolidus est piger & timidus. Sic luxuriosus stolidus, quia amisit veram sapientiam, cuius sapor sapientem & sobrium hominem facit, & sic carnis luxuriam expellit, & stolidum facit. Est etiam piger & timidus sicut asinus.

Dicitur in naturalibus quod animal habens magnum cor est timidum. Et habens mediocre est magis audax. Et occasio quæ accidit huic animali ex timore, non est nisi quia calor cordis est modicus, & non potest implere ipsum, quia color prauus in cordibus magnis debilitatur, & efficitur propter hoc sanguis frigidior. Corda autem magna sunt in leporibus, ceruis, asinis, & muribus. Et sicut ignis modicus calefacit minus in domo magna quam in parua, ita est calor in istis. Sic & luxuriosus habet magnum cor ad cogitandum & committendum magnam nequitiam & magnam luxuriam, sed parum vel nihil habet de calore & amore spiritus sancti. Ideo timidus, instabilis, & inconstans in omnibus viis suis.

Per centaurum superbus designatur. Vnde per prophetam conqueritur Dominus. Psalmo vigesimo primo. *Tauri pingues obfederunt me, id est, superbi pingues opulentia temporali obfederunt me, tanquam Iudæi iterum volentes me crucifigere.* Onocentauris ergo, id est, luxuriosis & superbis demonia occurrunt in hora mortis, vt egredientes animas abripiant, & secum ad pœnas æternas trahant, vt quos habuerunt incoretos in culpa, habeant tortores in pœna.

Sequitur, *Et pilosus clamauit alter ad alterum* Pilosi sunt auari & vsurarij, qui bene dicuntur pilosi, id est, pecuniosi. Auaritia clamat vsuram, & vsura auaritiam, illa inuitat istam, & ista illam. Proh dolor clamor istorum pilosorum iam impleuit totum mundum. Hos significat pilosus Esau qui interpretatur quercus. Et auari & vsurarij sunt pilosi in accipiendo, & quercus, id est, duri & inflexibiles in reddendo. *Ibi cubauit Lamia, & ibi inuenit requiem.*

Gen. 25. Auarus inflexibilis in reddendo.

Conditione qualitas hæreticorum.

Thren. 4.

Lamia quæ (vt dicitur) est bestia faciem habens humanam, sed in bestialem desinens caudam hæreticos significat, qui vt facilius decipiant, humanitatis sumunt faciem, & verba sua uia præterdunt. Vnde de eis Threnorum quarto. *Lamia nudauerunt mammam, lactauerunt catulos suos.* Mammam hæretici denudant, dum in illa perfidia nutriunt suos credentes perfidos. Qui bene dicunt catuli, & non filij, quia nihil aliud nouerunt, vt pote rustici, futores, peliparij, nisi contra Ecclesiam latrare, & eius Catholicos blasphemare.

Sequitur. *Ibi habuit foveam Ericius.* Nota quod Ericius est totus spinosus, quem si quis capere voluerit, totum intus se abscondit, & efficitur quasi sphaera in manutententis. Caput & os habet inferius, & intra hos habet quinque dentes. Ericius est peccator obstinatus, spinis peccatorum vndique obfusus. Hunc si de peccato perpetrato redarguere volueris, statim intus se recolligit, & culpam quam commisit, exculando abscondit. Et sic caput & os habet interius vel inferius. In capite mens, in ore locutio designatur. Dum peccator se de perpetrata nequitia excusat, quid aliud facit nisi quod mentem & verba inferius ad terram inclinat? Vnde dicitur etiam habere quinque dentes in ore, qui sunt quinque modi excusationum in ore obstinati. Cum enim redarguitur, aut se excusat ignorantia, aut fortuna, aut diaboli suggestione, aut carnis suæ fragilitate, aut proximi occasione, & ita enutrit (vt subdit Iesaias) catulos, id est, motus suos, & circumfodit & fouet in umbra suæ excusationis. Hæ septem bestię, sub quorum numero peccatorum omnium genera comprehendi possunt, in deserto nostræ confessionis debent abundanter & plenarie apparere, vt nihil sacerdotem lateat, vel confitentem subterfugiat, quin omnia ad vnguem peccata & circumstantias peccati confiteatur. Vnde Iesaias 23. *Post septuaginta annos erit Tyro quasi canisum meretricis; Sume tibi citharam.* In quo prompta designatur voluntas, confitendi, scilicet. Sume, non coacta, non extorta. In cithara autem omnis peccati circumstantia & confessio. Sume ergo citharam, id est, voluntarie confitere, sanus & viuus.

Peccator ericio comparatur & cut.

Quinque modi excusationum in peccatore.

Iesai. 23.

Nota quod sicut in cithara extenduntur chordæ, sic in confessione debent extendi peccatorum circumstantiæ, quæ sunt. Quis, quid, vbi, per quos, quoties, cur, quomodo, quando. Omnia ista tam in fœminino quam in masculino sexu discrete & diligenter perquire.

Sequitur in Iesai. *Circumuisi ciuitatem.* Ciuitas, est vita hominis quam homo ipse debet circuire, quia tempus, & ætatem, peccatum & modum peccati, locum & personas cum quibus peccauit, & quas exemplo malo verbo vel facto peccare fecit, vel peccantes si potuit, à peccato non retraxit, omnia nude & aperte vt dixi

Peccatorum circumstantia.

debet confiteri. Sic faciebat propheta, dicens Psalm. 26. *Circuiui & immolauit in tabernaculo eius hostiam vociferationis.* Circuiui totam ciuitatem, id est, totam vitam meam ad modum strenui militis qui circuit tuum castrum ut aliquod sit ibi foramen, per quod hostes ingrediantur. *Et immolauit in tabernaculo eius,* id est, in Ecclesia coram sacerdote, *hostiam vociferationis,* id est, confessionis, quæ bene dicitur vociferatio, quia peccator non debet semiplene & mediocriter quasi balbutiens, sed aperto ore quasi vociferans peccata sua confiteri. Sequitur dicto loco Isaia. *Bene cane,* te ipsum, non diabolum, non fratrem tuum, vel aliquem alium accusando. Vel bene, omnia peccata tua vni sacerdoti confitendo, non per plures diuidendo. Bene ergo cane, frequenta canticum confessionis, iterum atque iterum te ipsum accusando. Et quare hoc? Ut memoria tui sit in conspectu Dei & angelorum eius, ut peccata dimittat tibi, & gratiam infundat, gloriamque æternam conferat. Ecce habes quæ sunt illæ bestia quibus desertum confessionis abundare debet, scilicet ut peccata, & ipsorum circumstantiæ nude & aperte appareant in confessione.

Et sic erit ipsius confessionis desertum timore horribili. Et quibus? Immundis spiritibus. Vnde dicitur Genesis 28. *Quod terribilis est locus iste, non est hic aliud nisi domus Dei & porta caeli.* Locus confessionis immo confessio est terribilis immundis spiritibus. Vnde Iob 3. *Sicut inundantes aqua, sic rugitus meus.* Ad rugitum leonis omnes bestia sistunt gradum, inundantes aquæ subuertunt obstaculum. Rugitus leonis est confessio penitentis, de quo Psalm. 35. *Rugiebam à gemitu cordis mei.* Quia à gemitu cordis debet exire rugitus confessionis. Quo audito, maligni spiritus territi, ad tentationes procedere non præsumunt. Inundantes aquæ sunt lachrymæ contritorum, quæ totum dissoluunt & subuertunt quicquid maligni spiritus contra lachrymas penitentis machinantur.

Confessio etiam dicitur domus Dei propter peccatoris reconciliationem. In ipsa enim peccator reconciliatur Deo, sicut filius patri reconciliatur, cum ab ipso in domum paternam recipitur. Vnde scribitur Lucæ cap. 15. quod cum senior filius appropinquaret domui, in qua penitens filius epulabatur cum patre, *audiuit symphoniam & chorum.*

Nota quod in illa domo fuerunt tria, scilicet epulatio, symphonia. & chorus. Sic in domo confessionis, in quam recipitur peccator reuerfus de regione longinqua, debent esse tria.

Epulatio contritionis, Symphonia accusationis, Chorus emendationis.

Vt sicut te peccatorem accusas, sic te emendare studeas. Audi symphoniam suauiter resonantem. Psalm. 50. *Iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper.* Sed audi chorum bene & consone respondentem. Psalm. 37. *Ego in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper.* O quam multi suauiter symphonizant, se ipsos accusant, sed se nunquam emendant.

Aliter. In domo confessionis resonat symphonia planctus. Statim bene & consone respondet chorus diuinæ misericordiæ remittentis peccata. Vnde promittit in introitu Missæ, In-

vocabit me, &c. Nota quod penitenti quatuor hic promittit cum dicit. Inuocabit me & ego exaudiam, ut ei peccata dimittam, quia ego exaudiam, id est, ei gratiam infundam. Secundo eripiam eum ab illis quatuor, de quibus in Tractatu dicitur, scilicet à timore nocturno. *A sagitta volante per diem.* *A negotio perambulante in tenebris.* *A ruina & damonio meridiano.* Timor autem nocturnus est tentatio diaboli occulta, Sagitta volans ipsius aperta nequitia. Negotium perambulans in tenebris, est hypocritarum fallacia. Dæmonium meridianum, carnis luxuria ardens, de quo Marc. 9. *Hoc genus demoniorum, &c.* De his eripit Dominus vere penitentem. Tertio, & *glorificabo eum,* scilicet in die iudicij geminæ stolæ gloria. Quarto, *longitudine dierum adimplero eum,* in vitæ scilicet æternæ perpetuitate.

Confessio etiam dicitur porta cæli, vere porta cæli, & porta paradisi. Per ipsam enim tanquam per portam introducit penitens ad osculum pedum diuinæ misericordiæ: erigitur ad osculum manuum cælestis gloriæ: suscipitur ad osculum oris reconciliationis paternæ. O domus Dei, ô porta cæli, ô confessio peccati. Beatus qui in te habitabit. Beatus qui per te intrabit. Beatus qui se in te humiliabit. Humiliamini ergo & intrate ô fratres charissimi per portam confessionis. Confitemini prout audistis, peccata & circumstantias peccati, quia ecce nunc tempus acceptabile: & cætera.

De his diebus subditur, *Cum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus,* & cætera. Quadragenarius autem numerus constat ex quatuor & decem. Creator omnium creauit corpus & animam, & vtrique dedit quaternarium & denarium. Corpus enim constat ex quatuor elementis, & regitur decem partibus, quasi decem principiis: scilicet duobus oculis, duabus auribus, odoratu, & gustu, duabus manibus, & duobus pedibus. Animæ vero contulit Deus quatuor virtutes principales: quæ sunt, prudentia, iustitia, fortitudo, & temperantia, & dedit decem præcepta.

Quia ergo contra quaternarium virtutum & denarium præceptorum in isto mortali corpore quotidie peccamus, ieiunio quadraginta dierum Domino satisfaciamus. Qualiter autem hoc sit faciendum, habemus libro Numer. cap. 13. quod *exploratores missi à Moysè & filiis Israël circueuerunt quadraginta diebus omnem terram Chanaan.* Chanaan interpretatur negotiatio vel humilis, significans corpus nostrum, in quo debemus negotiari. Sed quomodo? Commutâtes felici commercio terrena pro æternis, transitoria pro menfuris. Et hoc semper in humilitate cordis. De qua negotiatione dicitur Prou. 31. *Gustauit & vidit quod bona est negotiatio eius.*

Nota ista duo, Gustauit & vidit mulier fortis, id est, anima. Tunc enim gustat eum dulcedinem cælestis gloriæ sentit sano palato pro cuius amore regnum mundi & ornatum sæculi contempsit. Et sic processu temporis oculo illuminatæ rationis videt & intelligit quod bona est negotiatio eius, vendere scilicet omnia quæ habet, & dare pauperibus, ut nudus nudum sequatur Iesum.

Et hoc est quod dicit Iob. c. 2. *Pellem pro pelle,* Iob. 1.

& omnia qua habet homo dabis pro anima sua. Pellem, scilicet, pompæ secularis, pro pelle gloriæ cælestis, id est, corpus istud pellicum, & mortale, dabit carnifici & tortori, & exponet gladio tyrannidis & mortalitatis pro pelle gloriosa corporis immortalis. Nota quod pellis quanto magis extenuatur, & deturpatur. Sic corpus nostrum quanto magis delicate nutritur, tanto magis perdit vires, fenescit & rugatur.

Nos vero tanquam veri & strenui exploratores in his quadraginta diebus circueamus omnem regionem corporis nostri, diligenter explorantes quicquid peccauimus per visum, auditum, gustum, odoratum, & tactum, ipsorum peccata & circumstantias confitendo, ita quod nullæ reliquiæ remaneant, exemplo Iosue, qui vt Iosue decimo dicitur, *cepit Macedam, & percussit in ore gladij Regem illius: & omnes inhabitatores illius interfecit, non dimisit saltem paruas reliquias.* Maceda, interpretatur, prius siue adultio, & significat peccatum, de quo prius homo aduritur per baptismum. Hoc autem iteratum in penitentia capitur. Rex autem huius ciuitatis, est parua voluntas: quæ percutitur in ore gladij, scilicet oris gladio per confessionem. Habitatores Regis sunt obedientes sensus quinque, qui similiter per penitentiam sunt interfeciti & interficiendi, id est, à peccato reuocandi. Reliquiæ sunt rememoratio peccati, & nominatio ad delectationem, quæ etiam dimittendæ non sunt. Item in eodem libro & capit. *Percussit Iosue omnem terram montanam, & meridianam, & campestrem, & Aseroth cum regibus suis. Non dimisit in ea vllas reliquias, sed omne quod spirare poterat, interfecit.* Terra montana superbia, Meridiana, cupiditas, Campestris, luxuria, per quam quasi per campos equus effrenis, id est, luxuriosus euagatur. Aseroth, pastura populi interpretatur, & significat omnem turpem imaginationem, quæ pascit ignem peccati. Hæc omnia cum proposito nunquam relabendi, in confessione deponamus, & pro his omnibus satisfaciamus digne, vt quantum corpus se exaltauit in superbia, tantum ipsum in confessione humiliemus, & quantum in deliciis fuit, tantum demus illi tormentorum, panis, scilicet & aquæ disciplinæ & vigiliæ, vt audiat cum filia Iephte. *Decepisti me filia mea, caro mea, gulæ & luxuriæ deliciis, & nunc decepta es, id est, afflictâ, disciplinis, vigiliis & ieiuniis.* His de spiritu contritionis, de deserto confessionis, quadragenario satisfactionis prælibatis, in quibus est omnium peccatorum remissio, gratiæ infusio, vitæ æternæ remuneratio, nunc ad ipsorum opposita, gulam scilicet, & vanam gloriam, & luxuriam describenda accedamus.

Sequitur. *Et accedens senator, dixit ei, Si filium Dei es, &c.* Diabolus à similibus ad similia procedit. Eo enim ordine quo tentauit Adam in Paradiso, tentauit etiam Christum in deserto. Sed & tentat quemlibet Christianum in hoc mundo. Priorem Adam tentauit gula, vana gloria, & auaritia, & tentans deuicit. Secundum Adam, id est, Christum simili modo tentauit, sed in tentatione succubuit, quia non tantum homo, sed etiam Deus erat quem tentabat. Nos vero qui vtriusque participes sumus, illius secundum carnem, istius secundum spiritum, veterem hominem exuamus cum actibus suis, quæ sunt gula, vana gloria, & auaritia. Indua-

musque nouum hominem, per confessionem inuouati, vt refrenemus ieiuniis effrenem ardorem gulæ, & refrenemus confessionis humanitate, altitudinem superbiæ, & vanæ gloriæ, & conculemus cordis contritione, densum lutum auaritiæ. *Beati* (inquit Dominus Matth. 5.) *pauperes spiritu,* scilicet, tribulato corde & contrito, quoniam ipsorum est regnum calorum.

Nota quod sicut diabolus tentauit Dominum de gula in deserto, de vana gloria in templo, de auaritia in monte: Sic nos tentat quotidie de gula in deserto ieiunij. De vana gloria in templo orationis & officij. In monte dignitatis, de auaritia multiplici.

Dum ieiunamus tentat nos de gula, in qua peccamus quinque modis. Vnde versus. Præpropere, laute, nimis, ardentem, studiose. Præpropere, id est, cum præuenitur hora. Laute, cum diuersis & variis falsamentis, speciebus, & ciborum lauitiis, pruritus linguæ excitatur & hebes irritatur appetitus.

Nimis, vt cum vltra corporis necessitatem cibaria sumuntur. Dicunt enim quidam gulosi: Ieiunare tenemur, tantum ergo semel comedamus quod pro prandio, & cæna recompenfare possimus. Isti sunt sicut Brucus, qui arborem cui insidet non relinquit, donec totam arborem comedit. Brucus dictus est, eo quod in bucca torus est, & gulofus significat qui in gula & in ventre sunt toti, & scutellam quam tanquam castrum obsident non dimittunt, donec totum quod in ea est, deuorent, Aut enim crepabit venter, aut euacuabitur scutella.

Ardentem, cum homo se effundit super omnem escam, & quasi magnum castrum oppugnaturus, brachia erigit, manus extendit, totus comedit, & est in mensa quasi canis, qui in coquina parem non desiderat.

Studiose, cum exquisita cibaria requiruntur, & magno studio preparantur, sicut legitur 1. Reg. 2. de filiis Heli, qui non carnem coctam sed crudam volebant accipere, vt eam studiosius & accuratius præpararent.

Item tentat nos diabolus in templo de vana gloria, dum sumus in oratione, officio, & prædicatione vanæ gloriæ iaculis à diabolo impetimur, & multoties heu, heu vulneramur. Sunt enim quidam, qui dum orant & genua flectunt, & suspiria emittunt, volunt videri. Sunt alij qui dum in choro cantant, & voces frangunt, & in gutture citharizant, desiderant audiri. Sunt alij qui dum prædicant, dum vocibus intonant, dum auctoritates multiplicat, & ad sensum suum glossant, & se circungyant, appetunt laudari. Omnes isti mercenarij (credite mihi) receperunt mercedem suam, filiam suam ponentes in prostibulo. Vnde Moyses Leuitici decimo nono. *Filiam tuam non prostituas.* Filia mea est operatio mea, quam tunc prostiruo, id est, in lupanari pono cum ipsam pro denario vanæ gloriæ vendo. Et ideo consulit Christus Mathæi sexto. *Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito, & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi.* Tu cum volueris orare vel aliquid facere boni quod est sine intermissione orare intra in cubiculum, id est, cordis tui secretum, & clauso ostio quinque sensuum, ne videri, audiri, vel laudari studeas. Vnde Luc. 1. dicitur quod Zacharias ingressus est templum Domini hora in-

Psalm. 26.

Conditiones bonæ confessionis.

Genes. 28. Locus confessionis dæmonibus ipsis terribilis. Iob. 3.

Psalm. 35.

Confessio domus Dei.

Luc. 15.

Quæ debent esse in penitente.

Psalm. 50.

Psalm. 37.

Quatuor penitenti promittuntur.

Marc. 9.

Confessio dicitur porta cælestis.

De quadragenario numero mysticum.

Numer. 13.

Prou. 31.

Spirituale mundanis præferendum.

Iosue 10.

Quomodo destruenda omnia peccata.

Pœna peccato respondeat.

Indic.

Eo ordine quo sathan tentauit primum hominem sic Christum.

Quæ remedia peccatis adhibenda.

Math. 5.

In gula quinque modis peccamus prepropere, laute, mis.

Arde.

Studiose.

In templo quomodo & in quibus tentamur.

Leuit. 19.

Math. 9.

Luc. 1.

centi. In tempore enim orationis, quæ velut incensum dirigitur in conspectu Domini, debes ingredi templum tui cordis, & sic orabis patrem tuum, & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi.

Item in monte dignitatis transitoria tentatur de peccato multiplicis auaritiæ. Et nota quod non est tamen auaritia pecuniæ, sed etiam excellentiæ. Auari quanto magis habent, tanto magis sitiunt. Et in sublimitate positi, quanto

magis eleuantur, tanto magis ascendere conantur, vt lapsu grauiore ruant: quia perfluant altissima venti, & in excelsis idolis immolantur. De his duobus dicitur Prouerb. 30. Ignis nunquam dicit, sufficit. Sed quid? affer, affer. Ignis, id est, auaritia pecuniæ & excellentiæ, O Domine aufer, aufer ista duo. Aufer à tuæ Ecclesiæ Prelatis qui de tuo patrimonio quod eis acquisiisti, lasciuiunt, & in monte dignitatis Ecclesiæ gloriantur.

Prou. 30.



# SERMO IN DOMINICA II. QVADRAGESIMÆ.

## DE TRANSFIGVRATIONE DOMINI SERMO.



**S**SVMPŒIT Iesus Petrum, Iacobum, & Ioannem, & duxit eos in montem, &c. Marc. nono, vbi notabuntur quinque.

Primùm est, Apostolorum Christi in montem ascensio.

Secundum est, Christi transfiguratio.

Tertium est, Moysis & Helix apparitio.

Quartum est, Nubis lucidæ obumbratio.

Quintum est, Paternæ vocis de filio protestatio.

Dicamus ergo. Assumpsit Iesus Petrum, Iacobum, & Ioannem. Isti tres Apostoli & speciales socij Iesu Christi, tres animæ nostræ significant vires, sine quibus nemo potest ascendere ad montem luminis, id est, excellentiam sanctæ conuersationis. Petrus interpretatur agnoscens, Iacobus supplantator, Ioannes gratia. Assumpsit ergo Iesus, &c. Assume & tu qui credis & speras salutem à Iesu, Petrum, id est, tui peccati notitiam. Quod consistit plerumque in tribus. In cordis, scilicet, superbia. In carnis lasciuia, In mundi auaritia. Assumpsit & Iacobum, id est, supplantatorem istorum vitiorum, vt sub planta rationis conteras tui spiritus nequitiam, & superbiam, tuæ carnis mortifices lasciuiam, & fallacis mundi reprimas vanitatem. Assume & Ioannem, id est, Domini gratiam: quæ stat ad ostium, & pulsât vt te illuminet ad cognoscendum mala quæ fecisti: & te conseruet in bono quod incepisti.

Peccati notitia in tribus consistit.

1. Reg. 10.

Isti sunt viri, de quibus Samuel ad Saul 1. Reg. 10. Cum veneris ad quercum Thabor, inuenient te isti tres viri ascendentes ad Deum in Bethel. Vnus portans tres hædos. Alius tres tortas panis. Et alius lagenam vini. Quercus Thabor, &

mons Thabor significant sanctæ vitæ excellentiam: quæ bene dicitur quercus Thabor & mons. Quercus, quia perstans & inflexibilis per finalem perseverantiam. Mons, quia alta & sublimis per Dei contemplationem. Thabor, qui interpretatur lumen veniens, per boni exempli illuminationem.

In sanctæ vitæ excellentia hæc tria requiruntur: vt sit constans in se, contemplans ad Deum, illuminans proximum. Cum ergo veneris, id est, venire vel ascendere disposueris ad quercum vel montem Thabor, inuenient te tres viri ascendentes in Bethel. Isti sunt Petrus, id est, agnoscens, Iacobus, id est, supplantator, Ioannes, id est, Dei gratia.

Petrus portans tres hædos.

Iacobus tres tortas panis.

Ioannes lagenam vini.

Petrus, id est, ille qui se agnoscit peccatorem, portat tres hædos. In hædo notatur sceler peccati. In tribus hædis tria genera peccatorum, per quæ principaliter peccamus. In cordis, scilicet, superbia, in carnis petulantia, in mundi auaritia. Qui ergo vult ad montem luminis ascendere, istos tres hædos debet portare, id est, in his tribus se peccatorem agnoscere. Qui carnis vitia supplantat, & tres tortas panis portat, suauitatem mentis significat, quæ consistit in cordis humilitate, corporis castitate, & paupertatis amore, quam suauitatem nemo poterit habere nisi prius vitia supplantauerit. Tres ergo tortas panis, id est, triplicem mentis suauitatem portat qui cordis superbiam reprimat, carnis petulantiam restringit, mundi auaritiam abiicit. Ioannes, ille scilicet qui gratia Domini præueniente, & subsequente hæc omnia fideliter, & perseveranter conseruat, vere lagenam vini portat. Vinum in lagenâ est gratia Spiritus sancti in bona voluntate. Assumpsit ergo Iesus Petrum, Iacobum & Ioannem.

Assume & tu istos tres viros, & ascende in montem Thabor. Sed crede mihi difficilis est ascensus: quia mons est excelsus. Vis ergo facillime

Quæ conditiones in vitæ sanctæ excellentia.

In triplici genere præcipue ostendimus.

Genes. 28.

me ascendere? habeas illam scalam, de qua Genesis 28. Vidit Iacob scalam erectam super terram, & cacumen tangens calum: Angelos quoque Dei ascendentes & descendentes per eam, & Dominum innixum scala. Nota singula verba, & erit Euangelij concordantia. Vidit. Ecce peccati notitia, de qua Bernardus. Non mihi det Deus aliam visionem videre nisi peccata mea agnoscere. Iacob idem & Iacobus interpretatiue. Ecce carnis supplantatio, de quo Esau Genesis 27. En supplantauit me altera vice. In somno. Ecce Domini gratia quæ somnum quietis & pacis inducit.

Gen. 27.

Quid somnus.

Somnus sic describitur à Philosopho. Somnus est quies animalium virtutum cum intentione naturalium. Cum enim aliquis dormit somno gratiæ, quiescunt in eo carnalia ab operibus suis prauis, & intenduntur spiritualia. Vnde Genes. 15. Cum sol occubisset, sopor irruit super Abraham, & horror magnus inuasit eum. Per solem hic intelligitur carnis voluptas, quæ cum incumbit, sopor, id est, extasis contemplationis irruit super nos: & horror magnus inuadit nos de peccatis præteritis & de pœnis inferni. Vis audire intentionem spiritualium cum remissione carnalium? Ego (inquit sponsa. Cantic. 5.) dormio (id est, quiesco ab amore temporalium) & cor meum vigilat: in contemplatione cælestium. Bene ergo dicitur. Vidit Iacob scalam: per quam potes ascendere in montem Thabor.

Genes. 15.

Cant. 5.

Scala Iacob mysticæ significatio.

Nota quod ista scala duo habet brachia, & sex gradus, per quos patet ascensus. Ista scala significat Christum. Duo brachia, diuinam & humanam naturam. Sex gradus sunt ipsius humilitas, paupertas, sapientia, patientia, misericordia, & obedientia. Humilis fuit in nostræ naturæ susceptione cum respexit humilitatem ancilla sue. Luc. 1. Pauper in sua natiuitate: in qua pauperula virgo pariens ipsum Dei Filium non habuit vbi reclinaret, nisi quia pannis eum inuoluit, & in præsepio reclinauit pecoris. Luc. 2. Sapiens fuit in sua prædicatione, quia cepit facere & docere. Actuum 1. Misericors fuit in peccatorum affabili susceptione. Non enim (inquit) veni vocare iustos, sed peccatores ad penitentiam, Math. 9. Marc. 2. Patiens fuit inter flagella, alapas, & sputa. Vnde dicit per Isai. 50. Posui faciem meam, vt petram durissimam Petra enim cum percutitur non repercutit, nec contra se frangentem remurmurat. Sic Christus cum malediceretur non maledicebat, cum pateretur, &c. Primæ Petri secundo. Obediens etiam fuit usque ad mortem, mortem autem crucis. Philip. 2.

Luc. 1. Christus pauperimus. Luc. 2. Sapiens. Act. 1. Patiens.

Matth. 9. Marc. 2. Isa. 5.

Obediens. 1. Petr. 2. Philip. 2.

Luc. 6.

Quibus pedibus ad montem Dei ascenditur.

Quomodo dæmones credunt.

Hæc scala super terram stabat, cum prædicationi & miraculorum operationi instabat. Cælum tangebatur cum in oratione Dei (vt dicit Luc. 6.) pernoctabat. Ecce scala est erecta. Quare ergo non ascenditis? Quare ergo manibus & pedibus super terram reptatis? Ascendite ergo, quia Iacob videt per scalam Angelos ascendentes & descendentes. Ascendite ô Angeli, ô Prælati Ecclesiæ, ô fideles Iesu Christi, ascendite inquam ad contemplandum, quam sit suavis Dominus: Ascendite ad subueniendum, Ascendite ad consulendum, quia his indiget proximus. Cur nitimini per aliam viam, quam per scalam ascendere? Vndecumque volueritis ascendere imminet vobis præcipitium. O stulti & tardi corde non dico ad credendum, quia creditis, & dæmones etiam credunt, sed duri & la-

pidei ad operandum. Confiditis vos posse ascendere per aliam viam ad montem Thabor, ad requiem luminis, ad gloriam cælestis beatitudinis, nisi per scalam humilitatis, paupertatis, Domini passionis? Vere non debetis, quia verbum Domini est Luc. 9. Qui vult venire post me, abneget semetipsum & tollat crucem suam, &c. Et Ierem. 3. Patrem me vocabis, & post me ingredi non cessabis. Potionem amaram vt dicit August. prius medicus bibit, ne abhorreat bibere ægrotus, Greg. Per amarum poculum potionis peruenitur ad gaudium sanitatis. Vt remedium des animæ ferrum patieris & ignes. Ascendite ergo ne timeatis, quia Dominus innixus est scilicet paratus suscipere ascendentes. Assumpsit ergo Petrum, Iacobum, & Ioannem, & duxit eos in montem excelsum.

Luc. 9.

Ierem. 3.

Sequitur. Et transfiguratus est ante eos. Huic figuræ te quasi mollem ceram exhibe, vt figuram Iesu Christi possis recipere, quæ talis fuit, Resplenduit facies eius sicut Sol, vestimenta autem eius erant alba sicut nix. In hac auctoritate quatuor notantur. Facies, Sol, vestimenta, & nix.

Nota quod in anteriori parte capitis quæ dicitur facies hominis, sunt tres sensus ordinatissima via & dispositione ordinati, visus, olfactus, & gustus. Olfactus vero quasi quædam arbutina inter visum & gustum est positus. Similiter in facie nostræ animæ sunt tres sensus spirituales summi artificis sapientia recto ordine dispositi. Visus scilicet fidei. Olfactus discretionis. Gustus contemplationis. De visu legitur Exod. 24. quod Moyses & Aaron, Nadab & Abiud, & septuaginta de senioribus Israël, viderunt Dominum Israël, & sub pedibus eius opus quasi lapidis Sapphirini, & quasi cælum cum serenum est.

Exod. 24.

In hac auctoritate describuntur omnes illi qui vident, & quid credere debeant in videndo oculo fidei. Moyses & Aaron, &c. Moyses interpretatur aquaticus, & significat omnes Religiosos qui aquis lachrymarum debent perfundi. Ad hoc enim sublatis sunt de flumine Egypti vt seminant in hac solitudine horribili in lachrymis, & postea in exultatione metant in terra promissionis. Aaron summus Pontifex, qui interpretatur montanus, omnes Maiores Ecclesiæ, Prælatos significat, qui in monte dignitatis sunt constituti. Nadab vero qui interpretatur spontaneus, omnes subditos qui sponte non coacte debent obedire. Abiud qui interpretatur pater eorum, significat omnes illos qui secundum formam Ecclesiæ Matrimonio sunt coniuncti vt sint patres filiorum. Septuaginta de senioribus Israël, significant omnes baptizatos, qui septiformis gratiæ spiritum in baptismo susceperunt. Isti omnes vident, id est, credent, & videre, id est, credere debent, Deum Israël. Et sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphirini.

Religiosus aquis lachrymarum perfundatur.

Spontaneè obediendum.

Quid credere debent.

Ecce quid credere debent. In hoc quod Dominum Israël, ecce diuinitas. In hoc, scilicet sub pedibus eius, ecce humanitas Iesu Christi, quem debemus credere Deum verum & verum hominem. De his pedibus Deut. 33. Qui appropinquant pedibus eius accipient de doctrina illius. Et ideo Luc. 10. Maria sedebat secus pedes eius, & audiebat verbum illius. Sub pedibus ergo Domini, id est, post incarnationem Iesu Christi apparuit opus quasi lapidis Sapphirini, & quasi cælum cum serenum est. Lapis Sapphirus

Deut. 33.

Luc. 10.

&c.



& cælum serenam eiusdem coloris sunt.

Et notandum quod Sapphirus quatuor habet proprietates, stellam in se ostendit, anthracem perimit, sereno cælo est similis, sanguinem restringit. Lapis Sapphirus sanctam Ecclesiam significat, quæ post Christi incarnationem incepit, & vsque in finem sæculi durabit. Hæc in quatuor ordines diuiditur, scilicet, Apostolos, Martyres, Confessores, & Virgines, quos per quatuor proprietates lapidis Sapphiri recte intelligimus. Sapphirus in se stellam ostendit, & in hoc Apostolos significat, qui stellam fidei marulinam sedentibus in tenebris, & umbra mortis, primi ostederunt. Sapphirus Anthracem (alias cantharidem) quæ est mortalis tactu suo perimit. Et in hoc significat Martyres, qui anthracem idololatriæ suo martyrio peremerunt. Sapphirus qui cælesti colori est similis, Confessores significat, qui omnia temporalia reputantes tamquam stercore, fune diuini amoris in contemplatione cælestis beatitudinis se suspendunt dicentes cum Apostolo Philip. 3. *Noftra conuersatio in cælis est.* Sapphirus sanguinem restringit, in hoc significatur Virgines, quæ amore cælestis sponfi sanguinem carnalis concupiscentiæ in se omnino restrinxerunt. Hoc est admirabile opus lapidis Sapphirini, quod apparuit sub pedibus Domini. Ecce aperte quid anima tua debet videre, & oculo fidei quid debet credere.

Sapphiro de notantur Apostoli.

Philip. 3.

Cant. 7.

Nasus animæ virtus discretio nis.

Iob. 39.

In humilitate & castitate consistit præcipue virtus discretio nis. Humilitas castitatis custodia.

Psal. 33.

nem dulcedinem: quanta etiam erit gloria choris Angelorum interesse: cum ipsis indefessa voce Deum laudare, præsentem Dei vultum cernere, Manna diuinitatis in aurea vna humanitatis conspiceret. Si hæc bene gustaueritis, vere videbitis quoniam suavis est Dominus. Beata illa anima cuius facies talibus insignitur sensibus & decoratur.

Et nota quod olfactus quasi quædam trutina ponitur inter fidei visum, & contemplationis gustum. In fide enim discretio est necessaria, ne montem velimus ascendere, & rubum ardentem videre, corrigiam calceamenti soluere, id est, secretum Dominicæ Incarnationis inuestigare. Crede tantum & est satis. Non est tuæ facultatis soluere. *Perfcrutator* (inquit Salomon Proverbiorum 25.) *majestatis opprimetur a gloria.* Firmiter ergo credamus, & simpliciter confiteamur.

In contemplatione etiam est necessaria discretio, vt non plus de Sapientia saporis cælestis sapiamus quam oportet sapere. Vnde Prouerbiorum vigesimo quinto capite. *Fili mi inuenisti mel* (id est, dulcedinem contemplationis) *comede quod sufficit tibi, ne forte satiatas euomas illud.* Ille mel euomit qui non contentus gratia gratis sibi data, humana ratione contemplationis dulcedinem indagare cupit: non attendens illud Genesim trigesimo quinto capite, quod nascente Benjamin mortua est Rachel. Per Benjamin gratia contemplationis, per Rachel humana ratio designatur.

Nascente ergo Benjamin moritur Rachel, quia mens humana in contemplatione super se eleuata, dum de diuinitatis lumine aliquid conspicit, omnis humana ratio succumbit. Rachelis interitus ratio is est defectus. Vnde quidam. Nemo illuc humana ratione venit, quo & Paulus raptus fuit. Sic ergo olfactus discretio nis quasi quædam trutina inter visum fidei, & gustum contemplationis ponitur, vt facies animæ nostræ respliceat sicut Sol.

Vnde nota quod in sole tria sunt, claritas, albedo, & calor. Et vide quam bene istæ tres proprietates tribus supradictis conueniant sensibus. Claritas solis conuenit visui fidei, quæ sui luminis claritate inuisibilia conspicit, & credit. Albedo, id est, munditia vel puritas, olfactui discretio nis, & bene: quia sicut à re facti da claudimus & auertimus nasum, sic à peccati immunditia debemus discretio nis virtute declinare. Calor etiam solis gustui conuenit contemplationis: in qua vere calor amoris est. Vnde Bernardus. Impossibile quippe est summum bonum videri & non amari. Ipse enim Deus amor est. Attendite ergo charissimi, & videre, quam vile est, & salubre tres socios assumere, & in montem luminis ascendere, quia ibi vere est transfiguratio de figura huius mundi quæ præterit, in figuram Dei, quæ permanet in sæculum sæculi: de qua dicitur. *Facies eius resplendit sicut Sol.* Resplendeat, & facies animæ nostræ sicut Sol, vt quod videmus fide, clarescat in opere: & bonum quod discernimus intus virtute discretio nis, foris exequamur in actionis puritate: & quod gustamus de Dei contemplatione, calore ferueat in proximi dilectione. Et sic facies nostra resplendeat vt sol.

Sequitur. *Vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix.* Qualia fullo non potest facere super

Fides sit discretio.

Pro. 25.

In contemplatione necessaria discretio.

Genes. 35.

In sole tria considera.

Deus amor est.

Quod fide videmus clarescat in opere.

per terram. Animæ nostræ vestimenta sunt huius corporis membra, hæc debent esse candida. Vnde Ecclesiast. 9. *Omni tempore sint vestimenta tua candida.* Sed quo candore? Sicut nix. Quod promittit Dominus per Isai. cap. 1. *Si fuerint peccata vestra rubra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur.* Nota hæc duo, coccinum & nix. Coccinum est quidam pannus, qui habet colorem ignis & sanguinis. Nix est frigida & alba. In igne ardor peccati. In sanguine ipsius immunditia. In frigiditate niuis sancti Spiritus gratia. In albedine, mentis munditia designatur. Dicit ergo Dominus, *Si fuerint peccata vestra vt coccinum, &c.* quasi dicat. Si ad me conuersi fueritis, ego gratiam sancti Spiritus infundam, & ardorem peccati extinguet, & etiam immunditiam ipsius abluet. Vnde ipse dicit per Ezech. 36. *Effundam super vos aquam mundam, &c.* Vestimenta ergo, id est, membra corporis nostri sint alba sicut nix: vt & ardorem peccati extinguat frigiditas niuis, id est, compunctio mentis, & peccati immunditiam abluat albedo sanctæ conuersationis.

Eccles. 9.

Isa. 17.

Ezech. 36.

Vestimenta animæ nostræ sunt virtutes.

Deut. 34.

3. Reg. 18. Zelosus prædicator vitia eradicat.

Ezech. 2.

& indomabili corde sunt ad quos ego mitto te, omnis quippe domus Israël attrita fronte, & dura ceruice. Ille habet attritam frontem, qui dum corripitur, non solum correptionem contemnit, sed etiam de peccato non erubescit. Cui improperat Hierem. cap. 3. *Frons mulieris meretricis facta est tibi: noluisse erubescere.* Moyses ergo & Helias, id est, mansuetudo misericordiæ, & zelus iustitiæ cum viro iusto in monte conuersationis sanctæ iam transfigurato debent apparere, vt tanquam Samaritanus vulneribus fauciat infundant vinum & oleum, quatenus vini austeritas olei molliorem exacerbet, & mollietis olei vini austeritatem temperet. Vnde dicitur Matth. 28. de Angelo qui apparuit in Christi Resurrectione, quod *aspectus eius erat sicut fulgur, vestimenta eius sicut nix.* In fulgure, iudicij seueritas, in candore niuis, mansuetudinis blandities designatur. Angelus, id est, Prælatus, fulguris debet habere aspectum, vt propter ipsius sanctam conuersationem, mulieres, id est, effeminate mentes expauescant eius intuitum. Sic fecit Hester, de qua legitur Hester 15. *Cum Rex Assuerus eleuasset faciem, & ardentibus oculis furorem peccatoris indicasset, regina corruit, & in pallorem colore mutato lapsam super ancillam caput inclinauit.* Sed prælatus sicut fecit Assuerus virgam benignitatis auream debet porrigere, & vestimenta niuis induere, vt quos paterna corripuit austeritas, piæ mentis consoletur benignitas. Vnde dicitur, Verbera patris habens vbera matris habens.

Hierem. 32.

Mansuetudo & zelus quomodo coniunguntur.

Matth. 28.

In Prælato seueritas & benignitas.

Hester. 15.

Conditio nes boni Prælatis.

Prælatus debet esse sicut Pelicanus, qui vt dicitur pullos interficit, & postea sanguinem de proprio corpore extrahit, & super mortuos effundit, & sic reuiuiscere facit. Sic Prælatus filios suos, id est, subditos suos quos flagello disciplinae corripit, & gladio asperæ increpationis interficit, tuo sanguine, id est, mentis compunctione & lacrymarum (quæ vt dicit Augustinus, sunt sanguis animæ) effusione debet ad pœnitentiam, quæ est vita animæ, reuocare. Et si hæc tria, scilicet, mentis ascensio, transfiguratio, Moyfi & Helie apparitio in te præcesserint, quantum consequeris, de quo subditur.

*Et facta est nubes obumbrans eos.* Simile habes Exodi 40. in fine, vbi dicitur. *Postquam perfecta sunt cuncta, nubes operuit tabernaculum testimonij, & gloria Domini in illo.* Nota quod in Tabernaculo Testimonij erant quatuor, Candelabrum, cum septem Lucernis, Mensa propositionis, Arca Testamenti, & Altare auren. Tabernaculum Testimonij, est vir iustus, eo quod (vt Iob 7. de homine dicitur) *Militia est vita eius super terram.* Ex tabernaculo solent milites armati hostes impugnare, & ab ipsis impugnari, & vir iustus in pugna constitutus, dum pugnat, impugnatur. Vnde dicitur. Vt bene tu pugnes, bene pugnans efficit hostis. Testimonij, quod habet non tantum ab iis, qui foris sunt, quorum testimonium aliquando verum non inuenitur, sed etiam à seipso, cuius gloria est testimonium suæ conscientie, non alterius linguæ, vt inquit Apostolus 2. Cor. 1. In tabernaculo testimonij candelabrum aureum ductile vel ducibile

Exod. 40.

Iob 7.

Gloria nostra testimonia conscientie nostræ.

2. Cor. 1.

cum

In viro iusto cum septem lucernis, est aurei cordis viri iusti compunctio, quæ multiplicibus suspiriis quasi quatuor inueniuntur. quibusdam malleis tunditur. Huius candelabri septem sunt lucernæ, tres hœdi, tres tortæ, panis & lagæna vini, quæ omnia portant tres prædicti socij viri iusti, de quibus prius.

Est etiam in tabernaculo viri iasti, mensa propositionis, per quam sanctæ vitæ intelligitur excellentia, super quam debent poni panes propositionis, id est, refectio prædicationis, quæ omnibus est proponenda. Vnde Apostolus Roman. primo. *Gracis ac Barbaris debitor sum.*

Ibi etiam est Arca testamenti, in qua erant manna & virga. In Arca, id est, in mente viri iusti debet esse manna mansuetudinis, vt sit Moyses. Et virga correctionis, vt sit Helias.

Est etiam altare aureum, per quod intelligitur finalis perseverantiæ firmum propositum. In hoc altari quotidie offertur incensum deuoræ compunctionis, & thymiamata odoriferæ ora-

tionis. Bene ergo dicitur. *Postquam facta sunt cuncta, nubes operuit tabernaculum testimonij.* Exod. 40. Tale tabernaculum in quo cuncta quæ pertinent ad perfectionem, perfecta sunt, operit nubes & implet gloria Domini, de qua in hodierno Euangelio dicitur. *Nubes erat obumbrans eos.*

Virum enim iustum in monte luminis, id est, sanctæ conuersationis transfiguratum obumbrat gratia Domini ab ardore mundanæ prosperitatis, à pluuia concupiscentiæ carnalis, à tempestate dæmoniacæ persecutionis. Et sic audire meremur sibilum auræ tenuis, dulcedinem Dei patris.

*Hic est filius meus, &c.* Vere filius Dei dignus est nominari qui tres prædictos socios assumpsit, in montem ascendit, seipsum de figura mundi in figuram Dei transfigurauit, Moysen & Heliam socios habuit, & nube lucida obumbrari meruit. Rogemus ergo Dominum Iesum vt dignetur, &c.



# SERMO IN DOMINICA II. QVADRAGESIMÆ.

Matth. 15.



GRESSVS Iesus secessit in partes Tyri, & Sidonis, Matthæi 15. Vbi signabuntur tria. Primo, egressus Iesu figuralis. Secundo, petitio matris curialis. Tertio, eiectio dæmonis virtualis. Partes patent.

Genes. 28.

Moraliter, Egressio Iesu, viri pœnitentis de mundi vanitate egressionem significat. De quo figura Genesis 28. *Egressus Iacob de Bersabee pergebat Aran.* Ecce concordia vtriusque testamenti. *Egressus Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis.* Et egressus (inquit Moyses in Genesi vigesimo octauo) *Iacob de Bersabee, pergebat Aran.* Iacob supplantator, & significat peccatorem conuersum, qui sub planta rationis conculcat sensualitatem carnis. Iste egreditur de Bersabee, qui interpretatur puteus septimus, & significat huius mundi insatiabilem cupiditatem, quæ est radix omnium malorum, de quo puteo dicit Ioannes in Euangelio, cap. quarto, vbi ponit verba Samaritanæ cum Iesu loquentis. *Domine neque in quo haurias habes, & puteus altus est, & subiunxit Iesus. Omnis qui biberit ex aqua hac sitiet iterum.* O Samaritana vere dixisti quia puteus altus est.

Peccator conuersus sensualitatem carnis conculcat.

Mundi insatiabilis cupiditas. Ioan. 4.

Mundi enim cupiditas alta est, quia caret fundo sufficientiæ. Et ideo omnis qui biberit ex aqua huius putei (per quam diuitias & de-

licias transitorias intelligimus) sitiet iterum, quia vt dicit Salomon Prouerb. 30. *Dux sunt filia sanguisuga dicentes, affer, affer, & nunquam dicunt, sufficit.* Item de hoc puteo dicitur Apocal. 9. *Ascendit fumus putei sicut fumus fornacis magna, & obscuratus est sol & aer. De fumo putei exierunt locustæ in terram.*

Fumus excæcans oculos rationis ascendit de puteo mundanæ cupiditatis quæ est fornax magna Babylonis. Ex isto fumo obscuratus est Sol & aer, Sol & aer Religiosos significant quia debent esse puri, calidi & lucidi, puri castitate, calidi charitate, lucidi paupertate. Aer, quia aërei, id est, contemptiui debent esse. Sed peccatis nostris exigentibus exiuit fumus de puteo cupiditatis, & fere omnes iam infumauit. Vnde deplorat Ierem. Thren. 4. *Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus? Sol & aurum, aer & color idem significant. Splendor solis & auri est obscuratus, Aer & color mutatus est. Et vide quam proprie dixit obscuratus & mutatus.*

Quales debent esse Religiosi.

Fumus enim cupiditatis obscurat splendorem Religionis, & infumat optimum colorem cælestis contemplationis, in qua facies animæ mixtim perfunditur optimo colore, candido, scilicet, & rubicundo, candido scilicet Dominicæ Incarnationis, rubicundo passionis, candido, eburnæ castitatis, candore rubicundo ardenti desiderio cælestis sponsi. Iste optimus color

Fumus cupiditatis obscurat splendorem Religionis.

heu hodie muratur, qui à fumò cupiditatis infumatur, de quo subditur. Et de fumo putei exierunt locustæ in terram.

Locustæ propter saltum quem faciunt significant omnes Religiosos, qui iunctis duobus pedibus, paupertatis & obedientiæ debent saltare ad altitudinem vitæ æternæ. Sed pro dolor! retrogrado saltu de fumo putei exierunt in terram: & vt dicitur Exod. 10. *Operuerunt uniuersam superficiem terra.* Hodie non sunt munditiæ, non celebrantur curiæ sæculares vel Ecclesiasticæ: in quibus non inuenias Monachos & Religiosos. Emunt & reuendunt, ædificant & destruunt, mutant quadrata rotundis. In causis parentes prouocant, coram iudicibus litigant de necessitatibus, & legistas conducunt, testes inducunt cum ipsis parati iurare pro re transitoria, friuola, & vana. Dicite mihi o fatui Religiosi: Nunquid in Prophetis vel Christi Euangelis, aut Pauli Epistolis, nunquid in regula B. Benedicti, vel Augustini, istas litigationes & euagationes, & caularam pro re transitoria & peritura acclamationes & protestationes inuenistis? Bene ergo dicitur quod ascendit fumus putei.

Exod. 10.

Litigantes Religiosi pro rebus mundanis reprehenduntur.

1. Tim. 6. Cupiditas nescit coecetari.

Duplex angustia.

Iob. 6.

Prou. 27.

Isay. 21.

Iob. 1.

Repentina suggestio Diaboli ventus vehemens.

Et nota quod puteus mundanæ cupiditatis dicitur septimus, & hoc duabus de causis. Vel quia septima est, & lacus septimus criminalium. *Cupiditas (vt dicit Apostolus 1. Tim. 4.) est radix omnium malorum.* Vel quia septimus dies non legitur habere vesperam, sic nec cupiditas sufficientiæ habet fundum, de hoc infelici puteo egreditur peccator pœnitens, de quo dicitur, Egressus Iacob de Bersa, &c.

*Et egressus Iesus secessit in partes Tyri, & Sidonis.* Videamus quid ista tria nomina, Tyrus, Sidon, Aram significant. Tyrus angustia interpretatur. Sidon venatio mortis. Aram excelsa vel indignatio. Pœnitens ergo egressus de mundi cupiditate secessit in partes Tyri, id est, angustia. Et nota quod duplex est angustia. Prima est, quam habet pro peccatis quæ commisit. Secunda quam sustinet ex triplici tempestate, diaboli, mundi, & carnis. De prima Iob 6. *Quod prius nolebat tangere anima mea nunc ei, &c.* Pœnitenti enim præ angustia contritionis quam sustinet pro peccatis, vigiliarum instantia, lachrymarum abundantia, ieiuniorum frequentia, sunt quasi quidam delicatissimi, quæ prius quam rediret ad pœnitentiam, anima, id est, sensualitas eius temporalibus satiata, tangere abhorrebat. Vnde Prou. 27. *Anima saturata calcabit faenum.* Anima vero esuriens pro dulci sumet amarum.

De secunda angustia triplicis tentationis viri iusti dicit Isay. cap. 21. *Sicut turbines ab Aphrico veniunt, & de deserto vastitas venit: de terra horribili dura nunciata est mihi: propterea repleti sunt lumbi mei dolore, & angustia possidebit me, sicut angustia parturientis.* Nota omnia verba. In turbine diaboli suggestio. In vastitate, mundi cupiditas. In visione dura, carnis tentatio intelligitur. Turbines ergo ab Aphrico venientes sunt diaboli suggestiones animam pœnitentis turbantes, & tribulantes. Vnde Iob 1. *Repente ventus vehemens irruit à regione deserti, & concussit quatuor angulos domus, qua corruens oppressit filios Iob.*

Ventus vehemens à regione deserti est repentina suggestio diaboli, quæ aliquando ita fortiter ex improviso irruit quod quatuor angulos

domus, id est, quatuor principales virtutes animæ viri iusti à fundamentis excutit, & aliquando in mortale peccatum eum corruere facit: & sic filij Iob, id est, opera vel affectus viri iusti moriuntur. Item vastitas de deserto veniens, est cupiditas quæ de deserto mundi bestiis pleno venit, & paupertatis diuitias in viro iusto pœnitente contrito vastare cupit. Vnde Ioel 1. *Ignis comedit speciosa deserti, & flamma succendit omnia ligna regionis.* Ignis, id est, cupiditas, comedit, id est, deuorauit: speciosa deserti, id est, Prælatos & ministros Ecclesiæ, qui in deserto huius sæculi sunt constituti, & ad speciem & decorem ipsius Ecclesiæ à Deo sunt dati. Et flamma auaritiæ succendit omnia ligna regionis. Regio est Religio, in quam de regione dissimilitudinis, id est, mundanæ vanitatis transplantati sunt vt afferant fructus gloriæ.

Ioel. 1.

Item visio dura de terra horribili nunciata est, id est, carnis tentatio, quæ bene dicitur terra horribilis, quia cogitationibus variis, verbis aduersis, operibus, peruersis, immunditiis & spurcitiis plurimis horrida & abominabilis.

Et nota quod carnis tentatio dicitur visio dura: eo quod principaliter in visione oculorum consistat. Vnde Philosophus. Prima iacula luxuriæ oculi. Et ideo deplorat. Ierem. Thren. 3. *Oculus meus deperadatus est animam meam.* Augustinus. Impudicus oculus impudici cordis nunciatus. Et ideo deprimenti sunt oculi: vt dicit Gregor. Quia sunt quasi quidam larunculi qui furati sunt puellam de terra Israël, id est, mætem viui iusti Deum videntis: quæ erat in obsequio vxoris Naaman leprosi, 4. Reg. 5. Larunculi sunt oculi: qui furantur puellam, id est, pudicitiam & castitatem, de terra Israël, id est, viri iusti mente, Deum videntis. Et sic faciunt seruire vxori Naaman, id est, fornicationi, quæ est vxor Naaman leprosi, id est, diaboli. Ex tali vxore leprosus diabolus multos generat filios, & filias leprosas.

Thren. 3.

Carnis tentatio in oculis.

4. Reg. 5.

Oculus larunculus castitatis.

Vel aliter. Illa tentatio carnis dicitur visio dura, quæ in visione somni cuenire solet, & hæc dicitur pollutio carnis: quæ valde molestat & dure molestare debet mentem iusti. Dicit ergo pœnitens qui egressus est de Bersabee: *secessit in partes Tyri, id est, angustia: Sicut turbines, id est, suggestiones ab Aphrico, id est, diabolo veniunt: Sic vastitas, id est, cupiditas omnia vastans, de deserto, id est, mundo venit. Sic etiam de terra horribili, id est, carne miserabili: visio dura tentationis nunciata est mihi. Heu Domine Deus in tanto turbine, in tanta vastitate, in tam dura visione: quo finire, in tantum? quid agendum? Audi quid pœnitens subiungit. *Propterea lumbi mei repleti sunt dolore, angustia possedit me: sicut angustia parturientis.* Isay. 21. Pœnitenti cum visio dura nunciatur, de terra horribili, lumbi eius replentur dolore, non delectatione. Vnde dicit cum Propheta Psal. 25. *Vere renes meos & cor meum. Et angustia possedit me.* Vere iste pœnitens secessit in partes Tyri & Sidonis: qui dicebat, Angustia possedit me. Qualis angustia? Sicut angustia parturientis, quæ omnes alias excedit. Sic non est angustia super angustiam viri in tentatione positi. Vnde Exod. 1. *Oderat Ægyptij filios Israël, & affligebant, illudentes & iniudentes eis, atq; ad amaritudinem perducebant vitæ eorum.* Ægyptij sunt demones, iniqui peccatores, & motus carnales. Isti omnes odiunt filios Israël*

Cupiditas omnia vastat.

Isa. 21.

Psal. 25.

Exod. 1.

Iniqui iustorum olores.

id est, viros iustos, dæmones affligunt : iniqui peccatores eis illudunt, motus carnales ad amaritudinem vitam eorum perducunt.

Isay 21.

Sequitur dicto loco Isay. 21. *Corruui ut audierem : conturbatus sum cum viderem. Emarcui cor meum : tenebra stupescerunt me.* Redde singula singulis. Dicit pœnitens. Cum audirem turbines ab Aphrico venientes, statim corruui in terram super faciem meam : obsecrans Dominum ne me permitteret ab isto turbine asportari. Vir iustus cum audit diaboli suggestiones, statim debet corrui in orationem, quia hoc genus dæmoniorum non eiicitur nisi per orationem & ieiunium. Matth. 17.

Matth. 27.

Conturbatus sum, cum viderem vastationem cupiditatis mundanæ venientem. Et bene dicit, Conturbatus sum. Viro enim iusto cum aliqua temporalium cupiditas vult arridere, ipse statim debet habere conturbatum animum & vultum ne eis arrideat. Et emarcu cor meum ab humore luxuriæ : tenebræ mortis æternæ, stupescerunt me cum de terra horribili visio dura nunciata est mihi. Sicut enim clauus clauum eiicit, sic timor gehennæ delectationem luxuriæ. Tenebræ mortis æternæ stupefecerunt me. Bene ergo dicit de viro pœnitente. Egressus de Bersabee, secessit in partes Tyri & Sidonis, & pergit Aran. Et vide quam bene Tyrus & Aran id est, angustia & excelsa concordant, quia qui vult ad excelsa pergere, hoc non potest sine angustia facere. Sic pœnitentem qui ad vitæ æternæ plenitudinem vult ascendere, primum oportet per Tyrum transire. Ideo Luc. 24. *Nonne oportuit pati (Christum), (Ecce Tyrus) & ita intrare in gloriam suam?* Ecce Aran.

A prosperitate cauamus.

Luc. 24.

Genes. 28.

1 Thess. 4.

Ezech. 4.

Sidonis interpretatur venatio mæroris.

Quid igitur faciemus pœnitenti de puteo mundanæ cupiditatis egredienti, & ad excelsa beatitudinis cælestis tendenti? Mons est excelsus, difficillimus ascensu, & angustia plenus. Ne ergo deficient in via, fabricemus ei scalam per quam suauiter possit ascendere, de qua Gen. 28. *Vidit Jacob scalam, &c.* Nota quod hæc scala habet duo brachia, & sex gradus per quos fit ascensus. Hæc scala est pœnitentis satisfactio, de qua Apostolus, 1. Thessal. 4. *Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra, &c.* Huius scalæ brachia sunt contritio & confessio. Sex gradus sunt sex virtutes, de quibus Dominus Ezech. 4. *Et tu fili hominis sume tibi frumentum, quod moritur, cum in terra proicitur, in quo nostræ voluntatis mortificatio: lentem, quæ est minima & parui valoris, in qua consideratio nostræ infirmitatis. Milium, quod frequenti indiget cura, in quo exercitium vitæ actiua: Hordeum, quod tenacem habet paleam, in quo rigor disciplinæ. Fabum, quæ est cibus abstinentium in qua virtus abstinentiæ. Item viciam, quæ in altum tendit, in qua contemplatio cælestis gloriæ designatur. Ista ergo sumamus & mittamus in vas nostium, & faciamus panes vt possimus scedere in partes Tyri.*

Sequitur. *Et Sidonis*, quæ interpretatur venatio mæroris. Nota quod venator qui bonam habet facere venationem, quinque debet habere. Cornu sonorum, canem animosum & velocem, iaculum amentatum seu limatum & acutum, pharetram cum sagittis, & arcum. Cornu, vt perlonet. Canem vt capiat. Iaculum vt interficiat. Sagittas & arcum vt bestias quas cominus iaculis non potest interficere, eminus sagittis

feriat. Venator est pœnitens, cui loquitur pater in historia Genesis vigesimo septimo. *Tolle arma tua, pharetram, & arcum, & affer mibi de venatione tua vt comedam, & benedicat tibi anima mea.* Genes. 27.

Arma pœnitentis sunt pharetra & arcus. Sagittæ in pharetra sunt punctiones & dolores contritionis in corde, de quibus Iob. 6. *Sagittæ Domini in me sunt, quare indignatio ebibit* (id est, consumit) *spiritum meum, & terrores Domini militant contra me.* Sagittæ Domini sunt cordis compunctiones quibus misericorditer vulnerat cor peccatoris vt contra seipsum de peccato indignans spiritum superbiæ humiliet. Et hoc est quod subiungitur. *Quare indignatio ebibit, id est, consumit, spiritum meum, id est, superbiam meam.*

In arcu notatur confessio. Vnde Dominus Genes. 9. *Panem arcum meum in nubibus cali, & erit signum fœderis inter me & inter terram, id est, inter Deum & peccatorem, qui est terra. Cui dictum est Genes. 3. Donec reuertaris in terram de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris,* quod est, Terra es & in terram ibis. Ponitur arcus confessionis, qui est signum fœderis pacis & reconciliationis. Et vide quam proprie arcus confessionem significat. Nota in arcu confessionis sunt quatuor, duo scilicet cornua flexibilia, medium, durum & inflexibile, & chorda mollis, per quam ipsa cornua flectuntur. Similiter in confessione debent esse quatuor. Duo cornua confessionis, sunt dolor de peccatis præteritis, & timor de pœnis æternis. Medium, durum & inflexibile, est firmum propositum quod debet habere pœnitens ne ultra reuertatur ad vomitum. Chorda mollis est spes veniæ, quæ vere illa duo cornua, doloris & timoris à sua rigiditate flectit. Ex tali arcu emittuntur sagittæ potentis acutæ. Psal. 119.

Venator, id est, pœnitens debet habere cornu sonorum, canem & iaculum. In cornu clamor nudæ accusationis. In cane latrans conscientie mordacis. In iaculo vindicta proprie animaduersionis vel satisfactionis notatur. Debet ergo cum arcu confessionis habere cornu nudæ accusationis, & canem conscientie mordacis, ne aliquid de peccato vel circumstantia peccati intactum permittat pertansire. Debet etiam habere iaculum animaduersionis, indignationis, & satisfactionis, vt seipsum feriat, sibi ipsi indigetur, pro peccatis suis satisfaciatur, vt quot in se habuit oblectamenta, tot de se inueniat holocausta. Hæc est bona venatio, de qua pater filio ait dicto loco, Genesis vigesimo septimo. *Affer mibi de venatione tua vt comedam, & benedicat tibi anima mea.* De hac venatione dicitur egressus Iesus secessit in partes Tyri, & Sidonis.

Sequitur secundum. *Ecce mulier Chananaea à fratribus illis egressa clamauit, dicens ei. Miserere mei Domine, filij Dauid.* Nota quod mulier Chananaea tunc exit, tunc preces pro filia fundit, cum Iesus in partes Tyri & Sidonis secedit. Quia cum peccator de mundi & suæ carnis insatiabilis voragine egreditur, & in partes Tyri, id est, venationis, quam debet habere in confessione, secedit: Tunc mulier Chananaea, id est, peccatrix anima, iniquitatem suam quam prius commisit recognoscens, incipit clamare dicens. *Miserere mei Domine fili Dauid.*

Hæc

Hæc debet esse propria oratio animæ pœnitentis, quæ exemplo Dauid (qui post adulterium, & homicidium, veram egit pœnitentiam) ad pœnitentiam conuertitur. Dicit ergo: *Miserere mei fili Dauid.* Ac si dicat. O Domine ideo de familia & tribu Dauid accepisti carnem, vt peccatoribus conuerfis, qui exemplo Dauid de misericordia tua sperant, & pœnitentiam agunt: remissionis gratiam infunderes, & manum tuæ misericordiæ porrigeres. Miserere ergo mei Domine fili Dauid.

Cur non responder Christus Chananaea:

Verbi diuini encomia.

Isa. 55.

Iob. 4.

Zach. 13.

Ad maiorem compunctio-nem nos excitat Deus. Cant. 5.

Genes. 34.

Psal. 6. Animæ pœnitentis quæ sicut negotia.

Et nota quod in hoc loco per mentem vel hominis conscientiam nihil aliud intelligo quam ipsius animam pœnitentis. Multoties diuersæ personæ in sacra pagina vnum & idem repræsentant: vt pote in hoc loco. Mulier Chananaea & eius filia, vnius pœnitentis animam moraliter significant. De hac ergo dicitur. *Egressa Dina vt videret mulieres regionis illius.*

Vanitas & voluptas effœminant.

3. Reg. 1.

Iob. 1. & 2.

Joan. 12.

Genes. 34.

Diabolus animam quando amat.

Genes. 34.

Mulieres regionis illius, temporalium pulchritudinem, abundantiam, vanitatem, & voluptatem huius mundi significant: quæ ideo dicuntur mulieres: quia emolliunt & effœminant mentes hominum. Vnde dicitur 3. Reg. 1. quod *mulieres auerterunt cor Salomonis.* Pulchritudo enim & abundantia temporalis infatuat cor sapietis. Ad has mulieres videndas infelix anima tunc egreditur, cum in temporalium abundantia & pulchritudine delectatur, & sic infelici euenit quod sequitur. *Quam cum vidisset Sichem filius Emor, &c.* Sichem labor, Emor asinus, Eueus ferus vel pessimus interpretatur. Sichem, id est, diabolus, qui semper laborat vt inique agat. *Circuius* (inquit Iob. 1. & 2.) *terram, & per ambulauit eam.* Hic filius Emor Euei dicitur, quia stoliditate & ferocitate superbiæ, de Angelo diabolus, de filio gloriæ factus est filius mortis æternæ. Hic dicitur princeps terre, id est, illorum qui terrena sapiunt. *Princeps* (inquit Dominus Ioan. 1. 2.) *mundi huius eicietur foras.* Iste dum infelicem animam quæ causam & iudicium pro peccatis suis deberet portare, per temporalium vanitates euagari conspicit, facit ei quod sequitur. *Adamauit eam & rapuit, & dormiuit cum illa, vt opprimens virginem: & conglutinata est anima eius cum ea.*

Nota singula verba. Diabolus animam adamat cum ei peccatum suggerit. Rapit, cum ipsa anima suggestioni mente cõsentit. Dormit cum illa, & virginitate priuat, cum præmeditatam malitiam ad extra in opus producit. Anima eius conglutinatur cum ea, cum malæ consuetudinis glutino captiua & ligata tenetur. Ecce quam male filia mea à dæmonio vexatur. *Miserere ergo mei Domine fili Dauid, quia filia mea male à dæmonio, à Sichem filio Emor Euei vexatur.* Et Dominus eius misertus est: cuius misericordie non est numerus. Filiam quæ à dæmonio vexabatur, misericorditer liberauit.

Vnde & sequitur in eadem historia Gen. 34. *Arreptis duo Iacob filij Simeon & Leui fratres Dina gladiis suis ingressi sunt urbem confidenter, interfecitque omnibus masculis Emor & Sichem pariter necauerunt, tollentes Dinam de domo Sichem sororem suam.* Simon qui interpretatur audiens tristitiam, significat cordis contritionem. Leui interpretatur additio, & significat oris confessionem, quæ debet addi cordis contritioni. Hi duo filij Iacob, id est, pœnitentis: & fratres Dinæ, id est, ipsius anime debent accipere gladios diuini amoris & timoris, & interficere diabolum & ipsius superbiam: & omnia quæ ad ipsum pertinent, id est, peccatum & circumstantias peccati: Et sic sororem suam animam in domo diaboli captiuam & malæ consuetudinis catena ligatam poterunt liberare. Rogemus ergo dominum, &c.





# SERMO IN DOMINICA III. QVADRAGESIMÆ.



**E**RAT Iesus eiiciens demonium & illud erat mutum. Et cum eiecisset demonium, locutus est mutus. Luc. 11. Vbi quatuor signanda sunt miracula. Dæmonium expellitur. Cæcus illuminatur. Mutus loquitur.

Surdo auditus redditur.

Notentur inquam in Euangelio quatuor Primum, Dæmonis expulsio virtuosa: ibi, *Erat Iesus eiiciens demonium.*

Secundum, Dæmonis contra iustos tentatio cautelosa, ibi: *Ambulat per loca inaquosa, &c.*

Tertium, mentis tepida vel languida deiectio vitiosa, quia rediens inuenit scopis mundatam.

Quartum, peccati recidiuatio dolorosa, quia assumit septem alios spiritus nequiores se, &c.

**Quotidie** Deus in Ecclesia eiicit dæmonium.

*Erat Iesus eiiciens demonium.* Qualiter Dominus in sancta Ecclesia ista quatuor quotidie operetur, & quodlibet istorum quid moraliter significet videamus. Et cum hoc historiam de Ioseph: quæ in quatuor partes diuiditur secundum quatuor prædicta. In prima parte agitur de ipsius Ioseph venditione. In secunda, de ipsius incarceratione. In tertia, de septem vaccis, & septem spicis, & septem annorum fame. In quarta, de totius Ægypti per ipsum Ioseph liberatione.

**Quorum fit iactura peccato.**

Quo ad primum diligenter attende, quod sicut iste dæmoniaco in tribus sensibus principalioribus & ceteris nobilioribus amisit virtutem naturalem, scilicet videndi, audiendi, & loquendi. Sic peccator, quia à diabolo per mortale peccatum possidetur, in tribus animæ suæ sensibus cæteris principalioribus, & nobilioribus, videndi, loquendi, & audiendi, amittit virtutem spirituales. Et nota quod in visu cognitio, in loquela confessio, in auditu obedientia designantur. Ille clare videt qui malitiã suam cognoscit. Ille recte loquitur qui malitiam cognitam nude & aperte confitetur. Ille acute audit qui voci sui confessoris voluntarie obedit. De his tribus concordat primam partem historię Dominicę præsentis ex Genes. 37. vbi dicitur, quod *Ioseph missus de valle Hebron venit in*

*Sichem, & de Sichem in Dothaim* Ioseph accrescit: Hebron visio, Sichem labor, Dothaim defectus interpretatur.

Ioseph est pœnitens, qui tantum accrescit in conspectu suo. Vnde Sauli 1. Reg. 25. dicit Dominus. Cum esses paruulus in oculis tuis, caput te constitui in tribubus Israel. In valle Hebron, id est, visionis peccati cognitio. In Sichem, confessionis labor. In Dothaim propriæ voluntatis defectio designatur. Pœnitens ergo missus de valle Hebron venit in Sichem. Vallis Hebron, quæ interpretatur visio, est peccati cognitio. Vnde Ierem. 3. *Vide vias tuas in conualle*, id est, in duplici humilitate, interiori & exteriori. Vide, id est, cognosce, vias tuas, id est, peccata tuas; quibus quasi quibusdam viis tendis ad infernum, de quibus Psalm. 118. *Cogitavi vias meas & conuertii pedes meos in testimonia tua.* Item Ierem. 2. *Scito & vide*, (id est cognosce) quia malum, & amarum est te reliquisse Dominum tuum. Et illud Ieremiæ tertio. *Leua oculos tuos in directum, & vide ubi nunc prostrata sis.* Heu quam pauci sunt qui in directum leuant oculos. Omnes fere in obliquum veluti strabi respiciunt. Ille proculdubio in directum oculos leuat, qui suam iniquitatem prout commisit cognoscit, & sicut se habuit, ad punctum, & ad vnguem directe confitetur. Leua ergo oculos tuos in directum non in obliquam, non vercunderis, non timeas. Hæc enim solent impedire directionem oculorum.

Dicunt esse quandã auem, quæ si recto & directo oculorũ intuitu aspexerit infirmi faciem, liberabitur infirmus. Si vero ab ipsius infirmi facie, auis oculorum suorum intuitum auerterit vel in obliquam partem aspexerit: infirmus omnino nõ liberabitur. Sic peccator si oculos suos in directũ leuauerit, & peccata sua viderit & cognouerit, crede mihi, quia vita viuet & nõ morietur. Si vero in obliquum aspexerit, id est, simulatorie vel palliate peccata sua cõfessus fuerit, signum & indicium est æternæ damnationis. Leua ergo oculos tuos in directum, & vide (id est cognosce) ubi, in quantã miseria viuas. Quæ ante eras domina gentium, id est, viciorũ: princeps Prouinciarum, id est, quinq; sensuum, vbi prostrata sis: quia facta est sub tributo diaboli & peccati.

**Pœnitens** tantum crescit in conspectu Dei quantum in suo decrescit.

**Ierem. 3.** Cognitio sui quam necessaria. **Psalm. 118.**

**Ierem. 1.** **Ierem. 3.**

**Peccator** sua agnosceus peccata liberabitur.

peccati. Bonum ergo est habitare in valle Hebron: Videre & cognoscere prius culpam & iniquitatem nostram, & post venire in Sichem, quæ interpretatur labor, id est, in confessionem, in qua vere est labor & dolor.

**Mich. 4.** Vnde Mich. 4. *Dole & satage filia Sion quasi parturiens.* O filia, õ anima quæ es & debes esse filia Sion, id est, cælestis Hierusalem, dole in contritione, & satage, id est, satis age, quasi parturiens, in confessione. Et bene dicitur Quasi parturiens. Sicut enim parturiens laborat & dolet, sic peccator laborare & dolere debet in confessione, vt sit sicut cerua, quæ cum labore & dolore parturit. Vnde Iob 39. *Cerua incuruantur ad faciem & pariunt, & emittunt rugitus.* Ceruæ sunt pœnitentes, qui coram sacerdote debent se incuruare & humiliare, & peccata sua parere, & rugitus amarissimos emittere.

Sed heu, quot sunt hodie qui non sicut ceruæ, sed sicut equæ pariunt. Dicitur in naturalibus quod equæ non dolent cum pariunt, & propter fumum luminis candelæ, seu lucernæ extincti abortum faciunt. Sic quidam peccatores sua peccata confitentur, sine labore & dolore peccata parturiunt. *Sed mulier cum parit, tristitiam habet, dicit Dominus.* Ioan. 16. Et quando in talibus extinctum est lumen gratiæ, fumante concupiscentia abortum faciunt, id est, peccatum pariunt. Vnde Iacob. cap. 1. *Concupiscentia cum conceperit, parit peccatum, peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mortem.*

Audi quomodo iste sanctus Iob qui interpretatur dolens, de valle Hebron venerat in Sichem. Ait enim cap. 7. *Ego non parciam ori meo, loquor in tribulatione spiritus mei, confabulabor cum amaritudine anima mea.* Ecce breuis & perutilis forma confessionis. Ille ori suo non parcit, qui nude & aperte peccatum & circumstantias peccati confitetur. In tribulatione spiritus sui loquitur, qui corde contrito & spiritu contribulato seipsum accusat, sibi ipsi imputat, se se iudicat. Cum amaritudine animæ suæ confabulatur, qui nihil sibi referuat, sed iterum atque iterum dolorem suum innouat. Se totũ arbitrio sacerdotis exponens, dicit cum Saulo, qui nunc Paulus Actuum 9. *Domine quid me vis facere?*

Vnde & bene subditur. Et de Sichem venit in Dothaim, quæ interpretatur defectus. Pœnitens enim à seipso debet deficere, & præceptis sui confessoris, & sui maioris voluntati obedire, dicens cum Samuele, *Loquere Domine, quia audit seruus tuus.* 1. Reg. 3. Ecce aperte habes, quid videre, quid loqui, & quid audire debeat pœnitens. Sed quia omne quod dicitur, melius per sui contrarium cognoscimus, ideo de oppositis his tribus quæ diximus, videamus.

*Erat Iesus eiiciens demonium, &c.* Istud dæmonium est illa fera pessima quæ (vt dicitur in hac historia) comedit Iacob. Bestia deuorauit Ioseph. Qualiter bestia deuorauit Ioseph, videamus. Dicitur est superius quod dæmonium dæmoniaco illa tria mala intulerat: Lumen abstulerat, voce, & auditu priuauerat. Sic peccatori in mortali peccato existenti, lumen auferit, ne peccata sua agnoscat. Voce priuat, ne illa in confessione aperiat. Aurem obturat, ne vocem incantantis sapienter audiat. De his tribus habes concordantiam in eadem historia, Genes. 37. *Genes. 39.*

Sequitur tertium. *Vendiderunt Ismaelitis, &c.* Peccator venditur, & in Ægyptum ducitur.

ditur. *Confestim igitur cum peruenit Ioseph ad fratres nudauerunt eum tunica talari & polymita, miseruntque in cisternam, que non habebat aquam, extrahentes eum de cisterna, vendiderunt Ismaelitis negociatoribus, qui & duxerunt eum in Ægyptum.*

Nota tria ista, nudauerunt eum tunica, miserunt eum in cisternam, & vendiderunt. In tunica talari & polymita designatur peccati notitia. Vnde dicitur in Euangelio Ioannis circa finem, quod *Petrus succinxit se tunica: Erat enim nudus, & misit se in mare.* Vnde Petrus tunc nudus fuit, quando ad vocem ancillæ Christum negauit, sed tunica succinxit se cum trinæ negationis culpam cognouit, & tunc vere fuit Petrus, id est, agnosceus, & sic se misit in mare, id est, amaritudinem lachrymarum. Vnde Lucæ vigesimo secundo. *Recordatus Petrus verbi quod dixit Iesus, Priusquam Gallus cantet ter me negabis, egressus foras fleuit amare.* Sic peccator debet se succingere, id est, iniquitatem suam cognoscere, & in mare, id est, contritionis amaritudinem se mittere. Sed multi sunt hodie qui tunica se succingunt, culpam suam cognoscunt, sed in mare nolunt se mittere, quia pœnitentiam pro peccatis suis agere reuoluunt.

Et nota quod hæc tunica dicitur talaris & polymita. Animæ nostrę tunica, id est, peccati notitia, debet esse talaris, id est, finalis. Cum enim per totam vitam nostram peccata nostra debeamus quotidie cognoscere, & cognita deflere, in fine tamen vitæ nostrę debemus ipsa potius diligentius, & deuotius cognoscere, & omnia tam particulariter quam vniuersaliter confiteri. Tunc enim debemus facere sicut facit Mors Cygni, qui quando moritur, cantando moritur, & hoc dicitur contingere propter quandam plumam quam habet in gutture, sed tamen ille cantus dolorosus est ei. Cygnus albus est peccator ad pœnitentiam conuersus, super niuem dealbatus, hic in articulo suę mortis deuote debet cantare, id est, peccata sua in amaritudine animæ suę recogitare. Plumã in gutture, est peccati notitia, & confessio in iusti ore, ex quo debet procedere cantus dolorosus, qui tunc est valde fructuosus. Et si hæc tunica erit polymita, id est, varietate virtutum decorata. Omnis enim laus in fine canitur. Sed heu hæc preciosissima tunica dæmones denudant Ioseph, cum infelicis animæ oculos excecant, & ei suæ iniquitatis notitiam auferunt, ne nuditatis suæ verecundiam & ignominiam videat & agnoscat.

Sequitur. *Miseruntque eum in cisternam veterem que non habebat aquam.* Cisterna vetus sine aqua est mens peccatoris dierum malorum inueterata, in qua non est aqua confessionis, nec lachryma compunctionis & deuotionis. In cisterna obstinationis à dæmonibus includitur ne egredi valeat in lucem confessionis. Vnde dicitur 4. Reg. 25. quod *Nabuchodonosor oculos Sedechie Regis effodit: vinxitque eum catenis & duxit in Babylonem.* Sic diabolus prius eruit oculos peccatoris, ne suam iniquitatem cognoscat: & postea ligat catenis malæ consuetudinis, & ponit in carcerem obstinationis, ne exire valeat in lucem confessionis.

Sequitur tertium. *Vendiderunt Ismaelitis, &c.* Peccator venditur, & in Ægyptum ducitur.

**Mich. 4.**

**In confessio-**  
**ne sit dolor.**

**Iob. 39.**

**Ioan. 16.**

**Iacob. 1.**

**Iob. 7.**

**Forma bre-**  
**uis perutilis**  
**confessionis.**

**Act. 9.**  
**Genes. 37.**

**1. Reg. 3.**

**Genes. 37.**

**Quam mi-**  
**sera pecca-**  
**toris condi-**  
**tio.**

**Genes. 39.**

**Ioan.**

**Luc. 22.**

**Genes. 37.**

**Continua**  
**debet esse**  
**peccati no-**  
**stii notitia**  
**& auctio.**

**Mors Cygni**  
**imitanda.**

**Genes. 39.**

**4. Reg. 25.**

**Diabolus**  
**peccatorem**  
**non confite-**  
**tem nouis**  
**innodat pec-**  
**catis.**

Quomodo peccator venditur.

ducitur cum prædicationi Ecclesiæ se subtrahit, & consiliis bonorum non acquiescit: & vocem sapientis incantantis ne audiat aurem claudit. Vere iste est dæmoniachus à diabolo possessus, quia non videt suæ iniquitatis culpam: non loquitur in confessione, non audit vitæ æternæ doctrinam. Sed quid fecit pius, & benignus Iesus? dicit Lucas. Erat Iesus eiiciens demonium, &c. Iesus à peccatoribus eiicit dæmonium, cum suæ dilectionis imprimit titulum, & suæ passionis in peccatorum cordibus ponit signaculum. Vnde Paulus in hodierna Epistola Ephes. 5. *Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi: & ambulato in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, &c.*

Dilectio Dei & passionis Christi meditatio in dæmonis efficacissimæ. Tob. 8.

Vbi duo, Christi, scilicet, dilectio & passio: quæ duo omne dæmonium extricant. Propter nimiam charitatem qua dilexit nos Deus, tradidit semetipsum pro nobis, obtulit hostiam in odorem suavitatis. Huiuscemodi sacrificium vespertinum, id est, passionis Iesu Christi omne eiicit dæmonium. Vnde Tob. 8. dicitur, quod *Tobias protulit de cassidili suo partem iecoris, & posuit eam super carbones viuos. Tunc Raphael Angelus apprehendit dæmonium, & reliquit illud in deserto superioris Ægypti.* In iecore quo amamus, significatur Christi dilectio. In carbonibus viuis, eiusdem passionis dolor & affectio. Ponamus ergo partem iecoris, etiam non totum iecur super carbones viuos. Recogitemus qualiter Dei filius, amor noster, & (vt ita dicam) iecur nostrum sola dilectione pro nobis super carbones viuos, id est, crucem, & acutissimos clauos fuit affatus in odorem suavitatis. Credite mihi fratres, quia iste odor suavitatis, ista memoria Dominicæ Passionis, omne eiicit dæmonium. Et si hæc fecerimus, tunc Raphael, qui interpretatur medicina, id est, ipse Christus qui est medicina nostra, & magni consilij Angelus, apprehendet diabolum, & religabit in deserto superioris Ægypti, ne amplius nobis nocere possit. Bene dicitur ergo, *Erat Iesus eiiciens dæmonium, & cum eiicisset dæmonium, locus est mutus.*

Sublato peccato à dæmone liberatus.

Eph. 5.

Psal. 50.

Iste homo vidit, locutus fuit, & audiuit, & admiratæ sunt turbæ. Nec mirum, quia cessante causa cessat effectus. Eiecto dæmonio mortalis peccati à corde peccatoris, statim incipit videre, id est, cognoscere; loqui, id est, confiteri; audire, id est, obedire. Vnde Apost. in Epist. Eph. 5. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Nota ista tria verba. In omni bonitate. Ecce notitia; sine qua nullus ad bonitatem potest peruenire, de qua Psal. 50. *Iniquitatem meam ego cognosco, &c. Tibi soli peccavi, &c.* Et iustitia. Ecce peccati confessio. Quæ maior iustitia quam seipsum accusare? Et veritate. Ecce obedientia, quæ est præceptis veritatis, id est, Iesu Christi, & ipsius Vicarij, voluntarie obedire.

1. Reg. 17.

Sequitur secundum principale. *Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quæ possidet.* Istam secundam partem allegorice, deinde moraliter exponamus. Fortis armatus est diabolus. Vnde de ipso & eius armatura dicitur, 1. Reg. 17. *Egressus est vir spurius de castris Philistinorum nomine Goliath, altitudine sex cubitorum, & palmo, & cassis area super caput eius, & lorica hamata induebatur, &c.* vide ibidem. Goliath interpretatur transmigrationis vel transfigurationis, & significat diabolum, qui se de virtu-

tibus ad vitia, de gaudio transfiguravit ad penam, qui se quotidie in Angelum lucis transfiguravit, vt hominem decipiat. Et est de Geth: quod interpretatur torcular. Diabolus enim homines in pressuris tribulationum premit, sicut premitur vva in torculari: vt boni quasi vinum in æternæ vitæ cellaria reponantur. Mali vero tanquam acerum in sterquilinum æternæ damnationis proiciantur.

Hic egreditur de castris Philistinorum, quod interpretantur potione cadentes, & significant peccatores, qui amore mundi inebriati, à gratia Dei cadunt in culpam, & à culpa postea ruunt in gehennam. In istorum castris moratur diabolus, hospitium enim diaboli est cor hominis prauum. Vnde Glossa super illud Abacuch 3. *Pro iniquitate vidit tentoria Æthiopia.* Qui diuitiis laborant & honoribus, sunt hospitium dæmonum, qui debuerant esse Dei templum. Goliath spurius fuit. Spurius dicitur ille qui partim est nobilis, & partim ignobilis. Sic diabolus nobilis est creatione, ignobilis quo ad vitia.

Peccator amore mundi inebriatur.

Abac. 3.

Hic dicitur fuisse altitudine sex cubitorum & palmo. Legitur Ezech. 40. quod *vir cuius erat species quasi species aris, habebat calamus mensura in manu, mensurauit templum, & calamus ille erat sex cubitorum & palmo.* Ecce qualis fuit mensura templi, talis & mensura Goliath. Mensura templi consistit in diuersitate graduum in Ecclesia. Et contra hos habet diabolus mensuram suam.

Diabolus quoad vitia ignobilissimus. Ezech. 40. Diabolus Deo contradicens.

Per sex cubitos, intelliguntur sex opera misericordiarum, scilicet opera vitæ actiuæ. Per palmum, contemplatiuæ: quæ vix prægustatur in hac vita. Et ita bene palmus. Et diabolus extendit se contra actiuos & contemplatiuos.

Sequitur. *Cassis area super caput eius.* Nota quod omnia arma Goliath fuerunt area: sic & arma diaboli. Arma diaboli sunt illi qui defendunt diabolum ne in malis interficiatur. Sunt area, quia fortes ad defendendum partem eius. Vnde Iob quadragesimo. *Ossa eius veluti fistula aris: quia habent sonum tantum, & non sensum.* Sicut fistulæ verba dicunt: sed nulla bona faciunt. *Et sicut as ad tactum resonat:* sic isti ad ictum increpationis remurmurant. Sicut autem ossa carnem sustentant: sic ossa diaboli sunt illi qui alios in malo supportant. Hi sunt velut fistulæ: quia sonum tantum habent, vt supra.

Iob. 40.

*Et lorica hamata induebatur,* ita quod squama squamæ conferta erat. Lorica diaboli sunt mali inseparabiliter ei connexi. Vnde Iob quadragesimo primo. *Corpus eius quasi scuta fusilia, compactum squamis se prementibus. Una uni coniungitur, & ne quidem spiraculum incedit per eas.* Vna alteri adhærebit, & tenentes se nequaquam separabuntur. Squamæ diaboli sunt defensores eius, qui se premunt: quia vnus defendit alium: quia magna inter molles concordia. Ita enim sunt compacti, & connexi, quod nec spiraculum diuinæ gratiæ, nec prædicationis Dominicæ, per eos potest incedere. Et sicut complices sunt hic in malo: ita communiter æterna participabunt supplicia.

Impij diabolo connexi. Iob. 41.

Impiorum in malum maxima concordia.

Et *Ocreas habebat areas in cruribus.* Ocreæ sunt excusationes luxuriæ. Luxuriosus enim quasi quibusdam ocreis femora protegit,

Iob. 40.

git, dum luxuriæ culpam ad maiorem suæ damnationis cumulum defendit. Vnde Iob. 40. *Proterunt umbram umbram eius,* id est, luxuriosi nigri & obscuri protegunt umbram, id est, defendunt luxuriam, eius, id est, diaboli, *sub qua ipse dormit & quiescit.*

Clypeus diaboli quis. Ezech. 2.

*Et clypeus areus tegebat humeros eius.* Clypeus diaboli sunt illi qui sagittas prædicationis à se repellunt. De quibus Dominus Ezech. 2. *Fili hominis mitte te ad filios Israel, ad gentes apostatrices, quæ nolunt audire me.*

Dæmonis astutia ad venandos peccatores.

*Hastile eius hasta erat quasi liciatorium texentium.* Liciatorij adiutorio fit tela. Hæc est (inquit) tentatio, cuius adminiculo diabolus telam texit iniquitatis. Diabolus enim texit telam sicut aranea, de qua libro naturalium sic scribitur. Aranea prius fila extendit texturæ, & ponit ipsa in terminis, deinde texit in medio. Inter istas extremitates etiam imponit texturam sufficientem, & præparat locum conuenientem venationi, & ipsa venit ad medium, quasi speculator alicuius bestiolæ. Et si aliqua bestiola, vel aliquid tale, vt musca, ceciderit, subito mouetur aranea, & de loco suo exit, & incipit ligare & inuoluere illam texturam quousque perueniat quod captum est ad debilitatem. Deinde fert ipsam ad locum in quo deponit quod deprehendit, & cum patitur sitim, fugit eius sanguinem vel humiditatem, & vita eius non est nisi in illa humiditate. Sic diabolus cum hominem vult capere, prius extendit quædam fila subtilium cogitationum, & ipsa ponit in terminis, id est, in sensibus corporis, per quos subtiliter potest cognoscere cui vitio magis sit applicabilis. Deinde texit in medio, id est, in corde, & ibi ponit texturam sufficientem, id est, tentationem maiorem. Et in ipso præparat sibi locum conuenientem venationi. Et tunc ipse venit ad medium quasi speculator alicuius bestiolæ. Diabolus in toto corpore hominis nullum membrum, ita conueniens ad venandum, ad speculandum, ad decipiendum inuenit, sicut cor hominis. Quoniam ex ipso vita procedit. Et si aliquam muscam, id est, si aliquem carnalem (qui vere musca dicendus est) viderit cadere in texturam suæ suggestionis, per cordis consensum, statim incipit eum ligare tentationibus diuersis & inuoluere tenebris, quousque perueniat ad debilitatem, id est, effæmationem mentis. Et sic fert ipsam muscam, id est, ipsum peccatorem ad locum in quo deponit quos deprehendit. Locus proprius diaboli est perperatio malæ operationis, in quo deponit quod textura suggestionis deprehendit, & ita fugit humiditatem, id est, compunctionem animæ, quam dum anima habet, diabolus ei nocere non potest. Bene ergo dicitur. *Hastile autem hasta eius erat quasi liciatorium texentium.* Ecce habes quibus armis armatur diabolus: de quo hic dicitur.

Cor peccatoris locus diaboli.

Quale acium diaboli.

Sap. 18.

*Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt illi omnia quæ possidet.* Atrium diaboli ante Christi aduentum erat totus mundus non creatione, sed primi parentis præuaricatione, ob cuius inobedientiam, in eius posteritatem Dei permissione habuit potestatem. Et sic omnia possidebat in pace. Quia non Moyse, non Helias, non Hieremias, nec aliquis ex Patriarchis veteris testamenti, eum ab atrio expellere poterunt. *Venit ergo à regalibus sedibus,* id est, à sinu patris, durus debellator, vt dicitur lib Sapientiarum, capitulo decimo octauo. Et in median-

extermij terram quam diabolus exterminauerat, iunctis duobus pedibus, humanitatis & diuinitatis, profiliit & sic liberavit eos qui timore mortis ( vt dicit Apostolus ad Hebræos secundo ) per totam vitam obnoxij erant seruituri.

Hebr. 2.

Vnde sequitur. *Si autem fortior illo superueniens vicerit illum, vniuersa arma eius auferet in quibus confidebat, & spolia eius distribuet.* Fortior est Iesus Christus, de cuius armatura Isa 59. *Indutus est iustitia & lorica & galea salutis in capite eius. Indutus est vestimentis vltionis, & opertus est quasi pallio zeli.*

Isa. 59.

Lorica Christi, fuit iustitia, qua diabolus iuste expulit ab atrio quod in pace possidebat. Quia diabolus manum extendit in Christum in quo nihil habebat, iuste meruit Adam amittere cum sua posteritate, in quo aliquid habere videbatur. Priuilegio enim meretur priuari, qui priuilegio sibi concessio abutitur.

Cap. Christi diuinitas.

*Et galea salutis in capite eius.* Caput Christi est diuinitas. Caput ( inquit Apostolus ) Christi est Deus. Galea est humanitas. Caput ergo latens sub humanitate, quæ operata est salutem in medio terre. Indutus est etiam vestimentis vltionis, & opertus est quasi pallio zeli. Ad hoc Christus vestimenta nostræ humilitatis vel humanitatis accepit, vt de inimico diaboli vltionem acciperet, & suam sponfam, scilicet animam nostram, de eius manibus liberaret. Bene ergo dicitur. *Si fortior illo superue. &c.* Arma diaboli erant illa, de quibus superius dictum est. Quæ omnia Christus ei abstulit, cum de filiis iræ fecit filios gratiæ. Sicut Dauid Goliath in funda & lapide deiecit, sic Christus in funda humanitatis, & lapide passionis, diabolum deuicit. Vnde Dauid Psal. 34. *Apprehende arma & scutum, & exurge in adiutorium mihi.* Apprehende fili Dei arma, id est, membra humana. Et scutum, id est, crucem, & sic armatus fortem diabolum deuincas qui humanum genus in carcere vinctum detinebat.

Psal. 34.

Hic est noster Ioseph, qui in cruce veluti in quodam carcere, manibus & pedibus alligatis, inter duos latrones fuit clauis affixus. Sicut enim ille Ioseph filius Iacob, nefario meretricis noluit consentire stupro, sed relicto in manibus eius pallio, aufugit, per quod eum tenere voluit. Et ideo apud virum suum Putiphar, quod ei illudere voluisset accusauit, qui iratus eum in carcerem misit, in quo pincerna & pistori regis Ægypti vincti tenebantur, quibus iuxta somniorum congruam interpretationem, certum & verum rei futuræ dedit præagium. Pincernæ scilicet quod de carcere egrederetur in regis palatium, & pistori quod de carcere extractus suspenderetur in patibulo. Sic Christus Dei filius meretrici, id est, Synagoga Iudæorum perfidæ consentire noluit, quæ eum per pallium legalium obseruationum & traditionem somniorum, quibus se quasi quodam pallio palliabant, vt iusti omnibus apparerent, tenere voluit. Sed ipse dimisso pallio, id est, ritu legalis obseruantia relicto, liber aufugit tanquam Dominus, non legis seruus. Synagoga videns se contemptam eum apud Putiphar accusauit. Putiphar interpretatur os inclinans ad discedendum, & significat Pilatum inclinantem se ad flagellandum Iesum Christum, *Flagellatum* ( inquit ) *eum vobis tradam.* Apud hunc synagoga mere-

Gen. 39.

Synagoga Deo sua perfida.

Gen. 39.



Ioseph inter pincernam & pistores. Christus inter duos latrones.

trix accusavit nostrum Ioseph, dicens. Hunc invenimus subvertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dari Casari. Commonit populum per universam Iudeam incipiens a Galilea usque huc. Pilatus autem consentiens verbis meretricis, ad iudicavit fieri petitionem eius, & tradidit Iesum ut crucifigeretur, qui in cruce clavis affixus inter duos latrones, sicut Ioseph inter pincernam & pistorem, fuit alligatus.

Ille latro immo (vt verius dicam) sanctus confessor, qui Petro negante Christum confessus est, vere pincerna fuit. Vino enim compunctio nis fuit inebriatus. Et poculum aureum spei, & charitatis, porrexit Domino dicens. *Memento mei Domine dum veneris in regnum tuum.* Et ideo audire meruit: *Hodie mecum eris in paradiso.* Ille vero latro perfidus qui Christum blasphemavit, dicens: *Si tu es Christus, saluum fac te metipsum & nos:* Pistor fuit, qui arte pistoria, non de farina, sed de furfure malæ voluntatis, & aqua infidelitatis panem fecit, & in clibano desperationis decoxit. Et sic de cruce quasi de carcere ad patibulum æternæ damnationis pervenire meruit.

Sequitur. *Et spolia eius distribuet.* Spolia diaboli sunt animæ iustorum, quæ propter inobedientiam primi parentis in tenebris detinebantur. Hæc spolia Christus distribuit cum infernum spoliavit, & unicuique animæ in cælesti regno gloriam contulit. Vel spolia fuerunt Apostoli, cæterique discipuli Christi de quibus dicit pater ad filium Isa. 8. *Accelera, spolia detrahe, festina prædari.* O fili accelera ad incarnationem, spolia detrahe in prædicatione, festina prædari diabolium in tua passione. Hæc spolia Christus distribuit cum, *alios Apostolos, alios Evangelistas, alios Ecclesie Pastores & Doctores dedit* Eph. 4. Vnde Psal. 67. *Rex virtutum dilecti dilecti, & speciei domus dividere spolia.* O fideles discipuli, scilicet Domini nostri Iesu Christi, Rex dilecti virtutum, id est, pater qui est cælestium virtutum Rex, dabit dilecto filio suo, de quo ait Luc. 9. *Hic est filius meus dilectus, dividere spolia, id est, Apostolos, Evangelistas, & Doctores, speciei, id est, ad speciositatem domus Ecclesie vt ipsam faciant speciosam. Cuius speciositatis ille nos faciat participes qui diabolium devicit & eius arma abstulit Iesus Christus, Amen.*

*Cum fortis armatus custodit atrium suum, &c.* Fortis armatus est spiritus superbiæ, cuius arma sunt cornua excelsa, quibus ventilat & impugnat totum mundum. Vnde Daniel. 8. *Vidi arietem cornibus ventilantem contra occidentem, contra aquilonem, & contra meridiem, & omnes bestia non poterant resistere ei, nec liberari de manu eius, fecitque secundum voluntatem suam, & magnificatus est.* Arius iste spiritus superbiæ significat, qui cornibus elationis ventilat contra occidentem, aquilonem, & meridiem. In occidente, pauperes & minores, in quibus defecit calor superbiæ & potentie. In aquilone, æquales. *Ponam (inquit diabolus) sedem meam ad aquilonem, & ero similis, id est, æqualis Altissimo.* Isa. 14. In meridie, maiores, in quibus feruet calor dignitatis & potentie intelliguntur.

Aries ergo cornutus, id est, cornutæ superbiæ spiritus, ventilat contra occidentem, id est, conculat pauperes & minores. Et contra aquilonem, quia contemnit æquales. Et contra meridiem, quia sublannat & deridet maiores. Et om-

nes (inquit) bestia non poterant resistere ei nec liberari de manu eius. O cornuta superbia, quis de manibus tuis poterit liberari, cum luciferum signaculum similitudinis, cuius cooperimentum, vt dicit Isa. 14. *fuit omnis lapis pretiosus, in tanta elationis altitudinem eleuasti? Cælestis es natione, & ideo mentes cælestium inhabitare consueuisti, latens sub cinere & cilicio. Ab istius bestie cornibus Dauid propheta liberari & saluari desiderabat cum dicebat Psal. 21. *Salua me ex ore leonis, & a cornibus unicomium humilitatem meam.* In vnicorne superbia singularis intelligitur, quia superbus singulariter vult præminere. Vnde Lucanus. Omnisque potestas impatiens confortis erit. Et Dauid Psal. 27. detestans superbiam dicit. *Domine Deus meus si feci istud, si est iniquitas in manibus meis. Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis.* Istud id est, si commisi superbiam, sed ad maiorem ipsius superbiæ detestationem noluit eam proprio nomine nominare. Ante omnia Deus superbiæ detestatur. Vnde Iacobi 4. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Et de vnicorne dicitur Iob. 39. *Nunquid volet rhinoceros (id est, secundum aliquos vnicornis) seruire tibi, aut morabitur ad præsepe tuum? quasi dicat non, quia superbus non potest considerare præsepe Domini, scilicet quod positus sit in præsepio pro nobis.**

Notandum quod quædam animalia habent cornua recurvata ad posterius, per quæ significatur superbia aliquorum quæ confringitur per eorum luxuriam, vt qui in cogitatione elati sunt, per carnis luxuriam consternantur. Vnde Osee 5. *Respondet arrogancia Israel in faciem eius. Solet enim contingere, vt qui occultam superbiam non cognoscit, eandem per luxuriæ vitium cognitam erubescat.*

Sunt etiam quædam animalia quæ habent cornua declinantia in anterius vt vnicornes, per quæ significatur superbia hypocritarum, qui simulatione religionis palliant suam superbiam, de quibus Eccl. 19. *Est qui nequit se humiliat.* Et Gregor. Pretiosa res est humilitas, qua superbia palliari appetit ne vilescat.

Item quædam animalia habent cornua recurvata ad seipsa, vt vacca agræstis, per quæ superbia maiorum, quæ in seipsa confringitur. Vnde Isa. 10. *Ecce dominator Dominus exercituum confringet lagunculam in errore, & excelsi statura succidentur, & sublimes humiliabuntur.* Laguncula est mens peccatoris superbi lutea & fragilis, aqua repleta elationis, quam Dominus tunc confringit, cum terrorem extremi iudicij ipsius superbi menti incutit. In quo iudicio excelsi statura, qui modo videntur stare, securi illius sententiæ Matth. 25. *Ite maledicti in ignem æternum, &c.* succidentur, & sublimes, qui modo extento collo & nutibus oculorum vadunt, & incomposito gradu incedunt, humiliabuntur vsque ad profundum laci, in quo non est aqua refrigerij.

Item quædam animalia habent cornua sursum erecta, vt ceruus, quæ significant superbiam Religiosorum, quæ ex sola religione oritur, & hæc est periculosissima: de qua Isa. cap. 22. Religiosis, quibus maxime congruit prætereundum in fine humilitatis, loquens sub typo vallis visionis. *Quidnam (inquit) tibi quoque est, quia ascendisti & in a testa clamoris plena? Quasi dicat, tolerabile*

abile est si sublimia appetunt seculares, sed quid vobis (ô Religiosi qui multa videtis) visum est, vt & vos sublimia petatis?

Dicamus ergo. Cum fortis armatus, &c. Atrium cornutæ superbiæ est cor superbi, in quo superbia speciale elegit sibi hospitium. Sicut enim in corde principium est venarum & prima virtus creans sanguinem, sic à cordis superbia procedit omne malum. Vnde Eccl. 10. *Initium omnis peccati superbia est.* Hoc atrium cordis fortis custodit, ne aliquis ex eius aduersariis ex aduerso ascendat, & pacem conturbet, de qua Dominus Lucæ 19. *Et quidem in hac die tua que ad pacem tibi.* Et Psal. 72. *Zelavi super iniquos pacem peccatorum videns.*

Sequitur. *Si autem fortior illo superueniens vicerit illum, vniversa arma eius auferet in quibus confidebat.* Fortior est humilitas, de eius fortitudine dicit Dauid ad Saulem 1. Reg. 17. *Leonem & vrsam interfeci ego seruus tuus.* Dauid interpretatur manu fortis, & significat humilem, qui quanto magis humiliatur, tanto fortior efficitur. Est enim humilis, sicut quidam vermis qui dicitur intestinum terræ, qui contrahit se vt magis se extendat. Sic humilis se contrahit & humiliat, vt fortius ad capienda bona cælestia se extendat. De quo Eccl. 11. *Erexi enim eum, ab humilitate ipsius, & exaltaui caput eius à tribulatione, & mirati sunt in eo multi.* Hic humilis & fortis Dauid dicit, Ego seruus tuus. O margarita fulgens! O narde redolens! O humilitatis cinamomum aromatizans. Ego inquit seruus tuus. Humilis seruum se reputat, seruum se nominat, omnium pedibus se subiicit, seipsum abiicit, minus de se sentit, quam in se sit. Ille humilis seruus interficit leonem superbiæ, & vrsam luxuriæ.

Et nota quod prius leonem, & postea vrsam se dicit interfecisse. Quia nemo luxuriam in se ipso potest mortificare, nisi prius spiritum superbiæ de cordis sui atrio laborauerit expellere. Vnde hic dicitur. *Si fortior illo superueniens vicerit illum, vniversa arma eius auferet, &c.*

Arma vel vasa (vt dicit Matthæus) spiritus superbiæ sunt quinque sensus corporis, quibus quasi quibusdam armis ceteros impugnat, & in quibus quasi quibusdam vasis venenum elationis mortiferum portat, & aliis propinat. Superuenit ergo humilitas à Christo, qui est Deus benedictus super omnia, qui dicit Matth. 11. *Discite à me quia mitis sum & humilis corde.* Et intrat in domum fortis, in atrium cordis, in quo habitat superbia, & ipsam deuincit, & foras expellit venenum elationis theriaca humilitatis, qua expulsa, omnia arma eius in quibus confidebat, humilitas aufert, vt de cætero nihil elatum, nihil altum, nihil vitiosum appareat in sensibus corporis, sed humilitatis insignia vbique se representent. Hæc est mutatio dexteræ Excelsi de qua Isa. 19. *In die illa erunt quinque ciuitates in terra Egypti loquentes lingua Chanaan. Ciuitas solis vocabitur vna.*

Egyptus interpretatur tenebræ vel mæror, & significat corpus hominis, quod est terra tenebrarum & mæroris. Tenebrarum, quia caligine ignorantie & malitie obscurata. Mæroris, quia doloris & tristitie plena. In hac terra Egypti sunt quinque ciuitates, id est, quinque sensus corporis. Ex his quinque ciuitas solis vna sola vocatur. Ciuitas solis sunt oculi. Sicut enim sol

torum mundum illuminat, sic oculi totum corpus illuminant. In die ergo illa quando fortior humilitas intrauerit, & spiritum superbiæ deuicerit, & cæcitatem mentis expulerit, tunc quinque ciuitates in terra Egypti quæ prius loquebantur lingua Egyptiaca, id est, carnali concupiscentia, loquentur Chanaanica lingua, id est commutata, quæ de vitiis ad virtutes, de superbia ad humilitatem commutabuntur. Et tunc apparebit in oculis humilitas & simplicitas. In ore resonabit veritas & benignitas. Ab auribus remotebitur omnis detractio & adulatio. In manibus puritas & pietas, In pedibus reperietur maturitas. Sequitur.

*Cum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquosa, querens requiem, & non inueniens, dicit. Reuertar in domum meam vnde exiui. Et cum venerit, inuenit eam scopis mundatam. Tunc vadit & assumit septem alios spiritus secum, nequiores se, & ingressi habitant ibi. Et sunt nouissima illius hominis peiora prioribus.* Dicitur Iohel. 2. *Quasi hortus voluptatis terra coram eo, & post eum solitudo deserti.* Terra à tero teris dicta, est mens hominis pro peccatis attrita, quæ tunc est coram Deo, cum nihil boni à se & in se & per se existimat se habere, sed totum Deo attribuit, qui totum est bonum & summum bonum, à quo quasi à centro omnes linee gratiarum directo tramite ad circumferentiam protenduntur. Hæc dum est coram eo, scilicet eius beatitudinem contemplando, & dulcedinem degustando, vere est hortus voluptatis. Quia in ipsa est rosa charitatis, viola humilitatis, lilium castitatis, & hoc hortus dicitur sponsa in Cantic. cap. 6. *Descendit dilectus in hortum suum ad areolam aromatum.* Hortus dilecti est mens penitentis, dicta diminutive areola ab arena propter humilitatem, quæ humilitas est procreatrix virtutum & aromatum.

Sequitur in tohele. *Et post eum solitudo deserti.* Sed cum infelix homo coram eo non vult stare, sed post eum, id est, posteriora vult aspiciere, hortus voluptatis efficitur solitudo deserti. Posteriora Domini sunt temporalia. Ideo posteriora Domini tamen vider, & non faciem, qui in his temporalibus transitoriis delectatur. Vnde dicit Agar. Gen. 16. *Vidi posteriora videntis me.* Agar interpretatur festum sulcicans, & significat carnalium voluptatem, quæ in comestationibus & ebrietatibus quasi quodam festo gloriatur. Hæc videt posteriora Domini, quia in his visibilibus quæ carnaliter videt, delectatur. Ideo bene post eum solitudo deserti. In solitudine, mentis sterilitas; in deserto, diaboli malitia designatur. Diabolus mentem in qua habitat, desertam & sterilem à bono opere facit.

*Cum ergo immundus spiritus.* In hoc Euangelio notantur quatuor. Diaboli egressio. Scilicet Ipsi contra iustos tentatio. Animæ negligentis tepida conuersatio. Et cum septem spiritibus immundi spiritus reuersio.

Nota quod diabolus dicitur spiritus immundus. Spiritus (vt dicit Gregorius) est nomen nature, quem Deus purum, mundum, & bonum creauit, sed suæ superbiæ immunditia immundus effectus à cælestis gloriæ munditia cecidit, qui tanquam porcus immundus in peccatorum immunditiæ hospitium elegit, & ibi requiescit.

Superbia sym. bolum vnicornis. Psal. 7. Deus inter alia maxime osor superbiam. Iob. 39. Palliata hypocritarum superbia. Eccl. 19. Isa. 10. Isa. 22. Ambitio Religiosorum recunditur.

Humilitatis encomia. Eccl. 11. Fortissima humilitas. 1. Reg. 17. Superbis extinguenda si luxuriam vis vincere. Eccl. 11. Mathe. 11. Omnium vitia humilitas. Isa. 19.

Humilitatis encomia. Eccl. 11. Fortissima humilitas. 1. Reg. 17. Superbis extinguenda si luxuriam vis vincere. Eccl. 11. Mathe. 11. Omnium vitia humilitas. Isa. 19.

Humilitatis encomia. Eccl. 11. Fortissima humilitas. 1. Reg. 17. Superbis extinguenda si luxuriam vis vincere. Eccl. 11. Mathe. 11. Omnium vitia humilitas. Isa. 19.

Humilitatis encomia. Eccl. 11. Fortissima humilitas. 1. Reg. 17. Superbis extinguenda si luxuriam vis vincere. Eccl. 11. Mathe. 11. Omnium vitia humilitas. Isa. 19.

Humilitatis encomia. Eccl. 11. Fortissima humilitas. 1. Reg. 17. Superbis extinguenda si luxuriam vis vincere. Eccl. 11. Mathe. 11. Omnium vitia humilitas. Isa. 19.

Humilitatis encomia. Eccl. 11. Fortissima humilitas. 1. Reg. 17. Superbis extinguenda si luxuriam vis vincere. Eccl. 11. Mathe. 11. Omnium vitia humilitas. Isa. 19.

Humilitatis encomia. Eccl. 11. Fortissima humilitas. 1. Reg. 17. Superbis extinguenda si luxuriam vis vincere. Eccl. 11. Mathe. 11. Omnium vitia humilitas. Isa. 19.

Humilitatis efficacia. Omne bonum Deo tribuendum. Cant. 6. Hortus Dei mens penitentis. Gen. 16.

Humilitatis efficacia. Omne bonum Deo tribuendum. Cant. 6. Hortus Dei mens penitentis. Gen. 16.

Humilitatis efficacia. Omne bonum Deo tribuendum. Cant. 6. Hortus Dei mens penitentis. Gen. 16.

Humilitatis efficacia. Omne bonum Deo tribuendum. Cant. 6. Hortus Dei mens penitentis. Gen. 16.

Humilitatis efficacia. Omne bonum Deo tribuendum. Cant. 6. Hortus Dei mens penitentis. Gen. 16.

Humilitatis efficacia. Omne bonum Deo tribuendum. Cant. 6. Hortus Dei mens penitentis. Gen. 16.

Humilitatis efficacia. Omne bonum Deo tribuendum. Cant. 6. Hortus Dei mens penitentis. Gen. 16.

Humilitatis efficacia. Omne bonum Deo tribuendum. Cant. 6. Hortus Dei mens penitentis. Gen. 16.



**2eb. 40.** quiescit. Vnde de eo dicit Iob. 40: *Sub umbra dormis in secreto calami, in locis humentibus.*

Nota hic tria vitia. In umbra quæ est frigida & obscura, designatur superbia, quæ diuini amoris calorem, & æterni luminis & veritatis aufert claritatem. In calamo, id est canna, quæ à vento circumfertur, exterius pulchra, intus vacua, cuius fructus est lanugo. Auarus intelligitur, qui à vento cupiditatis circumcirca agitur, & in exterioribus gloriatur, in interioribus gratia priuatur, cuius diuitiæ ad malum eius congregatæ, tanquam lanugo à turbine mortis disperguntur. In locis humentibus luxuriosi designantur, qui luxuriæ & gulæ voluptatibus voluntantur. Ecce in quali hospicio dormit ille porcus, requiescit ille immundus spiritus. Sed tunc exit ab homine, cum homo iniquitatis suæ immunditiam cognoscit.

**2. Paral. 33.** Vnde secundi Paralipomenon trigésimotertio dicitur, *quod princeps & exercitus Regis Assyriorum ceperunt Manasse, & vinculum catenis atque compedibus duxerunt eum in Babylonem, qui postquam coangustatus est, orauit Dominum suum, & egit pœnitentiam valde coram Deo Patrum suorum, & exaudiuit orationem eius, & reduxit eum in Hierusalem, & cognouit quod Dominus ipse est Deus.* Manasses interpretatur oblitus, & significat peccatorem, qui Dei & præceptorum eius, prosperis succedentibus obliuiscitur. Vnde Gen. 40. dicitur *quod succedentibus prosperis præpositus pincernarum oblitus est interpretis sui.* Interpres noster est Christus, qui nobis vitam æternam interpretatur, cuius obliuiscimur, cum prosperis transitoriis subleuamur. Temporalia enim faciunt in obliuionem venire. Et tunc ab Assyriis qui interpretantur dirigentes, id est, dæmonibus qui tentationis sagittas ab arcu malitiæ dirigunt, vt animam interficiant, capimur in consensu mentis, & catenis malæ operationis atque compedibus malæ consuetudinis vincimur, & sic in Babylonem, id est, excæcatæ mentis confusionem ducimur.

**Maiores Dei** Sed quia maior est Dei misericordia quam quæuis peccatoris malitia, ideo peccator facere debet sicut fecit Manasses: de quo subditur 2. Paral. 33. *Orans Dominum Deum suum, & egit pœnitentiam valde coram Deo Patrum suorum, deprecatusque est eum & obsecrauit intente.* Sic peccator ista quatuor debet opponere quatuor supradictis. Debet orare Dominum, vt se de manu dæmonum liberet. Agere pœnitentiam, vt à catenis malæ operationis dissoluatur. Ipsum deprecari, vt compedes malæ consuetudinis confringat. Et obsecrare intente, vt se de excæcatæ mentis confusionem eripiat. Et Deus misericors, cuius misericordię non est numerus, faciet quod sequitur. Exaudiuit orationem eius, reduxitque eum Hierusalem in regnum suum. Et Manasses cognouit quod Dominus ipse esset Deus, id est, quod peccatoris & contriti & humiliati orationem exaudit. Et reduxit eum Hierusalem &c. Quæ est ista Hierusalem nisi gratiæ infusio, peccatorum remissio, Dei & peccatoris reconciliatio? in qua est pacis visio, in qua regnat qui de carcere & catenis (vt dicitur) egressus est ad regnum. Et in hoc potest cognoscere quod Dominus ipse est Deus, qui eum liberauit, & ab eo immundum spiritum exire fecit. Sequitur secundum.

*Ambulat per loca inaquosa, &c.* Diaboli ambu-

latio nihil aliud est quam ipsius tentatio. Vnde Iob. 1. *Circuiui terram, & perambulauit eam.* Diabolus primo terram, id est, mentem hominis, circuit, id est, subtiliter disquirat cui vitio magis sit applicabilis, & postea eam perambulat, quia secundum quod viderit vincibilem, quemlibet tentat. Loca inaquosa sunt sancti ab humore gulæ & luxuriæ delictati. Vnde vnus illorum dicit cum Psal. 62. *In terra deserta, inuia & inaquosa, &c.*

Notentur hic tres virtutes quæ sanctificant hominem, & ad contemplandum Deum mentem illuminant.

In terra deserta, paupertas.

In terra inuia, castitas.

In terra inaquosa, abstinencia. Vide residuum in sermone illo, Factum est verbum Domini, inde in Aduen. Ambulat ergo per loca inaquosa, cum tentat sanctos & iustos, quia vt dicit Iob. 40. *habet fiduciam quod influat Iordanis in os eius.*

Iordanis interpretatur riuus iudicij vel humilis descensus, & significat viros iustos, qui si in aliquo offenderunt, statim à seipis descendunt, & riuo compunctionis & confessionis se iudicant. Habens ergo diabolus fiduciam quod tales influant in os suum, quærit requiem in ipsis. Sed ipsi (vt dicitur Iob. 3.) *parati suscitare leuiathan sunt.* Illi leuiathan, id est, diabolum suscitant, qui eum in sui cordis hospicio requiescere non permittunt. Sancti enim debent facere sicut apes, quæ (vt fertur) sedent inspicientes super foramina aluearum, si aliquid extraneum intrare contingat, ipsum inter se permanere non patiuntur, sed tandiu insequuntur quousque extra aluearia propellant. Apes dicte eo quod pedibus se alligent, vel quod sine pedibus nascantur. Vnde dicuntur ab à quod est sine, & pes, & significant viros iustos, qui pedibus charitatis, scilicet affectibus se alligant, non ex natura: de qua dicit Apost. *Omnes nati sumus filij iræ, sed ex sola gratia illis data.* Horum aluearia sunt corpora, quorum foramina sunt quinque sensus, & specialiter oculi, super quos sedere debent, & diligenter attendere, ne aliquid extraneum, id est, diabolicum influat, & si forte aliqua diaboli suggestio, vel carnis delectatio per ista intrauerit, nullo modo vel pacto patiantur inter se manere. Quia mora trahit periculum, & vt quidam dicunt, Morosa cogitatio est peccatum mortale. Cum enim ratio discernit quod cogitatio tendit ad illicitum, & ipsam prout potest non refrænat, hæc morosa dicitur esse cogitatio. Sed boni Christiani sicut apes statim debent insurgere, & aculeis contritionis & orationis insequi, & extra suorum corporum & cordiũ aluearia propellere. Et sic sunt iusti parati leuiathan suscitare ne in eis requiem inueniat. Sequitur tertium.

*Et non inueniens requiem dicit. Reuertar in domum meam unde exiui, & inuenit scopis mundatam & ornatam, &c.* Nota quod triplex est scopa, contritionis, confessionis, & satisfactionis. De prima Psal. 76. *Scopebam spiritum meum.* Ille spiritum suum scopit vel scopat qui sordes immundæ cogitationis, & puluerem mundanæ vanitatis à facie suæ animæ scopa contritionis emundat. De scopa confessionis & satisfactionis dicit Dominus Isa. 14. loquens de Babylonia. *Scopa-bo eam, in scopa terens dicit Dominus Deus exercituum.* Babyloniem Dominus scopat, cum animam peccatis

Diaboli deambulatio tentatio. Iob. 1.

Paupertas, castitas, & obedientia sanctificant hominem.

Diabolus iustiores fortius aggreditur.

Apibus iusti comparantur & qua de causa.

Morosa cogitatio quale peccatum.

Psal. 76.

Isa. 14.

Anima confessione emundatur.

peccatis confusam confessionem à peccatis emundat. In scopa terit, cum satisfactionis flagellis percutit. His tribus scopis domus, id est, anima hominis emundatur: de qua munditia Isa. 1. *Lauamini mundi estote, auferite malum cogitationum vestrarum ab oculis meis.* Quo ad primam, *quiescite peruerso agere,* emundati secunda scopa. *Discite bene facere,* scilicet tertia scopa castigari. Sed quia ex bonis operibus solet oriri securitas vana & otiositas quæ est animæ inimica, ideo additur in Euangelio Matth. 11. *Inuenit vacantem & ornatam.* Omnium (inquit Bernardus) tentationum & cogitationum malarum & inutilium sentina, otium est. Vnde 1. Reg. 30. dicitur quod, *Amalechita imperum cepit a parte australi in Sicelech, & percusserunt Sicelech, & succenderunt eam igni, & captiuas duxerunt mulieres ex ea à minimo vsque ad magnum.* Amalech interpretatur lingentes sanguinem, & significat dæmones, qui sanguinem animarum, id est, compunctionem lachrymarum lingere & deuorare cupiunt. Isti à parte australi Sicelech inuadunt. Auster est ventus tepidus: de quo Iob. 6. *Considerate semitas Theman, itineri Sabba.* Theman interpretatur auster tepidus. Hæc est fluxa & otiosa conuersatio viuendi, per quam tentat diabolus. Nam cum spiritus immundus domum inuenerit remissam & otio vacantem, intrat in eam. Vnde quia David vt dicitur 2. Reg. 11. remansit in Hierusalem, & non processit ad bellum marces otio punitur adulterij vitio. Sabba interpretatur rete vel captiua, & significat obligationem culpæ. Quæ se bene tepiditati & otiositati coniungit. Nam qui non districto iudicio, sed dissolutis & remissis gressibus vadit, & fluxis actibus implicatur, & ad ea quæ Dei sunt impeditur. Sicelech ergo quæ interpretatur adductio vocis defæcatæ, id est anima, quæ non balbutiendo sed recte loquendo debet annunciare peccatum suum, à parte australi, id est, à tepiditate & otiositate suæ vitæ, à malignis spiritibus capitur, & igne iniquitatis succenditur, & quicquid virtutis est intra animam à minimo vsque ad magnum, captiuatur. Bene ergo dicitur. Inuenit vacantem, &c.

Dicitur in naturalibus quod apes paruæ sunt maioris laboris, & alas habent subtiles, & color earum niger, & sunt quasi combustæ. Apes vero ornatæ sunt de numero illarum quæ nihil faciunt. Apes paruæ sunt viri pœnitentes, in oculis suis paruulis, hi sunt magni laboris, semper enim aliquid operis faciunt, ne earum domum diabolus inueniat vacantem & otiosam. Habent etiam subtiles alas, quæ sunt contemptus mundi, & amor cælestis regni, quibus à terrenis eleuati in aera se librant, Dei gloriam subtilius contemplantes. Sunt etiam nigri coloris & quasi combusti. Vnde Cantorum primo, loquens anima pœnitentis dicit. *Nigra sum sed formosa filia Hierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. Nolite me considerare quod fusca sum, quia decolorauit me sol.* O filia Hierusalem, id est, virtutes Angelicæ, vel fideles animæ. Nigra sum cinere & cilicio, ieiuniis & vigiliis exterius. Sed formosa, mentis puritate, fidei integritate, interius. Nigra sum sicut tabernacula Cedar, quæ interpretatur mæror. Habito enim in tabernaculis, quæ de loco ad locum transferuntur, & à quibus milites impugnant & impugnantur, quia non habeo hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirō. Et dum pugno impugnor. Et in his omnibus non est nisi mæror & dolor.

Sed formosa sum sicut pelles Salomonis quæ fuerunt hyacinthinæ & rubricatæ. In pellibus hyacinthinis mentis puritas & contemplatio gloriæ cælestis. In rubricatis fidei integritas, & martyrij, vel afflictionis asperitas designatur. *Nolite me considerare quod fusca sum, quia decolorauit me sol.* Sol eclipsim, id est, defectum patiens, omnia decolorat. Sic verus sol Christus qui cognouit occasum suum eclipsim mortis in cruce patiens, omnes colores, omnes varietates, omnes glorias fallaces, omnes honores debet decolorare. Ideo dicit anima pœnitentis. Nigra sum, fusca sum, quia decolorauit me sol. Dum enim oculo fidei, Deum meum, sponsum meum Iesum Christum in cruce pendentem, clauis confixum, felle & aceto potatum, corona spinea coronatum video, omnis decor, omnis gloria, omnis honor, omnis pompa transitoria in pallorem vertitur, & à me nihili æstimatur. Tales sunt apes paruæ, nigra, & combustæ.

Sed apes ornatæ sunt Religiosi tepidi, & fatui, qui in ornatu sui habitus gloriantur, qui vitæ suæ pyllaacteria prætendunt, & sanctitatis suæ funebrias magnificant. Quorum domus quidem ornata est exterius, sed interius plena omni spurcicia & ossibus mortuorum. Et ideo euenit eis quod sequitur.

*Tunc vadit & assumit septem alios spiritus, &c.* Ecce quartum. Nota quod isti septem spiritus sunt illæ septem boues seu vaccæ, de quibus Gen. 41. in historia de Ioseph, *quæ erant deformes & confecta macie, quæ deuorauerant septem alia, quarum mira species & hebetudo corporum erat.*

Item isti sunt septem spicæ percussæ vredine, deuorantes septem aliarum plenitudinem & formositatem. Et sunt septem anni sterilitatis nimie, cuius magnitudo septem annorum abundantiam consumpsit. Septem boues pulchræ & crassæ nimis, & septem spicæ plenæ & formosæ, & septem anni fertilitatis magnæ. Septem significant Spiritus sancti dona: de quibus Isa. 11. *Requiescit (inquit) super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris Domini.* Hæc dona dicuntur boues pulchræ & crassæ, propter morum plenitudinem, & virtutum fecunditatem, quas illi super quem requiescunt, conferunt. Spicæ plenæ & formosæ propter fidem Christi qui fuit granum frumenti per plenitudinem, & gemine dilectionis Dei & proximi maturitatem. Dicuntur etiam hæc dona spiritus septem annu fertilitatis magnæ, quia in huiusmodi peregrinationis septennario, mentem super quam requiescunt dona septiformis gratiæ, abundantia fertilitatis magnæ faciunt abundare.

Sed heu septem vaccæ deformes & macilentæ, septem spicæ percussæ vredine, septem anni sterilitatis nimie, septem spiritus immundi nequiores domum vacantem & ornatam intrant, & septem spiritus dona deuorant, & sic sunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Et ideo dicuntur nequiores, ab effectu, quia nequiores hominem reddunt quam prius fuerat. Et nota quod isti septem spiritus nequiores dicuntur septem vaccæ deformes & macilentæ propter similitudinis & imaginis Dei deformationem & charitatis quæ est pinguedo animæ, defectionem. Spicæ percussæ

Christus sol agnoscens occasum.

Gen. 41.

Isa. 11.

Dona Dei huiusmodi vaccæ deformes & macilentæ.

Spiritus mali vaccæ deformibus de notatur.

Isa. 1.

Ex bonis operibus aliquando vana gloria. Matth. 12. Ocium malarum scintilla.

1. Reg. 30.

Iob. 6.

Orium malarum otio.

2. Reg. 11.

Cant. 1.

Anima pœnitentis sicut sponsa exterius nigra inferius pulcherrima.

perculsa vredine, quæ est factor rei adusta, propter criminum factorem. Anni sterilitatis nimic, propter boni operis sterilitatem, quæ mala omnia miseræ menti inferunt, quam miserabiliter detinent occupatam. Bene ergo dicitur. Et sunt nonnulli hominis illius, &c. Et sequitur.

Extollens vocem quadam mulier de turba dixit illi. Beatus venter qui te portauit, &c. Beatus dicitur venter virginis gloriosæ, qui omne bonum, summum bonum, Angelorum beatitudinem, peccatorum reconciliationem, nouem mensibus portare meruit. Ideo filius loquens ei, dicit illud Cant. 7. Venter tuus sicut aceruus tritici vallatus liliis. Venter gloriosæ virginis fuit sicut aceruus tritici. Aceruus, quia in eo aceruatæ fuerunt omnes prerogatiue meritorum & premium. Tritici, quia in eo quasi in cellario industria veri Ioseph repositum fuit triticum, ne tota Ægyptus fame periret. Triticum dictum eo quod purissimum horreo conditur, vel quia granum eius commolitur & teritur. Album interius, & rubicundum exterius, Iesum Christum significat, qui in cellario beati ventris gloriosæ Virginis nouem mensibus fuit reconditus. Qui in mola crucis pro nobis fuit attritus, candidus vitæ innocentia, rubicundus sanguinis effusione.

Hic beatus venter fuit vallatus liliis. Lilium dictum quasi lacteum, beatæ Mariæ Virginis propter sui candorem, virginitatem significat, cuius vterus fuit vallatus, id est, valle humilitatis munitus, liliis scilicet vrinque virginitatis, interioris & exterioris. Vnde Augustinus. Deus vnigenitus dum conciperetur, virginitatem carnis accepit ex virgine. Et cum nasceretur integritatem virginitatis seruauit in matre. Beatus ergo venter.

Sequitur. Et vbera quæ suxisti. de quibus Proverb. 5. Cerua charissima & gratissimus hinnulus. Vbera eius inebriant te omni tempore, & in amore eius delectare iugiter. Nota quod cerua (vt dicitur in naturalibus) parit in via trita, sciens quod lupus viam tritam euitat propter homines. Cerua charissima est beata Maria quæ in via trita, id est, in diuersorio, hinnulum gratissimum, quia gratis ex grato tempore datum nobis paruulum filium peperit. Vnde Luc. 2. Peperit filium suum, & pannis eum inuoluit, vt stolam immortalitatis reciperemus, & reclinauit eum in presepio, quia non erat eis locus in diuersorio. Glossa ibi. In diuersorio eget loco, vt nos plures in cælis habeamus mansiones. Huius ceruæ toti mundo charissimæ vbera inebriant te ô Christiane omni tempore, vt omnium temporalium oblitus, tanquam ebrius ad ea quæ ante fuerunt & sunt, te extendas.

Sed valde mirandum est cur dixit, Inebriant te, cum in vberibus non sit vinum quod inebriat, sed lac incundissimum. Audi quare. Sponsus eius filius ipsam laudans Cant. 7. dicit. Quam pulchra es & decora charissima in deliciis, statura tua assimilata est palma, & vbera tua botrus. Quam pulchra es mente, & quam decora corpore, mater mea, sponsa mea, cerua charissima, in deliciis, id est, vitæ æternæ præmiis. Statura tua assimilata est palma. Nota quod palma inferius corticibus est aspera, superius visu & fructu pulchra, & (vt dicit Isidorus) facit fructum centesimum. Sic beata Maria fuit in hoc mundo cortice paupertatis aspera, sed in cælo pulchra & gloriosa, quia Angelorum regina, & fructum centesimum, qui

datur virginibus, ipsa virgo Virginum super omnes Virgines meruit adipisci.

Sequitur. Vbera tua botrus. Botrus est genus fructus multi in vnum conglobati, vel vuarum, quæ nascuntur in vite. De qua in historia Ioseph Gen. 40. dicit Pincerna regis. Videbam coram me vitem, in qua erant tres propagines, crescere paulatim in gemmas, & post flores vvas maturescere.

In hac auctoritate nota quid vitis, quid tres propagines, gemmæ, & flores, & vva, & quomodo beatæ Virginis conueniant. Vitis dicta eo quod vim habeat citius radicandi, vel quod inuicem se innectit, est beata Maria, quæ præ cæteris citius & altius in Dei amore fuit radicata, & veræ vitæ, id est, filio suo, qui dixit Ioan. 15. Ego sum vitis vera, inseparabiliter se innexuit. Et de semetipsa dixit Eccl. 24. Ego quasi vitis fructificans suauitatem odoris. Partus beatæ Virginis non habet exemplum in fructu mulierum vel sexu, sed habet similitudinem in naturis rerum. Tres propagines huius vitis fuerunt Angelica saluatio, Spiritus sancti superuentio, & filij Dei inenarrabilis conceptio. Ex his tribus propaginibus propaginata proles fidelium quotidie per totum mundum fide propaginatur, id est, multiplicatur. Gemmæ in vite sunt humilitas & virginitas beatæ Mariæ. Flores, fecunditas sine corruptione; Partus sine dolore. Tres botri vuarum in vite, paupertas, patientia, abstinencia beatæ Mariæ. Hæ sunt vva maturæ ex quibus profluit vinum maturum & odoriferum, quod inebriat, & inebriando sobrias reddit mentes fidelium.

Sequitur. Et in amore eius delectare iugiter, quatenus ipsius amore falsam mundi delectationem despiciere, & tuæ carnis concupiscentiam valeas conculcare.

Confuge ad ipsam peccator, quia ipsa est ciuitas refugij. Sicut enim quondam Deus (vt dicitur Num. 35.) separauit ciuitates seu vrbes refugij, ad quas confugerent qui nolentes homicidium perpetrarent, sic nunc misericordia Domini refugium misericordiæ prouidit etiam voluntariis homicidiis. Prou. 7. Turris fortissima nomen Domini, ad ipsam confugiet peccator & saluabitur. Vnde dulce nomen confortans peccatorem & beatæ spei. Domine nomen tuum in desiderio animæ. Et nomen (inquit) Virginis Maria. Oleum effusum nomen tuum. Nomen Mariæ iubilus in corde, mel in ore, melos in aure. Egrege ergo dicitur. Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti.

Nota quod fugere dicitur fugendo agere. Dum enim Christus fugebat lac, salutem nostram agebat. Nostra salus fuit eius passio, passionem sustinuit in corpore, qui nutritus fuit Virginis lacte. Vnde dicit. Vinum meum bibi cum lacte meo. Cant. 5. Quare non dixisti Domine Iesu, bibi acetum meum cum lacte meo? Virginibus enim vberibus lactatur. Felle & acetum potatur. Dulcedo lactis conuersa fuit in amaritudinem fellis, vt eius amaritudo nobis æternam dulcedinem propinaret. Vbera fugit qui in monte Caluarie lancea perforari voluit, vt paruuli sugerent: de quibus Iob. 39. Pulli aquila lambunt sanguinem. At ille dixit. Quinimmo, &c. Glo. ibi. Quasi non solum laudanda est Maria quia verbum in vtero portauit, sed etiam beata, quia præcepta Dei seruauit in opere. Rogemus ergo, &c.



# DOMINICA IV. IN QVADRAGESIMA.



**D**E quinque panibus & duobus piscibus satiauit Dominus quinque milia hominum, &c. Ex Ioan. 6. In hoc Euangelio tria considerabuntur. Primum est affectus Dominicæ pietatis. Cum subleuasset oculos.

Secundum effectus magnificæ potestatis, quia cum vidit quod multitudo maxima, &c. Tertium, profectus diuinæ virtutis, quia satiauit.

Nota. Quinque panes, sunt quinque libri Moysi, in quibus animæ refectiones inueniuntur. Primus panis est peccati exprobratio in contritione. Secundus, peccati denudatio in confessione. Tertius, sui ipsius vilitas & humiliatio in satisfactione. Quartus, zelus animarum in prædicatione. Quintus, cælestis patriæ dulcedo in contemplatione. De primo pane Genes. 38. dicitur quod Iudas per puerum Odolamitam misit hædum Thamar. Iudas, id est confitens, scilicet pœnitens qui debet mittere hædum, id est peccati exprobrationem. Thamar quæ interpretatur amara, commutata palma, hæc est anima pœnitens, in cuius triplici interpretatione triplex status pœnitentium designatur. Dicitur amara quantum ad incipientes. Commutata quo ad proficientes. Palma quo ad perfectos & pertingentes. Odolamitis interpretatur testimonium in aqua, & significat compunctionem lachrymarum, quibus pœnitens testificatur se peccatum exprobrare, & de cætero non committere. Et sic de hac Thamar poterit Iudas gignere Phares & Zaram. Phares interpretatur diuisio. Zaram Oriens. Prius enim debet se à peccato diuidere & postmodum boni operis illuminationi intendere. Vnde Psalm. 36. Declina (inquit Propheta) à malo (ecce Phares.) & fac bonum, ecce Zaram.

De secundo pane Exodi 2. vbi dicitur quod Moyses percussit Ægyptium & abscondit sub sabulo. Moyses aquaticus est pœnitens aquis compunctionis fluidus. Hic percutit Ægyptium, id est mortale peccatum in contritione, & abscondit sub sabulo in confessione. Augustinus. Si tu discooperis, Deus cooperit, si tu detegis,

Deus tegit. Dicitur Gen. 31. quod Rachel abscondit idola patris sui Laban. Rachel interpretatur ovis, hæc est anima pœnitens, quæ idola, id est peccata mortalia: Laban, id est diaboli debet abscondere. Beati quorum testis sunt peccata, dicit Psalm. 31.

De tertio pane Leuitici primo. Vbi præcitur sacerdotibus vesiculam gutturis & plumas proiicere prope altare in locum cinerum ad Orientalem plagam. In vesicula gutturis notatur ardor & fitis auaritiæ, de qua Iob. 18. Exarsit contra eum (scilicet auarum) fitis. In pluma, leuitas superbiæ. Penna, inquit Iob. 39. Struthionis, id est hypocritæ, similis est pennis Herodij & accipitris, qui superbe & leuiter volant. Hæc in locum cinerum proiiciuntur, cum verbum primæ maledictionis (Cinis es & in cinerem reuerteris) corde compuncto cogitamus. Orientalis plaga est vira æterna, de qua per primos parentes decidimus. Humiliatur ergo pœnitens in satisfactione, & vesiculam auaritiæ, & plumam superbiæ à se proiicit, cum pœnam primæ maledictionis ad memoriam reducit, & se proiectum à facie oculorum Dei quotidie ingemiscit.

De quarto pane Numer. 25. vbi dicitur quod Phinees accepto pugione confodit fornicantes in genitalibus. Phinees est prædicator, qui arrepto pugione, id est verbo prædicationis in locis genitalibus debet effodere & denudare, vt quasi in faciem obiecta eorum turpitudine, de commisso scelere erubescant. Reuelabo (inquit Dominus per Prophetam Naum. 3.) pudenda tua in facie tua. Psalm. 82. Imple facies eorum ignominia.

De quinto pane. Deuteronomij trigesimo-quarto vbi dicitur quod Moyses ascendit de campibus Moab in montem Abraham, & ibi mortuus est coram Domino. Moyses, id est pœnitens, in campibus Moab quæ interpretatur ex patre, id est conuersatione carnalium, quæ sunt ex patre diabolo, debet ascendere in montem Abraham, qui interpretatur transitio, id est excellentiâ contemplationis, vt transeat de hoc mundo ad patrem.

Venter Virginis beatus & quibus de causis. Cant. 7.

Venter Virginis vallatus liliis.

Prou. 5.

Luc. 2.

Cant. 7.

Gen. 40.

Vire beata Maria designatur.

Ioan. 15.

Eccl. 24.

Maria ciuitas refugij. Num. 35.

Prou. 7.

Encomia nominis Mariæ.

Cant. 5.

Iob. 39.

Ioan. 6.

In libris Moysi animæ refectiones inueniuntur.

Gen. 38.

Pœnitens peccatum exprobrat.

A peccato diuidamur & postea boni operis illuminationi intendamus. Exod. 2.

Si detegis peccatum, Deus tegit. Gen. 31.

Psalm. 31. Leuit. 1.

Iob. 18.

Iob. 39.

Num. 25.

Naum. 3. Psalm. 82.

Deut. 34.

**Eccles. 11.** Isti sunt quinque panes, de quibus Ecclesiast. 11. *Mitte panes super transcurrentes aquas & post multa tempora inuenies.* Aquæ transcurrentes sunt populi in mortem defluentes. Vnde mulier Thecutes 3. Reg. 14. *Omnes labimur sicut aqua.* Esa. 8. *Populus iste abiicit aquas Siloe,* &c. Siloe interpretatur missus. Aquæ ergo Siloe sunt doctrina Christi missi à Patre. Hanc abiiciunt qui terrenis desideris effluunt. Et assumpsit magis Rasim & filium Romeliæ. Rasim, id est spiritum superbiam, & Facee filium Romeliæ, id est immunditiam luxuriæ, & ideo labuntur tanquam aqua in profundum gehennæ.

Isti panes sunt etiam quinque myrrhæ cubiti, de qua Solinus, quod in Arabia est arbor quæ dicitur myrrha, quinque cubitis à terra eleuata. Arabia interpretatur sacra, & significat sanctam Ecclesiam in qua est myrrha pœnitentiæ, quæ quinque cubitis (qui sunt quinque panes Euangelici) eleuat hominem à terrenis. Isti sunt quinque fratres Iudæ de quibus dicitur à Iacob Genesis quadragesimo nono. *Iuda te laudabunt fratres tui,* qui sunt Ruben, Simeon, Leui, Ysachar, Zabulon.

Ruben	videns
Simeon	auditio
Leui interpretatur	additus
Ysachar	merces
Zabulon	habitaculum fortitudinis.

Habeat ergo Iudas fratrem suum Ruben, vt videat in contritione illis septem oculis de quibus Zach. 3. *In lapide vno,* id est pœnitente, qui debet esse lapis per constantiam, & vnus per fidem vnitatem. *Erant septem oculi.* Quorum primo debet videre præterita, vt defleat. Secundo futura, vt caueat. Tertio prospera, ne eleuent. Quarto aduersa, ne deprimant. Quinto superiora, vt sapiant. Sexto inferiora, vt desipiant. Septimo interiora, vt sibi in Deo placeant. Habeat secundum fratrem Simeonem, in confessione, vt ipsius vocem Dominus audiat, sicut dicit Moyses Deut. 39. *Audi Domine vocem Iudæ,* de qua Cantic. 2. *Sonet vox tua in auribus meis, vox tua dulcis.* His duobus additur Leui in satisfactione, vt mensura pœnæ respondeat culpæ. *Facite* (inquit) *ignos fructus pœnitentiæ.* In comites habere debent,

Habeat & quartum fratrem Ysachar, vt zelo animarum feruens æternæ beatitudinis mercedem accipiat. Sed truncus inutilis terram occupans, & idiotia fatuus locum Ecclesiæ impediens, non mercedem vitæ æternæ, sed acerbiter mortis æternæ. Habeat nihilominus obsecro quintum fratrem Zabulon, vt in habitaculo contemplationis cum simplici Iacob inhabitans, gustum cælestis dulcedinis suscipere mereatur.

Isti sunt quinque panes. Sequitur de duobus piscibus, qui sunt intellectus & memoria, quibus debent condiri quinque libri Moysi, vt quod legis intelligas, & quod intelligis memoriæ tradas thesauro, & reponas. Vel duo pisces qui ad mensam regis de profunditate maris apportantur, sunt Moyses & Petrus. Moyses enim ab aqua de qua assumptus est, denominatus est. Petrus piscator erat, &

in Apostolatum sublimatus est, & illi Synagoga, huic Ecclesia commissa est. Ista sunt Sarra & Agar, quæ interpretatur solemnitas, significat Synagogam, quæ in legis obseruantis quasi quibusdam solemnitatibus gloriabatur. Sarra quæ interpretatur carbo, significat sanctam Ecclesiam in die Pentecostes igne sancti Spiritus ignitam. Filius illius, id est populus Iudæorum impugnat filium istius, id est populum credentium.

Vel aliter Sarra quæ interpretatur princeps, est superior pars rationis, quæ debet principari tanquam domina ancillæ, id est sensualitati quam Agar significat, quæ interpretatur vultur. Sensualitas enim tanquam vultur carnalium desideriorum, cadavera sequitur. Filius eius, id est motus carnis, persequitur filium istius, id est motum rationis. Et hoc est quod dicit Apostolus Gal. 5. *Caro concupiscit aduersus spiritum. Et spiritus aduersus carnem.* Caro enim bonis naturæ grauida & temporalibus opulenta insurgit in dominam, & euenit illud quod dicitur Proverb. 30. *Per tria mouetur terra, & quartum sustinere non potest. Per seruum cum regnauerit, per stultum cum saturatus fuerit cibo, & per odiosam mulierem cum in matrimonium fuerit assumpta, & per ancillam cum fuerit heres domina sue.* Seruus regnans est corpus recalcitrans. Stultus cibo satiatus est animus delitiis inebriatus. Mulier odiosa est operatio praua, quæ tunc assumitur in matrimonium cum peccator in malæ consuetudinis incidit vinculum. Et sic ancilla Agar, id est sensualitas fit heres dominæ suæ, id est rationis. Sed vt infelix istud dominium dissoluatur, de quinque panibus, & duobus piscibus satiavit Dominus quinque millia hominum.

De hoc nota quod secundum numerum, quinque millia hominum, sunt quinque conuentus. Primus celebratus fuit in cælo. Secundus, in paradiso. Tertius, in monte Oliueti. Quartus, in Hierusalem. Quintus, apud Corinthium. In primo conuentu nata fuit discordia. Primus enim Angelus prius albus, sed postea niger factus monachus, quia primo Lucifer, secundo tenebrifer, discordiam inter fratres seminavit vel zizaniam discordiæ. In choro enim concordia non ab inferiori sed à superiori incepit cantare antiphonam superbiam. *Ascendam* (inquit Esaia 14.) *in calum, & cætera.* Id est ad æqualitatem Patris. *Et ero similis Altissimo,* id est filio. Et dum sic alte cantaret, & cordis venæ intumescerent, irreparabiliter cecidit, cuius superbiam firmamentum sustinere non potuit.

Item in secundo, scilicet paradisi conuentu, nata fuit inobedientia propter quam primi parentes proiecti sunt in huius exilij miseriam. In tertio simonia, quæ est emere, vel vendere spirituale vel annexum spirituali. Quid autem spirituale, quid sanctius Christo? quem Iudam vendendo simoniæ peccatum credimus incurrisse, & ideo laqueo suspensum crepuisse. Sic omnis simoniacus nisi resignauerit & vere pœnituerit, laqueo damnationis æternæ suspensus medicus crepabit.

in Apostolatum sublimatus est, & illi Synagoga, huic Ecclesia commissa est. Ista sunt Sarra & Agar, quæ interpretatur solemnitas, significat Synagogam, quæ in legis obseruantis quasi quibusdam solemnitatibus gloriabatur. Sarra quæ interpretatur carbo, significat sanctam Ecclesiam in die Pentecostes igne sancti Spiritus ignitam. Filius illius, id est populus Iudæorum impugnat filium istius, id est populum credentium.

Vel aliter Sarra quæ interpretatur princeps, est superior pars rationis, quæ debet principari tanquam domina ancillæ, id est sensualitati quam Agar significat, quæ interpretatur vultur. Sensualitas enim tanquam vultur carnalium desideriorum, cadavera sequitur. Filius eius, id est motus carnis, persequitur filium istius, id est motum rationis. Et hoc est quod dicit Apostolus Gal. 5. *Caro concupiscit aduersus spiritum. Et spiritus aduersus carnem.* Caro enim bonis naturæ grauida & temporalibus opulenta insurgit in dominam, & euenit illud quod dicitur Proverb. 30. *Per tria mouetur terra, & quartum sustinere non potest. Per seruum cum regnauerit, per stultum cum saturatus fuerit cibo, & per odiosam mulierem cum in matrimonium fuerit assumpta, & per ancillam cum fuerit heres domina sue.* Seruus regnans est corpus recalcitrans. Stultus cibo satiatus est animus delitiis inebriatus. Mulier odiosa est operatio praua, quæ tunc assumitur in matrimonium cum peccator in malæ consuetudinis incidit vinculum. Et sic ancilla Agar, id est sensualitas fit heres dominæ suæ, id est rationis. Sed vt infelix istud dominium dissoluatur, de quinque panibus, & duobus piscibus satiavit Dominus quinque millia hominum.

De hoc nota quod secundum numerum, quinque millia hominum, sunt quinque conuentus. Primus celebratus fuit in cælo. Secundus, in paradiso. Tertius, in monte Oliueti. Quartus, in Hierusalem. Quintus, apud Corinthium. In primo conuentu nata fuit discordia. Primus enim Angelus prius albus, sed postea niger factus monachus, quia primo Lucifer, secundo tenebrifer, discordiam inter fratres seminavit vel zizaniam discordiæ. In choro enim concordia non ab inferiori sed à superiori incepit cantare antiphonam superbiam. *Ascendam* (inquit Esaia 14.) *in calum, & cætera.* Id est ad æqualitatem Patris. *Et ero similis Altissimo,* id est filio. Et dum sic alte cantaret, & cordis venæ intumescerent, irreparabiliter cecidit, cuius superbiam firmamentum sustinere non potuit.

Item in secundo, scilicet paradisi conuentu, nata fuit inobedientia propter quam primi parentes proiecti sunt in huius exilij miseriam. In tertio simonia, quæ est emere, vel vendere spirituale vel annexum spirituali. Quid autem spirituale, quid sanctius Christo? quem Iudam vendendo simoniæ peccatum credimus incurrisse, & ideo laqueo suspensum crepuisse. Sic omnis simoniacus nisi resignauerit & vere pœnituerit, laqueo damnationis æternæ suspensus medicus crepabit.

In quarto conuentu paupertas defecit cum, Ananias

in quarto conuentu paupertas defecit cum, Ananias

in quarto conuentu paupertas defecit cum, Ananias


in quarto conuentu paupertas defecit cum, Ananias

in quarto conuentu paupertas defecit cum, Ananias

Ananias & Saphyra de precio agri venditi proprium sibi subtraxerunt Spiritui sancto mentientes. Et ideo manifestæ vltionis confestim sententiam perulerunt. Actuum quinto. Sic proprio renunciantes & sanctæ paupertatis sigillo se consignantes si Hiericho destructam reedificare voluerint, maledictionis improprium æternaliter sustinebunt.

In quinto defecit castitas, sicut legitur in Epistola prima ad Corinthios quinto, quod Paulus excommunicationis sententia fornicato-

rem illum qui vxorem Patris accepit in interitum carnis ferire non dubitauit. Vos autem qui estis membra Ecclesiæ, oues Hierusalem cælestis, facite quinque partium conuentum, exclusa discordia zizania, inobedientiæ vesania, Simoniæ concupiscentia, auaritiæ lepra, & luxuriæ immunditia, vt inter quinque millia hominum, quinque panibus & duobus piscibus satiati, tanquam millenarij perfectione perfecti computari mereamini. Ipso præstante, &c. Amen.



# DOMINICA V.

## IN

# PASSIONE DOMINI.

**Joan. 8.** Christi innocentia. Christo debetur diligens audientia.



*Vis ex vobis arguet me de peccato,* &c. Ioan. 8. Septem notantur in hoc Euangelio. Primum, est Christi innocentia, ibi. *Quis ex vobis arguet me,* &c. Secundum, verbum Christi, cui debetur diligens audientia. *Qui ex Deo est, verba Dei audit.* Tertium, Iudæorum blasphemia. *Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & demonium habes?* Quartum, quod seruanti verbum Christi promittitur æterna gloria. *Amen dico vobis, si quis sermonem meum serauerit, mortem non videbit in æternum.* Quintum, Patris glorificatio. *Est Pater meus qui glorificat me.* Sextum, Abrahæ exultat o *Abraham Pater vester,* &c. Septimum, Iudæorum contra Christum voluntaria lapidatio, vel iniuriæ illatio. *Tulerunt lapides,* &c.

*Quis ex vobis arguet me,* id est accusabit vel conuincet de peccato? Certe nullus. Quomodo quis illum de peccato arguere poterat, qui peccata relaxare & vitam æternam dare venerat? Vnde Apostolus Hebræorum 9. *Christus assistens pontifex futurorum bonorum,* &c. Assistens, id est coadiuuans. Vnde Propheta Psal. 106. *Adiuuit pauperem de inopia.* Humanum genus pauper erat, quia spoliatum gratuitis, vulneratum in naturalibus, quod erat sine ope alicuius adiuuantis. Venit Christus, ei asirit, & id adiuuit, cum peccata ipsius relaxauit. Fuit etiam assistens, id est obediens Deo patri vsque ad mortem, mortem autem crucis. In qua non sanguinem hircorum aut vitulorum, sed proprium sanguinem in humani generis reconciliationem Deo Patri obtulit, vt emundaret conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruendum Deo viuo. Hic dicitur pon-

tifex futurorum bonorum. Pontifex dicitur pontem faciens, quasi via sequentium. Dux ripæ erant hinc & inde, mortalitatis, scilicet & immortalitatis, inter quas fluebat fluuius immeabilis, iniquitatis, scilicet & miseriarum nostrarum, de quibus Esa. 59. *Iniquitates vestra diuiserunt inter vos & Deum vestrum.* Venit ergo Christus assistens pontifex, seipsum fecit pontem à ripa nostræ mortalitatis vsque ad ripam suæ immortalitatis, vt per ipsum tanquam per lignum transversum transiremus ad futura bona possidenda. Et ideo dicitur pontifex futurorum bonorum vt æterna bona nobis daret. Quis ergo arguet eum de peccato?

Quid est peccatum nisi præuaricatio legis diuinæ, & cælestium inobedientia mandatorum? Quis ergo eum arguere potest de peccato, cuius in lege Domini fuit voluntas, qui non tantum patri cælesti, sed pauperulæ matri obediuit? Quis ergo arguet me de peccato, si veritatem dico, quare non creditis mihi? Ideo veritati non credebant, quia filij diaboli erant, qui mendax est & pater mendacij, quod adiuuenit.

Sequitur secundum. *Qui ex Deo est verba Dei audit.* Deus Hebraice dicitur timor latine. Ille est ex Deo qui Deum timet, & qui Deum timet, *verba Dei audit.* Vnde Dominus Hieremiæ decimo octauo. *Surge & descende in domum figuli, & ibi audies verba mea.* Ille surgit, qui timore correptus dolet fecisse quod fecit. Et in domum figuli descendit, cum se lutum esse cognoscit, timens ne tanquam vas figuli confringat eum Dominus, & sic ibi audit verba Domini, quia est ex Deo qui timet Deum. Dicit Hieronymus.

Magnū prædestinationis signū est libeter audire

**Hebr. 9.**

**Psalm. 106.**

**2. In paradiso.**

**3. In monte Oliueti.**

**Iudas simoniæ labe infectus.**

**4. In Hierusalem.**

**Pontifex pontem faciens.**

**Isa. 59.**

**Quid peccatum.**

**Cur veritati non creditur.**

**Deus timor.**

**Ierem. 18.**

**Qui timet Deum ex Deo est.**



Figura signum libere ter audire verbum Domini.

Jerem. 6.

Qui alienus a charitate, opera eius non sunt Deo accepta nempe meritore.

Christus Dominus vere omnium custos.

Christus Dei virtus.

Luc. 23.

Psal. 1.

verbum Dei, & de patria caelesti audire rumores, veluti cum aliquis libenter audit rumores de patria terrena. Et contrarium signum est oblationis. Vnde subditur. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis, quasi dicat, verba eius ideo non auditis, quia ipsum non timetis. Vnde Hierem. 6. Cui loquar & quem contestabor ut audiat? Ecce incircumcisa aures eorum, & audire non possunt. Ecce verbum Domini factum est eis in opprobrium, & non suscipiunt illud. Idem ibidem. Ecce adducam malum super populum istum, fructum cogitationum eius, quia verba mea non audierunt, & legem meam proiecerunt. Ut quid mihi thus de Saba afferis, & calamum suauolentem de terra longinqua? Saba interpretatur rete vel captiua. In thure oratio. In calamo criminis vel laudis confessio designatur. Qui verba Dei non audit, & legem eius (quae charitas est, quia plenitudo legis est dilectio) proicit, hic frustra thus orationis de Saba, id est mundi vanitate, qua irritus & captiuus tenetur, & calamum confessionis suauolentem (supple si in charitate fiat) de terra longinqua, id est mentis immunditia quae hominem separat a Domino Deo, affert. Holocaustomata vestra, id est abstinentiae vestrae quibus offertis corpora vestra, mihi non sunt accepta, & victimae, id est elemosynae vestrae non placuerunt mihi, dicit Dominus, eo quod charitatem a vobis proiecistis. Quid plura? omnia opera nostra quoad vitam aeternam sunt inutilia, nisi balsamo charitatis condiantur.

Sequitur tertium.

Responderunt Iudaei & dixerunt ei Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & demonium habes? Respondit Iesus. Ego demonium non habeo, sed honorifico patrem meum, & vos inhonorastis me. Ego autem non quero gloriam meam. Est qui quarat & qui iudicet. Samaritani ab Afsyriis translati, ex parte Israelitarum ex parte gentilium ritum tenuerunt, quibus Iudaei non conueiebatur, eo quod ipsos immundos reputabant. Vnde quem blasphemare volebant, Samaritanum vocabant. Samaritani interpretantur custodes, eo quod a Babyloniis in custodiam Iudaeorum sunt collocati. Dicunt ergo. Nonne bene dicimus nos quia Samaritanus es tu? Hoc Dominus non negando recipit, quia custos est, nam non dormit, neque dormitat qui custodit Israel. Et vigilat super gregem suum. Vnde Dominus Hierem. 1. Quid tu vides Hieremia? Et dixi. Virgam vigilantem ego video, & Dominus ad me: Bene vidiisti, quia vigilabo ego super verbo meo ut faciam illud. Virga a viriditate vel virtute, vel quod ea viri regant, sic dicta, significat Christum, qui est Dei virtus, qui secus decursum aquarum, id est abundantiam gratiarum plantatus, viridis, id est ab omni peccato immunis permansit, qui de seipso dicit Luc. 23. Si in viridi ligno haec faciunt, in arido quid fiet? Cui dixit Pater. Reges eos in virga ferrea, id est in inflexibili iustitia. Haec virga vigilauit super verbo suo ut faceret illud, quia quod verbo praedicauit, facto compleuit & ostendit.

Super verbo suo vigilat, quid quod verbo praedicat, opere exercet. Vel Christus dicitur virga vigilans, pro eo quod sicut fur de nocte vigilans, virga in qua est vincinus, res de domo

dormientium extrahendo furatur: Sic Christus virga suae humilitatis, vel humanitatis, & vincino suae crucis animas diabolo est furatus. Vnde hic dixit. Cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum, vincino, scilicet crucis. Dies enim Domini (ait Apostolus 1. Thessal. 5.) sicut fur in nocte veniet. Et Apoc. 3. Si non vigilaueris, cito veniam ad te tanquam fur.

Item Christus dicitur virga nucis vel amygdalina. Nota quod in nucis vel amygdalo est nucleus dulcis, testa solida, cortex amarus. In nucleo dulci designatur Christi diuinitas. In testa solida, eius anima. In cortice amaro, eius caro, quae amaritudinem sustinuit passionis. Hic vigilauit super verbo Patris, quod dicere potest suum, quia vnum, cum Patre est, ut faceret illud. Vnde dicit. Sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Ego demonium non habeo, qui Patris mandatum facio.

Falso ergo Iudaei blasphemant, dicentes. Demonium habes. De quorum blasphemia Hier. 17. Va mihi mater mea. Quare genuisti me virum rixam, virum discordiam in vniversa terra? Non fecerant, nec fecerant mihi quisquam.

Omnes maledicunt mihi, dicit Dominus. Nota quod duplex est Vae. Culpa & poenae. Vae poenae Christus habuit, sed non culpa. Vae ergo mihi mater mea, quare ad tantam poenam genuisti me virum rixae, virum discordiae? Rixa est quae inter multos committitur. Inde rixosus a rictu canino sic dictus, eo quod ad contradicendum semper est paratus.

Discordia dicta quasi diuersa corda, Discordare est habere cor diuersum. Sic inter Iudaeos propter verba Christi erat rixa, qui semper erant parati quasi canes ad latrandum & contradicendum, & diuersum cor habebant. Quidam enim dicebant, Bonus est, alij vere non, sed seducit turbas. Ioan. 7.

Non fecerant nec fecerant mihi quisquam. Fecerator dicitur & qui dat mutuum, & qui accipit. Ergo Christus non inuenit de Iudaeis cui suae doctrinae pecuniam accommodaret. Et ei non fecerant quisquam, quia nummum doctrinae noluerunt bono opere multiplicare, immo omnes maledicebant ei, dicentes. Samaritanus es tu, & demonium habes. Respondit Iesus. Ego demonium non habeo. Falsum negat, sed ut patiens conuictum non reddat. Sed honorifico (inquit) Patrem meum, honorem scilicet debitum exhibendo, omnia ei attribuendo. Et vos inhonorastis me. Vnde in persona eius dicit Hierem. Threnor. 3. Factus sum in derisum populo meo canticum eorum tota die. Et iterum in eodem. Dabit percussienti se maxillam, saturabitur opprobriis.

Ego autem gloriam meam non quero, ut homines, qui illatis iniuriis & contumeliis aliquid reddunt. Sed Patri referuat. Vnde subdit. Est qui quarat & iudicet. Vnde Hierem. 11. Tu Domine Sabaoth qui iudicas iustitiam, & probas renes & corda, videam ultionem tuam ex eis.

Nota quod duplex est iudicium. Vnum damnationis, de quo Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio Ioan. 5. Alterum discretionis, de quo Dominus in introitu Missae. Iudicame Deus & discerne causam meam de gente non sancta. Secundum hoc dicitur hic. Est Pater qui querat gloriam meam, & discernat a gloria vestra, quia vos secundum seculum gloriamini, ego

Thess. 5. Apoc. 3.

Amygdalo Christus designatur & cur.

Jerem. 17.

Discordia quasi corda diuersa.

Ioan. 7.

Patens conuictum non reddat.

Thren. 3.

Jerem. 11.

Duplex iudicium. Ioan. 5.

ego non, sed ea gloria quam habui apud patrem antequam mundus esset, quae est ab humana inflatione discreta.

Moraliter. Demonium habes. Demonium dictum quasi daimonion, id est peritum & rerum scium. Demon graece dicitur valde sciens. Quando aliquis adulando vel applaudendo dicit tibi, Peritus es & multa scis, tunc dicit tibi: Demonium habes. Et tu statim debes respondere. Ego demonium non habeo. A meipso nihil scio, nihil boni habeo, sed honorifico patrem meum. Ipsi totum attribuo, ipsi gratias ago, a quo est omnis sapientia, omnis peritia & scientia. Ego gloriam meam non quero, dicens cum beato Bernardo. Verbum vanae gloriae noli me tangere. Illi enim soli gloria debetur, cui dicitur Gloria patri & filio & spiritui sancto. Item dicit. Non querit Angelus ab Angelo gloriam in caelo, & homo ab homine laudari cupit in terra.

Sequitur quartum.

Amen amen dico vobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in aeternum. Dixerunt ergo Iudaei. Nunc cognouimus quia demonium habes. Abraham mortuus est & propheta, & tu dicis, Si quis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in aeternum. Quem teipsum facis? Respondit Iesus; Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est. Amen, id est vere & fideliter, vel fiat, quod est Hebraeum, sicut Alleluia, & sicut in caelo ab Ioanne in Apocalyp. cap. 19. Amen, & Alleluia sunt audita, ita in terris cunctis gentibus pronuntiare haec duo verba ab Apostolis sunt edita. Amen amen ergo dico vobis, si quis meum sermonem seruauerit, mortem non gustabit in aeternum. Mors est dicta a morfu primi hominis, quia vitae arboris pomum mordens mortem incurrit. Qui si sermonem Domini (ex omni ligno paradisi comede, de ligno autem scientiae boni & mali ne comedas) seruasset, mortem in aeternum non gustasset. Sed quia non seruauit, mortem gustauit, & cum omni posteritate sua perit.

Vnde Hierem. 11. Oliuam uberem, pulchram, fructiferam, speciosam vocauit Dominus nomen tuum, ad vocem loquela grandis ignis exarsit in ea, & combusta sunt fructus eius. Oliua est humana natura, quae ante peccatum fuit liua in agro Damasceno creata, sed in paradiso voluptatis (vt ita dicam) plantata, vber, id est fertilis in gratuitis, pulchra in naturalibus, fructifera in delitiis, speciosa in dotibus. Sed heu ad vocem loquela grandis, scilicet diabolicae suggestionis grandia promittentis, Eritis sicut dii, ignis vanae gloriae & auaritiae exarsit in ea. Et sic combusta sunt fructus eius, id est omnis posteritas ipsius. O filij Adae, nolite imitari patres vestros, qui Domini sermonem non seruauerunt, ideo perierunt. Sed seruate ipsum vos. Amen amen dico vobis, quod si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in aeternum. Gustate & videte, & cetera. Gustare hic est idem quod experiri.

Quantos absumit vana gloria. Gen. 3.

Jerem. 11.

Sequitur. Dixerunt ergo Iudaei. Nunc cognouimus quia demonium habes. O insaniam mentis vana, o daemoniaca gentis perfidia, non sufficit vobis semel tam horribili, tam ignominia-

bili conuicio innocentem ab omni vitio immunitatem blasphemare nisi & secundo repetatis; Nunc cognouimus quia demonium habes. O caeci, si cognouissetis, non eum demonium habere, sed Dei filium esse credidissetis, Abraham mortuus est, non illa morte quam dixit Dominus, sed morte corporali, de qua Gen. 25. Fuerunt dies Abrahae centum septuaginta quinque anni. Et deficiens, mortuus est in senectute bona proleque aetatis, & plenus dierum, congregatusque est ad populum suum. Et sepelierunt eum Isaac & Hismael filij sui in spelunca duplici.

Sequitur quintum.

Est pater qui glorificat me, quem vos dicitis, quia Deus noster est, & non cognouistis eum. Ego autem noui eum. Et si dixerit, &c. Sed scio eum, & sermonem eius seruo. Nota quod pater clarificauit filium suum in natiuitate cum nasci fecit ex virgine. In Iordanis flumine. Et in monte cum dixit. Hic est filius meus dilectus. Clarificauit etiam in resuscitatione Lazari. Et in resurrectione & ascensione sua. Vnde Ioan. 17. Pater clarifica filium tuum. Venit ergo vox de caelo, dicens. Et clarificauit, scilicet in resuscitatione Lazari. Et iterum clarificabo, in resurrectione, & in ascensione. Est ergo pater qui clarificauit me, quem dicitis quia Deus noster est. Hic habes aperte testimonium contra haereticos, qui legem Moysi a Deo tenebrarum dicunt esse datam. Sed Deus Iudaeorum qui dedit legem Moysi, est pater Iesu Christi, ergo pater Iesu Christi dedit legem Moysi, Et non cognouistis eum, spiritualiter, dum pro terrenis seruitis. Ego autem noui eum, quia vnum cum ipso. Et si dixerit quia non scio eum, ero similis vobis mendax, cum dicitis scire, & nescitis. Sed scio eum, & sermonem eius seruo. Sermo nem patris vt filij loquebatur, & ipse erat verbum patris, qui omnibus loquebatur, seruat seipsum, id est, diuinitatem in se.

Sequitur sextum.

Abraham pater vester exultauit ut videret diem meum. Vidit, & gavisus est. Dixerunt ergo Iudaei ad eum. Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? Dixit eis Iesus. Amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum.

Nota ista tria verba, Exultauit, Vidit, & gavisus est.

Nota etiam quod est triplex dies Domini. Natiuitatis, passionis, & resurrectionis. De primo Iohel. 3. In die illa fons de domo Dauid egredietur, & irrigabit torrentem spinarum, id est in die natiuitatis fons, id est Christus, de domo Dei, & de vtero virginis egredietur, & irrigabit torrentem spinarum, id est refrigerabit abundantiam miseriarum nostrarum, quibus quotidie punnimur & vulneramur. De secundo Esa. 27. Mediatum est in spiritu suo duro per diem aestus, id est per diem passionis, in qua sustinuit Dominus aestum laboris & doloris. In spiritu suo duro, dum penderet in cruce, meditatus fuit qualiter diabolus damnaret, & humanum genus de manu eius exiperet.

Iudaei obstinatissimi mentis.

Gen. 25.

Pluries clarificauit pater filium.

Ioan. 17.

Qui terrenis obsequitur Deum non agnoscit.

Triplex dies Domini. Iohel. 3.

De tertio die habetur Osee 6. In die tertia suscitabit nos, & vivemus in conspectu eius, sciemus sequemurque ut cognoscamus Dominum.

In his quatuor verbis, quatuor glorificati corporis dotes intelligimus. Vivemus, ecce immortalitas. Sciemus, ecce subtilitas. Sequemur, ecce agilitas. Ut cognoscamus Dominum, ecce claritas. Abraham ergo id est vir iustus exultat in die natiuitatis de verbo incarnato. Videt oculo fidei ipsum pendentem in crucis patibulo, cum quo immortalis gaudebit in caelesti regno. Dixerunt ergo Iudaei ad eum, solam in coartatem carnis pensantes, non diuinam naturam considerantes. Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? Cum Christus trigessimum, vel forte trigessimum secundum ageret annum, propter nimium laborem & praedicationis instantiam maioris aetatis esse videbatur. Dicit ergo eis. Antequam Abraham fieret ego sum. Non dixit esset, sed fieret, quia creatura. Non dixit factus, quia creator. Sequitur septimum.

Tulerunt ergo lapides Iudaei, ut iacerent in eum, Iesus autem abscondit se & exiit de templo. Lapidem ad lapides concurrerunt, ut lapidem angularem lapidarent, qui duos parietes Iudaicum, scilicet & gentilem populum ex aduerso venientes in seipso copulauit. Iudaei paterna ma-

litiæ imitatores Dominum Prophetarum lapidare voluerunt, quorum patres Hieremiam in Aegypto lapidauerunt. Vnde eis dicit Dominus Matth. 23. Filij estis eorum qui Prophetas occiderunt, & vos implete mensuram patrum vestrorum. Moraliter. Falsi Christiani filij alieni, id est diaboli, qui mentiti sunt Domino, pactum baptismi violando, duris peccatorum lapidibus patrem & Dominum suum Christum à quo denominati sunt Christiani, quantum in ipsis est quotidie lapidant, & ipsum, id est fidem ipsius interficere conantur.


Isti tales sunt sicut filij vulturis, qui patrem suum permittunt mori fame. Non sunt sicut filij gruis, qui se morti pro patre opponunt quando falco insequitur patrem, quem senio confectum pascunt, quia tunc venari non potest. Pater noster tanquam pauper esuriens pulsatur ad ostium ut ei aperiamus, & ei si non cenam, saltem paruam buccellam demus. Ego, inquit, sto ad ostium & pulso. Si quis mihi aperuerit, intrabo ad illum, &c. Apocal. 3. Iesus autem abscondit se & exiit de templo, ideo in hac Dominica quæ intitulatur in Passione Domini, Gloria patri in responsoriis dimittitur, nec tamen omnino subicitur, eo quod nondum traditus fuerat Dominus in manus Lanistarum, Rogemus ergo, &c.



DOMINICA



# DOMINICA IN RAMIS PALMARVM.

*Matth. 21.*  *Vm appropinquaret Iesus Hierosolymis, &c. Matth. 21.*

In presenti Evangelio quatuor sunt videnda. Primum est, Christi benignitas in Hierusalem visitatione, ibi. *Et venisset Bethphage, &c.*

Secundum, ipsius auctoritas in discipulorum missione, ibi. *Misit duos ex discipulis.* Tertium, Christi humilitas in asini sessione, ibi. *Dicite filia Sion.* Quartum, est turbæ iucunditas in Christi receptione: *quia clamabant osanna, &c.*

Quoad primum, Nota quod hanc viam Christus cum Hierosolymis venit, fecit. Primo venit Bethaniam, quæ est domus obedientiæ, id est beatæ Mariæ, quæ voci Angeli obediuit: ideo filium Dei suscipere meruit. Secundo de Bethania in Bethphage, quæ interpretatur domus buccæ: hæc fuit ipsius prædicationis. Ad hoc enim carnem accepit à virgine, ut postea veniret ad prædicationem. Et de Bethphage ad montem Oliueti, id est misericordiae. Oleum enim interpretatur misericordia. Mons Oliueti significat excellentiam miraculorum, quæ misericors & benignus Iesus cæcis, leprosis, dæmoniis, & mortuis misericorditer conferebat. Et de monte Oliueti venit Hierosolymam, negotium nostræ salutis, pro quo venerat, completurus, humanum genus per quinque fere millia annorum inferni carcere captiuum suo sanguine de manu diaboli redempturus.

Christus enim sic nos liberavit sicut quædam auis quæ Struthio dicitur, filium suum liberavit. Dicitur enim quod sapientissimus Salomon-Rex quandam auem, scilicet Struthionem habuit, cuius filium in vase vitreo recludit, quem mater dolens videbat & habere non poterat, tandem præ nimia filij dilectione, abiit in desertum, in quo vermem inuenit, inuentum detulit, delatum & posuit super vas vitreum rupit. Cuius sanguinis virtus vitrum confregit. Et sic Struthio filium liberavit. Moraliter. Quid auis, quid filius, quid vas vitreum & desertum, quid vermis & sanguis significant, videamus. Ista

auis significat diuinitatem. Filius eius, Adam & eius posteritatem. Vas vitreum, carcerem infernalem. Desertum, vterum virginalem. Vermis, Christi humanitatem. Vnde ipse dicit. *Psal. 21. Ego sum vermis & non homo.* Sanguis, eius passionem. Deus ergo ut humanum genus de carcere inferni liberaret, venit in desertum, id est virginis vterum, ex qua accipit vermem, id est humanitatem. Vnde ipse dicit. *Ego sum vermis & non homo.* Quia Deus & homo hunc vermem in crucis patibulo rupit, ex cuius latere sanguis exiit. Cuius virtus portas inferni confregit, & humanum genus de manu diaboli liberauit.

Moraliter. Dicit Ioan. in Euangelij capite duodecimo. Ante sex dies Paschæ, id est in Sabbato quod est ante Dominicam Palmarum, venit Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitauit Iesus. Fecerunt autem ei cenam, & Martha ministrabat. Lazarus vero erat vnus ex discumbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram Nardi pistici preciosi, & ungebat pedes Iesu. Matheus vero & Marcus dicunt quod effudit super caput eius recumbentis. Bethania interpretatur domus afflictionis. Hæc est contritio cordis, de qua *Psal. trigesimo septimo. Afflictus sum & humiliatus sum nimis, rugiebam à gemitu cordis mei.* In hac domo suscitatur Lazarus, qui interpretatur adiutus. In domo enim contritionis peccator resuscitatur, cum diuina gratia adiuuatur. Vnde *Psal. vigesimo septimo. In ipso sperauit cor meum & adiuuus sum.* Cum cor sperat, gratia adiuuat. Tunc enim cor sperat de indulgentia, cum ipsum dolor contritionis pro peccato cruciat. Sequitur,

*Fecerunt autem ei cenam, & Martha ministrabat.* Duæ sorores peccatoris à morte peccati resuscitati, Martha, scilicet quæ prouocans vel irritans, & Maria quæ interpretatur stella maris, sunt timor pœnæ, & amor gloriæ. Timor pœnæ prouocat peccatorem ad planctum, & irritat quasi canem ad inuestigandum, ad confitendum peccatum & peccati circumstantias. Amor gloriæ illuminat, timor satagit, amor inungit. Martha (inquit) ministrabat, scilicet timor, panem doloris,

Osee 6.

Quatuor corporis dotes.

Ex summa quis senior videtur.

Christus lapidatus.

Matth. 13.

Mali Christiani quantum in ipsis est quotidie Christum lapidant.

Apoc. 3.

Matth. 21.

Vias Christi Domini imitari debemus.

Christus Struthioni comparatur & qua de causa.

Quid auis quid vas vitreum, moraliter.

Psal. 21.

Christi victoria de inferno.

Bethania domus afflictionis.

Psal. 37.

Psal. 27.

Ad quid timor prouocat peccatorem.

Matth. 26.

vinum compunctionis. Hæc est cœna Iesu, de qua Marth. vigesimo sexto. Cœnantibus autem eis accepit Iesus panem & benedixit ac fregit, deditque discipulis suis. Et accipiens calicem gratias egit & dedit illis, dicens. Bibite ex hoc omnes.

Gratia Christi in peccatore maxime.

Lazarus vero vnus erat de discumbentibus cum Iesu, vt non phantasma, sed vt eius vera resurrectio probaretur, comedit, & bibit. Quanta gratia peccatoris? qui prius occubuit modo discumbit, cum Iesu & eius discipulis epulatur, qui prius ventrem de siliquis porcorum, id est mentem immunditatis dæmonum implere cupiebat, & nemo illi dabat.

Sequitur. Maria ergo accepit libram Nardi pistici preciosi. Libra duodecim vncias perficitur, & inde habetur perfecti ponderis genus, quia tot constat vncias quot mensibus annus. Libra dicta eo quod sit libera, & cuncta intra se pondera sunt reclusa. Nardum pisticum, id est fidelè, & sine impostura, Græcum est, Pistis enim Græce, fides dicitur Latine. Libra duodecim vncias constans est fides duodecim Apostolorum perfecta & libera. Maria ergo, id est amor cælestis gloriæ. Libra Nardi pistici, id est fide duodecim Apostolorum inungit caput diuinitatis, & pedes humanitatis, Christum Deum & hominem natum passumque confitendo. Et ita domus, id est conscientia pœnitentis repletur ex odore vnguenti, dicens cum sponsa. Canticorum primo O Domine Iesu fune tui amoris trabe me post te, vt curram in odorem vnguentorum tuorum, vt de Bethania veniam in Bethphage, quæ interpretatur domus buccæ, & significat confessionem, in qua debemus esse velut mansionarij, non tanquam hospites vnus noctis prætereuntis, ne nobis eueniat quod dicit Hier. 14. Hæc dicit Dominus populo huic qui dilexit mouere pedes suos & non quieuit, & ideo non placuit, nunc recordabitur iniquitatem eorum. Cum de Bethphage venit ad montem Oliueti.

Cantic. 1.

In confessione perfectueremus.

Jerem. 14.

Nota quod mons Oliueti dicebatur mons luminum, quia illuminabatur à sole, à seipso, à templo. A sole, quia ad Orientem positus, solis radios suscipiebat. A seipso propter abundantiam olei quam habebat. A templo, propter luminaria, quæ in ipso ardebant, & sic montem illuminabant. Mons Oliueti, est excellentia satisfactionis, ad quam debet venire pœnitens de domo confessionis. Et bene satisfactio dicitur mons trium luminum. Homo enim existens in pœnitentiæ satisfactione illuminatur à sole iustitiæ Iesu Christo, qui dicit, Ego sum lux mundi. A seipso, quia debet habere abundantiam olei, id est misericordiæ in se & in proximo. Vnde Iob. 5. Visitans speciem tuam non peccabis. Quidam sanctus dicebat, Nunquam melius anima videbit per veritatem speciem suam supra se, quam si caro se inclinet per charitatem ad speciem suam infra se. Illuminatur à templo, id est fidelium conuentu, de quibus Apostolus 1. Corinth. 3. Templum Dei sanctum est quod estis vos. Cum de monte Oliueti venit Hierosolymam. Hæc enim tria, cordis contritio, oris confessio, operis satisfactio perducunt ad lumen Hierusalem cælestis in æternam beatitudinem. Bene ergo dicitur. Cum appropinquaret Iesus Hierosolymam. Sequitur secundum.

Pœnitens de domo confessionis ad domum satisfactionis veniat.

Iob. 5.

1. Cor. 3.

Tunc misit duos discipulos suos, dicens. Ite in castellum quod contra vos est, & statim inuenietis asinam alligatam, soluite & adducite mihi. Moraliter, discipulus dictus eo quod disciplinam discit. Castellum est vbi est murus in circuitu & turris in medio.

Asinus vel asina dicta quasi alta sinens. Pullus quasi pollutus, quia recens est. Duo ergo discipuli viri iusti, qui disciplinam patris discunt, sunt mundi despectio, & cordis humiliatio. Isti duo discipuli sunt Moyses & Aaron, qui Hebræos educunt de Aegypto. Duo vectes arcam testimonij portantes Duo Cherubim propitiatorum versis vultibus prospicientes. Per Moylen, qui (vt dicit Apostolus ad Hebræos vndecimo) maiores diuinitatis estimantur thesauri Aegyptiorum proprium Christi, mundi despectio significatur. Per Aaron (qui vt dicitur Numeri decimosexto, ignem extinxit, & iram Dei ne in populum desuaret, sedauit) cordis humilitas designatur, quæ extinguit ignem diabolicæ suggestiois & sedat iram diuinæ animaduersionis.

Isti duo discipuli tanquam vectes inflexibiles portant arcam testimonij, id est doctrinam Christi vel obedientiam prelati. Duo Cherubim qui prospiciunt in propitiatorium, id est ipsum Christum qui est propitiatio pro peccatis nostris, prospiciunt inquam in præsepio reclinatum, in cruce suspensum, in monumento sepulchrum. Istos duos discipulos mittit vir iustus dicens, ite in castellum quod contra vos est.

Castellum vt diximus, constat ex muro & turre. In muro temporalium abundantia, in turre diaboli superbia designatur. Sicut enim in muro lapis lapidi superponitur & cæmento conglutinatur, sic in abundantia temporalium pecunia pecuniæ additur, domus domui adiungitur, ager agro copulatur, & cæmento cupiditatis tenaciter colligatur. De quo moraliter Esa. 16. Venter meus ad Moab quasi cithara sonabit, & viscera mea ad murum cœli lateris. Hieremias eadem verba ponit cap. 48. Cor meum (inquit) ad Moab quasi tibia eris resonabit, & cor meum ad viros muri fictilis dabis sonitum tiliarum. In ventre mens. In cithara vel tibia prædicationis melodia, quæ debet sonare ad Moab, id est peccatorem, qui est ex patre diabolo, qui ædificat murum cœli & fictilis lateris, id est abundantiam temporalium. Cœli, quia igne cupiditatis indurati. Fictilis, quia cito casuri.

In turre notatur diaboli superbia. Hæc est turris Babel, id est confusionis. Turris Siloe, quæ vt dicitur Luc. 16. corruens 18. Homines interfecit. Contra hoc castellum mittit vir iustus duos discipulos suos, scilicet mundi contemptum, vt abundantiam transito iæ murum diruat, & cordis humilitatem, vt turrim superbiæ deiiciat. Et bene dicit, Quod contra vos est. Abundantia enim temporalis paupertati, Superbia humiliati semper est contraria.

In hoc castello asina alligata & pullus cum ea inuenitur. Asina alta sinens & per plana incedens est vita clericorum & religiosorum, quæ relicta altitudine contemplationis tanquam pigra & stolidia incedit per plana carnalis voluptatis. Heu heu quot delectationum vinculis,

Exod. 7.

Hebr. 15.

Num. 16.

Auaritia in satiabilis.

Isa. 16.

Jerem. 48.

Luc. 16.

Contemptus mundi superbiæ deprimi.

Religiosi mali asino alligato comparantur.

Jerem. 8.

Jerem. 9.

Contemptus mundi & humilitas omnia soluit.

Zach. 9.

Inuicitur in malos religiofos.

Jerem. 2.

Zach. 9.

Clericorum abundantia in quatuor consistit.

Jerem. 31.

culis, quot peccatorum funiculis hæc asina alligatur. Et pullum (inquit) cum ea. Huius asinæ pullus est clericus vel religiosus, qui bene dicitur pullus, eo quod multis vitiis pollutus. Inuenitur hic cum asina, ipsius vbera, gulæ scilicet & luxuriæ à posterioribus lactando. Sed soluite & adducite mihi. O Domine Iesu quid est quod dicis? Quis est qui vincula clericorum & falorum religiosorum, diuitias, honores, & voluptates, quibus alligati tenentur, potest soluere, & eorum superbiam edomare & ad te adducere? Omnes (inquit Hieremias cap. 8.) sunt quasi equus impetu vadens in prælium. Et propterea ego Dominus cibabo eos absinthio, id est amaritudine mortis æternæ, & potabo eos felle, id est amaritudine conscientia remordentis Hierem. 9. A Prophetis enim Hierusalem, id est clericis & religiosis egressa est pollutio super terram. Soluite inquit & adducite mihi. Contemptus mundi & humilitas animi omnia vincula soluunt, & asinam & pullum Domino adducunt. Sequitur tertium.

Hoc autem totum factum est vt adimpleretur quod dictum est per Prophetam, scilicet Zachariam dicentem. Dicite filia Sion. Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus sedens super asinam & pullum filium subiugalis. Hæc est litera in Zachar. nono. Exulta satis filia Sion, inbiba filia Hierusalem. Ecce Rex tuus veniet tibi iustus & Saluator, ipse pauper & ascendens super asinam, & super pullum filium asinæ. Venit igitur sedens super asinam & filium subiugalis, id est asinæ sub iugo edomitæ. O vtinam tantum regem, tantum sessorem clerici & religiosi vellent suscipere, & tanquam animalia mansueta eum suaviter portare, vt cum ipso in Hierusalem supernam mererentur introire! Sed quia sunt filij Belial, id est absque iugo: qui ambulauerunt (vt dicit Hierem. 2.) post vanitatem, & vani facti sunt, & non dixerunt, vbi est Deus. Qui confecerunt iugum & ruperunt vincula & dixerunt, Non seruiam. Ideo de eis subditur Zach. 9. Dispergam quadrigam ex Effraim, & equum de Hierusalem, & dissipabitur arcus belli. Quadriga quæ quatuor rotis voluitur, est abundantia clericorum quæ consistit in quatuor, scilicet in latitudine possessionum: In multiplicatione præbendarum & reddituum: In lautitia ciborum, & in lasciuiâ vestium. Hanc quadrigam Dominus disperdet, & ascensorem eius proiciet in mare infernale. Et disperget equum, id est superbiam spumantem & effrenem religiosorum, qui sub habitu religionis, sub prætextu sanctitatis magnos se putant, sed magnus & potens Dominus qui humilia respicit & magna deponit, istum equum proiciet de Hierusalem cælesti in quam nullus intrabit, nisi qui se humiliauerit vique ad mortem, mortem autem crucis.

Moraliter. Rex sedens super asinam & pullum eius, est iustus carnem reprimens, & appetitum eius refrenans. Vnde Hierem. 31. Virgo Israel adhuc ornaberis tympanis tuis & egredieris in choro ludentium. In tympano quod est pellis mortua in ligno extensa, carnis mortificatio. In choro vbi voces resonant vnite, concordia designatur. Anima ergo tympanis ornatur, & in choro ludentium egreditur, cum carnis mortificatione, & virtutis concordia de-

coratur. In tympano & choro (ait Dauid Psal. 150.) Psal. 150. laudate Deum.

Aliter. Rex sedens super asinam, est Christus regens plebem sibi commissam, de quo Eccles. 10. Beata terra (id est Ecclesia) cuius Rex nobilis est, & cuius principes (id est prelati) vescuntur tempore suo, id est ad reficiendum & non viuunt vt comedant. Vel vescuntur tempore suo, quia non quarunt hic remuneracionem, sed in futuro. Iste Rex debet esse (vt supradictum est) mansuetus, iustus, Saluator, & pauper. Mansuetus in illata iniuria, & erga subditos. Iustus circa superbos, infundens oleum & vinum, vel in reddenda vniciquæ in iustitia sua. Saluator erga pauperes vel in prædicatione & oratione. Pauper inter diuitias, vel cordis humilitate & suisius despectio. Beata asina, beata Ecclesia quæ talem habet sessorem. Sed Episcopus nostri temporis est sicut Balaam sedens super asinam, quæ Angelum videbat, quem Balaam videre non poterat. Balaam interpretatur præcipitans fraternitatem, vel turbans gentem, vel deuorans populum. Hic est inutilis truncus, Episcopus infatuatus qui malo suo exemplo præcipitat fraternitatem fidelium in peccatum, & postmodum in infernum, sua insipientia (quia idiota) turbat gentem, suâ auaritia deuorat populum. Iste talis sedens super asinam non dico videt Angelum, sed videt diabolum, qui eum nititur præcipitare in infernum, sed plebs simplex dum rectè credit, dum bene agit videt Angelum magni consilij, diligit & cognoscit filium Dei.

Sequitur quartum. Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via. Alij vero cadebant ramos de arboribus & stenebant in via. Turba autem quæ præcedebant, & quæ sequebantur, clamabant dicentes. Osanna filio Dauid benedictus qui venit, &c. Nota ista tria, strauerunt vestimenta, cadebant ramos, & clamabant Osanna. Vestimenta sunt nostri corporis membra, quibus Salomon Eccles. 9. Omni tempore vestimenta tua sint candida. Hæc debemus sternere in via, id est pro nomine Iesu morti & passioni exponere, vt ipsa gloriosa & immortalia in generali resurrectione mereamur recipere, quando hoc mortale induerit immortalitatem, & corruptibile hoc incorruptionem. Rami sunt sanctorum patrum exempla, de quibus Leuitic. 23. Sumetis vobis fructus arboris pulcherrima spatulasque palmarum, & ramos ligni densarum frondium, & salices de torrente, & letabimini coram Domino. Arbor pulcherrima est virgo Maria, cuius fructus fuerunt humilitas & paupertas. Palmæ, fuerunt Apostoli qui de mundo palmam victoriæ asportauerunt. Spatulæ, sunt fructus Palmarum antequam aperiantur, per quas intelligimus fidem, spem, & charitatem Apostolorum. Lignum densarum frondium, est crux Christi, quæ densas Dei frondes per totum mundum expandit. Rami huius ligni fuerunt quatuor cornua crucis, quæ fuerunt in manibus & pedibus Christi. In his quatuor cornibus fuerunt quatuor lapides preciosi, qui sunt misericordia, obedientia, patientia, perseverantia. In superiori cornu fuit misericordia. In dextro obedientia. In sinistro patientia. In inferiori, perseverantia.

Leuit. 23.

Arbor pulcherrima virgo Maria & qualis illius fructus.

Salices



Paupertas & humilitas fructus arboris pulcherrimæ Mariæ.

Salices de torrente quæ in viriditate permanent, omnes sanctos significant, qui in torrente istius fluxibilis mortalitatis virides in bono opere perseverauerunt. Sumamus ergo nobis fructum arboris pulcherrimæ, id est paupertatem & humilitatem virginis Mariæ & sparulas, &c. & salices de torrente, id est virtutia opera omnium sanctorum, & lætemur coram Domino Deo nostro Iesu Christo, dicentes cum turbis & Hebræorum pueris: Osanna filio David, &c. Osanna interpretatur

salus, vel salua obsecro. Osanna ergo, id est salus est filio David, vel à filio David, vel filio, id est per filium. Benedictus, id est, immunis à peccato. Et ideo singulariter benedictus es. O tu Christe qui venis in nomine Domini, id est qui venturus es. Nam qui primum in forma serui apparuisti, tandem in gloria Domini apparebis. Osanna in excelsis, id est salua in excelsis, quasi diceret, qui saluasti redimendo in terris, salua obsecramus collocando nos in cælis. Amen.



# IN DIE PARASCEVES.



**D**radetur gentibus & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur, & postquam flagellauerint, occident eum, in variis Euangeliorum locis. Huius captiuorum libertas traditur. Angelorum gloria illuditur.

Omnia Deus flagellatur. Speculum sine macula & candor lucis æternæ conspuitur. Mortientium vita occiditur. Et quid nobis miseris ulterius restat agendum, nisi vt eamus & moriamur cum illo: O anima compone collyrium, Fac tibi plantam amarum super mortem vnigeniti, super passionem crucifixi, Dominus innocens traditur à discipulo, illuditur ab Herode, flagellatur à præfide, conspuitur à Iudæorum plebe, crucifigitur à militum cohorte.

Traditus est ergo à discipulo. *Quid* (inquit) *vultis mihi dare & ego vobis eum tradam?* Proh dolor ponitur in pretio res inpreciables. O Iuda Domini Dei filium tanquam vile mancipium, tanquam canem mortuum, vis vendere, cum non tuam, sed ementium requiris voluntatem? *Quid* (inquit) *vultis mihi dare, &c?* Et quid possum tibi dare? Si Hierusalem, Galilæam, Samariam dederim, nunquid Iesum emere possum? Si cælum, & Angelos, terram, & homines, mare, & omnia quæ in eis sunt tibi dare potuissent, nunquid Dei filium in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi emere valuissent? Non utique. Nunquid creator à creatura emi vel vendi potest? Et tu dicis, *Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam?* Dic mihi, in quo tibi nocuit? Vbi illa incomparabilis filij Dei humilitas & paupertas? Vbi benignitas & affabilitas? Vbi illa dulcis prædicatio & miraculorum operatio? Vbi illa lachrymæ piissimæ super Hierusalem, & mortem Lazari effusæ? Vbi priuilegium quo te elegit in Apostolum, & fecit familiarem amicam? Hæc & his similia cor tuum emollire & te ad misericordiam debuerant prouocare, ne diceres, *Et ego vobis eum tradam.*

O quot hodie Iudæ Scariothes (qui interpretatur mercēs) qui mercede alicuius commodi temporalis vendunt veri aem, osculo adulationis proximum tradunt, & sic vlti-

mo laqueo se suspendunt æternæ damnationis.

Illudis etiam fuit ab Herode. Vnde dicitur *Luc. 23. Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo, & illudis indutum veste alba.* Dei filius spernitur ab Herode vulpe. *Ite* (inquit *Luc. 13.*) *dicite vulpi illi & eius exercitui.* Cui Angelorum exercitus voce proclamant: Sanctus Dominus Sabaoth. Cui (vt dicitur *Daniel. 7.*) *millia millium & decies centena millia assistunt & ministrant.* Et illudis, inquit, indutum veste alba. Pater induit eum, scilicet Christum veste alba, id est carne ab omni labe peccati munda, à virgine immaculata assumpta. Deus Pater filium glorificauit quem Herodes spreuit. Pater veste alba induit, & Herodes illudis indutum.

Proh dolor! sic fit hodie. Herodes interpretatur gloria pellis, & significat hypocritam, qui in interiori conuersatione quali in pelle gloriatur, cum omnis gloria filie, id est animæ regis cælestis sit ab intus. Hic Iesum spernit & illudis. Spernit cum crucifixum prædicat, & crucifixi stigmata non portat. Illudis cum sub gloria pellis se abscondit, vt Christi membra decipere possit. Fistula dulce canit volucrem dum decipit auceps. Gloria pellis Herodianæ quot hodie decipit?

Fuit etiam flagellatus à Pontio Pilato. Vnde *Ioan. 19. Tunc apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit.* Dicit *Esa. cap. 28. Flagellum imundans cum transferit, eritis ei in conculcationem.* Quodocunque pertransierit tollet vos. Ne, scilicet flagellum istud per quod mors æterna vel diaboli potentia significatur, vos conculcet, omnium Deus Dei filius fuit ad columnam tanquam latro ligatus & atrocissime flagellatus intantum vt sanguis emanaret. O mansuetudo diuinæ pietatis! O patientia paternæ legis vel benignitatis. O profundum & inscrutabile æterni consilij arcanum. Videbas pater vnigenitum tuum coæqualem ad columnam latronum ligatum, & flagellis sicut hominem homicidam lanari. Et quomodo te continere potuisti? Gratias tibi agimus Pater sancte, quia per dilecti filij tui vincula & flagella, à vinculis peccati, & flagellis diaboli sumus liberati.

Sed

Qui post vorum redit ad vomitum iterum flagellat Christum Dominum.

Sed heu Pontius Pilatus in terra flagellat Christum. Pontius interpretatur Pater declinans. Pilatus malleator vel ore contundens. Et significat illum qui declinat à bono proposito, & post vorum tendit ad vomitum. Hic ore blasphemiarum, & linguæ malleo contundit Christum, & flagellat etiam in membris suis. Egressus enim Sathan à facie Domini, ordini detrahit, istum vocat superbum, istum accusat gulosum, & vt ipse innocens appareat, vere innocentes vt nocentes iudicat, vt sub multorum ignominia suam valeat iniquitatem palliare.

Matth. 26.

Fuit etiam Iudæorum sputis illitus. Tunc inquit *Matthæus cap. vigesimo sexto. Expuerunt in faciem eius, & colaphis eum ceciderunt. Alij autem palmas in faciem eius dederunt.* O Pater, caput filij tui Iesu arundine percutitur. Facies in quam Angeli desiderant prospicere, Iudæorum sputis fœdatur, alapis cœditur, eius barba depilatur, per capillos trahitur, & tu clementissime taces & dissimulas, & potius vis vt vnicus filius tuus in quo tibi bene complacuit, sic consuatur, sic colaphizetur, quam tota gens pereat. Tibi laus & gloria, quia de filij tui Iesu sputis & alapis theriacam fecisti, quæ expellit animæ nostræ venenum.

Facies Christi prælati.

Vel aliter. Facies Christi sunt Ecclesiæ prælati, per quos tanquam per faciem cognoscimus Deum. In hanc faciem perfidi Iudæi, id est peruersi subditi conspuunt, cum ipsis prælati detrahunt & maledicunt, prohibente Domino, ac dicente (*Exodi vigesimo secundo.*) Principem populi tui non maledices.

Exod. 22.

Ioan. 19.

Item à militibus est crucifixus *Ioan. decimo nono.* Et milites quidem hæc fecerunt. Et illud ibidem. *Milites cum crucifixissent, acceperunt vestimenta eius, &c.* O vos omnes qui transitis per viam, gradum figite, attendite & videte si est dolor sicut dolor meus. Fugiant discipuli mei, noti & amici recedant. Petrus negat. Synagoga spinis coronat. Milites crucifigunt, Iudæi deridentes blasphemant. Felle & aceto potant. Et quis dolor sicut dolor meus? *Manus enim tornatiles.* (vt dicit sponsa *Canticorum quinto*) *auræ, plena hyacinthis,* clauis sunt confixæ. Pedes quibus mare se calcabile præbuit, cruce clauis affixi. Facies quæ lucet vt sol in virtute sua, in pallorem mortis est mutata. Oculi dilecti quibus nulla creatura inuisibilis, sunt clausi, & quis dolor sicut dolor meus? Inter hæc autem omnia solus pater præstitit adminiculum, in cuius manus commendauit spiritum, dicens. Pater, in manus tuas commendo spiritum, & cætera. *Et cum hoc dixisset, inclinato capite* (quia alibi non habuit vbi reclinaret caput) *tradidit spiritum.*



# IN DIE SANCTO PASCHÆ.

Matth. 16.

**M**aria Magdalene & Maria Iacobi & Salome emerunt aromata vt venientes ungerent Iesum. *Marci decimo sexto, & Ioannis vigesimo.* In hoc Euangelio notantur quatuor. Primum est, sanctarum mulierum deuotio, & aromatum emptio, ibi. *Maria Magdalene & Maria Iacobi & Salome emerunt aromata vt venientes ungerent, &c.* Secundum, lapidis reuolutio. Tertium, Angeli visio. Quartum, Christi resurrectio, ibi. *Nolite expauescere.*

Magdalena à Magdalo dicta.

In his tribus mulieribus tres animæ virtutes designantur, scilicet. Mentis humilitas, Mundi contemptus, Pacis iocunditas.

Primum in Magdalena, à Magdalo sic dicta, quæ interpretatur turris. In Maria Iacobi Minoris matre, quæ supplantatrix, mundi contemptibilitas designatur. In Salome quæ inter-

pretatur pacifica, Ioannis Euangelistæ matre, pacis iocunditas. Hæc dicuntur Maria quæ interpretatur illuminatrix. Quæ etiam virtutes mentem hominis illuminant in qua habitant. De prima scilicet Magdalena, hæc est mentis humilitas, quæ tanquam turris in altum se exaltat dum se nihil reputat. Vnde *Iacobi 1. Glorietur frater humilis in exaltatione sua.* Quia vnde humiliatur inde exaltabitur. De hac turre *Gen. 35. quod Iacob erexit tabernaculum iuxta turrem gregis.* In turre humilitas. In grege pura simplicitas. Iacob ergo, id est vir iustus, erigit tabernaculum suæ vitæ in quo militat, cuius vita militia est super terram. *Iob. 7. Circa turrem gregis, quia in humilitate est, quæ mater est puræ simplicitatis. Et constans existit. Et nota quod iuxta turrem & non in turre, quia vir iustus dum hic viuere, minus de se sentit quam sit.* Vnde dicitur quod Maria Magdalena

Can. 57

Ecclesia crucifigitur.

Humilitas tanquam turris in altum se erigit. *Iacobi 1. Gen. 35.*

Iob. 7.

Humilitas mater simplicitatis.

lena stabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fletet, inclinavit se & prospexit in monumentum, & vidit duos Angelos.

Monumentum quasi monens mentes.

Nota singularia verba. Monumentum dictum, eo quod mentem moneat ad recordationem, scilicet defuncti, nostrae mortis memoriam & Ecclesiasticae sepulturae recordationem significat, quae nos monent mente dolere, & operibus poenitentiae insistere. Maria ergo stabat ad monumentum, quia humilis ad memoriam mortis suae stat sollicitus, ut cum venerit Dominus ipsum inueniat vigilantem. Sed qualiter stabat? certe foris plorans non intus. Foris nihil aliud est nisi ploratus, & ululatus multus. Ideo Rachel quae interpretatur ouis, id est anima poenitens simplex, plorat filios suos, id est opera sua, quae peccati perpetratio fuerunt mortalia, & non vult consolari, quia non sunt, ita bene viua sicut erant prius antequam fuissent mortalia. Heu quam facilis est descensus, sed difficilis ascensus!

Jerem. 3.

Sed dum fletet inclinavit se & prospexit in monumentum. Ecce vera humilitatis poenitentis.

Nota fletus, in quo contritio, inclinavit, ecce confessio, prospexit, ecce satisfactio. Dum ergo vere intente oculum dirigit ad monumentum suae mortis, videt duos Angelos, vnum ad caput, alterum ad pedes. Isti duo Angeli qui interpretantur nunciij, moraliter significant nostrae vitae miserum ingressum & egressum, qui bene dicuntur Angeli, quia nobis annunciant nostri corporis fragilitatem, huius mundi necessitatem. Isti sunt duo Angeli qui (ut dicitur Genes. 19.) eduxerunt Lotum de Sodomis, & dixerunt ei. Salua animam tuam & ne stes in omni circa regione, sed in monte saluum te fac. Si quis ingressum & egressum bene consideraret, de Sodomis, id est peccati faetore exiret, nec post tergum, id est ad peccata praeterita rediret, nec in omni circa regione staret, quia circa regionem stat, qui circumstantias & peccati imaginationes post peccatum dimissum non dimittit, sed in monte, id est in vitae excellentia se saluaret. Recte ergo per Magdalenam humilitas.

Gen. 19.

Memoria mortis peccati contemptum inducit.

Cui Maria Iacobi bene associatur, quae omnia transitoria tanquam lutum pedibus conculcat, & veteris conuersationis fermentum expurgat. Vnde Apostolus primae Corinth. 5. Expurgate vetus fermentum, &c. Fermentum a feruore dictum, eo quod plus quam vna hora non potest contineri. Crescendo enim excedit. Graecae zima dicitur. Vnde Prosa. Zima vetus expurgetur, ut sincere praedicetur terrenorum & concupiscentia carnalium desideriorum, quae postquam feruere incipiunt, omnem modum excedunt, quia auarus pecunia non implebitur, nec luxuriosus carnis petulantia satiabitur. Expurgate ergo vetus fermentum ut Dominus praedixit Exodi 12. Septem diebus fermentum non comedetis, id est omni tempore vitae vestrae, quae septem diebus voluitur, fermentum feruens mundanae & carnalis concupiscentiae, non inueniatur in domibus vestris, id est cordibus. Alioquin anima eius qui comederit, peribit de terra Israel, id est vita aeterna, in qua videbimus Deum facie ad faciem.

1. Cor. 5.

Auarus & libidinofus non satiantur.

Exod. 12.

Sequitur. Ut sitis noua conspersio, sicut estis azimi. Vnde exodi 12. Tulit populus farinam, antequam fermentaretur, & ligans in palis posuit super humeros, & post subditur. Coxerunt farinam quam tulerant de Aegypto, & fecerunt panes subcinericios. Nota quod farina quae dicitur a farre & est cibus infirmorum, est poenitentia: quae est cibus peccatorum, quam debemus conspergere aqua contritionis, & ligare in palis, id est conscientiae nostris vinculo confessionis, & portare super humeros nostros, per opus satisfactionis. Hanc farinam ne fermentetur, igne id est amore Spiritus sancti, coquamus, & faciamus panes subcinericios, nostrae mortalitatis, scilicet viaticum, azimos sinceritatis & veritatis, ut sincere quo ad nos, vere quo ad Deum & proximum viuamus.

Exod. 12.

Poenitentia cibus peccatorum.

His duabus adiungitur tertia, scilicet Salome. Hec est pacis iocunditas, de qua Ecclesiastica vigesimo quinto. In tribus beneplacium est spiritui meo, quae sunt probata coram Deo & hominibus, concordia fratrum, amor proximorum, & vir & mulier sibi consentientes. Ex hac triplici pace Deo & Angelis eius gaudium, & hominibus oritur iocunditas. Ecce (ut ait Psalm. 123.) quoniam bonum & quam iocundum habitare fratres in unum. Sequitur. Ut venientes ungerent Iesum.

Ecl. 25.

Psalm. 132.

Nota, mulieres sabbato siluerunt, quia mandatum erat ut sabbati silentium a vespera in vesperam seruaretur. Ideo religiose mulieres sepulto Christo cum licuit operari, in vnguentis preparandis occupantur. Ideo a Parasceue usque ad solis occasum. Cumque praeter angustia temporis non explere potuissent, mox transacto sabbato in solis occasu, ut operandi licentia reddiit, festinanter emerunt aromata, ut venientes ungerent mane corpus Iesu.

Ista festinabant, laborabant, sicut laborant apes in cera & melle conficiendis. Vnde de eis dicitur in naturalibus, quod operationes apum Spiritui sancto sunt appropriatae, quoniam quaedam faciunt ceram, & quaedam mel, & quaedam condensant, & quaedam ferunt aquam, & congregant mel, & quaedam exeunt ad operationem in principio diei, & quaedam quiescunt quousque expergesiant ab aliqua. Deinde volant & exeunt simul ad operandum.

Apum natura & labor.

Per istam apem quae alias enigilare facit intelligo beatam Magdalenam, quae quia Christum multum diligebat, alias forte ad vnguenta preparanda sollicitabat. Beata vero virgo Maria postquam eius filius sepultus fuit, a monumento (ut quidam dicunt) nunquam discessit. Sed continue ibidem lachrymans vigilauit, donec resurgente prima videre meruit. Et ideo in eius honorem a fidelibus sabbatum celebratur. A simili animae fideles, humilitatis, paupertatis, & pacis splendore illuminatae emant bonae voluntatis denario, imagine Imperatoris insignito, illa aromata, de quibus Exodi vigesimo quinto, & trigesimo. Sume tibi aromata, primam myrrham electam, cinamomum, calamum, cassiam & oleum de oliuetis, faciesque unctiois oleum unguentum compositum opere unguentarij, & unges ex eo tabernaculum, &c.

Magdalena ape designata.

Deipara prior vidit Christum resurgentem.

Exod. 30.

In

Deuotio mentis sit nobis prima.

In prima myrrhra & electa, deuotio mentis, quam primo nobis debemus eligere. In cinamomo quod est cinerei coloris, memoria mortis. In calamo, melodia confessionis. In cassia, quae habet esse in locis aqueis, & in altum surgit, fides, quae in aquis baptismi nutritur, & in altum per charitatem eleuatur. In oleo de Oliuetis misericordia cordis intelligitur. Ex his quinque debemus facere sanctum unguentum nos sanctificans, opere unguentarij, id est, Spiritus sancti compositum, & ex hoc inungi debent ista quinque, scilicet tabernaculum testimonij, id est, pauperes Christi, cuius paupertas, caractere insigniti a Domino peregrinantur dum sunt in hoc mundo. Et arca testamenti, id est, illi qui in plaustris nouo, id est, corde & corpore per poenitentiam innouato deferunt arcam obedientiae. Mensaque eius cum vasis suis, id est, illi qui panes duodecim, id est, doctrinam duodecim Apostolorum cum pugillo similes, id est, humilitate mentis deuotae, & patena aurea, id est, claritate fraternae charitatis cibum proponunt, & candelabrum non sub modio, id est, sub lucro temporali absconderunt, sed in monte, id est, vitae excellentia superponunt, ut omnibus qui in domo, id est, Ecclesia sunt, luceant, & viam ostendant. Et non tantum candelabrum, sed eius vensilia, id est, omnes filij in minori ordine constituti. Et altaria holocausti & thimiamatis. In primo actiui, qui se totos proximi necessitati offerunt. In secundo contemplatiui, qui caelestis dulcedinis suauitatem sunt experti, designantur. Ex tali unguento opere Spiritus sancti composito, omnes isti quos diximus, qui sunt Christi membra in cruce poenitentiae crucifixi crucifixi, mundo mortua, in monumento caelestis conuersationis a turbine hominum sepulta, debent inungi.

Ex quibus unguentum spirituale conficere debemus.

Sine gratia nox est in anima. Psalm. 5.

A solitudine temporalium quiescendum ut ad Deum peruenias. Jerem. 17.

Sequitur. Et valde mane vna sabbatorum, &c. Moraliter. Mane, id est, in ortu gratiae sine qua nox est in anima: de qua Psalm. 5. Mane astabo tibi, reclusus, scilicet & erectus, sicut me fecisti reclusus & erectum. Vna sabbatorum sanctae animae veniunt ad monumentum. Apertè dicitur quod vna sabbatorum. Quia nisi a solitudine temporalium animus quiescat, ad Dominum non appropinquat. Vnde Dominus Jerem. 17. Custodite animas vestras, & nolite portare pondera in die sabbati, nec inferatis pedes vestros in Hierusalem. Sabbatum est requies. Hierusalem, anima. Pondera, quinque sensus. Illi ergo pondera in die sabbati portant, & per portas Hierusalem inferunt, qui inquietudine temporalium implicati pondera peccatorum, sarcinas saecularium curarum, per portas quinque sensuum ad animas intromittunt, & ideo a peccatis ipsas non custodiunt. Sed fideles animae omni strepitu multarum Aegypti remoto, vna sabbatorum veniunt ad monumentum, id est, memoriam suae mortis, in quo sepultae sunt.

Sequitur secundum. Dicebant adiuuicem: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes viderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. Allegoricè, lapidis reuolutio referatorem sacramentorum Christi, quae velamine literae legis recta erant, insinuat. Lex enim in lapide scripta est, cuius ablato tegmine gloria

resurrectionis est ostensa, & abolitio mortis antiquae, & vita nobis speranda perpetua toto cepit orbe praedicari. Moraliter. Lapis reuoluitur, cum per gratiam pondus peccati tollitur. Quomodo autem hoc fiat, & quomodo debet se habere ut fiat, innuitur Genes. 29. Mos erat ut cunctis ouibus congregatis deuoluerent lapidem de ore putei. Si ergo vis ut deuoluatur lapis peccati qui te premit, ne surgas, congrega oues, id est, innocuas cogitationes in Christo. Vnde ibidem subditur. Et ecce Rachel veniebat cum ouibus patris sui, nam gregem ipsam pascebat.

Per gratiam pondus peccati tollitur. Genes. 29.

Aduertendum tamen quod Ecclesia tradidit hæc quatuor ieiunia quatuor temporum, ad quatuor humores, quibus in quatuor prolabiuntur vitia, temperandos. Nam in vere dominatur sanguis quo homines ad luxuriam stimulantur. In ætate cholera, qua ad iracundiam excitantur. In Autumno melancholia, qua ad accediam, siue mæstitiam inclinantur. In Hyeme, phlegma, quo ad pigritiam applicantur. Ad horum quatuor humorum effectum comprimendū spirituali medicina voluit in anno Ecclesia hæc quatuor tempora ieiunari. Hæc Innocentius. Statuit insuper ieiunium quatuor temporum debere fieri semper in ternario dierum propter peccatum delendum, quo quatuor modis sub ternario peccamus. Nam peccamus primo in Patrem per impotentiam & fragilitatem. Secundo, in Filium per ignorantiam, & stoliditatem. Tertio, in Spiritum sanctum, per duritiam & malignitatem. Secundo, peccamus contra legem naturæ, contra legem scripturæ, contra legem gratiæ. Tertio, peccamus corde, ore, & opere. Quarto, peccamus originaliter, venialiter, mortaliter. Et tria quæ peccant, vt ait Innocentius, sunt, serpens, mulier, & vir. Serpens, id est, concupiscentia, quæ surgit originaliter. Mulier, id est, sensualitas, quæ comedit venialiter. Vir, id est, syncretis vel ratio, quæ comedit mortaliter. Hæc Innocentius.

Quadragesimale autem hoc ieiunium sub tanto numero multiplici de causa legitur ordinatum, videlicet, propter exemplum nobis datum: tres enim soli secundum statutum triplicis legis hoc ieiunium obseruauerunt, videlicet Moyses ante legem. Helias, in medio legis. Christus in fine legis. Propter præceptum nobis factum. Deus enim præcepit ex omnibus decimas solui, quod etiam ad decimas temporis debet extendi. Habet autem annus 365. dies, cuius decima pars 37. superant tres dies temporum quæ sunt in Martio, & sunt 40. tot igitur dies ieiunabiles quadragesima continet. Propter mysterium designatum. Quadragesimarius enim numerus est abundans: cuius partes aliquotæ simul iunctæ ad quinquagenarium Iubilei qui requiem & remissionem signat, perueniunt. Hæc Innocentius in sermone de Quadrag. Potest vltius alia ratio assignari, videlicet quatuor affectus ex quibus decem præceptorum multiplicatur transgressio, qua multitudine ad quadragesimum peruenitur: & ideo ad huiusmodi transgressionem reprimendam est ieiunium in tanto numero institutum. Potest etiam alia ratio assignari pro eo quod numerus 40. est numerus penitentiarum & laboris, in cuius figuram fuit populus Israël

**Ieiunium quatuor temporum quare ad temperandos quatuor huiusmodi mores.** **Ieiunium quatuor temporum in dierum ternario quare. Peccatum in Patre sic impotentia & fragilitate.** **In filium ignorantia: in spiritum sanctum duritia & malignitate.** **Peccata tria mortaliter, scilicet, serpens mulier, & vir.** **Serpens pro concupiscentia somitur.** **Mulier pro sensualitate.** **Vir pro ratione sumitur.** **Ieiunium Quadragesimale ordinatum est multiplici de causa.** **Ieiunium obseruatum à tribus secundum triplicem legis, ista uicem.** **Ieiunium seruandum propter exemplum, præceptum, mysterium.** **Ieiunant Moyses, Helias, Christus.** **Decimæ soluendæ ex Dei præcepto.** **Iubileus signat requiem & remissionem.** **Ex afflictionibus quatuor transgressio decalogi multiplicatur.** **Quadragesimarius numerus penitentiarum, & laborem designat.**

**Vita est vita penitentiarum & mæroris non gaudij.** **Ieiunium generale, quid.** **Ieiunare debent membra omnia.** **Ieiunare à vitis optimum.** **Ieiunium corporale non præcipuum est.** **Ieiunare in die & non in nocte, quid.** **Ezech. 8.** **Esuries ordinanda ad sanitatem.** **Matth. 5.** **Tentatio comprobant tentatum.** **Lapides appositi Christo à diabolo quare.** **Gulæ qualitas sit. Lapis frigidus, aridus, ponderosus & durus, quid mystice.** **Gula infrigidat dilectionis feruorem.** **Gula deficit gratiæ feruorem.** **Gregorius.** **Gula reddit hominem pöderosum, & secundum corpus, & secundum animam.** **Isidorus.** **Hieron.**

Israël quadragesima annis in deserto: in cuius signum puer statim natus plorat, non tamen ridet circa 40. diem, vt dicit Philosophus in libro de animalibus, designans quod est vita penitentiarum non gaudij, sed mæroris.

Aliud est ieiunium generale: in quo homo abstinet à quibuslibet nocuiis: de quo ieiunio loquitur Ber. in sermone de Quadragesima sic dicens. Si gula sola peccauit, sola quoque ad ieiunium sufficit. Si vero peccauerunt & cetera membra, quare non ieiunant? Ieiunet igitur oculus qui deprædatus est animam: ieiunent aures, quæ ad salutem non pertinent audire fugiendo: ieiunet lingua à detractione & falsitatibus abstinento: ieiunet manus ab illicitis abstinento: ieiunet anima à vitis cogitando. Hieronymus ad Seleuciam. Quid prodest atrenuare corpus abstinentia, si animus intumescit superbia? Quid virtutis habet vinum non bibere, & ira & odio inebriari? Hoc igitur ieiunium proculdubio Christus voluit obseruare. Si enim solum ieiunium corporale obseruare voluisset, non oportebat consortium hominum fugere. Hoc ieiunium ieiunauerunt Moyses & Helias. De hoc igitur dicit Euangelista. Et cum ieiunasset quadragesima diebus, & quadragesima noctibus, &c. Multi autem sunt qui in die non in nocte ieiunant. Nolunt enim in luce malefacere, ne opera eorum arguantur, sed in occulto malitias operantur, de quibus dicitur Ezech. 8. *Ecce vides fili hominis quæ seniores Israel faciunt in tenebris, vnusquisque in abscondito cubitis suis, dicunt enim. Non videt Dominus nos. Non sic Christus, sed ieiunauit quadragesima diebus & quadragesima noctibus: & postea esuriit. Hæc esuries charissimi, est illa quæ ordinatur ad sanitatem, de quibus Dominus Matth. 5. *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, &c.**

Sequitur. *Tunc accedens ad eum tentator, &c.* Vbi ponit comprobantem tentationem, &c. & ponitur hic gradus tentationis ex parte diaboli, & modus superationis, & eusionis, ex parte Christi, littera plana est. Sed hic queritur quare diabolus lapides apposuit Christo, dicens: *Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant.* Respondeo quod hoc factum est ad designandum peccati gulæ qualitatem. Lapis enim est frigidus, aridus, & ponderosus & durus. Sic recte peccatum gulæ primo infrigidat feruorem dilectionis, quia teste Hieronymo, nemo potest hic implere ventrem & ibi mentem. Secundo desiccatur humorem gratiæ. Vnde Gregorius secundo libro Moralium. Durante gulæ vitio, omne quod homines egerant fortiter perdunt, & dum venter restringitur, cunctæ virtutes, &c.

Tertio reddit hominem ponderosum quantum ad corpus & quantum ad animam. Vnde Isidorus libro primo de Summo bono. Gulæ fatietas nimia aciem mentis obtundit, ingeniumque euertit facit, & tandem inducit immobilem & insensibilem ad omne bonum. Vnde Hieronymus in Epistola ad Paulinam. Dicit Galenus, animas nimio sanguine & adipibus quasi luto inuolutas nihil diuinum vel caeleste, sed de carnibus eructare, & de ventris ingluuie.

Sequitur. *Dic vt lapides isti panes fiant.* Hic demon conatus est Dominum de gula tentare, & eius diuinitatem insuper experiri. Tentare quidem de gula in comestionis acceleratione, ex quo credebatur eum trahere ad ingluuiem, &

semper ex vno vitio credit hominem ad aliud trahere. Experiri autem diuinitatem in mirabili operatione, si de lapide panem faceret.

Moraliter hæc verba dæmonis possunt multipliciter accipi. Primo quidem vt sint verba ipsius feruorem & austeritatem penitentiarum remittere fatigentis, quæ quidem austeritas lapidum nomine designatur, quos Dominus Esaiæ 62. quemlibet vult Christianum assumere, dicens. *Eligite lapides & eleuate signum ad populum.* Quoniam ex penitentia homo redditur alius exemplaris. Isti sunt illi lapides preciosi, de quibus tertij Regum quinto dicitur quod præceperat rex, scilicet Christus, vt tollerent lapides grandes, id est, alitudinem penitentiarum, lapides preciosos, quorum pretium vita æterna, in fundamentum templi, scilicet in quo idem Christus habitare desiderat. Hæc autem præceptum ipse rex fecit quando dixit. *Matth. 3. Penitentiam agite, &c.* Isti sunt lapides illi quos prouidus Dauid 1. Reg. 27. elegit de torrente transitoria pænæ contra Goliath, id est diabolus pugnaturus, qui dicuntur quinque, pro eo quod quinque sensuum voluntas est per penitentiam restringenda. De his igitur lapidibus loquitur in proposito inimicus tentator, dissuadens homini vacanti penitentiarum austeritatis rigorem dicens, *Dis vt lapides isti panes fiant, &c.* id est, fac vt durities penitentiarum conuertatur in mollitiem & suauitatem consolationis: quæ per panes in proposito designatur. Isti sunt illi panes de quibus dicitur, *Pro. 20. quod suavis homini panis mendacij, eo quod non satiatur, & tandem hominem ducit ad pœnam.* Vnde Iob 20. *Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus.* Panis in vtero est satietas temporalis delectationis in mente, quod nutritur hypocrita, & in aliena laude delectatur honoribus, quia satietas temporalis delectationis in retributionis amaritudinem conuertetur. De hoc pane dicitur Daniel. 4. *Panem desiderabilem non comedi.* Hic est panis carnalis & mundana conuersationis, de quo *Pro. 23. Ne desideres de cibis eius in quibus est panis mendacij.* Hos igitur lapides dæmon in panes iam dictos suadet conuerti dicendo, homo iam satis fecisti, non est bonum vt tantum facias quod non possis sustinere. Exemplum de B. Francisco cui diabolus ita dixit. Sed proh dolor multi hodie istam vocem audiunt tentatoris, qui penitentiam deserentes ad carnalem mollitiem conuertuntur, De quibus dicitur Thren. 4. *Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum?* In quibus mundi vitia aggerantur. Tales enim sunt penitentiarum lapides dispergentes, & panis mendacij mollitiem affectantes, & eligentes. In quorum persona loquitur Osee 2. *Vadamus post amatores meos, post mundum scilicet, & miserabile corpus, qui dant panes meos mihi. Meos dicit, quia non Domini, & aquas meas fluxibulum voluptatum, & lanam meam non ouinam, id est, simplicis, sed bestialis conuersationis: & limum meum, carnis scilicet mollitiem, oleum scilicet quod linit & blanditur, & potum, id est, quæ inebriant me mundanæ diuitiæ & delitiæ. Sed tales non aduertunt illud quod Dominus dicit, & subdit Propheta. *Propter hoc ecce ego sepiam vias tuas, quibus tuos sequeris amatores, spinis, doloris tibi aculeos immittendo: &**

Gulæ tentatio est comestionis acceleratio. **Dic vt lapides isti panes fiant moraliter.** **Accipitur multipliciter.** **Lapidum nomine austeritas penitentiarum designatur.** **Tentatio est penitentiam remittere fatigare.** **Isay. 62.** **Penitentia homo fit aliis exemplaris.** **Lapidum nomine penitentiarum intelliguntur.** **3. Reg. 5.** **Matth. 3.** **1. Reg. 27.** **Lapides à Davide contra Goliath electi quinam.** **Austeritas vitæ seu penitentiarum disciuntur à diabolo.** **Per panes mollities & suauitas consolationis intelligitur.** **Pro. 20.** **Panis mendacij quare suavis.** **Iob 20.** **Panis in vtero quid moraliter.** **Dan. 4.** **Panis carnalis est desiderabilis.** **Pro. 23.** **Penitentiam multi deserunt & ad carnalem mollitiem conuertuntur.** **Thren 4.** **Lapides sanctuarij dispersi, id est, actus meritorij penitentiarum.** **Panis mendacij mollitiem affectante quid.** **Osee 2.** **Per lapides corda hominum miserabilium figuntur.** **sepiam**



Corda indu-  
rata quæ.

sepiam eas maceria, obstaculum tuis operibus opponendo. Et semitas suas non inueniet, vt possit incedere iuxta vota quo intendit, quia sequitur. Et inueniet amatores suos, & non apprehendet eos: quia laborabit ad mundi gaudia obtinenda nec continere poterit.

Similiter verbum præfatum introduci potest: vt sit verbum ipsius diaboli peccatores nutu diuino increpantis. Vbi aduertendum quod sicut ait Greg. lib. 7. moral. cap. 22. per lapides miserabilium hominum corda signantur: qui sepe supernos ictus accipiunt & nulla persecutione disciplina mollescunt: immo (quod plus est) vt idem Gregor. subdit, intantum aliquando indurescunt: vt cum eos rigor supernæ animaduersionis examinat: ne quicquam sonitus humilis confessionis reddant. Et de talibus habetur figura 1. Mach. 4. vbi dicitur: quod qui erant in ciuitate obstruxerunt portas lapidibus & incluserunt se in ea, neque permiserunt Iudam (qui confesso interpretatur) transire. De quibus dicitur Job. 41. Cor eius indurabitur quasi lapis, & stringetur quasi malleationis ictus. Talibus enim ad modum lapidum induratis loquitur Deus Ezech. 11. & 36. dicens. Auferam cor lapideum, & dabo cor carneum. Per panem, teste Greg. 23. lib. Moral. cap. 34. speciale donum diuinæ gratiæ designatur. De quo pane loquitur Isay. 33. dicens, quod obiuuat aures suas ne auaiat sanguinem. Id est qui peccatis suadentibus non præbet consensum, & claudit oculos suos ne videat mulum, id est, illud quod renitenti aduertum est, non approbat: sicut in excelsis habitabit, secundum virtutem, licet secundum carnem inferius teneatur.

1. Mach. 4. Iudas inter-  
precatu cob-  
fessio.

Job 41.

Ezech. 11.  
& 37.

Per panem  
donum spe-  
ciale gratiæ  
diuinæ desi-  
gnatur.  
Isay. 33.  
Obiurate  
aures ne au-  
diatur fan-  
guis quid.

Lapides auaritiæ in do-  
num gratiæ  
conuertendi  
sunt.

Lapides edificiorum in  
oblectamen-  
tum diuitum  
nō vsus pau-  
perum sunt.

Panis pro  
oblectamen-  
to sumitur.  
Eleemosyna  
facienda cū  
ieiunio.

Abac. 2.

Lapidem de  
pariete cla-  
mate & li-  
gnum quod  
est interiu-  
cturas ref-  
pōdere quid.  
Ecl. 29.

Perde pro  
distribue.

Ezech. 28.

Necessitati  
proximi sub-  
ueniendum.  
Diuitum  
com mutatio  
pro lapidi-  
bus precio-  
sis.

Isay. 14.

operimentum  
vnum gran-  
tium vermes.

Munimenta saxorum sublimitas eius, id est, operis stabilimentum, quia iam terrena desideria vitæ calcavit. Panis ei datus est, id est, refectio spiritualis, immo specialis gratiæ. Hæc Gregorius vbi supra. Ad propositum applicando sensus verbi: dicit vt lapides, scilicet tui cordis auaritia, panes fiant, id est, in domum diuinæ gratiæ conuertantur. Potest insuper aliter introduci dicendo quod diabolus peccatori suadet vt lapides edificiorum & lapides ornamentorum, scilicet preciosi lapides, in panem conuertantur, id est, oblectamentum diuitum, & non in vsus pauperum. Hic dic quomodo ieiunium non valet sine eleemosyna. De primis lapidibus loquitur Abach. 2. Lapis de pariete clamabit, & lignum quod inter iuncturas edificiorum est, respondebit. Clamabit inquam pro pauperibus in necessitatibus positus, apud Deum querimoniam faciendo. Et ideo Eccles. 29. dicitur. Perde pecuniam propter fratrem & amicum, & non abscondas illam sub lapide in perditionem. Perde, inquam, id est, distribue. Vnde subdit. Conclude eleemosynam in corde, id est, in sinu pauperis: & hæc pro te exorabit ab omni malo. De secundis lapidibus loquitur exprobratorie. Ezechielis 26. dicens sic: Omnis lapis preciosus operimentum, sardius, topazius, & iaspis, chrysolithus & onix & berillus, sapphyrus, carbunculus & smaragdus. Aurum quoque opus decoris tui. Et sequitur. In multitudine negotiationis tuæ repleta sunt interiora tua iniquitate, & peccasti. Et vere peccasti, quia proximi necessitate non es emotus. Etiam audi vindictam à Domino faciendam. Isay. 14. Subter te sternetur tinea: & operimentum vnum gran-  
tium vermes. Vide mirabilem commutationem: opertus hic preciosis lapidi-

bus tunc operieris horrendis vermibus. Hos igitur lapides suadet diabolus in panes conuerti, id est, in mollem ornatum ne dentur pauperibus, dicens. Dic vt lapides isti panes fiant, cum tamen dicatur Isay. 58. Frange panem tuum esurienti, &c. Sed quid dicitur Thren. 4. Adhæsit lingua lactentis (id est illius qui deberet lac lugere) ad palatum eius in siti: paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Et ideo audi quid talibus dicitur finaliter, Job. 22. Abstulisti pingui fratrum tuorum sine causa, & nudos exposuisti vestibus. Aquam lacto non dedisti, & esurienti subtraxisti panem. Viduas dimisisti vacuas & lactentes pupillarum comminuisti. Propterea circumdatus es laqueis: & conturbat te firmido subita. At putabas te tenebras non visurum, scilicet, interiores, & impetu aquarum inundantium, id est, tribulationum, non oppressum iri. Sic igitur dicit diabolus peccatori.

Sequitur. Quid responderit Christus dicens. Scriptum est, quia non in solo pane viuunt homo, &c. sed in omni verbo, &c. Deut. 8. Hoc autem verbum Christi continet veritatem. Patet de Magdarena. Patet de Moyse cui Dominus loquebatur in monte. Et quodammodo est naturale: nam virtus animalis est obediens phantasia, secundum Auicennam intantum quod phantasia facit operationes mirabiles. Multo magis erit obediens rationi quando perfecte se subiicit Deo, & ita fit intenta fructuioni vel contemplationi diuinæ, quod modicum resolutionem facit siue faciet circa humidum radicale. Est insuper verum, quod ex verbo diuino anima spiritualiter generatur in fide, quia fides est ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Iustus autem ex fide viuunt. Vnde Iacobus in Canonica sua, cap. 1. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis suæ. Ex verbo etiam anima viuificatur. Ioan. 6. Verba vite æterna habes. Mystice autem Christus respondit ostendendo, quod pane materiali non indigebat: pro eo quod homo, id est, eius humanitas, non solum viuerebat ex pane materiali, sed ex eo quod erat diuino verbo hypostatice vnita, & ideo in omni verbo, quia in verbo diuino, quia ex ore Dei, id est, patre procedit vis omnis verbi, cum secundum Augustinum super Ioan. sit ars plena omnium rationum viuentium. Insuper os Dei dicitur Prædicatio. Hierem. 15. Si separaueris preciosum à vili, quasi os meum eris. Item diuina scriptura, quia per illam loquitur nobis Deus. Isay. 30. Os meum non interrogasti.

Sequitur. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem: quia Hierusalem habebat tres portas, scilicet, habitationem vulgi, & nobilitatis, & habitationem regiam, vbi erat templum, & hæc dicebatur ciuitas. Si filius Dei es, mitte te deorsum. Hieronymus. Debilis est hostis qui non potest vincere nisi volentem. Et ideo non potuit Christum proicere. Sic nullum fidelem facere cadere potest in peccatum nisi uolentem, & hæc fuit tentatio de vana gloria. Sed quare non dicit ipsi: Ascende superius: & tunc fuisset signum maioris virtutis, & per consequens maior posset esse vana gloria? Respondeo: Dæmon de paradiso semel de lapsus nunquam ascensum alicui potest suadere, & ideo non dicit ipsi ascende in cælum vel sursum. Moraliter, si filius Dei es, & Christianus vis nuncupari, mitte te deorsum, id est, humilia te, & non

Ornatum  
modestum  
diffuadet  
diabolus &  
mollem per-  
suadet.  
Panis pro  
ornatu mol-  
li.  
Isay. 58.  
Thren. 4.  
Eleemosyna  
facienda.  
Job. 22.  
Christi res-  
ponso ad  
diabolum  
dicentem dic  
vt lapides,  
&c.

Deus. 8.  
Homo viuunt  
non in solo  
pane, sed in  
omni verbo.  
Phantasia fa-  
cit operatio-  
nes mirabi-  
les.  
Anima spiri-  
tualiter ge-  
neratur in fi-  
de ex verbo  
diuino.  
Iac. 1.  
Anima viu-  
ficatur ex  
verbo.  
Ioan. 6.  
Prædicatio  
dicitur os  
Dei.  
Isay. 30.  
Hierusalem  
in tres par-  
tes diuide-  
batur, scilicet,  
habita-  
tionem vul-  
gi, nobilitatis,  
& habitatio-  
nem regiam.  
Templum  
erat in habi-  
tatione regis.  
Ciuitas Hie-  
rusalem ha-  
bitatio cui-  
usnam.  
Diabolus  
viocere non  
potest nisi  
volentem.  
Tentatio de  
vana gloria.  
Diabolus de  
ascensione  
in cælum  
Christum  
non tentauit.  
Mittere te  
deorsum est  
humiliare.

Humilis ho-  
noriatur.

Genes. 45.

Genes. 46.

Descensus  
est nutus  
virtuosus.  
Causa est  
præcipium.  
Descenden-  
dum per hu-  
militatem,  
&c.

Matth. 11.

In via peri-  
culosa mora  
non est ad-  
hibenda.

2. Reg. 21.  
Non moran-  
dum octu  
in campe-  
stribus, quod  
morantur.  
4. Reg. 4.  
Iest in terra  
locus fru-  
tuosus.  
Leuit. 16.  
Obseruan-  
tiam præce-  
ptorum. se-  
quitur remu-  
neratio.

Stare iuxta  
Regem no-  
bilitas ma-  
gna.

1. Reg. 20.  
Claudicare  
hominem  
in duas par-  
tes quid.

Sapient. 1.

Claudicare  
hominem  
in duas par-  
tes quid.

Ecl. 1.

Ecl. 2.

non ascende per superbiam: sed humilitate & pœnitentia inclina te, inferius, & saluaberis quemadmodum Iacob in Ægyptum descendendo, de quo habetur figura Genes. 45. Descende à me, non moreris, & habitabis in terra Iessem, erisque iuxta me. Et sequitur cap. 46. Profectus est Israël cum omnibus qua habebat, & venit ad paterem iuramenti, & mactatis ibi victimis Deo patris sui Isaac, audiuit eum per visionem nocte, vocantem & dicentem sibi. Iacob. Iacob. Ego sum fortissimus Deus patris tui, noli timere: descende in Ægyptum, quia in gentem magnam te faciam ibi. Ego descendam tecum illuc, & ego inde adducam te reuertentem. Ioseph quoque ponet manum suam super oculos tuos. Tangit autem in ista figura prouidum consilium, quod est adimplendum: ideo dicit, descende ad me, ne moreris, & habitabis in terra Iessen, &c. Vbi 8. dicit videlicet

1. Motum seu nutum virtuosum, quia descende non dicit cade, quia est præcipitium, sed descende, nam si per superbiam, & per diuinum contemptum ascendisti, per humilitatem & satisfactionem descende. Primo, mente & humilitate. Secundo, carne, & austeritate, sed in puluere, quod puluis es, cogita: in puluere te orna virgo, quia sine fructu, filia Babylonis, id est, confusionis. Psalm. Operuit confusione faciem meam, sede in terra, id est, quiesce alpectu propriæ miseræ.

2. Signum luminosum. Ad me, Matth. 11. Discite à me: quia mitis sum, &c.

3. Modum studiosum. Ne moreris. Nota, quod quando via est periculosa, non est mora adhibenda. O quot prædones! quot homicidæ! ideo non moreris, 2. Reg. 21. Non moreris hac nocte in campestribus, id est, in spatio a via mundi quæ lata est: sed absque dilatione transgredere, 4. Reg. 4. Mina, & propera ne moram facias in eundo.

4. Locum fructuosum. Et habitabis in terra Iessen, quæ terra compluta, id est, conscientia stillicidio gratiæ irrigata & fecundata: & ideo propinqua plauinationi, Leuit. 16. Si in præceptis meis ambulaueritis dabo vobis pluuiam temporibus suis. Et Deut. 28. Aperiet Dominus thesaurum suum optimum calum: vt tribuat pluuiam terra tua in tempore suo.

5. Gradum gratiosum: Eritque iuxta me. Magna nobilitas stare iuxta Regem Regum. Vnde Daud gerens typum hominis iusti dicebat. 1. Reg. 20. Ego ex more sedere soleo iuxta Regem. Psalm. Non habitabit iuxta te malignus: neque permanente iniusti, &c.

6. Debitum iudicium: quod est inferendum, & ideo sequitur: Profectus est Israël, scil. qui Deum videre procurat, desiderat, & affectat: cum omnibus quæ habebat: quia cum cogitatione, corde, & mente, & animo. Non enim oportet hominem in duas partes claudicare. Si queritis querite in toto corde. Sap. 1. In simplicitate querite illum: quoniam inuenitur ab his qui non tentant eum: apparet eis qui fidem habent in illo. Igitur in simplicitate non in duplicitate. Ecl. 1. Ne accesseris ad eum duplici corde & labijs scelestis & manibus malefacientibus: & peccatori terram ingredienti duabus vijs.

Nota quod natura non patitur monstrari in corde, quia est membrum, quod est vitæ prin-

cipium, & ideo sicut homo non potest habere duas vitas corporales eiusdem speciei: sic nec duo corda potest habere. Et tamen peccator vt fictus hypocrita qui confiteretur cum proposito redeundi ad vomitum, vel qui mentitur in confessione, vel peccata partim dicit, partim celat, hic gemit cor. Psalm. Labia dolosa in corde, & corde locuti sunt, &c. & ideo duplici contritione conteretur. Quare Iacob bene venit cum omnibus quæ habebat: sed quo? Ad puteum iuramenti, id est, ad pœnitentiam.

Nota pœnitentia puteus est. Cant. 4. Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, &c. Viuæ sunt aquæ pœnitentiæ, quia viuificant plantas virtutum emortuas, immo statim producent flores & fructus, emittunt radices, stipitem dilatant, &c. Hæc sunt aquæ quæ sitim auferunt. Ioan. 4. Qui biberit ex hac aqua non sitiet in æternum.

Nota, aquæ temporalium deliciarum vel diuitiarum sitim non extinguunt, immo ardorem multiplicat: sicut ligna lignis apposita ignem non extinguunt, sed augent. Sic autem in proposito, &c. Hic igitur puteus est, sed iuramenti. Ita. 54. Sicut in diebus Noë istud mihi est, cui iuravi ne inducerem aquas diluuij, ultra super terram, sic iuravi vt non irascar tibi. Sequitur quod mactauit, victimas ibi. Hæc victima est carnis maceratio. Ita. 56. Victima eorum placebunt mihi. Dicit victimas in plurali, quia hæc debet esse duplex. Interior. Psalm. Cor contritum & humiliatum Deus, &c. Exterior scilicet, carnis. Ad Rom. 2. Obsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis corda vestra hostiam sanctam, &c. Viuent, quia mortui peccato sunt viui iustitie. Sed pro dolor! Genes. 22. Ecce ignis, ligna, & gladius, vbi victima holocausti? scilicet patris tui. Ignis, quia in Psalm. Ignitum eloquium tuum vehementer. Vnde erat cor ardens Discipulorum. Luc. vlt. Gladius, quia Hebr. 4. Vinus est sermo Dei, & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti. Ephes. 6. Assumite gladium spiritus, quod est verbum Dei. Ecce igitur Prædicatio, ecce ligna, quæ scilicet, verus Isaac baiulabat, vbi est victima? vbi est qui vere pœniteat, aut qui pœnitentiam plenè sumat? Sed has victimas debemus Deo Isaac, qui gaudium interpretatur; nam pœnitentia cum hilaritate est facienda. Psalm. Seruite Domino in letitia. Hilarum enim datorem diligit Deus, dicitur Matth. 6. Cum ieiunas unge caput tuum.

7. Solidum consilium quod est perquirendum: & ideo dicit. Quod audiuit per visionem nocte.

Nota, pœnitentia aperit auditum & visum: nam peccatores os habent & non loquuntur: oculos habent & non videbunt, aures habent & non audient, nares habent & non odorantur: quia non sentiunt factorem peccati in quo sunt, vulneratæ sunt conscientiæ eorum & non reclamant, sciantur & non percipiunt: vocantur & stimulantur sicut lethargici: non audiunt sed sopore detinentur: sed pœnitentia sensum restituit & omnia ista curat. Vnde bene de muto dicitur, quod erat cæcus & surdus: quoniam Dominus curauit. Nocte surgit & dicit: quia secreta est diuina inspiratio, & audit dicentem sibi Iacob, Iacob, ex nomine vocat eum: quia pœnitentem ex nomine Deus nouit. Iacob supplantator dicitur, vel quia debet hostes superare

Pœnitentia  
aperit audi-  
tum & vi-  
sum.  
Peccatores  
os habent &  
non loquan-  
tur, oculos  
habent &  
non vide-  
bunt, &c.

Iacob inter-  
preatur  
supplanta-  
tor.

Cor duplex  
in animali,  
natura non  
patitur, qua-  
re.  
Hypocrita  
claudicat &  
duplex cor  
habet.  
Puteus iura-  
menti pro  
pœnitentia.  
Pœnitentia  
puteus, qua-  
re.  
Cant. 4.  
Pœnitentiæ  
aquæ viuæ  
sunt, & qua-  
re.  
Pœnitentiæ  
aquæ sitim  
auferunt.  
Ioan. 4.  
Aqua pro  
pœnitentia.  
Aque diuitiarum  
sitim non  
extinguunt.  
Diuitiæ aquę  
dicuntur.  
Isa. 54.  
Victima pro  
carnis maceratio.  
Isa. 56.  
Victima du-  
plex, scil. in-  
terior & ex-  
terior.  
Maceratio  
carnis est vi-  
ctima exte-  
rior.  
Rom. 2.  
Genes. 22.  
Luc. vlt.  
Hebr. 4.  
Ephes. 6.  
Isaac inter-  
preatur  
gaudium.  
Pœnitentia  
cum hilaritate  
facienda.  
Matth. 6.

superare in duobus, videlicet in corrigendo in se præterita & præcauendo futura. Noli timere, sed descende in Ægyptum. Noli timere Iacob: quia redemptus & vocaui te nomine tuo. Ego sum fortissimus Deus. Plal. 23. Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio. In gentem magnam faciam te ibi: id est, in affectione & morte. Ibi pro peccatis proles meritorum multiplicatur & muratur & gignitur. Genes. 12. Descendit Abraham in Ægyptum ut peregrinaretur ibi. In Ægypto fuerunt oues, & boues, &

asinæ, & asini, & cameli, & serui, & famulæ. Et ego descendam tecum, &c. semper Dominus est cum pœnitente. Placidum delinimen, quod est consequendum: quia Ioseph ponet manus super oculos tuos: quoniam scilicet mens peccatoris illuminatur tunc. Tob. 1. Et cepit albugo ex oculis eius quasi membrana oui egredi. Et Act. 9. Ceciderunt tanquam squama ab oculis eius, scilicet Pauli, & finaliter Apoc. 7. Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum, scilicet sanctorum, &c.

Peccatoris mens illuminatur. Tob. 11. Act. 9. Apoc. 7.



E A D E M  
**DOMINICA I.**  
 QVADRAGESIMÆ,  
 DE EPISTOLA.  
 SERMO TERTIVS.

2. Cor. 6. Sermonis conditiones quæ. Ecce, aduerbium demonstrandi. 1. Reg. 10. Ioan. 16.



**E**cce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis, 2. Cor. 6. Quia sermo Prædicatoris & verbum debet esse apertus euidencia claritatis, ideo præmittitur ecce: quod est aduerbium demonstrandi, 1. Reg. 10. Ecce videtis. & Ioan. 16. Ecce nunc palam loqueris. Debet esse succinctus continentia breuitatis, & ideo subditur: nunc tempus: quod est modicum, 1. Pet. 2. Modicum nunc si oportet contristari, &c. Acceptus elegantia qualitatibus, & ideo concluditur acceptabile. Nunc illa sine præsidio diuinæ gratiæ non possumus habere: idcirco, &c.

Singularis ostensionis, ostentis spectaculis. Regularis dilectionis, productis oraculis. Virtualis erectionis, promissis stipendiis. Diuus igitur Apostolus considerans & attendens finalem permutationem, conterentem scoriæ, id est, virulentam infectionem maculantem animam, dignationem, profluentem gratiam & promittentem gloriam, regalem promissionem disponentem patriam siue conferentem substantiam, torporem miseri peccatoris in facibus tabescentem, excitare nititur in his verbis dicens. *Ecce tempus acceptabile*, quasi dicens eidem peccatori.

Torpor peccatoris excutitur in Quadagesima. Tempus acceptabile est Quadagesima, quia.

Tempus indultum; ad meritorum opera cummulanda. Tempus negligendum non est. *Ecce nunc tempus acceptabile*, vt supra. Licet iuxta sententiam Gregor. lib. 9. Moral. cap. 84. sacra scripturæ vim inducentis, totum huius vitæ labilis tempus sit indultum ad meritorum opera cummulanda, quibus malorum vlticia fugere valeamus tormenta, & supernæ patriæ possimus acquirere stipendia repromissa: tamen à multis negligitur. Et ob hanc temporis amissionem, oriolumque defluxum, qui sic parvipenditur, deuotus quidam in Epistola ad scholares altius lamentatur dicens. Fuit olim nihil preciosius tempore, & heu nihil hodie vilius reperitur. Transeunt dies salutis & nemo recogitet: nemo sibi perire diem nunquam rediturum, curat. Et specialiter quadagesimæ quod nos exhibitionibus promptis sic allicit, eruditionibus claris sic instruit, operationibus miris sic concipit, repromissionibus altis sic concurrat: tempus est saluberrimum & acceptabile, nostræque salutis singulariter deputatum: vt de ipso merito dici possit. *Ecce tempus acceptabile*, quia tempus. Salutaris promissionis, prouisis remediis.

Cur extractam frameam non curas fugere? Cur contractam maculam non curas abstergere? Cur oblatam veniam non curas adnectere? Cur promissam gloriam non curas acquirere? *Ecce enim tempus acceptabile*. In quibus verbis idem Apostolus triplici ratione tempus istud ostendens ad omnia oportunitatem, ad ueniam adueniendam fructiferam nobis, hortatur, videlicet Ex facultate succurrentis termini. Ex qualitate succedentis spatij. Ex dignitate subiequentis comodi. Primum probat di. creta signatio principalis, *Ecce nunc*. Secundum, adiuncta protractio peculiaris. *Tempus*. Tertium, accepta conditio imperialis, *Acceptabile*. Inducit igitur nos primo Apostolus ad pœnitentiam ex facultate, quod bene declarat hora principalis. Secundo inducit nos ad pœnitentiam assumendam ex qualitate succedentis spatij. & ideo dicit tempus. *Ecce* (inquit) *nunc tempus*. Licet enim Eccl. 3. *omnia tempus habent & suis spatiis transeunt vniuersa*: istud tamen tempus tam ratione singularis proprietatis, quam ratione naturæ humilitatis tempus est pœnitentiæ assumendæ, quod

Quadagesima tempus acceptabile est ad pœnitentiam fructiferam faciendam.

quod ratione proprietatum multipliciter Daniel. 4. nobis extiterat figuratum, vbi sic dicitur. *Fœnum vt bos comedes: & rore cæli perfunderis. Septem quoque tempora mutabuntur super te, donec scias quod Dominus excelsus sit super regnum hominum*. In quibus verbis sanctus ille Daniel inducit in isto tempore quemlibet peccatorem ad delendam maculam carnis quam commisit. *Fœnum*, inquit, *vt bos comedes*, Isa. 4. dicitur, quod *omnis caro fœnum & omnis gloria eius, quasi flos agri*. Istud enim fœnum est quod apud illam mysticam Rebeccam nondum à vero Isaac assumptam in connubium, copiosius habebatur. Genes. 24. *Palearum & fœni (ait ipsa) est plurimum apud nos & locus spatiosus ad manendum*. Vere locus spatiosus, quia *lata est via que ducit ad perditionem*, Math. 7. Multumque est in ea operum carnalium ac mundanorum, quæ velut fœnum & palea æternis concremantur ignibus. Igitur fœnum vt bos comedes, id est delectationem commissorum carnalium operum spirituale suscipiens nutrimentum. Vnde bene dicitur, Math. 14. quod Deus præcepit turbæ discumbere super fœnum. Ad reuocandam gratiam lucis quam perdidit: & ideo dicitur, rore cæli perfunderis, Isa. 26. *Ros lucis ros tuus, &c.* Ros, scilicet diuinæ gratiæ humectantis, illustrantis, fœcundantis, & dulcorantis internam mentem Gen. 27. *In rore cali desuper erit benedictio tua*, & idem paulo ante, *Det tibi Deus de rore cali, &c.*

Daniel. 4. Daniel inducit peccatores ad pœnitentiam. Isa. 4. Caro est fœnum. Fœnum pro carne. Genes. 24. Locus spatiosus est via lata que ducit ad perditionem. Math. 7. Math. 14. Discumbere super fœnum quid. Isa. 26. Ros pro gratia. Gratia dicitur ros. Genes. 27. Per tempora septem artes liberales intelligit Daniel. Artes liberales quæ sensu Danielis. Tempora septem designat misericordie septem opera. Tempus vernale tempus bellorum, & aliorum sex operum. 2. Reg. 11. Tempus ad septem opera singulariter est aptum. Quadagesima tempus proprium ad dimicandum, ad amputandum, ad cummulandum, ad liberandum, ad lacrymandum, ad generandum, ad cantandum. Eccles. 3. Cant. 2.

Eccl. 3. *Tempus plantandi*, scilicet, virtutes, & *tempus euellendi*, quod plantatum est, id est, amputandi vitia, & peccata per confessionem, & pœnitentiam. Mercatoribus aptum ad cummulandum. Ibidem. *Tempus acquirendi*, & *tempus perdendi*. Perdendi inquam pecuniam, & elemosynam pro proximo. Eccl. 29. *Perde pecuniam propter fratrem & amicum tuum, & non abscondas eam sub lapide in perditionem*. Vnde hodie dicitur in Euangelio. *Dic vt lapides isti panes fiant*, id est, fructuosa ædificia in vsum & cibum pauperum conuertantur. Igitur tempus perdendi: sed istud perdere est acquirere thesaurum indeficiente in celo, vbi nec ærugo, nec tinea demolitur. Math. 6. Languentibus aptum ad liberandum, quia Ecclesiast. 3. vt supra. *Tempus occidendi*, scilicet, concupiscentias insurgentes, & *tempus sanandi*, scilicet, languores & febres & vlcera maculantiam peccatorum. Stillantibus aptum ad lacrymandum. Lacrymantibus enim congruunt montes & arbores. Sic re vera tempus est lacrymationis peccatorum amputatione præmissa confessionis. Est enim pœnitentia (vt ait Augustinus) præterita mala plangere, & plangenda vltius non committere. De cuiusmodi vtique planctu dicitur vt supra Eccl. 3. *Tempus flendi*, & *tempus ridendi*, quia secundum eundem August. debemus de peccato dolere, & de dolore gaudere. Viuentibus aptum ad generandum. Sole enim ad nostrum centrum aequaliter appropinquante, omnia viuentia, arbores, homines, volucres, & bestia, incipiunt ad generationem disponi. Eccl. 3. *Tempus nascendi*, scilicet, per gratiam, & *tempus moriendi*, scilicet, mundo & iniustitiæ, vt mortui mundo, & peccato iuste viuamus, 1. Petr. 2. Volucris aptum ad cantandum. Represso enim humore melancholico & incipiente sanguineo dominari, aues ad alacritatem & cantum singulariter disponuntur, sic aues, id est, contemplatiui ad alta, scilicet, conuolantes, nunc ab illæitis abstinentes colloquiis debent continuo diuinis laudibus occupari. Eccl. 3. *Tempus tacendi & tempus loquendi*. Ergo bene præmissa tempora super quemlibet virum iustum debent isto tempore Quadagesimæ immutari. *Dum igitur tempus habemus operum bonum ad omnes*. Galat. 6. Sic enim ille sanctus Ionathas Machabæus 1. Machab. 12. qui columba veniens interpretatur, mystice voluit obseruare. Videns enim, quod tempus ipsum iuuabat, ad Romanos, qui excelsa interpretantur tonitruas, id est, ad supernas virtutes, quæ super peccatores in extremo iudicio tonantes diuinam sententiam fulminabant, electos nuncios, id est, electa opera destinauit. Sed proh dolor! hodie conqueritur de nobis Dominus. Ierem. 8. sic dicens. *Miluis in celo cognouit tempus suum, turtur & hirundo & ciconia custodierunt*, id est, obseruauerunt aduentus sui tempus, *populus autem meus non cognouit iudicium Domini*. Quod scilicet, nunc imminet, quia vt dictum est, *nunc iudicium est mundi*. Sed in veritate non est mirandum si populus Domini iudicium non cognouit, quia vt ait Plal. *Oculus statuerunt declinare in terram*. Sed non sic miluis: immo oculos suos in celum leuauit, & ideo in celo cognouit tempus suum.

Eccl. 3. Perdere pro distribuere. Eccl. 29. Ædificia in vsum pauperum conuertenda. Ædificandum in vsum & cibum pauperum. Perdere est acquirere. Math. 6. Pœnitentiæ definitio. Eccl. 3. Eccl. 3. 1. Petr. 2. Vnum aptum ad cantandum quare. Aues pro contemplatiuis. Contemplatiui aues sunt, diuinis laudibus debent continuo occupari. Eccl. 3. Tempora septem immutari debent super iustum quemlibet tempore quadagesimæ. Gal. 6. 1. Mach. 12. Ionathas interpretatur columba veniens. Ierem. 8. Aues cognoscunt tempus suum. Iudicium Domini non cognouit populus. Miluis cognouit tempus suum.

Ad resumenda opera artis quam amisit, ideo dicit. *Septem quoque tempora mutabuntur super te*. Per siquidem septem tempora artes liberales intelligo: liberales inquit ab effectu, non illas quæ liberales communiter nuncupantur: sed illas quæ liberare habent hominem à seruitute peccati & eum propriæ tradere libertati. Quæ vtique licet possint vniuersitatem perfectorum operum designare in vniuersitatis numero signatorum & in septenario: signant tamen specialiter septem opera misericordie. Atque ad litteram tempus istud, tempus scilicet, vernale, quod nunc imminet, deputatur, siue ad septem dicitur aptum fore. Sicut enim sunt septem horæ priuilegiatæ, quæ ad imminens nunc concurrunt, vt dictum est supra: sic istud tempus ad septem opera est singulariter aptum. Est enim tempus istud principibus aptum ad dimicandum. Ad litteram enim istud est tempus: quo (vt dicitur 2. Reg. 11.) solet reges ad bella procedere, vt Rex noster Christus prius baptisate velati armis cælestibus præmunitus à Spiritu sancto ductus est hodie in campum certaminis in desertum, vt, scilicet, à diabolo tentaretur, ibique obtenta victoria hostem prosterneret, vbi mystice humanum genus ab Hierusalem in Hiericho, id est, in miserie defectum descendens nudatum gratuitis, ceciderat vulneratum. Igitur bene est tempus aptum ad dimicandum. Propter quod Apostolus in suæ Epistolæ exordio, ne sinistra diuina arma susciperemus ad dimicandum nos hortatur, dicens: Hortamur vos ne in vacuum gratiam Dei recipiatis, &c. De quo tempore Eccl. 3. *Tempus belli*, scilicet, cum hoste, & *tempus pacis*, scilicet, cum Deo reformandæ. Cultoribus aptum ad amputandum. *Tempus enim putationis aduenit*, vt dicitur Cant. 2. Vnde

Eccl. 3. Eccl. 3. 1. Petr. 2. Vnum aptum ad cantandum quare. Aues pro contemplatiuis. Contemplatiui aues sunt, diuinis laudibus debent continuo occupari. Eccl. 3. Tempora septem immutari debent super iustum quemlibet tempore quadagesimæ. Gal. 6. 1. Mach. 12. Ionathas interpretatur columba veniens. Ierem. 8. Aues cognoscunt tempus suum. Iudicium Domini non cognouit populus. Miluis cognouit tempus suum.


**Daniel. 4.**  
**Exod. 16.**  
 Vesper pro fine vitæ.  
 Vesper pro gloria mundana.  
 Terra Egypti pro tenebris culpæ.  
 Mane pro luce gratiæ.

cognouit tempus suum ad obtinendum gloriam dotis quam quaeruit : & ideo dicit Daniel, 4. *Donec scias quod excelsus dominetur super regnum hominum.* Exod. 16. *Vespere*, id est, in fine vitæ, vel *vespere*, id est, luce mundanæ gloriæ tendente in nostris cordibus ad occasum, *scilicet quod Dominus vos eduxerit de terra Egypti*, id est, de tenebris culpæ, & mane videbitis gloriam eius. Mane, scilicet oriente luce gratiæ.

Tertio & ultimo, ad pœnitentiam nos indu-

cit Apostolus ex dignitate commodi cum dicit *Acceptabile*, vere enim tempus acceptabile & placitum, scilicet, in quo exaudimur plene, in quo liberamur grate, in quo seruamur tute, in quo præmiamur alte. Pro quibus omnibus occurrit nobis auctoritas in presenti Epistola, Isa. 29. *Hæc dicit Dominus. In tempore placito exaudiui te* (Apostolus dicit tempore accepto) *Et in die saluati auxiliatus sum tibi. Et seruauit te. Et dedi te in fœdus populi ut suscitares terram, & possideres hereditates dissipatas, &c.*

*Pœnitentia assumenda, ex commo- di dignitate. Isa. 29.*



# SERMO IN DOMINICA II. QUADRAGESIMÆ, DE TRANSFIGURATIONE DOMINI.

## SERMO PRIMVS.



**Matth. 17.**  
 Gratia Spiritus-sancti necessaria propter tria.  
 Gratia dirigit viam.  
 Incedit recte quem diuina gratia præcedit.  
 Gratia erigit & subleuat mentem.  
 Gratia lucem ostendit & explicat.  
**Gregor.**  
 Medicina superna ubi que nobis occurrit

**D**IXIT illos in montem excelsum, & transfiguratus est ante eos, Matth. 17. Gratia Spiritus-sancti est nobis necessaria propter tria, videlicet, quia ipse habet viam dirigere: ille enim solus recte incedit quem diuina gratia præcedit, ideo dicit, *Duxit*. Mentem erigere & subleuare, ideo dicit, *In montem excelsum*. Lucem ostendere & explicare: ideo *Transfiguratus est, &c.* Pro ipsa ergo, &c.

Secundum quod ait B. Gregor. 3. lib. Moral. cap. 14. ubique nobis occurrit superna medicina, quia & dedit homini præcepta ne peccaret: & tamen peccanti dedit remedia ne desperaret. Et licet nobis remedia quamplurima contulerit: illud tamen quod habemus de virgine gloriosa est inter cætera singulare, quia peccator erubescere poterat apparere coram Domino: idcirco huius sacræ virginis cuius est hodie congregatio, opportunum remedium præparauit, sicut verba propõsita protestantur cum dicit, *Duxit illos, &c.* In quibus utique verbis nobis ostenditur actus magnæ confidentiæ, quia videlicet Saluator ad salutis remedium nos inducit. *Duxit illos*. Statuitur situs, siue gradus summæ pietatis & affluentiæ, scilicet, virgo Maria per montem figurata, *In montem excelsum*. Exprimatur gustus miræ patientiæ, quia Deus transformauit seipsum in hoc monte, scilicet beata Virgine, ut peccatoribus humiliter se conformet: *Et transfiguratus est ante eos*. Ponamus enim, quod Dei filius in hoc monte fuerit trans-

figuratus quando formam serui accepit, ut dicit Apostolus *Exinaniuit se formam serui, &c.* tamen Deus transfiguratur continue in conspectu peccatorum, quando, scilicet, ille qui in se contra peccatores concitatur furore: in hoc monte efficitur mansuetus.

Nota, beata Virgo est mons, quia sicut montes sunt,

- Superius luminosi,
- Inferius spatiosi,
- Interiorius onerosi,
- Exteriorius pascuosi.

Sic beata Virgo fuit superius luminosa puritate, quam cum Angelis participat. Inferius spaciola charitate, quia tantum ad humanum genus afficitur: Interiorius onerosa pietate, quæ continue scaturit in eius corde. Exteriorius pascuosa sanctitate, quia ibi poteris pasci omni fructu virtutum, omni flore honestatis & reuerentiæ.

Igitur tibi dicitur Genes. 19. *Ne stes in omni loco circa regionem, sed in monte saluum te fac.* Exod. 25. *Fac secundum exemplar quod in monte tibi monstratum est.*

Nota quod licet iste mons sit excelsus, ad illum tamen non possumus nisi per scalas humilitatis ascendere. 1. Machab. 6. *Per loca humilia ibi caute & ordinate, &c.* Psal. 124. *Qui confidunt in Domino sicut mons Sion, Montes in circuitu, &c.*

*Transfiguratur Deus continue in conspectu peccatorum.*


*Maria virgo mons quare.*

*Maria virgo superius luminosa, inferius spaciola, interiorius onerosa, exteriorius pascuosa.*

*Genes. 19.*

*Exod. 25.*

*Ad Mariam virginem, nisi per scalas humilitatis ascendere non possumus. 1. Mach. 6.*



# DE EADEM DOMINICA II. QUADRAGESIMÆ, AD LITERAM. SERMO SECVNDVS.

**Gregor.**  
**Job. 34.**  
 Lineam super terram tendere quid mysticè.

**Regula prima omnium Deus est. Exod. 25.**

**Tabernaculi faciendi forma præscribitur. Euangelij diuino.**

**Ad tabernaculi constructionem quatuor exiguntur.**

*ASSUMPSIT Iesus Petrum, &c.* Beatus Gregorius lib. 28. Moral. cap. 2. ubi exponens illud Job. 34. *Indica mihi si habes intelligentiam quis posuit mensuras terræ, si nosti: & quis tetendit super eam lineam?* sic dicit. Super hanc, scilicet cordis nostri terram linea tenditur, quando electæ unicuique animæ ad sumendam viuendi regulam patrum præcedentium exempla monstrantur, ut ex illorum operibus & vita consideret quid in actibus suis seruet. Ex hac igitur auctoritate Gregorij colligitur, quod actus nostri sunt patrum præcedentium vita & operibus regulandi: si errare nolumus. Verum quia & illi ab alia inoblivabili regula fuerunt directi, scilicet, Dei, idcirco si quis vellet perfecte in suis operibus regulari, primam regulam deberet aspicere. Hæc autem prima regula Deus est, &c. Exod. 25. *Inspecte & fac tibi secundum exemplar quod in monte monstratum est.* Loquebatur autem de constructione tabernaculi sanctuarij: de quo ibidem præmiserat: *Facient mihi filij Israël sanctuarium & habitabo in medio eorum.* Quia igitur Petrus tabernaculum triplex ibi ædificare voluit, idcirco Dominus ipsi dicit. *Inspecte & fac secundum exemplar, &c.* In monte inquam isto in quo Christus transfiguratus est, in qua transfiguratione datur tibi forma & regula præfatum tabernaculum construendi. Vnde & Petrus visa forma dicit. *Domine bonum est nos hic esse, si vis faciamus, &c.* Ut igitur memoratum tabernaculum scias facere, nunc datur tibi forma in Euangelio cum dicitur. *Assumpsit Iesus, &c.* In quo quatuor innuuntur, videlicet.

- Quibus artificiis ipsum construatur, quia, *Assumpsit Iesus.*
- Quibus adminiculis ipsum fulciatur, quia, *ibi paterna vox, Moyses, & Helias.*
- Quibus desideriis ipsum immergatur, quia, *volendo transitoria cælestibus colligare, Faciamus hic, &c.*
- Quibus gubernaculis ipsum conseruetur, quia, *descendentibus illis, &c. De monte, &c.*

Quantum ad primum, videlicet quantum ad illa artificia, quæ ad huius tabernaculi constructionem exiguntur, tanguntur ab Euangelista quatuor. Tangitur enim.

Tempus quod obseruatur, quia, *Post dies octo.*

Cætus qui conuocatur, quia, *Assumpsit Petrum, Iacobum & Ioannem.*

Locus qui designatur, quia, *In montem excelsum.*

Cultus qui renouatur, quia, *transfiguratus.*

De hac transfiguratione Apocal. 10. *Vidi alium Angelum fortem, descendentem de celo, amictum nube: & iris in capite eius, &c.* In Angelo notatur plenitudo munditiæ, in alio, scilicet, à malis quos ante viderat Ioannes, iustitiæ fortitudo, valetudo potentiæ, in descensu magnitudo clementiæ. Hic descensus secundum August. 10. de ciuit. cap. 5. non est aliud quam noua operatio in terrenis, quia operatione seipsum manifestat. Et si dicatur, quod Euangelista non dicit eum hic descendisse, sed in discipulos montem cum eo ascendisse: Responso, eadem est via qua ascenditur & descenditur: immo idem est ascensus & descensus. Operans igitur aliquid Saluator in se descendere dicitur, scilicet, in illis quibus reuelat: hic dicitur ascendere: quia per talem ascensum ipsi ascendunt in Deum. Exemplum de eius assumpta humanitate in qua ipsius descensus fuit noster ascensus. Amictum nube, id est, vestitum carne mundissima: quia nubes dicuntur: quia velant corporis claritatem sicut sol splendorem. Ezech. 32. *Solem nube tegam.*

*Et iris in capite eius*, id est, vidi eum coronatum dotibus quatuor corporis in quatuor coloribus Iridis figuratis. Sunt enim in Iride quatuor colores correspondentes quatuor elementis, &c. & figurant quatuor dotes. Homo enim compositus est ex quatuor elementis, ex quolibet trahit vnam dotem, quando, scilicet, trahentur elementa ad optimam proportionem. Nam nunc ignis offuscatur ex aliorum permixtione: sed tunc conuertetur in claritatem. Aer prægrauatur graui infectus admixtione, sed tunc conuertetur in agilitatem: aqua inspissatur ex turbulenta admixtione, sed tunc conuertetur in subtilitatem. Terra etiam tunc multis scissuris exposita permutabitur in impassibilitatem. Per Iridem igitur in qua sunt quatuor colores, quatuor elementis correspondentes, decor dotium intelligitur.

*Assumpsit Iesus Petrum & Iacobum.* Hic Iacobus fuit frater Ioannis. Contra, Augustinus super Epistolam ad Galat. 1. dicit hunc fuisse Iacobum Episcopum Hierosolymitanum, cui concordat Ambr. super Luc. lib. 9. dicens hunc primo accepisse inter Apostolos solium Sacerdotale. Respondeo, quod Augustinus loquitur secundum opinionem aliorum: vel quod loquitur de folio Sacerdotij æterni: quia primus inter Apostolos occisus est ab Herode. Thabor mons distabat per quatuor miliaria à Nazareth. Iustus non se transfiguratur, sed tanquam figuratur.

Nota, iustus non debet se transfigurare, sed transfigurari. Item plus debet lucere facies, id est, mens & conscientia quam vestimenta, id est, conuersatio, ut sit plus intus, & mens apareat minus. Exemplum Matth. 23. *Ua vobis qui similes estis sepulchris dealbatis, quæ à foris apparent*



*Matth 24.* Petrus nesciebat quid diceret in transfiguratione ob multa. *August.* Christi facies resplenduit plusquam sol. *Eccles. 19. Dan. 10.* In lumine iustorum nihil erit noctis. *Prou. 4. Matth. 5.* Infimus actualiter debere non debet, quid mystice. *Eccles. 7.* Vitia capitalia septem sunt. *4. Reg. 4.* Iordanis fluvius iudicantis & pœnitentis. *1. Cor. 11.* Panis mendacij desiderabilis, quare. *Lapides pro rigore pœnitentia.* Caro pro culpa. *Rom. 8. 1. Cor. 15.* Vinum pro inepta & mundana lætitia. *Ephes. 5.* Vinum inebriat quid moraliter. *Prou. 22.* Os pro cordis appetitu. *Hebdomadatum trium dies pro plena culpa satisfactione.* *Septenarius ad totam vi-*

*apparent hominibus preciosa, intus autem plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia.* Tria tabernacula: nesciens quod diceret. Tum quia quos Deus coniungebat, volebat separare: tum quia erat beatitudinis dispositio: noluit consummationem gloriæ accipere: tum quia ante voluit beatificari quam præcederet meritum: tum quia servos pacificabat Domino: tum quia regnum electorum voluit in terra constituere: tum quia in gloria tabernacula futura credidit: tum quia vitilitatem proximorum negligebat. Vnde Augustinus. Quid dicis sancte Petre? mundus perit, & tu stare quæris. Vides tot gentes conuenisse in vnum, & tu secretum diligis. Vides tenebras mundi, & in lumen abscondis. *Nemo accendit lucernam & ponit eam sub modio, &c. Facies sua resplenduit sicut sol.* Imo plus dicit Glossa, sed non habuit aliud exemplum Eccles. 19. *Ab occursu facies sua cognoscitur sensatus, Dei, scilicet, sapientia Christus.* De hoc figura Daniel. 10. *In diebus illis (tacet de noctibus, quia in lumine iustorum nihil erit noctis, Prou. 4. Iustorum semita quasi lux splendens procedit, & crescit usque ad perfectum diem) ego Daniel lugebam. Matth. 5. Beati qui lugent, &c. Quis actualiter infirmus: certus de morte, confcius de crimine, incertus de venia, dubius de sententia, ridere debeat nisi phreneticus: Et ideo Eccles. 7. Cor sapiens ubi tristitia est, Cor stultum ubi lætitia est. Trium hebdomadatum dies. Septem enim sunt vitia capitalia quibus homines peccant contra naturam, contra rationem, & contra conscientiam. Vnde 4. Reg. 4. *Lauare septies in Jordane: & mundabitur caro tua.* Iordanis fluvius iudicantis & pœnitentis, 1. Cor. 11. *Quam si nescimus disiudicemus, non vique disiudicemur.* Panem desiderabilem non comedi, id est, panem mendacij: in quem lapidēs, id est, rigorem pœnitentia fraudulenter hostis Dominum conuerrere suadebat: sicut est habitum in præcedenti Dominica. Et caro (Glossa Gregor. id est, culpa, iuxta illud ad Rom. 8. *Si secundum carnem vixeritis, moriemini.* Et 1. ad Cor. 15. *Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt.*) & vinum (id est, inepta & mundana lætitia quæ facit animam ebriam, & mœchari cum mundo vel cum hoste. Ad Ephes. 5. *Nolite inebriari vino in quo est luxuria.* Et Prou. 22. *Ne intuearis vinum quando flauescit, cum splenduerit in vitro color eius, ingreditur blandē, nouissime mordebit ut coluber)* non introierunt*

in os meum (id est, in cordis appetitum, iuxta Beatum Gregorium, Psalm. 36. *O iusti meditabitur sapientiam, donec complerentur dies trium hebdomadatum,* id est, plena satisfactio culpæ, vel septenarius referatur ad totam vitam: ternarius ad fidem. *Die autem vigesimaquarta* (quia impleto decalogo præceptorum & gemina charitate, & doctrina quatuor Euangeliorum) *eram iuxta fluvium magnum qui est Tigris.* (id est, iuxta fluentia gratiarum quæ ad morem Tigris fluunt cum impetu. Psalm. *Fluminis impetus, &c.* Tanta est enim gratiarum copia apud fontem vitæ increatæ quod exuberant affluenter, & cum impetu maximo, se diffundunt. Vnde Daniel. 7. *Fluvius ingens rapidusque egrediebatur a facie eius,* si bene pertingat ad hominem: immo homo si impetum eius non fugiat per ipsum rapitur à terrenis: sicut Paulus quem rapuit vsque ad tertium caelum) *& leuauit oculos, &c. Leuauit oculos tuos in circuitu & vide; & vide, & ecce vir.* (1. Reg. 26. Nunquid non vir es tu? & quis alter similis tui in Israël?) *& vnus, &c.* (Virum dicit ex millibus vnum inueni. Vnde Eccles. 9. *Vnus est & secundum non habet) vestitus lineis* (carne mundissima stola claritatis & glorificationis assumptæ, ad quam tamen ad modum lini multis tunctionibus & percussuris peruenit: Apoc. 3. *Qui vicerit sic vestietur vestimentis albis) & renes eius accincti auro obrizo* (id est, erat in prima puritate consistens, id est, in charitate ad propagandos filios spirituales. Apoc. 1. *Accinctus corona aurea ad manibus, ut in pectore, amor charitate circumtextus: in facillimis dulcor pietatis lactans paruulos) & facies eius velut species fulguris, quia resplenduit facies eius sicut sol. Vestimenta autem eius facta alba sicut nix.* Marc. 9. dicitur. Qualia fullo non potest facere super terram, & bene vtrumque commemorat scriptura. In niue natura operatur candorem, in vestimentis fullo. Vestimenta autem sunt fideles. Eidr. 5. *Omnibus his velut ornamento vestieris, sicut Apostolus. Quicumque baptizati estis, Christum induistis.* Allegorice loquendo, denotatur hic in niue candor innocentia. In fullo vero candor pœnitentia. Vtrumque candorem habuit: sed hic dicitur. Vestimenta eius sicut nix, quia ibi erat candor innocentia naturalis & puritatis in fide; videtur autem qualia fullo non potest facere: quia nullius vita, nullius doctrina, nullius pœnitentia, ad illum niueum candorem peruenire potuit, &c.

ca refertur. Ternarius ad fidem refertur. Tigris pro gratiarum impetu & copia. Gratiarum copia apud fontem vitæ increatæ exuberat affluenter. Dan. 8. Gratia fluuii comparatur. Gratia rapitur homo à terrenis. Paulus à gratia raptus. 1. Reg. 26. Vir quis. Eccles. 19. Lignum pro carne mundissima. Apoc. 3. Apoc. 1. In pectore amor charitatis. Pietatis dulcor in manibus. In transfiguratione Christi vestimenta alba sicut nix. Marc. 9. Niuis candor à natura vestimentorum à fullo ne quid. Fideles sunt vestimenta Christi. Eidr. 5. Niues pro candore innocentia. In Christo candor innocentia naturalis.

2 Theff. 4. Prou. 22. Cordis mundicia diligenda. Labia pro operibus quibus homo vel anima Deo loquitur. Opera grata quando. Sanctissimus, id est, sine terra & mundi affectione estote, quoniam ego sanctus sum. Considerans igitur Paulus diuinus Apostolus tale ministerium Domino fore gratum, ad huius mundicia sanctificationem in qua sumus vocati sollicito nos hortatur, dicens. *Sciat, &c.* In quibus verbis ad tria nos inducit, videlicet.

Ad limpidam conspectionem. *Sciat unusquisque suum vas possidere.*

Ad prouidam gubernationem. *Suum vas possidere.*

Ad nitidam expiationem. *In sanct. & honore, &c.*

*Sciat unusquisque, &c.* vbi est aduertendum, quod vas dicitur omne illud quod potest esse alterius contentiuum. Vnde & Philosophus vocat locum vas immobile. Quia igitur corpus est preciosi thesauri, scilicet, animæ contentiuum: item cor cogitationum: item anima gratiæ, item sensus propriarum operationum, quodlibet horum vas poterit appellari. Ad omnium igitur horum seruandam mundiciam Apostolus nos inuitat dicens. *Sciat unusquisque, &c.* Ad hoc autem faciendum multa debent nos inducere. Primo propter Dominicum præceptum de quo processit figura. Leuit. 6. vbi dicitur. *Hac est lex hostia pro peccato qua immolabitur coram Domino in sancto sanctorum, & Sacerdotes qui offerent eam, comedent eam in loco sancto, in atrio tabernaculi. Vas autem fictile in quo cocta fuerit hostia confringetur: vas autem æneum defricabitur, & lauabitur aqua.*

Moraliter hostia pro peccato est pœnitentia quæ fit in remissionem peccatorum: hæc debet



# DOMINICA III.

## QVADRAGESIMÆ,

### EX EPISTOLA.

**S**CIAT unusquisque vestrum suum vas possidere in sanctificatione & honore, 2. Thessal. 4. Secundum quod ait Salomon Prouerb. 22. *Qui diligit cordis mundiciam habebit ancicum regem, propter gratiam labiorum suorum.* Vocat autem labia opera quæcumque, quibus homo vel anima loquitur ipsi Deo. Tunc autem sunt grata regi nostro quando à mundo corde procedunt. Ratio autem est quare sic Deo placent, quia si omni homini mundum ministerium sit acceptum, illi tamen singulariter est gratum, qui nihil est aliud quam pura munditia. Ideo dicit Sancti, id est, sine terra & mundi affectione estote, quoniam ego sanctus sum. Considerans igitur Paulus diuinus Apostolus tale ministerium Domino fore gratum, ad huius mundicia sanctificationem in qua sumus vocati sollicito nos hortatur, dicens. *Sciat, &c.* In quibus verbis ad tria nos inducit, videlicet.

inmundicia. Affectus quomodo Sacerdos. Corpus vas est fictile, quare. 2. Cor. 4. Anima vas æneum quare. Vitrum non corrumpitur, sed frangitur quid mystice. Hostia pro ardore, doloris vel feruoris deuotionis. Corpus atteri & macerari debet. Vas æneum defricari quid mystice. 2. Cor. 3. Vitio diuina. Dan. 5. Balthazar pro peccatore. Balthazar remulentus bibi in vasis quid mystice. Peccator per Balthazarem. Balthazar interpretatur capillus. Leuitas cordis per Balthazarem notatur. Balthazar insensibilis non capiens diuinam inspirationem. Balthazar interpretatur abscondens diuitias. Gen. 19. Loth filius inebriatus. Loth de vna filia suscepit Moab, de alia Amon.

inmundicia. immolari coram Domino, quia requiritur recta intentio & non coram mundo. Matth. 6. *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus: ut videamini ab eis, &c.* Item in Sancto Sanctorum, id est, in munditia. Sacerdos est affectus qui debet commoueri, id est, delectari & nutrir in huiusmodi conscientia mundicia: non in agro huius mundi vel corporis proprii: sed in atrio tabernaculi, id est cohabitatione sensuum per quos ad sancta quis ingreditur. Vas fictile est corpus in quo thesaurus conseruatur, 2. Corinth. 4. *Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus, &c.* Et bene in vasis fictilibus quia de terra fiunt, non solum corruptibilia siue fragilia ad corruptionem, siue ad mortem, verum etiam ad peccatum. Vas æneum anima in qua thesaurus gratiæ continetur: quia est firmior & solidior. Nota vitrum non corrumpitur. Item lucida si terfa igni decoquitur. Hostia est ardor doloris in quo agitur pœnitentia vel feruor deuotionis. Debet igitur vas fictile confringi, id est, macerari & atteri, & tunc vas æneum defricabitur: dum, scilicet, ex hoc anima purior redditur à scoria peccati. 2. Cor. 3. *Licet autem is qui foris corrumpatur tamen is qui intus est renouatur de die in diem.*

inmundicia. immolari coram Domino, quia requiritur recta intentio & non coram mundo. Matth. 6. *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus: ut videamini ab eis, &c.* Item in Sancto Sanctorum, id est, in munditia. Sacerdos est affectus qui debet commoueri, id est, delectari & nutrir in huiusmodi conscientia mundicia: non in agro huius mundi vel corporis proprii: sed in atrio tabernaculi, id est cohabitatione sensuum per quos ad sancta quis ingreditur. Vas fictile est corpus in quo thesaurus conseruatur, 2. Corinth. 4. *Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus, &c.* Et bene in vasis fictilibus quia de terra fiunt, non solum corruptibilia siue fragilia ad corruptionem, siue ad mortem, verum etiam ad peccatum. Vas æneum anima in qua thesaurus gratiæ continetur: quia est firmior & solidior. Nota vitrum non corrumpitur. Item lucida si terfa igni decoquitur. Hostia est ardor doloris in quo agitur pœnitentia vel feruor deuotionis. Debet igitur vas fictile confringi, id est, macerari & atteri, & tunc vas æneum defricabitur: dum, scilicet, ex hoc anima purior redditur à scoria peccati. 2. Cor. 3. *Licet autem is qui foris corrumpatur tamen is qui intus est renouatur de die in diem.*

Loth inter-  
preta tur de-  
clina ns.  
Loth sym-  
bolu m ho-  
miais recti-  
tudinem iu-  
stie decli-  
nantis.  
Segor inter-  
pretatur par-  
ua spelunca  
pro peccati  
& ignorantie  
tenebris.  
Moab inter-  
pretatur su-  
perbia.  
Amon inter-  
pretatur lu-  
xuria.  
Ezech. 31.  
Vinum pro  
peccato inebri-  
at, & mul-  
ta mala fa-  
cit.  
Optimates  
pro volunta-  
te, vxor pro  
ratione.  
Concubinæ  
pro carne  
vel sensuali-  
tate.  
Nabuchodo-  
nosor pro  
diabolo.  
Diabolus  
vasa diripuit.  
Vasa contu-  
melie &  
peccati.  
Ezech. 16.  
Aurum pro  
charitatis

tenebris peccati & ignorantie. de dua bus filia-  
bus, id est, suggestione diaboli & concupiscen-  
tia carnis: ex vna generat Moab, qui interpre-  
tatur superbia: ex alia generat Amon qui inter-  
pretatur luxuria turbatus: quia actus est fecu-  
lentus, de hoc vino Eccles. 31. *Multos enim  
exterminauit vinum.* Hic iubet auferri omnia  
vasa, quia omnes sensus, & cor & mentem:  
inebriat optimates, id est voluntatem. Item  
vxorem, id est rationem. Item concubinas, id  
est, carnem vel sensualitatem sectando, scilicet,  
passiones. Hæc sunt vasa quæ ad templum  
Dei pertinent secundum Apollolum: quæ pa-  
ter eius Nabuchodonosor, id est, diabolus  
abstulit. Primo quidem de paradiso & de tem-  
plo Dei, quibus nunc iste abutitur. Nunc au-  
tem auferit quotidie de templo Dei & Ecclesie  
militantis per demeritum, vt iam sint vasa non  
gratiæ sed contumelie & peccati Ezech. 16.  
*Tulisti vasa decoris tui, & de auro meo, in quo  
feruor charitatis, & de argento meo, in quo  
splendor veritatis, primum in affectu, secun-  
dum in aspectu, siue in intellectu: qua dedi tibi  
& fecisti tibi imagines masculinas, id est, confi-  
dentiam, quasi posses de illis fructum concipe-  
re & mentem tuam valeant secundare: & fur-  
nicata es in eis, id est, in his inuidia & infana  
concupiscentia adhæstisti. Hæc igitur vasa de  
consensu miseri peccatoris auferit Nabuchodo-  
nosor de templo, cum tamen dicat Apollolus 1.  
ad Corinth. 3. *Si quis templum violauerit disper-  
det illum Dominus.* Sed audi diuinam senten-  
tiam & vltionem: *Statim auferunt tres digiti illi,*  
scilicet quibus Isay. 40. *molem terra,* id est, gra-  
uedinem peccatorum appendebat. Tres isti di-  
giti sunt, Sapientia in discernendo: Iustitia  
in determinando & sententiando: & potentia*

in puniendo & flagellando. Isti tres digiti scri-  
bebant, scilicet, propter perpetuam rei me-  
moriã. Abach. 2. *Scribe visum & explana eum  
super tabulas, & percurrat qui legerit eum.* Et  
aduerte quod hæc scriptura facta est contra can-  
delabrum, vt, scilicet, omnibus esset clara, 2.  
Reg. 12. *Tu fecisti in abscondito, ego autem fa-  
ciam in oculis solis huiusmodi.* Item facta est in lu-  
perficie parietis, vt recta foret litera, & posset  
omnibus reuelari, quia *nihil occultum quod non  
reuelatur.* dicitur. Matth. 10. In aula regia, vt  
omnes conuenirent ad iudicium, si que data  
est sententia contra eum, & stylo ferreo exaia-  
ta. Ierem. 17. *Peccatum hominis, scilicet, qui  
Deum debuit confiteri operibus, scriptum est sty-  
lo ferreo in vngue adamantino.* Scribit autem  
primus digitus, id est, diuina sapientia. *Mane,*  
id est, numerauit deus facta tua. Iob. 31. *Nonne  
ipse considerat vias meas & omnes gressus meos di-  
numerat?* Secundus, scilicet, iustitia: scribit  
*Thecel,* id est, *appensusus in latera.* Iudicia Dei  
sunt. Tertius, id est, potentia, scribit *Phares,* id  
est, diuisum est regnum tuum: quia corpus ab  
anima miserabiliter separatur & datum est Me-  
dis & Persis. Medi mensurantes interpretantur:  
Et significant demones qui penam culpæ non  
sunt furant Isay. 13. *Ego suscitabo super eos Medos,*  
qui argentum, id est, eloquentiam non querant:  
nec aurum, id est, sapientiam velint: quia nec  
allegationes astutia in presenti liberabit: Et  
ideo bene sequitur: sed sagittis, id est stimulis  
punctionum paruulos, qui stultitiam dilexe-  
runt interficient morte secunda. *Perte,* id est,  
dissoluentes latera sunt vermes quibus datur  
corpus in escam & anima demonibus, donec  
tandem infelici commercio copulentur, vt ait  
Bernard. Amen.

feruore,  
Argentum pro  
veritatis  
splendore.  
Imago mas-  
culina pro  
confidentia.  
Diabolus au-  
fert vasa de  
templo sine  
consensu  
peccatoris.  
1. Cor. 3.  
Isay. 40.  
Moles terre  
pro peccato-  
rum graue-  
dine.  
Digiti tres  
sunt sapientia,  
iustitia &  
potentia.  
Digiti tres  
scribebant,  
quare &  
quid.  
Abach. 2.  
Scriptura  
contra can-  
delabrum  
quæ e.  
2. Reg. 12.  
Scriptura in  
superficie  
parietis,  
quare.  
Matth. 10.  
Scriptura in  
aula regie,  
quare.  
Hier. 17.  
Peccatum  
scriptum sty-  
lo ferreo.  
Mane signi-  
ficat nume-  
rauit.  
Iob. 31.  
Thecel sig-  
nificat appen-  
susus e. in  
st. tera.

Tenebræ  
pro culpa  
peccati ob  
quatuor pro-  
prietates.  
Tenebrarum  
proprietates.  
Nox gene-  
ratiua mul-  
torum vapo-  
rum & fum-  
orum.  
Fumus pro  
vanitate.  
Precibus B.  
Virginis &  
aliorum san-  
ctorum spes  
vitæ est in  
nobis.  
Exod. 24.  
Tenebræ  
Ægypti quid  
moraliter.  
Culpa stat  
tribus die-  
bus.  
Nox occu-  
patiua deco-  
ris.  
Tenebræ  
impediunt  
videre figu-  
ras & colo-  
res quid mo-  
raliter.  
Gen. 1.  
Cant. 1.  
Nox concu-  
tatiua hor-  
roris.  
Peccatum  
inducit hor-  
rorem timo-  
ris.  
Iustus hor-  
ret peccatū.  
Dan. 7.  
Gen. 15.  
Abraham  
obtulit quin-  
que.  
Abraham  
pro iusto.  
Pœnitentia  
est sacrifi-  
cium.  
Opera bona  
impedite con-  
nantur da-  
mones.  
Aues pro de-  
monibus.

Vbi aduertendum quod tenebræ quatuor ha-  
bet proprietates, ratione cuius signat statum cul-  
pæ. Est enim primo euerfua siue dissipatiua vi-  
goris. Dicit enim Albumazar quod nox propter  
suam tenebrositatem & lucis priuationem est  
multorum vaporum & fumorum inficientium  
generatiua, quæ nisi subliriantur & consu-  
merentur à lumine Lunæ & stellarum, animalia  
viuere non possent, sed acè omnino esset infe-  
ctus. Sic tenebra peccati intantum mentem infi-  
cit, fumos vanitatum generat, vaporem no-  
cuiarum cogitationum suscitatur & multiplicat,  
quod nisi esset lumen gratiæ beatæ Virginis &  
aliorum sanctorum, id est, preces ipsorum, nul-  
la in nobis spes vitæ remaneret, sed omnino  
omnis nobis vigor subtraheretur. De hoc figura  
Exodi 24. quando Moyses posuit manum  
in cælum, & tunc factæ sunt tenebræ tribus die-  
bus &c. Moyses ponit manum in cælum, cum  
sancti sua beneficia ad tempus subtrahunt, fit  
tenebra palpabilis, id est, culpa, & cum nemo  
videt fratrem suum, dum, scilicet non potest al-  
terius bonum videre, stat tribus diebus, id est, se-  
cundum triplicem concupiscentiam in qua cres-  
cit, & dicitur. Esto sine luce.  
Occupatiua decoris, quia propter tenebras  
homo non potest videre figuras nec colores.  
Ideo sic nec Deus imaginem suam in nobis te-  
nebra peccati occultatam, Gen. 1. *Tenebra erant  
super faciem abyssi* Cant. 2. *Ostende mihi faciem  
tuam.*  
Concitatua horroris. Nam communiter in  
tenebris homines timent. Sic peccati tenebræ  
horrorem iuducunt timoris, dum, scilicet pec-  
cator non videns nescit vtrum malignus spiritus  
&c. Item nescit vbi ponat pedem. Et quid mi-  
rum si timet peccator & horret, quando etiam  
iusti perhorrescunt, Dan. 7. *Horruit spiritus meus.*  
De hoc figura Gen. 15. *Præcepit Dominus Abraha  
vt facta sibi promissione faceret oblationem, qui ob-  
tulit quinque, videlicet vaccam, capram, arietem,  
turturem, & columbam.* Et aues volebant ea acci-  
pere. Sed Abraham non permisit. Interim dum  
sol tenderet ad occasum, factus est pavor ma-  
gnus, & horror tenebrosus, & timuit, sed affuit  
Dominus confortans eum. Abraham iustus est,  
cui fit à Domino repromissio hereditatis. Sacri-

ficiu est pœnitentia per quinque prædicta si-  
gnificans illos digitos pœnitentiæ quinque, qui  
debent esse in pœnitentia, sicut dictum est supe-  
rius in Euangelio. Aues sunt demones, qui co-  
nantur nobis nostra opera subripere, sed istos de-  
bet deuotus Abraham constanter abigere. Tunc  
autem Sol occidit, dum nescit finaliter vbi pe-  
dem debeat ponere, quia nescit de bello quod ei  
suscitatur in morte vnus cuiusque; tamen semper  
debet ei esse diuina fiducia quæ confortat, quia  
aliter non fieret salua omnis caro.  
Expulsiua & abiectiua pudoris, vt scilicet pec-  
cator de tenebris peccatorum non erubescat.  
Ierem. 3. *Frons mulieris meretricis facta est sibi,  
noluisse erubescere.*  
Inductiua torporis & ignauie & dormitionis.  
Iob 17. *In tenebris stratus lectulum meum.* Verit  
enim se miser peccator à latere in lateris, id est, à  
peccato in peccatum, quia enim conscientiam  
habet tenebrosam non videt diem, & sic in som-  
no peccati detinetur.  
Secundo ponitur formositas conuersionis,  
quia *nunc autem lux in Domino,* non dicit autem  
simpliciter lucem, propter lucem mundanam  
quæ ad tenebras terminatur, Iob 28. *Auferetur  
ab impiis lux sua, ideo dicit cap. 3. Quare igitur  
mifero data est lux? Item 18. Expellet eos de luce  
in tenebras.* O quot hac luce fulgent qui si in cla-  
ra luce viderentur, sicut videbuntur, cognosce-  
rentur non esse illi quos diuina gratia genuit,  
sicut dixit illa mulier quæ venit ad regem 3.  
Reg. 4. *quem, inquit, inueniens clara luce deprehendi  
non esse meum quem genueram.* In nocte huius  
mundi tales cognosci non possunt, sed postea  
cognoscuntur finaliter vbi erunt manifesta oc-  
cultata, quemadmodum in nocte squamæ piscium  
lucent. Isti sunt qui natant in mundi delitiis,  
quercus putrida. Isti sunt qui peccata accumu-  
lant, puta superbi qui sibi stipulam accumulãnt  
in die iræ, calamitatis & miserie, vbi vermis eo-  
rum non extinguetur. Sed vos iusti non estis  
qualiscunque lux; immo lux in Domino, recti  
per intentionem, clari per cognitionem, puri  
per affectionem, feruidi per dilectionem, ergo  
vt filij lucis ambulate. Opera lucis sunt iustitia,  
fides, castitas, longanimitas, spes, charitas, beni-  
gnitas & cætera.

Demones  
abigendi.  
Fiducia in  
Deo.  
Abraham  
volucres  
abigebat  
moraliter.  
In morte  
sperandum  
est in Deo.  
Nox abiecti-  
ua & expulsiua  
pudoris.  
Ierem. 3.  
Nox induc-  
tiua torporis  
& ignauiæ.  
Iob 17.  
Latus pro  
peccato.  
Conscientia  
tenebrosa  
diem non vi-  
det.  
Conuersionis  
formositas.  
Lux munda-  
na ad tene-  
bras termina-  
tur.  
Iob 28.  
Iob 3.  
Iob 18.  
Conuersio  
ad Deum  
lucis fulget.  
3. Reg. 3.  
Lux munda-  
na nox est.  
Squamæ pis-  
cium lucent  
noctu mora-  
liter.  
Quercus pu-  
trida lucet in  
nocte quid.  
Iusti sunt  
lux in Do-  
mino.  
Iusti sunt re-  
cti, clari, pu-  
ri, feruidi.  
Lucis opera  
quæ.



SERMO IN  
DOMINICA IV.  
QVADRAGESIMÆ,  
EX EPISTOLA.

Ephes. 5.  
Lux pro iu-  
sticia.  
Iustitia lucis  
nomine de-  
signatur.

**R**ATI S enim aliquando tene-  
bra, nunc autem lux in Domi-  
no. Ephes. 5. Secundum quod  
dicit beatus Gregorius in Mo-  
ralibus, Lucis nonnumquam  
nomine iustitia designatur.  
Tantum igitur de luce quili-  
ber participat quantum de iustitia. De iustitia  
autem tantum participat vnusquisque, quan-  
tum ab iniquitate recedit. Deo innititur &  
vnitur. Nam nihil aliud est iniustitia, nisi qui-  
dam à Deo recessus, &c. Quia igitur homo qui-  
libet deserendo peccatum Deo adheret, idcirco  
talis lux rationabiliter potest nuncupari: maxi-

me si fiat operatio ad oppositum à quo discessit. Deo adhæ-  
re. Et hoc bene ostendit nobis Apostolus in verbo  
proposito. *Eratis, &c.* In quibus verbis duo tan-  
git, videlicet.  
Transgres-  
sionis defor-  
mitas.  
Conuersionis  
formositas.

Tan gressionis deformitatem,  
*Eratis tenebra.*  
Psal. 139. *In tenebris ambulans.*  
Conuersionis formositatem,  
*Nunc autem lux in Domino.*  
Prouerb. 4. *Iustorum semita quasi lux splen-  
dens processit, & crescit vsque ad perfectum  
diem.* Tangit inquam primo deformitatem  
transgressionis quam signat nomine tenebra-  
rum.

Deo ad-  
hære. quid-  
Transgres-  
sionis defor-  
mitas.  
Conuersionis  
formositas.  
Prou. 4.  
Peccatum  
tenebræ.

FINIS SERMONVM, QVADRAGESIMÆ  
omnium qui reperiri potuerunt.



BEATI ANTONII PADVANI, SERMONES DOMINICALÈS DE TEMPORE.

DOMINICA I. POST PASCHA.



Ioan. 20.

Quinque in hoc Euangelio videnda.

VM esset sero die illo, &c. Ioan. 20. Vbi quinque videnda. Primum, discipulorum Christi. s. congregatio amorosa, ibi. Cum esset sero. Secundum, Christi salutatio gratiosa, ibi. Pax vobis. Tertium, ligandi atque solvendi à peccatis, collatio virtuosa, ibi. Insufflavit &c. Quartum, est Thomæ pia dubitatio, ibi. Vnus autem ex eis non &c. Quintum, Thomæ vera firmaque confessio, ibi. Dominus meus & Deus meus, &c.

Ioan. 5. Jerem. 17. Luc. 19.

Cum ergo sero esset. Hic notanda sunt quinque. Sero, dies illa, vna sabbatorum, & congregati discipuli, propter metum Iudæorum. Dies dicta à dian, quod est claritas, mundanæ vanitatis elaritatem significans. De qua Christus Ioannis quinto. Claritatem ab hominibus non accipio. Jerem. 17. Dies hominis non desideravi, tu scis. Et Lucæ 19. Et nunc in hac die tua & non mea, qua ad pacem tibi, non mihi.

Ab. 2. Joel. 2.

Serum huius diei, est pœnitentia, in qua sol mundanæ claritatis vertitur in tenebras & luna concupiscentiæ carnalis in sanguinem. Vnde Actuum 2. dicit Petrus ponens verba Domini in Ioel. 2. & 3. dicentis. Dabo prodigia in celo sursum, & signa in terra deorsum sanguinem & ignem & vaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras & luna in sanguinem. Allegorice, Dominus dedit

signa in terra per sanguinem & ignem, cum misit in Apostolos Spiritum sanctum. Et sic ascendit fumus compunctionis. Vnde Actuum 2. Compuncti sunt corde & dixerunt ad Petrum & reliquos Apostolos. Quid faciemus viri fratres? Et Petrus. Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum in nomine Iesu Christi, &c.

Moraliter. In sanguine, maceratio carnis. In igne, ardor charitatis. In vapore fumi, compunctio cordis. Hæc signa dat Dominus in celo, id est iusto, & terra, id est peccatore. De his tribus dicitur 1. Ioan. 5. Tres sunt qui testimonium dant in terra. Spiritus, aqua, & sanguis. Allegorice. Spiritus est anima Christi, quam emisit in passione. Aqua & sanguis, quæ fluxerunt de latere, quod fieri non posset si veram carnis naturam non haberet.

Moraliter. Spiritus, est charitas. Aqua, compunctio. Sanguis, carnis maceratio. De his Exod. 19. vbi dicitur quod totus mons Synai fumabat eo quod descendisset Dominus super eum igne, & ascenderet fumus de eo quasi de fornace. Mons Synai, est mens pœnitentis in quam cum descendit Dominus, ignem charitatis mittit. De quo ipse ait. Ignem veni mittere, &c. Totus mons fumat, & ascendit fumus compunctionis de eo, quali de fornace, id est ardore mentis. Et sic omnis mons est terribilis maceratio carnis, vel terribilis immundis spiritibus. Vnde Iob 2. Nemo loquebatur ei verbum. Videbant enim dolorem eius vehementem. Et sonitus buccinæ, id est confessionis, paulatim crescebat in maius, quia pœnitens incipere debet cum confitetur, à cogitationibus illicitis, post à verbis, & post ab operibus.

Sequitur. Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem. Sol in tenebras conuertitur, cum claritas mundana sacco pœnitentiæ obtenebratur.

Quid in sanguine, in igne, in vapore fumi moraliter. Ioan. 5. Christus vera carne constitit.

Ab. 2.

Quid in sanguine, in igne, in vapore fumi moraliter. Ioan. 5.

Christus vera carne constitit.

Exod. 19.

Mons Synai, mons pœnitentis.

Iob 2.

A quibus confitens incipere debet.

Quâdonam sol in tenebras conuertitur. Exod. 20.

Quomodo sensus laudentur. Act. 20. Paulus interpretatur humilis.

Cant. 6.

Affectus rationis in vnum congregentur. Act. 1.

Act. 1.

In cœnaculum fidei spei & charitatis ascendamus.

Luc. ult.

Vnanimis in oratione maneamus.

Dies mundanæ claritatis in nobis declinet.

Triplicem pacem reformavit, Christus inter Deum & hominem, inter Angelum & hominem, inter gentilem & Iudæum.

Proprius locus Christi medium.

tur. Luna in sanguinem, cum carnis luxuria maceracione, vigiliis, & abstinentia castigatur. Sequitur. Vna sabbatorum. De quo Exod. 20. Memento vni diem sabbati sanctifices. Diem sabbati sanctificat, qui in quiete spiritus permanet, & ab illicito opere se continet. Cum fores essent clausæ. Fores sunt quinque sensus corporis, quos claudere debemus feris diuini amoris & timoris, ne contingat nobis quod dicit Paulus Actuum 20. Scio quod post discessum meum intrabunt ad vos lupi rapaces non parcentes gregi. Paulus interpretatur humilis, cum humilitas discedit à corde, lupi rapaces, id est, desideria carnalia intrant per fores quinque sensuum, gregem simplicium cogitationum deuorantes. Sequitur. Vbi discipuli erant congregati, id est, affectus rationis, qui in vnum debent congregari, propter metum Iudæorum, id est, dæmonum, ne eis noceant. Vnde Cant. 6. Pulchra es & decora filia Hierusalem, terribilis ut castrorum acies ordinata. Filia Hierusalem cælestis, est anima pulchra fide, & decora charitate, quæ tunc erit terribilis spiritibus immundis, si affectus rationis & cogitationis mentis ita ordinauerit, sicut acies militum contra hostes pugnatura est ordinata. De qua congregatione Actuum 1. Tunc reuersi sunt à monte Oliueti qui est iuxta Hierusalem, sabbati habens iter, & cum introissent, in cœnaculum ascenderunt, vbi manebant Petrus & Ioannes, &c.

Mons Oliueti distat ab Hierusalem spatio miliarij sabbati habens iter, id est, mille passus, extra quos in die sabbati non erat licitum Iudæis progredi. Cœnaculum dicitur tertium tectum, vt ibi dicit Glossa. Figura charitatis fidei & spei ædificatæ. In hoc cœnaculum debemus ascendere, & ibi cum discipulis manere, & vnanimiter in oratione & contemplatione, & lacrymarum effusione perseuerare, vt gratiam sancti spiritus mereamur suscipere. Vnde Christus Luc. ult. Sedete in ciuitate quousque induamini virtute. (id est, Spiritu sancto) ex alto. Si ergo dies mundanæ claritatis inclinata fuerit & aduersa fuerit in sero pœnitentiæ, in qua quasi in sabbato homo debet quiescere à peruerso opere, & fores quinque sensuum fuerint clausæ, & omnes Christi discipuli, id est, christiani vel affectus viri iusti in vnum fuerint congregati, faciet Dominus quod subditur. Sequitur secundum.

Venit Iesus & stetit in medio eorum, & dixit eis. Pax vobis. Et cum hac dixisset, ostendit eis manus & latus. Gausi sunt ergo discipuli viso Domino. Dixit ergo eis iterum. Pax vobis. Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Nota quod in hoc Euangelio ter dixit, pax vobis. propter triplicem pacem quam Christus reformavit, inter Deum & hominem, ipsum Deo Patri in sanguine suo reconciliando. Inter Angelum & hominem, humanam naturam assumendo, & ipsam super choros Angelorum exaltando. Inter hominem gentilem scilicet & iudaicum, ipsum in se lapide angulari copulando.

Nota etiam quod in hoc nomine pax, sunt tres literæ & vna syllaba, in quo trinitas & vnitas designatur. Ia p. Pater. In a prima vocali, filius, qui est vox Patris. In x. duplici consonante Spiritus sanctus ab vtroque procedens intelligitur. Cum ergo dixit pax vobis, trinitatis & vnitatis fidem nobis recommendauit. Venit ergo Iesus & stetit in medio. Proprius locus Iesu medium est, scilicet in cælo, in Virginis vtero, in peco-

ris præsepio, in crucis patibulo. In cælo. Vnde Apocalypsis 7. Agnus qui est in medio Throni, (id est sinu Patris) reget & deducet illos ad fontes aquarum, id est, satietatem cælestium gaudiorum. In vtero Virginis Isa. 12. Exulta, scilicet corde, & lauda ore, habitatio Sion, id est Maria, quia magnus in medio tui, sanctus Israel. In præsepio in medio duorum animalium. Vnde Isa. 1. Cognouit bos possessorem suum, &c. In patibulo Ioan. 19. Crucifixerunt cum eo (scilicet Iesu) & alios duos. Stetit ergo in medio. Sequitur.

Et dixit, pax vobis. Nota de voce pro vt vis. Dicitur in naturalibus de elephantibus, quod si quando in conflictu compugnauerit, non medio-crem habent curam sauciorum. Nam fessos & saucios & vulneratos in medium receperunt. Sic in medium charitatis recipe proximis fessos & saucios. Sic fecit ille cultos carceris qui tollens Paulum & Silam in ipsa noctis hora lauit plagas eorum. Sequitur.

Ostendit eis manus & latus. Christus vt mihi videtur, quatuor de causis, manus, pedes, & latus ostendit Apostolis. Primo vt se vere reuixerisse ostenderet, & omnem dubietatem à nobis auferret. Secundo, vt columba in Ecclesia, vel fidelis anima in illius plagis quasi quibusdam foraminibus nidificaret, & à facie accipitris ipsam rapere machinantis, se absconderet. Tertio, vt suæ passionis signa cordibus nostris imprimeret. Quarto, ostendit rogans vt sibi compatentes clauis peccatorum ipsum non iterum crucifigamus. Ostendit ergo nobis manus, quæ nos plasauerunt, quomodo clauis confixæ sunt. q. d. Ecce latus ex quo vos fidelis Ecclesia geniti estis, sicut Eua ex latere Adæ procreata, lancea apertum fuit, vt vobis portas paradisi Cherub & gladio flammeo clauam aperiret. Virtus sanguinis à latere Christi profluentis remouit Angelum, & hebetavit gladium, & aqua extinxit ignem. Nolite ergo nolite me iterum crucifigere, & sanguinem testamenti in quo sanctificati estis, pollutum dicere, & spiritui gratiæ contumeliam facere. Si hæc bene attendis ô homo, pacem habebis cum teipso. Et ideo postquam hæc ostendit, dixit. Pax vobis, sicut misit me pater, scilicet ad passiones, et si amet, quasi ea charitate mitto ad vos ad mala ad quæ Pater misit me. Sequitur tertium.

Insufflavit & dixit eis, Accipite Spiritum sanctum. Insufflatio hæc Christi significat Spiritum sanctum non solum Patris esse spiritum, sed suum, id est, filij. De quo Gregorius. In terra datur spiritus, vt diligatur proximus. E cælo datur vt diligatur Deus. Accipite inquit Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata &c. Id est quos dignos remissione iudicaueritis, du. bus scilicet clauibus, potestatis, & discretionis executione, intellige modo & ordine seruato in potestate ligandi & solvendi. Qualiter vero sacerdos peccata dimittat & peccatorem absoluat, videamus.

Moraliter. Qui peccata sibi edificat ad gehennam mortis æternæ ligatus catena, postea vero conteritur, vere contritus proponit confiteri, statim Dominus absoluit eum à culpa & morte æterna, quæ transit per contritionem in pœnam purgatoriam. Tanta enim posset esse contritio, sicut in Magdalena & latrone, quod si decederet, statim in cælum auolaret. Accedit ad sacerdotem, confitetur, iniungit ei pœnitentiæ tempora-

Apoc. 7.

Isa. 12.

Isa. 1.

Ioan. 19.

Assimilare elephantem in charitate erga proximum.

Cur Christus, manus & latus ostendit. Vt se reuixerisse ostenderet. Vt ex eius foraminibus nidificaret. Vt suæ passionis signa cordibus nostris imprimeret. Vt iterum eum non crucifigamus.

Sanguinis & aque à latere Christi fluentium virtus.

Spiritus à Patre, Filioque procedens.

Datur spiritus vt diligetur proximus.

Qualiter sacerdos peccata dimittit & absoluit peccatorem.

Maxima aliorum cõtritiõ.



temporalem, quam si legitime compleuerit, in gloriam euolabit. Sic Deus & sacerdos dimittunt & absoluunt. Vnde Actuum 3. dixit Petrus. *Argentum & aurum non est mihi.* Sequitur. *In nomine Iesu Christi surge & ambula.* Sequitur. Intrauit in templum.

Ordo perfectionis. Notetur ordo perfectionis. Primo surgit qui iacuerat, deinde virtutum iter arripit. Surge per contritionem, ambula per confessionem. Et apprehensa manu eius dextera, leuauit eum, & absoluit ac dimisit. Istud idem significatur in Aenea qui erat paralyticus. Actuum nono. Etiam in Tabita. Actuum cap. eodem.

Thomas interpretatur abyssus. *Thomas autem non erat cum eis quando venit Iesus &c.* Thomas interpretatur abyssus, quia dubitando nouit profundius, & stetit firmitus. O diuina dispensatio, o pia discipuli dubitatio. *Nisi (inquit) uidero &c.* Desiderabat uidere aedificatum templum Dauid quod ceciderat: de quo Amos ultimo. *In die illa suscitabo tabernaculum Dauid quod ceciderat, & edificabo operturas murorum eius.* Per Dauid hic significatur diuinitas.

Corpus Christi in tabernaculo diuinitatis. Per tabernaculum, corpus ipsius Christi, in quo quasi in tabernaculo fuit diuinitas. Hoc cecidit per passionem & mortem. Per operturas murorum intelliguntur vulnera manuum, & pedum, & lateris. Ista reedificauit Dominus in resurrectione. De his dicit Thomas. *Nisi uidero &c.* Pius Dominus discipulum in illa dubitatione dubitantem noluit relinquere, eo quod was electionis futurus erat. Omnem enim dubitatis caliginem sicut Saulo infidelitatis caecitatem misericorditer abstulit. Sequitur quintum.

*Et post dies octo iterum erant discipuli insus, & Thomas cum eis.* Sequitur. *Infer digitum tuum & noli esse &c.* Et sequitur, Credit. Dicit Dominus Isaya 49. *Ecce in manibus meis descripsi te.* Ad scribendum

tria sunt necessaria, scilicet Charta, Atramentum, & penna. Manus Christi fuerunt quasi charta. Sanguis quasi atramentum. Clauis quasi penna. Descripsit ergo Christus nos in manibus suis propter tria.

Primo ut Patri cicatrices vulnerum quae pro nobis sustinuit ostenderet, & sic eum ad misericordiam inuitaret. Secundo ut nostri nunquam obliuisceretur. Vnde Isa. 49. *Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum?* Sequitur. *Ego non obliuiscar tui.* Ecce descripsit te. Tertio, quales esse & quid credere debeamus, scripsit in suis manibus. Noli ergo esse incredulus &c. *Respondit Thomas. Dominus meus & Deus meus. At Iesus. Quia uidisti.* Non dicit, quia tetigisti, sed uidisti, quia uisus quodammodo generalis est sensus, qui de aliis quatuor dicit solet. Non fuit (ut dicit Glossa) auus tangere, sed aspiciendo tantum, seu etiam tangendo uidit. Videbat hominem & tangebatur, & super hoc Deum credebatur iam remota dubitatione, & confitebatur quod non videbat.

*Thoma quia uidisti me hominem, credidisti me Deum. Beati qui non uiderunt & crediderunt.* In hoc commendat fidem gentis, sed praeterito uitur pro futuro, ut qui quod erat futurum in sua praesentia nouerat iam factum. De hoc habes Actuum 8. de Eunuchio Candacis reginae, & de Cornelio Centurione, Actuum 10.

Moraliter, isti duo praefigurabant Ecclesiam de gentibus sacro baptismate regendam. Eunuchus Aethiops, & Centurio peccatores conuersos significant, qui bene coniunguntur, quia poenitentes propter regnum celorum etiam Eunuchizantur, id est, carnalia desideria se circuncidunt, & in nomine Iesu Christi credentes uiuo fonte compunctionis se abluunt, & baptismo poenitentiae se innouant. Rogemus igitur Dominum Iesum &c.

Quid Carta, Atramentum & penna mystice.

Isa. 49.

Descriptio nos Christus in manibus suis propter tria.

Fides commendatur.

Act. 8.

Eunuchus & Aethiops quid moraliter.



# DOMINICA II.

## POST PASCHA.

Ioan. 10. Quatuor in hoc Euangelio consideranda.



**G**o sum Pastor bonus, &c. Ioan. 10. Vbi quatuor. Primum est, boni Pastoris diligentia, ibi. *Ego sum Pastor bonus.* Secundum, mali rectoris negligentia, ibi. *Mercenarius autem.* Tertium, boni Pastoris amoris euidencia, ibi. *Cognosco oues meas, & animam meam pono pro ouibus meis.* Quartum est, dulcoris affluentia. *Quia alias oues habeo, & illas oportet, &c.*

Ipsi Christo nihil praeteritum aut futurum. Apoc. 1.

Quo ad primum dicit. *Ego sum Pastor.* quia ipsi Christo nihil praeteritum, nihil futurum, sed esse est ei praesens. Vnde Apoc. 1. *Ego sum alpha & omega, principium & finis, dicit Dominus,*

*qui est & qui &c.* Et Exodi 3. *Hac dices, qui est misit me ad vos.* Sequitur Pastor.

Pastor dicitur a pasco. Et Christus sanguine & carne sacramento altaris quotidie nos pascat. Vnde figura 1. Reg. 16. *Reliquus (scilicet Dauid) est paruulus qui pascat oues.* Noster Dauid paruulus & humilis tanquam bonus Pastor pascat oues. Hic est Abel, qui ut dicitur Gen. 4. *fuit Pastor ouium,* quem Cain frater, id est, populus Iudaicus inuidia interfecit. De hoc Pastore dicit Pater Ezech. 34. *Suscitabo Pastorem unum qui pascat gregem meum, seruum meum Dauid, id est, Iesum filium meum qui pascat, & ipse erit eis in Pastorem.* Cui Isa. 40. *Sicut Pastor gregem suum pascat,* loquitur ad modum Pastoris.

Exod. 3.

Quomodo nos pascat Christus. 1. Reg. 16.

Gen. 4.

Ezech. 34.

Isa. 40.

Christus quotidie nos pascat sacramentis.

Ioan. 11.

Exod. 19.

Quomodo Christus portat poenitentes.

Psal. 118.

Sap. 12.

Quid proprium boni Pastoris.

1. Petr. 2.

Apoc. 1. Aureum candelabrum Ecclesiae.

Ecclesia tribulationibus purgata.

Omnibus subuenire paratus Christus.

Caput Christi diuinitas.

1. Cor. 11.

Capilli Christi fideles.

Cor peccatoris congelatum dissoluit Christus. Luc. 22.

ris, qui cum gregem suum ad pascha ducit, agnos paruulos qui non possunt sequi gregem, in brachio suo congregat, & in sinu suo portat, & foetas, id est, oues grauidas & foetas.

Foeta aliquando plena, aliquando uacua, & liberata dicitur! Sic Christus doctrinis Euangelicis & Ecclesiae sacramentis quotidie nos pascat, & in brachio suo in cruce extenso nos congregauit. Vnde Ioan. 11. *Ut filios Dei qui erant dispersi congregaret in unum. Et in sinu suo, scilicet misericordiae leuabit, scilicet nos, sicut mater filium.* Et foetas, id est, animas poenitentium haeredes vitae aeternae grauidas ipse portat. Vnde ipse dicit. Exod. 19. *Vos ipsi uidistis quae fecerint Aegyptij (id est demonibus) Quomodo portauerim vos super alas aquilarum & assumpserim mihi, & submerserim (peccata mortalia) in mari rubro; id est, amaritudine poenitentiae, lacrymarum effusione, sanguine rubricatae. Poenitentes super alas aquilarum portat, cum terrenis despectis ad caelestia subleuat, ut solem iustitiae irrueratis oculis contemplerentur. Bene dicitur bonus Pastor. Vnde Psal. 118. *Bonus es tu, & in bonitate tua doce me,* ouem errantem. *Erraui enim sicut ouis qua perijt,* ibidem. Et Sap. 12. *O quam bonus & suauis es Domine!**

Post exprimitur quid sit proprium boni Pastoris, quia bonus Pastor animam suam dat pro ouibus suis, quod fecit Christus. *Eratis enim sicut oues errantes, sed conuersi estis nunc ad Pastorem & Episcopum animarum uestrarum,* 1. Petr. 2. Oues pro quibus Christus animam suam dedit, sunt illae septem Ecclesiae de quibus Ioan. in Apoc. cap. 1. *Audini uocem magnam tanquam tuba dicentis. Quod uides scribe in libro, & mitte septem Ecclesiis quae sunt in Asia, &c. Et conuersus uidi septem candelabra aurea, & in medio similem filio hominis uestitu podere, &c.* Nota historiam.

Septem candelabra aurea omnes Ecclesias ardentis & illum natas sapientia Dei significant. Sicut enim aurum igne probatum, percussionibus extensum efficitur candelabrum. Sic Ecclesia tribulationibus purgata, tentationum ictibus in longitudine extensa, consummatur. Et in medio septem candelabrorum aureorum, id est, in communi omnium sanctorum vel Ecclesiarum, quia omnibus se offert Deus, & subuenire omnibus praesto est, *uidi similem filio hominis,* id est, Angelum in persona Christi, quia non iam filius hominis: sed similis, quia iam non moritur, sed similis filio hominis, quia non cum peccato, sed in similitudine carnis peccati, *uestitum podere,* id est, sacerdotali veste, id est carne, in qua se obtulit & quotidie offert representans se Deo Patri, & praecinctum ad mamillas zona aurea, id est, cingulo castitatis, propter quam se pro nobis tradidit. *Caput autem eius & capilli erant candidi tanquam lana alba & tanquam nix.* Caput eius est diuinitas. Vnde Apostolus 1. Cor. 11. *Caput Christi Deus.* Vel ipse Christus, qui est caput Ecclesiae, in quo sunt omnia necessaria ad regimen Ecclesiae. Capilli sunt fideles ipsi capiti adherentes. Caput ergo & capilli, Christus & ipsius christiani sunt candidi tanquam lana alba simplicitate & puritate, & tanquam nix immortalitatis candore, quia sicut ipse uiuit, & nos uiuimus cum eo, & *oculi eius tanquam flamma ignis,* id est, respectus gratiae Christi tanquam ignis, glaciem, id est, cor peccatoris congelatum dissoluentis. Vnde Luc. 22. *Respexit Dominus Petrum,* oculis scilicet misericordiae, & *fleuit amarè,* quia dissoluta fuit glacies cordis eius in lacrymas compunctionis. *Et pedes eius, id est, praedicatorum qui ipsum deferunt per totum mundum, sunt similes aurichalco non cuilibet, sed in camino ignis ardentis. Aurichalco dictum, quia similitudinem auri habet & aris, as graece chalcon dicitur. In auro claritas sapientiae, in aere sonoritas eloquentiae designatur. Pedes igitur Christi similes sunt aurichalco, quia praedicatorum claritate sapientiae & sonoritate eloquentiae debent fulgere.*

*Vox illius tanquam vox aquarum multarum.* Praedicatorum Christi obtinet vim aquae, quia aqua lauat. Vnde Ioan. 13. *Iam uos mundi estis propter sermonem quem locutus sum uobis.* Voce enim Christi recipiuntur multi populi, qui comparantur aquae propter fluxum mortalitatis. Vel vox illius tanquam vox aquarum multarum, id est, gratiarum.

Vnde sequitur. *Et habebat in dextera sua septem stellas,* id est, septem Spiritus sancti gratias, quas habet in dextera. De thesauro enim suae magnificentiae dat gratias cui uult, & quando uult, & quomodo uult. Vel stellae sunt episcopi, qui debent aliis lucere uerbo & exemplo vitae, quos habet in dextera, id est, in posterioribus donis, quae per dexteram significantur.

*Et ex ore eius gladius acutus ex utraque parte exibat.* De ore eius, id est, insinuatione eius exiit praedicatorum quae ueritatem secat in veteri testamento, & in nouo carnalia opera & concupiscentias carnis.

*Et facies eius sicut sol lucet in uirtute sua.* Facies Christi sunt Ecclesiae boni praelati & omnes sancti per quos tanquam per faciem Christum cognouimus. Ij sicut sol lucent in uirtute sua, id est, in meridie sine nubibus. Vel quando fixus erit in aeternum, sic lucebunt, id est, similes sicut soli Christo.

Moraliter. *Ego sum Pastor bonus.* Beatus ille Ecclesiae praelatus qui uere potest dicere. *Ego sum pastor bonus,* qui ut bonus sit necessarium est ut filio hominis similis sit, de qualibus dicit Ioan. in Apoc. 1. *Uidi septem candelabra aurea.* In quibus notantur septem praelato Ecclesiae necessaria, uita scilicet munditia, diuinae scripturae scientia, lingue eloquentia, orationis instantia, circa pauperes misericordia, & circa subditos disciplina; populi commissi cura sollicita. Haec septem candelabra aurea concordantur cum septem Ecclesiarum interpretatione.

Ephelus interpretatur uoluntas mea, vel consilium meum, haec est munditia uita: de qua Apoc. 1. *Hac est uoluntas Dei sanctificatio uestra, ut sciat unusquisque uestrum uas suum possidere in sanctificatione & honore, &c.* Et Isa. 16. *Ini consilium, ut mandetur uas quo ad animam. Coge concilium,* id est, refrena consules quinque sensuum, ut castus uiuas quo ad corpus.

Smyrna canticum eorum, haec est sanctae scripturae scientia. Vnde propheta Psal. 95. *Cantate Domino canticum nouum.* Omnes scientiae mundanae & lucratiuae sunt canticum uetus, canticum Babylonis. Sola theologia est canticum nouum in aure Dei dulce resonans, & animum innouans. Haec debet esse canticum eorum, id est, praelatorum: *Si faber ferrarius (ut dicitur 1. Regum 13.) non esset in Israel inuentus, sed filij Israel*

Praedicator claritate sapientiae & sonoritate eloquentiae fulgere debet.

Ioan. 13. Vox Christi vox gratiarum.

Episcopi sunt stellae, qui in dextera Dei sunt.

Mirabilis uirtus gladius spirituales nempes uerbi Dei.

Praelatus ut bonus sit debet esse similis Christo.

Apoc. 1. Septem Praelato necessaria.

1. Thess. 4.

Isa. 16.

Psal. 95. Scientiae humanae canticum uetus; Theologia canticum nouum. 1. Reg. 13. Israel

*Israel descendissent ad Philistinum ad exacuendum vomerem suum & ligonem, &c.* Sed Deo gratias, in Israel, id est, Ecclesia, non dico vnus faber, sed multi fabri, id est, multi Theologi, qui vomerem, ligonem, securim, & sarcolum bene nouerunt exacuere & optime preparare. Vomer dictus eo quod terram eruat, vel ab euomendo terram. Ligo dictus eo quod humum vel terram leuet. Securis dicta eo quod ea arbores succidantur. Sarcolum est ferramentum cum manubrio cultoribus agrorum necessarium.

A quo vomer à quo ligo dictus.

Prædicationis exercitia, terram iniquitatis eruant.

Ambitiosus infelix casus.

Pergamus interpretatur diuidens cornua.

Oratio mentem illuminat.

Innocentia & simplicitas oranti necessaria.

Misericordia quam necessaria.

Hebr. 12.

Laodicæ interpretatio.

Ioan. 13.

Amor Christi in Ecclesia.

Tunicata lineam denotans.

*millas zona aurea.* Dan. c. 10. *vidi virum accinctum circa renes,* quia in veteri testamento carnalia opera constringuntur. Additur. *Ad mamillas,* quia in nouo testamento etiam cogitationes iudicantur. Zona ergo aurea, id est, Dei dilectione, mamilla, id est, fluxus malarum cogitationum restringuntur.

Dan. 10. Dilectione male cogitationes frenantur.

Vnde sequitur. *Caput autem eius & capilli erant candidi tanquam lana alba & tanquam nix.* Caput dictum eo quod capiat omnes sensus, mentem significat, quæ est caput animæ. Capilli sunt cogitationes. In mente solet esse immunditia & ardor peccati. Mentis ergo & cogitationes sunt candidæ tanquam lana alba contra peccati immunditiam, & tanquam nix contra ipsius ardorem. *Et oculi eius tanquam flamma ignis.* Oculi prælati sunt contemplatio Dei & compassio proximi, qui debent esse tanquam flamma ignis, id est, radiantes simplicitate quo ad Deum, & innocentia quo ad proximum.

Vnde caput dictum. Capillis cogitationes significantur.

Prælatorum oculi contemplatio Dei, & proximi compassio. Pedes affectus mentis.

*Et pedes similes aurichalco.* Pedes sunt affectus mentis, & operis effectus. Hi duobus pedibus Miphiboseth, qui dicitur vir confusiois, 2. Reg. 4. & 9. cecidit à mercede, & effectus est claudus. Per quem intelligimus peccatorem virum confusiois qui per mortale peccatum cadit à mercede, id est, Spiritus sancti gratia, & efficitur claudus ex utroque pede. Scilicet pedes boni prælati debent esse similes aurichalco. In auro purus effectus mentis. In ære sonoro effectus boni operis designatur. Aurichalcum sæpe incenditur & meliorem accipit calorem. Sic bonus prælatus quanto magis igne tribulationis incenditur, tanto clarior efficitur.

Quales debent esse boni Prælati pedes.

*Et vox illius tanquam vox aquarum multarum.* Sicut aquæ multæ, quæ cum impetu vadunt, omne obstaculum irrumpunt, sic vox prædicationis prælati omne obstaculum vitiorum & impedimentum salutis debet irrumpere.

Quam efficax debet esse vox boni conuersionis.

*Et habebat in dextera sua septem stellas.* Septem stellæ sunt septem glorificationes corporis & animæ. Sapientia, Amicitia, Concordia, hæc erunt animæ. Claritas, Agilitas, Subtilitas, Immortalitas, hæc corporis. Has debet habere in dextera, vt quicquid cogitat, quicquid operatur, totum sit dextrum, vt has septem stellas in vitæ æternæ dextera cum ouibus positus possit habere.

Septem stellæ sunt septem glorificationes corporis & animæ.

*Et facies eius sicut sol lucet in virtute sua.* Facies prælati sunt ipsius opera, per quæ sicut per faciem cognoscitur. *A fructibus* (inquit Matth. 8.) *eorum cognoscetis eos,* quæ si fuerint bona, lucebunt sicut sol in virtute. Vnde Dominus Matth. 5. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in calis est.* Si talis fuerit prælatus, vere poterit dicere. *Ego sum Pastor bonus.*

Facies Prælati sunt ipsius opera.

*Et de ore eius gladius ex utraque parte acutus exibit.* Gladius est confessio, quæ debet ex utraque parte acuta esse, vt vitia spiritualia & carnalia valeat refecare. Sequitur secundum.

Confessio quare gladius ex utraque parte acutus.

*Mercenarius & qui non est Pastor, cuius non sunt oues, &c.* Hic quatuor perfecte norantur, *bonus Pastor, fur & latro, mercenarius, & lupus.* Illi sunt quatuor equi, de quibus Apoc. 6. *Vidi & ecce equus albus, equus rufus, equus niger, & equus pallidus, &c.*

Apoc. 6.

Allegorice. Equus albus significat humanitatem boni Pastoris Christi, qui bene dicitur equus albus, quia ab omni peccati labe immunis, de hoc equo Zach. 1. *Vidi per noctem, & ecce*

Quid equus allegorice.

*vir ascendens super equum rufum, & ipse stabat inter myrreta qua erant in profundo.* Per noctem in qua cernitur visio, significatur mysteriorum obscuritas. Vir super equum rufum Saluator est, cuius vestimenta, id est, caro rubra sanguine Passionis. Qui captiuo populo in equo rufo ostenditur in Apoc. Ioannis. Iam liberato populo in albis demonstratur. Hic stat inter myrreta, id est, Angelicas potestates, quæ ei etiam in profundo, id est, in carne politico ministrabant. Vnde Matth. 4. *Et accesserunt Angeli, & ministrabant ei.* Vel Myrretum est locus vbi Myrti nascuntur. Myrtus est species arboris boni odoris & temperatiuæ virtutis, dicta eo quod magis sit littorea. Myrtus significat viri iusti munditiam, quæ est odoris boni quo ad proximum, temperatiuæ virtutis quo ad seipsum, quæ in littore, id est, cordis compunctione magis se habet. De qua Isa. 55. *Pro saliuuca ascendet abies, & pro vrtica crescet Myrtus.*

Christus equus albus, & cur.

Christus in rei myrtheta quid.

Matth. 4.

Mirtus viri iusti munditiam denotans.

Isa. 55.

Saliunca auaritia amara.

Vrtica significat carnis luxuriam. Inter quos stat Christus.

Sessor equi albi diuinitas.

Misericordia iustitiam superexaltat.

Iacob. 2.

Quænam coronæ datur Christo.

Ioan. 19.

Quid equus albus moraliter, quid equus, quid arcus.

Ioan. 6.

Iob. 29.

Saliunca est herba salsa, genus arbuti vel salicis. Abies dicta eo quod præ cæteris arboribus altius eat. Saliunca est auaritia amara & infructuosa, de qua cum Dominus gratiam menti infundit, abies cælestis contemplationis ascendit. Vrtica dicta eo quod tactus eius, corpus adurat. Est enim igneæ naturæ, & significat carnis luxuriam pro qua facit Dominus ascendere myrtum continentia. Stat ergo Dominus inter myrreta, id est, inter illos qui virtute munditiæ, odore bonæ famæ, in profundo humilitatis Deo seruiunt.

Notandæ hic quatuor sunt virtutes, odor bonæ famæ, munditia vitæ, compunctio mentis, profundum humilitatis. Dicamus ergo. *Vidi, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum, habebat arcum.* Sessor equi, est diuinitas, quæ tanquam miles humanitati superfeldit. Arcus constans ex ligno & chorda, iustitiam Dei & misericordiam significat. Sicut enim chorda flectit lignum, sic misericordia iustitiam vel iudicium superexaltat, vt dicit Iacob. cap. 2. in primo aduentu Christus secum detulit chordam mollem misericordiam, vt peccatores caperet. In secundo aduentu percutiet ligno iustitiæ, reddens vnicuique secundum opera sua. *Et data est ei coronæ.* Christo Deo & homini fuit coronæ secundum humanitatem, quæ coronauit eum mater sua in die desponsationis sue. Cant. 3. Vel coronæ spinea à sua nouerca Synagoga. *Et exiuit vincens vt vinceret.* Exiuit, scilicet in eum qui dicitur Caluarie locus (vt dicit Ioan. cap. 19.) *basilians sibi crucem.* Vincens mudum vt vinceret diabolum.

Moraliter. Equus albus significat boni Pastoris & Ecclesiæ Prælati corpus. Hic equus debet esse albus albedine castitatis. Equus huius equi est spiritus, quem freno abstinentiæ refrenat, calcibus diuini amoris & timoris ad accipiendum brauium vitæ æternæ debet incitare. Non nocet admissio subdere calcari equo. Arcus diuinam naturam significat. Per lignum, vetus testamentum. Per chordam nouum, quæ remittit duriciam legalium. Per sagittam intelligentia vulnerantis corda designatur. Hunc arcum debet bonus Pastor habere in manu, id est, in operatione. De quo Iob 29. *Arcus meus in manu mea instaurabitur.* Hoc fit cum prædicatione opere adiuuatur. *Et data est ei coronæ.* Co-

rona in capite, est pura intentio in mente: de qua Ierem. Thren. 4. *Cecidit corona capitis nostri. Va nobis quia peccauimus.* Corona de capite cum homo intentionem puram amittit, & ideo va ei. *Et exiuit vincens vt vinceret.* Exiuit à mundi cupiditate vincens carnis luxuriam, vt vinceret diaboli superbiam. Si talis equus fuerit Prælatus, bene potest dicere. *Ego sum Pastor bonus.*

Thren. 4. Corona in capite pura intentio in mente.

*Exiuit alius equus rufus.* Hic est fur & latro, qui non intrat per ostium in ouile ouium. Ostium enim est Christus, per quem non intrat qui querit quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi. Latro dicitur à latitando vel latendo. Fur à furto, id est nigro. Latro est qui latet vt incautos spoliat & occidat. Fur est qui furua, id est, obscura nocte subripit aliena. Ille fur est & latro, qui sibi ambitione assumit honorem non vocatus à Deo tanquam Aaron. Qui per simoniam assequitur prælaturam. Fur est qui officium Pastoris simonia tanquam nocte furua vsurpando inuadit, quia quod alienum est, suum facit. Ques Dei facit suas, quas furatus est Domino. Latro est qui sub prætextu sanctitatis latet, præterdit ouem cum sit lupus, accipitricem, cum sit Struthio, & sic incautos spoliat virtutibus, & occidit in animabus, & ideo recte dicitur Equus rufus.

Christus ostium. Quis fur.

Quisquam Prælatus est fur.

Prælatorum aliquorum peruersitas.

Spiritus ambitionis, sessor peruersi præfatus.

Sessor huius equi, est spiritus ambitionis & gloriæ temporalis, quæ sumit pacem de terra, id est, mente ipsius furis & latronis. Spiritus ambitionis nullum iam permittit habere quietem mentis. Est enim tanquam venator qui sequitur fugientia, discurret ad quærenda temporalia. Vnde de eo dicit B. Bernardus. Multiplie prædabes ascendis, archidiaconatum aspiras, ad episcopatum gradatim ascendis, sed in puncto & sine gradu ad infernum descendes. Et iterum dicit. Circuit sedulus explorator, simulat & dissimulat, sequitur & obsequitur, manibus & pedibus repens, si quomodo se ingerat in patrimonium crucifixi. Vel sumit pacem de terra, cum per talem perditionis filium seminat discordiam in Ecclesia. Vnde sequitur. *Et vt inuicem sese interficerent gladio discordiæ. Fures & Latrones, prælati simoniaci, ad inuicem se interficiunt cum sibi detrahunt, mutimurant, & oblatrant.* Vnde Isa. 13. *Pilosi saltabunt ibi.* Et iterum 34. *Pilosus clamabit ibi, alter ad alterum.* Hodie in Ecclesia pilosi, id est, simoniaci pecuniosi saltant & ludunt, & vnus simoniaci accusat aliam tota die. Sunt in causis, & curis, clamoribus, vexationibus, dilaniationibus. Vnde sequitur. *Et datus est illi gladius magnus, qui est temporalis gloria, cum qua & pro qua infelices se vulnerant & occidunt.* Sequitur.

Astutia fraudulentiæ peruersi Prælati.

Isa. 13. Isa. 34. Simoniaci Prælati ludunt & saltant.

*Et ecce equus niger, & qui sedebat super eum habebat spatham in manu sua.* Niger dicitur quasi nubiger, quia non sereno sed fulco opertus est. Equus niger est mercenarius. De quo dicitur. *Mercenarius & qui non est Pastor, cuius non sunt oues propria, videt lupum venientem & fugit, &c.* Mercenarius mercède conductus prælatum qui sola temporalium mercède in Ecclesia seruit, significat: de tali dicit Psal. 40. *Confitebitur tibi eum benefeceris ei.* Et Ioan 6 dicit Christus. *Queritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducauistis ex panibus & saturati estis.* Dum facit est venter cantat miserere tibi.

Prælatus malus gloriæ temporalis vulneratur.

Quis mercenarius Prælatus, Psal. 40. Ioan. 6.



Zach. 11. 1. Peruersus Præsul idolum non Pastor.

Peruersus Præsul dicitur pueri pueri.

1. Reg. 3.

Heli interpretatur extraneus.

Pastor mercenarius cæcus & infirmus.

Apoc. 6.

Sessor mali Prælati & mercenarij est spiritus negociationis.

Osea 12.

Idem est negociatio in clerico quod vsura in laico.

Leuit. 19.

Peruersus Prælati aliter prædicat & aliter viuunt.

Psal. 35.

benter. Hic mercenarius non est Pastor, sed idolum. Vnde Zach. 11. O Pastor & idolum derelinquens gregem! Gladius super brachium eius, & super oculus dextrum eius. In brachio virtus cooperatiua vel cooperationis, in oculo lumen rationis designatur. Dicit ergo, O Pastor & idolum, & correctiue ponitur, quasi dicat. Non Pastor, sed idolum; tam sceleratus es vt non cultor idolorum, sed idolum verum eris. Idolum nomen habet Dei, sed non est ita in rebus. Pastor derelinquens gregem, quia eius oues non sunt propriæ. Et ideo gladius, id est, furor Domini super brachium & oculus dextrum eius erit, vt robur eius & iactantia fortitudinis eius ariditate gratiæ & bonorum operum sicceretur, & lumen rationis terrenis tenebris obscureretur, quia impotens ad operandum, & obtenebratus ad discernendum iusto Dei iudicio efficeretur. Vnde 1. Reg. 3. Heli iacebat in loco suo, & oculi eius caligauerant, nec poterat videre lucernam Domini antequam exstingeretur. Heli interpretatur extraneus, & significat prælatum mercede conductum à regno Dei extraneum, hic iacet in loco suo, id est, carnis voluptate dissolutus: cuius oculi, id est, lumen rationis & intellectus caligine, id est, amore terrenorum obtenebrantur, & sic non potest videre lucernam, id est, gratiam Dei, antequam extingatur, id est, non perpendit & non cognoscit se lumine gratiæ priuatum, nisi cum in eo lumen ipsius gratiæ fuerit extinctum. Sunt enim multi qui ita excæcantur, vt gratiam Dei se amisisse non cognoscant, vt cum ab ipsa gratia in mortali peccati cæcitate ceciderint. Bene ergo dicitur in Apoc. 6. Et ecce equus niger, id est, mercenarius non sereno gratiæ, sed fusco culpæ coopertus. Et qui sedebat super eum habebat stateram in manu sua. Sessor equi nigri, id est, mercenarij, est spiritus negociationis, cuius calcariibus excitatus columbam, id est, gratiam Dei quæ gratis debet dari, tanquam negociator precio vendit, & sic domum Dei facit domum negociationis. Hic habet in manu stateram dolosam: de qua Osea 12. Chanaan in manu eius statera dolosa, calumniam dilexit. Chanaan negociator interpretatur, & significat Ecclesiæ mercenarium qui secularibus negociis implicitus curam non habet de Dei ouibus. Dicit Hieronymus. Idem est negociatio in clerico quod vsura in laico. In huius manu est statera dolosa, quia aliter prædicat & aliter viuunt. Agit aliud & aliud ostendit. Paupertatem prædicat cum sit auarus, castitatem, cum sit luxuriosus, ieiunium & abstinentiam cum sit gulosus. Onera grauiâ & importabilia imponit humeris hominum, digito autem suo non vult ea mouere. Hæc est statera dolosa, contra hoc quod dicit Dominus Leuit. 19. Aqua sint pondera, iustus modus, aquisque sextarius. Statera dicta quod ex duabus lancibus, & vno medio stylo librata pendeat. Duæ lancee sunt contemptus mundi, & desiderium celestis regni. Stylus in medio est amor Dei & proximi. Hæc est statera æqualiter ponderans, vnicuique ius suum tribuens, mundo contemptum, Deo obsequium, proximo affectum. Sed in manu Chanaan, id est, negociatoris mercenarij non est statera talis, sed dolosa. Dolosa (inquit Psal.) agit, vt imentatur

iniquitas eius ad odium, quia calumniam dilexit. Calumnia dicta à caluendo, id est, decipiendo. Hic mercenarius calumniator est, consuit puluillos sub omni cubito manus suæ, & facit ceruicalia, vt dicit Ezech. 13. sub capite vniuersæ ætatis ad capiendas animas. Quia vitia palliat, culpas leuigat & dignas non iniungit penitentias causa quæritus, & sub specie misericordiæ & compassionis velans auaritiam suam, dixit pax, pax, & non est pax, viuificans animas quæ non viuunt, & sic decipit fideles Iesu-Christi. Hic mercenarius, cuius non sunt oues propriæ, videt lupum venientem & fugit. Lupus dicitur eo quod quasi leonis pes sit, virtus eius est in pedibus. Vnde quicquid pressit pede non viuunt insidiatur ouibus, guttur ouium inuadit, vt cito stranguetur, anterior pars corporis rigidior, vt ceruicem flectere non possit facile, impetu quodam fertur, & ideo sæpe deluditur, quia si quem prior videri vocem eius quadam vi naturæ fertur eripere, quia si se visum senserit deponit feritatis audaciam. Cum famelicit, nec vnde subripiat commode videt, terra veltitur, & montem ascendit, & aperto ore vento viscera indigentia reficit. Duo valde timet, ignem & viam tritam. Lupus significat diabolum, & huius mundi tyrannum, cuius sessor est diabolus. Hic est equus quartus: de quo Apoc. cap. 6. Et ecce equus pallidus & qui sedebat super illum nomen illius mors, &c. Sicut miles per equum sternit hostem, sic diabolus cui nomen est mors, quia per eum mors iurauit in orbem terrarum, per huius sæculi tyrannum diruit & conturbat Christi Ecclesiam, quem mercenarius cum viderit venientem dimittit oues, & fugit, & lupus rapit & dispergit oues. Ille dimittit, & ille rapit. Diabolus tanquam lupus quicquid presserit pede superbiæ occidit. Vnde David Psal. 35. huiusmodi pede premi timens orabat, dicens. Non veniat mihi pes superbiæ & manus peccatoris non moueat me. Sicut enim omnia membra pedi innituntur, sic omnia vitia superbiæ, quia ipsa est initium omnis peccati. Diabolus insidiatur ouibus, id est, Ecclesiæ fidelibus, quorum guttur restringitur, ne peccata confiteantur, qui tantæ est superbiæ vt ceruicem ad humilitatem flectere non possit, improuiso impetu tenrationis inuadit, sed à sanctis qui eius non ignorant astutias deluditur, hic si hominem incautum viderit, eum à sui criminis confessione, & sui creationis laude obmutescere facit. Si vero inuigilans sibi, tentationem eius præuiderit, diabolus se deprehendi erubescit, & sic tentationis vires amittit. Quando in sanctis non inuenit quid comedat, terra, id est, auaris & luxuriosis veltitur in montem, id est, ad illos qui sunt in dignitatis sublimitate constituti, ascendit, & ibi vento vanæ gloriæ & pompæ secularis se reficit. Diabolus super omnia duo specialiter timet, ignem scilicet charitatis & viam tritam humilitatis. Si hæc duo mercenarius haberet, non vtique fugeret, sed ideo fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus Diabolus & mercenarius quadam amicitia & pactione coniuncti sunt, vt patet in rege Sodomorum, dicente ad Abraham Gen. 14. Da mihi animas, cetera tollo tibi, scilicet lanam & temporalia. Bene ergo dicitur. Et ecce equus pallidus, & qui sedebat super eum, nomen illi mors, & infernus

Et desiderium regni celestis. Ezech. 13. Calumnia vnde dicitur. Mercenarius Prælati quàm nociuus. Vnde lupus dicitur. Lupi proprietates. Lupus denotans diabolum. Apoc. 6. Diaboli nomen mors & quare. Psal. 35. Superbiæ initium peccati. Diabolus à sanctis deluditur. Diabolus ambitionis reficitur. Peruersus Prælati & diabolus ad inuicem coniunguntur. Gen. 14.

Oues Christi caractere suo signatæ. Apoc. 7.

Gen. 49.

Iudas confitens, Ruben filius visionis. Gad accinctus, Aser beatus, Neptalim latitudo, Manasses oblitus, Simeon tristitia exauditio. Leui assumptus, Isachar merces, Zabulon habitaculum fortitudinis. Ioseph augmentum, Benjamin filius dexteræ. Quos socios secum debet habere penitens. Ezech. 9.

Vir vestitus lineis Christi, signo crucis penitentes signat.

Iosue 2.

Signo crucis carentes damnantur. Exod. 11.

Hylopus fidei significans & cur.

infernus sequebatur eum, id est, insatiabiles terrenis eum imitantur. Et data est illi potestas super quatuor partes terra, id est, super omnes malos vbique morantes, interficere gladio, malæ persuasionis, fame, diuini verbi. Morte, mortalitatis vel mortalis peccati. Et bestia terra, id est, primis motibus carnis miseræ. Sequitur tertium. Ego sum Pastor bonus, & cognosco oues meas, &c. Ad differentiam furis & mercenarij, dicit. Cognoscunt me mea, & cognosco meas, scilicet caractere meo signatas. Ite oues habent nomen eius & nomen Patris scriptum in frontibus suis. Vnde concordat illud Apoc. 7. Audiuimus numerum signatorum centum quadraginta quatuor millia ex omni tribu filiorum Israel. Ex tribu Iuda, &c. Dicitur Gen. 49. quod Iacob maledixit tres filios, Ruben, Simeon, Leui, qui ordine natiuitatis primi fuerunt. Per quod datur intelligi, quod nullus istorum ius primogenituræ habuit. Quartus fuit Iudas, quem Iacob laudauit & benedixit, dicens. Iuda te laudabunt fratres tui. Iudas confitens, Ruben filius visionis. Gad accinctus, Aser beatus, Neptalim latitudo, Manasses oblitus, Simeon tristitia exauditio. Leui assumptus, Isachar merces, Zabulon habitaculum fortitudinis. Ioseph augmentum, Benjamin filius dexteræ. Quos socios secum debet habere penitens. Ezech. 9. Vir vestitus lineis est Christus, nostræ carnis lino indutus. Huic præcepit pater vt Tau, id est, signum crucis suæ, & memoriam Passionis signaret super frontes, id est, mentes penitentium, qui gemunt in contritione, & dolent in confessione super cunctis abominationibus quas fecerunt, vel quas alij faciunt. De hoc signo dixerunt exploratores Raab, Ios. 2. Innoxij erimus à iuramento quo adiurasti nos, si ingredientibus nobis terram, signum non fuerit funiculus iste coccineus in fenestra. Qui est memoria Dominicæ Passionis in sensibus nostris, quam si non habuerimus, cum damnatis peribimus. Et ideo nobis faciendum est sicut præcepit Dominus. Exo. 12. Faciendum hylopi tingite in sanguine qui est in limine, & aspergite eum in superliminare & vtrumque postem. Hylopus est herba purgandis pulmonibus apta, nascitur in petris saxorum radicibus hærens, fidem significat Christi, de qua Apostolus. Fide

purificans corda eorum. Hæc in Christo radicatus est fundata. Vos ergo fideles accipite fasciculum fidei, & intingite in sanguine Christi, & aspergite superliminare, id est, intellectum, & vtrumque postem, id est, voluntatem, & hoc in memoriam Passionis Christi. Vnde dicit sponse Cant. 8. Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum. In corde voluntas, in brachio notatur operatio, quæ duo signaculo Passionis Christi debent insigniri. Quicumque ergo isto signo fuerit signatus, eos Dominus cognoscat, & ipsi Dominum. Ideo cognosco meas, & cognoscunt me mea, &c. Filius per se cognoscit patrem, nos per illum, & ipse dicit. Nemo nouit filium nisi pater, neque patrem quis nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Matth. 11. Et animam meam pono pro ouibus meis. Hæc est probatio dilectionis ad patrem & ad oues. Sic & Petrus tertio confitens amorem, iubetur pascere oues & pro eis mori. Vnde Ioan. 21. dicit Christus. Pasce, pasce, pasce, non, tonde, tonde, tonde. Sequitur quartum. Et alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili, &c. Ouis, molle pecus lanis & corpore, ab oblatione sic dicta, quia in initio non tauri sed oues in sacrificio ponebantur. Oues sunt Christi Ecclesiæ fideles qui quotidie in ara Dominicæ Passionis & in sacrificio contriti cordis se hostiâ immaculatam, sanctam, Deo placentem, offerunt. Alias oues habeo, scilicet de gentibus, quæ non sunt ex hoc ouili, id est, populo Israël, & illas oportet me adducere per Apostolos, & fieri Ecclesia de vtroque populo congregata, hæc est illa mulier, de qua Apoc. 12. Signum magnum apparuit in celo. Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim. Et in utero habens, & clamabat parturiens, & cruciatur vt pariat. Allegorice Mulier ista Ecclesiam significat, quæ bene dicitur mulier, propter multorum filiorum fecunditatem quos ex aqua & Spiritu sancto generauit. Hæc mulier est amicta sole. Sol dicitur, quia solus apparet suis fulgoribus obscuratis cunctis sideribus. Sol est Christus, qui lucem habitat inaccessibilem, cuius claritas omnium sanctorum radiolos si ei conparentur offuscat & denigrat, quia non est sanctus vt est Dominus. Si lotus fuero (ait Iob. 9.) quasi aquis niuis, & fulserim velut mundissima manus mea, tamen sordibus intinges me, &c. In aquis niuis, compunctio lachrymarum, in mundissimis manibus, operationis perfectio figuratur. Dicit ergo. Si lotus fuero quasi agnis, id est, compunctionis, & ful. ve. mun. ma. me. fulgore perfectæ operationis, tamen sordibus intinges me. i. sordidum me ostendes, & abominabuntur me vestimenta mea. i. virtutes meæ vel mei corporis membra, si districte supple mecum volueris agere. Facti (inquit Isa. 64.) sumus vt immundi (.i. leprosi) omnes nos, & quasi pannus menstruatus vniuersa iustitia nostra. Ille ergo sol solus est bonus iustus & sanctus, cuius fide & gratia Ecclesia est amicta, & luna sub pedibus eius. Luna propter sui mutabilitatem huius miseris status instabilitatem significat. Versus. Ludus fortunæ variatur imagine lunæ. Crescit decrescit, in eodem sistere nescit. Vnde Ecclesiast. 27. Surtus vt luna mutatur. A cornibus enim superbiæ ad rotunditatem pilæ, id est, carnalis concupiscentiæ

In corde voluntas, in brachio operatio denotata.

Matth. 11.

Probatio dilectionis operis exhibitio. Ioan. 21.

Vnde ouis dicta. Oues Christi fideles.

Ecclesia de vtroque populo congregata. Apoc. 12.

Ecclesia cur mulier dicitur.

Hæc Ecclesia sole amicta, sol Christus.

Iob. 9.

Isa. 64.

Luna instabilitatem d-notans. Huius miseris status instabilitas. Eccles. 27.



cupiscentia & è conuerso, stultus huius seculi, scilicet amicus mutatur. Rerum caducarum prospera mutabilitas debet esse sub pedibus Ecclesie, qui sunt omnes praelati, qui ipsam tanquam pedes corpus debent sustentare. Sub his pedibus tanquam stercora omnia temporalia debent conculcari. Vnde Act. 4. *Quotquot possessores agrorum erant vendentes offerebant precia eorum que vendebantur, & ponebant ante pedes Apostolorum, quia omnia tanquam stercora reputabant.* Et in capite eius corona duodecim stellarum.

He sunt duodecim Apostoli illuminantes noctem huius seculi. Vos inquit Dominus Matth. 5. *Estis lux mundi.* Corona dicta quasi capitis rota. Duodecim stellarum corona est fides duodecim Apostolorum, quæ est corona, quia non recipit additionem nec diminutionem, vt figura circularis, & hæc est completa. Ecclesia habet filios quos verbi Dei semine concepit, clamat parturiens in penitentibus. Vnde ipsa Baruch 4. *Ego derelicta sum sola, exui me stola pacis, indui me sacco obsecrationis, & clamabo ad Altissimum in diebus meis. Anima quiores estote filii, clamate ad Dominum, & eripiet vos de manu principum inimicorum, &c.* Hoc fit in die cinerum quando emittuntur ab Ecclesia, & in die cœnæ quando recipiuntur.

Moraliter. *Mulier amicta sole, &c.* est fidelis anima: de qua Prou. 31. *Mulierem fortem quis inueniet, procul & de ultimis, &c.* Beata anima illa quæ virtute induta ex alto fortis inter aduersa & prospera consistit, & aereas potestates fortiter deuincit. Precium huius mulieris fuit Christus, qui ad eius redemptionem procul, id est, de sinu Patris secundum diuinitatem, & de ultimis finibus terræ, id est, de pauperculis parentibus venit secundum humanitatem. Vel per precium virtutem accipe, hæc precio redimitur. Vnde Salomon Prou. 13. *Redemptio mihi propria diuitia, id est, virtutes.* Virtus de procul, vitia familiaria quia à nobis, virtutes de sursum. Hæc mulier est amicta sole.

Nora quod in sole tria, candor, splendor, & calor in candore caritas, in splendore humilitas, in calore caritas designatur. Ex his tribus fit pallium fidelis animæ celestis sponsæ. De quo pallio dixit Booz ad Ruth. cap. 3. *Expande pallium quo operiris & tene utraque manu, qua extendens & tenente mensus est sex modios, & posuit super eam.* Booz interpretatur fortis. Ruth videns vel festinans interpretatur. Quid extensio pallij & utraque manus?

Ruth est anima, quæ huius mundi miseriam, diaboli fallaciam, carnis concupiscentiam videns festinat ad vitæ æternæ gloriam. Hæc pallium extendit, cum castitatem, charitatem, & humilitatem non sibi sed Deo attribuit, & ad ædificationem proximo ostendit, utraque manus, timoris scilicet & amoris perdat, tener. Manus dicta eo quod hominem munit vel eo quod fit totius corporis munus. Ipsa etiam cibum ori ministrat, & omnia operatur. Sic timor

Deo virtutes nostræ tribuenda. Anima Ruth moraliter & quare. Timor & amor Dei hominem muniunt.

Virginitas longe vitia familiaria. Apocal. Tria in sole. Ruth 3. Booz fortis, Ruth videns interpretatur.

& amor Dei hominem muniunt ne cadat, munus gratiæ infundunt vt perseveret. Si hoc pallium anima ita extenderit & tenuerit. Booz, id est, Christus fortis & potens metietur ei sex modios hordei. In hordeo rigor vel asperitas penitentia designatur, quæ consistit in lex. In contritione, confessione, ieiunio, oratione, eleemosynarum largitione, & finali perseverantia. Sequitur. *Et luna sub pedibus eius.*

Nota quod in luna sunt tria tribus supradictis contraria, macula, ebseuitas, & frigiditas. Luna est corpus hominis, quod per ætatem successiones crescit & decrescit, & ab eodem puncto in quo incipit in idem reuertitur, quia terra est, & in terram ibit. Habet maculam, quia in iniquitate conceptum, est obsecrum in infirmitate, frigidum in vltima incineratione. Vel habet maculam, quia luxuria polluitur. Obscuritate superbiæ excæcatur, Odij & rancoris gelicidio frigidum efficitur. Hanc lunam debet habere mulier sub pedibus suis, id est, mentis affectibus, vt caro spiritui, sensualitas seruiat rationi. Vnde scribitur 1. Reg. 25. *quod Abigail ascendit super asinum, & uenit ad Dauid.* Abigail interpretatur Patris mei exultatio, & significat animam conuersam ad penitentiam. Vnde Luc. 15. *Gaudium erit coram Angelis Dei super vno peccatore penitentiam agente.* Hæc super asinum ascendit dum corpus affligit, & rationi seruire cogit, & sic ad Dauid, id est Christum accedit. De hoc Naum. 3. *Intra in lutum & calca, subigens tene latere.* Intra lutum, considerans scilicet te lutum, & quasi in sterquilinio cum Iob (cap. 2.) dolente sedeas, & testa, id est, asperitate penitentia, saniem culpæ abradas, & tenens pro musco in manu carnis factorem, subige laterem, id est, afflige carnem.

Later igne solidatur, aquis dissoluitur. Sic caro afflictionibus excocta firmatur, delictis infirmatur. Vnde Ierem. 31. *Vsquequo dissolueris delictis filia vana?* Huic dicitur Ierem. 31. *Sicut vasca lasciuens declinauit dies Israel.* Vacca lasciuens vultu stupido discurret, cibum non capit, taurum gestat, & non videt, & dum frangitur onere, delectatur libidine. Sic caro dum delictis affluit, per campos licentiæ discurret, cibum animæ non capit, diabolus est & non videt, qui eam peccati onere premit dum libidine succendit. Sequitur, Corona duodecim stellarum in capite eius.

Stellæ à stando dictæ, quia fixæ sunt semper in cælo, & cum cælo motu perpetuo feruntur. Nam dum videntur stellæ labi, non sunt stellæ, sed igniculi ex aère lapsi qui sunt dum ventus altiora petens æthereum ignem secum trahit. In capite, id est, mente animæ debet esse corona stellarum, id est, virtutum duodecim. In fronte tres, id est, fides, spes, caritas. A dextris tres, temperantia, prudentia, fortitudo. In posteriori, mortis memoria, iudicij dies amara, indeficiens inferni pœna. A sinistris, patientia, obedientia, & finalis perseverantia. Rogemus Dominum, &c.

Afflictione excocta caro firmatur. Ierem. 31. Sicut vasca lasciuens declinauit dies Israel. Vacca lasciuens vultu stupido discurret, cibum non capit, taurum gestat, & non videt, & dum frangitur onere, delectatur libidine. Sic caro dum delictis affluit, per campos licentiæ discurret, cibum animæ non capit, diabolus est & non videt, qui eam peccati onere premit dum libidine succendit. Sequitur, Corona duodecim stellarum in capite eius.

Stellæ à stando dictæ, quia fixæ sunt semper in cælo, & cum cælo motu perpetuo feruntur. Nam dum videntur stellæ labi, non sunt stellæ, sed igniculi ex aère lapsi qui sunt dum ventus altiora petens æthereum ignem secum trahit. In capite, id est, mente animæ debet esse corona stellarum, id est, virtutum duodecim. In fronte tres, id est, fides, spes, caritas. A dextris tres, temperantia, prudentia, fortitudo. In posteriori, mortis memoria, iudicij dies amara, indeficiens inferni pœna. A sinistris, patientia, obedientia, & finalis perseverantia. Rogemus Dominum, &c.

Stellæ à stando dictæ, quia fixæ sunt semper in cælo, & cum cælo motu perpetuo feruntur. Nam dum videntur stellæ labi, non sunt stellæ, sed igniculi ex aère lapsi qui sunt dum ventus altiora petens æthereum ignem secum trahit. In capite, id est, mente animæ debet esse corona stellarum, id est, virtutum duodecim. In fronte tres, id est, fides, spes, caritas. A dextris tres, temperantia, prudentia, fortitudo. In posteriori, mortis memoria, iudicij dies amara, indeficiens inferni pœna. A sinistris, patientia, obedientia, & finalis perseverantia. Rogemus Dominum, &c.

Pœnitentia in lex consistit.

In luna tria.

Hominis miseria.

Corpus hominis, Luna & cur.

1. Reg. 25.

Luc. 15.

Naum. 3.

Iob c. 2.

Afflictione excocta caro firmatur. Ierem. 31.

Osea 4.

Delictis caro debilitatur.

Peccator vultu cæcus.

Que virtutes iustum, debent commitari.



# DOMINICA III. POST PASCHA.

**M**ODICUM & iam non videbitis me. Ioan. 16. In quo Euangelio septies ponitur modicum, & signantur tria. Primo, recessus lamentabilis, scilicet per timorem ex illata angustia, ibi. *Modicum & iam non videbitis me.* Secundo, excessus vituperabilis ex inepta letitia, ibi. *Mundus autem gaudebit.* Tertio, successus admirabilis ex promissa gloria, ibi. *Iterum videbo vos & gaudebit cor vestrum.*

Quo ad primum. *Modicum, &c.* quasi dicat. Modicum, id est, parum temporis restat vsque ad hoc quod pariar & claudar sepulcro, & iterum parum temporis vique resuscitatum videatis, vel paruum tempus est, id est, triduum quo clausus non videbor, quia vado ad patrem, hoc est, quia tempus est vt deposita mortalitate humanam naturam cælis inferam. Moraliter.

Nota quod hic septies ponitur modicum, ad significandum quod vita nostra quæ circumuoluitur septem diebus, est modica. Vnde Iacob. 4. *Vita nostra vapor est ad modicum parens, & deinceps exterminabitur.* Vnde Iob 21. *Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.* Et cap. 20. *Laus impiorum breuis.* Punctum à pungendo dictum breuissimum adeo quod interuallo careat, quod ob incomprehensibilem breuitatem sui in partes diuidi non possit.

Punctum est vita hominis peccatoris, in qua est punctio conscientia, breuitas vitæ. Vnde Sap. 5. *Spes impij tanquam lanugo qua à vento tollitur, & tanquam spuma gracilis qua à procella dispergitur, & tanquam fumus qui à vento diffusus est, & tanquam memoria hospitij vnus diei pretereuntis.*

Voluptas quæ speratur, & abundantia terrenorum volatilis est vt lanugo. Ideo lanugo dicta quasi lana super poma. Vel est fructus canne inanis & superficialis vt spuma: de quo Osea 10. *Transire fecit Samaria regem suum quasi spumam super faciem aqua.* Samaria est dignitas, quæ transire fecit regem, id est, praelatum suum quasi spumam, per quam intelligitur superbia, quæ cito tollitur procella infirmitatis. Voluptas enim tanquam fumus, mentis oculos turbat. Stercora, id est, immunditias peccati relinquit. Tanquam hospitij pretereuntis.

His quatuor similibus consonat illud Osea 6. *Erit quasi nubes matutina, & sicut ros matutinus*

pretereuntis, sicut puluis turbine raptus ex aera, & sicut fumus de fumario. Nubes matutina & ros sole adueniente fugat & consumantur. Puluis vento rapiunt. Fumus in tenues auras dissoluitur. Si adueniente ardore mortis, temporalium abundantia fugiet & deficiet, & carnalis concupiscentia, & omnis vana gloria euanescent. Vnde ergo illis qui per huius vitæ modicam abundantiam, momentanei delectamenti vmbaculum, æternitatem vitæ perdididerunt. In huius infelicis exilij die septenario septem vitis sunt irretiti, & ideo bibent de septem phialis iræ Dei.

Vnde habes concordiam Apoc. 16. *Audini vocem magnam de cælo, dicentem septem Angelis. Ite & effundite septem phialas iræ Dei in terram. Et primus Angelus effudit phialam suam in terram. Secundus in mare. Tertius super flumina & fontes aquarum. Quartus in solem. Quintus super sedem bestia. Sextus in flumen magnum Euphratem. Et septimus in aërem.* Per terram, avari & vsurarij. Per mare, superbi & inflati. Per flumina & fontes aquarum, luxuriosi. Per solem, vane gloriosi. Per sedem bestia, inuidi & acediosi. Per flumen Euphratem, quod interpretatur abundantia, ebrij & gulosi. Per aërem, falsi Religiosi designantur. De terra auaritiæ dicit Dominus serpenti Genes. 3. *Terram comedes omnibus diebus vitæ tua, quia avari cibus sunt diaboli.* De mari superbiæ Iob 28. *Mare loquitur, non est mecum, scilicet sapientia, quia Deus superbis resistit.* De flumine luxurie. Exod. 1. *Præcepit Pharaoni populo suo dicens. Quicquid masculini sexus natum fuerit, in flumen projicite.* Pharaon interpretatur dissipans vel discooperiens eum, & significat diabolus, qui postquam virtutum fabricam dissipauit, hominem miserum pallio gratiæ discooperuit & denudat. Hic omne corpus vitile virtuosum & perfectum quærit interficere. Fœminas, vero, id est, mentes effeminate referuare, quibus abutatur.

De sole vanæ gloriæ dicitur Matth. 13. *de seminibus seminatis. Sole autem orto astuauerunt, & quia non habebat radicem, aruerunt.* Semina sunt bona opera, quæ sole vanæ gloriæ astuant, arefcunt. Quicquid enim propter vanam gloriam facis, totum amittis. Bernardus. Tibi cinis & puluis gloriam quæris? Vnde de vitæ sanctitate, sed spiritus est qui sanctificat, non tuus, & c.

Super quos ira Dei. Per terram avari, per mare superbi, per flumina luxuriosi.

Genes. 3. Auarus cibus diaboli. Iob 28. Exod. 1. Quam grauis peccatorum diabolus.

Matt. 13. Vana gloria percunt bona opera.

Ioan. 16.

Vita nostra modica. Iac. 4.

Iob 21.

Iob 20.

Sap. 5.

Vita hominis peccatoris, peccatum in quo est punctio conscientia.

Osea 10.

Voluptas mentem turbans.

Osea 6.

sed Dei. An blanditur tibi fauor popularis? qui verbum bonum bene depromis, sed Deus est qui dedit os & sapientiam. Quid est lingua tua nisi calamus scribæ velociter scribentis? Dicit philosophus Socrates. Compendiosa eis via, ad gloriam peruenirent qui darent operam ut quales videri vellent, tales essent.

Deo nostra tribuenda.

Apocal. 2.

Inuidus sedes diaboli. Job 37.

De sede inuidiæ in qua habitat bestia, id est, diabolus, dicitur Apocal. 2. Scio ubi habitas, ubi sedes est Sathana. Inuidi sunt sedes diaboli. Vnde Job 37. Ingredietur bestia latibulum suum, in antro suo morabitur. Latibulum & antrum corda designant inuidorum, quæ fuligine inuidiæ sunt obscurata. Antrum est quasi atrum, id est, obscurum.

Ierem. 13.

De Euphrate gulæ dicitur Ierem. 13. quod lumbare computruit in abundantia, scilicet gulæ & ebrietatis. Dicit idem Philosophus. Ede & bibe ut bene viuas, non viuas tantum, ut edas & bibas.

Apoc. 9.

Cupiditate norantur Religiosi.]

De aere falsæ religionis, Apoc. 9. Obscuratus est aer de fumo putei. Puteus est cupiditas, cuius fumus omnes fere religiosos iam infumauit. Omnes illi qui istis septem vitiis fuerint irretriti in huius vitæ septenario, inebriantur septem phialis, id est, septem plagis, id est, septem iudicialis sententiis in inferno. In corpore enim & anima quibus peccauerunt, æternaliter punientur. Sequitur.

Hominiis miseria. Isa. 22.

Amen, amen dico vobis, quod plorabit & flebitis vos, mundus autem gaudebit, &c. vsque. Quia natus est homo in mundo. In ærumnis huius sæculi omnes boni plorant, sed mundi amatores gaudent. Vnde de utroque Isa. 22. Vocauit Dominus exercituum ad fletum & planctum, ad caluitium & ad cingulum sacci, & ecce gaudium & lætitia, &c. Omnes iusti gratia Dei vocati sunt in fletu contritionis, & planctu confessionis, in caluitio, temporalium, & abrenunciatione, & cingulo sacci, id est, asperitate penitentia. Sed mundi amatores sunt in gaudio mundi, læticia peccati, gula & luxuria inebriati. Hæc est illa Babylon, de qua Apoc. 17. Vidi (inquit Ioannes) mulierem sedentem super bestiam coccineam, plenam nominibus blasphemiam, habentem cornua decem. Et mulier erat circumdata purpura & coccino, & inaurata auro & lapide precioso & margaritis, habens poculum aureum plenum abominationibus.

Apoc. 17. Mulier à mollitie dicta.

Ecl. 9.

Etiam mundani conculcantur à demonibus.

Super diabololum sedent mundani.

Iob 40.

Qui innititur diabolo cadet.

Mulier à mollitie dicta, molles illos significat que Euzæ, à qua peccatum incepit, conformantur: de qua Salomon Ecclesiast. 9. Mulier fornicaria, quasi stercus in via. Stercus dictum, quia stratum in agris. Mulier fornicaria, sunt omnes mundani, qui conculcantur à demonibus tanquam stercus à transeuntibus. Hæc mulier sedet super bestiam coccineam. id est, diabololum, qui vastat animæ virtutes, qui est sanguineus in se & in suis. Super hunc, scilicet diabololum, sedent mundani, quia ipse est fundamentum eorum, cui innituntur. Sed quia diabolo de cælo labenti innititur, necesse est ut cum labente labatur. Vnde Iob 40. Videntibus cunctis precipitabitur tam ipse quam reprobi, quorum ipse caput.

Plenam (inquit) nominibus blasphemiam. Diabolus habet tria nomina, ut dicitur in hac Apocalypsi: Hebraice Abdon, Græce Apollion, Latine habens nomen exterminans. Abdon, seruus. Apollion exterminans. Vel dicitur Apol-

lion Græcè, ἄπο ἁπὸλλιῶν, id est, noxius, qui est infernalis dictus. Hæc sunt nomina blasphemie quibus diabolus & eius membra Deum blasphemant. Sunt enim exterminantes. id est, extra terminum vitæ æternæ se & alios ponentes.

Nomina tria diaboli.

Habentem capita septem & cornua decem. Septem capita sunt septem vitia, de quibus Plal. 54. Vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate. Die ac nocte circumdabit eam super muros eius iniquitas, & labor in medio eius, & iniustitia. Et non defecit de plateis eius vsura & dolus. Ciuitas sanguinis vniuersa, plena mendacij. in quam Dominus non ingreditur, est collecta multitudo carnalium, in qua est iniquitas ad Deum. Quæ hic bis ponitur, quia duobus modis contra Deum peccatur. Committendo scilicet & omitendo. Contradictio ad prælatum, labor & iniustitia ad teipsum, vsura & dolus ad proximum. Decem cornua sunt de quibus Apostolus ad Rom. 1. Repletos

Septem capita, septem vitia. Psal. 54.

Duobus modis Deus offenditur.

Rom. 1.

Quænam decem cornua bestiarum. Sap. 14.

quidem omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenus inuidia, homicidio, contentione, & emulacione, dolo, & malignitate. Vel septem capita, & decem cornua sunt illa, de quibus Sap. 14. in fine. Omnia commixta sunt, sanguis, homicidium, furum, &c. vlque, Idolorum cultura.

Sequitur. Mulier erat circumdata purpura, &c. In purpura, amor dignitatis. In coccino, quod sanguinei est coloris, crudelitas mentis. In auro, mundana sapientia. In lapide precioso & margaritis diuitiarum opulencia designatur. Ista mulier fornicaria Babylon magnæ lathana synanoga carnalium turba circumdatur & ornatur: de qua subditur. Habens poculum aureum in manu sua, &c. Poculum vel calix aureus in manu Babylonis est mundi gloria foris aurea, sed intus omni spurcicia & abominatione plena. Vnde Prouerb. 31. Fallax gratia & vana pulchritudo. Hoc calice inebriantur reges mundi, Ecclesiæ Prælati, Religiosi & Religiosi. Vnde Ioan. Apoc. 17. Cum quæ, inquit, fornicati sunt reges terræ, & inebriati sunt qui habitant terram de vino prostitutionis eius.

Mulier fornicaria carnalium turba circumdata. Gloria mundi foris aurea, intus plena abominatione.

Apoc. 17.

Nota, ebrius nunquam habet viam satis latam, nihil etiam sentit, sic illi cupidi gloriæ. Vnde Ierem. Thren. 4. Gaude & latere filia Edom que habitas in terra Hus, ad te quoque perueniet culix, inebriaberis atque nudaberis Edom filia, est mens carnalium effæminata, vel populositas. Huic ironice Ierem. loquitur. Gaude & latere. Gaudet in sæculi abundantia. Latatur in carnis luxuria. Hæc habitat in terra Hus, quæ interpretatur consilium: de quo Isa. 19. Sapientes consiliarij Pharaonis dederunt consilium insipienti. Sapientes huius mundi dant consilium insipienti, querere scilicet temporalia, fugientia apprehendere, falsæ mundi promissioni credere. Istiusmodi consilio filia Edom decepta calice aureo mundanæ gloriæ inebriatur, & postmodum denudatur. Huius etiam sæculi amatores post temporalium ebrietatem nudantur ab omnibus bonis, & nudati damnantur pœnis æternis. Vnde subditur in Apoc. 18. Suffulit, inquit, Angelus fortis vnum lapidem quasi molarem magnum, & misit in mare, dicens: Hoc imperum mittetur Babylon illa magna ciuitas, & ultra non inuenietur. Angelus fortis est Christus, qui potestates aëreas deuicit, suffulit

Peccator in abundantia gaudet. Isa. 19.

Quodnam mundanorum consilium.

Apoc. 18.

Mundani tandem misere peribunt.

Angelus fortis Christus est. Impius lapis ob cordis dunticem. Quantum quis in delictis, tantum in pœnis.

Ioan. 2.

Ierem. 49.

Sancti in hoc sæculo poculum amarum bibunt.

Impiorum læticia in sæculo mutabitur.

Sine laboribus in cælum non est ascensus.

Synagoga perflata, grauius & iuste punita.

Omnes in hoc sæculo sumus aduersarij.

3. Reg. 21.

stulit vnum lapidem: quia eluat malos habentes dura corda, ut grauius puniat, quasi molarem magnum, quia per mundana voluuntur, vel quia alios conterunt, & misit in mare, id est, amaritudinem inferni: ut quantum Babylon se exaltauit, & in deliciis fuit tantum sentiat tormentorum. Bene ergo dicitur in Euangelio. Mundus gaudebit, vos vero contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium, scil. illius: de quo Dominus Ioan. 2. Omnis homo primum bonum vinum ponit, deinde id quod deterius est. In hoc mundo bibunt vinum lætitiæ: sed in alio bibent acetum gehennæ. Vnde Ierem. 49. Ecce quibus non erat iudicium ut biberent calicem, bibentes bibent, & tu innocens relinqueris? Non eris innocens, sed bibens bibes. Quia per memetipsum iuravi, dicit Dominus, quod in solitudine, & in opprobrium & in derisum (aliter in desertum) & in maledictionem erit Bosra. Sancti quibus non est iudicium ut bibant calicem tristitiæ huius sæculi, bibentes cordis amaritudinem, bibunt corporis dolorem: dolent etiam & gemunt super cunctis abominationibus quæ sunt in medio vniuersæ terræ. Et tu Babylon mater fornicationum quasi innocens relinqueris? non eris innocens: sed bibens in hoc sæculo vinum gaudij, bibes in alio acetum inferni. Gregor Si tanta est vitæ mortalitas vel mortalitas infirmitas, ut nec iusti quidem qui in cælo coronandi sunt, hic sine laboribus proper innumerum humanæ miseriæ cumulum transeant ad vitam: quanto magis hi qui à cælesti gloria sunt exsortes certum perpetuæ damnationis exitum expectant? Et iterum. Quando patientiam Job considero, & mortem S. Ioannis Baptistæ mente recolo, tibi dico, O peccator! inrellige hæc quid sint passuri quos Dominus reprobatur, dum sic patiuntur qui iudice teste laudantur. Quid faciet virgula deserti, vbi timore concutitur cedrus paradisi?

Sequitur Per memetipsum iuravi, dicit Dominus, quia maiorem non habeo: quod Bosra, quæ interpretatur inimica, id est, mundanorum perfida (synagoga, quæ propugnaculis peccatorum, iaculis defensionum se muniuit contra Dominum, erit in solitudinem, quia sola remanebit sine gratia comite. Et in opprobrium: quia denudata temporalibus. Et in derisum, quia irrita à dæmonibus. Et in maledictionem illam. Ite maledicti, &c.

Sequitur. Mulier cum parit, tristitiam habet, tristis dictus quasi tritus, à tero teris. Sancti in huius exilij peregrinatione sunt triti, afflicti, angustiati, quibus dignus non erit mundus: quibus loquitur Petrus in hodierna Epistola. Obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos, &c. Aduera dictus quasi aliunde veniens. Peregrinus, qui extra suam patriam proficiscitur. Omnes adueræ unus quia aliunde, id est, à gaudio paradisi aduenimus in huius miseriæ exilij. Peregrini etiam sumus, quia proiecti à vultu oculorum Dei extra patriam cæli mendicantes proficiscimur. Abstineamus ergo à carnalibus desiderijs similes Naboth, qui interpretatur conspicuus. Et sicut ille maluit mori, ut dicitur 3. Reg. 21, quam hæreditatem suam vendere,

sic debemus malle quascumque pœnas pari, quam pro carnis desideriis & deliciis æternam gloriam dare. Quod si fecerimus, tristitia nostra vertetur in gaudium. Cui consonat introitus Missæ. Iubilate, scilicet, corde. Psalmum dicite, ore. Date gloriam opere: ut ad gaudium æternum perueniamus, &c.

Sequitur tertium. Iterum videbo vos, & gaudebit cor, &c. Nota quod tribus modis videt nos Deus. Primo gratiam infundendo. Vnde dixit Narhanæii Ioan. 1. Cum esses sub ficu, vidi te. Exules paradisi habuerunt vestes de folijs ficuum: quæ carnis excitant pruritus. Ille enim sub ficu est, qui in vmbra tepidæ conuersationis, & pruritu libidinosa carnis habitationem sibi elegit. Hunc Dominus videt cum ei gratiam confert. Secundo, videt nos Deus cum gratiam collatam confert. Vnde Genes. 2. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Cuncta quæ fecerat in nobis & facit Dominus cum gratiam infundit, sunt bona, scilicet, cum videt, id est, ipsa in nobis conseruat, tunc tunc valde bona, id est, perfecta. Tertio videbit nos Deus assumendo ad seipsum. Vnde dicit, Iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum.

Cor est fons caloris & principium sanguinis, & principium omnium motuum rerum delectabilium & offensibilium, & vniuersaliter motus cuiuslibet sensus ex illo incipiunt, & ad ipsum redeunt. & virtus spiritualis remanet ultimo in corde, & accedit omnibus membris mortificatis priusquam cordi, quod primo & ultimo mouetur in nobis. Ideo Dominus de eo intulit. Et gaudebit cor vestrum, ut sicut ab ipso vita procedit, sic & gaudium recipiat.

Et gaudium vestrum nemo tollet à vobis, de quo Apoc. 2. Ostendit, inquit Ioan. mihi Angelus flumen aqua viua splendidum tanquam crystallum procedens de sede Dei, & agni in medium platea eius. In flumine perpetuas. In aqua viua societas. In splendido crystallo claritas diuinitatis. In sede Dei & agni Dei, scilicet, & hominis glorificata humanitas designatur. Ecce gaudium, quod nemo tollet à vobis. De flumine perpetuitatis dicit Dominus Isa. 48. Vinam attendisses mandata mea, facta fuisset sicut flumen pax tua. Flumen perpetuas habet aquas. O homo si mandata Dei attendis, in pace perpetuitatis securus gaudebis.

De fatietate aquæ viuæ dicitur Psalm. 35. Apud te est fons vitæ, fons indeficiens, omnes satians, de quo qui biberit non sitiet in æternum. Ioan. 4. De splendore dicitur Apocal. 21. Ciuitas non eget sole neque luna, nam claritas Dei illuminat eam, & lucerna eius est agnus, id est, filius Dei, de cuius sede, id est, humanitate, in qua humiliavit vel habitauit diuinitas lumen perpetuitatis, aqua viua æternæ satietatis. Crystallus splendor diuinæ claritatis procedunt in medium, id est, communitatem plateæ ciuitatis Hierusalem cælestis, quia Deus erit omnia in omnibus. Omnes vnum recipient denarium. Omnes participabunt vna remuneratione, scilicet, verbo incarnato, quia per ipsum splendidi & beati sunt effecti. Ad quam beatitudinem, &c.

De fatietate aquæ viuæ dicitur Psalm. 35. Apud te est fons vitæ, fons indeficiens, omnes satians, de quo qui biberit non sitiet in æternum. Ioan. 4. De splendore dicitur Apocal. 21. Ciuitas non eget sole neque luna, nam claritas Dei illuminat eam, & lucerna eius est agnus, id est, filius Dei, de cuius sede, id est, humanitate, in qua humiliavit vel habitauit diuinitas lumen perpetuitatis, aqua viua æternæ satietatis. Crystallus splendor diuinæ claritatis procedunt in medium, id est, communitatem plateæ ciuitatis Hierusalem cælestis, quia Deus erit omnia in omnibus. Omnes vnum recipient denarium. Omnes participabunt vna remuneratione, scilicet, verbo incarnato, quia per ipsum splendidi & beati sunt effecti. Ad quam beatitudinem, &c.

De fatietate aquæ viuæ dicitur Psalm. 35. Apud te est fons vitæ, fons indeficiens, omnes satians, de quo qui biberit non sitiet in æternum. Ioan. 4. De splendore dicitur Apocal. 21. Ciuitas non eget sole neque luna, nam claritas Dei illuminat eam, & lucerna eius est agnus, id est, filius Dei, de cuius sede, id est, humanitate, in qua humiliavit vel habitauit diuinitas lumen perpetuitatis, aqua viua æternæ satietatis. Crystallus splendor diuinæ claritatis procedunt in medium, id est, communitatem plateæ ciuitatis Hierusalem cælestis, quia Deus erit omnia in omnibus. Omnes vnum recipient denarium. Omnes participabunt vna remuneratione, scilicet, verbo incarnato, quia per ipsum splendidi & beati sunt effecti. Ad quam beatitudinem, &c.

De fatietate aquæ viuæ dicitur Psalm. 35. Apud te est fons vitæ, fons indeficiens, omnes satians, de quo qui biberit non sitiet in æternum. Ioan. 4. De splendore dicitur Apocal. 21. Ciuitas non eget sole neque luna, nam claritas Dei illuminat eam, & lucerna eius est agnus, id est, filius Dei, de cuius sede, id est, humanitate, in qua humiliavit vel habitauit diuinitas lumen perpetuitatis, aqua viua æternæ satietatis. Crystallus splendor diuinæ claritatis procedunt in medium, id est, communitatem plateæ ciuitatis Hierusalem cælestis, quia Deus erit omnia in omnibus. Omnes vnum recipient denarium. Omnes participabunt vna remuneratione, scilicet, verbo incarnato, quia per ipsum splendidi & beati sunt effecti. Ad quam beatitudinem, &c.

De fatietate aquæ viuæ dicitur Psalm. 35. Apud te est fons vitæ, fons indeficiens, omnes satians, de quo qui biberit non sitiet in æternum. Ioan. 4. De splendore dicitur Apocal. 21. Ciuitas non eget sole neque luna, nam claritas Dei illuminat eam, & lucerna eius est agnus, id est, filius Dei, de cuius sede, id est, humanitate, in qua humiliavit vel habitauit diuinitas lumen perpetuitatis, aqua viua æternæ satietatis. Crystallus splendor diuinæ claritatis procedunt in medium, id est, communitatem plateæ ciuitatis Hierusalem cælestis, quia Deus erit omnia in omnibus. Omnes vnum recipient denarium. Omnes participabunt vna remuneratione, scilicet, verbo incarnato, quia per ipsum splendidi & beati sunt effecti. Ad quam beatitudinem, &c.

De fatietate aquæ viuæ dicitur Psalm. 35. Apud te est fons vitæ, fons indeficiens, omnes satians, de quo qui biberit non sitiet in æternum. Ioan. 4. De splendore dicitur Apocal. 21. Ciuitas non eget sole neque luna, nam claritas Dei illuminat eam, & lucerna eius est agnus, id est, filius Dei, de cuius sede, id est, humanitate, in qua humiliavit vel habitauit diuinitas lumen perpetuitatis, aqua viua æternæ satietatis. Crystallus splendor diuinæ claritatis procedunt in medium, id est, communitatem plateæ ciuitatis Hierusalem cælestis, quia Deus erit omnia in omnibus. Omnes vnum recipient denarium. Omnes participabunt vna remuneratione, scilicet, verbo incarnato, quia per ipsum splendidi & beati sunt effecti. Ad quam beatitudinem, &c.

Tristitia sanctorum in gaudium vertetur.

Deus tribus modis nos inuocat. Ioan. 1.

Genes. 4.

Quis sub ficu, moraliter.

Genes. 2.

Videt nos Deus cum gratiam infundit, cum eam conseruat, & cum nos glorificat.

Cor fons caloris & principium omnium motuum.

Apoc. 22.

Gaudium iustorum perenne.

Isa. 48.

Qui Dei mandata attendit securus est.

Psal. 35.

Ioan. 4.

Apoc. 21.

A Christo Domino de qua æternæ satietatis, lumen perpetuitatis.





# DOMINICA III. POST PASCHA.

DE EODEM EVANGELIO PARS ALTERA,  
qua potest esse Sermo secundus.

Isa. 54.

Deus ad penitentiam nos prouocat.

Psa 126. Quomodo puli coruorum a patre derelicti uiuunt.

Iob 38.

Psal. 146.

Coreus diabolus, & quae de causa. Nam 2. Opera peccatorum sicut nigredo ollae.

Matth. 7.

Thren. 4. Peccator filius diaboli.

Thren. 1. Optima confectio ex contritione, confessione & satisfatione.



**M**ulier cum parit, tristitiam habet, &c. Dicit Isa. 54. *Mulierem derelictam, & merentem spiritu vocauit Dominus.* Dominus gratiae suae inspiratione, & Ecclesiae praedicatione vocauit mulierem, id est, animam peccatricem, mollem & effeminatam ad penitentiam, derelictam a diabolo, assumptam a Deo. Vnde dicit Psa. 26. *Pater meus, id est, diabolus, & mater mea, id est, carnalis concupiscentia, dereliquerunt me, Dominus autem assumpsit me.*

Dicitur quod coruus non cibatur pullos suos nisi prius viderit plumas nigras subcrescere. Vnde ipsi coruiculi interim sic uiuunt. Musca enim ad spumam quae de ore coruiculorum profuit congregatur, & tunc ipsi contrahunt spumam suam cum muscis, & sic mirabiliter reficiuntur. Vnde Iob 38. *Quis praeprarat coruam suam, quando puli eius ad Deum clamant vagientes, eo quod non habeant cibos?* Et Psa. 146. *Qui dat inuentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum.*

Coruus vero si in pullis suis plumarum candorem subcrescere viderit, eos derelinquit, & a nido proicit. Coruus est diabolus. Filij coruorum sunt peccatores in peccato mortali existentes, paternam nigredinem imitantes. Vnde de eis dicit Naum propheta 2. *Facies omnium sicut nigredo olla.* Olla ex igne & fumo nigredinem contrahit. Facies sunt opera, per quae tanquam per faciem cognoscitur homo. *Afructibus eorum cognoscetis eos.* Matth. 7. Opera ergo peccatorum sunt sicut nigredo ollae, quia igne diabolicae suggestionis, & fumo carnalis concupiscentiae denigrata.

Vnde Ierem. Thren. 4. *Denigrata est super carbones facies eorum.* Sunt ergo peccatores filij diaboli. Sed cum per gratiam candorem remissionis recipiunt peccatorum, tunc diabolus eos derelinquit, & Dominus piissimus in suae misericordiae brachiis suscipit eos. Bene ergo dicitur *Mulierem derelictam & merentem spiritu.* Vnde dicit Thren. 1. *Posuit me desolatam tota die merore confectam.* Desolatam, id est, solatio temporalium destitutam. Merore confectam. Optima confectio cum ex tribus electis speciebus, contritionis, confessionis, & satisfationis, & balsamo diuinae miserationis conficitur

opere apothecarum, id est, Spiritus sancti electuarium animae penitenti, de qua hic dicit Dominus, *Mulier cum parit, &c.*

Nota de muliere ista. Mulier in delectatione concipit, & in dolore parturit. Post impraegnationem grauat, efficitur super oculos eius quasi obscuritas, & hoc apparet in quibusdam cito post decem dies, & in quibusdam tardius. In impraegnatione accidit impraegnationis debilitas appetitus, quando embrioni, id est, foetui in utero, incipiunt pili oriri in capite. Cor primum ante caetera formatur, & membra interiora formantur antequam exteriora, & distinguitur prius pars superior quae est a pectore sursum, & est maior in respectu, pars inferior est minor. Necessario hoc membrum cor debet creari ante alia, quoniam est principium motus, & est membrum habens magnum dominium, quia ex ipso vita procedit, & cor positum est in loco superiori, & in anteriori, eo quod nobilissimum est ordinatum in loco nobiliori naturaliter.

Cor inter omnia membra interiora solum non potest pati dolorem nec infirmitatem magnam. Et hoc certum, quia quando corrumpitur principium, in nullo adiuuat residua membra. Alia membra recipiunt virtutem a corde. Cor autem non recipit ex eis, & non est in aliquo corde os praeterquam in corde equi, & in aliquo vno genere vaccae & cerui, quoniam in corde horum animalium est os propter magnitudinem corporis. Os enim positum est in corde naturaliter ad sustentamentum sicut in omnibus corporibus. Propter creationem ergo cordis creatur pars superior corporis. Vnde in creatione Embryonis apparent caput & oculi, quod vero est sub umbilico ut crus & coxa, apparet valde parum, quoniam pars inferior non est nisi propter partem superiorem. Debet ergo in corde esse principium sensuum & omnes vires animales, & propter hoc creatur prius. Et propter calorem cordis & exitum venarum ex eo, poituit natura membrum frigidum ex opposito cordis, scilicet cerebrum.

Et propter hoc creatur caput in generatione post creationem cordis. Magnitudo autem capitis est maior magnitudine aliorum membrorum, quoniam cerebrum est magnum & humidum ex prima creatione. Vnde infantes non possunt ferre caput longo tempore propter pondus cerebri. Et omnia membra recipiunt prius terminos & signa, deinde colores, duritiam & molitiam,

Calamitas mulieris grauidae.

In embione quoniam primum formatur.

Cordis eminentia super alia corporis membra.

Embryonis descriptio.

Cur cor prius producit.

In masculis color melior quam in foeminis.

litiem, subtiliter. Quoniam signator prius signat, deinde ponit colores super illa signa quousque compleat opus suum.

Si corpusculum in marem figuretur, color melior est grauidis & prior parturitione vteri. Deinde a 40. die est motus. Alter sexus, scilicet, foemina, 91. die palpitat. Concepta foemina gestantis vultum pallore inficit. Crura quoque impedit languida tarditate. In utroque sexu cum capilli germinant incommodum maius est, fitque in pleniluniis auctior aegritudo, quod tempus etiam editis semper nocet. Cum falsiores escas edit grauida, vngulis caret partus.

Nota, quod omne animal quadrupes est extensum in matrice, & omne animal carens pedibus stat in matrice super latus sicut piscis, utpote Balena & Delphinus, quae portant paruulos suos in utero. Alij pisces faciunt oua sua in aqua, & ideo parum diligunt filios suos, quia parum laborant in eis. Ideo Abac. 1. *Fecisti homines sicut pisces maris & sicut reptile non habens principem,* ( alia litera. *Facies hominis, &c.* ) Et omne animal habens duos pedes stat curuatum in matrice sicut aues & homo: quoniam ista stant incuruata in matrice, & nasi eorum stant inter genua, & oculi eorum super genua. Vnde genae dicuntur a genibus, quae cum in orationibus stectimus, & oculi quasi quadam piacogitatione ad lachrymas prouocantur. Et auriculae eorum sunt extra.

Et omnia animalia in principio tenent capita superius, & quando complentur & mouent ad exitum vertunt capita ad inferius, quoniam superior pars maior est inferiori parte: sicut accidit trutinæ, quando declinat ponderosius ad terram, et manus Embryonis in omnibus sunt extensae super costas. Et quando Embryo parturit, subito vadit manibus ad os.

Cum mulier prope ad vterum liberandum venerit per momenta maturitatis connitens spiritum retinere multum congruit: quandoquidem letali mora oscitatio suspendit puerperam, quod praecipue accidit mulieribus, quae non habent costas magnas, quoniam non possunt retinere anhelitum. Nota etiam quod in plurimis mulieribus peioratur dispositio tempore impraegnationis, & hoc accidit propter quietem, ex qua congregatur in eis multa superfluitas. In mulieribus vero laborantibus non manifestatur impraegnationis sicut in alijs, & forte pariet statim. Nam labor consumit superfluitates. Labor autem est ex eis quae faciunt euaporare multum: ita quod mulier in tempore partus potest retinere suum anhelitum, quoniam quando fecerit hoc, erit partus ei facilis, & cum non erit e contrario, quia dolorosus & difficilis & tristis. *Mulier ergo cum parit, &c.*

Moraliter. Mulier est anima, Spiritus sancti gratia est quasi vir ipsam impregnans filio benedictionis, id est, proposito bonae voluntatis & spiritu salutis. Vnde Ilay. 26. *A facie tua Domine concepimus, & quasi parturimus & peperimus.* Post eius impraegnationem aggrauatur anima, quia pro peccatis affligitur. Visus caligine hebetatur, quia splendore temporalium offuscatur. Vnde Iob. 3. *Obtenebratur stella, scilicet mundanae gloriae, caligine eius, scilicet, poenitentiae.* In impraegnatione accidit debilitas & fastidium appetitus, quia anima postquam gratia Dei grauidatur, fit ad malum debilis, priora vitia fastidit.

Abac. 1.

Descriptio mulieris grauidae & iam parturiae.

Labor superfluitatum consumptiuus.

Mulier grauida moraliter est animalia.

Ilay. 26.

Miseria animae peccatricis. Iob. 3.

Vnde sponsa Cant. 5. *Nunciate dilecto, quia amore languo.* Homo languidus debilis est, & vitia autem fastidit. Cor primum inter omnia membra formatur. In corde humilitas notatur, in quo ipsa principale eligit hospitium. Vnde Dominus *Discite a me quia mitis sum & humilis corde.* Math. 11. Hec inter caeteras virtutes prius debet formari, quia ipsa est forma deformata informans. Nam ipsa est principium motus totius bonae operationis, magnum habens dominium inter caeteras virtutes, quia mater, & radix omnium virtutum: Vnde Eccl. 9. *Melior est canis viuus leone mortuo.* Vbi dicit Glossa. Melior est humilis publicanus superbo Pharisaeo, qui quanto se plus humiliavit, tanto magis exaltatus fuit, Bernardus. Quo profundius fundamentum humilitatis iacis, eo aedificium altius confurget. Humilitas caeteris virtutibus nobilior, quae sua nobilitate ignobilia & inhonesta humiliter sustinet: in loco superiori, id est, in oculis, & in anteriori, id est, gestu corporis, principalis debet ordinari. Vnde de humili publicano dicitur. *Non audebat ad calum oculos leuare, &c.* Luc. 18. Et sicut cor non potest pati dolorem vel infirmitatem: sic vera humilitas istud non potest pati, scilicet, dolere de illata iniuria, nec de alterius prosperitate infirmari, & hoc rectum est: quia si humilitas corrumpitur, caeterarum virtutum fabrica dissipatur. Greg. Qui sine humilitate virtutes congregat, quasi puluerem in ventum portat. Et in aliquo corde non est os praeterquam in corde equi & vaccae & cerui. In equo, hypocrita arrogans. In vacca, luxuriosus lasciuens designatur. In ceruo fugace, rerum fugacium cupiditas. In simulata humilitate hypocritae est os superbiae & rapinae, superbit enim de penna Struthionis, & rapit laudes alterius sanctitatis. In instabili humilitate luxuriosus est os excusationis. In fugaci humilitate auarus est os obstinationis, quia quod auarus sit senior & minus indigens, eo fit cupidior. Per haec tria animalia omnia genera vitiorum designantur, 1. Ioan. 2. *Omne quod est in mundo concupiscentia carnis est, ecce cor vaccae, & concupiscentia oculorum, ecce cor cerui, & superbia vita, ecce cor equi.*

Sequitur. Post formationem & creationem cordis, &c. Postquam in corde hominis est formata humilitas, tunc fit distinctio partis superioris & inferioris, & quia pars superior dignior est inferiori, ideo formatur prius, & in ipsa prius apparent caput & oculi. Pars superior est vita contemplatiua, in qua prius apparet & debet apparere caput, scilicet charitatis: de quo Cant. 5. *Caput eius aurum optimum.* Aurum est purum & lucidum. Nam charitas debet esse pura ad Deum, lucida ad proximum. Et apparent oculi, id est, cognitio aeternae felicitatis. Vita actiua tanquam pars inferior debet seruire contemplationi: quoniam inferior pars non est nisi propter partem superiorem. Vnde Apostolus. 1. Cor. 11. *Non vir propter mulierem, sed mulier propter virum est creata.* Quia non contemplatiua propter actiuam, sed actiua propter contemplatiuam est instituta. Et sicut cerebrum membrum frigidum est positum in opposito cordis, ut ipsius temperet calorem, sic vita contemplatiua quae consistit in mentis compositione, est posita ex opposito vitae actiuae, ut sua oratione, lachrymarum compunctione, laboris seruore, tentationis eius calorem temperet.

Cant. 5.

In corde humilitas notata. Matth. 11.

Humilitas principium motus bonae operationis.

Eccles. 9.

Humilitas virtus nobilissima.

Luc. 18.

Humilis non dolet de illata iniuria.

In equo hypocrita, in vacca luxuriosus, in ceruo rerum fugacium cupiditas. Auarus quoque senior, cupidior.

1. Ioan. 2.

Pars superior humiliata est vita contemplatiua.

Cant. 5.

Charitas pura ad Deum, lucida ad proximum.

1. Cor. 11.

Actiua propter contemplatiuam instituta.



ret: quæ in cordis humilitate consistere debet. Et sicut magnitudo capitis est maior aliis membris: sic gratia contemplationis est sublimior, quia Deo quem contemplatur, vicinior. Sed heu quanti infantes, id est mente instabiles magnitudinem huius capitis conati sunt ferre; sed longo tempore non potuerunt portare propter sui magnitudinem. *Solus Abraham*, id est vir iustus, cum puero, id est mentis puritate, ascendit in montem, vitæ contemplatiuæ. *Pueri autem remanserunt in valle*, delectationis mundanæ, expectantes cum asino, id est, asinina tarditate. **Genes. 22.** Et sicut omnia membra prius recipiunt terminos, signa, calores, duritiam, & molliem: sic omnes virtutes debent habere terminos suos, vt regia via gradientes non declinent ad dexteram vel sinistram, vt ne sub prætextu iustitiæ crudelitas sibi locum vendicat, & remissa segnitias mantuetudinis pallio se palliet. Et signa Dominicæ, scilicet, Passionis, & Crucis sigillo sanguineo consignemus. Et colores non fictos, sed veros & viuos, ne vitia virtutum tinta colore animam decipiant. Vnde dicit sanctus Isidorus, quod vitia virtutum speciem præferunt: quia sub velamine virtutis teguntur. Et Philosophus. Nullæ sunt occultiores insidiæ, quam hæc quæ latent in similitudine officij. Nam Troianus equus idcirco fefellit, quia formam Mineruæ mentitus est. Debent etiam habere virtutes duritiam & molliem, vinum & oleum, virgam & manna, verbera & vbera, ferrum & vnguentum.

Sequitur. Si corpusculum in marem figuratur &c. In masculo opus virtuosum, in femina opus effematum designatur. Cum enim anima opus virtuosum concipit, est bonæ dispositionis, quia omnia recte & ordinate disponit, & est boni coloris, quia Deo placet, & proximum edificat. Hunc masculum vult submergere Pharaon, id est, diabolus, in flumen Egypti, id est, amore huius sæculi. De hoc masculo, 1. Reg. 1. *Domine exercituum, dixit Anna, si dederis serua tua sexum virilem, dabo eum Domino omnibus diebus vite eius.* Sexum virilem petit, non femineum. Nouerat enim quod Pharaon feminas sibi reseruari iussit. In sexu ergo femineo effemata mens opus designatur quod anima misera cum concipit eius vultus inficitur, id est, amore terrenitatis scdatur, & languida tarditate præpeditur, quia negligens & tepida membra destituta à bono opere retardat. Hæc est filia Regis Egypti, quæ infatuauit sapientiam Salomonis, & conuertit cor eius vt sequeretur Deos alienos, 3. Reg. 11. Sed heu quot hodie sapientes effeminatione mentis tepidi sequuntur mortalia peccata? Quot enim mortalia habes, tot Deos adoras. Dicit Bernardus. Capiens sis tibi, nihil deest tibi ad sapientiam, sin autem tibi non fueris, nulli fueris. Nam si sapiens fueris, tibimetipsi eris. Prouerb. 9. *Estque sapiens, anima sua sapiens.* Ecclesiastici 37. Cum pili, id est, superfluxæ cogitationes in mente oriuntur, magnum generant animæ incommodum. *Quia peruersa cogitationes, vt dicit Salomon Sapientia, 1. separant à Deo.*

Et cum nimis sallitas escas edit grauida vngulis caret partus. Sal terram sterilem reddit. Vxor in salis statuum mutata fuit. Genes. 19. Sal infatuatum foras proici Dominus iussit. Si, in-

quit, Matth. 5. *sal euannerit, in quo salietur? ad nihilum valet ultra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.* Sal in hoc loco significat vanam gloriam, quæ omne opus sterile reddit. Anima heredem vitæ æternæ paritura, si sal vanæ gloriæ comederit, factus, id est, eius opus, vngulis, id est, finali perseverantia & cælesti gloria carebit.

Item auis & homo incuruati sunt in matrice, & nasi inter genua, & oculi super genua, & auriculæ extra. In naso, discretio. In genibus, lachrymarum compunctio, & pœnitentiæ afflictio. In oculis, mentis illuminatio. In auriculis obedientiæ iussio designatur. Auis & homo bonæ voluntatis propositum significant, quia auis volat contemplatione, homo laborat actione. *Homo*, inquit Iob. cap. 5. *nascitur ad laborem, & auis ad volatum.* Homini nasus debet esse inter genua, vt tam in mentis compunctione, quam in corporis afflictione media via discrete procedat. Et oculi super genua, vt hilaris conscientiæ illuminatione omnia faciat, *quia hilarem datorem diligit Deus*, 2. Cor. 9. Et auriculæ extra, vt libere audiat & obediat. Quia obedientia, vt dicit Gregorius, ceteras virtutes sibi inferit, insertaque custodit. Hic animæ filius debet manus extendere super costas. Costæ dictæ, quia ab ipsis interiora custodiantur. Et sunt vilitas sui, & contemptus mundi, quæ bene omnes virtutes custodiunt, super quæ manus operum debent inniti & firmiter apprehendere, vt dicat cum Abraham Genes. 18. *Loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis & cinis.* Et cum David, 1. Reg. 24. *Quem persequeris Rex Israël? canem mortuum, & pulicem vnum? Et cum Apostolo Galat. 6. *Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.* Et cum paritur, subito vadit manibus ad os. Per hoc signatur quod quilibet suæ natiuitatis memor debet manum superponere oris suo ne delinquant in lingua sua. Quia vt dicit Salomon Prou. 21. *Qui custodit os suum & linguam suam, custodit ab angustia animam suam.* Item cum mulier prope ad vterum liberandum venerit, & momenta maturitatis, &c. Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius.*

Horæ partus mulieris, est confessio animæ pœnitentis, in qua debet contristari, gemitus amarus emittere, dicens cum David. Psalm. 6. *Laboravi in gemitu meo.* Nota quod in muliere parturiente quatuor considerantur, dolor, labor, gaudium de partu, & officium obstetricis. Hæc sunt consideranda in pœnitente, cuius gerit figuram mulier parturiens. De dolore & labore dicit Mich. 4. *Nunquid Rex non est tibi aut consiliarius tuus periit, quia comprehendit te dolor sicut parturientem? Dole & satage filia Sion, quasi parturiens, quia nunc egredieris de ciuitate, & habitabis in regione, & venies vsque ad Babylonem. Ibi liberaberis, ibi redimet te Dominus de manu inimicorum tuorum.* Christus rex, qui regit animam ne oberret, Consiliarius, consulit vt de misericordia speret, cui dicit. Dole & satage, id est, satis age in satisfactionis labore, vt pœna respondeat culpæ, quia nunc egredieris de ciuitate, id est, sanctorum congregatione, quod fit pœnitentibus in capite ieiunij. Nam leprosus extra castra sequestratus habitat. Et habitabis in regione dissimilitudinis. In qua filius prodigi patris substantiam expendit luxuriose viuendo.

Matth. 5. Vana gloria, opus sterile efficit sicut sal terram.

Iob. 5. In bonis operibus prudenter agendū.

2. Cor. 9. Obedientiæ encomium. Vilitas sui & mundi contemptus virtutes custodiunt.

Gen. 18. Cognitio propria à peccato nos reuocat.

Prou. 21. Confessio parui mulieris comparatur. Psalm. 6. In muliere parturiente quatuor notanda. Mich. 4. Christus rex consiliarius.

Pœna respondeat culpæ in satisfactione.

Ex solitudine dissimilitudo propria & Dei similitudo.

De peccato vere confundere gratiam conseris.

uendo. Habitabis inquam, vt dissimilitudinem tuam cognoscas, & Dei similitudinem secundum quam formata es recipias, & venias vsque ad Babylonem, id est, peccati confusionem, vt de peccato tuo confusus peccatum agnoscas, agnitum desleas, & deslens gratiam recipias. Ibi liberaberis. Quia vt dicit Augustinus, Si tu agnoscis, Deus ignoscit. Ibi redimet te Dominus de manu inimicorum tuorum, quia peccati confusio, dæmonum est expulsio.

De gaudio partus spiritualis dicitur, Luc. 15. *Gaudium est in celo super vno peccatore pœnitentiam agente, &c.* Et ibidem. *Congratulamini mihi, quia inueni drachmam quam perdideram.* Et Luc. 1. de Ioanne Baptistâ. *Multi in natiuitate eius gaudebunt.* Et Genes. 21. dicit quod *Abraham fecit grande conuiuium in die ablactationis Isaac.* Quando enim peccator ablactatur, id est, separatur à lacte mundanæ conuersationis, & concupiscentiæ carnalis, tunc Abraham Deus pater facit magnum conuiuium in celo. Vnde Lucæ 15. *Epulari & gaudere oportet, quia hic filius meus mortuus fuerat, & reuixit.*

De officio obstetricis, id est, diligentia sacerdotis, dicit Iob 26. *Obstetricante manu eius, eductus est coluber tortuosus.* Obstetrices dicuntur sacerdotes, qui peccatoribus confitentibus debent seruire & ministrare. Dicuntur enim obstetrices ab obstando, id est, seruiendo. Obstetricante manu eius. Manus Domini est sacerdos, per quem educi debet coluber, id est, verus homo à peccatore, vt postea pariat nouum hominem. Sicut enim pariant mulieres (vt fertur) in quadam regione, ita quod prius busonem emittunt quam puerum. Sic & pœnitens prius per confessionem emittat veterem hominem, & tandem pariat in se nouum ho-

minem. Quem si securius & facilius quietiusque voluerit parere, caueat sibi ne oscitet.

Ille oscitat, qui peccatorum suorum historiam tepide, & quasi dormiendo confitetur. Ille oscitat, qui verecundia præpeditus, peccatum suum quod confiteri proposuit, non confitetur. Vnde Isa. cap. 37. *Venerunt filij vsque ad partum, & virtus non est parienti.* Quod fit cum peccatum est in ore, sed præ confusione non aperitur in confessione. Et sic moritur infelix anima, quæ si doleret & laboraret, proculdubio de partu gauderet. Sed quia quietem & tepiditatem habet, ex qua congregatur in ea multarum malarum cogitationum superfluitas, ideo eius dispositio peioratur & in partu periclitatur. Vnde dicit Hieronymus. Semper aliquid agendum est, ne manu cessante ager nostri peccatoris malarum cogitationum sensibus occupetur. Et Isidorus. Grauius libido vrit quem inuenit ociosum. In anima enim vere pœnitentis est dolor, & labor. Et ideo partus confessionis leuis & facilis. Nam labor consumit superfluitates, & est ex eis quæ faciunt euaporare multum. Vnde Genes. 3. *In sudore vultus tui ueris panem tuo.* Vultus dictus eo quod per eum animi voluntas ostenditur. In vultu vere pœnitentis ostenditur dolor contritionis, & defluunt lacrymæ amaritudinis, quasi quidam sudor corporis: & ibi est panis & refectio ipsius pœnitentis. Bene ergo dicitur. *Mulier cum parit, &c.* Cum autem peperit filium, iam non, &c. propter gaudium gloriæ, scilicet, æternæ. Vnde Isa. 65. *Obluioni tradita sunt angustia priores: non erunt in memoria, & non ascendent super cor: sed gaudebitis & exultabitis vsque in sempiternum.* Ad quod gaudium nos perducatur Dominus noster Iesus-Christus, Amen.

Luc. 1. Genes. 21. Cum peccator à peccatis separatur fit in celo conuiuium.

Luc. 15.

Iob 26. Confessor munus obstetricis gerit.

Manus Domini sacerdos. Pœnitens per confessionem deponat veterem hominem.

Joan. 16.

Isa. 37.


Quis oscitat in confessione.

Ocium quam nocuum.

Gravius libido vrit quem inuenit ociosum.

Genes. 3. In vultu pœnitentis, ostenditur dolor contritionis.

Isa. 65.



# SERMO IN DOMINICA IV. POST PASCHA.

**V**ADO ad eum qui me misit. Ioan. 16. Vbi notatur. Primo, filius ad patrem reuertitur, ibi: *Vado.* Secundo, mundus de tribus arguit, ibi. *Cum autem uenerit, arguet mundum, &c.* Tertio, iustus de veritate per Spiritum sanctum instruitur, ibi. *Ille uos docebit omnia, &c.* Dicamus ergo. *Vado ad eum qui me misit, & nemo ex uobis interrogat me, quo vadis, &c. quia vado ad Patrem.* Hic est ille circulus, de quo pater dicit Isa. 37. *diabolo comminando. Ponam circulum in naribus tuis, & frenum in labijs tuis, & redu-*

*cam te in uiam per quam uenisti.* Circulus dictus eo quod in circundatione currit: significat Christum, qui sicut circulus est regressus vnde egressus. Nam egressus est à patre, excursus vsque ad inferos, recursus ad sedem Dei. Circulus igitur positus est in naribus diaboli, quia sapientia Dei incarnata est, vt nos veram doceret sapientiam, & sic per sapientiam ab eo edoctam diaboli insidias quæ in naribus designantur, adnihilet.

Nares dictæ eo quod per eas aer vel spiritus manat, insidiarum calliditatem significat. Nam coniecturis exterioribus & hominum complectione quasi per odoratum narium presentis, & odorat diabolus ad quæ vitia vnusquisque sit magis

Christus quomodo circulus.

Quomodo circulus positus in naribus diaboli.

Naribus quæ denotantur, mortificat.

magis applicabilis, & ibi laqueos tendit. Sed Dei sapientia eruditus istos laqueos si voluerit evitabit.

Cruce frantum demonis. Job. 41.

Isai. 9. Christi de demone triumphus.

Genes. 3. Per ignem nostrum a perditione, per aliud lignum nostra salus.

Tob. 12.

Raphael medicina Dei.

Christus datum optimum. 2. Reg. 21. David a Deo datus polymitarius.

Psal. 77.

Exod. 38.

Triplex bellum diaboli gessit contra Dominum.

Mundus lacus miseriz.

David interpretatur misericors.

Goliath transfigurans. Gethæum formidans.

Sequitur. Et ponam frenum in labijs tuis. Frenum est crux Christi, qua diabolus infrenatus tanquam equus non potest nos deuorare sicut conuenerat. Vnde Job. 41. Nunquid ponet circumculum in naribus Behemot, & armilla perforabit maxillam eius? Armilla ab armorum dicta virtute, est crux Christi. Dicit Isai. 9. Factus est principatus super humerum eius. Hac armilla, Dei filius maxillam diaboli perforauit, & de eius fauce humanum genus liberauit. Vnde subditur. Reducam te in viam per quam cecidisti. Per eandem viam amisit dominium, per quam sibi vsurpauerat mundi dominatum. Decipit siquidem hominem & mulierem per lignum vetitum, & per serpentem. Per hominem, id est, Christum, & mulierem, id est, beatam virginem, per lignum crucis, & per serpentem, id est, mortem Christi, quæ significatur per serpentem quem in deserto Moyses eleuauit in ligno: diabolus in humano genere prodidit principatum. Fera igitur nostræ salutis negotio, dicit Vado ad eum qui misit me. Super hoc Tobie 12. vbi Raphael postquam demonium reliquit, & Tobie oculos illum inauit, dixit. Tempus est vi reuertar ad eum qui misit me.

Raphael interpretatur medicina Dei, hic est Christus, qui theriacam de serpente carnis suæ in ligno affixæ nobis fecit, & sic diabolium reliquit, & humani generis oculos illuminauit. Et tunc dixit. Tempus est vi reuertar ad eum qui misit me. Pater misit filium. Omne datum optimum & donum perfectum. Optimum, id est, sumum, perfectum est cui nihil deest, nilque potest addici. Christus est datum optimum, quia à patre summus filius, ei coæternus nobis est datus.

Vnde 2. Reg. 21. Tertium bellum David fuit in Gob contra Phylizæos: in quo percussit Adecodatus filius saltus, Polymitarius, Bethleemites, Goliath Gethæum. David ad literam fuit à Deo datus populo Israël, filius saltus, quia pascebat oues patris sui in saltu. Vnde de post factantes accepit eum. Psal. 77. Polymitarius: quia mater eius fuit de genere Beseleel, qui fuit (vt dicitur Exod. 38.) Polymitarius id est, artifex vestium. Polymita est vestis mixti coloris. Bethleemites quia de Bethleem oriundus.

Allegorice. Tertium bellum fuit in Gob, &c. Nota quod triplex bellum diabolus fecit Domino. In cælo, cum per superbiam voluit vsurpare diuinitatis excellentiam. In paradiso, cum ad iniuriam creatoris falsæ promissionis blanditiis primos parentes decepit. In mundo, cum ipsum Deum & hominem tentauit in deserto, & affigi fecit in crucis patibulo. Vnde de hoc tertio bello dicitur. Tertium bellum, &c. Gob interpretatur lacus, & significat mundum, in quo est lacus miseriz & lutum fecis. Lacus dicitur quasi aquæ locus. Star enim, nec profluit in hoc mundo aqua superbiæ, luxuriæ, & auaritiæ. Lacus qui nunquam profluit, immo quotidie crescit. In hoc lacu David qui interpretatur misericors, & est Christus, cuius misericordiz non est numerus, qui à Deo patre sola misericordia nobis datus fuit, qui est omne datum optimum, interfecit Goliath, qui interpretatur transfigurans: Gethæum, qui interpretatur formidans, & significat diabolium, qui transfigurans se in An-

gelum lucis, quia in propria figura formidat deprehendi. Hunc interfecit Christus noster David, cum ei mundi dominium abstulit, & carcere inferni reclusit. Filius fuit saltus. Saltus dicitur eo quod in ipso arbores in altum saliant. Saltus fuerunt patres antiqui Patriarchæ & Prophetæ, qui spiritu Dei inspirati tanquam arbores in altum salientes de Dei filio incarnando prophetauerunt, de quorum genere accepit carnem, & ideo dicitur filius saltus. Dicitur etiam Polymitarius.

Vestis Polymita quandoque fit acu. Nota, quod in acu duæ sunt partes, acuta, & reclusa. In acuta diuinitas. In reclusa humanitas designatur. De hac acu Math. 19. Non potest Camelus gibbosus, diues pecuniolus, transire per foramen acus, id est, per paupertatem Christi. Vel in parte reclusa mansuetudo misericordiz quam habuit in primo aduentu. In acuta, punctio iustitiz, qua perforabit in iudicio. Tali acu noster Polymitarius facit tunicam polymitam variarum virtutum colore distinctam animæ fidelis. Vnde Proverb. 30. Stragulatam vestem fecit sibi, &c.

Vestis stragulata, quæ est multiplici variata colore, byssus castitatis, & purpura Dominicz Passionis est indumentum animæ fidelis. Dicitur etiam Bethleemites. Bethleem interpretatur domus panis. Ipse enim in domo Ecclesie refecit nos sui corporis pane. P. mis inquit Ioan. 6.) quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.

Aliter. Christus fuit nobis datus in patiuitate. Vnde Isai. 9. Parnulus datus est nobis, &c. Filius fuit saltus in prædicatione, & passione. In prædicatione, quia elegit Apostolos tanquam arbores in altum salientes. Vnde ipse dixit Ioan. 15. Ego elegi vos vt eatis & fructum afferatis. In passione, quia peccatorum nostrorum spinis coronatus. Fuit Polymitarius in resurrectione, in qua tunicam polymitam, id est, carnem gloriosam de virgine Maria assumptam, in ligno crucis pro nobis extensam, clauis dilaceratam, lancea perforatam acu suæ potentiz, & sapientiz resarsit, & immortalitati restituit. Bethleemites erit nobis in æterna beatitudine, in qua satiabimur cum eum videbimus facie ad faciem. Bene ergo dicitur omne datum optimum. Pater luminum tanquam mitificus & pius elemosynarius nobis pauperibus non de bono vel meliori, sed de optimo dedit.

Sequitur. Et omne donum perfectum. Vnde Apostolus Rom. 8. Cum ipso omnia nobis donauit. Et iterum, Ephes. 1. Ipsam dedit caput super omnem Ecclesiam. Vbi Glossa Maius donum dare non potuit. Recte Christus dicitur omne donum perfectum, quia cum pater eum nobis donauit, omnia per eum perfect. Vnde Math. 18. Dominus venit saluare quod perierat. Ideo dicitur in Introitu Missæ. Cantate Domino, &c. Quasi dicat. O fideles per filium hominis saluati & innouati, Cantate canticam nouam. Vetera enim debetis proicere, & noua seruate. Cantate, inquit quia Dominus pater mirabilia fecit cum omne donum optimum, suum scilicet, filium nobis misit. Ante conspectum gentium reuelauit iustitiam suam, cum omne donum perfectum, ipsum vnigenitum omnes iustificauit, omnia perfectentem, nobis dedit.

Sex diebus omnia fecit, dixit & facta sunt. Sexta die, & sexta hora passus est.

Patres antiqui saltus fuere & quæ de causa. Acu Christi significatur.

Math. 19. Tunica polimita, moraliter.

Proverb. 30. Vestis stragulata, moraliter.

Ioan. 6.

Isai. 9.

Ioan. 15. Christus saltus in prædicatione & passione, polymitarius in resurrectione.

Christus omne donum perfectum.

Rom. 8.

Ephes. 1.

Math. 18.

In nouitate vite Deo seruandum.

Genes. 1.

Creatio facilis & recreatio difficilis.

Isai. 49.

Peccator quantum in se est vacui Christi laborem reddit.

Obstinatus peccator quem reuocat à peccatis Christi sua passionem.

Ierem. 6.

Sufflatoriis ignis, plumbum, argentum quid moraliter.

Maxima hominum malitia.

Christus cur turturi comparatur.

Cant. 1.

Non legitur quod Christus riserit.

Via in cœcum crux.

Tanta differentia est inter eius dicere & facere, quanta fuit inter creare & recreare. Creatio leuis & facilis, quia solo verbo, immo sola voluntate, sed recreatio valde difficilis, quia per passionem & mortem. O cum quanta passione & angustia & dolore recreati sumus & redempti? Et tantum facillime & grauiissime peccamus. Ideo laborem Domini vacuum facimus, de quo conqueritur Isa. capit. 49. In vacuum laboraui, sine causa & vane fortitudinem meam consumpsi. In vacuum laboraui dicit. Quia cum peccamus mortaliter, quantum in nobis est laborem quem pro nobis sustinuit vt nos recrearet, vacuum, id est sine effectu alicuius utilitatis facimus. Et fortitudo diuinitatis quasi consumpta fuit in infirmitate humanitatis. Nonne videtur fuisse consumpta, cum ille Deus & homo ad columnam tanquam latro ligabatur, flagellis cædebatur, alapis, sputis, torsionibus, irrationibus vexabatur? Væ ergo miseris vanis & infans, quos ista à mundi vanitate non retrahunt. Vane fornacem suam consumpsit, quia vani facti sunt pro quibus est passus. Vnde valde timendum est ne sicut in principio (vt pote Genes. 3.) Pœnitet me fecisse hominem. Sic modo dicat. Pœnitet me redemisse hominem, quia consumpsi fornacem meam. Sed malitiz eorum non sunt consumptæ. Vnde Hierem. 6. Defecit sufflatorium in igne, consumptum est plumbum. Frustra conflauit conflator, malitia enim eorum non sunt consumptæ. Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus proiecit illos. In conflatore diuinitas. In sufflatorio prædicatione. In igne, passio. In plumbo, Christi humanitas. In argento, animæ nostræ designantur. In fornace ignis, argentum plumbo purgatur & clarificatur. Ad purgandum argenti scorium, id est animarum nostrarum malitiam, conuenienter Deus & homo, & ipsius prædicatione. Sed frustra conflauit conflator & vane consumpsit fornacem, sufflatorium defecit, & plumbum in igne passionis consumptum fuit, & sic in vanum sine effectu laboraui, quia militiz nostræ consumptæ non sunt, & ideo argentum reprobum proicietur in gehennæ sterquilinum, quia animæ peccatorum mittentur in stagnum ignis ardentis. Vado ad eum qui misit me.

Christus facit sicut cucus seu turtur auis, quæ hyemis tempore ad valles descendit, & in truncis concauis arborum habitat deplumata, In æstate vero ad montana reuertitur. Sic Christus in hyeme infidelitatis & frigore demoniacæ persecutionis descendit in vterum humillimæ virginis, & habitauit in hoc mundo pauper & abiectus, tanquam plumis potentiz deplumatus. De hac turture Cantorum primo. Vox turturis audita est in terra nostra. Vox turturis est gemitus & luctus. Christus descendit gemere & plangere, quem nunquam legimus risisse, vt nos doceret gemere & plangere. Audita est ergo vox turturis in terra nostra, scilicet. Agite pœnitentiam. Cum vero appropinquauerit ætas, & feruere cœperit Iudicæ persecutionis crudelitas, & exarserit calor passionis, tunc rediit ad montem, id est patrem. Vnde dicit. Vado ad eum qui mi-

sit me, & nemo ex vobis interrogat me, quo vadis? Interrogamus Christum qua via ad patrem vadit. Et respondebit. Per viam crucis. Ideo, Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Luca vigesimoquarto.

Christus duplicem habuit hæreditatem, vnã ex parte matris, scilicet laborem & dolorem, alteram ex parte patris, scilicet gaudium & quietem. Ex quo ergo nos cohæredes sumus eius, duplicem illam hæreditatem quærere debemus. Vnde erramus quando volumus habere secundam sine prima. Quia Dominus secundam plantauit in prima, ne vnã sine altera quæreremus. Inseruit enim lignum vitæ in lignum scientiæ boni & mali, cum verbum caro factum est. Vnde. Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum. Psal. 1. Et Isa. 2. Vt plantes cœlos, & fundes terram. In terra humanitas fundata super septem columnis gratiæ septiformis, plantauit cœlos diuinitatis. Primam ergo hæreditatem quæramus, quam nobis dimisit Christus possidendam hoc tempore, vt ad secundam peruenire mereamur.

Sequitur secundum. Dum venerit paraclitus, ille arguet mundum de peccato, &c. Mundus dicitur quia semper est in motu. Nulla enim requies huius elementis concessa est. Mundus Græce cosmos. Homo vero microcosmos, id est mundus minor nominatur. Sicut enim mundus ex quatuor concreatus est elementis, ita hominem ex quatuor constare humoribus vno temperamento commixtum veteres dixerunt. Mundus mundanos significat, qui semper sunt in motu. Vnde de eis dicit sanctus in sua canonica. Hi sunt nubes sine aqua quæ à vento circumferuntur, arbores autumnales infructuosæ, bis mortuæ, eradicatæ, fluctus feri maris, sidera errantia.

In his quatuor, quatuor vitia notabimus mundanorum, scilicet superbiam, auaritiã, luxuriã, & hypocrisim. Nubes sunt leues & obscuræ, & superbos significant, animi leuitate, mentis obscuritate per diuersa peccata circumferuntur, aqua compunctionis, & lumine gratiæ septiformis carentes. Vnde de eis Psal. 82. Deus meus pone illos vt rotam & sicut stipulam ante faciem venti. Notentur ista duo rota, stipula. Rota dicta quasi ruat. Stipula dicta quasi vsta. Superbos Deus quasi rotam ponit dum eos de peccato in peccatum ruere permittit. Et postea ponet eos quasi stipulam ante faciem venti, quia enim tanquam stipula ab humore gratiæ fuerunt aridi, æternæ pœnæ igne erunt combusti.

Arbores autumnales infructuosæ sunt auari, qui inutiliter terram occupant, quos vt ficum in qua non inuenit fructum Dominus maledicet. Nota ista quatuor verba in auctoritate, autumnales, infructuosæ, bis mortuæ, eradicatæ. Autumnus à tempestate est dictus, in quo folia cadunt. Arbores sunt autumnales, qui mortis tempestate adueniente, folijs diuitiarum quibus ornati & cooperti incedebant, spoliantur. Et quia infructuosæ fuerunt in ignem mittuntur.

Quia omnis arbor quæ non facit fructum bonum

Luc. 24.

Christi duplex hæreditas.

Psal. 1. Isa. 51.

Humanitas Christi omni gratia plena,

Mundus semper est in motu. Homo microcosmos.

Iudas.

Nubes leues superbos, de notant. Psal. 82.

Superbi rotæ.

Superbi stipulæ.

Arbores infructuosæ auari.

Bis mortuæ eradicatæ.



bonum excidetur, & in ignem mittetur. Matthæi tertio. Bis mortui, quia anima & corpore in inferno erunt sepulti. De terra viucentium eradici.

Matth. 3.

Fluctus feri maris luxuriosi & qua de causa.

Fluctus feri maris sunt luxuriosi. Fluctus dicitur eo quod fluctibus ventorum agitati fluctuant. Luxuriosi enim immundorum spirituum suggestionibus agitati, diuersis cogitationibus fluctuant, & in suæ animæ confusione luxuriam despumant. Faciunt enim sicut olla posita super ignem quæ spumam emittit. Olla est cor peccatoris, in quo est aqua concupiscentiæ carnalis, cui supponitur ignis diabolice suggestionis, & sic despumat luxuriam suæ confusionis.

Sidera errantia hypocrisis.

Sidera errantia sunt hypocritæ & falsi religiosi. Sidera dicta eo quod ea nauigantes considerant, & per ea dirigunt cursum suum. Boni Ecclesiæ prælati & veri religiosi sunt sidera lucentia in caliginoso loco, quæ per hoc mare nauigantes cursu recto ad vitæ æternæ portum dirigunt. Sed hypocritæ & falsi religiosi sunt sidera errantia aliis naufragij existentes causa, & ideo procella & tempestate mortis æternæ percellentur. Cunctes tales sunt sicut oua ventosa quæ pullos non faciunt. Vnde dicitur quod perdices libido sic agit, ut si ventus à masculis flauerit, sunt prægnantes odore, & faciunt oua non pullificantia, & omnia oua illa sunt oua ventosa. Perdix est auis dolosa & immunda, & dicitur peccatores significat habentes, ut dicit Petrus 2. Petri 2. oculos plenos adulteriij & incessabilis delicti, qui vento diabolice suggestionis concipiunt oua venti, id est vanitatis mundanæ amorem, de quo Osee 8. Ventum feminabunt, & turbinem merent. Culmus stans, non est in eo germen, non faciet farinam. Qui ventum mundani amoris feminat, proculdubio turbinem mortis æternæ metet. Culmus, id est spica, à qua spiculum dicitur, est cordis contritio, quæ peccatorem pungit, & farinam confessionis facit. Talis culmus stat, non operatur, nec farinam facit in peccatoribus, qui nec pullos, id est opera vitæ æternæ, sed ventum vanitatis mundanæ concipiunt.

Optimè prælati sidera lucentia.

Hypocrita religiosi aliorum pernicijs.

Perdix auis dolosa.

2. Petr. 2.

Osee 8.

Ventus mundani amoris.

Mundanorum circuius.

Job. 1.

Mundani non admittunt consolationem sancti Spiritus.

Nota etiam quod oua diuersantur in figura, quoniam quædam sunt acuta, quædam lata, & prius erit latum & post acutum. Oua longa acuti capitis producant masculos. Rotunda vero & habentia in loco acuminis rotundum, producant feminas. Per hoc bene potest cognosci quæ oua masculos producant & quæ feminas. Similiter diabolus per signa acuminis & rotunditatis percipit de hominibus qui sunt masculi & quæ feminæ. In acumine compunctio & celestium contemplatio denotatur, in rotunditate carnis delectatio & mundanorum circuius. Vnde demon Job. 1. Circuius terram, & perambulauit eam.

Cum venerit paraclitus arguet mundum de peccato, &c. Paraclitus consolator, cuius consolationem mundani recipere nolunt, quia suam habent hic, sed vix qui habent consolationem, &c. Arguet inquam mundum de peccato quod non timet.

Notentur ista tria, peccator à pellice, id est meretrice vocatus quasi pellicator, quod nomen antiquitus flagitiosorum fuit, post vero transfuit in appellationem omnium iniquorum. Peccato siquidem fornicationis plusquam alio vitio mundus est coinquinatus. Vnde Osee 4. Fornicati sunt & non cessauerunt, quoniam Dominum dereliquerunt in non custodiendo. Fornicatio & vinum & ebrietas auferunt cor.

Peccator quasi pellicator.

Osee 4.

Peccatum fornicationis frequentissimum.

Damna fornicationis.

Nota quod in corde sunt tria, indignatio, sedes sapientiæ, & dilectio. Cor est membrum nobile & indignans, nec patitur immundum intrare. Illam indignationem fornicatio facit ipsum amittere dum patitur talem morsellum glutire. Item in corde est sedes sapientiæ, hanc facit vinum amittere. Similiter corde diligimus, hanc dilectionem amittit qui temporalium cupiditate inebriatus proximo non subuenit. Quod autem fornicatio cor auferat, est manifestum per Salomonem qui adorauit idola. Dicit Apostolus Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam. Vnde dicitur fornicatio, id est formæ necatio, id est animæ ad similitudinem Dei formatæ mortificatio. Vita enim animæ fides. Per fidem inquit Apostolus Ephes. 3. Christum habitare in cordibus nostris, sed fornicatio auferat cor in quo est vita, & sic moritur anima, quia cessante causa cessat effectus. Ideo dicitur Paraclitus ergo per ministris prædicationis arguit mundum de peccato fornicationis.

Libido cor admittit.

Rom. 10.

Ephes. 3.

Peccato anima interit: si res formatæ vita animæ.

Sequitur de iustitia, quæ est qua rectè iudicando sua cuique tribuuntur, sic dicta quasi iuris status. Iustitia est habitus animæ communi utilitate seruata suam cuique tribuens dignitatem. Iustitiæ partes sunt timere Deum, venerari religionem, pietatem, humilitatem: qui bonique dilectio, edium malorum, referenda gratiæ studium. Hanc iustitiam mundus non habet quia Deum non timet, religionem inhonorat, bonum odit, ingratus Deo existit. De iustitia non sua sed creditur mundus arguitur, quorum comparatione damnatur. Vnde non ait, Non videbit me mundus, sed non videbitis me vos Apostoli. Contra mundanos qui dicunt, quomodo credemus quem non videmus? est iustitia, id est fides, credere quod non videtur.

Iustitia est qua rectè iudicando cuique suum tribuuntur.

Iustitiæ partes.

Mundus iustitia caret.

Vel arguet mundum de iustitia sanctorum. Vnde Dominus per Zachar. cap. primo. Perpendiculum extendetur super Hierusalem. Perpendiculum est instrumentum cæmentarij à perpendo perpendis sic dictum. Est autem petra vel plumbum in filo ligatum quo parietes perpenduntur. Iustitia sanctorum est quasi perpendiculum, quod extenditur super Hierusalem, id est super quamlibet animam fidelem, ut ad eorum vitæ exemplum vitam suam informet & commensuret. Quoties enim festum omnium sanctorum recolit, toties super vitam peccatorum perpendiculum appenditur, quorum festa ideo recolimus, ut de ipsorum vita viuendi formam accipiamus.

Zach. 1.

Iustitia sanctorum quasi perpendiculum.

Ad iustorum vitæ exemplum alij se deberent commensurare.

Sequitur

In omni iudicio sex personæ requiruntur secundum, D. Antonij.

Qui seipsum non iudicat à Deo iudicabitur.

Iacob. 1.

1. Cor. 6.

Psal. 80.

A Deo alienat libido.

Num. 25.

Filiæ Moab gula & luxuria.

Quinque sensus quomodo suspendendi. Cautè loquendum.

Psal. 38.

Psal. 140.

Non tantum verbum illicitum cauendum sed illicitus etiam circumstantia.

Iacob. 3. Detractionem fuge.

Sequitur. Et de iudicio. Nota quod in omni iudicio sex personæ requiruntur. Iudex, accusator, reus, & tres testes. Iudex est sacerdos. Accusator & reus est peccator, qui seipsum debet reum accusare. Tres testes sunt contritio, confessio, & satisfactio, quæ testimonium perhibent veritati, vel peccatori quod vere sit pœnitens. Dicit Augustinus. Ascende ò homo tribunal mentis tuæ. Et sit ratio iudicans, conscientia accusans, dolor crucians, timor carnifex, locum testium obtineant opera. Mundani autem, quia tale iudicium nolunt subire, ideo cum principe suo diabolo, qui iam iudicatus est, in æterni iudicij examine irreuocabili sententia æternaliter damnati cruciabuntur. Iacobus in epistola docet cauere peccatum, iustitiam diligere, iudicium timere, cum dicit capite primo. Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum, & tardus ad iram. Quid illud Apostoli 1. Corinth. 6. Fugite fornicationem.

Debemus ergo fugere fornicationem, quia dicit Dominus in Psalm. 80. Si audieris me non eris in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum. Deus alienus hominem à Deo alienans est luxuria. Hic est Deus Beelphegor, qui interpretatur vetustas deuorans. Vnde super hoc Numero. 25. Fornicatus est populus cum filiabus Moab, quæ vocauerunt eos ad sacrificia sua.

Et sequitur. Suspende eos in patibulo contra solem, &c. Filiæ Moab, sunt gula & luxuria, & cætera vitia, quæ sunt ex patre diabolo, cum quibus fornicatus est populus mundanus, & comedunt & adorant Deos alienos suos, quia gulæ & luxuriæ sunt dediti, & ideo populi principes patibulis sunt suspendendi.

Principes populi, sunt quinque sensus corporis, qui pro commissis debent suspendi pœnitentiæ patibulis. Et hoc contra solem. In sole claritas mundana notatur, in qua quia peccauimus, contra ipsam operibus pœnitentiæ instillamus. Vel contra solem, id est si publice peccauimus, publice pœniteamus. Sequitur. Tardus ad loquendum, quod natura fieri docet, quæ linguam sub duplici ostio reclusit, ne libere euagaretur. Natura enim quasi duo ostia, scilicet dentes & labia anteposuit linguæ, ad significandum quod sine magna cautela verbum non debet exire.

Ista duo ostia discrete clauserat ille qui dicebat Psalm. 38. Posti ori meo custodiam. Orat autem Psalm. 140. Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labijs meis. Et bene dixit ostium circumstantiæ, ut non tantum à verbo illicito, sed etiam à circumstantia verbi illiciti sibi cauere, verbi gratia, quidam sunt qui alicui aperte detrahere erubescunt, sed sub cuiusdam laudis pallio ipsi detrahunt, & quod deterius est, hoc ipsum in confessione faciunt.

Et nota quod non tantum ostium dentium, sed etiam labiorum est claudendum. Ille ostium dentium & labiorum claudit, quia detractione & adulatione se subtrahit. Est lingua inquietum malum, ut dicit Iacob. cap. 3. Plena veneno morsifero, ignis syluam virtutum incendens, rotam nationis nostræ inflamman. Primum & secun-

dum ostium frangit, & tanquam meretrix in plateam exit, garrula, & vaga, & inquietata, & impatiens, omnia perturbans. Vnde de ea Bernard. Quis numeret quantas modicum membrum linguæ attrahat fordes? quam multiplex in labijs incircumcisus immunditia coaguletur? quanta sit pernicietas huius incircumcisus labijs? Nemo parui æstimet tempus quod in verbis consumitur ociosis. Si quidem acceptabile est tempus, & dies salutis, euolat verbum irreuocabile, nec aduertit insipiens quid amittat. Confabulari (inquit) licet donec hora prætereat, quam tibi ad obtinendum veniam, ad inquirendum gratiam, ad agendum pœnitentiam, ad promerendum gloriam indulget gratia conditoris. Idem. Linguam detractoris mucrone quo dominicum latus est confossum crudeliorem dicere non verearis. Fodit enim hæc corpus Christi, nec iam examine fodiendo. Nec nocentiores fuerunt spinæ pungentes caput, clauis perfodientes manus & pedes, quam lingua detractoris, quæ perfodit ipsum cor. Philosophus dicit. Turpia ne dixeris, paulatim pudor per verba dilabitur. Loqui aliquando me pœnituit, tacuisse nunquam. Sapius auribus vttere quam lingua. Sit ergo omnis homo tardus ad loquendum & sic sanctorum iustitiam poterit imitari, quia dicit Iacobus cap. 3. Qui non offendit in verbo hic perfectus est vir. Sequitur. Tardus ad iram. Quia impedit ira animum ne possit cernere verum. De qua Philosophus. Quo minus presseris iram, eo magis premeris ab ira. Iracundus cum irasci desinit, tunc irascitur sibi. Respicere nihil contuebit iracundia. Et ideo bene dicitur. Iacob. 1. Ira viri iustitiam Dei non operatur. Sit ergo omnis homo tardus ad iram, ne cum diabolo in die iræ irreuocabilem damnationis accipiat sententiam.

Linguæ peccicula.

Lingua mala quam nocua.

Verbo otiosum non parit pendenda.

Detrahentis lingua quous nocio crudelior mucrone.

Pudor per verba dilabitur.

Sapius vttere auribus quam lingua. Iacob. 3. Ira fugienda.

Iacob. 1.

Sequitur tertium. Cum autem venerit, ille docebit vos omnem veritatem. Dum mulier præparata ad capiendas animas, id est carnis voluptas, & mundi vanitas infelicem hominis spiritum deludit, falsa delectatione sensum transuertit. Vnde Sapientia 4. Fascinatio nugatiuis obscurat bona, & inconstantia concupiscentiæ transuertit sensum sine malitia. Ista est laus adulationis, & deceptio mundanæ prosperitatis, quæ oblectat bona spiritualia, & inconstantia concupiscentiæ carnalis, quæ tranuertit animam. Sed cum venerit ille spiritus veritatis, illuminans cor hominis, tunc docebit omnem veritatem, & expellet omnem falsitatem. Vnde dicitur Ioannis quinto quod Angelus Domini descendeat & mouebatur aqua, & sanabatur vnus. Cum Angelus Domini, id est gratia Spiritus sancti descendit in piscinam, id est cor peccatoris, tunc mouetur mens aqua compunctionis, & sanatur vnus, id est vere pœnitens, qui debet esse vnus corde & ore non diuisus. Cum ergo venerit spiritus veritatis, docebit id est inspirabit nobis omnem veritatem.

Carnis voluptas in facies efficit.

Sap. 4.

Adulatio quam periculosa.

Iohan. 5.

Gratia in cor descendens excitat compunctiõem.

Et nota quod sicut generatio non potest compleri sine operatione vel actione, sic homo non potest facere opus bonum sine veritatis spiritu.

Opus boni sine gratia Dei non fit.


S a Vnde



Vnde palma quæ est femina non facit fructum maturum, nisi receperit vaporem alterius palmarum quæ sit masculus per ventum vehementem illum. Vnde Ecclesiast. 24. Quasi palma exaltata sum in Cades; quæ interpretatur translata vel

murata, quia homo non potest proficere sine Spiritu sancti gratia, sicut palma non fructificat sine vapore maris, & ideo homo sine gratia non est aptus diuino seruitio. Sed cum venerit, &c. Rogemus, &c.

Eccles. 24.



# DOMINICA V. POST PASCHA.

Ioan. 16.

Audacter, pugnandum fortiter, viuendum sincere.



**S**iquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Ioan. 16. Vbi tria significantur. Primo, quod possumus petere audacter si respiciamus paternæ dilectionis plenitudinem, ibi. Si quid petieritis

Patrem. Secundo, quod debemus pugnare fortiter si respiciamus fraternæ protectionis, scilicet Christi subventionis promptitudinem, ibi. Rogabo pro vobis Patrem. Tertio, quod debemus viuere synceriter si respiciamus supernæ cognitionis limpiditatem, ibi. Nunc scimus quia scis omnia. Et ideo si sumus pauperes gratia spoliati, petamus, & inueniemus paternam clementiam ad largiendum, ibi. Pater enim amat vos. Si debiles, & impugnati, petamus & inueniemus fraternalem solertiam ad succurrendum, ibi. Ego rogabo. Si tenebris excæcati inueniemus generalem scientiam ad instruendum, dirigendum, & illustrandum, ibi. Nunc scimus. Dicit ergo.

Si quid petieritis Patrem in nomine meo. Nota, pater non potest appellari nisi qui habet filium, quia Pater & Filius sunt nomina relativa. Cum ergo dicit patrem, intellige filium, cui Pater est. Pater est Deus, cuius nos sumus filij, cui quotidie dicimus. Matth. sexto. Pater noster qui es in cælis. Et Esaiæ sexagesimo tertio. Tu Domine Pater noster, Redemptor noster, à seculo nomen tuum. Et ipse dicit Hier. 3. Amodo voca me Pater meus dux virginum.

Matth. 6. Esaiæ 63.

Jerem. 3.

Animæ virginitas quæ.

Amore Dei nihil eminentius.

Animæ virginitas, est fides per dilectionem operans, animam incorruptam seruans, ad quam Pater tanquam dux ipsam ducit. Nos ergo filij debemus à Patre nostro quid petere. Omne quod est nihil est præter amare Deum. Amare Deum est aliquid, & istud aliquid debemus petere, vt scilicet nos filij amemus patrem sicut filius Ciconiæ amat patrem suum. Dicitur quod tantum diligit patrem suum, quod quando senescit, eum sustentat & cibatur, & hoc est de proprietate

eius. Sic nos debemus patrem nostrum in hoc mundo iam senescente sustentare in membris suis debilibus & ægrotis, cibare in pauperibus & egenis, quia Matth. vigesimo quinto. Quod vni (ait) ex minimis fecistis, mihi fecistis. Si amorem petierimus, ipse pater qui est amor, dabit nobis quod ipse est, scilicet amorem. Vnde & ipse dicit Exodi decimo tertio. Et daret tibi terram fluentem lac & mel. Nota ista verba. Terra propter sui firmitatem, amorem Dei significat, qui mentem hominis in vero esse confirmat. Vnde Salomonis Eccles. primo. Generatio præterit, & generatio aduenit, terra autem in æternum stat. Generatio, id est amor carnis præterit, & generatio, id est amor mundi aduenit. Hæc terra, id est Dei amor in æternum stat, quia vt dicit Apostolus primæ Corinthiorum decimo tertio. Caritas nunquam excidit. Hæc terra dicitur fluens propter suam abundantiam. Vnde Psalm. quadragesimo quinto. Fluminis impetus (id est amor diuini abundantia) laetificat ciuitatem Dei, id est animam, in qua habitat ipse Deus. Et hæc terra abundat lacte & melle. Lac nutrit, mel indulcat, sic amor Dei nutrit animam vt crescat de virtute in virtutem, & omnium tribulationum tribulos indulcat. Amanti enim nihil difficile. Cum dulcedo diuini amoris subtrahitur, tunc terram tuæ tribulationis amaritudo intolerabilis videt. Sed (vt Exod. decimo quinto) lignum indulcorat aquas Marach. Et quarti Regum quarto. Farina Helisei conuestibiles fecit amaras coluquintidas. Sic amor Dei omnem amaritudinem vertit in dulcedinem. Vnde Ecclesiast. vigesimo quarto. Spiritus meus super mel dulcis, & hereditas mea, & cætera. Spiritus, scilicet paupertatis, & hereditas, id est Passio Christi, sunt dulciora super mel & fauam cordi vere amantis.

Matth. 25.

Exod. 13.

Amor Dei nos confirmat. Eccles. 1.

1. Cor. 13. Amor carnis præterit. Psalm. 45.

Amor Dei animam nutrit.

Exod. 15. 4. Reg. 4.

Eccles. 24.

Amor Dei amara gula efficit.

Si quid petieritis Patrem in nomine meo, In cuius nomine aliquid petendum. Nomen Christi Hebraice Messias, Græce Christus vel Soter: Latine victus vel Saluator dicitur. In nomine ergo Saluatoris patrem petemus, vt si non propter nos, saltem

Psalm. 83.

Deus ipse met Deo petendus.

Temporalia non petenda. Osee 6.

Quæ à Deo petenda.

Iob. 15.

Psalm. 57.

Amor mandans oculos excæcat. Misericordia nubes matutina.

Naum 2.

Munus fallax. Mundus abundans aquis diuitiarum.

Ordo petendi.

i. Tim. 2.

Quid obsecratio.

Quid oratio.

Quid postulatio.

saltem propter filium suum per quem saluauit genus humanum, sui ferat amoris privilegium, dicentes cum Propheta Psalm. 83. Prorektor noster aspice Deus, & respice in faciem Christi tui, qui dicit. Si non vis aspiceret propter nos, saltem respice in faciem Christi tui, propter nos alapis castram, sputis illitam, morte pallidam. Et quis est pater qui possit faciem filij non respicere? Respice ergo in faciem Christi tui. Respice ergo & tu in nos, quia propter nos qui causa mortis eius fuimus, Christus filius tuus mortuus est. In nomine ergo eius sicut ipse præcepit nobis, petimus te vt des nobis te, quia sine te non est esse. Vnde August. Domine si vis vt recedam à te, da mihi alium te. Alioquin non recedam à te. Bene ergo dicit. Amen amen dico vobis. Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis, vsque modo non petistis. Ibi Glossa. Confili de misericordia præsentis non petistis quicquam, id est quod aliquid sit comparatione rei permanentis. In hoc loco reprehendit Dominus eos qui temporalia petunt, quæ nihil sunt. Vnde de talibus Dominus Osee 6. Misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros mane transiens, quasi dicat. Cum petitis à Domino misericordiam, petitis temporalia, quæ sunt quasi nubes matutina quæ est aer inspissatus, quasi vanitas inspissata. Sic ergo temporalia sunt quasi nihilum, sed illud nihilum nunc aliquid videtur quibusdam phantasmatis inuolutum. Nubes aspectum solis impedit, & abundantiam temporalium Dei cognitionem auertit. Vnde Iob 15. Operuit faciem eius crassitudo, diuitiarum, scilicet crassitudo excæcat oculos mentis. Vnde Psalm. 75. Supercecidit ignis, & non viderunt solem. Ignis enim amoris mundani excæcat oculos hominis, sicut patella calida vrsi. Misericordia ergo quasi nubes matutina & quasi ros qui sole incalescentia deficit cum esset magis necessarius, & herbas & flores calori solis exponit, & sic torrentur à sole. Sic mundana felicitas in hac vita ponit solatium, sed æternis homines deputat supplicij. Vnde Naum 2. Ninive quasi piscina aquarum, & aqua eius. Ninive interpretatur sponsa, & significat mundum, qui fallaci speciositate cooperitur sicut niue lutum. Cuius refrigerium comparatur piscinæ quæ abundat aquis in hyeme, & siccatur in æstate. Mundus enim modo abundat aquis diuitiarum, sed adueniente ardore mortis euacuabitur diuitiis, & æternis mancipabitur supplicij. Vsque modo ergo non petistis quicquam, & si petistis, non in nomine meo, id est ad salutem animæ vestræ. Ordinem petendi & obsecrandi ostendit Apost. 1. Timoth. 2. dicens. Obsecro primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones. Obsecratio est in exercitiis spiritualibus anxia ad Deum instantia. In quibus ante gratiam succurrentem qui apponit scientiam, non apponit nisi dolorem. Oratio vero est hominis Deo adhærens affectio, & familiaris quædam allocutio, & statio illuminatæ mentis ad fruendum quandiu licet. Postulatio est cura obtinendi temporalia & necessaria huius vitæ, in qua Deus postulantis quidem approbans bonam voluntatem, facit ramen quod melius ipse iudicet, & dat libertatem

ei qui bene postulat. Ipsa est de qua Psalm. centesimo quadragesimo quarto. Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum. In postulationibus pie ac fideliter orandum est, sed non illis pertinaciter inhærendum, quia nescimus; sed pater qui est in cælis, quid in temporalibus iudicis necesse sit nobis. Porro gratiarum actio est in intellectu & cogitatione gratiæ bonæ voluntatis, & indeficiens ad Deum ac inflexa intentio. Et si aliquando vel non fit vel torpeat, sine actio exterior, siue interior affectio. Hæc est, de qua Apostolus Rom. 7. Velle adiacet mihi, sed perficere bonum non inuenio, quasi dicat, perficere opus bonum quero, sed non inuenio. Bene ergo dicit. Vsque modo non petistis quicquam in nomine meo, petistis & accipitis vt gaudium vestrum plenum sit.

Psalm. 144.

Po stulationi non pertinaciter inhærendum.

In quo est gratiarum actio.

Rom. 7.

Gaudium carnalium vacuum.

Esa. 32.

Iob. 11.

Iob. 39.

Duo superbiorum genera.

Esa. 31.

Iacob. 1.

Gaudium peccatorum inane.

Gaudium in floribus pieum.

Eccles. 12.

Gaudium sanctorum in tribus consistit.

1. Cor. 15.

Iob. 3.

Iacob. 1.

Nota quod est gaudium vacuum quod est carnalium, & gaudium plenum, quod est sanctorum. De gaudio vacuo carnalium dicit Esaiæ 32. Gaudium onagrorum pascua gregum. Nota quod duo sunt genera onagrorum. vnum habet cornua, & est in Græcia, de hoc dicitur Iob. 39. Quis dimisit onagrum liberum, & vincula eius quis soluit? Aliud est in Hispania, & de hoc dicitur Iob. 11. Vir vanus erigitur in superbiam, & quasi pullum onagri se liberum natum putat. Similiter in hoc mundo sunt duo genera onagrorum, id est superbiorum. Quidam enim sunt qui de cornibus dignitatis superbiunt. Alij sunt qui sola mentis vanitate in superbiam erigunt se, & iugum obedientiæ à se excutiunt. Gaudium enim onagri sunt pascua gregum, id est pauperum, scilicet qui bona pauperum paucos & diripiunt, à diabolo ditipiunt. Vnde quæ prædatis. Nonne & ipse prædaberis? Esaiæ 33. Vnde Iacobi 1. Dives sicut flos sæni transibit. Exortus est enim sol cum ardore, & arefcit fœnum, & flos eius decidit, & decor vultus eius deperit. Isa & diues in timentibus suis marcescit. Radix est carnalis cupiditas, flos delectatio temporalium. Adueniente sole, id est seueritate mortis vel iudicij, radix arefcit, flos decidit, decor vultus eius, id est honor seculi, amici, & propinqui deperit.

Gaudium ergo mundi est vacuum, de gaudio vero pleno Eccles. 12. Florebit amygdalus, impinguabitur locusta, & dissipabitur capparitis. Nota quod gaudium sanctorum in tribus consistit. In corporis, scilicet resurrectione, animæ beatitudine, aculei carnis, demoniacæ tentationis euasione. Amygdalus, id est corpus florebit quatuor dotibus, claritate, agilitate, &c. Locusta, id est animâ impinguabitur de Dei visione, Angelorum beatitudine, sanctorum societate, & tunc dissipabitur capparitis, id est aculeus carnis, tentatio demonis. Vnde Apostolus primæ Corinthiorum decimo quinto. Cum mortale hoc inducrit immortalitatem, &c. Tunc ergo dissipabitur capparitis, quia vt dicitur Iohelis tertio. Alieni non transibunt amplius per Hierusalem, id est demones non tentabunt iustum, & mala bestia, id est carnis concupiscentia non transibit per eam.

Nota, quid dicat Iacobus capite primo loquens de speculo.

*Si quis auditor est verbi non factor, hic comparatur viro consideranti vultum natiuitatis sue in speculo. Consideravit enim se & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit.* In speculo tria sunt consideranda, scilicet vilitas, fragilitas, claritas. Speculum nihil aliud est quam subtilissimum vitrum, in quo sicut in speculo tria sunt. Vitrum est vile in materia, quia de modico pulvere confectum, fragile in substantia, clarum in splendore, quia oppositum soli lucet ad instar solis. Speculum dictum eo quod splendorem reddat, vel quod in eo femina se intuentes considerant speciem sui vultus, vel quia in vitro marem tranluceat. Vel vitrum & speculum est sacra scriptura, in cuius splendore natiuitatis nostrae vultum debemus considerare. Vultus natiuitatis nostrae est, vnde nati sumus, quales, & ad quid. Vnde nati, quantum ad vilitatem materiae, quales, quantum ad fragilitatem substantiae, ad quid, quantum ad dignitatem gloriae, in qua si factores verbi fuerimus, ex vicinitate veri solis lucebimus. In speculo sacrae doctrinae ista tria reperiuntur, de vilitate materiae Gen. 3. *Cinis es & in cinerem reuerteris*, de fragilitate substantiae Psalm. *Anni mei sicut aranea meditantur*. Quid aranea tela fragilius? quid vita hominis corruptibilis? qui minima laesura modica febricula corrumpitur, de charitate. *Fulgebunt iusti sicut sol*. In hoc speculo miser homo cum natiuitatis suae vultum considerat, scilicet qualiter natus, quam fragilis, quam vilis, vel quid futurus aliquando compunctionem & poenitendi voluntatem contrahit, sed quia est auditor verbi & non factor, vani & vacui gaudij amator, ideo statim obliuiscitur qualis fuerit.

*Sequitur secundum. Ego rogabo patrem de vobis, &c.* Christus factus secundum ordinem Melchisedech, Dei & hominum mediator, rogat pro nobis patrem. Vnde Leuit. 4. *Rogante pro eis sacerdote propitius eis erit Dominus.* Et iterum *Rogabit pro eis factos pro peccato & dimittetur eis.* Vnde etiam Numer. 16. vbi dixit Moyses ad Aaron. *Tolle thuribulum & hausto igne de altari mitte incensum desuper pergens cito ad populum ut roges pro eis. Iam enim egressa est ira a Domino & plaga desecauit.* Sequitur ibid. *Pro populo deprecatus est, & cessauit plaga.* Dixit Moyses ad Aaron, id est ad filium patrem, tolle thuribulum, scilicet humanitatis, quia fabricatum fuit opere Beseleel, qui interpretatur obumbraculum diuinum, id est Spiritus sancti in vtero virginis gloriosae, quia idem virgini obumbravit, id est refrigerium praestitit & fomitem peccati omnino in ea extinxit, & in igne diuinitatis impleuit thuribulum humanitatis, in quam plenitudo diuinitatis habitauit corporaliter, & bene dicit de altari, quia a patre exiit & venit in mundum. Et incensum passim mittit desuper, & sic tanquam mediator rogabit pro populo quem diaboli incendium atrocissime deuastauit, qui iubentis voluntati obediens cucurrit accepto thuribulo ad mortem, mortem autem crucis. Et stans expansis manibus in cruce inter mortuos & viuentes, id est inter duos latrones, quorum vnus saluatus, alius damnatus. Vel inter mortuos & viuentes, id est inter illos qui derinebantur in carcere inferni, & illos qui viuebant in miseris huius exilij, quos omnes dum seipsum

Christus Dei & hominum mediator. *Leuit. 4. Num. 16.*  
 Quid thuribulum mystice, quis illius artifex.  
 Dæmon deuastrator.  
 Christus ab incendio diabolico persecutionis nos liberans.

patri sacrificium in odorem suauitatis obtulit, ab incendio diabolicae persecutionis liberauit. Bene ergo de seipso dicit. Ego rogabo patrem de vobis. Ideo 1. Ioan. 3. *Advocatum habemus apud patrem Iesum Christum, &c.*

Facimus sicut mulier quae habet paruulum filium, quem cum suus maritus iratus vult verberare, ipsa tenens puerum in brachijs opponit eum irato viro, dicens, istum percutite. Istum verbera. Pusillus obortis lachrymis matri comparitur. Pater vero cuius viscera sunt commota super lachryntis filij sui quem tenerrime diligit, propter ipsum vxori patet. Sic Dominus parcat nobis, pro peccatis nostris irato marito filium Iesum Christum pro nostrae reconciliationis foedere in sacramento altaris ei offerimus, vt si non propter nos, saltem propter ipsum sibi dilectum flagella, quae iuste meremur, auertat, & lachrymarum, laboris, & passionis eius memot nobis parcat. Vnde ipse filius dicit Esaiæ 46. *Ego feci* (scilicet hominem) *ego feram, & ego portabo & saluabo.* Nota, ego feci hominem, ego feram in humeris meis tanquam ouem errantem & lassam, & ego portabo sicut nutrix quae portat infantem in brachijs. Et quid pater respondere potest, nisi vt dicat, & ego saluabo? Bene ergo dicit Christus. *Ego rogabo patrem de vobis.* Ipse enim pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis quia a Deo exiui. Pater & filius quia vnus sunt Ioan. 10. *Ego & pater vnus sumus*, ideo filio attestante, qui amat patrem amat & filium, & pater & filius amant eum. Vnde dicit Christus Ioan. 14. *qui diligit me, diligitur a patre meo, & ego diligam eum & manifestabo ei meipsum.*

*Sequitur tertium. Dicunt ei discipuli. Nunc scimus quia scis omnia & non est opus, &c.* Verum dixerunt discipuli, dicendo, Scimus quia scis omnia. Ideo Hebr. 4. *Viuus est sermo Dei* (id est filius Dei per quem cognouimus eius voluntatem, viuus, id est vitam conferens) & *efficax*, id est effectus capax, qui facile potest implere quod vult, quia filius Dei omnia quae cuique voluit fecit. Efficit enim quod vult, & vbi vult, & quando vult. Vnde Iob. 9. *Qui praecipit sibi & non oritur, & stellas clausit quasi sub signaculo.* Vide in prosecutione. Qui talia facit, omnia scit. Vere omnia potest filius Dei viuus & efficax. Praecipit soli & non oritur. In sole gratiae illuminatio notatur, quae tunc oritur cum menti infunditur, tunc non oritur cum non apponitur.

Vnde Dominus Exodi 33. *Miserebor cui uoluero, & clemens ero, in quem mihi complacuerit.* Iterum cap. 4. Indurabo cor Pharaonis. Cor Dominus indurat cum gratiam subtrahit, vel non apponit. Vnde Osee 4. *Non uisitabo super filias vestras cum fuerint fornicatae.* Deterius malum animae peccatrici euicere non potest, quam cum Dominus peccatorem in prauitate cordis sui dimittit, & flagello paternae visitationis non corrigit. Etiam stellas clausit quasi sub signaculo. Signaculum est quod alicui rei imprimitur vt lateat quousque referatur.

*Stellae sunt sancti, quos Christus sub signaculo suae prouidentiae claudit ne appareant quando velint, semper parati ad tempus a Deo statutum,*

1. Ioan. 2.  
 Pater iratus propter Christum nobis condonat.  
 Isa. 46.  
 Maximus in hominem Christi amor.  
 Ioan. 10.  
 1. Cor. 14.  
 Hebr. 4. Christus omnia scit.  
 Iob. 6.  
 Christus omnipotens.  
 Exod. 33.  
 Exod. 4.  
 Esai. 4. Maxima punicio cum a Deo non punimur.

Sancti sunt stellae. Prædicator caelum a Domino extensum. Iustus a Christo defenditur. Vnde dicitur acturus sensus stellis denotari. 2. Reg. 6. Corpus nostrum cur plaustrum dictum. Orion vnde dicitur. Orion moraliter cordis contritio. 1. Cor. 14. Cantic. 4. Auster Spiritus sanctus. statutum, vt cum audierint aure cordis vocem iubentis, a secreto contemplationis egrediantur ad opera necessitatis. Qui extendit caelos solum & graditur super fluctus maris. Caeli sunt prædicatores sancti qui pluunt verbis, coruscant sanctae vitae exemplis, intonant poenas aeternae mortis. Hos caelos extendit Dominus vt vndique lumen effundant, peccatores cooperiant, & sic caueant ne se temporalibus implicent. Item graditur super fluctus maris, scilicet superbos huius mundi. Super hos enim graditur Dominus cum eorum cordibus suae humilitatis vestigia imprimit. Vnde Eccl. 24. *Gyrum caeli circuiui sola, & profundum abyssi penetraui, & in fluctibus maris ambulauit, & in omni terra steti, & in omni populo & in omni gente primatum habui, & omnium excellentium & humilium corda virtute calcavi.* Gyrum caeli, id est cor iusti circumeo & defendo & protego, & profundum abyssi, id est corda malorum conuertendo per poenitentiam, & in fluctibus maris, id est tentatione depræhensi, & in omni terra steti, quia Deus stat super humilem, & fructiferos per bona opera stabiles, sed diabolus in arena, & in omni populo, & in omni gente, quibus congregatur Ecclesia.

Sequitur Iob. 9. *Qui facit arcturum & orionem, & hyadas, & interiora austru.* Nota ista. Arcturus, id est vrsae cauda, septentrio a latinis dicitur, quia septem stellis constat, quae propter plaustrum similitudinem plaustrum nominantur. Nam quinae stellae pro curru, duae quae in imo loco videntur pro bobus habentur. Quinae stellae sunt quinae corporis sensus, quos duae stellae, id est spes & timor tanquam duo boues deberent trahere. Vnde 2. Reg. 6. dicitur quod *Phylisium tollentes duas vaccas iunxerunt ad plaustrum & posuerunt Arcam Dei super plaustrum nouum.* Plaustrum dictum quasi plastrum (quia voluitur) corpus nostrum significat quod debet volui in operibus misericordiae, nouum satisfactione poenitentiae, quod debet ferre arcam obedientiae; hoc plaustrum duae vaccae, id est spes & timor trahunt vsque Bethlames, quae interpretatur domus solis, id est vitae aeternae mansionem, in qua habitat sol iustitiae.

Orion est stella a gladio dicta. Vnde etiam latini iugulam vocant, eo quod sit armata vt gladius, & stellarum luce terribilis & clarissima. Orion in ipso pondere hyemalis temporis exoritur, suoque ortu imbres & tempestates emittit. Orion est cordis contritio & oris confessio, quae cum oriuntur imbres lachrymarum & tempestates disciplinae & ieiunij & abstinentiae emittunt.

Hyades sunt quinae stellae in similitudinem y graeci. Hyades sunt illa quinae verba quae Paulus scribens Corinthiis, 1. Corinth. 14. in Ecclesia in sensu suo volebat loqui, quae sunt verbum orationis, laudis, consilij, exhortationis, & confessionis. Et interiora austru. Auster est ventus calidus & significat Spiritum sanctum, de quo sponsa Cantic. 4. *Surge aquilo & veni auster, &c.* Aquilo dictus quasi ligans aquas, diabolum significat qui malitiae frigore restringit aquas compunctionis in corde peccatoris. Huic dicitur *surge*, id est recede & *veni auster*, id est Spiritus sancte, perfla

hortum meum, id est conscientiam meam & fluent aromata, id est lachrymarum, quae in conspectu Domini redolent super omnia aromata. Interiora austru secretum contemplationis, gaudium mentis, suauitatem internae dulcedinis significat, quae austru, id est Spiritus sancti sunt quasi quaedam secreta interiora quibus ipse inhabitat & habitando sui amoris suauis aura perficit. Sequitur Iob. 9. *Qui facit magna & incomprehensibilia, &c.* Magna fecit in rerum creatione, incomprehensibilia in recreatione, nobis mirabilia faciet in aeterna beatitudine. Vel magna fecit in sui incarnatione. Vnde beata Maria. *Quia fecit mihi magna qui potens est, &c.* Incomprehensibilia in sui natiuitate; in qua ipsum Dei filium virgo peperit. Mirabilia in miraculorum operatione. Benedictus sit qui omnia scit, qui nobis talia fecit, de quo Apostolus Hebr. 4. dicit. *Viuus est sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, &c.* Christus enim animam percutit contritione, corpus afflictione, pertingens vsque ad diuisionem animae, id est animalitatis, ac spiritus, id est rationis.

Nota, quod anima est res incorporea rationis capax viuificando corpori accommodata. Haec animales constituit homines quae carnis sunt sapientes, sensibus corporis inherentes, quae vbi perfectae rationis incipit esse continuo abdicat abs se naturam generis feminini, & efficitur anima particeps rationis regendo corpori accommodata. Quamdiu enim anima est, cito viuunt quod carnale est, effeminatur animus vel spiritus, nihil quod virile est meditatur, & sic fit diuisio animae & Spiritus. Compagum quoque & medullarum. Compages sunt iuncturae. Medulla dicta eo quod malefaciat ossa. In compagibus subtiles iuncturae cogitationum, in medullis compunctiones lachrymarum, quae ossa virtutum irrigant designantur. Christus suae virtute diuinitatis pertingit vsque ad diuisionem compagum & medullarum, quia subtiliter videt principium, medium & finem cogitationum, & ad quid tendant, & qualiter vna alteri coniungatur, & quomodo, & qua via compunctio a corde egrediatur. Vnde Eccl. 11. *Quomodo ignoras qua sit via spiritus, & qua ratione compingantur ossa in ventre pregnantis, sic nescis opera Dei, qui fabricator est omnium.* Solus Deus scit quae sit via Spiritus, id est contritionis, & qua ratione compingantur ossa in ventre pregnantis, id est virtutes in mente poenitentis. Vnde subdit Apostolus. *Et discretor cogitationum & intentionum cordis, quia vt ait Eccl. 23. Omnia videt oculus eius, oculi Domini sunt in omni loco.* Hebr. 4. *Omnia nuda & aperta sunt ante oculos Domini.* Coram quo vt dicit Iob. 26. *nudus est infernus, & nullum operimentum perditioni.* Vere ergo dixerunt discipuli, Nunc scimus quia scis omnia, & non est opus tibi vt quis te interroget. In hoc credimus, quia a Deo existi. Filius exiit a Deo vt tu exires a mundo, venit ad te vt tu ires ad se. Quid est a mundo exire & ad Christum ire, nisi vitia refrenare & animam vinculo amoris Deo religare? Rogemus ergo, &c.

Lachrymae Deo gratissimae.  
 Iob. 9.  
 Hebr. 4.  
 Quid anima.  
 Diuisio animae & spiritus quomodo fit.  
 Compages medullae quid moraliter.  
 A solo Deo quae sit via spiritus aperiuntur.  
 Eccl. 23.  
 Hebr. 4.  
 Iob. 26.  
 Filius Dei a Deo exiit vt a mundo exiret.



# DOMINICA VI. POST PASCHA.



**V**m venerit Paraclitus quem ego mittam vobis a patre, &c. Ioan. 15. in fine. In hoc Euangelio duo declarabuntur. Primum est donum prænobile quod nobis promittitur, ut adiuuentur in præ-

amoris qui de ipsa mente & notitia procedit, dum mens cognoscens se diligit se. Non enim posset diligere nisi cognosceret se. Amat etiam placitam prolem, id est notitiam suam, & ita quidam amor complexus est parentis & prolis. Ecce in his tribus verbis qualecunque Trinitatis vestigium apparet. Dicamus ergo: Cum venerit paraclitus quem ego a patre vobis mittam spiritum veritatis, &c.

Nota ista tria verba, paraclitum, spiritum, veritatis. In huius exilij miseria sunt tria mala, scilicet angustia crucians, culpa mortificans, vanitas decipiens. De angustia dicitur Exod. 1. quod Pharaon præposuit sibi Israhel magistros operum ut affligerent eos oneribus, adificarentque vrbes tabernaculorum Pharaoni, Phiton, & Ramasses. Sic diabolus nomine tenus Christianis præponit magistros operum, id est demones cuiuslibet vitio deputatos, qui affligunt eos oneribus peccatorum. Vnde ipsi dicunt gementes Thren. 5. Cervicibus minabamur, & lassus non dabatur requies, Egypto dedimus manum & Assyriis, ut saturemur pane. Babylonij, id est demones hominis, quem captivum ducunt, cervici onera grauia imponunt, & tanquam bouem vel alinum per funem ad collum ligant, minando trahunt, & lassio nullam requiem dant, dum de peccato in peccatum præcipitant. Heu quanta dementia in via lassari, & viam nolle finire? Dedimus inquit manum, id est fecimus nos seruos Egypto, id est mundo & Assyriis, id est demoniis, ut saturemur pane, id est carnis voluptate. Heu, ædificant ciuitates tabernaculorum Pharaoni, id est diabolo, Phiton, & Ramasses. Phitones abyssi, Ramasses, malitia de tinea interpretatur. Phiton luxuriam figurat, quæ est os abyssi, quæ nunquam dicit, sufficit, carens lumine gratiæ & fundo sufficientiæ. Voluptas enim (vt dicit Hieronymus) semper sui famem patitur. De hac ergo Psal. 41. Abyssus abyssum (id est luxuria luxuriam) inuocat, sicut rana ranam.

Rana habet vocem propriam, quæ est croax, seu coax, & non facit hanc nisi in aqua tantum, & proprie mas tempore coitus clamat fæminam per vocem cognitam, & rana multiplicat vocem quando posuerit mandibulam inferiorem æqualiter in aqua & extenderit superiorem, & per extensionem duarum mandibularum

larum lucent oculi eius sicut duæ candelæ.

Item modi araneorum, cum voluerit coire, mulier attrahit masculum per fila telæ, & masculus postea fæminam, & non cessabit attractio quouique coniungantur. Luxuriosi sunt ranæ, qui in aqua carnalis voluptatis signis & vocibus se ad luxuriam inuitant, quorum oculi sunt pleni adulteriis, accensi libidine qui tanquam araneæ quasi per quædam fila verborum & promissionum se attrahunt in suæ perditionis abyssum, vbi se coniungunt.

Luxuriosi ranæ.

Luxuriosi araneæ.

Auaritia mentem corrodens.

Auaritia infatiabilis.

Genes. 35.

Auarus abundantia suffocatur.

2. Paral. 16.

Afa attolens.

Psal. 36. Afa superbium denotat.

Infelicitissimus diuitis superbi exitus.

3. Reg. 13.

Fraus vanitatis.

Thren. 2.

Mundi vanitas vt nos retineat demulcet.

Vanitas cur Prophetæ senex.

Dei. Et bene vanitas mundi dicitur Propheta senex. A mundi enim principio vsque ad hanc seculi feces decipiendo durauit & durabit. In cuius domo vir Dei deceptus comedit panem & bibit aquam. Panis gloriæ mundanæ excellentiam significat, de qua Prouerb. 20. Suanis est homini panis mendacij, sed postea implebitur os eius calculo.

Prouerb. 20.

Qualis est panis mendacij.

Finis gloriæ mundanæ ignis.

Libido inextinguibilis.

Auarus hydropicus.

Genes. 14.

Mittitur paraclitus vt miscetias nostras subleuet.

Esa. 43.

In aquis gula i. Humine mundi prosperitas, in igne aduersitatis angustia, in aqua persequutio diaboli.

In quo est Spiritus sanctus ad omnia ferenda propensissimus.

Dan. 3.

Genes. 2.

Iohel. 2.

Spiritus cur vanitatis dicitur.

Ramasses significat auaritiam, quæ vt tinea vermis vestimentum, mentem corrodit. Vnde tinea dicta eo quod teneat & eousque insidat quouisque corrodat, sic auaritia mentem auari corrodit vt plura multiplicet, sed secundum suam multiplicationem plus esuriat. Vnde beatus Bernardus. Non aliter satiatur cor hominis auro, quam corpus hominis aua. Philosophus Seneca. Auaro quid mali optes nisi vt viuat diutius? Item auarus nisi cum moritur, nihil recte facit. Hæ sunt ciuitates diaboli, luxuria scilicet & auaritiæ. Et quæ maior angustia quam ab ipso incarcerari, & tinea cooperiri? De culpa mortificante dicitur Genesis trigesimo quinto quod mortua est Rachel, & sepulta in via que ducit Effratam, que interpretatur fructifera. Et significat abundantiam temporalium, quia infelix anima suffocatur, & sepulta mole malæ consuetudinis premitur. Vnde diues purpuratus, quia hic sepultus fuit in deliciis, postmodum sepultus fuit in pænis inferni.

Vnde 2. Paralip. 16. dicitur quod posuerunt Afa in lectum suum plenum aromatibus, & vnguentis meretricis, quæ erant arte pigmentariorum confecta & combusserunt super eum ambitione nimia.

Afa interpretatur attollens, & significat huius mundi diuitem superbium, de quo Propheta Psalm. 36. Vidi impium superexaltatum, &c. Huius lectus est corpus, in quo iacet dissolutus tanquam paralyticus, qui repletur aromatibus & vnguentis meretricis, id est honoribus, diuitiis, & deliciis, quæ arte pigmentarij, id est demonis sunt confecta. Postmodum vero anima infelix cum infelici corpore, inextinguibili igne gehennæ & combustione nimia comburetur. Omnis homo primum bonum vinum ponit, deinde quod deterius est. Et quia bibisti de calice aureo Babylonis, potabis vsque ad fæcem de puteo æternæ damnationis.

De vanitate decipiente dicitur 3. Regum. 13. vbi Propheta senex fefellit virum Dei, & re-duxit eum secum in domum suam, & comedit panem, & bibit aquam. Sequitur. Occidit eum leo in via, nec leo læsit asinum iuxta cadaver. Propheta senex, est mundi vanitas, quæ semper falsa Prophetat. Vnde Hierem. Thren. 2. Propheta tui viderunt tibi falsa & stulta. Prophetæ nostri, sunt mundi vanitas, & carnis voluptas, quæ si viderint nos mundum contemnere, carnem affligere, statim prophetant nobis egestatem & infirmitatem. Si tua (inquit) dederis, vnde viues? si carnem affligeris, in infirmitatem cades. Heu quot deciperunt isti Prophetæ, qui in nomine suo loquuntur, & non in nomine Domini. Bene dicitur ergo quod Propheta senex fefellit virum

Panis mendacij, est gloria mundana quæ se mentitur aliquid esse cum nihil sit, Augustinus. Omne quod sine claudendum est pro transacto habendum. Hæc gloria quæ tuauis est homini, ideo os eius implebitur calculo, id est lapide igneo, id est pœna æterna, quæ non poterit transglutiri nec euomi, & bibit aquam quæ est auaritia, vel luxuria quam qui biberit, sitiet iterum. Qui hunc panem comedit & bibit aquam, a leone scilicet diabolo occideretur. Et nota quod leo non læsit asinum nec comedit de cadauere, quia diabolus non curat de pecunia vel de corpore, tantum animas possit interficere. Vnde Rex Sodomorum Genes. 14. Da mihi animas, cætera tolle tibi. Christus emit animam ponendo in morte animam suam, & ideo diabolus totum emptorem tanto labore vult fraudare cum animam nostram vult decipere vel occidere. Sed Dominus contra hæc mala supradicta, scilicet angustiam, culpam, vanitatem, misit paraclitum contra angustiam, spiritum contra culpam, veritatis contra vanitatem. Paraclitus consolatur nos in angustia tribulationis.

Vnde Esa. 43. Cum transferis per aquas tecum, ero, & flumina non operient te, cum ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non nocebit tibi.

Nota ista quatuor, aquæ, flumina, ignis, flamma. In aquis, gula & luxuria, in fluminibus prosperitas mundana, in igne aduersitatis angustia, in flamma diabolice persecutionis malitia designatur. Dicit ergo, Cum transferis per aquas. Mentem, quam Spiritus sanctus igne charitatis consolidat, nec aquæ gulæ & luxuriæ, nec prosperitatis mundanæ flumina dissoluere possunt. Vnde Cantic. 8. Aqua multa non potuerunt extinguere charitatem. Nec flumina obruent illam, quia (vt dicitur ibidem) lampades eius lampades ignis atque flammarum. Et mentem etiam quam Spiritus inflammatur, nec ignis aduersitatis, nec flamma diabolice persecutionis consumere potest. Ipse enim Spiritus sanctus vt dicitur Dan. 3. Excussit flammam ignis de fornace, & facit medium fornacis quasi ventum voris flammam. Item misit spiritum contra culpam vt vinificaret animam. Vnde Genes. 2. Inspirauit in faciem eius spiraculum vite, & factus est homo in animam viuentem. Spiraculum vitæ est Spiritus sancti gratia, quam cum Deus spirat in faciem animæ, proculdubio animam de morte ad vitam resuscitat.

Hinc etiam dicitur spiritus veritatis, contra mundi vanitatem, quam ipsa veritas expellit. Vnde Iohel. 2. Filia Sion exultate & lætamini in Domino Deo vestro, quia dabit vobis doctorem iustitiæ, & descendere faciet ad vos in breui matutinum & serotinum, & implebuntur area sumentum, & torcularia redundabunt vino & oleo. Benedictus sit Dominus Dei Filius in quo posuisti filij Sion, id est Ecclesiæ militantis & triumphantis,

Ioan. 15.

Trinitatis fides.

Spiritus sanctus a patre & Filio.

Math. 28.

Vnitatis essentia in Trinitate.

In nobis Trinitatis imago & quomodo.

In anima nostra Trinitatis imago ostenditur.

Exod. 1.

Tria mala præcipue in hoc exilio.

Thren. 1.

Peccator de peccato in peccatum trahitur.

Voluptas infatiabilis

Psal. 41.



S. Spiritus doctor iustitiae.

In Spiritus sancti descensu, mentes fidelium gratias & donis repleta.

S. Spiritus perhibens testimonium mysterio Christi.

Prorub. 3.

Genes. 32.

Delectatio mundi transitoria.

Deo omne bonum tribuendum.

Mors iusti ingressus beatitudinis.

Cantic. 3.

Anima celum ingrediens pulchra ut luna.

Triplex oratio.

Eccles. 35. Psal. 87. 1. Thess. 5. Quis sine intermissione orat.

phantis, debemus exultare corde, & letari opere, quia dedit nobis doctorem iustitiae, spiritum scilicet gratiae, qui docet nos vnicuique suam iustitiam exhibere, in cuius datione imbreim maratum, id est compunctionem pro peccatis propriis, & ferotinum pro alienis ad nos fecit descendere, qui enim pie plangit aliena, perfecte diluit propria. In doctoris iustitiae descensu aree, id est mentes fidelium replete sunt frumento fidei, & torcularia, id est ipsorum corda vino compunctionis redundant. Bene ergo dicitur. Cum venerit paraclitus quem ego mittam vobis a patre spiritum veritatis, qui a patre procedit, ille testimonium perhibebit de me, & vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mei estis. In cordibus enim fidelium spiritus veritatis perhibet testimonium de Christi incarnatione, ipsius passione, resurrectione, & nos testimonium debemus perhibere omni homini, quia Christus fuit vere incarnatus, passus, qui & vere resurrexit.

Huic parti concordat Epistola. *Esote prudentes, & vigilate in orationibus.* Hic Petrus ad tria inuitat, ad prudentiam, vigilantiam, & orationum instantiam. De prudentia Proverb. 3. *Beatus vir qui affuit prudentia. Melior est enim acquisitio eius negotiatione auri & argenti,* &c. De vigilantia. Genes. 32. dicitur quod *Iacob transiit vadum Iaboth, traductisque omnibus que ad se pervinebant, remansit solus, & ecce vir luctabatur cum eo usque mane, qui dixit ad eum. Dimittite me, iam ascendit aurora.* Iacob supplantator. Iaboth torrens pulueris, qui significat temporales delectationes, quae transeunt ut torrens, steriles sunt, & excaecant oculos sicut puluis. Hunc torrentem penitens cum omnibus bonis, deoque qui dedit sibi, transire debet, & solus remanere. Ille solus remanet qui nihil sibi, sed totum Deo attribuit, propriam voluntatem diuinæ voluntati subicit, illata iniuriæ non meminit, sperari se spernit, & si ita solus remanserit, cum Domino luctabitur & luctari poterit & impetrare ab eo quod voluerit, & audire merebitur, dimittite me, iam enim ascendit aurora, quæ est finis noctis, & initium diei. Hæc est mors iusti, finis miseris, & ingressus beatitudinis, in qua viro iusto dicit Dominus. *Dimittite me, iam enim ascendit aurora,* quasi dicat, non amplius est opus luctamine, finit enim miseria, incipit gloria.

Vnde de anima iusti dicitur Cantic. 3. *Que est ista que ascendit quasi aurora,* &c. Luna dicta quasi lucentium vna. Vnde anima iusti cum ab huius miseris incolatu ascendit, beatitudinem ingreditur, in qua est pulchra ut luna, quia sanctorum animarum lumine in beatitudine quasi vna ex ipsis associatur, & est electa ut sol, quia totius splendore Trinitatis illuminatur.

De orationis instantia dicitur in introitu Missæ Exaudi Domine vocem, &c. Notandum quod triplex est oratio, mentalis, vocalis, & manualis. De prima Eccles. 35. *Oratio humiliantis se penetrat calos.* De secunda Psal. 87. *Intret oratio mea in conspectu tuo.* De tertia Apostolus 1. Thessal. 5. *Sine intermissione orantes.* Ille dicitur sine intermissione orare qui non cessat benefacere. Dic ergo. Exaudi Domine vocem meam, cordis scilicet, oris &

operis, qua clamaui ad te, &c. Nota, ibi. Vultus Domini est illa imago secundum quam ad ipsius similitudinem & imaginem creati sumus, quam tunc perdimus cum peccatum mortale incurrimus. Faciei enim diuinæ faciei diaboli superferimus, quod prohibetur Eccles. 4. *Ne accipias faciem aduersus faciem tuam.* Quot mortalia committis tot facies diaboli diuinæ faciei superponis, de quibus Psal. 81. *Judicatis iniquitatem & facies peccatorum sumis.*

Vt enim vultum Domini perditum inuenire valeamus lucernam accendamus, diligenter domum evertamus, donec perditum inueniamus, id est pro peccatis conteramur, angulos conscientiæ in confessione perferemus, operibus misericordiæ insulamur, & sic tandem vultum perditum inuenire poterimus, & exultantes decantabimus. *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine,* &c. quia vultus Domini charitate reformatur, & finaliter conferuatur. Ideo de ea subdit Petrus 1. Petri 4. *Ante omnia autem mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes.* Sicut Deus est principium omnium, sic charitas virtus principalis ante omnia debet haberi, quod si fuerit mutua & continua, omnem operiet multitudinem peccatorum. Mutua, id est alterna & communis continua, id est nec aduersis nec prosperis deficiens, sed perseverans & finalis debet esse. Vel charitas debet esse paralitica spiritus veritatis, qui sicut oleum omnem liquorum, operiet multitudinem peccatorum. Sed nota quod si exsufflatum fuerit, quicquid prius latebat, apparet. Sic gratia Dei quæ operiet per penitentiam multitudinem peccatorum, si per renouationem mortalis peccati extumescit fuerit, quod iam dimissum fuerat redit, quia qui peccat in vno scilicet charitatis præcepto, factus est omnium reus, & ideo si mortale commiseris & ad nouum confessorum accesseris, omnia te conuerti oportebit.

Sequitur secundum. *Hæc locutus sum vobis,* &c. Quia iacula quæ prævidentur minus feriunt, ideo Dominus suos præmuniuit milites clypeo patientiæ, persecutionis iaculis opposito, ne inuento discrimine scandalizarentur. *Hæc inquit locutus sum vobis.* Ego verbum patris vobis loquor, a quo exemplum patientiæ debetis suscipere, *ut non scandalizemini.* Qui in tribulatione scandalizatur, suæ impatientiæ scandalo a Christi discipulis disiungitur. *Absque synagoga facient vos.* Vnde Ioan. 9. *Iam enim conspirauerunt Iudei, ut si quis confiteatur Christum extra synagogam fieret.*

Christus dicit. Ego sum veritas, qui veritatem prædicat, Christum confiteatur, qui vero eam in prædicatione tacet, Christum negat. Veritas odium parit, & ideo quidam ne odium quorundam incurrant silentij pallio ora velant. Si veritatem ut res se habet, & ipsa veritas requirit, & diuina scriptura aperte præcipit, prædicarent, ni fallor odium carnalium incurterent, & forte extra synagogam fierent, quia vero secundum hominem ambulat, ideo hominis scandalum timent. Cum tamen veritas non sit relinquenda propter scandalum. Vnde Matth. 15. *Discipuli dixerunt ad Jesum. Scis quia Pharisei audito hoc verbo scandalizati sunt.*

Gratia amissa diligenter perquirenda. Efficacia charitatis. Charitas mutua & continua fit. Qui peccat in vno omnium reus. Iacula præuisa minus feriunt.

Veritas odium parit.

Prædicator indebite timens reprehenditur.

Prædicator non reprehendens speciem lucri abominabilis.

Ar. 2. Pentecostes vnde dicitur. Exod. 19. Quando data est lex. Primitiuorum fidelium cor vnum & anima vna. Psal. 45. Exod. 19. Primus dies Christi incarnatio secundus Domini passio. Tertius Spiritus sancti missio.



Vm completerentur dies Pentecostes erant omnes pariter, &c. Actuum 3. Pentecostes Græce, Latine quinquagesimus, & antiquitus populus quinquagesimum diem obseruabat. A die enim immolationis agni postquam egressi sunt filij Israel de Ægypto data est lex quinquagesimo die in igne. In nouo etiam testamento, quinquagesimo die à Pascha Christi, descendit Spiritus sanctus qui est lex amoris in Apostolos, in igne apprensus. Lex in monte Syna, Spiritus sanctus in monte Sion, lex in sublimi montis loco, spiritus datur in cœnaculo. Cum ergo completerentur dies Pentecostes erant omnes discipuli pariter in eodem loco. Nullus absens erat, vnum cor & animam vnâ habentes, in eodem loco, scilicet in cœnaculo quod ascenderant. Qui enim Spiritum sanctum desiderat, carnis domicilium mentis contemplatione transcendendo calcat. Factus est repente de cœlo sonus, & repleuit totam domum, ubi erant sedentes. Nescit tarda molimina Spiritus sancti gratia, secundum illud Psal. 45. *Fluminis impetus latificat civitatem Dei.* Cum sono venit qui suos venerat docere. Vnde habes concordantiam Exod. 19. *Iam aduenerat dies tertius, & mane incaluerat, & ecce cœperunt audiri tonitrua & micare fulgura, & nubes densissima operire montem, clangorque buccina vehementius perstrepebat. Timuit populus qui erat in castris.* Dies primus, fuit Christi incarnatio. Dies secundus, est Domini passio. Tertius, Spiritus sancti missio, quo adueniente cœperunt audiri tonitrua & micare fulgura, quia factus est repente de cœlo sonus, fulgura, id est Apostolorum miracula, & nubes densissima, id est cordis compunctio & penitentia operite

Eccl. 22. In lapide luco lapidatus est piger, Et paulo post. De stercore boum lapidatus est piger, & omnis qui tetigerit eum excutiet manus. Ideo Dominus Esa. 13. Suscitabo super eos Medos, id est prædicatores qui argentum non querant, nec aurum velint, scilicet sagittis sanctæ prædicationis paruulos, id est mundi amatores interficiant. Rogemus Dominum ut sic peccata nostra interficiantur, &c.



IN DIE SANCTO PENTECOSTES.

montem Synai, id est populum qui erat in Hierusalem. Vnde Actuum 2. dicitur quod compuncti corde dixerunt ad Petrum & ad reliquos Apostolos. *Quid faciemus viri fratres? Clangorque buccinæ, id est prædicationis vehementius perstrepebat.* Vnde Petrus. *Pœnitentiam; inquit, agite & baptizet unusquisque vestrum in nomine Christi in remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donum Spiritus sancti. Timuitque omnis populus qui erat in castris & ideo baptizati sunt, & appositæ sunt in hac die anime circiter tria millia.* Et apparuerunt illis dispersa lingua tanquam ignis, seditque super singulos eorum. Quia per linguas, scilicet serpentis, Euzæ, & Adam mors intrauit in orbem terrarum. Lingua serpentis venenum in Euam, lingua Euzæ venenum in Adam infudit, & lingua Adam in Deum voluit retorqueré. Lingua est membrum frigidum. Natus enim in humido, & ideo malum inquietum plenum veneno mortifero, quo nihil frigidius, ideo Spiritus sanctus in linguis igneis apparuit, ut linguas linguis, ignem veneno mortifero opponeret.

Et nota quod ignis quatuor habet naturas, vrit, purgat, calefacit, illuminat. Similiter Spiritus sanctus exurit peccata, purgat corda, torporem excutit, ignorantias illuminat. Ignis etiam incorporeus & inuisibilis est in sua natura. Sed assumpto aliquo corpore videtur diuersi coloris apprensus per materias in quibus ardet. Sic Spiritus sanctus videri non potest per creaturas in quibus operatur. Nota quod dispersio linguarum est effecta in turre Babel, sed quod dispersit superbia recollegit humilitas; in superbia dispersio, in humilitate concordia fit. Ecce completur promissio Domini. Ioan. 14. *Non vos relinquam orphanos; scilicet mittam spiritum paraclitum, qui eorum aduocatus pro eis omnibus locutus est, linguas*

Eccl. 22

Esa. 13.

Act. 2.

Genes. 3.

Lingua malum inquit.

Quid in nobis operatur Spiritus sanctus.

Spiritus sanctus cur ignis dicitur.

Ioan. 14.

linguas attulit qui pro verbo venit. Cognationem habet lingua cum verbo, vt ab inuicem non possit separari. Sic verbum patris, id est filius, & Spiritus sanctus inseparabiles sunt, ideo & vnius naturæ.

Apostolus hinc loquitur adueniente Spiritu sancto.

Et repleti sunt omnes Spiritu sancto, & ceperunt loqui prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis. Ecce signum plenitudinis. Plenum vas erumpit, ignis non potest occultari, linguis omnibus loquebantur velut sua, id est. Hebræa lingua loquentes ab omnibus intelligebantur, ac si propriis singulorum loquerentur. Spiritus sanctus diuidens singulis prout vult, vbi vult, quando vult, & quantum vult, quibus vult, gratiam suam inspirat.

Ezech. 37.

Dum compleverunt dies. &c. Dicit Ezech. 38. A quatuor ventis venit Spiritus & insufflat in terrefactos istos vt reuiuifcant. Quatuor venti quatuor mundi partes sunt, Oriens, Occidens, Aquilo, & Meridies. In Oriente, Christi incarnatio, in Occidente, ipsius passio, in Aquilone, ipsius tentatio, in Meridie, Spiritus sancti missio signatur. Vel in Oriente, recordatio miserabilis ingressus, in Occidente, memoria lamentabilis egressus, in Aquilone, consideratio infelicis status, in Meridie, cognitio nostri reatus. Ab his quatuor venit Spiritus sanctus, & insufflat flatu gratiæ super interfectos gladio culpæ vt reuiuifcant vitam penitentis. Vnde Actuum 10. dicitur. Adhuc loquente Petro, cecidit Spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum.

Quinam sunt quatuor venti à quibus venit Spiritus sanctus.

Act. 10.

Nota quatuor in hac Epistola. Primum est, quinquagesimæ completio, & hoc in principio. Secundum est Spiritus sancti inspiratio, ibi. Factus est repente de cælo sonus. Tertium est in linguis igneis apparitio. Quartum, linguis omnibus locutio. De hac die lacratissima quinquagesima, figura est Genes. 6. vbi dicitur quod arca Noe habebat quinque cubitos in latitudine. Sed prius notandum quod ista arca habuit quinque cameras. Prima fuit stercoraria. Secunda, apothecaria. Tertia, mitium animalium. Quarta, immitium. Quinta volucrum & hominum. Noe vir iustus cuius arca est proprium corpus, quod bene dicitur arca, quæ sic dicta eo quod arceat furem, sic corpus viri iusti à se debet arceare omne vitium quod venit vt virtutes furetur.

Genes. 6.

Corpus iusti arceat omne vitium.

Corporis quasi quinque camerae. 1. stercoraria.

Nehem. 3.

Huius arcæ quinque camerae, sunt quinque sensus, scilicet gustus, odoratus, visus, auditus, & tactus. Prima camera dicitur stercoraria, hæc est oris lingua, per quam in confessione omnia peccatorum stercora debemus emitere. Hæc est porta sterquilini de qua Nehemias c. 3. Portam sterquilini edificauit Melchias filius Rechab, & statuit valuas, & seras, & velles. Sterquilinium locus stercore plenus, dictum eo quod stercore liniatur & inficiatur. Mens peccatoris stercore diaboli factus & infecta, per portam confessionis est purganda. Hanc edificat Melchias filius Rechab. Melchias chorus Domini, Rechab ascendens, interpretatur. Melchias, est penitens, qui in tympano & choro, id est mortificatione carnis & conscientia charitatis Domino hymnum personat. Hic est Filius Dei Christus ad dexteram patris ascendens. Hic Melchias debet construere linguæ suæ valuas, quæ sunt interiora ostia, à

Mens peccatoris stercore diaboli infecta.

voluendo seu vallando dictæ, eo quod intus clauduntur, vt scilicet interius omnia bona sua claudant, illud Esaiæ 24. in fronte conscientia habens scriptum. Secretum meum mihi, secretum meum mihi. Et seras, vt animi impetus foras prorumpere volentes, teris diuini amoris & timoris cohibeat. Et velles, vt pro tempore & loco vtilia proponat, & semper à malis taceat.

1sa. 24.

Secunda camera apothecaria & quid moraliter.

Secunda camera apothecaria, est olfactus narium. Nares dictæ eo quod per aerem nat & manant. In his tria officia sunt. Vnum deducendi spiritum. Alterum capiendi odoris. Tertium purgamentum cerebri deducendi. Et inconueniens est quod sit anhelitus nisi per nares, secundum quod est rectitudo in creatione. Anhelitus vero est propter necessitatem, & est quoniam est contra naturam, & est via sternutationis per nares quæ do multiplicatur in cerebro ventus, & exiit subito. In naribus vt sæpe dictum est discretio & prudentia designatur. Per has tanquam per nares spiritum contemplationis & suæ gratiæ charitatis attrahimus, & boni exempli odorem capimus, & cogitationum superfluitates purgamus. Et sicut recta & conueniens via anhelitus est per nares, sic per discretionem & prudentiam recta via attrahitur Spiritus diuini amoris, & emittitur in consolatione & diuina iunctione proximi. Et sicut anhelitus oris est propter necessitatem, & est fatidus, sic confessio oris est propter necessitatem, quia enim peccasti, nec ille est confiteri, si non vis confiteri, necesse est vt damnetis, & est fatidus, quia portat sterquilinum, de cuius fetore dicitur Luc. 13. de ficu. Domine dimitte eam & huc anno, dum fodiunt circa illam, & mittant stercora. Ficus est anima; fossio, contritio; stercoratio, peccatorum confessio, quæ animam sterilem fructificare facit. Et cum ventus superbiæ vel vanæ gloriæ in cerebro, id est mente multiplicatur, per viam discretionis & prudentiæ subito egreditur.

Per discretionem & prudentiam spiritum contemplationis attrahimus.

Tertia camera est mitium animalium & quid moraliter.

Tertia camera quæ est mitium animalium, est auditus. Nota quod compositio auris est ex cartilagine & carne quæ est in interiori. Auris est foramen tortuosum simile aumillæ, & finis eius est in ossè simili in creatione, & forma auri, & tinnitus & omnis sonitus peruenit ad ipsum & ab ipso redit ad cerebrum. Exit enim à cerebro vna vena, & peruenit ad aurem dextram, & alia vena peruenit ad sinistram, & omne animal habet eas mobiles præter hominem. Cartilago ossis speciem habet, fortitudinem non habet. Caro dicta eo quod caro sit. In cartilagine ergo & in carne ex quibus auris componitur, mansuetudo & humilitas designatur, quibus Deo & hominibus nihil charius. Et his duobus omnis hominis auditus debet componi, vt in omni percussione & molestia & contumelia verborum mansuetè & humiliter respondeat, & hoc ipsum ipsa natura docet, quæ in interiori auris foramen non rectum sed tortuosum facit, cum quod non placet audieris, non subito animum percutiat, sed cuiusdam tortuositatis viam sermo præpeditus transeat, vt tandem amissa virtute, debilis perueniat, & parum aut nihil te pungat. Et duæ

Nihil mansuetudine & charitate nihil Deo charius.

venæ quæ exeunt à cerebro: quarum vna peruenit ad aurem dextram, & altera ad sinistram, in quibus temperantia, & obedientia, in dextra prosperitas, in sinistra aduersitas designatur. Cum auditis prospera & quod placet, temperantia est necessaria, cum vero quod tibi præcipitur displicet & audis aduersa, tunc obedientia magis est necessaria, quia magis fructuosa. Et omne animal habens aures habet eas mobiles præter hominem. Hominis appellatio est dignus, qui non habet aures mobiles, id est, qui non mouetur à suæ mentis stabilitate propter ventum verborum. Omnis homo qui habet prurientes aures, qui omni verbo credit, qui adulationi libenter aurem bibulam apponit, non homo sed brutum animal dignus est appellari.

Obedientia in difficultis magis fructuosa.

Quarta camera immitium animalium & quid moraliter.

Quarta camera quæ est immitium animalium, est tactus manuum quibus debemus apprehendere disciplinam, & pro indisciplinatis cogitationibus, inordinatis verbis, irregularibus operibus, nos ipsos sine misericordia debemus percutere, vt quot habuimus oblectamenta, tot de nobis inueniamus holocausta. Et nota quod sicut in manibus sunt decem digiti, sic decem genera disciplinæ, mortificatio, scilicet propriæ voluntatis, abstinentia cibi & potus, censura silentij, vigiliarum in oratione, pernoctatio, lacrymarum effusio, lectionis discretio occupatio, corporalis exercitatio, in alterius necessitate compassio, vilitas humanitatis sui despectus. Istis decem digitis debemus apprehendere disciplinam, & sicut immites, feroces, immisericordes nos ferire, vt in die flagelli ossa comminuentis misericordiam mereamur inuenire.

Decem genera disciplinæ.

Quinta camera hominum & volucrum.

Quinta camera, id est hominum & volucrum est visus oculorum, quibus pauperes necessitate patientes misericorditer debemus respicere & celestia attente considerare, quia sicut Apostolus dicit Rom. 1. Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Ecce iam habes de quinque cameris, id est, quinque sensibus, arcæ Noë, id est, corporis viri iusti.

Rom. 1.

Arca ad modum humani corporis facta.

Et nota quod arca Noë ad modum humani corporis facta fuit. Habuit enim in longitudine trecentos cubitos in altitudine quinquaginta, in altitudine triginta. In corpore humano longitudo septies est maior latitudine. Est autem longitudo à planta vsque ad verticem. Latitudo à latere vsque ad latus, vel à crate ad cratem. Altitudo à dorso ad ventrem. Et significat quinque corporis sensus, qui si decem Decalogi præceptis fuerint perfecti, tunc vere arca Noë quinquaginta cubitis dilatabitur, & quinquagesima adimplebitur, & vir iustus in fine vitæ suæ perfecte consummabitur. Vnde Sap. 4. Consummatus in breui expleuit tempora multa, placita enim erat Deo anima eius. Bene ergo dicitur. Dum compleverunt dies Pentecostes.

Sap. 4.

Quando nam mentis cogitationes sunt pariter in eodem loco.

Sequitur. Discipuli erant in eodem loco. Discipuli sunt viri iusti, affectus rationis, & puræ cogitationes mentis, quæ vere tunc sunt pariter in eodem loco: cum dies Pentecostes, id est, quinque sensuum perfectio adimpletur. Nota ista duo, pariter, & in eodem loco. Pariter idem est quod æqualiter, simul. Ille mentis cogitationes pariter sunt quæ sub æquali regula rationis ordinate componuntur, & discrete procedunt: vt vna non alior altera nec inferior alia in mente appareat, quod si non fieret ipsa inæqualitas,

fieret causa ruinæ virtutum fabricæ. Omnia, inquit, Apostolus 1. Cor. 14. honestis & secundum ordinem fiant in vobis, vt dicat huic vade, & vadit, & alio veni, & venit, & seruo, id est, corpori, fac hoc, & facit. Sint etiam discipuli pariter, vt cogitationes mentis simul, & in vnum congregatæ tanquam acies militum aëreas potestates valeant fortius impugnare. Sint etiam in eodem loco non in diuerso, quia mens diuisa non imperat. Vnde Eccles. 11. Filie sunt in multis actus tui. Et iterum Eccles. 2. Va peccatori terram ingredienti duabus viis. Gregor. Fluuius qui in multos riuos diuiditur, à suo alueo deficcatur. Et B. Bernard. Animus distinctus per multa multis laceretur curis necesse est. Si dies Pentecostes primum fuerint completi, pariter & in eodem loco erunt omnes discipuli parati ad suscipiendum gratiam Spiritus sancti, quam nobis, &c.

1. Cor. 14.

Mens diuisa non imperat.

Eccles. 11.

Eccles. 2.



SEQVITVR SECVNDVM, & potest esse, Sermo II.

ACTVS est repente de cælo sonus tanquam aduenientis Spiritus vehementis, & repleuit totam domum vbi erant sedentes. Sonus est quicquid sensibile auditur. Huius sunt tria genera, voce vt per

Soni tria genera.

fauces, flatu vt per tubam, pulsu sicut per lyram. Sonus vehemens est contritio cordis, quam tanquam sonum percepit penitens in aure cordis. Vnde Ioan. 3. Spiritus vbi vult spirat. (Quia potestatem habet cuius cor illustret) Et vocem eius audis, sed nescis vnde veniat, aut quo vadat. Vox Spiritus sancti est compunctio loquens in corde peccatoris: quam etsi audis, nescis vnde veniat, id est, quomodo cor illius intrauerit, vel quomodo redierit, quia natura est inuisibilis.

Ioan. 3.

Vox Spiritus sancti compunctio loquens in corde peccatoris.

Nota etiam quod iste sonus fit tribus modis, scil. voce prædicationis, flatu fraternæ compassionis: pulsu paternæ correctionis. Ex his tribus solet oriri sonus compunctionis in corde peccatoris. Bene ergo dicitur. Factus est repente de cælo sonus tanquam aduenientis Spiritus. Vnde habes concordiam. Exod. 19. Iam aduenerat dies tertius, & mane incaluerat. Primus dies est peccati cognitio. Secundus, ipsius abominatio. Tertius, pro ipso cordis contritio, quia adueniente mane gratiæ & incalescente (seu inclarescente) tunc audiri incipiunt tonitrua gemituum, suspiriorum, & accusationum, & micare fulgura confessionum, & nubes densissima, id est, obscuritas penitentia, operire montem, id est, penitentem de valle factis & miseriæ tanquam montem eleuat, clangorque buccinæ, id est, bonæ vitæ, & famæ vehementia perstrepat, vt vbi superabundauit delictum superabundaret & gratia. Et sic timet omnis populus demonum qui sunt in castris: quia semper parati ad impugnandum: sed cum hæc viderint non audent procedere ad bellum. Vnde Iob. 2. Nequomo loquebatur ei verbum. Videbant enim, &c. Cum enim maligni Spiritus vident quod sonus adu-

Sonus fit tribus modis, moraliter.

Exod. 19. Primus dies peccati cognitio, secundus ipsius abominatio, tertius cordis contritio.

Iob. 2.



Vbi Spiritus Dei, ibi nequaquam peruersus spiritus. aduenientis Spiritus vehementis replet domum, id est, penitentis, mentem, in qua sedens, id est, humilians recogitat annos suos in amaritudine anime sue, non audent ultra progredi, nec ei suggestionis verbum loqui. Et nota quod vehemens dicitur, id est, vix aeternum adiucens, & sursum mentem vehens. Vnde dicitur in Introitu Missae, Spiritus Domini replevit orbem terrarum.

Orbis dictus a rotunditate circuli, est terra obliqua, frigida & immunda. Orbis est cor peccatoris, qui in circuitu tanquam in rota ambulat, mundum circuit non in oriente, qui est superbia obliquus, avaritia frigidus, luxuria immundus: sed orbem terrarum Spiritus Domini replet, dum cordi peccatoris gratiam compunctionis infundit, & sic ei vix aeternum adimit. Et hoc quod continet omnia habet scientiam vocis, id est, homo animal rationale quod continet omnia quatuor elementa, ex quibus omnia constant, habet scientiam vocis, quia intelligit quando sibi Spiritus sanctus loquitur. Vnde Bern. Toties spiritus loquitur quoties bona cogitamus. Vnde Propheta Psal. 84. Audiam quid loquatur in me Dominus. Et sic sursum mentem vehit. Vnde Philosophus descriptionem Spiritus dicit: Spiritus est vehiculum virtutum, per quod virtutes exeunt ad suas peragendas operationes.

Sequitur tertium. Apparuerunt illis dispersitae linguae tanquam ignis, sedisque supra singulos eorum. Noerunt linguae, dispersitae, ignis. In linguis confessio, in dispersitis circumstantiarum manifestatio, in igne confessionis & satisfactionis ardor.

Nota quod lingua est instrumentum sensus gustus & ille sensus maxime est in extremitate linguae. Illud autem quod est de illa amplum, est minoris sensus, & lingua sentit, omne quod est commune toti corpori in sensu, scilicet, caliditatem & frigus, duritiem & molliem, & facit hoc per omnes suas partes. Et creatio linguae est ad gustandum humiditates, & ad fermocinandum. Et lingua hominis est absoluta valde mollis & lata, vt vtatur in duabus operationibus, gustu, scilicet, & sermone. Et lingua mollis & lata est conueniens ad bonitatem sermonis, quoniam extenditur & contrahitur, & gyratur circumquaque in ore modis diuersis.

In lingua (vt dictum est) designatur confessio, in qua debet reuelari omne quod est commune toti corpori, id est, quod communiter committitur in toto corpore, scilicet.

In caliditate ignis superbiae. In frigore malitiae & pigritiae. In duritiae avaritiae. In mollietate lasciuiae & luxuriae.

Et sicut creatio linguae est ad gustandum, & fermocinandum, sic duplex est linguae confessio scilicet laudis & criminis. In confessione laudis vt pote in officiis & psalmodiis, quae si deuote agimus, gratiam compunctionis, & dulcedinem contemplationis degustamus. Vnde Greg. Vox (inquit) psalmodiae cum per intentionem cordis agitur, hac omnipotenti Deo ad cor iter paratur intentae menti vel Prophetiae mysteria, vel compunctionis gratiam infundit. Vnde scriptum est Psal. 49. Sacrificium laudis honorificabit me.

Dum enim per psalmodiam compunctio effunditur, via nobis in corde fit, per quam ad Iesum in sine peruenitur. In confessione criminis debemus fermocinari, id est, absolute, nude & aper-

re peccata confiteri. Et hoc docet ipsa natura fieri, quia lingua hominis est absoluta mollis & lata. sic criminis confessio debet esse absoluta, in omni circumstantiarum manifestatione, mollis in lacrymarum effusione, lata in totius illatae iniuriae remissione, & totius male ablati restitutione & summi propositi non relabendi stabilitate. Talis linguae confessio facit animam extendi vsque ad caelum, immo ad Deum per contemplationem, contrahi ad seipsum per humilitatem, circumquaque gyrari ad proximum per compassionem. Sed dicitur dispersitae linguae, quia peccator debet habere cor dispersitum, vt multipliciter pro multis commisis delectat.

Nota quod sicut ignis frigida calescit, dura mollificat, mollia indurat, alta humiliat & incuruat, quem si quis seruare voluerit, sub cinere referuat, sic & confessionis, & satisfactionis lingua ardet, frigidus igne amoris calescit, dura corda mollificat compunctione, mollia, id est, lasciuia indurat sancti propositi firmitate, alta, id est, superba humiliat & incinerat propriae fragilitatis & iniquitatis recordatione. Sub tali cinere talis ignis continere potest reuelari.

Sequitur quartum. Et repleti sunt omnes Spiritu sancto, & ceperunt loqui variis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis. De quo Spiritu dicitur, Ioan. 14. Paraclitus autem Spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia. Pater mittit paraclitum in nomine filij, id est, in gloriam filij, & ad gloriam filij manifestandam. Ille quidem vos docebit vt sciatis, suggeret, id est, ministrabit vt velitis. Gratia enim Spiritus sancti dat scire & velle. Vnde cantatur Psal. 103. Emitte spiritum tuum & creabuntur, tua scientia, & renouabis faciem terra, bona voluntate. De his duobus Thren. 1. De excelso misit ignem in ossibus meis & erudiuit me. Pater de excelso, id est, filio, misit hodierna die ignem, id est, Spiritum sanctum in ossibus meis, id est, Apostolis, dicit Ecclesia, & per ipsos erudiuit me, vt sciam & velim.

Dicatur ergo, Repleti sunt omnes Spiritu sancto, de qua Genes. 8. Adduxit Dominus Spiritum super terram, & imminuta sunt aquae, & clausi sunt fontes abyssi, & cataraetae caeli, & prohibita sunt pluuia de caelo. In aquis, diuitiae, in fontibus abyssi, cogitationes animi, in cataraetis caeli, oculi, in pluuuis, verborum abundantia designatur. Cum ergo Dominus adduxit Spiritum sanctum super terram, id est, peccatoris mentem, tunc aquae diuitiarum diminuuntur, quia pauperibus erogantur. De quibus dicitur Genes. 1. Congregationes aquarum appellauit maria. Diuitiarum congregatio nihil aliud est quam tribulationis & doloris amaritudo. Vnde Abac. 2. Vae qui multiplicat non sua, vsquequo aggrauas contra se densum lutum?

Lutum in domo congregatum foetorem exhalat, dispersum terram foecundat. Sic diuitiae cum congregantur, & maxime de non suo, sed de alieno, peccati & mortis foetorem generant. Si vero pauperibus dispergantur & propriis Dominis restituantur, terram mentis foecundant, & fructificare faciunt.

Abyssus est cor, iuxta illud Ierem. 17. Paruum est cor hominis & inscrutabile, &c. Fontes huius abyssi, sunt cogitationes, quae tunc clauduntur cum gratia Spiritus sancti infunditur.

Super

Confessio absoluta mollis & lata quid.

Confessione anima vsque ad caelum extenditur.

Qui confisso operatur.

Ioan. 14.

Gratia Spiritus sancti dat scire & intelligere. Psal. 103. Thren. 1.

Genes. 8.

Diuitiae in aquis cogitationes in fontibus abyssi denotantur.

Genes. 1. Diuitiarum congregatio amaritudo tribulationis. Abac. 2. Diuitiae cum congregantur foetorem generant.

Ierem. 17.

Super hoc 2. Paral. 31. quod Ezechias congregauit plurimam multitudinem, & obturauerunt fontes & riuum, qui fluebat in medio terra, dicentes ne forte veniant reges Assyriorum, & inueniant aquarum abundantiam. Ezechias est vir iustus, qui debet congregare plurimam multitudinem multarum cogitationum bonarum, & obturare fontes iniquarum & peruersarum, & riuum concupiscentiarum, ne daemones aquarum abundantiam inueniant, & per ipsam destruant ciuitatem animae.

Cataractae caeli sunt fenestrae. Fenestrae autem dictae eo quod lucem ferant, vel quia per eas foras videmus. Phos enim Graece, lux dicitur Latine.

In capite quasi in firmamento posita sunt duo luminaria, id est, duo oculi, tanquam duae fenestrae per quas videmus, qui clauduntur a mundi vanitate, cum menti infunditur lumen gratiae.

Pluuiae dictae quasi fluuiae, sunt verba, quae sine obice vel obstaculo largiter vndique fluunt. Vnde Prou. 17. Qui dimittit aquam, caput est iurgiorum. Et ideo consulitur Eccles. 25. Non des aqua tua exitum nec modicum. Haec pluuiae prohibentur cum sancti Spiritus gratiam sui creatoris laude, & in sui criminis confessione lingua formatur. Bene ergo dicitur. Et repleti sunt omnes Spiritu sancto, & ceperunt loqui, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis.

Qui sancto Spiritu replentur, variis linguis loquuntur. Variarum linguarum sunt varia de Christo testimonia, vt pote humilitas, paupertas, patientia, & obedientia, quibus tunc loquimur cum eas in nobis ipsi aliis ostendimus. Viua est loquela cum loquuntur opera, cessent obsecro verba, loquantur opera, verbis sumus pleni, sed operibus vacui. Et ideo a Domino maledicti, quia ipse maledixit ficulneae, in qua non inuenit fructum, sed folia tantum. Rogemus igitur, &c.

Quoniam sunt variae linguae Spiritus sancti.

Oculi vanitatis clauduntur.

Prou. 17. Eccles. 25.

Quoniam sunt variae linguae Spiritus sancti.

Qui sancto Spiritu replentur, variis linguis loquuntur.

Quoniam sunt variae linguae Spiritus sancti.



DOMINICA I. POST FESTVM TRINITATIS.



OMO quidam erat diues qui induebatur purpura & bysso, &c. Lucae decimosexto. In hoc Euangelio quatuor notabuntur.

Primum est, Diuitis & mendici inaequalis conditio quantum ad temporalia, ibi: Homo quidam erat diues, &c.

Secundum est, vtriusque defunctio, & exitus a miseria. Et factum est vt moretetur mendicus.

Tertium est, vtriusque diuersa stipendia, quia vnus in poena, alter, scilicet, pauper in gloria, Eleuans oculos, &c.

Quartum est, diuitis pro quinque fratribus petitio superflua, quia non exauditur, ibi: Rogo te pater, habeo quinque fratres, &c.

Quo ad primum nota iste diues quasi ignotus apud Deum nomine non designatur. Dignum vtique est vt nomen eius non scriberetur in hoc Euangelio, quod nunquam erat scribendum in vitae aeternae libro. Ideo ad eius exprobrationem dicitur, Homo quidam. De eo enim quem reprobamus vel nescimus. solemus dicere Homo quidam. Iste homo quidam, omnis hominis mundani, carnalis, & venundati sub peccato personam gerit, de quo Psal. 51. Ecce homo qui posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & praeualuit in vanitate sua.

Nota ista, non posuit, sperauit, & praeualuit. His tribus illa tria Euangelij verba respondent. Homo quidam erat diues, & ideo non posuit Deum adiutorem suum, & induebatur purpura & bysso quia sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & epulabatur quotidie splendide, & ideo praeualuit in vanitate sua. Super hoc concordia, 1. Reg. 25. Erat vir quispiam in solitudine. Maon & possessio eius in Carmelo, & homo ille magnus nimis, & ecce erat ei conuiuium in domo eius quasi conuiuium regis, & cor eius iocundum. Erat enim ebrius nimis, nomen autem illi erat Nabal. Nabal stultus, Maon habitatio, Carmelus mollis interpretatur. Huius auctoritatis tria verba tribus Euangelij verbis respondent. In Euangelio dicitur, Homo quidam. Et hic, Erat vir quispiam. Induebatur purpura & bysso. Hic, Et homo ille magnus nimis. Et epulabatur quotidie splendide. Hic, Et erat ei conuiuium.

Diues huius mundi est stultus, quia non sapit ea quae Dei sunt. Hic in solitudine Maon, id est, habitatio, de qua Psal. 68. Fiat habitatio eorum deserta. Et possessio eius in Carmelo, id est, mollietate. Vnde Amos 6. Vae vobis qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris. Homo ille magnus nimis. Psal. 36. Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut Cedros Libani. Iob 5. Vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim. Sequitur. Et erat ei conuiuium in domo quasi conuiuium regis. Vnde Amos 8. Vae vobis qui opulenti estis in Sion: qui comeditis de grege agnorum, &c. bibentes in phialis vinum. Et Isaiae 5. Vae qui confurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum vsque ad vesperam, vt vino estuatis. Cithara, & lyra & tympanum, & tibia, & vinum in conuiuiis vestris, & opus Domini non respicitis, nec opera manuum eius consideratis.

In his quinque instrumentis, quinque sensuum delectatio significatur. Cithara quae choristas in se, mortui animalis habet extensas, est visus, qui in re quam ardentem aspicit quasi se extendit.

Lyra dicta a varietate vocis, eo quod diuersos sonos efficiat, est auditus, qui varietate vocum delectatur.

Tympanum eo quod manibus tenetur, & percussam resonat, est tactus.

Tibia est olfactus narium, per quas tanquam per tibiam statim emitrimus.

Vinum ad gustum refertur.

Peccatoris nomen ignotatur.

Diues in Deo spem non ponit.

1. Reg. 25.

Nabal stultus Maon habitatio Carmelus mollis interpretatur.

Diues huius mundi stultus.

Psal. 36.

Amos 6.

Psal. 36.

Iob. 5.

Amos 8.

Isay. 5.

Quinque instrumentis, quinque sensus denotati.



Itis quinque sensibus dediti, opus Domini quod operatus est in medio terrarum, scilicet, passionem, & mortem ipsius non respiciunt, nec opera manuum eius considerant, id est, pauperes eius, quos ipse tanquam figulus lutum in rota praeedicationis, suis manibus formauit, & in camino paupertatis excoxit, nolunt respicere. Homo ergo quidam erat diues.

In purpura secularis dignitas, in bysso vestitio preciositas, in epulis gula voluptas.

Iob. 24.

Sequitur. Induebatur purpura, in qua saecularis dignitas notatur, in bysso, vestitio preciositas, in epulis gula voluptas. Concha dicta, quia deficiente luna cauantur, pauperes significant, qui luna, id est, mundi prosperitate deficiente, bonis suis euacuuntur. Istos homo quidam diues saecularis potestatis ferro potestatis circuncidit, & sanguinem pecuniae extrahit, & inde sibi dignitatis purpuram facit. Vnde de talibus Iob 24. Agrum non suum demetunt: & vineam eius quem ut oppreserunt vindemiant. Nudos dimittunt homines, indumentatollentes, quibus non est operimentum in frigore. Tali purpura illa mulier, de qua fit mentio. Apocal. 17. erat circumdata. Homo quidam & mulier illa meretrix idem significant. Homo est quia humum sapit, meretrix, quia diabolo se exponit. Bysseus est pannus lini candidi & mollissimi in quo vestitum mollietas designatur. Et qui mollibus vestiuntur in domibus regum, id est, demonum sunt. Math. 11. In vestitum (inquit Eccl. 11.) ne gloriaris unquam Et 1. Petr. 3. Non sit extrinsecus capillatura aut circumdatio auri, &c.

Apocal. 17. Homo humanum sapientem

Math. 11. Eccles. 11. 1. Petr. 3.

1. Reg. 2.

Et epulabatur quotidie splendide. Super hoc concordat illud. 1. Reg. 2. Veniebat puer sacerdotis habens fuscinulam tridentem & tollebat carnes crudas. Sacerdos est venter, puer, gula appetitus, de quo Prou. 29. Puer qui derelinquitur voluntati suae confundit matrem suam. Si enim gula appetitus non refrenatur, sed relinquitur voluntati propriae, matrem, id est, carnem suam confundit, quae propter cibi immoderantiam aliquando aegritudinem incurrit, & quandoque ad laqueum perducit.

Prou. 29. Gula damnata

Triplex rapina gulae

Iste puer habet fuscinulam tridentem, id est, trium dentium, in qua notatur triplex rapina gulae. Aut enim aliena deuorando comedit, aut sua prodige viuendo consumit, aut in cibis excessiuis tempus & modum non custodit. His tribus dentibus omne quod fuscinula leuat, puer. Sacerdos, venter sibi vendicat, qui non carnem coctam, sed crudam vt lupus sibi dari desiderat, vt eam accuratius praeparat.

In saecula ad votum temporalia succedunt.

Mendici beatitudo.

Sequitur. Et erat mendicus nomine Lazarus, &c. Oppone singula singulis: Oppone aurum plumbo, vt plumbi vilitas ex auri splendore habeatur. Ille quidam homo, iste nomine Lazarus, ille diues: iste mendicus, ille induebatur purpura & bysso, iste vlcerebus plenus, ille epulabatur quotidie splendide, iste cupiebat saturari de micis quae cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat, sed & canes veniebant & lingebant vlcera eius. Hos nec ipse poterat reijcere a se, nec visitator erat qui remoueret. O diuina dispensatio. O mendici beatitudo. O infelicis diuitis damnatio. Aug. Non est euidentius signum aeternae damnationis, quam cum temporalia ad votum succedant. Sanctis autem Dominus subtrahit temporalia, ne amittant aeterna, Greg. Pueris subtrahimus nutrimos, quibus tamen hereditatem seruamus.

Et erat mendicus nomine Lazarus. Pauper humilis per approbationem ex nomine scitur. Iste Lazarus, qui interpretatur adiutus, pauperum omnium Christi personam gerit, quos ipse minores in necessitatibus adiuuat & subleuat. Vnde ista duo Lazarus & mendicus congrue coniunguntur. Mendicus, quia minus habet vnde vitam degat, siue manu dicens, quia mos erat apud antiquos egentium, os claudere, & manum extendere, quali manu dicere. Ille pauper a Domino est adiutus qua verbis impatientiae os claudit, & manum deuotae mentis extendit.

Sequitur. Iacebat ad ianuam diuitis. Ecce arca Domini iacet ante Dagon. Attende paulisper & audies versa vice Dagon eiectionem, & arcae erectionem. Pauper ianuam diuitis non intrauit, nec diues ipsi foris beneficii refectiois impendit. Non fuit talis Iob qui 31. cap. dicit Foris non mansit peregrinus, & ostium meum viatori parauit. Et illud ibid. Si negaui quod volebat pauperibus, & oculos viduae expectare feci. Vlcerebus plenus, vlcus est quae nascitur in cute putredo. Ipse vlcerebus plenus erat, qui paulo post per manus Angelorum in sinum Abrahae erat deportandus Cupiebat saturari de micis quae ca. de men. di. & ne. il. da. Mica dicta eo quod, vt quid minimum minutim cadit de pane. verus pauper minimo est contentus, sed qui micam panis noluit dare, aquae guttam petijt, sed non meruit accipere. Sed & ca. vt. & li. vl. eius, ibi Gloss. Si qua reprehensibilia videmus in pauperibus, non debemus respicere, quia forsasse quos morum infirmitas vulnerat, hos medicina paupertatis curat. In vna re duo iudicia Dei expleantur, & ex visione paupertatis diuiti non miseri cumulus donationis infertur, & rursu ex visione diuitis quotidie tentatur pauper & probatur. Ad maiore ipsius probationem paupertas simul, & aegritudo & visa diuitis copia, & nulla sibi adhibita consolatione, afficitur. Vnde iste ab omni humano auxilio destitutus & desolatus de Dei misericordia confusus dicit in Introitu Missae ex Psal. 12. Domine in tua misericordia speraui, exultabit cor meum in salutari tuo, & cantabo Domine, &c. Triplex dicit. Speraui, exultabit cor meum, & cantabo Domino. Verus pauper sperat in Dei misericordia, & exultat cor eius in mundi miseria, & sic cantabit Domino in vitae aeternae gloria. Moraliter.

Homo est corpus, Lazarus anima, quia homo ab humo, est corpus creatum ab humo, de quo Ie. 17. Maledictus homo qui confidit in homine. id est, in corpore proprio. Corpus nostru est maledictu Ge. 3. Maledicta terra. id est, corpus, in opere tuo. id est, propter opus tuum, id est, propter peccatum inobedientiae, & quali maledictione maledictum? Spinas & tribulos germinabit tibi. In spinis fames, sitis & moriendi necessitas, in tribulis carnis tentatio animam tribulans defignatur. Iste miser homo in egressu ab vtero matris suae non purpura & bysso, sed viscosa & horribili pellicula exiuit indutus, & in fine vitae suae ingreditur terram nudus & vacuus, Sequitur.

Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, id est, anima misera, pauper & mendica, quae iacet ad ianuam diuitis vlcerebus plena. Ianuam diuitis sunt quinque sensus corporis, in quibus anima mendica iacet vlcerebus peccatoru plena. Vnde Io. 5. Erat Hierosolymis probatica piscina quinq; porticus habes, &c. Piscina dicta eo quod sit piscibus plena, est corpus plenus piscibus, id est, variis,

Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, id est, anima misera, pauper & mendica, quae iacet ad ianuam diuitis vlcerebus plena. Ianuam diuitis sunt quinque sensus corporis, in quibus anima mendica iacet vlcerebus peccatoru plena. Vnde Io. 5. Erat Hierosolymis probatica piscina quinq; porticus habes, &c. Piscina dicta eo quod sit piscibus plena, est corpus plenus piscibus, id est, variis,

Nomen iacti non ignoratur.

Sanctis subtrahuntur temporalia ne amittant aeterna.

Iob. 35.

Quae attendenda in paupere.

Tentatus pauper ex alienis diuitiis.

Psal. 12. Spes veri pauperis.

Ierem. 17.

Genes. 3:

Homo nudus in ingressu huius vitae.

Ioan. 5.

Homo piscina cur. & curiosis cogitationibus, haec piscina habet quinque porticus, id est, quinque sensus. Porticus dicta est eo quod sit aperta. Quinque enim sensus corporis sunt aperti vitis. Vnde Ierem. 9. Ascendit mors per fenestras, scilicet mentis. Et Naum 3. Inimicis tuis ad apertionem pandentur porta terra tua, & velles tui igne deuorabuntur. Cum ignis carnalis concupiscentiae deuorat velles, id est, gratuita & naturalia dona, quibus anima munita ab inimicis custoditur, tunc portae terrae, id est, quinque sensus corporis nostri, inimicis nostris, id est, vitis & daemionibus aperiuntur.

Ierem. 9.

Naum 3.

Quando nam portae inimicis nostris aperiuntur.

Ille languidus qui virtutibus destituitur.

Diuitis mensa quatuor pedes, & quinam.

1. Cor. 10. Mensa Domini paupertas. Psal. 68.

Prosperitas fit saecularibus in scandalum.

Thren. 1.

Psal. 67.

Lingua Prædicatoris medicinalis.

In hac quinque sensuum porticu anima iacet languida, clauda, caeca, arida. Languida, quia virtutum viribus destituta, caeca quia lumen rationis priuata, clauda utroque pede, scilicet, affectu bonae voluntatis, & effectu boni operis, arida humore compunctionis. Haec sunt vlcera quibus ad ianuam diuitis plena iacet; cupiens saturari de micis quae cadunt de mensa diuitis. Mensa huius diuitis prosperitatem significat, cuius quatuor sunt pedes, diuitia, honores, voluptates, & sanitas corporis. De hac 1. Cor. 10. Non potestis mensa Domini participes esse & mensa daemionum. Mensa Domini fuit paupertas, cui ipse cum Apostolis suis participauit. Mensa daemionum, est prosperitas saecularium, de qua Psal. 68. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum; in retributionem, & in scandalum. Prosperitas fit saecularibus, & carnalibus in laqueum peccati, in retributionem Dei, qui retribuunt eis mala in inferno pro bonis saeculi, & in scandalum proximi.

Micæ de hac mensa cadentes sunt immunda cogitationes, variae sollicitudines, diuinae & diuersae occupationes de animae vlcere tanquam vermes scaturientes. His infelix anima cupit saturari, sed non potest. Vnde Thren. 1. Dederunt preciosa quaque pro cibo ad refocillandam animam. Pretiosa quaeque sunt virtutes, quas carnales vendunt pro cibo, id est, carnis delectatione, quae non satiat, sed aliquantulum videtur animam refocillare.

Huius Lazaro vnum remanet solatium, lingua, scilicet, canum. Vnde dicitur, Sed & canes veniebant, &c. Canes & canore larratus sic dicti, & praedicatores significant. De quibus Psal. 67. Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso, id est, a Domino, qui fuerunt inimici tui, facti sunt amici tui, Sicut contingit quandoque de Paulo.

Et nota quod sicut lingua canis est medicinalis, sic lingua praedicatoris, qui est medicus animarum. Hi lingebant vlcera eius. Notentur in hoc duo, auditas & lenitas. Vnde dicitur lingo id est, leniter ago. Praedicator enim debet cum auditate lingua praedicationis vlcera peccatorum curare, & cum lenitate lingere, vt mel & lac sit sub lingua eius, id est, dulcis & lenis doctrina. Vnde Apostolus. Si quis praecipuus fuerit in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, instruite cum spiritu lenitatis. Rogemus, &c.

Et nota quod sicut lingua canis est medicinalis, sic lingua praedicatoris, qui est medicus animarum. Hi lingebant vlcera eius. Notentur in hoc duo, auditas & lenitas. Vnde dicitur lingo id est, leniter ago. Praedicator enim debet cum auditate lingua praedicationis vlcera peccatorum curare, & cum lenitate lingere, vt mel & lac sit sub lingua eius, id est, dulcis & lenis doctrina. Vnde Apostolus. Si quis praecipuus fuerit in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, instruite cum spiritu lenitatis. Rogemus, &c.

Et nota quod sicut lingua canis est medicinalis, sic lingua praedicatoris, qui est medicus animarum. Hi lingebant vlcera eius. Notentur in hoc duo, auditas & lenitas. Vnde dicitur lingo id est, leniter ago. Praedicator enim debet cum auditate lingua praedicationis vlcera peccatorum curare, & cum lenitate lingere, vt mel & lac sit sub lingua eius, id est, dulcis & lenis doctrina. Vnde Apostolus. Si quis praecipuus fuerit in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, instruite cum spiritu lenitatis. Rogemus, &c.



SEQVITVR SECVNDVM, & potest esse, Sermo II.

ACTVM est autem vt moretetur mendicus, &c. Si vis, super hoc concordat illud, 1. Reg. 1. Helcana erant duae uxores. Fenenna & Anna. Fenenna fuerunt filij. Anna autem non liberi, &c. Fenenna

quod interpretatur conuersio diuitem significat. cuius conuersio est, non ad Deum, non ad caelum, sed ad mundum & infernum. Anna quae interpretatur gratia, mendicum Lazarum significat, qui praeventus Dei gratia meruit transire in gloriam. Cui gratiam & gloriam dedit Dominus. Fenennae fuerunt filij. Filius dicitur a philos, quod est amor.

Diues tot filios habuit, quot ex carnis amore & mundi vanitate opera generauit. Vnde Iud. 8. dicitur, quod Hierobaal filius Ioas habuit 70. filios, eo quod plures uxores habuit. Nota quod Fenenna septem filios habuit, & Hierobaal 70. qui numerus idem significat. Hierobaal interpretatur superior. Ioas temporalis interpretatur. Diues in hoc mundo fuit superior Lazarus, filius temporalis successus, qui ex superbia gula, auaritia, & vana gloria, quasi ex vxoribus vniuersitatem vitiorum generauit. Annae vero non erant liberi, quia sterilis. Quia Lazaro viro iusto non sunt malorum operum filij, ideo est sterilis, id est, sine illo fructu, de quo dicitur Psal. 4. A fructu frumenti vini & olei sui, multiplicati sunt, &c.

In frumento significatur diuitiarum opulentia, in vino, carnis luxuria, in oleo, gulae lasciuia. Ille sic multiplicatus in inferno est sepultus. Ego vero (inquit Lazarus pauper) in pace in idipsum dormiam & requiescam, scilicet, in sinu Abrahae. Nota quod quatuor mala Fenenna faciebat Annae, affligebat, arguebat, exprobrabat, & prouocabat eam. Sic diues iste affligebat Lazarum, quia beneficium, quod ei dare debebat, subtrahebat. Vnde Isa. 3. loquens iis qui res pauperum non dant pauperibus. Rapina pauperis in domo vestra, &c. Arguebat, arguebat est commouere vel ostendere. Nullo modo plumbum ita conuincitur vel ostenditur esse vile sicut ex opposito auri, sic paupertas ex opposito diuitiarum. Diuitis ergo abundantia arguebat mendici inopiam, & exprobrabat cum ante eum praeforibus. iacentem purpuratus incedebat, & sic ipsum ad maiorem Dei amorem prouocabat. Vnde sequitur. Porro Anna flebat & non capiebat cibum. Lazarus flebat pro huius exilij miseria & pro dilatione gloriae, & non capiebat cibum, quia cupiebat saturari de micis quae cadebant de mensa diuitis. Dicit Ieremias 12. capite.

Diuitis auaritia sepultura infernus.

Fenenna quae mala inferebat Annae.

Opposita iuxta se posita magis elucescunt. Paupertas diuitis abundantiam arguit.

Via impiorum prosperatur, &c. Sed factum est, vt mendicus portaretur ab Angelis in sinum Abrahae, diues autem in inferno sepultus est. Ecce arcus fortium superatus est, & infirmi accin- Et sunt robore, primi Regum 2. Super hoc concordat illud. 1. Reg. 5. dicitur quod Dagon iacebat

1. Reg. 2. 1. Reg. 5.

Arca Domini iacebat in terra coram Arca Domini, caput au-  
tem eius & duæ palmae abscissæ erant super limen,  
Lazarus. solus truncus remanserat in loco suo. Arca Do-  
minus est mendicus Lazarus, in quo sicut in ar-  
ca fuerunt tria, manna, tabulæ, & virga, manna  
Dages in- patientiæ, tabulæ dilectionis geminæ, virga di-  
terpretatur disciplinæ. Hæc arca requieuit in sinu Abrahæ;  
piscis iusti- coram quo Dagon prostratus iacuit. Dagon,  
tæ. quod interpretatur piscis tristitiæ, est diues, qui  
fuit piscis perambulans semitas maris in hoc  
mundo, tristitiæ in inferno. Cuius caput & duæ  
palmae manuum abscissæ erant super limen. In  
capite temporalis excellentia. In duabus palmis  
manuum potentia & abundantia. In superlimi-  
ne ingressus vitæ & egressus mortis designatur,  
& sic ipse tanquam truncus, solus, nudus & va-  
cuus sepultus in loco suo, id est, in inferno. Be-  
ne ergo dicitur, cecidit Dagon, & mortuus est  
diues, caput honoris eius & excellentiæ, & duæ  
palmae potentia & abundantia abscissæ ab eo  
remanerunt in superlimine, id est, egressu vi-  
tæ, & sic ipsam tanquam truncus. Bene ergo di-  
citur, mortuus & sepultus in inferno. Ecce quan-  
ta Dei iustitia. Ideo Prouerb. 14. *Iacebunt mali  
ante bonos, & iniqui ante portas iustorum.* De se-  
pultura Jerem. 22. *Hæc dicit Dominus ad filium  
Iosæ, scilicet, Ioachim regem Iuda. Non plangent  
eum.* Sequitur.

Misera fors diuitis.

Prou. 14.

Jerem. 22.

Diuitis sepultura.

Eccles. 9.

Qui oculos figit in terram frustra eos in cælum erigit.

Isa. 5.

Affliguntur mali ex gaudio bonorum.

Sap. 5.

Luxurioso delictis carere poena est.

conuiuantes loquacitati studuit. Torquebatur  
ante iudicium, quia luxurioso delictis carere  
pœna est. Nota quod non solum lingua peccauit  
vitio gulae, sed etiam in conuiuio loquacitatem.  
Ideo Prou. 23. *Noli esse in conuiuio potatorum, &c.*  
Sequitur. *Dixit illi Abraham. Fili recordare,  
&c.* Nota quod diues iste aliquid boni habuit,  
id est, aliqua de genere bonorum fecit: licet  
non in charitate, quæ diuina misericordia ei  
per abundantiam in temporalibus recompen-  
sauerat. Bt Lazarus similiter mala pro malis, quæ  
fecit venialiter peccando, malum aduersitatis  
sustinuit in recompensationem.

Sequitur. *Inter nos & vos chaos magnum fir-  
matum est, &c.* Sicut reprobi à pœnis ad glo-  
riam sanctorum transire volunt, sed non pos-  
sunt, ita iusti per misericordiam mente ire vo-  
lunt ad positos in tormentis, vt eos liberent,  
sed non possunt, quia iustorum animæ etsi in  
naturæ suæ bonitate misericordiam habent, iam  
tamen auctoris sui iustitiæ coniuncti tanta re-  
ctitudine constringuntur, vt nulla ad reprobos  
compassione moueantur.

Inter pauperem & diuitem chaos magnum  
firmatum est, vt qui volunt, &c. quia post mor-  
tem nequeunt mutari merita. Super hoc con-  
cordat illud, 1. Reg. 26. *Tulit hastam Dauid &  
scyphum aquæ, quæ erant ad caput Saül, &c.* Vt-  
que, *Vbi est scyphus, qui erat ad caput eius? Da-  
uid significat Lazarum, qui in tanta aduersitatis  
angustia fortis fuit; Saül diuitem, qui bonis  
sibi à Deo commissis abusus fuit. Dauid Saüli  
abstulit hastam, id est, potentias diuitiarum, &  
scyphum aquæ, id est, voluptates gulae, & Laza-  
rus transtulit de angustia ad quietem, & sedet  
in vertice. Vnde dicitur. Cumque transisset Da-  
uid ex aduerso & sederet in vertice montis de  
longe, id est, requieuit in sinu Abrahæ, qui erat  
longe à pœnis diuitis. Vnde *eleuans oculos, &c.*  
Et esset grande interuallum inter eos. Vnde in-  
ter nos & vos chaos magnum, &c. Et clamauit  
Dauid ad Abner: vide vbi sit hasta regis, & scy-  
phus aquæ? O inquam diues! vbi est nunc hasta  
diuitiarum, qua solebas percutere pauperes?  
vbi scyphus aquæ, id est, voluptas gulae? Modo in-  
tingat linguam tuam, quæ in flamma cruciatur.  
Bene ergo dicitur hic consolatur, tu vero cru-  
ciaris.*

Sequitur quartum. *Rogo te Pater, vt mittas  
eum in domum, &c.* Seruus est iste diues, magister  
incipit esse cum iam non discendi tempus habet,  
nec docendi. Postquam ardentis diuiti de se spes  
tollitur, ad propinquos recurrit dicēs: Rogo, &c.

Nota ista tria. Domum, patris mei, & quinque  
fratres. Pater diuitis fuit diabolus, scilicet, imita-  
tione, cuius domus est mundus, id est, munda-  
ni, in quo sunt quinque fratres illi qui sunt de-  
diti quinque sensibus corporis. Diues quia pro-  
pter quinque sensus corporis quos tanquam fra-  
tres charos habuit damnatum se videri: ideo his  
quinque sensibus deditis quadam misericordia,  
qui sibi immisericors fuit, prouidere studet.

Nota quod quinque sensus corporis carnales  
diligunt sicut fratres, iusti vero habent eos sicut  
seruos. Vnde 1. Reg. 25. *Festinauit & surrexit  
Abigail, & ascendit super asinum, & quinque  
puella pedisequa eius, & secuta est nuncios Da-  
uid, & facta est illi uxor.* Abigail interpretatur  
patris mei exultatio, & significat animam pœ-  
nitentem, super qua gaudium est in cælis. Hæc  
super

Prou. 23.  
Bona pure,  
moralia et-  
iam hic  
pœnia non  
carant.

Magna iu-  
storum com-  
passio.

Inter paupe-  
rem & diui-  
tem ma-  
gnum chaos.  
Reg. 26.

Vere pauper  
in miseris  
fortis.

Pauper de  
angustia ad  
requiem  
transit, non  
sic diues.

Diuitis pa-  
ter diabolus.

Mundani  
sensus tan-  
quam fra-  
tres dili-  
gant.

1. Reg. 25.  
Abigail ani-  
am pœni-  
tens.  
Carnem re-  
primis.

Sensus illius pedisequæ.

super asinum ascendit, id est, carnem reprimit,  
& vadunt cum ea quinque pedisequæ eius, id  
est, quinque sensus, scilicet, visus intelligentiæ, au-  
ditus obedientiæ, gustus approbationis, odora-  
tus inuestigationis, tactus operationis. Et sic se-  
quitur nuncios Dauid, id est, pauperatatem, hu-  
militatem, passionem Christi, qui annunciant  
de eo qualis in hoc mundo fuerit, & ita fit ei  
vxor annulo fidei formata subarrata.

Sequitur. *Et ait illi Abraham. Habent Moy-  
sen & prophetas, &c. neque si quis ex mortuis re-  
surret, credent.* Hinc conuincitur quod diues  
fuerit Iudæus, eo quod fratres eius Moyfi &  
prophetis fuerunt subiecti. Pro quo forsitan  
Abraham vocauit eum filium, & ipse cum pa-  
tre. Super hoc 1. Reg. 18. *Dixit Saül ad mu-  
lierem Phytionissam, diuina mihi in Phytone, &  
suscita quem dixero. Dixit mulier, quem suscita-  
bo? Qui ait. Samuëlem, &c.* Nota historiam.

1. Reg. 18.

Quomodo  
Samuël ap-  
paruit Saüli.

De hac suscitatione habetur in historiis. Di-  
citur à quibusdam quod spiritus malignus appar-  
uit in specie Samuëlis, vel phantasticè imago  
eius. Credunt quidam quod (permittente  
Deo) anima ipsius tantum consimili corpore  
induta apparuit illi. Alit, quod tantum corpus  
suscitatum est spiritu viuifico, id est, vegetati-  
uo, quem habemus communem cum brutis, a-  
nima in loco suo quiescente. Nos vero qui sen-  
sus corporis habemus tanquam seruos, Moysem  
& prophetas audiamus, Christo à mortuis re-  
surgenti ad dextram patris sedenti credamus,  
credentes diligamus. Rogemus, &c.



DOMINICA II. POST TRINITATEM.

Luc. 14.



OMO quidam fecit cenam ma-  
gnam, &c. Luc. 14. Vbi tria tan-  
genda. Primum est cenæ magnæ  
preparatio, & vocatio, in princi-  
pio. Secundum, inuitatorum excusatio. Ter-  
tium, pauperum & debiliu introductio.

Duplex cœ-  
næ peniten-  
tiæ & glo-  
riæ.

1. Reg. 1.

Sine prima  
ad secundam  
non peruen-  
itur.

Reuocatos  
à mundano-  
rum amore  
Deus.

Qui cibi pro  
prima cœna  
disponendi.

Nota quod duplex est cœna, pœnitentiæ, scilicet  
& gloriæ, & sine prima non venit ad se-  
cundam. Ideo primam præparemus, & cibaria  
quæ necessaria sunt, videamus. Super hoc con-  
cordat illud 1. Reg. 1. *Anna lactauit filium suum  
donec amoueret eum à lacte, & adduxit eum se-  
cum postquam ablactauerat in tribus vitulis & in  
tribus modys farinae, & amphora vini.* Anna in-  
terpretatur gratia mea, & gratiam Spiritus san-  
cti significat, quæ duobus vberibus, gratia scilicet  
præueniente & subleuante pœnitentem  
lactat, donec à lacte concupiscentiæ carnalis &  
mundanæ vanitatis omnino amoueat.

Nota quod sicut mater quæ filium suum vult  
amouere à lacte, mamillam inungit succo ama-  
ro, vt dum infans quærit dulcedinem, inueniat  
amaritudinem, per quam à dulcedine separ-  
tur. Sic Spiritus sanctus gratia temporalium  
mamillam amaro tribulationis succo perungit,  
vt homo dulcedinem istam amaritudine resper-  
sam abhorreat, & veram dulcedinem quærat.  
Vnde subditur. Et adduxit eum secum postquam  
ablactauerat, in tribus vitulis.

Ecce quæ cibaria isti cœnæ sunt præparanda.

Gratia adducit pœnitentem cum tribus vitu-  
lis, in quibus triplex notatur oblatio, scilicet  
vitulus cordis contriti contribulati. Psal. 50. *Imponet  
super altare tuum, scilicet, huius cordis  
contritionem, pœnitentes imponent vitulos,  
id est, sacrificabunt lasciuias, & immundas cog-  
itationes. Vitulus est index confessionis. Vnde  
in fine Osee vlt. Tollite vobiscum vitulos (quod  
fit cum quod audiimus, adimplere satagimus)  
& sic conuertimini ad Dominum. Et dicite ei.  
Omnem aufer iniquitatem quam commisimus, &  
accipe bonum quod dedisti. Non nobis Domine,  
non nobis, sed nomini tuo da gloriam.*

Psal. 50.  
Triplex o-  
blatio vituli  
contriti.

Osee vlt.

Vitulus à  
viriditate  
dictus, quid  
moraliter.

Et vitulos labiorum, id est, confessionem cri-  
minis, & laudis reddam tibi. Vitulus & vitula  
à viriditate dicti, carnem nostram significant,  
quæ viridi ætate iuuentutis per captiua præta-  
licentiæ lasciuientis discurrunt. De qua Sam-  
son Iudic. 14. *Si non arasseris in vitula mea, non  
inuenissetis propositionem meam.* Samson est spi-  
ritus, vitula, caro, in qua si aramus, id est, ipsam  
a fligimus, inuenimus propositionem, quæ est.

Iudic. 14.  
Caro affli-  
genda & il-  
luminaberis.

Quid dulcius melle, scilicet diuinitatis? Quid  
fortius leone, scilicet de tribu Iuda? Quid dul-  
cius contemplatione? Quid fortius leone, id est,  
predicatore? Ad cuius rugitum omnes homi-  
nes animales debent figere gressum. Quid dul-  
cius melle mansuetudinis? Quid fortius leone  
seueritatis? Bene ergo dicitur. *Et adduxit eum  
tribus vitulis, & tribus modys farinae.* Granum  
molitur & comminuitur in farinam, quæ cum  
aqua commixta solidatur in panem, qui confir-  
mat cor hominis. In hunc modum granum no-  
stri operis est molendum per discussionem,  
comminuendum per examinationem, vt ad mo-  
dum farinæ purgetur. Hæc autem examinatio  
debet esse triplex, per tres modios designata.  
Examinandum est genus operis, origo, & finis,  
& post opus commiscendum est aquis lacrymarum,  
vt ploretur pro irriguo inferiori & super-  
riori. Aut enim opus offerimus pro redemptione  
mali operis præteriti, aut pro desiderio æ-  
terni gaudij. Quod in turturibus duobus obla-  
tis in lege, designatur, quorum vnus offerebatur  
pro peccato, alter cremabatur. Ex farina ergo  
& aqua panis compingitur, qui cor hominis  
confirmat, quia ex opere lacrymis commixto  
hominis conscientia saginatur.

Quid dul-  
cius melle.  
mansuetudi-  
nis.

Opus bo-  
num discu-  
tiendum &  
purgan-  
dum.

Examinan-  
dum genus  
operis, ori-  
go, & finis.

Sequitur. Et amphora vini, quæ tres habet  
mensuras. In vino, mentis hilaritas, quæ in tri-  
bus consistit, scilicet in refectione conscientiæ  
bonæ. In proximi profectu. In spe æterni gau-  
dij. Cum his omnibus mater Anna, scilicet Spi-  
ritus sancti gratia adducit filium suum virum  
iustum, ad domum Domini in Silo, quæ inter-  
pretatur translata, scilicet in vitam æternam, in  
quam sancti de hac mundi peregrinatione sunt  
translati. In cuius gloriæ cœna, cum beatis An-  
gelis epulantur.

Mentis hi-  
lartas in  
tribus consi-  
stit.

Cœna dicitur à coitione vescentium, quia  
antiquitus semel in die, scilicet vesperi commu-  
niter comedebant. Cœna æternæ vitæ refectionem  
significat. Nota quod in illa cœna cibaria  
magna comedemus, scilicet fructus illos quos  
filius Israël (vt dicitur Num. 13.) attulerunt de  
terra promissionis, vinas, scilicet & ficus & malo-  
granata.

Cœna vnde  
dicta.

Num. 13.  
terra promissionis,  
vinas, scilicet &  
ficus & malo-  
granata.

In vna ex qua exprimitur vinum, significatur  
gaudium quod habebunt sancti de visione verbi  
incarnati. Abacuc 3. *Ego autem exultabo in Do-  
mino,*

Vino gau-  
dium deno-  
tatur.  
Abac. 3.



mino, & in Iesu meo, qui vt me saluaret, de me carnem meam accepit, & super choros Angelorum eleuauit.

Ficus dulcedo.

Psal. 30.

Item in ficu que à fecunditate dicitur, & æteris omnibus pomis est dulcior, dulcedo quam sancti de totius Trinitatis visione habebunt, designatur: de qua Psal. 30. Quam magna multitudo dulcedinis tue Domine quam abscondisti timentibus te, vt, scilicet feruentius quæreretur, & inuenta dulcius amaretur, amata æternaliter possideretur.

Malogranata vnitas Ecclesie & illius premio rum diuersitas.

Ioan. 14.

Item in malogranato triumphantis Ecclesie vnitas & præmiorum diuersitas designatur. Malogranata dicuntur eo quod habent intus granolaentia, & sicut in ipsis omnia grana latent sub vno cortice, & tamen quælibet grana habent per se distinctas cellas. Sic in vita æterna omnes sancti habebunt vnã gloriam, & vnusquisque secundum proprium laborem magis vel minus recipiet mercedem. Vnde ipse Christus dicit Ioan. 14. In domo patris mei mansiones sunt. Ecce cellas distinctas. Ecce qualia cibaria comedemus in æterna.

Ad cœnam penitentia nos vocat Christus. Isa. 22.

In quibus vera consistit penitentia.

Iste homo est Christus Deus & homo, qui fecit cœnam etiam penitentia, ad quam vocauit multos per se, sed multi venire renuerunt: de qua Isaia 22. Vocabit Dominus Deus exercituum in die illa ad sterum (scilicet contritionis) & planctum (confessionis) & caluitium (scilicet abrenunciationis temporalium) & singulum facci (scilicet satisfactionis.) In his quatuor vera penitentia consistit. Ad hanc autem non solum vocat per se, sed etiam per ordinem prædicantium. De quo sequitur.

1. Cor. 10.

Et misit seruum suum hora cœna, &c. vbi Gloss. Hora cœnae finis est sæculi. Vnde 1. Cor. 10. Nos sumus in quos fines sæculorum deueniunt. In hoc sine mittitur seruus, id est, ordo prædicatorum ad inuitatos per legem & prophetas, vt repulso fastidio ad gustandum cœnam se præparent, quia iam omnia parata sunt. Christo enim immolato introitus regni pater. Regni apertio, est passio Christi, per quam Ecclesia vel vir iustus in primam cœnam ingressus & in secundam ingressurus, dicit. Factus est Dominus protector meus, &c. Sequitur secundum.

Ambitio i-gne periculio.

Ambitione Christi traditur.

Et cæperunt se omnes simul excusare. Primus dixit. Villam emi, &c. Villa à vallo dicta, id est, agger terra vel fossa, est amor dominandi: de quo Bernardus. Non ignem, non gladium sic timeo, sicut libidinem dominandi. Ambitione qui ardent, stipati sicut vallo diuitiarum & honorum incedunt. Hæc est villa Gethsemani, in qua Dominus fuit traditus & ligatus. In villa ergo Gethsemani, id est, in illis qui aliis præesse & non prodesse cupiunt, qui in valle, id est, carnis voluptate requiescunt, stercorebus temporalium tanquam porci impinguntur, traditur Christus, id est, destruitur fides Christi. Fides enim temporalia abiicit, dominari non appetit, subesse cupit, contumeliis crescit. Hæc villa Gethsemani emittitur, quæ vtinam nec gratis habetur, quia qui emit, compellitur exire ab intrinseca Dei contemplatione ad exteriorum sollicitudinem.

Fides non dominari, sed subesse cupit.

1. Reg. 4.

Vnde habes concordantiam 1. Reg. 4. Arca fœderis Domini exercituum sedentis super Cherubim venit in castra, quæ capta à Philistæis est. Arca est vir contemplatiuus in quo est manna

scruuitatis, tabulæ vtriusque legis, virga correctionis. Hic dicitur arca fœderis Domini, cum quo fœdus innit vt ei seruiret in perpetuum, qui sedet super Cherubim, quod interpretatur plenitudo scientiæ, id est, super illam animam quæ charitate repletur. Plenitudo enim legis, charitas. Hæc arca peccatis exigentibus abscondita facie Dei, à sanctis, scilicet egreditur in castra, dum villam emittit qui præesse cupit, & dum sic eleuatur, à demoniis capitur, & in Azorum, quod interpretatur incendium, id est, concupiscentiæ carnalis ardor, ducitur. Dicit ergo. Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam. Et ei qui villam terrenæ dominationis sibi acquirit, necessitas exundi incumbit, qui cum liber esset, se miserabili seruitute seruum fecit.

Arca fœderis est contemplatiuus.

Sic Saul (vt dicitur 1. Reg. 28.) necessitate compulsus descendit ad Pythonissam quæ erat in Endor. Villa & Pythonissa idem significant. Endor interpretatur fons generationis, per quem intelligimus Adam, qui fuit fons & origo humanæ generationis, qui dato paradisi precio in suæ animæ dispendium, villam dominandi emere voluit cum fallo audiuit. Eritis sicut Dij. illi ergo qui dominari cupientes secundum hominem veterem, & non secundum nouum hominem Christum ambulant, Pythonem quærent.

Terrenis deditus non liber sed seruus. 1. Reg. 28.

Endor fons generationis qui significat.

Genes. 3.

Phytonem quidam tradunt esse artem iuscitandi mortuos. Heu quantos Religiosos mundo mortuos in claustris sepultos, à somno contemplationis, quietis, & pacis, hæc Pythonissa, id est, amor dominandi suscitauit, & in publicum eduxit? Vnde Isa. 28. Audietur eloquium tuum, eritque quasi Pythonis de terra vox tua. Ecce villam ementi, & Pythonissam consulenti, & de sepulcro quietis egredienti quid euenit. Humiliaberis, id est, deiciaris dum credis ascendere, de terra, id est, de terrenis loqueris, qui prius loqui consueueras de cælestibus, & de huano, id est, de ventre & gula, cibis & potibus humida, audietur eloquium tuum, qui prius de mentis dulcedine & abstinentia gulæ eloquium ignitum solebas emittere. Et erit quasi Pythonis de terra, id est, prælatura, vox tua, quæ prius solebat esse de abiectione & humilitate. Et de humo eloquium tuum viuificabit, id est, murmura-bit, qui prius in silentio & spe fortitudinem tuam collocaueras. Ecce quanta necessitas & peruersitas. Dicit ergo.

Amor dominandi quos etiam iustos abducit. Pythonissa amor dominandi. Isa. 28.

Peruersitas signi fons misera.

Ambitiosus omnia peruenit.

Villam emi, & necesse habeo exire. De hoc Genes. 25. & 26. Egressus est Esau vir agricola ad venationem, & Iacob vir simplex, manens in mentis habitaculo subripuit ille benedictionem. Cum enim quis per amorem rerum temporalium ad venandum villam, ad consulendum Pythonissam à mentis quiete egreditur, ei proculdubio benedictio æterna subripitur. Necesse inquit habeo exire, villamque videre. q. d. vt semel videam priusquam moriar. Ecclesiast. 5. dicitur. Vbi multa sunt opes, multi sunt qui comedunt eas, & sequitur. Quid prodest possessor, nisi quod cernit diuitias oculis suis? Vel qui emit villam terrenæ dominationis ad cœnam Domini venire non potest vel non venit, sed fallam præterens excusationem dicit. Rogo te, habeme excusatum. Humilitas sonat in voce, ibi, rogo te, & superbia est in affectione cum venire contemnit. Sequitur.

Ecclesi. 5.

Humilitas plurimorum in ore, sed in corde superbia. Iuga bouum sunt quinque que sensus.

Iuga bouum emi quinque & eo probare illa, &c. Quinque iuga sunt quinque corporis sensus. Sicut

Sicut enim boues in iugo combinantur, ita duo instrumenta sensus nobis seruiunt. Duæ enim sunt aures, duo oculi, duæ nares. In gustu etiam duo instrumenta, lingua & palatum. In tactu, duæ manus. Hi sunt x. principes, de quibus Eccl. 7. Sapientia confortauit sapientem super decem principes ciuitatum. Sapientia est amor & contemplatio Dei, qui confortat sapientem, id est, animam quæ amoris saporem degustat, super decem principes ciuitatis, id est, super omnem delectationem quinque sensuum corporis. Illa enim vere fatiatur, ista totum euacuat, illa indulcat, ista amaricat, qui illi seruit liber est, qui isti, miser & seruus. Iuga quinque bouum emit, qui infelici commercio, sapore amoris diuini contempto, se quinque sensuum delectationi infelici subiicit miserabili seruitute. Vtinam tolleretur homo super se iugum Domini suæ, & non diaboli 1. Reg. 11. dicitur. Ascendit Naas Ammonites, & pugnavit contra Iabes Galaad. Sequitur.

Eccl. 7.

Amor Dei confortatiuus.

Amor Dei vere fatiatur, amor terrenorum vere euacuat.

1. Reg. 11.

Cur diabolus serpens.

Tribulatio iusto maxime utilis.

Impius aliquando pio utilis.

Prudentiam nititur diabolus adimere.

Discretionem à nobis eripere molitur Diabolus.

Contritus omnino à se mutatur moraliter.

Abusus matrimonij multos à Deo abducit.

creanda Gen. 1. Crescite & multiplicamini. Secundo, causa adiutorij. Vnde Gen. 2. Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi. Tertio, causa incontinentiæ nubatantum in Domino. Qui alia de causa ducit vxorem, væ illi. Notandum quod in loco per vxorem carnis luxuria designatur, quam non emisse, sed duxisse dicitur, quoniam vnusquisque peccator peccatum carnale ab exordio suæ natiuitatis secum traduxit.

Gen. 1. Gen. 2.

Quibus de causis vxor ducenda. Libidinosus omnium videtur possimus.

Secundum quare duo primi rogauerunt excusationem, tertius vero non? Ad quod dicitur, quod voluptas carnis ita detinet hominem indelicis, quod nec ad delicias æternas venire desiderat, nec excusari curat, & per hoc patet quod Deum non diligit, qui precibus patrum veteris testamenti ad desponsandum sibi naturam humanam inuitatus benigne descendit. Sequitur.

Tunc iratus paterfamilias dixit seruo suo, Exi cito in plateas & vicos ciuitatis, & pauperes ac debiles, & cecos & claudos introduc huc. Tribus primis reculantibus venire ad cœnam Domini, mittitur seruus vt introducat ea. pau. de. & clau. Raro enim delinquant, quibus peccandi illecebræ defunt, & citius conuertuntur ad Deum qui non habent in mundo vnde delectentur. Vnde felix est miseria quæ ducit ad meliora, & felix nigredo quæ candorem parit. Destituti enim à mundanarum rerum abundantia, vt pauperes, à corporis sanitate, vt debiliores, cæci, & claudi quibus peccandi deest illecebra, facilius introducuntur ad cœnam Domini. Vnde 1. Reg. 30. dicitur. Puer Ægyptius seruus viri Amalechita contemptus à Domino suo & dimissus agrotare cepit, quem Dauid inuenit & paupis, & ducem itineris suis fecit.

Felix aliquando calamitas.

Qui terrenis caret facilius ad Deum conuertuntur.

1. Reg. 30.

Puer Ægyptius est amator sæculi huius operatus nigredine peccatorum, qui quia in mundo corrente inmundanis operibus currere nõ potest, à mundo despectus & infirmus relinquatur, quem Christus inuenit, quia quos mundus despectos deserit, ipse in amorem suum conuertit, & cibo verbi diuini pascit, & ducem itineris sui facit, quia quandoque quod vile est peccatori assumit.

A mundo despectos Christus amplectitur.

Et nota quod istos quatuor non sine causa specialiter nominauit. Pauper dictus, quia parum imperans vel parum habens. Debilis dictus eo quod per bilem factus est fragilis. Bilis enim est humor fellis afficiens corpus. Vnde debilitare, id est, debilem reddere, Cæcus dicitur eo quod visu caret, qui vtroque oculo non videt. Claudus dicitur eo quod claudus est cundo. Per hæc quatuor genera hominum quatuor vitia quibus irretiti sunt, significantur. Auarus est pauper, quia pauca se credit habere. Vnde Philosoph. Cui sua non videntur amplissima, etiam si Dominus totius mundi sit, miser est. Idem Philosophus. Non puto pauperem cui quantulumcunque superest, satis est.

Pauper dictus quia parum habens vel parum imperans.

Auarus licet ditissimus pauper, quia pauca se credit habere.

Debilis est iracundus, qui fellis amaritudine asperius accenditur ad iram, quam dum habet, iustitiam Dei non operatur, vel operari potest: de quo Iob 5. Virum stultum interficit iracundia.

Iracundus debilis.

Luxuriosus est cæcus, qui visu gratiæ caret, scilicet vtroque oculo, id est, ratione, & intellectu priuatus.

Libidinosus cæcus.

Superbus




Superbus claudus, Rectis gressibus non potest incedere. De his & similibus vitis dicit Philosophus. Fugienda est omnibus modis & scindenda igne & ferro totoque artificio, languor à corpore, imperitia ab animo, luxuria à ventre, seditio à ciuitate, ab homine discordia. Istos quatuor peccatores in plateis, id est, carnis voluptate, & vicis, id est, mundi vanitate detentos misericors Dominus & Pater sanctæ Ecclesiæ vocat ad cœnam cœlestis patriæ

Per aduersitates compellimur ad Deum accedere. Gen. 22.

Superbus est claudus, qui rectis gressibus per uiam humilitatis non potest incedere. De his & similibus vitis dicit Philosophus. Fugienda est omnibus modis & scindenda igne & ferro totoque artificio, languor à corpore, imperitia ab animo, luxuria à ventre, seditio à ciuitate, ab homine discordia. Istos quatuor peccatores in plateis, id est, carnis voluptate, & vicis, id est, mundi vanitate detentos misericors Dominus & Pater sanctæ Ecclesiæ vocat ad cœnam cœlestis patriæ



# DOMINICA III. post Trinitatem.



Luc. 15.

1. Reg. 22.

Christus pœnitentes ad se reducit.

Christus in morte pœnitentium quid agit.

Gen. 44.

**R**ANT appropinquantes ad Iesum publicani & peccatores, Luc. 15. Tria ista notantur. Primum est peccatorum ad Iesum accessus siue appropinatio, & Phariseorum excessus & murmuratio. Secundum, ouis perditæ processus & inuentio. Tertium, ouis & drachmæ successus & recuperatio. Dicit ergo. Erant appropinquantes, &c. Super hoc 1. Reg. 22. dicitur. Conuenerunt ad Dauid omnes qui erant in angustia constituti, & oppressi ere alieno & amaro animo, & factus est eorum princeps. Dauid est Christus, ad quem peccatores qui in angustia diabolicæ tentationis & carnalis concupiscentiæ sunt constituti, & ere alieno, id est, peccato mortali à diabolo sunt oppressi, debent conuenire, qui si fuerint amaro animo, id est, amaritudine contritionis pro peccatis, ipse Christus erit eorum princeps. Princeps dicitur eo quod primus capiat. Christus enim in morte vere pœnitentium præuenit diabolum, & primus ipsorum capit animas, & defert in cælum. Erant ergo appropinquantes. Nota ista quatuor, appropinquantes, audirent, recipit, & manducat. In verbo appropinquantes, cordis contritio. In audirent, omnimodæ confessionis & satisfactionis adimpletio. In recipit, diuinæ misericordiæ cum peccatore reconciliatio. In manducat, æternæ gloriæ refectio designatur. Ille ad Iesum appropinquat, qui pro suis peccatis conteritur. Vnde Gen. 44. Accedens propius Iudas confidens ad Ioseph, ait. Oro

Domine, loquatur seruus tuus in auribus tuis, & ne irascaris famulo tuo. Iudas confitens est & pœnitens, qui cordis contritione propius accedens de Dei misericordia confidens confidenter loquitur verbum confessionis in auribus sui confessoris. Item Iesum audit, qui in omnibus & per omnia fatagit satisfacere. Vnde Iob 42. *Audiu auris audiui te, nunc autem oculus meus uidet te, ideo me reprehendo, & ago pœnitentiã in fauilla & cinere.* Item Iesus peccatores recipit, cum pœnitentibus gratiam reconciliationis infundit. Vnde Luc. 15. *Occurrens pater cecidit super collum filij, & osculatus est eum.* Oculum patris, significat gratiam diuinæ reconciliationis. Item Iesus manducat cum illis, scilicet pœnitentibus, quos sua gloria in requie opulenta satietate replebit. Cum his quatuor concordat illud 2. Reg. 5. *Venerunt vniuersi tribus Israël ad Dauid in Ebron dicentes. Ecce os tuum & caro tua sumus.* Tribus à tributo dicta, vel quod à principio triformis fuerunt dispersitæ à Romulo, id est, in senatores, equites, & plebeios. Vniuersæ tribus Israël omnium pœnitentium congregationem significat, quæ tributa seruitutis cum officiis Domino quotidie persoluit in tribus ordinibus, scilicet tenatoribus, id est, contemplatiuis, equitibus seu militibus, id est, prædicatoribus, & plebeis, id est, actiuis. Hi omnes dicuntur conuenire mentis unitate ad Dauid, id est, Iesum in Ebron, quæ interpretatur coniugium, id est, in cordis contritione, in qua gratia Spiritus sancti tanquam sponsus coniungitur animæ quasi sponsæ pro peccatis contritæ, & ex tali coniugio nascitur hæres vitæ æternæ. Ecce inquirunt nos os tuum & caro tua. Sic pœnitens debet dicere Christo. Miserere mei Domine & dimitte peccata mea, qui os tuum & caro tua sumus. Propter nos homines homo factus es, ut nos redimeres. Ex his enim quæ passus es misereri didicisti. Angelo non possumus dicere. Ecce nos os tuum & caro tua sumus, sed tibi Dei filio, qui non Angelos sed semen Abraham apprehendisti, verè dicere possumus. Erant ergo appropinquantes &c. Pœnitentes enim debent facere sicut apes, quæ cum rex earum volat extra alucarium, volant cum ipso & cum magno stipatu, & ipse est in medio, & apes circumquaque, & quando rex nequit volare, tunc fert ipsum turba apum, & si moriatur moriuntur & ipsæ. Christus rex noster extra alucarium, id est, sinum patris ad nos volauit, quem nos tanquam bonæ apes debemus sequi & volare cum ipso, & ipsum, id est fidem ipsius, in medio, id est, in corde nostro collocare, & magno stipatu virtutum munire, & si in aliquo membro suo in peccatum ceciderit, & prædicatione & oratione eum debemus supportare & subleuare, & cum ipso mortuo & crucifixo debemus mori, membra nostra cum vitiis & concupiscentis crucifigentes. Sequitur. *Ut audiret illum.* Super hoc concordia 2. Reg. 19. *Surrexit Dauid & sedit in porta, & omni populo nuntiatum est quod rex sederet in porta, & venit vniuersa multitudo coram rege. Dauid est Christus rex regum, qui nos liberauit de manu inimicorum nostrorum. Surrexit, cam à sinu patris exiuit, sedit in porta, id est, humiliavit se descendens in beatam Virginem Mariam: de qua Ezech. 44. *Porta hac clausa erit, & non aperietur, & vir non transiet per eam, orisque clausa principi,**

Iudas confitens Deum vere audit.

Iob. 42.

Luc. 15. Osculum Dei significat gratiam reconciliationis.

2. Reg. 5.

Tribus vnde dicta.

Ecclesia in tribus ordinibus soluit Deo tributa obsequii.

Quomodo ad Christum debet accedere peccator.

Apibus pœnitentes comparantur.

Christo vnam peccatis mortuamur.

2. Reg. 19.

Ezech. 44.

*principi, & princeps ipse sedebit in ea.* Nota. Clausa principi, & princeps sedebit in ea. Principi enim huius mundi, id est, diabolo clausa fuit, quia nulli tentationi ipsius mens eius patuit. & princeps Christus in ea solus sedit, per assumptæ carnis humanitatem. Sequitur. *Ut comedat panem coram Domino,* id est, faciat voluntatem Domini. *Meus* (inquit Ioan. 4.) *cibus est ut faciam voluntatem eius qui misit me, ut perficiam opus eius, &c.* Et omni populo nuntiatum est, scilicet per alios Apostolos & alios prædicatores, quod rex sederet in porta, id est, quod carnem assumpsisset de beata Maria, & sic vniuersa multitudo pœnitentium & fidelium venit coram rege, ei in omnibus & per omnia parata obedire. Sequitur. *Et murmurabant Pharisei & Scribae,* quia se iustos putant cum sint superbi, & alios reos cum iam pœniteant. Hic peccatores recipit. Super hoc est concordia. 2. Reg. 14. *Vocatus Absalon intravit ad regem, & adorauit super faciem terra coram eo, & osculatus est rex Dauid Absalon.* Absalon patris pax, significat in hoc pœnitentem, qui cum patre quem peccando offenderat, pœnitendo pacem fecit. Hic vocatus per cordis contritionem, intrat ad regem per confessionem, terram suæ carnis affligendo, seipsum vilem & indignum reputando, & hoc coram eo non coram hominibus, & ita rex recipit pœnitentem tanquam filium per reconciliationis osculum. Vnde de hac receptione siue reconciliatione dicit peccator in introitu Misæ. *Respice in me,* scilicet oculo misericordiæ, quo Petrum respexisti, *miserere mei,* peccata dimittendo, *quoniam vnicus,* ut tu vnicum & solitarium comiteris, *& pauper sum ego,* id est, id est, vacuus, ut tu vacuum impleas. Vide humilitatem meam in confessione, & laborem meum in satisfactione, & dimitte omnia peccata mea Deus meus. Sequitur. *Manducat cum illis.* Super hoc concordia 2. Reg. 9. *Miphiboseph comedeat super mensam Dauid, quasi vnus de filiis regis, & habitabat in Hierusalem.* Miphiboseph intelligitur vir confusionis, & significat in hoc loco pœnitentem, qui de peccatis suis confunditur, quæ confusio adducet ei gloriam cum habitabit in cœlesti Hierusalem, & comedet super mensam regis quasi vnus de sanctis Apostolis, quibus dicit Dominus Luc. 22. *Ego dispono vobis regnum ut edatis & bibatis, &c.* Sequitur secundum. *Et ait ad illos parabolam, &c.* Quia Dominus in hoc Euangelio peccatores ad se appropinquantes instruit qualiter perditam restaurarent, restaurata conseruarent, & de commissis pœnitentiam agerent, ideo quid ouis perditæ & in humeris reportata moraliter significet, videamus. Homo iste quemlibet pœnitentem significat, qui secundum nouum hominem ambulat, & se humum reputat. Habuit enim centum oues. Centenarius numerus perfectionem significat. Oues dona gratuita & naturalia significant, quæ qui habet, perfectus est, perfectione, scilicet viæ. Et bene dona gratuita & naturalia dicuntur oues, quia sicut oues sunt animalia simplicia, innocencia, & quæta, sic dona gratuita & naturalia faciunt hominem simplicem, id est, sine plica fraudis ad proximum, innocentem ad seipsum, quietum ad Deum. Sequitur. *Et si perdidit vnam ex illis, nonne*

*dimittit nonaginta nouem, &c.* Ouis perditæ primam innocentiam significat, quæ collata est in baptismo homini. Vnde hæc innocentia significatur per illa duo quæ baptizato conferuntur. Datur enim ei à sacerdote alba tunica, & lumen feu candela. In tunica alba, innocentia, in lumine, exemplum bonæ vitæ. In his consistit tota innocentia. Hanc ouem perdidit homo cum tunicam baptismalem polluit, & lumen candelæ extinxit, & ideo valde homini est dolendum cum talem ouem perdit. Vnde de huius ouis amissione & amissæ dolore, 2. Reg. 1. *Planxit Dauid planctu huiusmodi super Saül & Ionatham filium eius. Montes Gelboe nec ros nec pluuia veniant super vos, &c.* Homo & Dauid pœnitentem significant qui debet plangere super Saül & Ionatham, & super ouiculam perditam, id est, super primam innocentiam amissam. Saül interpretatur vinctus, id est, innocentia baptismatis quæ datur per inunctionem chrismatum. Ionathas interpretatur donum columbæ, & significat Spiritus sancti gratiam in baptismo collatam. Quia ista duo homo perdidit, ideo debet plangere planctu huiusmodi. Montes Gelboe nec ros, &c. Gelboe interpretatur decursus vel aceruus plenus, & significat superbiam, quæ semper est in decursu, quia superbia casum habet, & diuitiarum abundantiam, quæ tanquam aceruus lapidum in malum Domini sui congregantur. In his montibus nec ros nec pluuia agri primitiarum inuenitur. In rore contritio. In pluuia confessio. In agris primitiarum, satisfactio designatur. De rore Iudic. 6. *Si ros in solo vellere fuerit, & in omni terra siccitas, sciam quod per manum meam liberabitur Israël.* Sunt verba Geodeonis. Signum liberationis est Israël, id est, animæ nostræ, si ros, id est, gratia cõpunctionis fuerit in solo vellere, id est, in corde, & in terra, id est, toto corpore nostro siccitas vitiorum. Et dum in nocte præsentis exilij sumus confurgere debemus, id est, simul furgere, scilicet spiritu & corpore ad opera pœnitentiæ, & vellus cordis amore gloriæ, & timore gehennæ, quasi quibusdam manibus exprimere, & concham oculorum aqua compunctionis in vitam æternam salientis replere. De pluuia confessionis Leuitic. 26. *Dabo vobis pluias temporibus suis, &c.* Quando enim Dominus dat pluiam pœnitenti, id est, abundantiam confessionis, tunc terra gignit germen suum, scilicet ipse germinat germen suum, non alienum. Germen est initium boni operis, quod gignitur per pluiam confessionis. Et pomis arbores replebuntur. Arbores à robore deriuantur. Poma ab opimo, id est, fertilitate sunt dicta. Arbores sunt mentes fidelium pœnitentium, quæ firmo proposito non relabendi roborantur. His pomis, id est, fertilitate ventres replentur. Apprehendet messium tritura vindemiam, id est, carnis afflictio mentis lætitiã. Et vindemia occupauit sementem, id est, vitam æternam, in qua comedemus panem in saturitate. Vnde Psal. 16. *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* Ecce quanta bona facit confessio. Item de agro satisfactionis Genes. 21. *Abraham plantauit nemus in Bersabee, & inuocauit ibi nomen Dei æterni, & fuit colonus terræ Philistinorum diebus multis.* Nota ista tria. Plantauit, inuocauit, colonus fuit. Abraham est vir iustus, qui in Bersabee, quæ interpretatur puteus saturitatis,

In quibus consistit innocentia.

Quando nata innocentiz fit iactura.

2. Reg. 1.

Pœnitens de quibus flere debet.

Saül vinctus.

Ionathas donum columbæ.

Gelboe decursus siue aceruus. Superbia semper in decursu. Diuitiæ in damnum Domini congregantur. Iudic. 6.

Quodnam signum libertatis animæ fidelis.

Spiritu & corpore ad opera pœnitentiæ nos aduertamus.

Leuit. 26.

Confessionis prouentus.

Ex carnis afflictione mentis lætitiã.

Psal. 16.

Genes. 21.





fluunt, & leprosi fiunt, quia variis erroribus maculatur, tenent fufum, id est, volubilitatem temporalium, & postea cadent in gehennam. Gladio enim diuine ultionis percussi, fame & siti æternaliter erunt cruciandi. Ecce quomodo drachma charitatis perditur. Sed videamus qualiter inuenitur. Nonne accendit lucernam, &c.

Nota quod in lucerna sunt quatuor. Testa lutea. Stuppa aspera. Oleum suaue. Ignis illuminans. In testa fragilitatis memoria. In stuppa pœnitentia. In oleo proximi misericordia. In igne dilectio designatur. Beata illa anima quæ sibi talem lucernam præparat, vt drachmam perditam inueniat. Cum tali lucerna angulos conscientie sue quilibet debet euertere, & diligenter quærere drachmam charitatis perditam, donec inueniat illam. Rogemus ergo, &c.

In lucerna quatuor & quæ moraliter.



# DOMINICA IV. post Trinitatem.

**E**STOTE misericordes sicut & pater vester misericors est. Luc. 6. Quatuor hic sunt notanda. Primum, affluentia bonitatis quam debemus imitari: ibi. *Estote misericordes.* Secundum, est opulentia supernæ felicitatis, quam debet meditari. *Mensuram bonam.* Tertium est miseria internæ cæcitat, quæ debet euitari. *Dixit il. simili. de ca. in foueam.* Quartum, est versutia fraternæ prauitatis, quæ debet præcaueri, vel malitia, quæ debet reprehendi. *Quid vides festucam, &c.* Estote ergo misericordes, &c.

Luc. 6.

Quatuor præcipue in hoc Euan. gelio sunt obseruanda.

Misericors quo dictus.

Dei circa quemlibet triplex misericordia.

Eccles. 35.

Tribulatus à Deo consolationem accipit.

Psal. 25.

Tob. 3.

Isa. 63.

In hac prima clausula quinque notabilia ponuntur, scilicet misereri, non iudicare, non condemnare, dimittere, & dare. Misericors à compatiendo alienæ miseriæ est dictus. Hinc & appellata est misericordia, eo quod cor miserum faciat dolendo alienam miseriã. In Deo vero sine cordis miseria est misericordia. Dicitur autem miseratio quasi misericordiæ actio. Et nota quod sicut patris triplex est misericordia circa teipsum, sic triplex debet esse tua circa proximum. Patris misericordia est Speciosa, Spatiofa, Preciosa. Speciosa, est quia purgat à vitiiis. Vnde Eccl. 33. *Speciosa est misericordia Dei in tempore tribulationis quasi nubes pluuia,* in tempore siccitatis, in tempore tribulationis, id est, dum anima tribulatur pro peccatis, infunditur pluuia gratiæ animam refrigerantis & peccata dimittentis. Spatiofa quia processu temporis dilatat se in operibus bonis. Vnde Psal. 25. *Quoniam misericordia tua ante oculos meos est, & complacui in veritate tua.* Quia displicuit mihi iniquitas mea. Preciosa, in vitæ æternæ deliciis: de qua Anna Tob. 3. *Certum habet omnis qui colit te, quia vita eius si in probatione fuerit conuabitur,* quære in Euangelio. Non potestis duobus Dominis seruire. De his tribus Isa. 63. *Miserationum Domini recordabor, laudem Domini super omnibus que reddidit nobis Dominus, & super multitudinem bonorum domus Israel quæ largitus est eis, &c.* Misericordia etiã tua debet esse triplex circa

proximum. Si in te peccauit, ei dimitte. Si à via veritatis errauerit, instrue. Si esurit, refice. De 1. Prou. 15. *Per fidem & misericordiam purgantur peccata.* De 2. Ia. ob. 5. *Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ sue, saluabit animam eius à morte, & operit multitudinem peccatorum.* De 3. Psal. 40. *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem.* Bene ergo dicitur. *Estote misericordes.* Super hoc concor. 2. Reg. 9. vbi dicit. *Dauid ad Miphiboseth. Ne timeas, quia faciens faciam tecum misericordiam propter Ionatham patrem tuum, & restituum tibi omnes agros Saül patris tui, & tu comedes panem in mensa mea semper,* vbi triplex misericordia ad proximum. Prima ibi. *Faciens fa. &c.* Propter Ionatham id est, Christum, qui dixit. *Pater ignosce illis, &c.* In te peccanti debes faciens corde, fecete ore misericordiam, vt corde & ore illi ignoscas. Secunda ibi. *Restituum tibi omnes agros patris tui Saül.* Ager dictus eo quod in eo aliquid agatur, gratiam in vnctione baptizati significat, quam ideo suscepit: vt ipsam bonis operibus exerceat. Sed cum Saül, id est, anima oleo fidei inuncta moritur, tunc possessio amittitur, quã tunc ei reddis cum ab errore viæ sue conuerti facis. Tertia ibi. *Et tu comedes pa. &c.* Vnde Rom. 12. *S. esurierit inimicus tuus, ciba illum. Si sitit, potum da illi.*

Circa proximum misericordia tua debet esse triplex. Prou. 15. Iacob. 5.

Psal. 40.

2. Reg. 9.

Quomodo ignoscendum.

Ager baptizatus moraliter.

Rom. 12.

Ad misericordiam inuitamur.

Grues misericordie præbent exemplum.

Quomodo misericordes esse debemus.

Quomodo de aliis possumus iudicare.

2. Reg. 6.

Simus ergo misericordes grues imitantes, de quibus dicitur, quod cum ad destinatum locum venire contendunt, excelsa petunt vt de excelsiori specula speculentur quas petant terras. Fidens meatu præit cateruas, volatus desideria castigat, voceque cogit agmen. At vbi raucescit, succedit alia, concors cura omnium pro fatigatis, adeo, vt si qua defecerit, congruant vniuersæ. lassataque sustollant vsque dum vires omnino recuperent. Nec in terra cura segnior. Excubias de nocte diuidunt, vt de orantibus sit cura vigilans, ponduscula digitis amplectuntur, quæ si forte exciderint somnũ arguant, quod quam cauendum sit, clangor indicat, ve pertiliones fugiunt. Simus ergo misericordes sicut grues, vt in excelsa vitæ specula positi, nobis & aliis præuideamus, viam nescientibus ducatum præbeamus, voce prædicationis pigros & tepidos castigemus. Alternatim labori succedamus. Infimos & debiles ne in via deficiant aspoitemus. In excubiis Domini per orationem & contemplationem vigilemus. Domini paupertatẽ, & humilitatem, & ipsius passionis amaritudinem, quasi quibusdam digitis apprehendamus, & si aliquid in mundo subieperit, statim clamemus. Vespertilionem, id est, cæcam mundi vanitatem super omnia fugiamus.

Sequitur secundum. *Nolite iudicare, & non iudicabimini.* Ibi Glossa. De apertis malis quæ bono animo fieri non possunt, permittitur nobis iudicare. Sunt autem quædam media, & incerta quomodo fiunt, quia bene & male possunt fieri, & de illis non licet iudicare. Neque de homine viuento, nescimus enim qualis futurus sit qui nunc est malus, de cuius correctione desperare, eumque abiectum reprehendere, temerarium est. Nolite iudicare, &c. Super hoc 2. Reg. 6. *Extendis manum Oza ad arcam Dei, & tenuit eam, quoniam calcitrabant boues, & declinauerunt eam. Iratusque est indignatione Dominus contra Oza, & percussit eum super temeritate, qui mortuus est ibi iuxta arcam.* Arca est anima, boues corporis sensus.

fus. Oza qui interpretatur robustus, est aliquis de sua virtute confidens, & aliis detrahens. Recalcitrantibus ergo bobus, id est, infestantibus & contradicentibus corporis sensibus, anima aliquando maculatur in alicuius consensu culpæ, quod si præsumptuosus temeraria manu detractionis voluerit tangere, iudicium Domini se nouerit incurrisse, qui dixit, Nolite iudicare, &c. Dicit Philosophus. Si adhuc malus es, tui similibus parce.

Qui in sua virtute confidit aliis detrahit.

2. Reg. 18.

Non gaudendum de morte inimici.

Maxima in peccatorem charitas.

1. Reg. 16.

Ad iniuriarũ tolerantiam inuitamur.

Quomodo conuicia cũ merito toleranda.

1. Reg. 17.

2. Reg. 19.

Pauper sua vendit & pauperibus distribuit.

Sequitur tertium. *Nolite condemnare, & non condemnabimini.* Super hoc 2. Reg. 18. *Dauid noluit condemnare Absalon, se condemnare volentem, immo præcepit Ioab & Abisai & Eihai, dicens. Seruate mihi puerum Absalon. De cuius morte & condemnatione contristatus, ascendit ibidem cœnaculum, & fleuit, &c.* Nota. Non enim de morte inimici gaudendum est, sed dolendum & plangendum. Sic Christus ascendit cœnaculum crucis & ibi Adam cum omni posteritate sua, à Ioab, id est, diabolo tribus lanceis, scilicet gula, vana gloria, & auaritia interfectum planxit, dicens. *Filium Absalon, quis mihi det vt ego moriar pro te,* id est, vt pro sit tibi mors mea: quasi dicat. Nullus voluit mihi dare vt pro ipso morerer. Magnum enim donum reputat quando peccator dat ipsi vt sua mors pro sit ei.

stimoniam Dominicæ Passionis. Hi dant Christo stratoria, quæ sunt dormientium, id est, quietem puræ conscientie, in qua quiescit Christus cum anima. Et tapetia, diuersorum colorum, id est, varietates virtutum, & vasa fictilia, id est, seipfos, dum se fragiles & de luto factos cognoscentes humiliant. Frumentum, id est, doctrinam Euangelij, & hordeum, id est, doctrinam veteris testamenti, farinam, id est, confessionem per minutissimas omnium peccatorum circumstantias factam, & polentam patientiæ, & fabam abstinentiæ, & lentem humilitatis propriæ, & frixũ oleo cicer compassionis alienæ, mel & butyrum vitæ actiue & contemplatiue, oues innocentie, & vitulos pingues in pinguis carnis maceratione. Si hæc dederis, dabitur tibi, & audies verum Dauid tibi dicentem 2. Reg. 19. *Veni vt requiescas mecum securus in ciuitate Hierusalem.* Nota hæc verba, & concor. cum illis verbis de introitu Missæ. *Dominus illuminatio mea,* concordat cum hoc verbo veni. Recte enim venire non posset nisi prius illuminatus fuisset. Et salus mea, concordat cum illo. *Requiescas,* vbi enim est salus, ibi requies. Dominus protector vitæ, &c. concordat cum Securus. Quem enim Dominus protegit, proculdubio securus existit. *Qui tribulant me in me, ipsi insunt, & ceciderunt,* concordat cum illo. *Mecum in Hierusalem,* in qua cum fuerimus, inimicos nos modo tribulantes non timebimus. Ipsi enim cadent in gehennam & nos ibimus in gloriam. Sequitur.

In Pœnitentibus quiescit Christus Dominus.

Quomodo perfecta confessio facienda.

1. Reg. 19.

Vbi salus ibi requies.

Mensura triplex pœnitentiæ, fidei & gloriæ.

Rom. 12.

Mensura pœnitentiæ.

Sap. 11.

Pœnitentia suam habet pondus.

2. Reg. 14.

Pulchritudo mundi fallax.

*Mensuram bonam & confertam, & coagulata, & superfluentem dabunt in sinum vestrum. Eadem quippe mensura qua mens fueritis remetietur & vobis.* Nota. Mensura est triplex, scilicet pœnitentiæ, fidei, & gloriæ. Mensura fidei est bona in sacramentorum perceptione, conferta, id est, plena, in boni operis executione, coagulata, in tribulationis vel martyrij constantia pro nomine Christi, superfluentem in finali perseverantia, de qua mensura Apostolus Rom. 12. *Uniusquisque sicut Deus diuisit mensuram fidei.* Mensura pœnitentiæ est bona in contritione, in qua Dei bonitas cognoscitur. Conferta in confessione quæ plenarie debet fieri, coagulata in satisfactione, superfluentem in totius culpæ remissione & mentis puritate. De hac Sap. 11. *Omnia disposuit in numero, pondere & mensura, id est, omnem animæ salutem, propter quam omnia quæ sunt debent fieri, & ad quam omnia quæ facit homo debet referre, disposuisti in mensura pœnitentiæ, quæ vt vera sit necesse est vt habeat numerum & pondus, numerũ confessionis, vt omnes peccati circumstantiæ ad vnquem numerentur, pondus satisfactionis, vt peccata culpæ equaliter ponderentur.*

Hoc est pondus sanctuarij, non pondus publicum: de quo concordat. 2. Reg. 24. *Porro sicut Absalon non erat vir pulcher in omni Israël & decorus nimis. A vestigio pedis vsque ad verticem non erat in eo vlla macula.* Sequitur. *Ponderabat capitulos capitis sui ducentis siculis pondere publico.* Speciositas Absalonis quæ à vestigio pedis incipit, & vsque ad verticem capitis ascendit, illã speciositate significat quæ provenit ex terrenis, in qua nulla macula esse reputatur cũ eius prosperitas nulla aduersitate impeditur. Speciositas autem quæ de vertice descendit, speciositatem significat quæ de cognitione supernorum contingit, sicut dicitur in Euangelio Luc. 24. *Quare cogitationes ascendunt in corda vestra?* Illæ enim cogitationes



tionem que ascendunt in corda, sunt de terrenis, quæ vero descendunt, sunt de supernis.

Pluries confessio esset necessaria.

Sequitur. *Semel in anno reddebat*, capillorum confusio est peccatorum in confessione depositio, quam multi semel in anno faciunt, cum singulis diebus confessio esset necessaria, cum natura hominum sit fragilis, & ad peccandum habilis, & tot peccator sordes contrahat diebus singulis, & memoria eius ita sit labilis, quod vix de eo quod fecit mane, vespere eiusdem diei recordetur. Quare infelix differt in annum? immo cur differt in crastinum, cum nesciat quid dies crastina paritura sit? Hodie es, & cras non eris. Sic ergo viue hodie, quasi hodie sis moriturus. Nihil enim certius morte, nihil incertius hora. Qui ergo quotidie venenum peccati bibit, quotidie debet accipere theriacam confessionis. Dicit Philosophus. Non vivit cui nihil est in mente nisi ut vivat.

Aut differtur confessio.

Quotidie p. c. as quotidie confiteri deberet.

Plures in satisfactione deficiunt.

Sequitur. *Ponderabat capillos capitis sui ducentis siclis pondere publico.* Cum tamen deberet ponderare trecentis siclis, id est, triplici penitentia. Sed ponderabat ducentis quia plurimi sunt qui bene continentur, sed in tertio siclo satisfactionis deficiunt, nec ponderant peccata sua pondere satisfactorij, id est, sicut Deus & sancti ea grauius iudicant, sed pondere publico, id est, sicut vulgi opinio pauperum. Et quod hoc non sufficiat, dicit beatus Ioannes Baptista Luc. 3. *Genimina viperarum*, id est, venenati venenatorum filij, *quis vobis demonstrauit fugere a ventura ira?* quasi dicat, non bene didicistis fugere, quia non fugitur ira satisfactione contenta. Vnde & Iubdit. *Facite dignos fructus penitentia.* Nota, dicit fructus. Tria sunt, germen, flos, & fructus. In germine contritio, in flore confessio, in fructu satisfactio, quam qui non habet, perfectione penitentia caret.

Luc. 3.

Pœnitens imperfectus non satisfaciens.

Quatuor dotes corporis.

Per hæc quatuor dantur intelligi quatuor dotes corporis, quæ sunt agilitas, subtilitas, claritas, impassibilitas, quia ut dicitur, corpora erunt sole clariora, vento agilia, scintillis subtiliora, nullius læsionis passibilia. Vnde Dominus ostendit claritatem in monte Tabor, agilitatem ambulans supra mare, subtilitatem quando transiens per medium illorum ibat, impassibilitatem quando ab Apostolis sub panis specie fumebatur & non patiebatur. Item Sapient. 3. *Fulgebunt iusti, ecce charitas. Tanquam scintilla, ecce subtilitas. In arundinetis discurrent, ecce agilitas. Et nomina eorum uiuent in æternum*, ecce impassibilitas, quia nec mori nec deficere poterunt. Vel mensuram bonam, id est, gaudium sine dolore, confertam, id est, plenitudinem sine vacuitate, cogitatum, id est, firmitatem sine dissolutione, quod enim cogitatur, solidum efficitur, superfluentem, id est, dilectionem sine simulatione, quilibet enim tantum gaudebit de premio alterius quantum de suo, & erit dilectio superfluens ad alium. Hanc mensuram dabunt pauperes, id est, causa erunt ut Deus det, quia occasio promerendi fuerunt ista, in sinum vestrum. Vnde Iob decimonono. *Reposita est hæc spes mea in sinu meo.* Sinus est receptaculum aliquod, ut porcus, & significat quietem vitæ æternæ, in quam sancti de tempestate huius mundi liberati, quasi in quietem portus recipientur. Vel sicut filius paruulus plorans reuertitur ad sinum matris, & ipsa blandiens eius la-

Sap. 3.

In celo mensura quæquam bona.

Iob. 19.

Gloria porcus post naufragium securus.

chrymas terget, sic sancti de huius mundi ploratu ad sinum gloriæ reuertentur, in qua Deus absterget omnem lachrymam ab omni facie. Eadem quippe mensura qua menti fueritis. &c.

In gloria omnium bonorum cum mulis.

Sequitur tertium. *Dicitur autem illis parabolam. Nunquid potest cæcus cæcum ducere, &c.* Non est discipulus super magist. & cetera. Nota, quid cæci, quid fouea, quid discipulus, quid magister, allegorice videamus. Cæcus est Ecclesiæ Prælati vel sacerdos peruersus, lumine vitæ & scientiæ priuatus. Vnde de his Isaia quinquagesimo sexto. *Omnes bestia agri, venite ad deuorandum, vniversa bestia salus, Speculatorum eius cæci omnes, nescientes vniversi, canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes & amantes somnia, & canes imprudentissimi nesciunt saturitatem. Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam. Omnes in viam suam declinauerunt, vnusquisque ad auaritiam suam à summo ad nouissimum. Venite sumamus vinum, & impleamur ebrietate, & erit sicut hodie sic & cras, & multo amplius.* In bestiis agri, demones, bestiis salus, motus carnis designantur, qui Ecclesiam & animam fidelem deuorant. Sed quare? quia speculatores Ecclesiæ omnes sunt cæci, vitæ & scientiæ lumine priuati, canes muti, ramunculum diaboli in ore habentes, & ideo contra luxum latrare non valentes. Vident vana, quia prædicant pro pecunia, curantes contritiones animarum cum ignominia, dicentes: *Pax, pax, & non est pax.* Dormiunt in peccatis, amant somnia, id est temporalia, quæ suos amatores deludunt, sicut canes imprudentissimi, quia frons meretricis facta est eis, & ideo erubescere nolunt, nesciunt saturitatem, semper dicentes. *Affer, affer, & nunquam sufficit. Ipsi pastores seipso pascentes, nesciunt intelligentiam.* De qua Psalm. 100. *Intelligentiam in via immaculata.* Omnes in via sua, non in via Christi, declinauerunt, vnusquisque ad auaritiam suam. Hæc est via illorum tenebrosa & lubricosa à summo vique ad nouissimum, à Domino porco vsque ad porcellum. Isti se inuitant. Venite sumamus vinum, scilicet cibum luxuriæ. Sed credite 1. Machab. 2. dicitur. *Gloria peccatoris stercoreus & vermis. Hodie extollitur, & cras non inuenietur, quia conuersus est in terram, & congregatio perit.* Ait Iacob Genesis trigesimo. *Cras iustitia mea respondebit.* Hodie vobis canes imprudentissimi abundat ebrietas. Sed cras, id est, in die iudicij comprehendet vos pœnæ æternitatis. Apocalypsis 18. *Quantum fuit in delictis tantum date illi, &c.* Isti cæci militiæ lux testimonium perhibentes dicunt Isa. 59. *Palpamus sicut cæci parietem, & quasi absque oculis tractauimus. Impegimus meridiem quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui. Rugiemus quasi vrsi omnes.*

Cæcus Ecclesiæ peruersus Prælati. Isa. 56.

Ex negligentia Prælatorum quod mala.

Descriptio peruersi Prælati.

Quomodo se gerit peruersus Prælati.

Psalm. 100.

1. Mach. 2.

Gen. 30. Pœna Prælati malis respondens. Apoc. 18.

Isa. 59.

Diuitiæ molles videntur, sed sane acerbæ & pungentes spinæ.

Nota ista quatuor verba, parietem, absque oculis, in meridie, quasi vrsi. In pariete, temporalium abundantia. In oculis, vita & scientia. In meridie, Ecclesiasticæ dignitatis excellentia. In vrsis, gula & luxuria designatur. Isti ergo palpant parietem, id est, diuitias quasi molle quid, cum sint spinæ pungentes, & cum sint sine oculis vitæ & scientiæ, ipsas attreçant, ipsas suæ viæ ducem constituunt rationis ducatu carentes. In meridie, id est, Ecclesiasticæ dignitatis

dignitatis luce quasi in tenebris impingunt, quia inde excæcantur vnde illuminari debuerunt. Et tanquam vrsi, quia gulosi & luxuriosi rugiunt ad mel, id est, dulcedinem temporalium. Vrsus dicitur eo quod ore suo formet factus, quasi ore cæsus.

Prælati peruersi inde excæcantur vnde illuminari deberet.

Nam aiunt eos informes generare trigesima die partus suos. Vnde euenit ut præcipitata fecunditas informes creet partus. Carnes paucilulas edunt, quibus color candidus, oculi nulli, præ festina immaturitate totum tegit sanies exceptis vnguim lineamentis. Has lambendo sensum figurant, & interdum ad corocas fouent, ut assiduo incubitu calefaciendo naturalem trahunt spiritum, & multa alia vide libro de proprietatibus rerum, si vis. Nostri temporis vrsæ, id est, aliqui prælati effœminati, carnes mortuas, id est, carnales filios parturiunt, quibus est color candidus, veluti monumentis plenis omni spurcitia, sed oculi nulli, quibus Deum & proximum contemplantur. In his nulla forma virtutum, nulla species morum, sed tantum fomes peccatorum exceptis lineamentis vnguim, quibus rapiunt bona pauperum. Has carnes vrsæ lambendo, id est, adulando sensum figurant. Illa scilicet figura de qua dicitur 1. Corinthio. 7. *Præterit figura huius mundi.* Quorum assiduo exemplo mali calefacti animalem trahunt spiritum, de quo Apostolus 1. Corinth. 2. *Animalis homo non percipit ea quæ spiritus Dei sunt, & sic animalia cum animalibus, cæci cum cæcis in foueam cadunt.* Hi cum gustauerint mandragoras, moriuntur.

Prælati effœminati, quid producant.

In opera eorum inuidentur.

1. Cor. 7.

2. Cor. 2.

Opera iustorum pomis, mandragoræ conferuntur. 2. Cor. 2.

Cant. 7.

Gen. 30.

Christus filius visionis.

Mandragora est herba aromatica, poma eius sunt optimi odoris in similitudine pomi naturalis, significant opera iustorum quorum vitæ odore vrsi rugientes moriuntur, quibus (ut ait Apostolus 2. Corinth. 2.) *aliis autem odor mortis in mortem.* De his mandragoris sponsa Cant. 7. *Mandragora dederunt odorem in portis nostris.* In portis Ecclesiæ dant sancti odorem bonæ vitæ. De his concor. Genesis trigesimo. *Egressus Ruben tempore messis triticeæ in agrum reperit mandragoras.* Ruben qui interpretatur filius visionis, significat Christum, in quem desiderant Angeli prospicere. Hic egressus de sinu patris venit in agrum huius mundi tempore messis triticeæ, id est, in plenitudine gratiæ, tempore quo frumentum Ioseph industria erat recondendum in horcum beatæ Virginis, ne tota Ægyptus fame periret, & reperit mandragoras, id est, Apostolos, & eorum sequaces, quorum odore moriuntur vrsi rugientes.

2. Reg. 5.

Aliqui Prælati cæci & claudi, Christi obores venalem animam diabolo exponentes.

De his etiam cæcis nota illud 2. Reg. 5. *Proposuerat David premium ei qui percussisset Iebuseum*, id est, Christus dat ei premium vitæ æternæ qui percussit Iebuseum habitantem terræ, id est, appetitum carnis, & tetigerit domarum fistulas, quæ sunt canales ædificiorum, id est, imitatus fuerit exempla sanctorum, & abstulerit claudos & cæcos, id est, prælatos & sacerdotes, qui vtroque pede, affectu, scilicet & effectu sunt claudi, & vtroque oculo, vitæ, scilicet & scientiæ sunt cæci, odientes animam David, id est, animam Christi, quam tunc odiunt, cum animam suam, pro qua ipse posuit animam suam propriam, exponunt diabolo venalem. Cæcus & claudus non debet intrare in templum, quibus ipsum templum hodie traditur ad custo-

diendum, quorum cæca custodia multi excæcantur, & cum ipsis pariter in foueam damnationis inuoluuntur. Bene ergo dicitur. Si cæcus cæcum duxerit, &c. Sequitur.

Prælatorum cæca custodia alij excæcantur.

*Non est discipulus super magistrum.* Ibi dicit Glof. Si magister qui doctus est, non suas vlciscitur iniurias, sed tolerando suos persecutores mitiores reddere voluerit. Discipuli, qui homines sunt, hanc regulam perfectionis initiari debent super hoc 2. Reg. 15. dicitur *quod rex Dauid transgrediebatur torrentem Cedron, & totus populus incedebat per viam oliuæ, &c. vsque.*

Iniuriarum sis immemor.

2. Reg. 15.

Torrentis tristis mærori.

*Opero capite ascendebat plorans.* Allegorice, David Christum significat. Cedron interpretatur tristis mærori. Torrentis igitur Cedron quem transiit Dauid, est tristitia Passionis, quam transiit Christus. Vnde Ioan. 19. *Egressus est Jesus cum discipulis suis trans torrentem Cedron. Et post eum populus ad viam oliuæ*, quia Christum in Passione præcedentem sequitur populus, id est, discipuli magistrum, ad percipiendam eius misericordiam. *Ibat autem rex cooperto capite*, quia Christus montem Oliueti ascendit operata diuinitate sub humanitate, & nudis pedibus, quia tunc manifestauit humanitatem suam. *Ibat & populus cooperto capite*, sed non legimus, nudis pedibus. Non enim debemus secretum denudare per vocis arrogantiam, & pedes non debent esse nudi, sed sanctorum exemplis muniti. Ierem. 2. *Prohibe pedem tuum à nuditate, & guttur tuum à siti.* A nuditate, id est, à carentia virtutum, pedem scilicet affectus, à siti auaritiæ, guttur debemus prohibere. Hanc fel & acetum Dominicæ Passionis extinguit, quod prius bibit medicus, gustauit magister, ne abhorreret discipulus, cui sufficit si sit sicut magister.

Ioan. 19.

Secreta quomodo tegeunda.

Ierem. 2.

A carentia virtutum exueamus.

Sequitur quartum. *Quid vides festucam in oculo, &c.* Nota ista tria, festucam, oculum, trabem. In festuca, leuis culpa. In oculo, ratio vel intellectus. In trabe, grauis culpa designatur. Ibi Glossa. Vere peccans peccatum caligare non valet. Vnde secundi Regum septimo, *prohibuit Dominus ne Dauid edificaret templum.* Vbi dicit Gregorius. Mundus in se à vitiis debet esse qui curat aliena corrigere, ut terrena non cogitet, desiderijs infimis non succumbat, quatenus tanto perspicacius aliis fugienda videat, quanto hæc ipse perscientiam & vitam verius declinat. Non sine causa & magna necessitate sunt obiurgationes adhibendæ, & non nisi respectu Dei temora trabe ab oculo. *Quid ergo vides festucam in oculo, &c.*

Mundus qui alios corrigit.

Non sine graui causa obiurgationes adhibendæ.


Nota quod oculi sunt sic dicti, siue quia superciliorum tegmina occultant, ne incidentis iniuriæ offensione lædantur, siue quia occultum lumen habent, id est, secretum vel interpositum. In oculis enim omne iudicium mentis est. Vnde perturbatio animæ hilaritatisque in oculis apparet. Oculi in facie concauis foraminibus inclusi sunt, à quo foratu frons nominata est. Iidem quoque gemmarum habentes similitudinem membranis pellucidibus teguntur, per quas quasi per vitrum fulgens mens ea quæ foris sunt conspicit.

In oculis signa Passio-

Sequitur. *Hypocrita eice primum, &c.* Non enim prius est doctor alij idoneus medicus, qui nondum se sanauerit. Hypocrita male apertus

Hypocrita aliorum delicta inspicit, sua non videns.

apertus est oculus ad videnda aliorum delicta, qui suam iactantiam non videt. Vnde. Cum tua peruideas oculis mala lippus inunctis: Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum? & cetera. Vtinam oculus qui omnia videt, seipsum videret.



DOMINICA V. POST TRINITATEM.



Vbi turba irruerent in Iesum: ut audirent, &c. Luc. 5. Vbi quatuor videbuntur. Primum est duarum nauium & Christi circa stagnum praesentialis statio. Cum turba irruerent, &c. Secundum est in nauem Simonis Christi miserialis ascensio. Ascendit autem in vn. &c. Tertium est multitudinis piscium virtualis conclusio. Respondens Petrus. Domine per totam noctem, &c. Quartum, est Petri & aliorum internalis admiratio: & eorum qua habebant totalis abiectio: ibi. Quod cum videret Simon Petrus.

Quo ad primum habes concordantiam 3. Reg. 4. vbi dicitur: quod Salomon disputauit super lignis a cedro que est in libano vsque ad hyssopum: & differuit de iumentis, volucris, reptilibus & piscibus: & veniebant de cunctis populis ad audiendam Salomonis sapientiam, &c. Hyssopus est herba humilis & saxo inharens: Christi humanitatem significat: qui a cedro vsque ad hyssopum disputauit: quia ab excellentia gloriae caelestis vsque ad carnis humilitatem descendit. Aliter, per cedrum quoque prauorum superbia significatur. Vnde Psal. 28. Vox Domini confringentis cedros. A cedro ergo vsque ad hyssopum disputauit: quia superbiorum & humilium corda iudicat. Super lignis quoque disputauit, dum in cruce pendit. Tunc enim cedrum, id est, arrogantiam saeculi inclinavit vsque ad hyssopum, id est, humilitatem, id est, crucis stultitiam. Verbum enim crucis percuntibus stulticia est.

Moraliter. Salomon disputauit super lignis. Nota. In paradiso fuerunt tria ligna, lignum scilicet quo vescabatur Adam, lignum vitae, lignum scientiae boni & mali. Ista tria ligna sunt tres virtutes, memoria, voluntas, & ratio. Fructus memoriae est Dei delectatio, fructus voluntatis operatio bona, fructus rationis boni & mali distinctio. Disputare est diuersa rationis mente perquirere, vt ad rei veritatem possit peruenire. Vir ergo iustus super his tribus lignis disputat, id est, diuersa rationis mente perquirat. Si thesauro memoriae, bona Dei qua sunt humilitas & paupertas incarnationis, dulcedo praedicationis, passio Christi vsque ad crucem obedientis, reposuit, & reposita conseruauit, si voluntas Deum & proximum diligit, si ratio inter bonum & malum discernit, haec est disputatio viri iusti, qui etiam disputauit a cedro que est in libano vsque ad hyssopum qui egreditur de pariete.

Nota quod cedrus arbor alta est, huius lignum iocundi odoris est & immarcescibilis, nec a tineis vnquam exterminatur, odore suo fugat serpentes, in igne positus contrahitur. Cedrus est vita iusti alta sanctae conuersationis celsitudine, odorifera exempli bonae fames, immarcescibilis propositi sancti firmitate, inexterminabilis a tineis mortiferae concupiscentiae, fugat demones mentis compunctione, & repunit motus carnis mortificatione, & rugatur, id est, abbreviatur a propria voluntate in igne obedientiae. Ista cedrus est in Libano, que interpretatur candidatio, quia vita iusti interioris & exterioris munditiae candore consistit. Disputat ergo a cedro vsque ad hyssopum, qui egreditur de pariete, qui dicitur a paritate, id est, aequalitate, que dicitur vnitas sanctorum. A cedro ergo vitae iustae vir iustus disputat, id est, mente pertractat in sua vita vsque ad humilitatem & humilitatem sanctorum pertingit.

Sequitur de Christo. Et differuit de iumentis. In quibus gulosi & luxuriosi, in volucris superbi, in reptilibus auari, in piscibus curiosi designantur. Tunc de iumentis differuit cum ait. Attendite ne grauentur corda vestra crapula & ebrietate & curis huius vitae, & superueniat in vos, &c. Luc. 21. De volucris cum ait. Volucres cali habent nidus, filius autem hominis &c. Matth. 8. De reptilibus cum ait. Nolite thesaurizare, &c. Matth. 6. Pa vobis Scribae & Pharisei hypocrite, qui circumitis mare & aridam, id est, totum orbem, vt faciatis vnum profelytum. Profelyti sunt de gentibus in Synagoga recepti. Et cum factus fuerit facitis eum filium gehennae in duplo quam vos. Dum enim videt vitia vestra, reuertitur gentilis factus, & in praeruaricatione maiori poena dignus est. Sequitur.

Et veniebant de cunctis populis ad audiendum sapientiam Salomonis. Hoc est quod dicitur in Euangelio. Cum turba irruerent in Iesum vt audirent, &c. Genesareth dicitur a proprietate loci quasi auram generans, quia crisi, antibus vndis de se auram emittit stagnum. Stagnum lacus qui non fluit, sed aqua ibi stat, praetens laculum significat in quo sunt ebullitiones quae generant auram mundanae laudis breuiter transeuntem. Vnde Psalm. 9. Perit memoria eorum cum fontu, id est, plausu & fauore mundano. Et sicut in stagno aquae coercentur vt non effluant, sic in mundo libertas peccantium restringitur, vt non quantum velint in deliciis delectentur. Vnde Luc. 15. Filius prodigi cupit implere ventrem de siliquis porci & nei. si. dabit. Per siliquas porcorum diuersas cogitationes intelligimus, quibus maligni spiritus tanquam porci incitantur, quae aliquando cupienti non dantur. Frequenter enim homo plus peccat quam diabolus suggerat. Praeuenit enim homo frequenter diabolus. Vnde Ezech. 15. Dabote in manum Palaestinarum, qui erubescunt in via tua scelerata. Grandis pudor quod diabolus erubescit de peccato hominis quod ei non suggerit, & homo non erubescit. Stabat ergo iecus stagnum, id est, hoc saeculum, vt saeculi amatoribus verbum Dei praedicaret. Secus stagnum stetit, quia in saeculo existens saeculi gloriam non quaesuit, quae est tanquam lacus absorbens, immo contempsit & contemnere docuit.

Vnde super hoc concord. 3. Regum 4. Helias

Cedri proprietates. Vita iusti cedro comparatur. Iustus videat si ad humilitatem & humanitatem aliorum peruenit. In iumentis gulosi & luxuriosi. Luc. 21. Volucres cali habent nidus, filius autem hominis &c. Matth. 8. Pa vobis Scribae & Pharisei hypocrite, qui circumitis mare & aridam, id est, totum orbem, vt faciatis vnum profelytum. Profelyti sunt de gentibus in Synagoga recepti. Et cum factus fuerit facitis eum filium gehennae in duplo quam vos. Mundus generas auram mundanae laudis. Psal. 9. Perit memoria eorum cum fontu, id est, plausu & fauore mundano. Luc. 15. Filius prodigi cupit implere ventrem de siliquis porci & nei. si. dabit. Homo autem quando peccatior dicitur. Ezech. 15. Dabote in manum Palaestinarum, qui erubescunt in via tua scelerata. Christus gloriae huius saeculi osor.

Helias Deus meus. Saphath iudicans Heliasus Dei mei salus interpretatur. Galat. 3.

Carnales concupiscentiae maculant, quid.

3. Reg. 3.

Meretrices duae moraliter. Pœnitens per meretricem significatur & quo modo.

Marc. 14.

Zach. 12.

Vita pœnitentium virga decora.

Vita carnalium funiculus & cur.

lias reperit Heliseum filium Saphath arantem. duodecim iugis boum, & ipse in duodecim iugis boum arantibus vnus erat. Cunque venisset Helias ad eum, misit pallium suum super eum, qui statim relictis bobus cucurrit post Heliam & ait. Officuler (oro te) patrem meum, & matrem meam, & sic sequar te. Dixitque ei. Vade, & reuere. Quod enim meum erat, fecisti tibi. Reuersus autem ab eo tulit par boum, & maculauit illud, & in aratro boum coxit carnes, & dedit populo, & comederunt.

Moraliter. Cum Redemptor noster descendit de caelo, diuino iudicio acquisiuit populum adhuc terrenis operibus inhabitantem, in quo salutem fecit cum eum ad fidem conuertit. Helias enim interpretatur Deus meus. Saphath iudicans, Heliseus Dei mei salus. Super quem Propheta misit pallium suum, cum Dominus populum suum fide Catholica induit. Vnde qui in Christo baptizati estis (dicit Apostolus, Gal. 3.) Christum induistis.

Sequitur. Relictis bobus cucurrit post Heliam. Quia electorum chorus audito: Nisi quis renunciauerit omnibus, &c. statim cessauit lucris inhiare, secularibus desideriis deseruire, & sic aliis verbum vitae praedicauit. Hoc est enim osculari patrem & matrem, quoscunque potest siue de Iudaeis siue de gentibus sermone velle corrigere. Tulit par boum & maculauit illud, &c. Per quod carnem & spiritum intelligimus, quorum carnes, id est, carnales concupiscentias, in aratro, id est, in cordis contritione coquere debemus, & populo dare vt comedat, vt quos mala vita scandalizauimus, verae pœnitentiae exemplo reficiamus.

Et vidit duas naues stantes, &c. Ista duae naues sunt Hierusalem & Babylonia paradisi & Aegyptus; Abel & Cain; Iacob & Esau, id est, congregatio vere pœnitentium, & nefanda collectio secularium. In his enim duobus omnes homines comprehenduntur. Et istae sunt duae mulieres meretrices, de quibus 3. Reg. 3. dicitur. Venerunt duae mulieres meretrices ad Regem Salomonem. Merito ad illum meretrices venerunt, quem postmodum de ceperunt. Quarum vna ait. Obsecro mi Domine, &c. Nota Historiam. Date huic infantem viuum, & non occidatur. Hec est enim mater eius. Meretrices dictae a merendo stipendia libidinis. Ista duae meretrices duas significant vitas. Vere pœnitentium, scilicet & carnalium. Sed attende diligenter, quod vitam pœnitentium dicimus per meretricem significari, non pro eo quod meretrix fiat vel sit, cum iam ad maritum & sponsum suum sit conuersa, sed pro eo quod meretrix fiat dum diabolo adhaerit. Simile quid habes Marc. 14. Cum esset Iesus in domo Simonis leprosi. Non quod tunc leprosus erat, sed quia ante fuerat. Haec vitae sunt illae duae virgae de quibus Zachar. 12. Assumpsit mihi duas virgas, vnam vocaui decorem, & alteram vocaui funiculum. Nota quod vita pœnitentium dicitur virga decora. Virga, quia sub disciplina rigore posita. Decora, quia lachrymis ab omni lepra peccati mundata. Vita carnalium dicitur funiculus, quia peccatorum suorum funibus constricta. Quanta vero mala Cain, Abel, Esau, Iacob, carnaliter pœnitentibus inferant, ostenditur cum subditur. Ego & mulier haec habitabamus in domo vna, &c. Ecce duae naues stantes in stagno. Stagnum & domus, mundum

significat, in quo istae duae mulieres habitant pariter.

Pœnitentes pariunt opera lucis haeridem vitae aeternae in cordis amaritudine, de quorum partu Dominus dicit. Mulier cum parit, tristitiam habet. Pariunt & carnales opera tenebrarum filios gehennae in carnis gaudio, de quibus Prou. 2. Latantur cum male fecerint, & exultant, &c. Et hec in tertio die. Ex adulterina diaboli suggestione primo concipiunt in consensu mentis. Deinde portant in proposito male voluntatis. Tertio protrahunt peccatum in effectu operis. Et eramus (inquit) simul, nullusque alius nobiscum, &c. In mundo enim simul habitant. Vnde Iob. 30. Frater sui draconum, & socius Struthionum. In area enim granum cum palea. In torculari vinum & vinacea, oleum & amurca.

Sequitur. Mortuus est autem filius mulieris huius, &c. Opus carnalium moritur cum per subsequentem culpam suffocatur. Nocte prauae intentionis, caecitate mentis interficitur filius mulieris huius, dormiens quippe oppressit eum 1. Thess. 5. Qui dormiunt, nocte dormiunt, & qui ebrii sunt, &c. In tempesta dicitur non opportuna, quando nihil potest agi, & omnia quietata sunt, nam tempestiuum est opportunum. Vel tempesta nox alta, obscura, & media. Hanc auctoritatem sic exponit Gregor. de carnalibus doctoribus, qui dum quod dicunt, facere negligunt, per somnum cordis auditores suos occidunt, & negligendo opprimunt, quos alere in verbo lacte videbantur. Vnde dum reprehensibiliter viuunt, & habere discipulos laudabilis vitae nequeunt, alios sic attrahere conantur, vt dum bonos se habere sequaces ostendunt, apud iudicia hominum excusant mala quae agunt, & subditorum vitam tegunt per mortiferam negligentiam. Vnde mulier quae proprium extinxit filium, quaesuit alienum, sed matrem veram Salomonis gladius inuenit, quia cuius filius viuat vel intereat extremo examine ira iudicis demonstrabit. Et nota quod viuens filius diuidi prius praecipitur, vt soli postmodum matri reddatur, quia in hac vita quasi partiri conceditur vita discipuli, dum ex illa alter apud Deum meritum, alter apud homines habere laudem permittitur, sed falsa mater quem non genuit occidi non metuit, quia arrogantes magistri & charitatis ignari si plenissimum nomen laudis ex alienis discipulis consequi nequeunt, eorum vitam crudeliter insequuntur. Inuidia enim succensit nolunt alios viuere, quos se conspiciunt non posse possidere. Vnde ait. Nec mihi, nec tibi sit, sed diuidatur. Quos enim sibi obsequi non vident ad gloriam temporalem, eos aliis inuidet viuere per veritatem. Sed vera mater fatagit, vt suus filius salutem apud extraneam sit, & viuat, quia concedunt veraces magistri, vt ex eorum discipulis alij magistri laudem habeant, si tamen integritatem vitae non amittant. Per quae pietatis vitæra haec eadem vera mater cognoscitur, quia omnino magisterium in examine charitatis approbatur. Sole totum recipere meruit, quae quasi totum concessit, quia fideles praepositi pro eo quod ex bonis discipulis non solum aliis laudem non inuidet, sed etiam utilitatem profectus exorant, ipsi integros filios & viuentes recipiunt, quando in summo iudicio ex eorum vita perfectam retributionem assequuntur. Sic pater de his duabus nauibus.

Partus pœnitentium, & carnalium quam diuerfus. Prou. 2.

Iob. 30.

Opus peccatorum mortem inferens. 1. Thess. 5.

Quam nociva periculis doctores.

In iudicio qualia sunt opera bona vel mala constabit.

Discrimen inter veros & falsos magistros.

Inuidorum peruersitas.

Magisterium in examine charitatis approbatum.

Qui totum aliis concedit totum recipere meretur.



Quo descen- dunt pœni- tentes. Sequitur. *Piscatores autem descenderunt, & lauabunt retia.* Notandum ab utraque nauē, pœnitentium, scilicet, & carnalium, piscatores descendere. Pœnitentes autem descendunt ab eo quod sunt per gratiam, ad illud quod sunt per naturam, de gradu, scilicet, excellentioris vitæ ad considerationem fragilitatis propriæ. Carnales à tumore superbiæ descendunt ad cinerem pœnitentiæ. *Et lauabunt retia.* Ibi Glossa. Lota retia plicat, qui intermisso prædicandi officio, quod alios docuit, implere satagit. Petrus sciens nauiculam sibi commissam ferri maris fluctibus, concuti ventis, & periculis exponi, tanquam prouidus nauclerus eidem vt ad portum quietis incolumis perueniret, arborem, & velum, gubernaculum, & anchoram: ac remos hinc inde mirabili fecit magisterio. Ait enim, primæ Petri tertio capite. *In fide autem omnes unanimis, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles, non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto: sed è contrario benedictum in hoc vocati estis, vt benedictionem hereditatis possideatis.*

Quo descen- dunt carna- les. Vnanimis sit arbor nauis Ecclesiæ.

1. Petr. 3. Vnanimis sit arbor nauis Ecclesiæ.

AE. 4. Compaffio velum nauis Ecclesiæ. 1. Cor. 12. Si quid patitur vnum membrum, compatiantur omnia membra.

Amor fraternitatis regit fidelium congregationem. Anchora fit misericordia.

Remi nauis Ecclesiæ modesti & humiles.



SEQVITVR SECVNDVM, quod pro secundo Sermone haberi potest.



SCENDENS autem in vnam nauim que erat Simonis, &c. vsque In capturam. Super hoc concordat illud, tertij Reg. 10. *Classis Regis Salomonis per mare ibat in Tharsis deservens inde aurum & argentum, dentes Elephantorum, Simias & Pauos.* Classis Salomonis & nauis Simonis idem significant. Nauis dicta, quia gnauum, id est, peritum rectorem querit, qui gubernare nouit propter marina pericula præcauens. Vnde illud Prou. 1. *Intelligens gubernacula possidebit.* Nauis Ecclesia est Christi: commissa curæ Petri, quæ per Petrum non fatuum rectorem, non vastatorem querit, vt se inter pericula defendere possit.

Hæc est classis Salomonis, quæ per mare huius mundi vadit in Tharsis, id est, ad illos qui gaudium mundi explorant, vt in ipso gaudeant. Per aurum humana sapientia, per argentum Philosophia eloquentia: dentes Elephantorum Doctores fortem paruulis cibum malitantes verbum Dei, per Simias actus humanos irritantes, sed bestialiter viuentes: qui ad fidem ex gentibus veniunt, & fidem verbis tenere videntur. operibus autem negant, per pauos quorum caro si siccata fuerit imputribilis permanere dicitur, qui pennarum pulchritudine vestiuntur, significantur perfecti igne tribulationis decocti, adeo vt variis virtutibus decorentur & figurentur. Hæc de Tharsis, scilicet, de variis maris fluctibus sæculi per Prædicatores Ecclesiæ ad Salomonem Iesum Christum deferuntur.

Moraliter. Classis Salomonis est mens pœnitentis, quæ per mare, id est, amaritudinem contritionis, vadit in Tharsis, id est, explorat quæ commisit, & omisit peccata & circumstantias, vnde venit, vbi est, & quo vadit, quantum ista caro misera sit & fragilis, & mundi prosperitas fallibilis & labilis. Vnde Gen. 42. *dixit Ioseph ad fratres suos. Exploratores estis, vt videatis infirmiora terra, venistis.* Pœnitentes vere sunt exploratores, qui infirmiora terræ, id est, fragilitatem & infirmitatem carnis suæ quotidie in amaritudine considerant. Isti sunt exploratores quibus Iosue dixit. Iosue 2. *He considerate terram urbemque Hierico.* Hierico interpretatur Luna, & significat defectiuam mundi prosperitatem, quia vini iusti exploratores missi ad explorandam, in ea non inueniunt nisi amaritudinem & dolorem. Ex hac igitur exploratione defert aurum & argentum. In auro conscientia de puratio. In argento laudis confessio. In elephantorum dentibus sui accusatio, & reprehensio. In similibus propriæ scditatis consideratio. In pauonibus gloria pœnitentis abiectio designatur.

De primis duobus Iob vigesimo octauo. *Habet*

Ierem. 12. Confessio denotatur argento.

Plerique famam pauci conscientiam venantur.

Iob 13.

Pœnitentes denotantur Elephantibus & quare.

Iustorum in alios charitatis.

Fratrem errantem reducant, exemplo & verbo duces aliorum sunt, misericorditer compatiuntur. Non excusanda peccata.

Christus arbor fructifera plantata in vtero virginis.

Folia eius verba sanctissima, fructus opera.

Si te noueris omnia terrena contemnes.

*bet argentum venarum suarum principia, & auro locus est in quo conflatur.* Principium venarum est cor hominis. A corde ergo hominis debet exire argentum, id est, confessio diuinæ laudis. Sed dicit Ierem. 12. *Prope est tu Domine ori eorum, & longe à retribus eorum.* Cor carnalium est in retribus & luxuriis, & laus Dei in labiis eorum. Principium à quo debet defluere argentum longe à Deo. Quomodo ergo argentum Dominicæ laudis dulce resonabit in aure omnipotentis, qui dicit. Fili da mihi cor tuum. Et ad cor respicit Deus. *Auro locus est in quo conflatur,* id est, gloria conscientia deputatur in conflatorio examinationis propriæ. Hic est locus auro: non hominum lingua: in qua si aurum conflatur, consumitur. Miser est qui plus credit linguæ alienæ quam conscientia propriæ. Plerique famam, conscientiam pauci venantur, quasi plus sit laudari quam esse laudabilem. De accusationis & reprehensionis dentibus, Iob. 12. *Lasero carnes meas dentibus meis.* Dentibus carnes lacerat, qui carnalitatem suam digna reprehensione accusat.

Et recte pœnitentes significantur per Elephantas, quibus inest clementia bonum, quia si per deserti vagabundum hominum viderint, ducantur ei vsque ad notas vias præbent, vel si consertis pecoribus occurrerint, viam ipsi blanda manu faciunt. Natu maximus ducit agmen, & etate proximus cogit sequentes. Flumen transituri minimos mittunt ante se, ne maiores ingressus alueorum atterant, & profundum gurgitem pressis vadis faciant. Simile est clementia bonum viris iustis. Fratrem errantem ad viam reducant, pecoribus, id est, simplicibus blanda, & placita operationis manu viam per quam illæsi pergant faciunt, exemplo & verbo duces aliorum sunt, per flumen huius vitæ ad patriam transituri minimos mittunt ante se, quia incipientibus qui adhuc ad robur sanctitatis non perueniunt, misericorditer compariuntur, ne si perfectorum austeritatis viam teneriores inceserint, ad huiusmodi incepto opere lassati deficiant. Sicut autem simia cauda carent, qua scditatis suæ turpitudinem operiant. Sic veri pœnitentes excusationis viam non habent qua peccata sua pallient, sed nude & aperte non hominum, sed solius Dei erubescerent aspectum turpitudinem, quam commiserunt, detegunt.

Item in pauonibus, gloria temporalis abiectio designatur. Vnde nota quod pauo eiicit suas pennas cum prima arbore eiiciente folia sua, & post nascitur ei pluma cum arbores incipiunt primo frondescere & fructicare. Prima arbor fuit Christus, quæ plantata fuit in horto voluptatis, id est, in vtero Beatæ Virginis. Huius arboris folia sunt ipsius verba, quæ cum prædicator in prædicatione eiicit, & peccator ipsa susceperit, pennas, id est, diuitias abiicit. In generali vero resurrectione qua omnes arbores id est, omnes sancti incipient virefcere, pauo ille, qui mortalitatis pennas abiicit, immortalitatis pennas recipiet. Item in pauonibus, gloria temporalis abiectio designatur, & sicut in pennis pauonis est pulchritudo, & in pedibus turpitudine, per quorum considerationem reprimitur (vt ita dicam) eius pulchritudo. Sic pœnitentes huius sæculi gloriam abiiciunt per suæ vililitatis & incinerationis recordationem. Tales men-

tes veri pœnitentes deferunt de se, & sua quotidie non desinunt explorare.

Dicamus ergo. Ascendens in vnam nauim, quæ erat Simonis, &c. Rogat Christus Ecclesiæ suæ Prælatum vt à terra ipsam reducat pullum, & sibi commissos ad gubernandum ab amore terrenorum abstrahat. Sed certe qui terræ adhæret, & gibbosus est, & ad terram incuruatus, quomodo alios à terra reducet? Moysen, quando cum vxore & filiis (vt dicitur Exodi quarto) proficisceretur in Ægyptum vt educeret populum Israhel, Angelus voluit interficere, sed quando vxorem & filios reliquit, Angelus dimisit eum. Sic aliqui prælati, & Sacerdotes nostri temporis qui per Moysen figurantur, habent vxores & filios, ad literam. Reptilia post Sacerdotes clamantia Væ, væ, væ. Sed occurret eis Dominus, & occidet eos nisi vxores & filios à se separauerint, quibus separatis, dicit Dominus. Reduc nauem à terra pûsil.

Sequitur. *Et sedens docebat de nauicula turbas.* Super hoc concordat, tertij Regum decimo. *Fecit Rex Salomon ibronum de ebore grandem, & vestiuit eum auro, & habebat sex gradus, &c.*

Nota quomodo hæc auctoritas tribus modis exponi potest. De Ecclesia sic. Solium Salomonis Ecclesia esse intelligitur, in qua pacificus noster regnans iudicia sua facere dignoscitur. Bene de ebore factum esse dicitur, quoniam Elephas cuius hæc ossa sunt, inter quadrupedia sensu plurimum valet, & temperatiue miscetur feminæ suæ, & secunda coniuge non vitur. Hæc pudicis aptantur, qui per castitatem Christi præcepta sequuntur. Hoc vestiuit auro, quia splendorem gloria suæ in eo, scilicet, Ecclesia, per miracula clarescere fecit. Sex diebus fecit Deus ornamentum mundi, qui nunc erus perfectione sua perfectionem operum significat. Septimo die requieuit Deus. Vel quia sex gradibus mundus constat, in quibus licet operari, quisquis celestem patriam desiderat, bonis operibus festinet ascendere.

Rotunditas throni in posteriori parte significat requiem æternam, quæ post hanc vitam sanctis est futura & quisque hic bene laborat mercede remuneratus perenni quiete perfruatur. Manus teventes sedile, significant solatia diuinæ gratiæ, quæ Ecclesiam ad caeleste regnum prouehunt) ideo duæ, quia in utroque testamento hæc prædicatur, qua non nisi diuino adiutorio aliquid boni perfici potest. Per leones duos, partes vtriusque testamenti significatur, qui fortitudine animi sibi & aliis dominari didicerunt. Hi iuxta manus stabant, quia sancti patres quicquid boni fecerunt, non sibi, sed Deo imputauerunt. Vnde, *Non nobis Domine, non nobis.*

Per duodecim leunculos, prædicatorum ordo Apostolicam doctrinam sequens, significatur. Hi supra sex gradus hinc atque inde stant, quia honorum operum greffus hinc, & inde doctrinis & exemplis murum Ecclesiæ circumdant.

*Fecit rex Salomon, &c.* Nota quod ad aliquid faciendum duo sunt necessaria. Sapientia, scilicet, & virtus. Sapientia disponitur. Virtute confirmatur. Iesus Christus, qui est Dei virtus & sapientia, fecit sibi thronum in quo requiesceret. Thronus est anima cuiuslibet iusti, quam sua sapientia iusta.

Prælati suos ab amore terrenorum reuocet.

Exod. 4.

3. Reg. 10.

Solium Salomonis Ecclesia, anima beatissima virgo

Gen. 1.

Numerus sexenarius perfectior denotans.

Bonis operibus festinaculum ascendere. Gratia Ecclesiam ad gloriam prouehit.

Non sibi sed Deo bonum tribue.

Leunculis duodecim Prædicatorum Apostolicorum ordo denotatur.

Thronus Christi anima iusti.



pientia Christus creauit. Cum vero esset sua, virtute recreauit cum esset perdita. Fecit ergo thronum, vt in ipso requiesceret, quia anima iusti sedes est sapientia. Vnde I'ai. 66. dicit. Ad quem respiciam nisi ad pauperculum, id est, humilem, & contritum spiritu, & tremulentum sermones meos? Et Prouerbiorum vigesimo. Rex qui sedet in folio iudicij, dissipat omne malum in tuum suo. Sic Christus rex regum sedet in folio, id est, requiescit in anima, & dissipat omne malum carnis, mundi, & diaboli, intuitu suo, id est, respectu suae gratiae. Fecit (inquit) thronum de ebor.

I'ai. 66.

Prou. 20. Christus omnia mala exulans.

Inter Elephantem & serpentem perpetua discordia.

Inter iustos & daemones continua dissensio.

Diabolus iustorum gressibus terdit insidias.

Vestis animae est fides. Sap. 18.

Psal. 67.

Obedientia quibus sociari debet.

Galat. 5.

Nota quid ebur, aurum fuluum, quid summitas rotunda, quid pars posterior, quid duae manus, quid sex gradus, quid duo leones, & duodecim leuiculi. Ebur à barro, id est, Elephantem dictum est.

Nota, inter Elephantem & draconem est iugis discordia. Vnde se dracones inuoluunt pedibus Elephantum, sic inter viros iustos significatos per Elephantem, & draconem, id est, daemones, est iugis discordia, quia daemones pedibus, id est, affectibus iustorum insidias ponunt, quibus ipsos angues iusti interficiunt. Inde enim necantur, vnde venenum infundere querunt. Ardens luxuria demonis castitati sanctorum nocere studet, quam tunc maxime inuadit, cum ipsos gula deditos viderit, per ipsam enim charitatis ignis languescit. Oculos super omnia petunt, quia per ipsos nouerunt esse prima iacula luxuriae. Vel oculos, id est, rationem & intellectum qui sunt oculi animae, prius petunt vt ipsos eruant, & aures volunt obturare ne verbum Dei possint audire. Fecit ergo thronum de ebone, quo ad castitatem, grandem, quo ad contemplationis celsitudinem. Vestiuit eum auro fuluo. Vestis animae est fides, quae tunc est aurea si charitas claritate fuerit illuminata. De qua veste Sap. 18. In veste poderis quam habebat Aaron, &c.

In veste fidei per dilectionem operantis, debent esse quatuor elementa, ex quibus constat totus orbis. Ignis, scilicet, charitatis, aer contemplationis, aqua compunctionis, terra humilitatis. Et habebat sex gradus, qui sunt peccati abominatio, ipsius accusatio, illata iniuria remissio, proximi compassio, sui & mundi despectio, finalis perseuerantiae contumatio. Et summitas throni rotunda erat in parte posteriori. Throni summitas, est desiderium animae, quo ardet videre Deum, quae in posteriori parte, id est, in fine suae vitae erit rotunda, quia transibit de spe ad requiem. Psal. 67. Posteriora dorsus eius in pallore auri, id est, contemplatione diuinæ maiestatis. Et duae manus hinc & inde, &c. Sedile, id est, scabellum, quod erat aureum. Sedile est obedientia, quam tenent duae manus, id est, memoria Dominicae Passionis, & recordatio propriae fragilitatis & iniquitatis. Iuxta duas manus stant duo leones, spes, scilicet, & timor. Spes iuxta manum Dominicae Passionis, cuius exemplo libenter obedit, per quam sperat habere quod credit. Iuxta manum, id est, recordationem propriae iniquitatis stat leo timoris, minans periculum si non obedit, aeternae mortis. Et duodecim leuiculi stantes supra sex gradus. Leuiculi sunt illae duodecim virtutes, quas numerat Apostolus Galat. quinto. Frustrum (inquit) spiritus sunt charitas, gau-

dium, pax, patientia, longanimitas, &c.

Item tertio, thronus dicitur beata Maria. Vnde Ecclesiastes vigesimo quarto. Ego in altissimis habito, & thronus meus in columna nubis, quasi dicat. Ego qui in altissimis habito apud patrem, elegi thronum, &c. in paupercula matre. Et nota quod dicitur columna, quia nostram fragilitatem sustentat nubis: quia à peccato immunis.

Eccles. 24.

Hic thronus fuit de ebone, quia Maria fuit candida innocentia, frigida sine libidinis ardore. In ipsa fuerunt sex gradus, qui notantur in Euangelio Missus est.

Thronus Dei Maria. Sex gradus throni in Maria.

Primus, fuit verecundia. Turbata est in sermone eius. Vnde illud. In adolescente verecundia, in iuvene hilaritas, in senes prudentia commendatur.

Secundus, prudentia; siquidem non statim affirmavit vel negavit; sed cogitare cepit. Vnde. Et cogitabat qualis esset ista salutaris.

Tertius, modestia, ibi. Quomodo fiet istud? Quartus, constantia in bono proposita. Vnde. Quoniam virum non cognosco.

Quintus, humilitas. Ecce ancilla Domini.

Sextus, obedientia. Fiat mihi secundum verbum tuum. Ille thronus fuit vestitus auro paupertatis. O aurea paupertas gloriosae virginis, quae Dei filium panis inuoluisti, in praecipio collocaisti. Et bene dicit. Vestiuit. Paupertas enim animam vestit virtutibus. Diuitiae vero temporales expoliant. Et summitas throni rotunda in parte posteriori. Beatae Mariae summitas fuit charitas: ob cuius meritum in posteriori parte, id est, & aeterna beatitudine summum tenet locum, sine & principio carente. Et duae manus & sedile aureum, id est, scabellum fuit humilitas beatae Mariae, quam tenuerunt duae manus, id est, vita actiua & contemplatiua. Fuit enim quasi Martha, & Maria, Martha in Aegyptum iens, & inde denuo rediens. Maria quando conseruabat omnia verba conferens in corde suo. Duo leones, id est, Gabriel & Ioannes Euangelista, vel Ioseph & Ioannes, stabant hinc & inde iuxta manus: Ioseph iuxta actiuam, & Ioannes iuxta contemplatiuam. Et duodecim leuiculi, id est, duodecim Apostoli: hinc & inde venerantes & ei obsequentes. Vere tale opus non fuit in vniuersis regnis, quia nec primam similem visa est nec habere sequentem. Multae filiae congregauerunt diuitias: sed Maria supergressa est vniuersas.

Paupertas animam vestit virtutibus.

Sequitur. Vt cessauit loqui dixit ad Simonem: duc in altum, & laxate retia vestra in capturam. Altum superius & inferius dicitur, ad vtrumque enim pertinet. Altum itaque caelum, & altum mare dicimus. Dicitur Simoni, id est, cuiuslibet Episcopo. Duc in altum, & statim post dicitur suffraganeis. Laxate retia vestra in capturam. Nisi Ecclesiae nauis ducatur in altitudinem sanctae conuersationis à praesule: Sacerdotes retia in capturam non laxant; sed victimas in profundum declinant. Vnde Osee quinto. Audite haec sacerdotes, quia vobiscum est iudicium: quoniam laqueus facti estis speculationi, & sicut rete expansum subter Tabor, & victimas declinastis in profundum.

Nota ista tria, Laqueus, rete, declinastis. In quibus mihi negligentia, auaritia, gula, & luxuria Sacerdotum norantur. Negligentia, ibi: Laqueus facti estis speculationi,

Vicia aliquorum sacerdotum norantur.

lacioni. Sacerdotes sunt dati ad speculandum: sed eorum negligentia subditi iaciunt in laqueum diaboli.

Auaritia, ibi. Sicut rete expansum subter Tabor. In monte Tabor transfiguratus est Christus, & interpretatur lumen veniens, & significat altare: in quo fit transfiguratio, id est, transsubstantiatio de specie panis & vini in corpus Christi & sanguinem. Per quod Sacramentum venit lumen in animas fidelium. In hoc monte Tabor aliqui Sacerdotes nostri temporis: & (vt verius dicam) mercatores expandunt rete suae auaritiae ad congregationem pecuniae. Celebrant enim Missas propter denarios, quos si se recepturos non crederent, minime Missam celebrarent, & sic Sacramentum salutis vertunt in simum cupiditatis.

Aliqui comprehenduntur Sacerdotes.

Gula & luxuria, ibi: Declinastis victimas in profundum. Victimae sunt oblationes fidelium: quas in profundum (quod dicitur procul à fundo, id est, gula & luxuria) declinant. Victima dicta eo quod ictu percussa cadat. Oblationibus enim fidelium quos excoriant, eorum iumenta, pulli, & focariae filij impinguntur. Praeceptum fuit in lege, Deuteronomij vigesimo tertio, vt manser, id est, de scorto natus, non ingrederetur in templum Domini, & ecce filij metreticum non solum ingrediuntur, sed etiam bona domus Domini comedunt.

Deut. 23.

Sequitur tertium. Et respondens Simon dixit illi. Praeceptor per totam noctem, &c. Nox dicitur à nocendo oculis, tenet enim oculos ne videat. Qui enim in nocte laborat nihil capit, immo ante capitur. Psal. 103. Posuisti tenebras & facta est nox in ipsum, &c. Cum nox, id est, obscuritas peccatorum fit in anima, tunc bestiae, id est, daemones per ipsam transeunt ipsam dilaniantes. Qui in nocte, id est, obscuritate huius vitae laborat vt aliquid transitorium inueniat, nihil capit. Ipsa enim temporalia nihil sunt per naturam: & sic gentes, scilicet, gentilitate viuentes, sed non per gratiam, quia male esse non est esse, & qui à vero esse cecidit, nihilum & inane potest reputari.

Psal. 103.

Miseria fors peccatricis animae.

Vanitas rerum temporalium.

Esse vere proprieque dicuntur: quae nec intentione crescunt, nec detractioe minuuntur, nec variatione permurantur. Esse autem non habet contrarium nisi non esse. Qui ergo intentione temporalium rerum crescit: detractioe, id est, charitatis defectu minuitur: variatione mentis, scilicet, instabilitate permuratur, à vero cecidit esse, & quasi nihil & inane reputatur.

Sequitur. In verbo autem tuo laxabo rete. Glossa. Nisi in verbo gratiae supernae, id est, interioris inspiratione laxata fuerint instrumenta Praedicationis, frustra Praedicator vocis suae iaculum mittit, quia fides populorum suorum non in sapientia verbi compositi, sed diuinæ vocacionis munere prouenit. O vana praesumptio! O humilitas fructuosa! Qui nihil ante ceperant, magnam in verbo Christi concludunt multitudinem piscium, quia modo cum electis tot reprobi intrant. Rumpitur rete, sed non labitur piscis, quia Dominus suos seruat etiam inter persequentium scandala. In verbo autem tuo non meo, laxabo rete, quasi dicat quotiescumque in verbo meo laxauit, nihil cepi, & si cepi, non piscem, sed ranam loquacem cepi, quae me laudaret, & nihil hoc fuit. In verbo autem Christi laxat rete qui nihil sibi, sed totum illi attribuit,

Praesumptio vana.

Humilitas fructuosa.

Laxate rete moraliter quid.

qui secundum quod praedicat viuunt, quod si fecerit, comprehendet piscium multitudinem copiosam. Vnde super hoc 3. Reg. 18. Helias ascendit in verticem Carmeli, & pronus in terram posuit faciem suam inter genua sua, & dixit ad puerum suum. Prospice contra mare, &c. & reuertere septem vicibus. In septima autem vice, ecce nubecula parua quasi vestigium hominis ascendebat de mari, &c. & facta est pluuia grandis, &c.

3. Reg. 18.

Nota ibi omnia ista, quid Helias, quid vertex Carmeli, quid pronus in terram, quid facies inter genua, quid puer, quid septem vices, quid nubecula & vestigium hominis, quid mare, quid nubes & pluuia grandis. Helias est Praedicator, qui debet ascendere in verticem Carmeli, qui interpretatur scientia circuncisionis, & significat sanctae conuersationis excellentiam, in qua homo bene scit in se omnia superflua circundere. Et pronus, ecce humilitas: in terram, ecce propriae infirmitatis recordatio, & posuit faciem suam inter genua sua. Ecce pro iniquitate praeterita afflictio. Et dixit ad puerum suum. Ascende & prospice contra mare. Puer à puritate, Praedicatoris corpus significat, quod in puritate debet conseruari. Hic puer debet prospicere contra mare, id est, mundanos peccati amaritudinem infectos. Contra hos tunc prospicit, cum eorum vitiis in praedicatione contraria proponit. Sed septem vicibus debet prospicere, id est, septem fidei articulos proponere, qui sunt incarnatio, baptismus, passio, resurrectio, sancti Spiritus missio, & aduentus ad iudicium, in quo peccatores iudicati mittentur in stagnum ignis ardentis, vbi erit fletus, &c. In hoc septimo articulo quasi septima vice, mundanis peccatorum timore percussis, de mari, id est, eorum corde videbit praedicator nubeculam, id est, quantum lamcunque compunctionem quasi vestigium hominis, per quod gratia Christi significatur, quae cum mentibus peccatorum infigitur, tunc proculdubio nubecula compunctionis ascendit, & paulatim crescit, & efficitur nubes magna obtenebrans claritatem temporalium. Post sequitur ventus & pluuia, ventus, scilicet, confessionis omnia radicitus eradicans vitia, & sic pluuia grandis satisfactionis, quae inebriat terram & germinare facit eam, & sic Praedicator concludit multitudinem piscium copiosam.

Quid conuincatur agere debet

Vt vere talis cenetetur.

Confessio ventus omnia peccata eradicans.

Sequitur. Et annuerunt sociis qui erant in alia naui vt venirent & adiunarent eos. Dicitur est superius quod istae duae naues significant vitas poenitentium & carnalium. Illi qui sunt in naui Simonis, in obedientiam, & poenitentiam vocant illos qui sunt in carnali vita, vt veniant & se adiuent. Simile quid habes 3. Reg. 5. Quando Salomon misit ad Hyram regem Tyri, vt ei auxilium praberet in templo Domini construendo. Sic isti vocant carnales praedicatione vt veniant, id est, recedant à mundi vanitate, & eos adiuent, id est, operibus poenitentiae intendant, & sic replebunt ambas naues, & aedificabitur templum Domino, & de istis & de illis templum in caelesti Hierusalem viuus lapidibus constructur.

3. Reg. 5.

Sequitur quartum. Quod cum videret Simon Petrus, prostratus ad genua Iesu dicens: Exi à me Domine, quia homo peccator sum, &c. Petrus se peccatorem tantae maiestatis praesentia timuit aggaurari. Et ideo dixit. Exi à me, quia homo peccator sum Domine. Qui se peccatorem agnouit, ad genua Iesu pro-

cidit.





in fide Iesu Christi, in morte ipsius, id est, in sanguine eius mundati sumus Apocal. primo. Dilexit nos, & lauit nos a peccatis in sanguine suo. Nota, sanguis extractus a latere columbae absterget maculas extrinis ab oculo. In ipsius ergo honorem & reuerentiam quicquid sumus, quicquid possumus exhibere debemus, qui maculas sanguinis, id est peccati abstergit ab oculo animae nostrae sanguine suo. Columba Christus, carens felle, gemitum & planctum promens, latus suum aperiri voluit, ut sanguinis maculam abstergeret, & cuilibet paradisi portam aperiret.

Secundo nobis cautelam exhibere debemus. Vnde sequitur. *Consepulti sumus cum illo in mortem per baptismum*, id est vitiorum mortificationem. Sicut enim Christus dolorem crucis sustinens membra distenta & confixa habuit, in sepulcro quieuit humanis aspectibus subtractus: Sic nos cruorem poenitentiae sustinentes membra confixa per continentiam habeamus, ne ad priora redeamus, a quibus ita perfecte quiescamus, ut nec eorum visio nec memoria habeatur.

Tertio debetur proximo dilectio, haec est enim nouitas vitae. *Mandatum* (inquit) *nouum de vobis ut diligatis inuicem*.

Item quarto & quinto, Mundo contemptum & peccato odium exhibere debemus. Vnde sequitur. *Si enim contemplari*, & caetera. Si de pomario Babylonico, in quo scilicet iudices Sufannam inuenerunt, transplantati fuerimus, & in horro sponfi, in quo ipse fuit sepultus, complantati, tunc vere mundum contempnimus. Et quia ex contemptu mundi nascitur odium peccati, ideo addidit Apostolus, Similitudinem mortis eius. Vbi mortis Christi similitudo, ibi peccati abominatio. Vnde Canticorum octauo. *Fuge dilecte mi*, & caetera. Ecce mundi contemptus.

Item Ioannis sexto dicitur. *Cum uellent rapere Iesum in regem, fugit in montem, qui cum quaereretur ad mortem quaerentibus obuiam fuit*. Fuge ergo dilecte mi. Dicitur Exodi secundo, quod Pharaon quaerebat occidere Moysen, qui fugiens de conspectu eius, moratus est in terra Madian.

Et tu fuge, quia diabolus quaerit te interficere, & habita in terra Madian, quae interpretatur Dei iudicium, ut terram tuam iudices, ne a Domino iudicaris, & sede iuxta puteum humilitatis, ut haurias aquam in vitam aeternam salientem. Fuge ergo dilecte mi. Genesim vigesimoseptimo dicitur, quod *Rebecca dixit ad Iacob*. *Ecce frater tuus Esau minatur ut occidat te, & nunc audi uocem meam, & consurgens, fuge ad Laban fratrem meum in Aram, & habitabis ibi cum eo*. Esau pilosus est mundus multis uitiis plenus. Hic minatur occidere te fili. Fuge ergo ad Laban, id est Christum, qui super niuem dealbat a peccatis, qui est in Aram, quae interpretatur excelsa, & ibi habitabis cum eo, quia in excelsis habitat Dominus. Fuge ergo dilecte mi.

Sequitur. *A simile capreae, hinnuloque ceruorum*. Caprea dicta quasi ardua capiens, acutum habet visum, ad alta nititur, Hinnuli filij ceruorum ab innuere dicti, quia ad nuntium matris absconduntur, Per ista duo Christi

stus Deus & homo significatur. In caprea eius diuinitas, quae omnia videt. In hinnulo, eius humanitas, quae ad nutum matris suae negocium quod iam inceperat duodennis, usque ad trigessimum annum distulit, & venit cum illa in Nazareth, & erat subditus illi. Hic hinnulus dicitur ceruorum, id est patrum antiquorum, a quibus carnis traxit originem. Assimilare ergo dilecte mi huic hinnulo, ut in similitudinem mortis eius complantatus ualeas ascendere super montes aromatum. Hoc est quod dicit Apostolus. *Simul & resurrectionis erimus*. Montes aromatum sunt excellentiae virtutum, quas qui habuerit, etiam generali resurrectione cum Christo gaudebit.

Sequitur secundum.

*Audistis quia dictum est antiquis. Non occides*, & caetera. Mandatum Christi non est legi contrarium, sed latius in se legem continens. Qui enim non irascitur non occidit. Tolle iram, & homicidium non fit. Ira est omnis malus motus ad nocendum. Subitus autem motus cui non consentitur, est passio. Accedente consensu, passio subiequente effectu est mors in domo. Omnis qui irascitur fratri suo, & caetera. Gradus sunt in istis peccatis. Primo, irasci, & hunc motum in animo retinere. Plus est si dixerit fratri suo racha, quod est de uindicta cogitare, sed modum certum non definire. Plus uero si dixerit fratri suo. *Fatue*, quod est crimen definire, quia certa uituperatione increpauit. Similiter gradus sunt in poena. Nam minus est iudicium quando adhuc cum reo agitur, & est defensionis locus. Plus consilium, quando iudices inter se conferunt quo supplicio damnetur, quem constat esse damnatum. Plus est etiam gehenna, ubi nulla sententiae dilatio. Et ita quod propriis, & certis modis exprimi non potuit, quibusdam similitudinibus dictum est. His enim tribus, iudicio, consilio, gehenna, diuersae mansiones in aeterna damnatione pro mundo peccati singulariter exprimuntur.

Nota quod inter iram & iracundiam hoc distat. Ira est praesens, & ex causa nascitur. Iracundia uero vitium naturale, vel perpetuum. Iracundus dictus, eo quod accenso sanguine in furorem compellitur. Ira enim Graece flamma dicitur, & ira in flamma est. Racha uerbum Hebraeum est, & interpretatur Graece caenos, id est uacuum aut inanis, quem uulgata iniuria absque cerebro possumus dicere. Qui ergo hoc dixerit fratri suo qui de Spiritu sancto plenus est, luiturus est poenam sanctorum iudicio. Iudicium unius est qui, quod ipse vel alij sentiunt, intelligit. Stultus uero hebes corpore. De his tribus tertij Regum secundo. *Salomon interfecit Adoniam, Semei, Ioab. Adonias filius Aggith eleuabatur dicens. Ego regnabo. Fecitque sibi currum & equites & quinquaginta uiros qui ante eum currebant*, tertij Regum primo. Per Adoniam qui interpretatur Dominus dominans, significatur iracundus, qui tanquam Dominus alij uult dominari. Hic est filius Aggith, qui interpretatur meditatio. Ex meditatione enim peruersa nascitur iracundia qua peccator eleuatur, dicens. *Ego regnabo. Quanta stulticia?*

Christi mirabilis obedientia.

Monte uirtus denotata.

Mandatum Dei non legi contrarium.

Gradus in peccatis.

Gradus in poena.

Quod distat inter iram & iracundiam.

Ira Graece flamma.

3. Reg. 2.

3. Reg. 1.

Dementia alios regere uelle cum nescias tui rectorem esse.

3. Reg. 13.

Zambri amaricans.

Iracundus per basiliscum designatur & qua de causa.

Iracundus a pauperibus spiritu non timetur.

Plures gladio lingua percunt.

De iracundia peccato uix fatigatur.

Quadruplex altare. Exod. 20.

stulticia? qui seipsum nondum bene regere nouit, alijs praesse cupit. *Fecitque sibi currum, &c. Currus, linguam. Equites, uerba. Quinquaginta uiri*, quinque corporis sensus significant. In maledicto uolubilis linguae curru gladio subintrando, igne comburendo, peccatoris animus effertur, cum ira succenditur, currunt & discurrunt uerba tanquam equites impugnantia, obediunt quinque corporis sensus felle iracundiae infecti. In oculis obscuritas. In auribus surditas. In manibus est crudelitas, & sic de singulis.

Hic est ille homicida Zambri, de quo 3. Regum decimosexto dicitur. *Ingressus palatium succendit se cum domo regia, & mortuus est in peccatis quae fecerat*. Zambri interpretatur ille laceffens uel amaricans, & significat iracundum, qui se & domum regiam, id est animam suam regio sanguine emptam in igne iracundiae succendit, & sic peccans mortaliter moritur coram Domino. Vnde recte iracundus signatur per basiliscum, qui est serpens semipedali longitudine, singulariter malum in terris, qui flatu suo extinguit herbas, necat arbores, & animalia caetera occidit & incendit. Ipsas etiam auras corrumpit, ita ut in aere nulla auium impune transuolet, & infecta spiritu pestilenti aura sibilum eius etiam serpentes pauere facit, & cum acceperint fugam, omnia ueneno insicit, & ab eo quicquid morsum est occiditur, nec depascitur fera, nec atrethat ales. A mustelis tamen vincitur, quas ideo homines inferunt caernis in quibus delitescit. Sic iracundiae ueneno aliquis huius seculi potens infectus, quasi basiliscus flatu suae malitiae extinguit herbas, id est pauperes, necat arbores, id est huius seculi diuites mercatores & usurarios, animalia, id est suos domesticos occidit & incendit. Ipsas etiam auras, id est vitam religiosorum corrumpit, ponit in caelo suum os, & lingua eius transit in terram. Sibilum eius etiam serpentes pauent, id est amici & socij uisus malitiae consequi perhorrescunt, cuius cum incanduerit ira, quilibet fugam petit, quocumque loco etiam porcorum stabulo se abscondere properantes. Ille tam ferus, tam a seipso alienus & spiritu diabolico inflammatus, a mustelis, id est pauperibus spiritu qui cum non timent, quia nihil habent quod perdant, vincitur, quos homines humo pecuniae onerati illuc accedere non audentes, inferunt caernis, in quibus delitescunt. Loquimini inquit ei, quia nos non audemus. Item per Semei qui maledixit Dauid, figuratur ille qui dicit fratri suo Racha. Per Ioab, ille qui dicit fratri suo, fatue. Istos tres interfecit Salomon. Adoniam, qui regnar e uoluit, ecce ira. Semei, qui Dauid maledixit, ecce Racha. Ioab, quia meliores se occidit, ecce qui fratri suo fatue dixit. Quem gladio linguae percutit. Heu quam saepe in his tribus mortaliter peccamus, & raro aut nunquam confitemur.

Sequitur tertium. *Si offers munus tuum, & caetera*. Nota quod quadruplex est altare, superius & inferius, interius & exterius. Superius est Trinitas, de qua Exod. vigesimo. *Non ascendes ad altare meum per gradus, ne reueletur turpitudine tua*. In Trinitate enim non sunt faciendi gradus, ut

Pater maior Filio, uel Filius maior Patre, uel Spiritus sanctus minor credatur utroque, sed aequaliter & simpliciter est credendum. Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus sanctus. *Ne reueletur turpitudine tua*, sicut fuit de Achaz, qui effulsis uisceribus finiuit turpiter uitam suam, eo quod ad altare per gradus ascendere uoluit. Altare inferius, est Christi humanitas. De quo ipse dicit Exod. vigesimo. *Altare de terra facietis mihi*. Altare de terra Christo facit, qui eum ueram carnem de uirgine Maria, quae fuit terra benedicta, credit accepisse. Altare interius, est deuotio mentis, de quo Dominus ad Moysen Exod. trigesimo dicit. *Facies altare ad adolendum thimiam de lignis Sethim, habens cubitum longitudinis, & alterum latitudinis, & duos cubitos in altitudine. Cornua ex ipso procedent, uestiesque illud auro mundissimo*. Sethim est genus spinarum, a quibus lignum impuribile est, quae ligna quanto magis accenduntur, tanto duriora efficiuntur. Ligna Sethim sunt cordis cogitationes, quae in se tria debent habere, scilicet ut sint tanquam spinae, peccatorum recordantes, cor pungentes, & ut sint impurrescibiles, id est suggestioni prauae non consentientes, & quanto magis igne tribulationis accenduntur, tanto in proposito sunt firmiores. De talibus lignis fit altare Domino habens cubitos, & caetera.

In longitudine perseverantia. In latitudine amor proximi. In altitudine cognitio Dei uel contemplatio designatur. Cubitus naturalis a cubito usque ad summitatem digitorum debet protendi, quali Moyses arcam & altare mensurauit. Cubitus dictus eo quod ad cibos sumendos in ipsum procumbamus, quia in eo est manus. In cubito recta operatio designatur. Altare ergo, id est mentis deuotio debet habere rectam operationem in longitudinem perseverantiae quo ad se, in latitudinem charitatis quo ad proximum, in altitudinem contemplationis quo ad Deum, duos cubitos, id est duplicem perfectionem quo ad Deum, ut perseverantiae longitudinem, charitatis fraternae latitudinem ad ipsum referamus, a quo est omne bonum quod habemus. Hoc altare debet uestiri auro purissimo.

Vestis deuotae mentis est munditia aureae castitatis, uestis dicta eo quod statum hominis proprium uelit. Sic munditia castitatis uelit statum mentis, per inflexibile enim castitatis cognoscitur rectitudo mentis. Ab hoc altari ascendit fumus incensorum intra sancta sanctorum ubi est arca recondita. Ex compunctione enim mentis ascendit fumus thimiamatis, id est purae orationis ad caelum, ubi Christus est in dextera Dei sedens. Item altare exterius est carnis afflictio, de quo Dominus ad Moysen Exod. vigesimoseptimo. *Facies altare holocausti de lignis Sethim, quod habebit quinque cubitos in longitudine, & totidem in latitudine, & tres cubitos in altitudine. Cornua autem per quatuor angulos ex ipso erunt, & operies illud aere*. Holocaustum dicitur, ab holon quod fit totum, & cauma quod est incensio, inde holocaustum quasi totum incensum, quia integra tota hostia igni tradita consumebatur. Altare holocausti est corpus nostrum, quod totum igne poenitentiae

In Trinitate non faciendi gradus. Primum altare sancta Trinitas.

Exod. 20.

Secundum altare Christi humanitas.

Exod. 20.

Quoddam lignum Sethim.

Quae eor debet habere.

3. Altare mentis deuotio.

Altare mentis quibus consistere debet.

Castitas uelitis aurea mentis.

Altare exterius deuotio.

Exod. 28.

Holocaustum unde deducitur.



Altare holocausti corpus nostrum. tentia debemus incedere, & ipsum offerre in holocaustum Domini, quod debet fieri de lignis Serim, id est membris luxuria incorruptis. Debet etiam habere quinque cubitos ram in longitudine quam in latitudine, & tres in altitudine. In quinque cubitis quinque plagae corporis Christi, in tribus, tres vices quibus fleuit, scilicet super ciuitatem Hierusalem, super Lazarum, & in sua passione designantur.

Quibus constare debet poenitentia. Nota quod crux verae poenitentiae habet longitudinem perseuerantiae, latitudinem patientiae, altitudinem spei paternae. In hanc crucem transfiguramus corpus nostrum, quinque plagis corporis Christi, quinque sensuum miserabilem delectationem mortificantes, pro perpetrata iniquitate, proximi scelere, pro dilatione gloriae plangentes & dolentes. Quatuor cornua in altari sunt quatuor virtutes principales, animam & corpus decorantes, de quibus Sapientiae 8. Sobrietatem & prudentiam docet, & iustitiam & virtutem, id est, fortitudinem, quibus vtilius nihil est in vita hominibus. Hoc altare praecipit Dominus cooperiri aere. In aere quod sonorum est, intelligitur afflictio gemitus & doloris, quibus debet cooperiri corpus poenitentis. Itud est quadruplex altare, de quorum quolibet potest intelligi quod dicit Dominus in Euangelio hodierno.

Sap. 9. Quatuor virtutes principales corpus & animam decorantes. Si ergo offers munus tuum ad altare, &c. Nota quod sicut est quadruplex altare, sic quadruplex frater noster, & quadruplex munus. Est munus orationis, fidei, poenitentiae, & eleemosynae. Frater noster dicitur quilibet proximus, Christus, Angelus, noster spiritus. Si ergo offers munus tuum orationis ad altare sanctae Trinitatis, & ibi recordatus fueris quod frater tuus, id est proximus habet aliquid aduersum te, si ipsum dicto vel facto laesisti, vel si quicquam mali in animo contra ipsum geris, si remotus est, vade non pedibus, sed animo humili te ei prosterne in conspectu illius cui oblaturus es. Si vero praesens est vade passibus pedum veniam petendo. Item si offers munus fidei ad altare humanitatis Christi, credis eum veram carnem de virgine accepisse, & ibi recordatus fueris quod ipse frater tuus qui tuam naturam pro te accepit, habet aliquid aduersum te, id est recordaris quod es in mortali peccato dum ei confiteris vocis sono, relinque ibi munus tuum, id est noli confidere de fide mortua, sed vade prius reconciliari per veram poenitentiam fratri tuo Iesu Christo.

Quadruplex munus Deo offerendum. Item si offers munus poenitentiae ad altare, id est carnis macerationem, & ibi recordatus fueris quod frater, id est spiritus tuus habet aliquid aduersum te, id est corpus affligens recordaris quod spiritus tuus aliquo vitio est maculatus, relinque ibi munus tuum, id est noli confidere de carnis afflictione, nisi prius mundaueris spiritum tuum ab omni iniquitate, & sic veniens offeres munus tuum. Item si offers munus eleemosynae pauperibus, & ibi recordatus fueris quod frater tuus, id est Angelus gratia creationis frater, qui ut tu creatus, est tibi a Deo commissus ut orationes & eleemosynas tuas deferat in caelum habet aliquid aduersum te, id est conqueritur aduersum te

Christus Angelus proximus, & noster spiritus. Quod de bonis quae tibi suggerit, aurem obedientiae auertis, relinque ibi munus tuum, id est noli confidere de tua eleemosyna sicca, sed prius vade passibus amoris, reconciliari per obedientiam Angelicae admonitionis, qui datus est tibi in custodem, & tunc veniens offeres munus tuum per manus ipsius Deo acceptabile. Rogemus ergo, &c.

Quibus constare debet poenitentia. Nota quod crux verae poenitentiae habet longitudinem perseuerantiae, latitudinem patientiae, altitudinem spei paternae. In hanc crucem transfiguramus corpus nostrum, quinque plagis corporis Christi, quinque sensuum miserabilem delectationem mortificantes, pro perpetrata iniquitate, proximi scelere, pro dilatione gloriae plangentes & dolentes. Quatuor cornua in altari sunt quatuor virtutes principales, animam & corpus decorantes, de quibus Sapientiae 8. Sobrietatem & prudentiam docet, & iustitiam & virtutem, id est, fortitudinem, quibus vtilius nihil est in vita hominibus. Hoc altare praecipit Dominus cooperiri aere. In aere quod sonorum est, intelligitur afflictio gemitus & doloris, quibus debet cooperiri corpus poenitentis. Itud est quadruplex altare, de quorum quolibet potest intelligi quod dicit Dominus in Euangelio hodierno.

Si ergo offers munus tuum ad altare, &c. Nota quod sicut est quadruplex altare, sic quadruplex frater noster, & quadruplex munus. Est munus orationis, fidei, poenitentiae, & eleemosynae. Frater noster dicitur quilibet proximus, Christus, Angelus, noster spiritus. Si ergo offers munus tuum orationis ad altare sanctae Trinitatis, & ibi recordatus fueris quod frater tuus, id est proximus habet aliquid aduersum te, si ipsum dicto vel facto laesisti, vel si quicquam mali in animo contra ipsum geris, si remotus est, vade non pedibus, sed animo humili te ei prosterne in conspectu illius cui oblaturus es. Si vero praesens est vade passibus pedum veniam petendo. Item si offers munus fidei ad altare humanitatis Christi, credis eum veram carnem de virgine accepisse, & ibi recordatus fueris quod ipse frater tuus qui tuam naturam pro te accepit, habet aliquid aduersum te, id est recordaris quod es in mortali peccato dum ei confiteris vocis sono, relinque ibi munus tuum, id est noli confidere de fide mortua, sed vade prius reconciliari per veram poenitentiam fratri tuo Iesu Christo.

quod de bonis quae tibi suggerit, aurem obedientiae auertis, relinque ibi munus tuum, id est noli confidere de tua eleemosyna sicca, sed prius vade passibus amoris, reconciliari per obedientiam Angelicae admonitionis, qui datus est tibi in custodem, & tunc veniens offeres munus tuum per manus ipsius Deo acceptabile. Rogemus ergo, &c.



DOMINICA VII. POST TRINITATEM.



VM turba multa esset cum Iesu nec haberet quod manducaret, &c. Marci octauo. Tria hic sunt videnda. Primum, Christi miseratio viscerosa, ibi. Cum turba multa esset cum Iesu, &c. Secundum, septem panum & pisciculorum turbae refectio saporosa, ibi. Responderunt ei discipuli. Tertium, sportarum de fragmentis adimpletio miraculosa, ibi. Et susulerunt quod superauerat.

Quod ad primum dicitur. Cum turba multa esset cum Iesu, &c. vique de longe venerunt. Super hoc 4. Reg. 6. dicitur, quod Bennadab Rex Syria congregauit vniuersum exercitum suum, & ascendit & obsedit Samariam, factaque est fames, &c. Sequitur cap. 7. Cras modius simila statere vno erit. Nota quod Bennadab interpretatur filius spontaneus, & significat luciferum, qui creatione gratiae illius spontanea miseria superbiuit, ideo irrecuperabiliter cecidit. Vnde Isa. 14. Quomodo cecidit lucifer, &c. Id est irrecuperabiliter. Hic est Rex Syriae, quae interpretatur sublimis vel humecta, id est illorum qui sunt in sublimitate superbiae & humore luxuriae. Ille cum exercitu suo obsidet Samariam. Exercitus ab exercitatione belli dictus malignos spiritus significat, qui diurna bellandi consuetudine exercitati, animam impugnant. Cum tali exercitu obsidet diabolus Samariam, quae interpretatur custodia, id est sanctam Ecclesiam vel fidelem animam, quae dum legem custodit, ab ipsa custoditur. De qua ciuitate & obsidione Eccles. 9.

Est ciuitas parua & pauci in ea viri. Venit contra eam rex magnus, & vallauit eam, extruxitque munitiones per gyrum, & perfecta est obsidio. Inuentusque est in ea vir pauper & sapiens, & liberauit urbem per sapientiam suam. Ciuitas est Ecclesia, quae dicitur parua respectu malorum, qui multiplicati sunt super numerum bonorum, qui peruersi difficile corriguntur, & stultorum infinitus est numerus. Et pauci viri in ea. Viri, id est virtuosus. In Ecclesia multae sunt feminae, id est molles & effeminatae, sed heu pauci in ea viri, id est virtuosus. Mulieres (id est molles praetati, ait Dominus per Isaiam 3.) dominatae sunt populi mei. Et Prouerb. 8. O viri ad vos clamato. Sapientia ad viros, non ad foeminas clamat, quia sapor infernae

infernæ dulcedinis illum afficit, quem virtute strenuum, prouidentia circumspexit viderit. Sed pauci in ea viri, qui scilicet saporem caelestis dulcedinis degustare possint. Omnes enim sunt quasi foeminae mentis effeminatae, in preciositate vestium, in lautitiis ciborum, in lasciuia seruientium, in aedificiis domorum, in phaleris equorum, aperte ostenditur vtrum sint foeminae an viri. Ecce quales Apostoli, quibus Dominus Ecclesiam regendam commisit.

Sequitur. Venit contra eam Rex magnus, &c. Rex magnus est diabolus (qui est Rex super omnes filios superbiae. Iob. 40.) Hic tria facit. Vallat, extruit munitiones, & sic perficitur obsidio. Vallum fit palis acutis. Munitiones, quae vallo sunt munitae vel muris, opera haeretici sunt quasi palliati oculis fidelium miseri. Munitiones sunt omnes falsi Christiani. Vallo haereticorum & munitione falorum Christianorum diabolus obsidet Ecclesiam. In qua sunt pauci viri, sed nolite timere pusillus grex istam obsidionem, quia faciet Dominus cum tentatione prouentum, ut possitis sustinere. Vnde sequitur. Inuentus est in ea vir pauper & sapiens, & liberauit, &c.

Vir pauper est Christus. Vir secundum diuinitatem, pauper secundum humanitatem. Et vide quam bene concordant singula singulis. Ille dicitur vir, & illi viri, iste pauper, & illi pauci. Sapiens contra astutiam diaboli liberauit urbem a vallo haereticorum, & munitione carnalium. Et sic per sapientiam suam destruet omnem munitionem. Sed valde dolendum est quod sequitur. Et nullus recordatus est illius pauperis. Immo (quod peius est) dicunt ei illud Iob 21. Recede a nobis, scientiam viarum tuarum volumus. Et (quod his est deterius) ipsum negantes clamant. Tu videbis. Nolumus hunc, sed Barrabam. Hic est diabolus, qui propter seditionem quam fecit in caelo, missus est in infernum. Istum latronem sibi dari experunt, & Dei filium qui eos liberauit, crucifigunt. Et ideo vix animae eorum. Moraliter.

Ciuitas est anima, quae bene dicitur parua, quia fere iam ipsam omnes deserentes, ad plannitium, id est corporis voluptatem inhabitandum descenderunt. Vnde Genes. 13. Loth diuisus ab Abraham, moratus est in oppidis quae erant circa Iordanem, & habitauit in Sodomis. Loth declinans, Iordanis descensus, Sodoma pecus silens interpretatur. Miser homo est Loth, cum ab anima sua diuiditur, in oppidis, id est sensibus corporis qui sunt iuxta Iordanem, id est descensum fluxibilem temporalium, moratur, & habitat in Sodomis, quia tanquam pecus carni deditum efficitur. Sic silet a laude creatoris, & a confessione sui criminis. Sequitur. Et pauci viri. Viri animae sunt rationis effectus, de quibus Ioan. 4. Quinque viros habuisti, & hunc quem habes non est tuus vir. Affectus rationis dicuntur quinque viri, pro eo quod debeant regere quinque corporis sensus, quos cum infelix anima perdit, non virum, sed adulerum recipit, qui eam corrumpit. Ideo sequitur. Venit contra eam Rex magnus, qui est carnalis appetitus, vel sensus, de quo Eccl. 10. Va tibi terra, cuius Rex puer est, & cuius principes mane comedunt. Nota quod appetitus car-

infernæ dulcedinis illum afficit, quem virtute strenuum, prouidentia circumspexit viderit. Sed pauci in ea viri, qui scilicet saporem caelestis dulcedinis degustare possint. Omnes enim sunt quasi foeminae mentis effeminatae, in preciositate vestium, in lautitiis ciborum, in lasciuia seruientium, in aedificiis domorum, in phaleris equorum, aperte ostenditur vtrum sint foeminae an viri. Ecce quales Apostoli, quibus Dominus Ecclesiam regendam commisit.

Sequitur. Venit contra eam Rex magnus, &c. Rex magnus est diabolus (qui est Rex super omnes filios superbiae. Iob. 40.) Hic tria facit. Vallat, extruit munitiones, & sic perficitur obsidio. Vallum fit palis acutis. Munitiones, quae vallo sunt munitae vel muris, opera haeretici sunt quasi palliati oculis fidelium miseri. Munitiones sunt omnes falsi Christiani. Vallo haereticorum & munitione falorum Christianorum diabolus obsidet Ecclesiam. In qua sunt pauci viri, sed nolite timere pusillus grex istam obsidionem, quia faciet Dominus cum tentatione prouentum, ut possitis sustinere. Vnde sequitur. Inuentus est in ea vir pauper & sapiens, & liberauit, &c.

Vir pauper est Christus. Vir secundum diuinitatem, pauper secundum humanitatem. Et vide quam bene concordant singula singulis. Ille dicitur vir, & illi viri, iste pauper, & illi pauci. Sapiens contra astutiam diaboli liberauit urbem a vallo haereticorum, & munitione carnalium. Et sic per sapientiam suam destruet omnem munitionem. Sed valde dolendum est quod sequitur. Et nullus recordatus est illius pauperis. Immo (quod peius est) dicunt ei illud Iob 21. Recede a nobis, scientiam viarum tuarum volumus. Et (quod his est deterius) ipsum negantes clamant. Tu videbis. Nolumus hunc, sed Barrabam. Hic est diabolus, qui propter seditionem quam fecit in caelo, missus est in infernum. Istum latronem sibi dari experunt, & Dei filium qui eos liberauit, crucifigunt. Et ideo vix animae eorum. Moraliter.

Ciuitas est anima, quae bene dicitur parua, quia fere iam ipsam omnes deserentes, ad plannitium, id est corporis voluptatem inhabitandum descenderunt. Vnde Genes. 13. Loth diuisus ab Abraham, moratus est in oppidis quae erant circa Iordanem, & habitauit in Sodomis. Loth declinans, Iordanis descensus, Sodoma pecus silens interpretatur. Miser homo est Loth, cum ab anima sua diuiditur, in oppidis, id est sensibus corporis qui sunt iuxta Iordanem, id est descensum fluxibilem temporalium, moratur, & habitat in Sodomis, quia tanquam pecus carni deditum efficitur. Sic silet a laude creatoris, & a confessione sui criminis. Sequitur. Et pauci viri. Viri animae sunt rationis effectus, de quibus Ioan. 4. Quinque viros habuisti, & hunc quem habes non est tuus vir. Affectus rationis dicuntur quinque viri, pro eo quod debeant regere quinque corporis sensus, quos cum infelix anima perdit, non virum, sed adulerum recipit, qui eam corrumpit. Ideo sequitur. Venit contra eam Rex magnus, qui est carnalis appetitus, vel sensus, de quo Eccl. 10. Va tibi terra, cuius Rex puer est, & cuius principes mane comedunt. Nota quod appetitus car-

nalis dicitur magnus, & puer. Magnus, quia magna & impossibilia aggreditur. Puer, quia sine deliberatione & discretionem. Et ideo vix terrae, id est corpori, quod talem habet regem, cuius principes quinque sensus, mane comedunt, id est in pueritia, gula & luxuria inebriari incipiunt. Qui enim ut ait Salomon (Prou. 29.) a pueritia delicate nutrit filium suum, postea sentiet eum contumacem. Ille Rex magnus vallat animam acutis palis prauorum motuum, extruit per gyrum munitiones prauarum cogitationum & carnalium delectationum, & sic perficitur obsidio. Ecce ut dicitur 4. Reg. 6. & 7. sancta Ecclesia vel fidelis anima a Bennadab rege Syriae obsessa tenetur, sed veniat verus Heliseus & liberet eam. Veniat vir pauper, id est sancti Spiritus gratia, quae dicitur pauper, quia cum pauperibus spiritualiter habitat, & cum simplicibus fermocinatio eius, liberet attritam graui obsidione animam. Sed valde dolendum est quod sequitur. Et nullus deinceps recordatus est illius pauperis. Vnde Genes. 40. dicitur. quod prosperis successibus oblitus est pincerna regis, interpretis sui. Continuus successus temporalium aeternae damnationis manifestum est indicium. Reuertamur ad materiam & dicamus.

Bennadab Rex Syriae obsidebat Samariam, factaque est fames, &c. Ecclesia vel anima a diabolo obsidetur, paulatim refectio gratiae subtrahitur, qua subtracta fames magna, id est ardens desiderium temporalium fit in Ecclesia, de qua fame Gen. 4. In vniuerso orbe fames praualuit, & tunc filij Iacob descenderunt in Aegyptum ut emerent sibi frumentum. Quia peccatis nostris exigentibus refectio gratiae subtracta est mundo, omnes famefcunt, temporalia non animae, sed corporis refectioes, non quae Iesu Christi sed quae sua in Aegypto quaerentes. In tantum fames iam praualuit quod caput asini venundaretur 80. argenteis.

Octoginta argentei significant duplicem stolam, quae octo beatitudinibus constat, quam in octaua resurrectionis sumus recepturi. Corpus claritatem, agilitatem, subtilitatem, & immortalitatem. Anima sapientiam, laetitiam, concordiam, inter carnem, scilicet & spiritum, & amicitiam ad Deum, scilicet & proximum habebit. Istos argenteos dant infelices peccatores, ut emant caput asini, id est stoliditatem asiniam, id est huius mundi sapientiam, quae est stultitia apud Deum. Et quarta pars cadu stercoris columbarum pro quinque argenteis. Cadus graece mensura quaedam, Columbae sunt viri sancti, qui ad fenestras suas volant; stercora sunt temporalia, quinque argentei sunt quinque virtutes, quae per quinque libros Moyse designantur. In Genesi, in qua omnium generatio describitur, innocentia baptismalis, quia secundum nouum hominem regeneramur. In Exodo, in quo filiorum Israel exitus de Aegypto describitur, pietas religionis, qua de mundo egredimur. In Leuitico, in quo sacrificia offeruntur, mentis deuotio, & carnis afflictio. In Numeris, in quo populus numeratur, criminum confessio, in qua omnia peccata enumerantur. In Deuteronomio Dei & proximi dilectio, quae est lex Evangelica, in qua pendunt lex & Prophetae. Istos quinque argenteos dant miseri peccatores, & emunt stercus columbinum. Ecce quam grauis

Appetitus carnalis quod modo magnus, quomodo paruus. Prou. 29. a pueritia delicate nutrit filium suum, postea sentiet eum contumacem. Ille Rex magnus vallat animam acutis palis prauorum motuum, extruit per gyrum munitiones prauarum cogitationum & carnalium delectationum, & sic perficitur obsidio. Ecce ut dicitur 4. Reg. 6. & 7. sancta Ecclesia vel fidelis anima a Bennadab rege Syriae obsessa tenetur, sed veniat verus Heliseus & liberet eam. Veniat vir pauper, id est sancti Spiritus gratia, quae dicitur pauper, quia cum pauperibus spiritualiter habitat, & cum simplicibus fermocinatio eius, liberet attritam graui obsidione animam. Sed valde dolendum est quod sequitur. Et nullus deinceps recordatus est illius pauperis. Vnde Genes. 40. dicitur. quod prosperis successibus oblitus est pincerna regis, interpretis sui. Continuus successus temporalium aeternae damnationis manifestum est indicium. Reuertamur ad materiam & dicamus.

Qui Deo sacrificium offerit mundus sit.

Marci 8. Tria praecipue in hoc Euangelio attendenda.

4. Reg. 6. Bennadab interpretatur filius spontaneus, Isa. 14.

Superbus cadens.

Daemon obsideri iustos.

Eccles. 9.

Peruersi difficile corriguntur.

Isa. 3. Prou. 8.

Prou. 29.

4. Reg. 6. & 7.

Genes. 40.

Prosperitas Dei obliuionem inducens.

Genes. 40.

A peccato subtracti, gratia.

Sapientia mundi stultitia apud Deum.

Quid in quinque Moyse libris designatur.

gravis est famis media, de qua dicit Euangelium. Cum multa turba esset cum Iesu, nec haberet quod manducaret, &c. Hæc turba turbata omnia conturbans cum Iesu nomine non numine, verbo non merito, fide non opere erat.

Misericos qui miseris semper noluit misereri.

4. Reg. 7.

Quid hordeum modius similit moraliter.

Pœnitentia in tribus consistens.

Mat. 17.

Piscis peccator & cur.

4. Reg. 3.

Qui bristum sustinet perire non potest.

Quatuor in templo moraliter.

Apoc. 6.

Falsi fratres equo pallido denotati.

Siquidem dicit misericors, qui miseris semper nouit misereri. Misereor super turbam, quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducent. Et hoc est quod dicit Heliseus 4. Reg. 7. In tempore hoc cras modius similit frater uno, &c. Modius à modo dictus, est mensura librarum 44. In sextario 12. Simila subtilissima & candidissima farina est farris. Stater dictus, eo quod tribus solidis stat appendens aureos tres. Hordeum dictum, eo quod præ ceteris generibus frumenti ante fiat aridum. Modius similit, perfecta mensura diuinæ sapientiæ, quæ est in nouo testamento. Duo modij hordei sunt scientia legis & Prophetarum, qui comparantur stateri vno, id est Catholica fide. In porta, Apostolica prædicatio, per quam intratur in Ecclesiam. Cessante enim turbine persecutionis quæ sit hodie, dabit Deus cras, id est tempore futuro tranquillitatem, vt perfecte prædicatio impleatur. Aliter. In simila perfecta peccatorum remissio. In duobus modijs hordei temporalium contemptus & æternorum appetitus. In stateri vno vera pœnitentia designatur. Stater appendens tres aureos, est pœnitentia in tribus consistens. Hic stater inuentus est in ore piscis de flumine extracti hamo Petri, quo Christus & ipse liberatus fuit à tributo. Matth. 17. Piscis est peccator, qui hamo prædicationis extrahitur de flumine mundanæ voluptatis. In cuius ore inuenitur stater pœnitentiæ, quæ corpus & animam liberat à tributo culpæ & pœna gehennæ. Peccator igitur datus 80. argenteis solebat emere caput alicui & stercus columbarum, vno stateri veræ pœnitentiæ potest emere modium similit, id est gratiam remissionis. Ecce ergo quanta misericordia nostri redemptoris, dicentis. Misereor super turbam, quia iam triduo sustinent me. Triduum & stater idem significant. Super hoc 4. Reg. 13. dixit Heliseus ad Ioas. Percute iaculo terram, & percussit tribus vicibus, Qui isto triduo Dominum sustinent, Dominus eos non dimittit ieuinos in domum suam, immo modio similit & duobus hordei reficit, ne deficiant in via. Quidam ex eis de longe uenerunt. Vt filius prodigus, &c. Nota illud. Bene dicit ergo Dominus, misereor. De cuius misericordia dicitur in introitu Missæ. Suscepimus Deus misericordiam, &c.

Nota quod in templo sunt quatuor. Atrium. Ostium. Medium. Oraculum. Quidam sunt in atrio, isti sunt falsi fratres. Quidam in ostio, isti sunt nouiter conuersi. Quidam in medio, isti sunt proficientes. In oraculo autem sunt perfecti. Isti significanti sunt per quatuor equos, quos vidit Ioan. Apocal. 6. Vidit enim equum pallidum & nigrum, & qui sedebat super eum habebat stateram in manu sua, & equum rufum, & qui sedebat super eum, datum est ei vt sumeret pacem de terra, & datum est illi gladius magnus, & vidit equum album, & qui, &c. Equus pallidus significat falsos fratres simulators & callidos, qui super se prouocant iram Dei. Hi sunt in atrio, de quo

Apocal. 11. Atrium quod est extra templum eice foras, & ne metiaris illud. A ciuitate enim Hierusalem falsi hypocritæ eiciuntur foras cum claudetur ianua, qui modo non sunt mensurati mensura veritatis. Atrium vero ab antro vel atro dicitur, quia atrium proprie culina dicitur, id est coquina vel latrina. Nam hypocritæ quia modo decoquunt, id est affligunt carnes in coquina simulatæ sanctitatis, à Domino proiciuntur in latrinam æterni fetoris. Item equus niger significat nouiter conuersos, qui falso mundi candore deposito, nigredinem pœnitentiæ assumunt, qui dicunt Thren. 5. Pellis nostra quasi clibanus exusta est. Igne enim contritionis & labore satisfactionis exurit, id est extra vritur pellis mortificati corporis. Isti debent habere stateram in manu, vt sicut exhibuerunt membra sua seruire immunditiæ, luxuriæ, & iniquitati ducenti ad aliam iniquitatem, id est mali contuminationem, ira nunc exhibeat membra sua seruire iustitiæ ducenti in satisfactionem, in boni confirmatione. Hi sunt in ostio templi, de quo Apoc. 4. Vidi, & ecce ostium apertum in celo. Ostium est Dei misericordia, parata suscipere pœnitentes. De hoc ostio vel porta Ezech. 40. Ecce vir cuius erat species quasi species aris, & funiculus lineus in manu eius, & calamus mensura in manu eius. Stabat autem in porta. Vt iste pœnitentem significat, cuius species est quasi species aris. In ære sonoro & durabili, est sonus confessionis, & pœnitentiæ finis, quæ duo quilibet pœnitens debet habere. In funiculo lineo, satisfactio afflictio. In calamo mentiæ, doctrina designatur. Calamus mensuræ est in manu, cum operatio mensuratur. Hæc omnia si vir habuerit recte potest stare in porta, id est confidere de Dei misericordia.

Atrium ab antro.

Miser hypocritarum finis.

Thren. 5.

Apoc. 4.

Ezech. 40.

In ære sonus confessionis.

Calamus mensuræ quid moraliter.

Perfectio in tribulatione proficiunt.

Equus albus Cherubim, manna, moraliter.

4. Reg. 5.

Naaman interpretatur decorus.

Leprosus vnde dicitur.

Item equus rufus significat proficientes, qui Spiritu Dei sunt feruentes, in tribulationibus gaudentes. Isti amunt pacem de terra, id est carnem suam crucifigunt cum vitiis & concupiscentiis. Istis datur magnus gladius, per quem intelligitur discretio, quam debent habere in operibus pœnitentiæ. Hi igitur sunt in medio templi, id est latitudine charitatis, qua suscipitur Dei misericordia.

Item equus albus significat perfectos, qui iam sunt in oraculo Cherubim gloriæ prospicientes, & manna diuinitatis, quæ est vna aurea humanitatis, degustantes. Isti habent in manu arcum, id est victoriam de mundo, de diabolo, & carne triumphantes. Sequitur secundum.

Vnde istos, quis potest hic saturare panibus? Sequitur. Manducauerunt, & saturati sunt. Super hoc 4. Regum quinto dixit Heliseus ad Naaman. Vade & lauare septies in Iordane. Sequitur. Mundatus est. Septem panes, & septem in Iordane lotiones, idem significant. Naaman interpretatur decorus, & significat hominem, qui gratiæ pulchritudine fuit decorus, sed postea peccati foeditate factus est leprosus. Leprosus dicitur à pruritu scabiei. Ille est leprosus cuius malæ cogitationis venenum rupta diuini timoris cute erumpit in lepram malæ operationis, quam quanto magis malæ consuetudinis manu fricat, tanto magis pruritus ignescit, & dolor ardescit. Huic leproso dicit Heliseus,

Ihesus. Vade, & lauare septies in Iordane, id est, in iudicio confessionis, in quo quasi in riuulo seipsum homo lauat, dum se iudicandum condemnat. In hoc Iordane, vt sanitatem recipiat, debet se lauare septem vicibus, & sic ab omni lepra peccati mundatur, & dono septiformis gratiæ reficitur, de quibus hic dicitur. Accipiens septem panes gratias agens fregit, & dabat discipulis suis vt apponerent, & aposuerunt turba, &c. Qui enim septem panibus refici desiderat, necesse est vt prius super terram, id est, carnem suam, ipsam conculcando discumbat. Vnde 4. Reg. 5. Naaman tulit secum onus duorum burdonum de terra Iudææ, vt super eam consistens deum cuius erat terra, adoraret. Sic vir iustus dum super terram sui corporis consistens virtute discretionis eam conculcat, deum in spiritu & veritate adorat. Sed & pisciculos paucos iussit apponi. Pisciculi sunt paupertas, humilitas, patientia, obedientia, memoria passionis Christi.

Iordanis iudicium confessionis.

4. Reg. 5.

Qui vere mortificatus deum in spiritu adorat.

Quid septem sportæ, moraliter.

4. Reg. 4.

Lex ad perfectum neminem ducit.

Prælati benignitate fulgere debet.

Amor amara dulcia efficit.

Esa. 1.

1. Reg. 16.

Sequitur tertium. Et susulerunt quod superauerat, &c. Septem sportæ viros iustos sancti Spiritus septiformi gratia repletos significant. Fiunt enim sportæ de iuncis & palmarum foliis. Iuncus nascitur super aquas, dictus, eo quod radicibus iunctis hæreat. Palma victoriæ datur. Sancti quoque ne ab humore æternitatis arefcant, in ipso fonte vitæ se collocant, & æternæ retributionis palmam expectant. Vel septem sportæ sunt septem primitiæ Ecclesiæ, quas Dominus septiformis gratiæ inspiratione repleuit. Vnde super hoc 4. Reg. 4. Surrexit Heliseus, & secutus est Sunamitem.

Sequitur. Giezi præcesserat & posuerat baculum super faciem pueri, & non erat in eo sensus. Incubuitque super puerum Heliseus, & oscitavit puer septies, aperuitque oculos, &c. Cum Dominus per Moysem legem dedit, quasi per puerum virgam misit, sed puer per virgam, id est, rigorem legis, mortuum suscitare non valuit, quia lex neminem ad perfectum ducit. Ipse per se veniens super cadauer sternitur, qui cum in forma Dei esset semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. Huc & illuc deambulat, quia Iudæos & gentes ad æterna per fidem vocat. Super mortuum septies inspirat, quia apertionem diuini muneris gratia septiformis spiritus in peccati morte iacentibus aspirat.

Moraliter. Heliseus est prælatus, qui non virga, id est, aspera disciplina, sed potius oratione & incuruatione, id est, benignitate suscitavit mortuum, id est, animas subditi sui à morte peccati. Plus (inquit Augustinus) prælati à nobis amari appetunt quam timeri. Amor enim aspera dulcia facit, & importabilia leuia. Timor vero ipsa leuia importabilia facit. Posuit (inquit) os suum super os eius. Os suum super os peccatoris ponit prælatus, cum illi sic prædicat quod peccata sua in confessione dicat Esa. 1. Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt sciam sustentare eum qui lassus est verbo. Oculos super oculos ponit, cum pro eius cæcitate lacrymas fundit, sicut faciebat Samuël, cui Dominus. Vsq; quo tu leges super Saül, cum ego abiicerim eum? 1. Reg. 16. Manus super manum, cum pro ipsius peruerso

opere seipsum in bonis operibus exercet, vt quem nec virga nec oratione suscitare potuit, saltem boni operis exemplo reuocet ad vitam. Sequitur. Oscitavit super puerum septies. Oscitare est os aperire. Super faciem pueri prælatus oscitavit, cum populum sibi commissum fide sanctæ Ecclesiæ instruit, quæ in septem articulis fidei consistit. Et populus aperit oculos. Videt enim per fidem quem visurus est per speciem. Et dum prælatus ita facit erga populum sibi commissum, quasi quatuor millia hominum septem panibus reficit, dum, scilicet septem articulis fidei, & quatuor Euangelistarum doctrinis eos instruit. Rogemus, &c.

Quid oscitare super puerum, moraliter.



DOMINICA VII. POST TRINITATEM.



TENDITE à falsis Prophetis, &c. Matth. 7. 4. Reg. 4. dicitur. Dixit Sunamitis viro suo, animaduerto quod vir Dei factus est iste, qui transit per nos, faciamus ei cœnaculum paruum, & ponamus ei in eo lectulum, & mensam, & sellam, & candelabrum, vt cum venerit ad nos, maneat ibi, &c. Heliseus qui interpretatur Dei mei salus, Christum significat, quia à Deo patre in salutem populi missus venit ad Sunamitem. Hæc est anima per Christum eius sanguine redempta, apud quam hospitatur dum ipsam iustificat, transit dum illi gratiam subtrahit: vt humilietur quæ de se nimis sublimis sentit. Vir huius Sunamitis est rationalis intellectus, qui viribus & sensibus insitit per naturam, vel collatis per gratiam, debet animæ præesse, consulere, prouidere, & ex ea progeniem virtutum, & bonorum operum procreare. Cum hoc viro accipit animam consilium, dicens. Animaduerto quod vir Dei sanctus est, &c.

Matth. 7. 4. Reg. 4.

Apud animam hospitatur Christus dum ipsam iustificat.

Vir sunamitis quis, moraliter.

Nota, in cœnaculo, vnitas in lectulo, castitas, in mensa contemplationis suauitas; in sella, contemptus sui; in candelabro, lumen boni exempli designatur. Cœnaculum à communionem vescentium sic dictum, vnde & cœnabium congregatio multorum, ideo significat fidelium vnitatem. De qua Cantic. 4. Vulnerasti cor meum in vno oculo. Vnitas oculorum, est concordia prælatorum, quia sicut oculus totum corpus illuminat, ita totam Ecclesiam illuminare debet. In vno crine colli tui. In crinibus qui de capite pendent, significantur vniuersi Christo adherentes tanquam capiti. Amoris ergo vulnere vulneratur, vt Ecclesiam diligat, cum in ea videt vnitatem prælatorum cum subditis concordantem. Cœnaculum vnitatis debet esse paruum, scilicet humilitate, quæ est cæmentum ligans subditos cum prælati.

In lectulo notatur castitas. Vnde Cantic. 1. Lectulus noster floridus. Lectulus conscientiæ

Humilitas prælatis coniungens, debet Cantic. 1.

debet esse floridus filiis munditiæ. Item in mensa designatur contemplationis suauitas. De qua Psalm. 22. Parasti in conspectu meo mensam 3. Cum mens ad illam dulcedinem degustandam eleuatur, omnis tribulationis iniuria vilipenditur. Illa enim dulcedo ita mentem afficit quod tolerare dolorem nescit. In sella quæ à sedendo quasi sedda dicitur, sui contemptus designatur. In hac sella sedebat qui dicebat Threnorum 3.

Qualis debet esse lectulus conscientie. Psalm. 12.

Thren. 3.

Quomodo dignum hospitium Deo parandum.

Munimen contra hypocritam.

A fructibus vnusquisque agnoscitur.

Falsi Prophetæ hypocritæ. Ierem. 23.

Mich. 3.

Peruersitas aliquorum doctorum.

Detractio mortis via.

4. Reg. 8.

uit, cui Azaël, quare Dominus meus flet? At ille ait, quia scio quod facturus sis filiis Israël mala, &c.

Azaël est diabolus, ciuitates, id est, animas fidelium igne cupiditatis succendit, iuuenes, id est, virtutes, gladio suggestionis interficit, paruulos, id est bona opera adhuc tenera elidit, prægnantes, id est propositum bonæ voluntatis diuidit. Et quis non flebit super tantis malis? Sed falsi Prophetæ non curant.

Attendite ergo, id est diligenter caute ab eis. Falsus dicitur à fando aliud quam verum sit. Dicunt pax pax, & non est pax. Vnde dicitur 3. Reg. 21. quod congregauit Rex Israël, scilicet Achab Prophetas, & ait ad eos, ire ne debeo in Ramoth Galaad ad bellandum, an quiescere? Et sequitur. Dedit Dominus spiritum mendacem in ore omnium Prophetarum. Achab huius seculi amarum significat, qui vult ad debellandum contra Deum ascendere in Ramoth Galaad. Ramoth visio mortis. Galaad acerus interpretatur, & significat huius seculi dignitates & diuitias, in quibus est æternæ mortis visio, & coaceruata testimonia damnationis contra amatores illarum. Cum ad has vult ascendere, consulit falsos Prophetas an debeat ire. Vnde nostri temporis sacerdotes dicunt, ascende. Non est enim peccatum habere diuitias, acquirere dignitates, etiam in tali statu poteris saluari. O vtinam resurgeret Micheas Propheta Domini, qui istos iulurores, & ventriloquos, mendacium eos proferre confutaret, & os loquentium iniqua obstrueret auctoritate Christi, dicentis Lucæ texto. Vt vobis diuitibus qui hic habetis consolationem, &c. Et vos falsi Prophetæ dicitis. Ascende. Non eis credatis ergo, sed attendite, &c.

Attendite ergo à falsis, &c. De tribulis ficus, &c. Falsi Prophetæ sunt hypocritæ, de quibus Hierem. 23. A Prophetis Hierusalem egressa est pallio super terram. Isti sunt Prophetæ Iezabel, quæ interpretatur sterquilinum, dum in foro salutationes, in Synagogis cathedras amant, in sterquilinio prophetant, qui facti sunt vt stercora terræ. De his Prophetis Mich. 3. Hæc dicit Dominus super Prophetas qui seducunt populum meum, qui mordent dentibus suis, & pacem prædicant. Si quis non dederit in ore eorum quippiam, sanctificant super eum pralinum. Nota, falsi Prophetæ seducunt, id est, suadendo ducunt post se innocentes, & mordent de tractionibus. Morsus dicitur eo quod mortis via detractio, est morsus, per quam quasi per viam mors venit in animam. Prædicant pacem vt pacifici videantur, qui viam pacis non inueniunt. Hi sunt sacerdotes latrones, qui non dantes mordent increpationibus & dentibus, pacem prædicant, & misericordiam promittunt, & super non dantes sanctificant prælium. Sanctum enim & iustum reputant non dantes persequi, & eos gladio excommunicationis feriunt, qui si dederint, benedictione solemnî, ipsi à Domino maledicti (quorum benedictionibus non benedixit Dominus) benedicunt. Dicunt enim dantibus. Vos estis filij Ecclesiæ, qui matrem vestram honoratis, qui eius condoletis paupertati, & ideo benedicti sitis, quia ei datis. Si vere essent Prophetæ, dicerent illud Prophetæ. Vt mihi quia deficit anima propter interfectos. Super hoc 4. Reg. 8. dicitur quod Helisens conturbatus, & vir Dei fle-

Azaël diabolus innumera mala inferens.

2. Reg. 23.

Acerus contra Deum pugnat. Ramoth visio mortis. Galaad acerus quid, moratier.

Luc. 6.

Simulata æquitas duplex iniquitas.

3. Reg. 14.

Quis falsus religiofus.

Psalm. 90.

Rom. 2.

Proverb. 17.

Quis hypocrita. Hypocritæ similes hyenæ, & in quibus.

manæ, vt in hominem accersitum de nocte sæniat. Vomitus quoque humanos mentitur, falsisque singultibus sollicitans sic canes deuorat, qui venantes si vmbra eius dum sequuntur contigerint, latrare nequeunt, voce perdita. Varietas multiplex inest oculis hyenæ, & colorum commutatio, nunquam in aciem oculorum, sed in obtutum facili mutatione contendit, in ore gingiua nulla, dens vnus & paruus, qui vt nunquam retundatur, naturaliter capsularum modo clauditur. Hyena quod cumque animal ter lustrauerit mouere se non potest. De hac dicit Dominus per Hieremiam capite 12. in alia translatione. Facta est mihi hereditas mea quasi spelunca hyenæ. Sic hypocrita est animal bestialiter viuendo. paruus simulatione, rusticum operis deformitate, nocte simulationis sepulcra perfodiens. Penetrat enim (vt dicit Apostolus) domos mulierum per sermones & seductiones euocat innocentes. Et sic cadauera peccatorum vorat, voces, id est, laudes hominum affectat, stabula pastorum, id est loca vbi prædicatur, sequitur, vt auditu assiduo quid addiscat prædicare, vt sua prædicatione homines ad se accersitos decipiat.

Ierem. 12. Hypocrita animal bestialiter viuens.

Hypocritæ simulatio.

Hypocritæ gestus & mores.

Hypocritæ inconstantia.

Falsi Prophetæ nostri carnales affectus.

Ierem. 14.

loco isto cum carnales affectus sic loquuntur, non restat nisi gemendum & dicendum. A, a, a, Domine Deus In quo triplici A notatur triplex dolor, scilicet cordis, oris, & operis, vel corporis. De quo Dominus Ezechiel. vigesimoprimo. Et tu fili hominis Propheta, & percutere manum ad manum, & duplicetur aut triplicetur gladius intersectorum. Hic est gladius interfectionis magnæ, qui obtupescere eos facit. Cum vir iustus audit vocem Prophetarum, sibilos gregum, murmura carnalium desideriorum, statim debet percutere manum ad manum, & duplicare aut triplicare dolorem vel gladium doloris, quo interficiat falsos Prophetas, & obtupescere faciat eorum appetitum. Bene ergo dicitur. Attendite, &c.

In triplici A notatur triplex dolor. Ezech. 21.

4. Reg. 10.

Venter omnia deuorans.

Baal gula.

Statua concupiscentiæ conculcanda peccatum deuorans.

Latrina fetorem denotat.

Mich. 6. Ex quo provenire debet humilitas.

Arbor bona, bona voluntas.

Quanta humilitas tanta altitudo.

Super hoc 4. Reg. 10. dixit Iehu. Non igitur omnes Prophetas Baal, & vniuersos seruos eius & sacerdotes vocat ad me. Nullus sit qui non veniat, &c. Iehu, vir iustus in iram commotus, interpretatur enim commotus. Contra seipsum enim debet commoueri cum se viderit in tentatione positum. Hic debet congregare omnes Prophetas Baal, qui interpretatur deuoratio, & est venter omnia deuorans, cuius Prophetæ sunt carnales affectus. Hos debet vir iustus in vnum congregare, & gladio penitentiae interficere.

Sequitur. Et protulerunt statuam de Phano Baal, &c. Phanium dicitur à Phane, Phane Græce apparitiones Latine. Baal est gula, in qua piscium & caruim imagines solent apparere. Statuam, id est concupiscentiæ idolum debet vir iustus producere, fame & siti comburere & diuersis abstinentiæ modis comminere.

Sequitur. Destruerunt adem Baal. Aedes ab edendo, id est comedendo dicta, edendi inordinatam & velocem voracitatem significat, quam omnino debet destruere, & de eius aede latrinas facere. Latrina à lateo dicta, fetorem peccati significat, cui cum prouidere voluerimus ad necessitatem non voluntatem, stercoris latrinam cogitemus, quam semper nobiscum infelices & miseri deferimus, eamque considerantes humiliari debemus. Micheas capitulo 6. Humiliatio tua in medio tui. Medium tuum est stercorum latrina, ex cuius consideratione prouenit humilitatis ratio. Attendite ergo à falsis Prophetis, &c.

Sequitur secundum. Omnis arbor bona bonos fructus facit, &c. Nota, in arbore sunt ista quinque, radix, truncus, rami, folia, fructus. Radix appellatur eo quod quibusdam fixa neruis ac fibris in profundo demergitur. Nam Physici dicunt parem esse extensionem radicum & arborum. Truncus est statera arboris insitens radicibus. Rami sunt qui de trunco arboris manant, in quibus folia fructus regentia sunt. Arbor bona, est bona voluntas. Cui vt consistat bona, quinque sunt necessaria, scilicet radix humilitatis, truncus obedientiæ, rami charitatis, folia sanctæ prædicationis, & fructus, id est, dulcedo supernæ contemplationis. Radix humilitatis quanta est in profundo cordis, tanta est in altitudine operis. Et hoc significat

Vomitus quoque humanos, id est peccatorum confessiones mentitur, accusat se peccatorem cum non credat esse, falsisque singultibus, id est gemitibus homines sollicitat vt eum sanctum credant, quem sic gementem videntur. Ipsos etiam viros iustos aliquando decipit, eius fictæ deuotioni nimium credulos. Cuius etiam vmbra si aliquem contigerit, contra ipsum latrare non poterit, immo ipsum defendit. Quod hodie credentibus hæreticorum maxime euenit. Isti non vere attendunt consilio Dei, dicentis. Attendite à falsis Prophetis, &c.

Item in oculis hypocritæ est multiplex varietas oculorum, aliquando eleuat eos ad cælum & suspirat, aliquando ad terram & gemit. Nec est sola in eo oculorum commutatio, sed & colorum. Modo enim est pallidus, modo niger, modò habet vestes despectas, modo compositas, modo placet abstinentia, modo displicet. Hæc diuersi coloris mutatio interioris instabilitatis mutationem significat. Tunc omne animal quod hyena, id est hæreticus vel hypocrita, ter lustrauerit, id est circumuenit verbo prædicationis, exemplo fictæ sanctitatis, asseueratione firmissimæ promissionis, immobile ad bonum permanebit. Obsecro ergo attendite à falsis Prophetis, qui (vt dicit Glossa) maxime per impatientiam discernuntur in tempore aduersitatis. Cum enim prosperitas arridet, Pelle sub agnina corda lupina latent. Sed cum aduersitas flauerit, pellis ouis laceratur.

Moraliter. Attendite à falsis Prophetis, &c. Falsi Prophetæ sunt carnales affectus, qui vt hominem seducant, fragilitatem & infirmitatem postponunt, rerum abundantiam ostendunt, Prophetizant pacem, magnam esse Dei misericordiam prædicant, quæ ideo submurmurant, vt animam peccatis alliciant. Vnde de istis plorans Hieremias capitulo decimoquarto dicit. A, a, a, Domine Deus, Propheta dicunt non videbitis gladium, & fames non erit in vobis, sed pacem veram dicit. In



significat aqua, quæ in canalibus fontium tantum ascendit quantum descendit. Vera humilitas quanto profundius infigitur, tanto magis inclinatur. Et sic alius exaltabitur. Vnde super hanc benedictam radicem actionis bonæ 4. Regum 20. dicitur. Dixit Ezechias ad Isaiam, quod erit signum quod Dominus me sanabit, & quod ascensus sum tertia die templum Domini? Sequitur. Reuertatur umbra decem gradibus, & cætera. Achaz interpretatur apprehendens fortitudinem vel conuersus.

Decem gradus humilitatis.

Primus.

Secundus.

Tertius.

Iob 14.

Quartus.

Genes. 47. Quintus.

4. Reg. 20.

Sextus.

Eccles. 41.

Septimus.

Octauus.

Nonus.

Decimus.

Horologium Achaz est cor humile pœnitentis, quia conuersus à via sua mala, apprehendit fortitudinem perseuerantiæ, vt apprehendat brauium gloriæ. In hoc sunt vel debent esse decem gradus humilitatis, per quos Sol in animam gratia Dei illuminatam debet descendere, & iterum retrogredi. Primus gradus est secum pertractare ex quam vili & fœtida natura sit procreatus. Secundus est, qualiter nouem mensibus in materni vteri tenebris fuit reclusus, & sanguine menstruo passus. Vide ista duo in Euangelio. Cæcus sedebat. Tertius, quomodo de vteri tenebris plorans, & eiulans, nudus & immundus sit egressus. Per hos tres gradus descenderat Iob dicens cap. 14. Quis facere potest mundum de immundo conceptum semine? Et iterum. Quare de vulua egressus sum vt viderem laborem & dolorem, & confumerentur in confusione dies mei: Quartus, quam miserabilis & abominabilis sit huius exilij peregrinatio, in qua dolor & gemitus, angustia & planctus. Vnde Iacob Genesis 47. Dies peregrinationis vite mea sunt parui & mali: Quintus, propriæ iniquitatis recordatio, quæ & quanta commisit & omisit, quia cum liber esset, gratis se diabolo vendidit, & quantum Deo ingratus extitit. De quo gradu 4. Regum 20. Ezechias conuertit faciem ad parietem, & orauit Dominum & fleuit. Paries, congeries est peccatorum, ad quam peccator se debet conuerrere, id est in amaritudine animæ suæ cogitare quanta commisit & omisit, & orare Dominum vt gratiam amissam infundat, & flere vt peccata dimittat. Sextus est mortis memoria, omni amaritudine maior. Vnde Ecclesiast. 41. O mors! quam amara est memoria tua homini pacem habenti in substantijs suis. In qua caro vermibus, anima dæmonibus (nisi pœnituerit) tradetur, substantia filiis, &c. Septimus gradus est reuocare ad memoriam qualiter Dei filius caput diuinitatis, inclinauit se in vterum virginis pauperulæ, quem cælum & terra capere non potest, &c. Octauus gradus, quantæ misericordiæ & benignitatis fuerit circa peccatores, quos dulcedine suæ prædicationis ad se trahebat, cum quibus vt ad pœnitentiam vocaret, comedebat. Et quantæ compassionis fuerit, qui super ciuitatem apud quam crucifigendus erat, & super Lazarum amare fleuit. Nonus, quantæ mansuetudinis fuerit qui solus cum Samaritana loqui voluit, & à Magdalena peccatrice se tangit permisit, & qualiter sit virginitatis & alapis castus, sputis illitus, &c. Decimus est subtiliter in mente disquirere qualiter canet tuba excitatura eos qui dormiunt in puluere, ad quam euigilabunt omnes alij in vitam æternam.

nam, alij in opprobrium, vt videant semper quomodo Christus humilis iudicatus, iudicaturus crudelis veniet. Per istos decem gradus debet anima pœnitentis ascendere & descendere. Quantum enim descendit, tantum ascendit. Et hoc erit verum signum quod Dominus sanauerit eam ab omni infirmitate peccatorum, & quod ascensura sit in cælestis Hierusalem templum ex viuis lapidibus edificatum. Bona ergo arbor illa quæ talem habebit radicem, quia ab radice fructus arboris pululat.

Sequitur. Mala arbor facit fructus, &c. Malus, mala, malum dicitur à nigro felle, quod Græci melancholici. Vnde & melancholici dicti sunt homines qui conuersionem humanam refugiunt, quibus abundat nigrum fel. Mala arbor est mala voluntas. Cuius.

Radix, cupiditas. Truncus, obstinatio. Rami, perueuersa opera. Folia, verba ventosa. Fructus, mors æterna.

De tali arbore dicitur. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Dicitur Danielis 4. Vigil & sanctus descendit de cælo, & clamauit fortiter, succidite arborem, &c. Cum Rami præciduntur, id est cum Rami diuitiarum & gloriæ temporalis præciduntur, folia verborum leuium excutuntur, iam cessant verba, quia ventum est ad verbera, & fructus, id est opera eius maligna disperguntur, quia portæ corporis quibus infelix anima solebat egredi ad videndas mulieres regionis illius, iam clauduntur & beatæ, id est valtores & raptatores & homicidæ qui sub umbra eius solebant defendi ipso mortuo fugiunt. Et volucres, id est superbi qui in eius Ramis solebant habitare, fugiunt. Talis arbor in ignem mittetur, qui paratus est diabolo & Angelis eius, de quo Esaiæ 30. Preparata est enim ab heri Tophet à rege, preparata, & dilatata, &c. Tophet interpretatur latitudo, id est informis, qui abique vilo termino dilatauit animam suam, preparata ab heri, id est ab æterno à Rege Iesu Christo, cui omne præteritum est præsens, cui est quod fecit ab æterno, sicut nobis heri factum. Hæc informitas dicitur profunda & dilatata. Profunda, quia procul à fundo, id est sine pœnarum. Dilatata, ad suscipiendas animas damnatorum. Vnde infernus dicitur, eo quod animæ igni inferuntur, cuius nutrimenta sunt ligna multa, id est animæ peccatorum & status, id est ira Domini, sicut torrens sulphuris qui ardet, fœtet, & succendet eam, quasi arserit igne auaritiæ & coinquinatus fuerit fœtore luxuriæ, æternaliter succendetur.

Sequitur tertium. Non omnis qui dicit Domine Domine intrabit in regnum cælorum, sed qui facit voluntatem patris, &c. Dominus dictus eo quod dominetur cunctæ creaturæ, vel quod præsit domui, vel quia dans minas. Dicere Domine vere, est corde credere, ore confiteri, operibus contestari. Nam vnum sine altero negare est, quod tunccumque enim laudes lingua resonet, vita mala blasphematur. Clamant ad Dominum, cuius non sunt serui, cuius minas non

Anima pœnitens per supradictos gradus humilitatis debet ascendere & descendere.

Vnde dicti melancholici.

Mala arbor mala voluntas.

Daniel. 4.

Arbor à Daniele visa quid delicta.

Isa. 30. Tophet latitudo.

Inferni ignis nutrimenta animæ peccatorum.

Dominus interpretatur dans minas.

non timent. Vnde ipse dicit Isaiæ 11. Ad me clamat ex Seir, custos quid de nocte, &c. Seir interpretatur hispidus, & significat peccatorem spinis & curarum oblitum. Vnde Genesis trigesimo sexto. Esau habitauit in terra Seir regionis Edom.

Edom sanguis interpretatur. Esau appellatus fuit Seir & Edom. Seir, quia pilosus. Edom propter lenticulam rufam, pro qua vendidit primogenita. Est Esau aceruus lapidum. Edom sanguis interpretatur. Vbi est aceruus lapidum, id est diuitiarum, ibi pungentes spinæ sollicitudinum, & vbi sollicitudo, ibi sanguinis cruentatio. Peccator enim clamat ex Seir, custos quid de nocte. Ecce rota in medio rotæ. In Matthæo dicitur bis Domine, in Esaiâ bis custos, ad significandum, quod ille qui est Dominus necesse est vt sit custos, vt domum cui præest bene custodiat. Hoc nomen Dominus bis dictum creatorem & iudicem comprehendit. In rerum creatione fuit Dominus, & in districti iudicij examine erit Dominus, reddens vnique quod iustum est. Sed inter duo extrema ponitur de nocte, quia formam serui accepit vt seruos custodiret. Vnde Lucæ sexto dicitur. Erat Iesus pernoctans in oratione, non pro se sed pro caterua ad quam venerat liberandam, fuitque custos in passione, sed veniet crudelis ad ponendum terram in solitudinem & scelestos ex ea conterendos. Vnde recolat eis quatuor vitia & quatuor pœnas Ol. 13. Adimpleti (ecce diuitiæ & auaritia) & saturati sunt (ecce gula) & eleuauerunt cor suum (ecce superbia & vana gloria) & obliui sunt mei (ecce luxuria. Vnde Ezechiel. 23. Oblitus es mei, & proiecasti me post corpus tuum. Dominum post corpus proiecit qui eius passionis amaritudinem oblitus, delectationi corporis intendit, pro cuius amore gulæ & ventris fit seruus. Ideo Osee 13. Ero eis dicit Dominus quasi leana (contra adimpletos) sicut Pardus in via Assyriorum (contra saturatos) occurram eis quasi vrsa raptis carulis, & dirumpam interiora iecoris eorum, id est superbiorum, quia eleuauerunt cor suum. Iecore amamus, in quo amor terrenorum designatur, quem qui habet, Dominus interiora eius dirumpet. Sequitur. Et consumam eos ibi quasi leo. Bestia agri, id est diabolus scindet eos gladio æternæ mortis. Vt quem habuerunt incensorem in culpa, habeant tortorem in pœna. Sequitur. Perditio tua Israël ex te est, quasi dicat, Si perditus fueris, culpa tua est. Sed auxilium tuum tantum in me non ab alio, sed ex me qui custodio Israël. Bene ergo custos de nocte. Sequitur Esaiæ 21. Et dixit custos venit mane & nox. Si queritis, querite, conuertimini & venite. Custos à cura dicitur, mane à mano. Mantum anti-qui bonum dicebant. Quid autem melius luce? Dominus custos noster est. Vbi dicit Petrus. Cura est de nobis illis qui dicunt, Domine Domine. Ideo dicit. Venit mane, id est, gratiæ illuminatio. Ambulare ergo dum dies est, quia venit nox in qua non poteritis operari, quia nec opus, nec ratio apud inferos, &c. Si ergo queritis, querite, id est querere proponitis, querite de mane, conuertimini & venite.

Qui Dominus est custos.

Luc. 6.

Christus non sui sed nostri custos. Osee 13.

Ezech. 23.

Osee 13.

Amor profanus punitur.

Diabolus incensor culpa, tortor in pœna.

Isa. 21.

Lux vtilissima.

Qualiter querendus Dominus & inueniendus.

Ecce qualiter queritur Dominus, & inuenitur. In verbis Domine Domine. Quia tales querit adoratores qui adorent in spiritu & veritate, spiritu contritionis & veritate confessionis. Tali modo queritur Dominum ille Iosias Rex Iuda 4. Reg. 22. Qui cum audisset verba libri legis Domini, scindit vestimenta sua, & percussit fœdus cum Domino, &c. Iosias interpretatur in quo est sacrificium, & significat pœnitentem, in quo est sacrificium Domino, spiritus, scilicet contribulatus. Hic cum audit gloriam perennem iustorum, & pœnam insinibilem peccatorum scindit vestimenta sua, id est affligit membra sua quibus anima vestitur, & facit fœdus cum Domino, vt si ei Dominus peccata dimittat, ipse ad ea de cætero non redibit, & proicit de templo Domini, id est de corde suo in quo habitat Dominus, omnia vasa quæ facta fuerant Baal, id est omnes modos gulositatis quibus seruiebat Deo Baal, id est suo ventri, & comburit in valle Cedron, quæ interpretatur mœror tristis, id est in humilitate tristitiæ & mœroris. Currus autem Solis, id est quinque sensus corporis, quod quatuor rotis, id est delectatione temporalium quæ quatuor temporibus circumuoluitur, discurrit in Solem, id est claritatem gloriæ transitorie igne comburit pœnitentiæ, & aufert Phytones, id est, speciem auaritiæ, & Ariolos, qui sunt dicti incantatores, & quod circa aras nefarias præces emittunt, per quos hypocritas intelligimus, & figuras idolorum, id est imaginationes cogitationum turpium, & immunditias fornicationum, & abominationes verborum. Istis omnibus emundatis facit Domino Phasem, quod interpretatur transitus, quia transit de vitijs ad virtutes, vt conuertatur & sequatur Dominum, non dicendo, Domine Domine, sed faciendo voluntatem patris, vt ad ipsius regnum mereatur introire. Quod, &c. Amen.

4. Reg. 22.

Iosias interpretatur in quo sacrificium quid, moraliter significat.

Cedron mœror tristis.

Phyton species auaritiæ Ariolos hypocritæ.



DOMINICA IX. POST TRINITATEM.



HOMO quidam erat diues qui habebat villicum, &c. Lucæ 16. Vbi fient tria. Primum est villici accusatio, & bonorum dissipatio. Secundum debitorum Domini sui conuocatio, ibi, Conuocatis, &c. Tertium, pauperum bona facientium in æterna tabernacula receptio, ibi, Ego dico vobis facite, &c.

Luc. 16. Tria in hoc Euangelio animaduertenda.

Homo ergo quidam erat diues. Iste homo diues, est Christus. Homo propter humanitatem, diues propter diuinitatem, quidam propter singularitatem. Vnde de eo Prouerb. 22. Pauper & diues obuauerunt sibi, vtriusque operatur est Dominus. Pauper, id est humana natura.

Homo diues Christus. Prouerb. 22.

nura, & diues, id est diuina, coniuncta sunt in Christo, vt absolueretur homo pauper pœnis & culpis obligatus. De huius hominis diuitiis dicitur Prouerb. 3. Longitudo dierum in dextera illius, & in sinistra, &c. Dextera dicta dans extra, sinistra sumens extra, Christi sunt duo aduentus. In primo habuit merces, scilicet paupertatem & humilitatem, quas in nundinis nobis proposuit vt eas emeremus, sine quibus diuites esse non possumus. Proposuit etiam & gloriam, quæ est in tribulatione læticia, in persecutione patientia. Ad has nundinas venerant Apostoli, in quibus mirabiles merces lucrabantur cum ibant gaudentes à conspectu concilij, &c. Super hoc Prouerb. 20. Malum est, malum est, dicit omnis emptor, & cum recesserit, tunc gloriabitur. Si ad nundinas tribulationum, in quibus venduntur veræ diuitiæ, venire disponis, vide prius an habes in bursa cordis, precium patientiæ & lætitiæ, quo emere possis, alioquin non confulo tibi quod accedas, quia vacuus redibis. Si vero confidis de precio, accede, non cures si difficiles sunt diuitiæ, si malum, id est amarum est bibere calices tribulationis, cum enim recesseris, tunc gloriaberis, quia de sinistra ad dexteram in qua est longitudo dierum, transibis. Longitudine (inquit Psalm. 90.) dierum replebo eum, &c.

Frans. 3.

Christi duo aduentus. In primo quid defert.

Prou. 20.

In tribulatione veræ diuitiæ.

Psalm. 90.

Dux Christi semitæ. Prima à patre ad matrem.

Psalm. 138. Secunda à matre ad patrem.

Psalm. 76.

Cantic. 7.

Calceamenta Virginis in quo speciosa.

Ezech. 16. Iud. 10.

Iudith interpretatur confitens est beata Maria.

Isa. 54.

Christus pro nobis suscipiens passionis disciplinam.

Ab ingratiuitate in Christum reuocatur.

tur villæ custos, sed ponitur hic pro œconomio, id est dispensatore, qui vniuersam substantiam domus dispensat. Ille villicus quemlibet hominem significat, cui Dominus commisit triplicia dona, scilicet naturalia, gratuita & temporalia. Sed infelix, duo prima dissipat mortaliter peccando. Tertium, male expendendo & male congregando. De ista dissipatione qualiter fiat, habetur Prouerb. 30. Per tria mouetur terra, & quantum est quod sustinere non potest, Per seruum cum regnauerit, &c. Terra à superiori parte quæ teritur dicta, mentem hominis significat, quæ multis, & variis cogitationibus teritur, tria mouetur, mota dissipatur, dissipata gratuita spoliatur, & in naturalibus vulneratur. Mouetur inquam per seruum, &c. Seruus regnans, est corpus recalcitrans.

Villicus villicus, quilibet homo villicus cui Dominus plura commisit.

Prou. 30.

Villicus mortaliter quæ dissipat.

Seruus regnans, corpus recalcitrans, Eccl. 33.

Discretio quam necessaria.

Stultus est animus infaturus delictis, Prou. 19.

Ibidem.

Mulier à molliuitate dicta.

Ratio Domina, sensualitas ancilla.

Timor inferni malis incuriosus.

Prou. 28.

Quoniam pane gratia & gloria laetatur.

De quo Ecclesiast. 33. Cibaria virga & onus asino. Panis disciplina & opus seruo. Operatur in disciplina & querit requiescere, laxa manus illi, & querit libertatem. Iugum & lorum curuant collum durum, & seruum inclinant operationes apud, &c. vide ibi. Sed quia discretio in corporis afflictione est valde necessaria, ideo statim sequitur. Verum sine iudicio nihil facis graue. Si est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua.

Item per stultum cum saturatus cibo fuerit. Stultus est animus infaturus, delictis inebriatus. De quo Prouerb. 19. Pestilente flagellato stultus sapientior erit. Stultus, scilicet animus sapientior erit, quod non delictis, sed lacrymis inebriabitur, pestilente, id est, corpore flagellato eo modo vt dictum est. Item ibidem. Stultitia alligata est in corde pueri, & virga disciplina fugabit eam. Puer est corpus puerilia agens, poma & flores temporalium, quatenus, in cuius corde alligata est stultitia, id est, amor temporalium, quam virga penitentiae fugat.

Item per mulierem odiosam cum in matrimonium fuerit assumpta. Mulier à molliuitate dicta, quasi molliens herum, est peruersa cogitatio, quæ tunc est odiosa cum ad mentis consensum perducitur, tunc in matrimonium assumitur, cum foris opere exercetur.

Item per ancillam cum fuerit hæres Domini suæ. Domina est ratio, ancilla est sensualitas, quam etiam terra sustinere non potest, cum sibi ipsa dominationem viurpauerit rationis. Isto male dicto quaternario villicus ingratus dissipat bona Domini, & ideo diffamatus est apud illum. Hæc accusatio fit (quando non exercet opus pietatis) erga illos quibus debuit.

Sequitur. Et vocauit illum. Villicum tunc Dominus vocat, quando incurit timorem æternæ damnationis. Et ait illi. Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tue, id est, dum viuis cogita qualiter debes operari. Prouerb. 28. Qui operatur terram suam, saturatur panibus, qui autem sectatur ocium replebitur egestate. Panibus gratiæ in præsentia, & gloriæ in futuro saturabitur, qui scilicet exercet terram corporis sui in bonis operibus. Qui vero sectatur ocium, id est, voluntatem corporis, mortis æternæ egestate replebitur.

Iam

In fine vitæ diuitiæ contemptibiles.

Prou. 20.

Quam pauci sunt vere penitentes.

Matth. 25.

Gulosus regulariter libidinosus.

Misericordia facienti misericordiam.

In quibus dilectio Dei & proximi denotatur.

Prou. 3.

Amor Dei oleo comparatur.

Gen. 1.

Gen. 7. Diuitiæ omnibus ferme proualeant. Isa. 2.

Iam enim (in tempore, scilicet mortis) non poteris villicare. Ait autem villicus intra se (scilicet timore perterritus.) Quid faciam (vt pœnas euitem) quia Dominus meus auferet à me villicationem? Fodere non valeo, &c. Peccator cum considerat omnia temporalia cum vita ista sibi esse deferenda, magis de acquirendis amicis quam de congregandis diuitiis petra tractat, intelligens finita ista vita non esse ei locum vt terram mentis suæ fossorio deuote compunctionis fodiat ad ferendum fructum, vbi etiam confusibile erit mendicare, eo modo quo virgines fatuæ mendicabant. Vnde Prou. 20. Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æstate, & non dabitur ei, qui scilicet in hyeme vitæ præsentis non vult arare, id est, penitentiam agere. Arare dicitur ab ære, quia prius ære arabatur. Aes durable & sonorum, penitentiam constantem & accusatoriam significat, qua patres antiqui solebant arare carnem suam. Sed moderni fatui non arant ære, sed ligno sicco, fere nullus est qui veram agat penitentiam, ideo mendicabunt in æstate, id est, in generali resurrectione, dicentes. Domine Domine aperi nobis. Et non dabitur eis vita, immo dicitur. Ite maledicti in ignem æternum, &c. Matth. 25. Istis quatuor correspondent quatuor in epistola, scilicet idololatria. Facit enim seruum. Fornicatio, cum stultus cibo immoderate fatiatur, fornicatione polluitur. Tentatio. Qui enim mulierem odiosam ducit in matrimonium per mentis & operis consensum, tentat Christum, cum sibi quam illi potius obedit. Item qui ancillam, id est, sensualitatem efficit dominam rationis, murmur & dissensionem excitat. Sequitur secundum.

Conuocata itaque singulis debitoribus, &c. usque in generatione sua. Cados græce dicitur amphora latine, continens urnas tres. Corus modiis triginta impletur. Simpliciter potest sic accipi. Quisquis indigentiam pauperis vel ex dimidia vel ex quinta alleuiat parte, parte misericordie suæ donandus est. Moraliter. Isti duo debitores significant omnes fideles, qui duo præcepta charitatis quæ Deum & proximum debent diligere, debent obseruare. In centum cadis olei, Dei charitas. In centum coris tritici, dilectio proximi designatur. Oleum est charitas, quia omni liquori supernatat, & hæc est causa, quoniam in pinguedine nihil ex aqua & terra, sed ex aere, & propter hoc natat super aquam, quoniam aer qui est in oleo, defert ipsum quasi esset in vitro, & ista est leuitas eius. Sic amor Dei omni amori debet supernatare. Vnde Prou. 3. Fructus sapientiæ preciosior est cunctis opibus. Fructus sapientiæ est amor Dei cuius dulcedine degustata, anima sapit quam suavis sit Dominus. Quid ergo eo preciosius? quid desiderabilius. Huic nec opes, nec gloria rerum valent comparari. Et sicut in oleo nihil est ex aqua & terra, sed ex aere, sic in Dei amore nihil carnalitatatis, nihil terrenitatis debet admisceri, sed tantum aer, id est, puritas mentis, & conuersatio cœlestis. Talis amor supernatat. Vnde Gen. 1. Spiritus Domini ferebatur super aquas. Spiritus, id est, anima quæ spiritum amoris diuini iam concepit, fertur super aquas, id est, super temporalia Gen. 7. Arca ferebatur super aquas. Aquæ diuitiarum & concupiscentiarum ita iam præualuerunt quod totam terram operuerunt. Vnde Isa. 2. Repleta est terra auro & argento, & non est finis thesaurorum

eius, Ecce auaritia, Et repleta est terra eius aquis, & innumerabiles quadrigæ eius. Ecce superbia. Et repleta est terra eius idolis. Ecce luxuria. His maledictis aquis repleta est omnis terra, & quod periculosius est & deterius, montes omnes excelsi, id est, plures Ecclesie Prælati, isti ieteras sunt operi, Sed arca Noe, id est, anima viua diuinitatis fertur super aquas, quia omnia repleta tanquam stercora. Bene ergo dicitur quod oleum amoris diuini supernatat omni liquori. In centum cadis olei summa perfectio diuini amoris intelligitur. Villicus ergo, id est, Ecclesie Prælati vel sacerdos, debet dicere cuilibet fideli qui debitor est Dei, quantum debes Domino meo, id est, quantum teneris diligere Dominum? Respondet. Centum cados olei, id est, omnem perfectionem amoris ei debeo, quia ex toto corde, & ex tota anima, & ex omni virtute eum diligere teneo. Sed quia homo sum peccator, ideo ad illam perfectionem peruenire non possum. Tunc Ecclesie Prælati sibi & illi prouidens debet dicere. Accipe cautionem tuam, & sede cito & scribe quinquaginta. Cautio à cauendo dicta, est breue recordationis chirographum. Nota hic tria in quibus est vera penitentia. Accipe orationem, id est, præpara vitam ad agendam penitentiam, & sede in cordis contritione, cito, quia tempus est breue, scribe in oris confessione, quinquaginta in operis satisfactione.

Quibus malis repletur terra.

Iustus arbitratur omnia tanquam stercora.

Villicus Ecclesie Prælati.

Tria in quibus est vera penitentia.

Tritico dilectio proximi significatur, Prou. 11.

Matth. 25.

Prou. 19.

In Deo amici & inimici diligendo,

Qualiter iuauandus proximus & in quibus,

Quomodo Prælati licet malus à Deo laudatur.

Sequitur. Deinde dixit alio. Tu vero quantum debes? qui ait. Centum coros tritici, &c. Triticum est dilectio proximi: de quo Prouerb. 11. Qui abscondit (id est subtrahit) frumentum (id est, dilectionem à proximo) maledicetur in populis, scilicet in illa generali resurrectione, in qua omnes astabunt ante tribunal iudicis. Benedictio autem (quia Venite benedicti Matth. 25.) super rapita vendentium. Si vendideris proximo triticum, recipies mercedem æternæ retributionis. Quia Prouerb. 19. Fæneratur Domino qui miseretur pauperi, &c. Dicat ergo villicus. Quantum debes, id est, quantum debes diligere in Deo proximum tuum? Respondet. Centum coros, id est, amicum & inimicum in Deo, & propter Deum teneo diligere, & pro ipso si necesse fuerit animam meam ponere. Sed quia carnalis & debilis sum, ideo ad tantam proximi dilectionem non valeo peruenire. Tunc villicus debet ei dicere, quia nondum pro fratre animam morti vales ponere, interim accipe literas tuas. Litera dicta quasi legitima, eo quod iter præstet legentibus, vel eo quod in legendo iteratur. Accipe ergo literas, id est, præpara mentis iter ad diligendum proximum, & scribe octoginta, id est, doce eum ne erret, refice ne deficiat, doce animam quatuor Euangeliorum doctrinis, refice corpus eius quod consistit ex quatuor elementis subsidio beneficij temporalis, & sic scribe octoginta. Has literas præ oculis debes semper habere, vt quoties proximum vides, toties in eum octoginta scribas, & scribendo legas, & legendo iteres, & sic tibi legenti istæ literæ præstabunt iter quo peruenies ad brauium rapiendum. Sequitur. Et laudauit Dominus villicum, & cætera. Prælati vel sacerdos quia male viuendo bona Domini sui dissipat, ideo iniquus dicitur, eo quod non sit æquus, sed prauis operibus maculatus. Sed quia peccatoribus consulto verbum Domini proponit, & quid Deo & proximo quilibet secundum posse suum

X debet



debeat reddere, ostendit & prudenter instruit, à Domino laudatur. *Filij enim huius seculi, &c.*

Que partes prudentiz.

Nota. Prudentia est in humanis rebus, sapientia in diuinis. Prudentia partes sunt scientia recitium, militarium, & nauticarum. Item prudentia est rerum bonarum & malarum virtutis scientia, cuius partes sunt memoria, intelligentia, & prouidentia. Scientia in generationibus constat. Vnde dictum quod sequitur.

Lux vnde dicta.

*Abennibus enim aliis alia succedunt.* Filij ergo huius seculi prudentiores sunt in generatione sua, scilicet carnali, filiis lucis. Lux dicta eo quod diluat tenebras. Filij huius seculi temporalia sequentes, filii lucis ipsa contemnentibus, qui luce vitæ lux peccatorum tenebras diluerunt, prudentiores sunt in generatione sua. De qua Prou. 30. *Generatio que patri suo maledicit, & qua non benedicit matri sue, &c.*

Prim. 30.

Quatuor peruersorum hominum genera.

In qua auctoritate nota quatuor genera hominum. Primi sunt peruersi prelati, secundi falsi Religiosi, tertij superbi, quarti avari viciarij. Generatio que patri suo maledicit, super peruersi prelati Ecclesie & sacerdotes, qui Deo patri, cuius nomen per eos blasphematur, vitæ immunditia, officij negligentia, maledicunt, & matri suæ Ecclesie non benedicunt, immo eius fidem quam verbo predicare & exemplo debent, malis operibus destruant. Item secundo, generatio que munda sibi esse videtur, sunt Religiosi falsi, & ficti hypocrite, similes sepulcris dealbatis, de quibus beatus Bernardus. Si possent exterius sine nota viuere, salua sibi omnia arbitrarerentur. Item tertio, generatio cuius excelsi sunt oculi, sunt superbi, qui extento collo nutibus oculorum vadunt, quorum palpebre gressus non precedunt, sed in alium se erigunt. Contra quos dicitur. *Psalm. 130. Domine non est exaltatum cor meum, neque elati, &c.* Item quarto, generatio, que pro dentibus gladium habet, & commandit molaribus suis, ut comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus, &c. sunt avari & viciarij, quorum dentes arma & fagitte, qui pauperes deuorant, & substantias aliorum sibi acquirunt. Omnes isti sunt filij huius seculi, qui filios lucis stultos reputant, se autem prudentes, quorum prudentia mors est. Sequitur tertium.

Prælati impii.

Mali Religiosi.

Superbi.

Psalm. 130.

Auari.

*Et ego dico vobis, facite vobis amicos de mammona iniquitatis, &c.* Mammona Syra lingua diuitie, iniquitatis, quia de iniquitate collectæ sunt. Si ergo iniquitas bene dispensanti vertitur in iustitiam, quanto magis diuitiæ diuini sermonis, in quo nulla est iniquitas, bonum dispensatorem leuant in cælum? Amicus dictus quasi amici custos vel animo. Amicitia est voluntas inter aliquos rerum bonarum, illius qui diligit, cum eius qui diligitur pari voluntate, consensuque mutuo & affectu. Huius mundi diuites qui mundanas diuitias de iniquitate, id est, inæqualitate congregant, nullos habent propinquiores amicos, si bene cognoscerent quam pauperes manus quorū Christi sunt gazophylacium. Gregorius. Vt in sua manu diuites post mortem aliquid inueniant, eis ante mortem, dicitur, in quorū manibus diuitias suas ponant. O diues da Christo de his que tibi dedit. Habuisti largitorem, habebis debitorem, posside seruatorem. O diues manum aridam obsecro ostende pauperi, & que prius erat arida auaritia, floreat tunc eleemosyna *Eccles. 12. Florebit amygdalus.*

Amicus quasi amici custos vel amicitia.

Pauper diuiti sit amicus.

Eccles. 12.

Ante alias arbores floreat, & significat eleemosynarium, qui compassione & misericordia floridus, ante omnia florē eleemosynę debet emittere. Vnde *Isa. 27. Florebit & germinabit Israel,* id est, vir iustus florebit eleemosyna, germinabit compassione. Nota, cum germen prius sit in flore, non præmisit germinabit, sed florebit & germinabit. Hac scilicet ratione, quia cum vir iustus floret, debet germinare compassione, quia non tantum manu, sed etiam cordis affectu ipsam debet pauperi porrigere, ne eleemosynam defleat auaritia. Florebit ergo amygdalus, impinguabitur locusta. Sicut enim tempore frigoris locusta torpescens vires emittit, sed adueniente calore quasi hilarebit & salit, sic pauper tempore famis frigore necessitatis vires amittit, corpore frigeat, fame palleat, sed adueniente calore beneficij, eleemosynæ munere vires recipit, & de collato sibi beneficio, Deo & danti gratias reddit. *Et sic dissipabuntur capparitis,* id est auaritia. Auaritiæ dissipatio, eleemosynæ distributio. Facite ergo vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.

Amygdalo denotatur eleemosynarius. *Isa. 27.*

Auaritiæ dissipatio eleemosynæ.

Quatuor tabernacula.

Superbus lux non dei voluntati obediens.

Cant. 1.

Nam. 24.

Exod. 15.

Vita Christi nostre exemplar.

Iusti tabernaculis Iacob comparantur.

Nota quod quatuor sunt tabernacula. Prima, carnalium. Prima sunt Idumæorum. Secunda, incipientium. Cedar. Tertia, Iacob. Tertia, Iacob. Quarta, Domini virtutum. De primis. *Psalm. 82. Quoniam cogitauerunt unanimes, simul aduersum te testamentum disposuerunt tabernacula Idumæorum & Israelitæ.* Idumæi, sanguinolenti Hinnacitæ interpretantur obediens, sibi supple, & non Deo. Per hos luxuriosi, qui sanguine luxurie inquinantur, & superbi, qui non Deo, sed tuz voluntati obediunt, designantur. Horum tabernacula, id est, conuenticula disponunt testamentum aduersus testamentum quod Dominus in morte condidit, scilicet. *Beati pauperes, &c.* De his tabernaculis fugiendum est ad tabernacula Cedar. De quibus Cant. 1. *Nigra sum, sed formosa filia Hierusalem, sicut tabernacula Cedar, &c.* Vide in illo Evangelio. Cum immundus spiritus, in Quadragesim. Qui in istis tabernaculis bene militauerit, transeat ad tabernacula Iacob. De quibus Num. 24. *Quam pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel, ut valles nemorosa, ut horti iuxta flumines irrigui, ut tabernacula que fixit Dominus, quasi cedri prope aquas.*

Nota ista tria, valles, horti, cedri. In vallibus nemorosis, mentis humiliatio. In hortis, lachrymarum effusio & compunctio. In cedris, supernorum cōtemplatio designatur. Tabernacula ergo Iacob & tentoria Israel sunt milita viri actiui & contemplatiui, que tabernacula Dominus fixit, quia iuxta beneplacitum suum sunt disposita. Vnde *Exod. 25. dictum fuit Moyhi. Respice, & fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est.*

Mons est Christus dictus, motus non habens, quia non abiit in consilio impiorum, &c. Exemplar est vita eius, secundū quam nostra tabernacula debent figi & constitui. Tabernacula & tentoria idem significant. Tentorium dictū eo quod tēdatur funibus vel palis in tabernaculo vel pabulone. Ista tabernacula viri actiui & contemplatiui sunt pulchra ut valles nemorosa, quia in humilitate mētis que obumbraculū præstat contra ardorem vitiorum, consistunt. Et ut horti iuxta fluentia irrigui, quia lachrymarum effusione & cordis

cordis compunctione eorum mentes irrigantur. Et quasi cedri, in altitudine contemplationis, in odore sanctæ conuersationis, in abundantia fluminis laticantis ciuitatem Dei, radicibus sunt plantati. De his tabernaculis, cum finita malitia fuerit, cum hyems transferit, & imber recesserit, tunc transibunt ad tabernacula Domini virtutum.

Isa. 32.

Pœnitentiū populus, populus Domini.

Pax que gloria sola æterna.

De quibus Dominus promittens dicit *Isa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiducia, & in requie opulenta.* Populus pœnitentiū, est populus Domini, & oues pacis eius. Qui modo stat in certamine, sedebit in pulchritudine pacis. Pax est tranquilla libertas, à pacto dicta. Posterius vero sumitur pax, cum fœdus primum inicitur. Qui modo fœdus reconciliationis inicit cum Domino, postea sedebit in pulchritudine pacis in cœlesti regno. Pax temporis & peccatoris heu quoties polluitur. Sed pax æternitatis pulchra permanebit in tabernaculis fiducia, tunc non erit qui extereat, sed habitabit confidenter, & in requie opulenta æternæ satietatis. Ad quam nos, &c.



DOMINICA X. POST TRINITATEM.



**V** M appropinquaret IESVS Hierusalem videns ciuitatem fleuit super illa. *Luc. 19.* Vbi tria considerantur. Primum est in Christo pietatis indicium, quod probat lachrymarum effusio. *Videns ciuitatem fleuit super eam.* Secundum est ciuitatis excidium, quod innuit ruinarum occasio. *ibi. Quia venient dies in te, &c.* Tertium est sanctitatis officium, quod probat columbas vendentium eiecctio, vel cathedrarum euersio, quia intrans in templum, talia eiecct, dicens. *Domus mea domus orationis.*

Luc. 19.

In hoc Evangelio tria præcipue attendenda.

Hierusalem quibus dicta nominibus.

Salem pax, Iebus conculcata, Hierusalem visio pacis visio.

Isa. 28.

Quo ad primum. *Vt appropinquauit Hierusalem, videns ciuitatem, fleuit super illam, dicens. Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die, qua ad pacem tibi. Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.* Nota. Hierusalem primo dicta fuit Salem, quam Iudæi, Sem filium Noe, quem dicunt Melchisedech, post diluuium in Synai condidisse asserunt, in qua regnum eiusdem Melchisedech. Hanc post tenuerunt Iebusei, à quibus dicta est Iebus, sicque duobus nominibus coniunctis. Iebus & Salem, vocata est Hierusalem, quæ post à Salomone melius ædificata Hierosolyma dicta est. Salem, pax. Iebus, conculcata. Hierusalem visio pacis interpretatur. In quo triplex animæ status designatur. Anima in baptismo fuit Salem. In pœnitentia est Iebus. In gloria erit Hierusalem. In baptismo est ei pax reddita, quia de filia iræ facta est filia gloriæ vel gratiæ. In pœnitentia debet esse conculcata & attrita mœnore contritionis & pœnitentiæ, & tunc post erit visio pacis in gloria. Vnde *Isa. vigesimo octauo. Pedibus conculcabitur corona superbia ebriorum Effraim.* Effraim, id est, frugiferi, sunt diuites huius mun-

di, superbia & luxuria inebriati. Corona, id est, gloria pedibus pœnitentiæ conculcatur, cum viuo compunctionis inebriatur. Vnde Prouerb. trigessimoprimo, dicitur. *Nullum secretum tibi est, ubi regnatur ebrietas.* Nullum secretum scilicet iniquitatis, ubi regnat ebrietas veræ contritionis. In bono & in malo potest dici. Ebrietas spiritualis omnia denudat in confessione, que prius latebat in mente. Visio pacis erit in gloria, in qua ut dicitur. *Isa. 52. Videbunt oculo ad oculum cum conuerterit Dominus Sion, & cætera.* Item *Isa. 60. Tunc videbis & afflues, & mirabitur & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi.* O anima si prius fueris lebus, postea videbis quod oculus non vidit, nec auris audiuit, & cætera. Et tunc dicere poteris cum regina Saba 3. Regum 10. *Verus est sermo quem audiui in terra mea, & cætera.* Nota istud. Ecce quid videbis. Afflues in deliciis & diuitiis, id est, in glorificatione corporis, & animæ, & mirabitur cor tuum, cœlestis Hierusalem pulchritudinem, Angelorum beatitudinem, omnium sanctorum coronam immarcescibilem, & sic dilatabitur cor tuum gaudio inextimabili, iucunditate inenarrabili. Sed heu tanta affluentia postposita, infelix anima diligit temporalia, apprehendere nititur fugientia. *Ideo Dominus videns ciuitatem, fleuit super ipsam dicens. Quia si cognouisses & tu.* Dominus non fleuit ciuitatem terrenam solum, sed principaliter animam, non ruinam lapidum, sed virtutum. Nota ista duo. Videns, fleuit. O anima si videres, fletes, sed quia non vides, ideo non fles. Dicitur Ecclesiastes 1. *Vidi cuncta qua fiunt sub sole, & ecce vniuersa vanitas & afflictio spiritus.* Sub sole est vanitas, super solem veritas. Anima ergo que est sub sole per amorem temporalium, & non est supra solem per contemplationem supernorum, quid aliud debet facere nisi flere & gemere? Et bene coniunguntur vanitas & afflictio. Vbi est vanitas felicitatis terrenæ, ibi afflictio mortis æternæ. Sub sole, ubi falsitas & vanitas, calumniæ potentia contra egenos, & violenta iudicia contra pauperes. Si hæc anima misera videret, utique fletet. Vnde *Ier. 6. docet animam qualiter se ipsam defleat, dicens. Filia populime accingere cilicio, & conspergere cinere, luctum unigeniti fac tibi planctum amarum.*

In baptismo Deo reconciliamur. Prou. 31. Ebrietas iu malam & in bonam partem sumitur. *Isa. 52.*

Isa. 60.

3. Reg. 10.

Visio beatorum ad que se extendit.

Christus præcipue deflet animam.

Eccles. 1.

Anima terrenorum amatque gemere amarè.

Vanitas & afflictio recte coniunguntur.

Ierem. 6.

Quid in cinere, in cilicio, in luctu & in planctu denotatur.

Psalm. 44. Cant. 3. Quisam timores nocturni. Aural.

propter



propter quas vitandas omnis qui lectum veri Salomonis, id est, conscientiam suam, in qua requiescit Christus, vult custodire, debet habere ensem mortificationis super femur, scilicet carnis.

Quid ex Adam peccatore contraximus.

Sequitur. *Et conspergere cinere*, scilicet illius maledictionis memor, Cinis es, & in cinerem reuerteris. Cinis ex incendio dicitur, ex quo factus est Adam cum sua posteritate. Igne cupiditatis accensus, flatu falsæ promissionis fuit incensus, & ideo in cinerem mortis reuersus. Luctum vnigeniti fac tibi. Luctus eo quod sit congruo cordi quasi vulnus pungens, cui sanando consolationes adhibentur, & significant contritionem, quæ est vulnus cordis, cui debet adhiberi consolatio, vt speres de misericordia redemptoris. Nota quod dicit luctum vnigeniti, quia sicut non est dolor super dolorem mulieris, quæ solum vnigenitum, quem super omnia diligit, cum ipse moritur perdit, sic non debet esse dolor super dolorem animæ penitentis, quæ cum vnicum haberet filium, scilicet fidem per dilectionem operantem, per mortale peccatum ipsam perdidit. Amisâ charitate fides moritur, quæ animam viuificat. Et ideo quia animam fidei amisisti, luctum vnigeniti fac tibi. Planctum amarum. Contritioni cordis debet adiungi lachrymarum effusio cum amaritudine, vt anima seipsam defeat, & vnicum mortuum resuscitet, quia Dominus fleuit super Lazarum & super ciuitatem Hierusalem. Flere est vberim lachrymas fundere, quasi fluere. Florare vero est cum voce. Lugere autem, cum dictis aliquibus miserabilibus. Vnde lugere dicitur quasi luce egere. De fluentis huius flatus loquitur Cant. 5. sponfus sponsæ. *Oculi tui sicut columba desuper riuulos aquarum, quæ lacte, &c.*

Qualis debet esse dolor animæ penitentis.

Fides tepescit.

Contritioni cordis addatur copiosus flatus.

Cant. 5.

Incentor culpæ exactor pœnæ.

Columbæ in quo debeamus assimulari.

Sap. 2.

Psal. 74.

Deus iudex leuissimus.

Ezech. 23.

Nota. In oculis prouidentia vigil designatur. Columba in aquis præuidet accipitrem se rapere machinantem, & nos præuidere in riuulis transitoria dulcedinis debemus incensorem, quia incentor culpæ, exactor erit & pœnæ. Lac quo nihil gratius datur, significat hilaritatem conscientia de spe diuinæ misericordia. Fluenta plenissima sunt effusiones lachrymarum. Anima ergo tanquam columba relidens super fluenta aquarum plenissima, confidens de Dei misericordia, debet præuidere vigilantia cura, vt sibi caueat fallaciam transitoria dulcedinis, & malitiam diaboli suggerentis. *Videns ergo ciuitatem, fleuit super illam, dicens. Quia si cognouisses, scilicet ruinam quæ tibi imminet, & tu fleuisses, quæ modo exultas: de qua exaltatione Sap. 2. Venite (dicunt impij) & fruamur bonis, &c.* Sequitur. *In hac die tua tu es modo, sed veniet tempus quo eris alteratus, quia omnino diabolo traditus, nunc exultas in die tua, sed veniet dies eius, in qua doleris. Cum accepero (inquit Dominus Psal. 74.) tempus ego iustitias iudicabo.* O Dominus si iustitias iudicabis, quid de iustitia erit? O peccator, Dominus accommodauit tibi tempus suum ad promerendum salutem, & tu fecisti tuum de accommodato, sed crede mihi veniet dies eius & cætera.

Vnde Ezechielis vigesimoprimo. *Ecce ego ad te, & eieciam gladium meum de vagina sua, &c.* Vagina dicta quasi bagma eo quod in ea gladius baiuletur. Gladius in vagina, est diuinitas

in humanitate: de qua eicit pater gladium, & vibrabit ipsum. Vbi nota. Gladius vibratus duo facit, scilicet splendorem & umbram tremulam. Pater in die sua vibrabit gladium, id est, filium suum, quia omne iudicium dedit ei, qui splendorem sanctis, & umbram tremulam damnatis ostendet impiis. Tollitur impius ne videat gloriam Dei, quia in terra sanctorum iniqua gessit, immo videat illum in quem transiit. O infelix anima hæc abscondita sunt ab oculis tuis, quos dies tua & pax excæcauit, quibus excæcatis tanquam animal brutum duceris funiculo cupiditatis ad ista fugientia capienda. Ideo tales recte simulacra muta diligunt, scilicet temporalia, & ideo sunt anathema. id est, à Christo separati, qui ea contemnere præcipit. Simile etiam habes Iosue septimo. *Anathema in medio tui Israel.* Nota historiam de furto Achor.

Miseria peccatoris post vitam condicio.

Peccatrix anima excæcata.

Iosue 7.

Quinam fueres cum Achor.

Quisquam furatur regulam auream sicut Achor.

Achor interpretatur peruertens aut fratris ruina. Et significat huius mundi diuitem, qui peruertit iustitiam, bona pauperibus auferendo, vel eis sua non reddendo, & sic est fratris ruina. Hic furatur pallium, &c.

In pallio coccineo pauperum hominum substantia multo sanguine & sudore acquisita. In ducentis siclis argenti, vtriusque testamenti scientia. In regula aurea quinquaginta siclorum, omnium Religiosorum designatur vita. Pallium furantur milites & burgemes, avari & vsurarij. Ducentos siclos argenti furantur nostri temporis latronculi, prælati, scilicet & clerici. Regulam auream 50. siclorum, falsi Religiosi Huius mundi diuites & potentes, pauperibus, quos suos villanos vocant, cum ipsi sint villani diaboli, substantiam pauperum & sanguinem, qualicumque modo potuerint, auferunt. *Nudos (vt dicitur Iob 24.) dimittunt homines, indumenta tollentes, quibus non est operimentum in frigore Ierem. secundo. Inuentus est in alis tuis sanguis pauperum.* Item vtriusque testamenti scientiam, quæ propter sui perfectionem & sonoritatem per ducentos siclos argenti significantur, furatur prælati, cum eam non vt a discunt, sed vt laudes & honores sibi acquirant, addiscunt. Inde dicitur eis Prouerbior. vndecimo. *Circulus aureus in naribus suis mulier pulchra & fatua.* Mulier pulchra, & fatua, sunt clerici, quia molles & compti tanquam meretrices pro denariis se exponentes. Pulchra, gloria vestium, turba nepotum multiplicatione præbendarum. Fatua, quia quid ipsi vel alij fantur, non intelligunt, tota die in Ecclesia clamant, & quasi canes latrant, & se ipsos non intelligunt, quia corpus in choro, & cor in foro. Isti cum habeant circulum aureum scientiæ & eloquentiæ, non verentur tanquam porci mittere ipsum in sterco luxuria & auaritia. Item regulam auream furantur falsi Religiosi. Regula quasi mensura regens dicitur, vel quod distortum prauumque corrigat. Regula aurea est vita Religiosorum, quæ hominem distortum & prauum ad mensuram recte viuendi corrigat, & modum rebus ponit. Hanc regulam fere omnes Religiosi furati sunt, quia ad veritatem Euangelij non ambulant, secundum patrum instituta non viuunt, sed distorte & simulatorie vitam suam ducunt. Regulam auream beati Benedicti monachi furati sunt. Regulam auream beati Augustini canonici, & sic de singulis Religiosis, quæ sua, non quæ Iesu Christi sunt, querunt,

querunt. Hæc regula dicitur constare quinquaginta siclis, quia omnium Religiosorum vita consistit in penitentia, quæ in quinquagesimo Psalmo, *Miserere scilicet mei Deus*, plenarie continetur. Omnes ergo isti quia (vt dictum est) furantur, ideo in die iudicij duris increpationibus lapidabuntur, & post igne æterno comburentur, & sic erunt anathematizati, & in perpetuum à Christo separati. Sequitur secundum.

Psal. 50.

Animæ impiorum in exitu suo circumdantur dæmonibus.

Abyssus cogitationum abyssum peccatorum efficit.

Visitacioni diuinæ resistens grauius puniatur. Isa. 1.

Ecc. 12.

Iuuentus ad peccandum prona.

Ecc. 11.

Dei iudicij ne simus immemores.

Isa. 8.

Dum tempus habemus bonis operibus studemus.

*Venient dies in te, & circumdabunt te mimici tui vallo, &c.* Visitationis tuæ venient dies, quando animas exeunt à corporibus, demones circumdabunt vallo, trahentes eas ad societatem suæ damnationis. *Vndique circumdabunt te & eo angustabunt*, quando non solius operis, sed & locutionis & cogitationis iniquitates ante oculos eorum replicabuntur. *Et ad terram prosternent te, quando caro in puluerem redigetur. Filij etiam cadent*, cum in illa die peribunt omnes eorum cogitationes, quæ per lapides significantur, cum dicitur. *Et non relinquetur in te lapis super lapidem.* Peruersus enim cum peruersæ cogitationi peruersionem adiicit, quasi lapidem super lapidem struit. Sed cum anima ad vltionem rapitur, talis cogitationum constructio dissipatur. Et hoc ideo, quia non cognouit tempus visitationis suæ. Peruersam enim animam visitat Deus aliquando præcepto, aliquando flagello, aliquando miraculo. Sed quia superbiens contemnit, nec de malis suis erubescit, in extremo inimicis tradetur.

Vnde & consequenter dicitur. *Eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ. Vnde Isa. 1. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui. Israel autem me non cognouit, & populus meus non intellexit, &c.* Bos, id est, latro, qui tanquam bos iugum crucis pertulit, dicens. *Memento mei, &c.* & asinus, id est, Centurio, & gentiles dicentes. *Vere filius Dei erat iste.* Israel, id est, Ecclesia, non cognouit me, & populus, scilicet laicus non intellexit.

Super hoc concor. illud Ecc. 12. circa finem. *Memento creatoris tui in diebus iuuentutis, &c. vique Spiritus redeat ad Deum qui dedit illum?* ciuitas Hierusalem, anima ad Dei similitudinem creata, memento creatoris tui qui te fecit, qui te iudicabit, & hoc in diebus iuuentutis tuæ, cum pronior est ætas ad peccandum, & acceptabilior ad penitentiam peragendam. Vnde & præmisit c. 11. *Latare iuuenis, &c.* Iuuenis dicitur eo quod iuuare possit. Memento ergo. i. in mente habero antequam veniat tempus afflictionis tuæ. i. senectutis, mortis, & iudicij, & appropinquat anni, de quibus dicas. *Non placet mihi, in hac die tua quæ ad pacem tibi est, & quæ placet tibi.* Sed venient dies in te qui non placebunt tibi. Placuisti tibi, & displicuisti Deo, ideo venient dies quando displicebit tibi. Ideo memento antequam ob tenebre sciat solis lumen. i. prosperitatis mundana claritas, mortis caligine, antequam obtenebrescat luna, & stellæ. i. sensus corporis, qui in senectute debilitantur, & in morte omnino obtenebrantur. Vnde Isa. 8. *Suscipiet sursum, & ad terram intuebitur, & ecce tribulatio*, scilicet in diaboli suggestionem, & tenebra, in mentis excæcatione, dissolutio in operis perpetracione, angustia, in consuetudine, caligo persequens, in gehennæ persecucionem. Item tribulatio in vita, tenebræ in senectute, dissolutio in infirmitate, angustia in animæ emissionem, caligo persequens in dæmonum infestationem. Memento ergo creatoris tui.

Et reuertantur nubes post pluuiam. Nubes sunt peccatores, qui pluuiam effundunt cum animæ suæ damnis captiuitatem annunciant, recedunt, quando nolunt eis credere, reuertuntur, quando quod annunciauerunt adimpletur. Quando commouebuntur custodes domus, &c. Vide in glossa.

Funis argenteus, id est, vitæ, id est, continuatio vitæ rumpatur, & vita aurea, id est, anima preciosa pars hominis, recurat vnde venit, & conteratur hydria, id est, homo de terra factus in rota, quia semper voluit in rota mudi. Qui item super fontem & cisternam confringitur, cum morte dissolutus aquas concupiscentiarum quas de mundana vanitatis cisternam hauserat, amittit. Nota, per hydriam intelligitur cupiditas. Vnde Samaritana abiecit hydriam ad prædicationem Christi Ioa. 4. *Quando ergo diues moritur super diuitias*, potest dici quod hydria contrita est super fontem, quia miser homo moritur cum fonte cupiditatis. Per cisternam intelligitur congregatio diuitiarum. Vnde Ier. 2. *Dereliquerunt me fontem aque viuæ, & foderunt sibi cisternas quæ continere non valent aquam.* Tunc rota frangitur super cisternam, quando cupiditas hominis non relinquit diuitias, sed inter ipsas moritur.

Ioa. 4.

Miser diuitis impij exitus. Ierem. 2.

Gen. 3.

*Et reuertatur puluis*, id est, corpus, in terram suam vnde erat. Primo homini dictum est Gen. 3. *Puluis es, &c.* Puluis dicitur, eo quod vi venti pulserit. Et spiritus, id est, anima redeat ad Deum qui fecit illum. Non est enim ex traduce. Deus enim fecit animam, cui virtutes gratiæ infundit, vt sic creatorem agnosceret, agnitum coleret, colendo ipso perfrui mereretur.

Sequitur. *Et ingressus in templum, cepit eicere vendentes & ementes, &c.* Nota quod Dominus bis legitur vendentes & ementes de templo eiecisse, semel primo anno suæ prædicationis, & secundo cum iret ad passionem. Iesus templum ingreditur, dum quotidie visitat Ecclesiam & actus cuiusque considerat, & eos eicit qui inter sanctos vel fiste bona, vel aperte mala faciunt. Per boues qui arant, prædicationes celestis doctrinæ significantur. Boues vendunt qui non amore Dei, sed pro quæstu temporalis prædicant. Oues innocentes sua vellera vestiendis præbent. Per has significantur opera munditiæ & pietatis, quæ venduntur dum pro humana laude geruntur. Spiritus in columba apparuit Marc. 1. Vnde per columbam accipitur spiritus, quem vendunt simoniaci, & illud est graue peccatum. Hi omnes eiciuntur de parte tortis sanctorum, qui fiste bona, vel aperte mala faciunt, & vinculis peccatorum modo flagellantur ad correctionem, quibus incorrupti in sine ligabuntur. Oues & boues eicit quæ aliam vitam ostendit reprobam ac doctrinam. Et mensas subuertit, quia in sine ipsæ res quas dilexerant, destruentur.

Dominus bis eiecit vendentes de templo.

Marc. 1.

Qualiter simoniaci puniuntur.

Nota, cum Christus eiceret vendentes & ementes, quidam fulgor radiosus egrediebatur ex oculis eius, quos territi sacerdotes & Leuitæ non poterant ei resistere. Super hoc concordat illud Sap. septimo. *Attingit vbique propter sui munditiam, vapor est enim virtutis Dei, & emanatio quedam est claritatis omnipotentis Dei sincera, & ideo nihil inquinatum in illam incurrit. Candor est enim lucis æterna, & speculum sine macula, &c.* Attingit vbique, scilicet in cælo sua visione Angelos fatians, in terra peccatores misericorditer ad penitentiam expectans, in inferno

Sap. 7.

Virtus Christi efficitur.

Christus va-  
por calefaciens  
frigus infelicitatis nostrae.

Joan. 14.

Pet. 2.

Sapientia  
Dei vapor  
calefaciens.

Candor lucis  
aeternae, speculum sine  
macula.

Sap. 8.

Conuersatio  
sapientis  
non amara.

Domus iusti  
ex quibus  
construitur.

Orationi sex  
sunt necessaria.

Gen. 43.

Ecl. 24.

Deut. 32.

dæmones & desperatos peccatores crucians. Attingit inquam propter suam munditiam, quia lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ. Vapor est calefaciens frigus infelicitatis nostræ, existens eiusdem virtutis cum Deo patre, & emanatio, id est, splendor gloriæ consubstantialis, æqualis, coæternus, quædam, id est, quodam modo emanat à claritate omnipotentis existens vnus claritatis cum omnipotente, sincera, quia summo bono non appropinquat malum, & ideo nihil inquinatum in illam incurrit, quia semper simplex bonum est Candor est lucis æternæ, speculum in quo videtur pater. Vnde. *Quis videt me, videt & patrem meum.* Ioan. 14. Sine macula, quia peccatum non fecit, nec inuentus, &c. 1. Pet. 2. *Et imago bonitatis illius*, id est plena representatio existens eadem bonitas cum illo. Et cum sit vna, scilicet cum patre, omnia potest, quia omnipotens & permanens immutabilis, omnia innovat regendo & ordinando. Non ergo mirum si potuit eicere vendentes & ementes de templo, & si illi sacerdotes & Leuitæ resistere non poterant.

Aliter. Sapientia Dei patris fuit vapor calefaciens in sua incarnatione, tunc hyems infidelitatis transit, imber demoniacæ persecutionis abiit, flores æternæ promissionis apparuerunt in terra nostra. Fuit emanatio claritatis in miraculorum operatione. Candor lucis æternæ in sua resurrectione. Speculum sine macula erit nobis in æterna beatitudine in qua eum speculabimur sicut est. Tunc eius sapientia in nobis resutabit. Sequitur tertium.

*Domus mea domus orationis, &c.* Dicitur Sap. 8. *Intrans in domum meam conuiescam cum illa, non enim habet amaritudinem, &c.* Homo spiritualis rediens à temporalium sollicitudine, à cogitationum iniquitudine, & intrans in domum propriæ conscientiæ & clauso ostio quinque sensuum, conuiescit cum sapientia, diuinæ scilicet contemplationi vacans, in qua supernæ dulcedinis quietem degustat. Conuersatio sapientum non habet amaritudinem, id est, peccati delectationem. Palatum enim quod ei afficit, nullum venenum interficit, nec habet tædium conuictus ipsius. Spirituales enim deliciae augent desiderium, & cum magis sumuntur audius amantur, in quibus est lætitia & gaudium. Beata illa domus, felix illa conscientia, quam sapor sapientiæ afficit, in qua ipsa sapientia requiescit, quæ dicit. *Domus mea domus orationis vocabitur.*

Nota quod domus ex tribus consistit, scilicet fundamento, parietibus, & tecto. In fundamento humilitas, in parietibus, virtutum congeries, in tecto, charitas notatur. Vbi ista conueniunt, ibi Dominus quiescit, qui dicit. *Domus mea domus orationis.* Oratio dicta qua oris ratio.

Nota quod orationi sex sunt necessaria. Odor internæ deuotionis. Delectatio tribulationis externæ, lachrymæ compunctionis, mortificatio carnis, vitæ munditia, eleemosyna. Quæ omnia notantur Gen. 43. *Dixit Iacob filiis suis. Ite & deferre viro (scilicet Ioseph) munera, balsamum, mel, thus, myrrham, rhesina, & amygdala.* Vnde Eccles. 24. *Quasi balsamum non mixtum odor meus, scilicet puræ deuotionis, quam non corrumpit duplicitas mentis.* Item mel est delectatio tribulationis. Vnde Deut. 32. *Et suggeret mel de petra.* Petra est duritia aduersitatis vel

tribulationis. Mel de petra fugit qui aduersitatis duritiam in suauitate mentis recipit. Vnde in naturalibus apes sedent super alucaria, & sugunt quod est in fauis, & dicitur quod si non facerent hoc, corrumpeteretur id quod est in fauis, & generaretur ex eis aranea. Fauis est mel in cera, dictus quia comeditur magis quam bibitur. Phage enim græce, comedere latine. Apes sunt viri iusti, qui sedent super alucaria, id est, affligunt & humiliant corpora sua, & sugunt quod est in fauis. Nota quod sicut est in fauo mel & cera, sic in vita viri iusti est mel internæ delectationis, & cera exterioris aduersitatis, quæ defluit & deficit à facie ignis, id est, præsentia diuini amoris. Sedeant obsecro apes super alucaria, & sugant quod est in fauis, ne per impatientiam & cordis amaritudinem corrumpatur mel internæ dulcedinis, & generetur aranea ab aere dicta eo quod in aere fila generet vel gerat. Et significat superbiam cordis, quæ ratione cælestis cælestium mentis nititur habitare. Proh dolor! cum mel corrumpitur, aranea generatur superbia, scilicet ex interna corruptione dulcedinis. Item thus dictum à theo, id est, Deo cui adoletur, est oratio. Psal. 140. *D. rigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.*

Nota quod thus ab Arabia sola mittitur, quæ interpretatur sacra, in qua est arbor quæ Libanus dicitur, cortice & folio lauro similis, succum amygdali modo amittens, qui bis in anno colligitur, autumno scilicet & vere, sed autumnalis collectio paratur inciso cortice in æstatis feruore & proficiente spuma, quæ concreta descendit vbi loci natura potest, hoc est thus candidum. Secunda vindemia præparatur, hyeme incisis corticibus, rubrum hoc erit, nec comparatum priori nouellæ arboris candidius, sed veteri odoratus. Quicumque dominiū illius nemoris Arabici tenent, sacri vocantur. Quicumque loca ista vindemiant vel incidunt, non funeribus interfunt, non congressibus faminarum polluantur. Arabia est mens viri iusti sacra, in qua debet esse Libanus, quæ interpretatur candidatio, id est, munditia vitæ, de qua procedit thus orationis puræ. Vnde Ecclesiastici vigesimo quarto. *Quasi Libanus non incisus vaporans habitationem meam.* Libanus significat illos quorum tota vita in oratione consistit. Libanus non incisus debent esse omnes Religiosi præcipue vt eorum mens non sit diuina in oratione. vt aliud non habeat in ore, & aliud in corde. Quia mens diuina non impetrat. Lab rare ergo debent vt sint integri, & lingua consonet cordi, & tunc vere erit dulcis melodia in auribus Deo Sabbath. Collectio thuris in autumno significat deuotionem orationis proficientium, vindemia, thuris in vere significat orationem incipientium, nouiter, scilicet conuersorum. Tam isti quam illi inciso cortice gummos emittunt, quia compuncta eorum corda Deo oratione reddunt. Sed illi in æstatis feruore, isti in hyeme inciduntur, illi candidum, isti rubrum thus emittunt. Proficientes enim in feruore cælestis desiderij deuotionem candidæ orationis cum lachrymis compunctionis emittunt. Incipientes vero hyeme propriæ tentationis, frigore demoniacæ suggestionis adhuc afflicti dolorosam & quasi sanguineam cum amaritudine lachrymarum & suspiriorum emittunt orationem, philosopho enim contemotus surgit

Quis mel  
de petra fugit.

Viri iusti  
apes.

Aere superbia deliquit.

In iusto munditia vitæ.

Mens in oratione non sit diuina.

Qui rubrum, qui candidum thus Deo offerunt.

Candor vitæ  
debet præcedere  
odorem bonæ famæ.

Mirra carnis mortificatio.

Judith. 10.

Pœnitens vngar se myrrha. Daniel. 10.

Isai. 38. Isai. 16.

Isai. 15. Lachrymæ in pœnitente necessitate. Luith interpretatur genæ, Oronaim foramen mæroris.

Eccles. 35.

Eccles. 4.

A quo dicitur eleemosyna.

Felix oratio quæ ad aures Dei ascendit.

Psal. 67.

Isai. 40.

Ierem. 7.

surgit in scandala. Nouellæ arboris thus candidum, scilicet candor vitæ, debet præcedere, & subsequi arboris veteris odoratus, scilicet, odor bonæ famæ. Cum incipis, magis debes niti ad munditiam vitæ, cum proficis, ad odorem bonæ famæ. Quicumque ergo thus orationis voluerit colligere & Deo offerre, caueat ne inter sit funeribus rancoris & odij, quia qui fratrem suum odit, homicida est, ne congressibus faminarum polluat, nec etiam cogitationum malarum.

Item myrrha ab amaritudine dicta, est carnis mortificatio, de qua Iudith. 10. *Lauit corpus suum, & vnxit se myrrha optima.* Confitens enim debet lauare se in confessione, & vngere se carnis mortificatione in peccati satisfactione. Et Danielis 10. dictum est. *Ex die primo quo posuisti cor tuum ad intelligendum, vt affligeres te in conspectu Domini Dei tui, exaudita sunt verba tua.*

Item rhesina est lachryma arboris, & significat lachrymam emanantem de intimo corde, de qua Dominus Isai. 38. *Audisti orationem tuam, & vidi lachrymas tuas.* Item Isai. 16. *Inebriabor te lachryma mea Efebon & Eleale.* Efebon interpretatur cingulum tristitiæ, vel cognitio mæroris. Eleale consensio interpretatur, & significat animas pœnitentium, quæ cingulo tristitiæ & mæroris accinguntur, vt expediti valeant conscendere ad Domum Domini.

Vnde Isai. 15. *Per ascensum enim Luith flens ascendet, & in via Oronaim clamorem contritionis leuabunt.* Luith interpretatur genæ. Per ascensum ergo Luith, id est, genarum flens ascendit ad Dominum. Oronaim interpretatur foramen mæroris, & significat oculum, per quem egreditur clamor luctus ascendens ad Dominum.

Vnde Eccles. 35. *Nonne lachrymæ viduæ ad maxillam descendunt?* De maxilla enim ascendunt vsque ad cælum, & Dominus exauditor non delectabitur in illis. Animas ergo pœnitentium lachryma passionis suæ inebriat, cum clamore valido & lachrymis obtulit se Deo patri. Inebriat inquam vt temporalium obliui ad ea quæ ante sunt, se extendant.

Item Amygdalus est eleemosyna. Eccles. 4. *Fili eleemosynam pauperis ne defraudes.* Bene dicit, Ne defraudes, cum fraus sit in aliena re, iuxta illud. Aliena rapere conuincitur qui sibi vltra necessaria retinet. Eleemosyna dicitur ab heli quod est Deus, & moylis quod est aqua, inde eleemosyna quasi Dei aqua, vel quod Eleos Græce, misericordia Latine.

Felix illa domus beata illa apotheca, in qua reponuntur ista sex, ex quibus procedit pura & vera oratio vsque ad aures Dei ascendens, & omne quod querit, impetrat. Bene ergo dicit Christus. *Domus mea domus orationis vocabitur.* In hac homo facit vnanimis habitare, id est, rationem & sensualitatem, vt sensualitas rationi, & ratio suo superiori, scilicet, Deo sit obediens. *Ipse dabit virtutem* (Psal. 67.) ne prospera eleuent, & fortitudinem, ne aduersa deiiciant, plebi sue. Vnde Isai. 40. *Qui dat lassum virtutem, & iis qui non sunt fortitudinem, & robur multiplicat.*

Sequitur. *Vos autem fecistis eam speluncam latronum.* Vnde Ierem. 7. *Nunquid spelunca latronum facta est domus ista, in qua invocatum est*

*nomen meum in oculis meis?* Hominis conscientia fit latronum spelunca, cum euenit ei quod dicit Isai. 13. *Requiescem ibi bestia & replebuntur domus eorum draconibus, & habitabunt ibi Struthiones, & pilosi saltabunt ibi, & respondebunt ibi vlula in adibus eius, & Sirena in delubris voluptatis.* Bestiæ à vastando dictæ sunt, quæ mortu vel vnguibz sæuiunt. Draco serpens maior cunctis animantibus sine pedibus dictus, qui a speluncis transfertur in aerem, concitatur propter eum aer, vim non in dentibus, sed in cauda habet. Draco marinus aculeum in brachiis habet ad caudam spectantem. Struthio græce marinus nomine dicitur, eo quod animal in similitudinem auis pennas habet, de terra non altius eleuatur, oua fouere negligit, sed proiecta tantummodo pulueris foru animantur. Pilosi qui & incubi, horum forma ab humana effigie incipit, sed in bestialem terminatur, à græcis panes vocantur. Vnde Pagani dixerunt pilosum esse barbarum, rubicunda facie, caprinis pedibus. Vlulæ sunt aues nocturnales, dictæ ab vlulatu vocis quam efferunt, quas vulgo cariones vocant. Sirenes vt fertur sunt animalia mortifera in mari, quæ à capite vsque ad vmbilicum figuras humanas habent, extremas vero partes vsque ad pedes, volatiles, dulcissimum melodiarum cantum vel carmen cantunt, ita vt per suauitatem vocis auditus hominem à longe nauigantium ad se trahant, & graui somno sopitos dilaniant. Secundum veritatem meretrices sunt quæ transeunt ad se ad egestatem deducunt. Alas & vngulas habuisse feruntur, quia amor luxuriæ volat & vulnerat.

Nota quod in bestiis superbia & rapina, in draconibus ira, & inuidiæ venenosa malicia, in Struthionibus hypocritarum fallacia, in pilosis auaritia & simonia, in Vlulis detractio & adulatio, in Sirenis gula & luxuria designatur. Superbi raptores, pauperes, pupillos, & viduas quasi bestiæ deuastant. Vnde Ezech. 19. de tali potente superbo loquitur. *Tulit unum de leunculis suis, id est, filius, & factus est leo, & didicit prædam capere, homines denotare, viduas facere, & ciuitates earum in desertum adducere, & desolata est terra, & plenitudo eius à voce rugitus illius.* Iracundi & inuidi quasi dracones à propriæ conscientiæ spelunca tracti (non possunt enim continere se) aëream verbis implent, clamoribus concitant, blasphemis sædant, quorum vis malitiæ non tatum in dentibus quo ad blasphemiam, sed maxime est in cauda, quo ad vindictam & iniuriam, quam inferunt manualement. Item hypocritæ tanquam Struthiones habent similitudinem sanctitatis, sed prægrauati amore gloriæ temporalis à terrenis non possunt eleuari. Oua fouere negligit Struthio, quia hypocrita filios quos per prædicationem acquiuit, in terrenis perituros deserit. Vnde Iob. 39. *Penna Struthionis similis est pennis Erodij & accipitris. Quando derelinquit in terra oua sua, in forsitan in puluere calefacies ea.* Oua dicta, eo quod sint vuida, id est, humore plena. Nam humidum est, quod exterius humorem habet, vuidum quod interius.

Oua sunt nouiter conuersi qui humorem, compunctionis habent in corde, quos Dominus in puluere, id est, humilitate pœnitentiæ calefacit, vt producere valeant fructum boni operis. Prælati hypocrita gloriæ temporali intentus

Mala conscientia latronum spelunca. Isai. 13.

Bestiæ à vastando dictæ.

Draconis proprietates.

Struthio Græce marinus eius proprietates.

Quinam Pilosi.

Quænatii vlulæ. Quæ Sirenes.

Sirenes meretrices. Amor luxuriæ vngulas.

Vicia peccatorum animalia adumbrantur.

Ezech. 19. Inuidus quasi dracones: Hypocrita Struthio.

Inuidi malitia quantæ est.

Hypocrita quos sibi acquirit deinde perdit.

Iob. 38.

Dominus nouiter conuersos calefacit.



Malus Prælarus mors subditorum. obliuiscitur, quod pes carnalis affectus conculet, & bestia agri, id est diabolus conterat subditos suos. Induratur ad filios quasi non sint sui. Mercenarius enim est, & ideo non pertinet ad eum de ouibus quicquam.

Malorum hic prosperitas. Item auari & simoniaci hodie saltant & ludunt tanquam pilosi in Ecclesia Christi, facie rubicundi, cappati, impinguati, quorum pedes, id est, affectus & mores sunt caprini, id est, fœtidi, cuius fœtoris eorum conscientia spelunca testis.

Gulosi non solum sibi sed & aliis ruinam afficiunt. Item detractores & adularores quasi vlulæ in nocte, id est, absentia illius cui detrahunt, & falsa laude cui adulantur, horrende vlulant.

Item gulosi & luxuriosi tanquam Sirenæ animam suam dilaniant, substantiam deuorant, & quos seduxerunt, in mare æternæ damnationis secum præcipitant. Ecce his omnibus vitiis domus, id est, Ecclesia Dei, quæ facta est quasi spelunca latronum, & conscientia hominis quæ facta est cauea dæmonum, repletur à summo vique ad imum. Et ideo dicit Christus. Vos autem fecistis eam speluncam latronum, &c. Rogemus ergo, &c.

in miraculorum operatione, in quibus apparuit quod verus esset Deus, repescens in sua passione, velut vitulus patri immolatus, cecidit in mortem. Ille sol cum peccatori oritur, fit ei splendens in peccati cognitione, calens in ipsius dolore, ardens in satisfactionis feruore, tepescens in vitiorum mortificatione. De hoc sole dicitur. *Triplex est sol exurens montes.* Mons dictus quasi non habens motum. Montes sunt huius sæculi superbi. *Psalmus. Montes sicut cera fluxerunt à facie Domini.* Quod fit cum ipsos exurit tripliciter, scilicet, contritione, confessione, & operis satisfactione. Hac vitione orabat exuri Propheta, dicens. *Ve renes meos, & cor meum.* Cor vritur contritione, lingua confessione, renes satisfactione.

Sequitur. *Radii igneos, &c.* Radij solis sunt paupertas, humilitas, patientia, obedientia Christi. Quot exempla, quot salutis verba nobis dedit. Tot radij igneos, quibus accenderemur ipsius amore, nobis ex se sufflauit, de quibus & subditur. Refulgens radiis suis excæcat oculos, quia radijs paupertatis & humilitatis obcæcantur superbi, vt non videntes videant. Est enim tanquam collyrium oculum infirmum peturbans, & quasi excæcans, sed postea clarificans & illuminans. Vnde Ioan. 9. *In iudicium ergo in mundum veni, vt qui non vident videant.* Item ibidem. *Si cæci essetis, peccatum non haberetis:* quia quæreretis collyrium, quod auferret omne peccatum. Isto sole accensus & exustus fuit ille publicanus obcæcatus verus pœnitens, de quo Euangelium hodiernum loquitur, *Duo homines, &c.* Vbi tria sunt consideranda.

Primo, Pharisæi fatuitas & arrogantia fugienda, ibi: *Duo homines vnus Pharisæus, &c.*

Secundo, Publicani humilitas & pœnitentia imitanda, ibi: *Publicanus stans à longe, &c.*

Tertio, Christi sententia approbanda. *Amen dico vobis, quia omnis quis se exaltat.*

Quo ad primum nota quod quatuor sunt species tumoris repertæ in Pharisæo. Prima, cum quis se bonum, quod habet à se habere existimat. Secunda, si datum à Deo pro meritis suis datum putat. Tertia, cum iactat se habere quæ non habet. Quarta, cum despectis ceteris appetit singulariter videri habere quod habet. Hac peste laborabat Pharisæus, qui ideo non iustificatus descendit, quia merita bonorum sibi singulariter tribuens publicano se prætulit. Ecce leo mortuus & canis viuus. *Eccles. 9. Melior est canis viuus leone mortuo,* id est, humilis publicanus superbo Pharisæo.

Et nota quod os colli leonis est continuum, & in eo non est annulositas, & in eius ossibus non inuenitur medulla, & ossa leonis præcipue sunt dura magis quam ossa aliorum animalium, & propter hoc quando colliditur vnus cum alio, emicat ignis. A simili, in collo superbi non est annulositas, id est, flexibilitas. Vnde Iob. 15. *Tendit aduersus Deum manum suam, & contra omnipotentem roboratus est. Cuccurrit aduersus eum erecto collo, & pingui ceruice armatus est.* Flecte ramos arbor alta, tensa laxa viscera, &c. Tolle tumorem quem dedit fatuitas superbe Pharisæe. Quid te eleuat cor tuum, & quasi magna cogitans atronitos habes oculos? Quid tunc contra Deum spiritus tuus vt proferas de ore tuo huiuscemodi sermones? Non sum sicut ceteri hominum raptores, &c. *Quid es vt immaculatus sis*

Iob 15. Superbus caret compunctione. *Iudic. 9. Egre diatur ignis de Rammo, & deuoret cedros Libani.* Ramnus est spinarum genus depressissimum, & nimium molestum: figurat superbum spinis diuitiarum & peccatorum obscurum, ex quo procedit ignis superbiae deuorans omnes cedros Libani, id est, omnia opera quæ facit, scilicet, ieiunio bis in Sabbato, &c. Gregor. ibidem. Quid prodest si tota ciuitas custodiatur, & vnus foramen per quod hostes intrant, relinquatur? Item cum quis de bonæ vitæ perfectione extollitur, hanc non inchoasse monstratur. *Eccles. 9. Noli te extollere in faciendo opere tuo.* Omnis enim arrogans humiliabitur, &c. Bene ergo de leone mortuo dicitur Pharisæus stans quasi collo inflexibili. Pharisæus diuisus interpretatur, se enim iustum reputans à Publicano se separabat, dicens. *Non sum sicut ceteri hominum raptores, &c.* Quid est ceteri hominum nisi omnes præter ipsum? quasi dicat, solus iustus sum, ceteri omnes peccatores. Cum hoc concord. illud *Eccles. 25. Tres species odiuit anima mea, & aggrauor valde animo illorum. Pauperem superbum, & diuitem mendacem, & senem fatuum & insensatum.* Superbus dictus superbus vadens. Mendax qui mentem alterius fallit. Senex eo quod se nesciat, delirat enim propter nimiam ætatem vel sensuum diminutionem, eo quod iam per vetustatem desipiat. Physiци enim dicunt senum & puerorum ætatem conuenire. In pueris enim sanguis nondum calidus est, in senibus iam frigidus.

Nota quod istæ tres species Deo odibiles in isto Pharisæo & quolibet superbo reperiuntur. Pharisæus enim pauper est, quia caret diuitiis humilitatis, quia caret in summa miseria est. Pharisæus fuit diues mendax. Diues cum dixit. Ieiunio bis, &c. Mendax cum dixit. Non sum sicut ceteri hominum. Hoc ipsum nostri religiosi, diuites in sanctitatis apparentia, sed mendaces in mentis elatione dicunt cum Helia, Zelo zelatus pro Domino Deo, &c. 3. Reg. 19. Fuit etiam Pharisæus senex fatuus. Senex, quia seipsum nesciebat & fatuus, quia sensum perdidit, & quod loquebatur non intelligebat. Ascenderat enim in templum vt oraret, non vt se laudaret, à laude incepit propria, qui incipere debuerat à laude & exaltatione Dominica, Tres igitur species odiuit anima mea. Dicitur Ecclesiastes trigésimo octauo.

*Altissimus creauit de terra medicinam, & vir prudens non abhorrebit illam.* Altissimus qui est Christus, de terra, id est, de carne sua creauit medicinam, scilicet, humilitatem qua sanauit humanum genus. Vel de terra creatur medicina, qua per afflictiones corporis sanantur vulnera mentis. Sic enim de carne nostra fit medicina, sicut de serpente theriaca. Caro fuit serpens in culpa, & dabit theriacam in pœna. Hanc medicinam, Christi, scilicet, humilitatem, & carnis afflictionem prudens non abhorrebit, sed superbus mendax & insensatus, obiciet eam, de quo dicitur, *Eccles. 25. Quisnam pauper superbus.*

Tres species odiuit anima mea, pauperem superbum & cetera. Pauper superbus est istud corpus miserum, diues mendax, hic mundus. Senex fatuus, diabolus. Corpus à corruendo

dictum est, vel quasi cordis pus, id est, putredo, vel quod corruptum pereat, vel quod coram positum. Pauper corpus meum quod nudum, cæcum, plorans ingreditur in hoc exilium & nudum & cæcum, & miserum egreditur ab hoc exilio, & vti non ad æternum exitum, necessitati famis & frigoris subiectum, infirmitatibus afflictum, spurcitiis & immunditiis plenum. Vnde ergo pauper, infelix, tibi superbia? Vnde tibi gloria? Si vis superbire, superbias de cloaca stercoris quam tecum defers. O miser pauper quem te ipsum facis? Quem te iactas? Nonne tu es qui in cauerna latebrosa matricis matris tuæ fuisti de fœtido semine procreatus, ibidem nouem mensibus sanguine menstruo, quem si canes comederent, statim in rabiem verterentur, fuisti pastus? Vnde ergo tibi superbia? Forte de sanguine parentum. Certe si hoc est, de stercore quo fuisti genitus superbis. Forte de diuitiis. De alieno igitur superbis, quia non tuæ sunt, sed tibi commodatæ. Tuum non est quod tecum ferre non potes. Si strictissimum est mortis foramen per quod pauper & nudus vix transire poteris, peccata quæ nihil sunt tunc inde deferes. Forte de sapientia & eloquentia gloriaris. Non tibi gloria, sed illi soli qui dat os & sapientiam qui mutos facit loqui, & surdos audire. O pauper, O miserum corpus, cum sis in tanta egestate & miseria positum, intantum superbis & gloriaris. Quid faceres si diues fores? Benedictus Deus qui humiliavit sicut vulneratum superbum, siccauit mare aquam abyssis vehementis. Percussit draconem, deposuit potentem, dedit tibi pro suauis odore fœtorem, & pro zona funiculum, pro crispanti crine caluitium. Humiliare ergo cum Ieremia Threnorum tertio dicente. *Ego vir videns paupertatem meam, & cetera.*

Sequitur. *Diuitem mendacem.* Hic est mundus cum diuitiis. Naum. 2. *Et Ninive quasi piscina aquarum & aqua eius, ipsi vero fugerunt. State, state, & non est qui reuertatur. Diripite argentum, diripite aurum, & non est finis diuitiarum ex omnibus vasis desiderabilibus.* Ninive interpretatur sponsa, & significat mundum fallacis pulchritudine speciosum. Huius aquæ, id est, diuitiarum vel voluptates sunt sicut piscinæ, quæ in egestate siccantur. Adueniente enim mortis feruore delitiæ & diuitiarum exsiccantur. Vnde *Eccles. 11. In fine hominis demudatio operum eius.* Omnes fugiunt, omnes morti debitum solunt, quos Ninive meretrix speciosa deridet, dicens. *State, state, diripite argentum, diripite aurum.* Mundi amatores dimittunt, quæ tecum ferre non possunt, quorum nullus est qui reuertatur, quia dies hominis sunt sicut umbra, & vita eius quasi ventus, qui transit & non reuertitur. Non est finis diuitiarum Ninieus, & ideo non erit finis miseriarum eius, ex omnibus vasis desiderabilibus. Vasa, id est, corda mundanorum adeo sunt profunda in cupiditate, vt quantalibet sit plenitudo diuitiarum, ea satiare non possit. Item de mundi mendacio Naum. 3. *Vt ciuitas sanguinum, vniuersa mendaciarum dilaceratione plena. Non recedet à te rapina.* Vt culpæ & pœnæ mundo, qui est ciuitas sanguinum, id est, peccatorum, in qua nulla veritas, sed omne mendacium. *Psalm. 74. Diminuta sunt veritates à filiis hominum.* Hæc est ciuitas plena rapina & prædarum laceratione. Gregorius. Præsens vita non nisi cum lachrymis habetur

Ad humilitatem inducimur vniuersi ex causis.

Diues superbus ex alienis intumescit.

Quis diues mendax. Naum. 2.

Mundi fucata pulchritudo.

Agarotum cupiditas infatigabilis.

Naum. 3.

Psalm. 74.

DOMINICA XI. POST TRINITATEM.



**D**o homines ascendebant in templum, &c. Lucæ 18. Dicitur *Eccles. 43. Triplex est sol exurens montes, radijs igneos exufflans, & refulgens radijs suis obcæcat oculos.*

Sol Christus. Sol dictus quasi solus appareat, obscurans suis splendoribus cetera sidera. Depingitur autem cum quatuor equis, & secundum illos habet quatuor naturas. Nam quando oritur splendens est: cum ascendit, calens: quando est in meridie, ardens: cum declinat ad occasum, tepescens. Sol est Christus, qui habitat lucem inhabitabilem & inaccessibilem. Cuius loci omnis lux tenebræ, cuius iustitiæ omnis Sanctorum iustitia comparata est sicut pannus menstruata. Huius solis quatuor equi, sunt quatuor Euangelistæ.

Matthæus fuit quasi equus splendens, cui attribuitur facies hominis, quia de homine exorsus est scribere. *Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, &c.*

Marcus equus calens: cui attribuitur facies Leonis, qui calidæ est naturæ. Sic enim ait. *Vox clamantis in deserto, &c.*

Ioannes ardens, cui facies Aquilæ, eo quod irreuerberatis oculis tanquam aquila super seipsum eleuatus perspexit solem cum ait. *In principio erat verbum, &c.*

Lucas vituli. Lucas tepescens, cui facies vituli attribuitur, qui in sacrificio occiditur, quod Lucas præcipue exequitur.

Christus fuit sol splendens in sua natiuitate; calens in sua prædicatione, in qua rugit sicut Leo. Agite, inquit, pœnitentiam, &c. Ardens

Iob 18. Eccles. 43.

Sol Christus.

Omnis lux comparata luci Christi tenebræ.

Cur Matthæo facies tribuitur hominis.

Marcus leonis.

Ioanni Aquilæ.

Lucæ vituli.

Psalm.

Christus tripliciter nos exurens. Psalm.

Quales sunt radij Christi.

Ioan. 9.

Eccles. 10. Mira hominis superbi iactantia.

Eccles. 25.

Mendax qui mentem alterius fallit.

Superbus pauperissimus.

Humilitas diuitia.

3. Reg. 19. Fatuus qui se nescit.

Eccles. 38.

Afflictio sanatur mentis vulnera.

Eccles. 25. Quisnam pauper superbus.

Quatuor species tumoris.

Eccles. 9.

Superbus non flexibilis.

Iob 15.

sis



Jerem. 15.

Quam infideles sunt diuitia.

Eccles. 4.

Similis diabolo qui suo superiori contemnit obedire.

Job. 28.

Thren. 3.

Humiliter coram Deo.

Genes. 18.

Oculorum demissio. Eccles. 23.

Humilis Deum ad se adducit.

habetur & tamen cum lachrymis amatur. De cuius mendacio Jerem. 15. *Facta est mihi quasi mendacium aquarum infidelium.* Aquæ infideles sunt diuitiæ, quæ nullam fidem suo possessori seruant, cumulatâ promittunt, sed nihil attendunt, quarum amatores cum eis abundant Domino confitentur. Greg. Despecta confessio quam prosperitas facit.

Sequitur. *Senem fatuum & insensatum.* Hic est diabolus, de quo Eccles. 4. *Melior est puer pauper & sapiens quam rex senex & stultus. Qui nesciuit sibi providere in posterum,* sapientiam sibi datam inter Angelos non seruauit, quia conditori suo subiici noluit. Cuius membra efficiuntur, qui iugo obedientiæ pro obedientis usque ad crucem nomine subiici renuunt. Toties apostatae Angelo similis efficietis, quoties tuo superiori contumax obedire contemnis. Non hominem, sed Deum contemnis, qui homines super capita hominum posuit. Vnde Job 28. *Qui fecit ventus pondus.* Ventus dictus eo quod sit vehemens & violentus.

Natura humana ab adolescentia sua prona est in malum, & tanquam ventus leuis & violenta, & ideo Deus fecit ei pondus, id est, obedientiam prælatorum, vt ipsius pondere prægrauata natiter sicut diabolus non eleuaretur super se, & sic miserabiliter caderet subtus se. *Bonum est ergo viro (vt dicitur Threnorum 3.) cum portauerit iugum Domini ab adolescentia sua, &c.* Cum te supponis aliis humiliter, tunc te eleuas supra te mirabiliter.

Sequitur secundum. *Publicanus autem stans à longe, volebat nec oculos ad caelum leuare, sed percutiebat pectus suum, dicens. Deus propitius esto mihi peccatori. Dico autem vobis, &c.* Vbi sex sunt notanda, scilicet,

- Propriæ iniquitatis recordatio, *Primum ibi.*
- Mentis & cordis humiliatio, *Publicanus.*
- Contritio, confessio, & satisfactio, *Stans à longe,*
- Ipsius Publicani iustificatio.

scilicet, *propriæ iniquitatis conscius.* A longè stetit, ipso templi ingressu indignum se existimans. Pharisæus autem credebatur se esse prope, sed fuit longe. Publicanus è conuerso credebatur se esse longe, & erat prope. Fractus est ramus, & insertus est oleaster. Quod quærebatur Israël, non est consecutus. Electio autem consecuta est. Sta ô peccator à longe, te indignum reputa, dicens cum Abraham Genes. 18. *Loquar ad Dominum meum cum sim pulvis & cinis?* Mentis & cordis humilitas, ibi: *Notebat oculos ad caelum, &c.* Insigne humilitatis solet apparere in oculis. *Extollentiam* (inquit Eccles. 23.) *oculorum meorum ne dederis mihi.* Impudicus oculus impudici cordis est nunciatus, vt ait Augustinus.

- Item, in percussione pectus, tria notanda:
  - Per tunctionem contritio,
  - Per sonum confessio:
  - Per manum: operis satisfactio.

Deus (inquit) propitius, id est, placatus sis mihi peccatori.

Publicanus sicut humilis non audeat appropinquare vt Deus ad eum appropinquet, non aspiciat, vt aspiciatur: pectus percutit, pœnam de se

exigit vt Deus parcat. Confitetur, vt Deus ignoscat. Ignorat Deus quod ille agnoscat. Attende & diligenter inspicie in quanta concordia erat secum iste pœnitens. Humilitas in eius mente præfulgebat, cui oculorum humilitas consonabat: cor de commissis dolebat, manus percutiebat, lingua resonabat. *Deus propitius esto mihi peccatori.*

Super hoc concordat illud Eccles. 25. *In tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo & hominibus, concordia fratrum, amor proximorum, vir & mulier sibi consentientes.* Fratres sunt quinque corporis sensus. De quibus Genes. 49. *Iuda te laudabunt fratres tui.* Qui sunt, Ruben, Iudas est princeps, Simeon, quem quinque corporis sensus, si inter eos concordia fuerit, laudant, id est, laudabilem faciunt. Ruben interpretatur visio. Ecce sensus visus. Simeon auditio, ecce auditus. Leui assumptus, ecce olfactus, per eum enim ærem assumimus: per quem viuimus. Isachar diuinum memorans, ecce lingua per quam confessione criminis & laudum Dei pœnitens debet esse memor. Zabulon habitaculum fortitudinis, ecce tactus. Istorum fratrum concordia coram Deo & hominibus est placita. Concordia dicitur à corde vno, concordare est vnus cordis fieri. Sequitur. Amor proximorum.

Proximi sunt affectus mentis, quibus nullum nobis propinquius. Inter hos si est amor Dei, & affectanter ipsum diligunt, tunc beneplacitum est Deo. Sequitur. *Et vir & mulier consentientes.* Vir est ratio, & mulier sensualitas: qui si in timore & dilectione Dei consentierint, quicquid petierint fiet eis.

Quia igitur in pœnitente publicano talis fuit concordia, amor & consensus, ideo de eo dicit Dominus. *Amen dico vobis, descendis hic iustificatus in domum suam ab illo,* id est, in comparatione Pharisæi. Hic dicit beatus Bernardus. Publicanus qui se exinanuit & se vas vacuum exhibere curauit, ampliorem gratiam retinuit. Ecce quanta gratia Redemptoris. Publicanus ascenderat pollutus, descendit iustificatus. Ascenderat peccator, descendit sanctus. Vnde in Introitu Missæ de Dei misericordia confusus clamat, dicens: *Deus in adiutorium meum intende,* hoc est dicere. *Propitius esto mihi peccatori vt, scilicet, peccata dimittas. Domine ad adiudandum me festina,* vt gratiam infundas, & sic iustificatus descendam. Omnis qui se exultat, humiliabitur, & è conuerso. Dicitur Eccles. 49.

*Memoria Iosia in compositione odoris facta, opus pigmentarij. In omni ore quasi mel indulcabatur eius memoria, &c.* Iosias interpretatur in quo est sacrificium, & significat pœnitentem vel virum iustum in quo est sacrificium Deo spiritus contribulatus, cuius vita comparatur operi pigmentarij, mellis dulcedini, & organo musicæ. Verus pœnitens tanquam pigmentarius in mortariolo sui cordis desuper feriente pilo contritionis, omnes species cogitationum, verborum, & operum contundit, & in tenuissimum puluerem redigit, & balsamo lachrymarum conficit. Hæc est compositio odoris suauissimi, & opus pigmentarij comparatur mellis dulcedini.

Nota, quod apes accipiunt ceram à floribus &

Humilitas fit interior & exterior.

Genes. 49.

Concordia fratrum quæ Deo gratia.

Affectus mentis nobis proximi.

Humilitas se euacuans ampliori gratia digna.

Eccles. 49.

In pœnitente sacrificij Deo gratiam.

Verus pœnitens quid Deo offert.

Apibus pœnitens comparatur.

Quibus pedibus constat pœnitens.

Quale opus iusti.

Nimia curiositas vituperatur.

Vita iusti organo musicæ comparatur.

Porta cæli humili.

Diues difficile se humiliat.

Neemias 2.

Porta vallis noster in mundum ingressus.

Peccatum omnia dissipans.

& congregant ipsam pedibus anterioribus, deinde mutant ipsam ad pedes medios, deinde ad coxas pedum posteriorum, & post volant cum ipsa, & tunc manifestatur ponderositas in ea. Et cum volat apis non intendit flores diuersos, neque dimittit vnum florem & vadit ad alium: sed colligit ex vno quo indiget & redit ad aluear, & operatur, & viuunt ex eo quod operatur. Pœnitens sex habet pedes. Anteriores sunt amor Dei & proximi: medij oratio & abstinentia, posteriores patientia & perseuerantia. Flores sanctorum patrum exempla, quibus debet colligere caram, id est, mentis, & carnis munditiam, quam his sex pedibus colligit, & ad aluear propriæ conscientiæ cum ipsa redit, & incipit operari interius, & de eo quod operatur seipsum reficit. *Operamini,* ait Christus: *non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam.* Opus viri iusti est mellis dulcedo, id est, puritas conscientiæ, honestas vitæ, odor bonæ famæ, gaudium de diuina contemplatione. O curiose, cuius sunt in multis actus, vade non dico ad fornicam, sed ad apem, & disce sapientiam. Apis non intendit flores diuersos, &c. A simili non intendas ad diuersorum verborum flores, ad diuersa librorum opuscula, neque dimittas vnum florem & vadas ad alium, vt faciunt fastidiosi, qui semper volunt libros retoluere, sermones examinant, verba ponderant, & nunquam ad scientiam perueniunt: sed collige ex vno quo indiges, & repone in alueari memoriæ tuæ. Dicit Philosophus. Non conualescit planta quæ sæpe transfertur. Mihil tam vtile est vt in transitu proficit.

Item vita viri iusti comparatur organo musicæ, quod est verbum Prædicationis Dominicæ vel melodia bonæ famæ consonans sanctæ vitæ. Ex tali vita procedit memoria odorifera mentes audientium indulcans, in auribus suauiter resonans. De istius Iosia viri pœnitentis humilitate, qui se cum publicano humiliavit, dicit Dominus, *Omnis qui se humiliat exaltabitur.*

Humilis dictus quasi humi accliuus. Porta cæli humilis est, per quam qui vult intrare necesse est vt inclinetur. Hoc autem docuit Christus, qui inclinato capite tradidit spiritum. Et ideo dicit. *Facilius est Camelum introire per foramen acus quam diuitem in regnum celorum.*

Ad literam foramen acus erat quædam porta in Hierusalem. Camelus autem naturaliter doctus est se inclinare cum transit, per locum demissum, & super genua sua ambulare: ergo facilius est Camelum per foramen acus intrare, &c. quia Camelus facilius potest se inclinare, quia hoc habet ex natura, quod non habet diues nisi de gratia.

Et ad exprimendam nobis hanc inclinationem quædam porta in Hierusalem dicebatur porta vallis, de qua Neemias cap. 2. *Egressus sum per portam vallis nocte, & ante fontem draconis & ad portam stercoris, & considerabam murum Hierusalem dissipatum.*

Sequitur. *Et ad portam vallis redij.* Porta vallis est noster ingressus in mundum, ad quam ingredimur ad illam intuendam. Fons autem draconis est fons lachrymarum. Porta stercoris, pœnitentia, per quam tolluntur stercora peccatorum. Et tunc consideratur dissipatio muri spiritualis, quæ per peccatum facta est. Portæ combustæ sunt sensus per peccatum corrupti. Porta fontis est contemplatio, ad quam transitur post

pœnitentiam peractam. Aqueductus est anima Portæ combustæ sunt sensus. intelligentiarum decurrunt. Iumentum cui non erat locus corpus est, cuius grauitas ab alto contemplationis deiicit hominem, quia vt dicitur Sapientiæ 9. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam.

Et ideo ad portam vallis est redeundum, quia in humilitate est perseuerandum: De qua Eccles. 7. *Humilia valde spiritum tuum quoniam vindicta carnis impij ignis & vermis.* Carnis impij, id est, carnalis. Vnde Dominus Ezech. 21. *In ira furoris mei sufflabo te, daboque te in manus hominum, &c.*

Sequitur. *Et eris cibus ignis.* Et Iudit. 16. *Dabit ignem, & vermes in carnes eorum, vt urantur & sentiant usque in sempiternum.* Humilia ergo spiritum tuum, quia Eccl. 35. *Oratio humilians se, nubes penetrabit, & donec propinquet non consolabitur, & non discedet donec Altissimus aspiciat.* Et Origen. Plus valet vnus sanctus orando, quam quingenti peccatores præliando. Rogemus ergo Dominum nostrum Iesum Christum, &c.



DOMINICA XII. POST TRINITATEM.

XIENS Iesus de sinibus Tyri & Sidonis, &c. Marc. 7. Vbi duo consideranda.

Primum, Christi egressio mystica siue figuralis. Secundum, muti & surdi curatio mirifica, siue virtualis.

In prima parte nota quid Tyrus & eius fines, quid Sidon, quid mare Galilææ, quid Decapolis.

Moraliter. A sinibus Tyri exeundum, & ad mare Galilææ veniendum est. Hæc est via vitæ. femita iustitiæ, de qua Isaia 26. *Semita iusti re-cta est, reclus callis iusti ad ambulandum.* Tyrus angustia, Sidon venatio tristitiæ interpretatur. Tyrus est mundus, de cuius angustia Eccles. 21. *Fili peccasti, non adicias iterum, sed & depriisti- nus deprecare vt tibi dimittantur. Quasi à facie colubri fuge peccata. Dentes leonis dentes eius interficiet animas hominum, Quasi romphea bis acuta hominis iniquitas, &c.*

- Nora ista tria.
  - Colubrum. *In colubro luxuria.*
  - Dentes leonis. *In dentibus leonis, auaritia.*
  - Rompheam. *In romphea superbia designatur.*

Coluber dictus eo quod colat umbras, vel quod sit lubricosus. Ceruum fugit. Leonem interficit, & significat luxuriam, quæ colit umbras, id est, habitat in illis qui sunt umbrosi, id est, tepidi & otiosi. De facili lubricat in animam nisi caput eius conteratur, ergo principiis obsta. Ceruum, id est, humilem pœnitentem fugit. *Fugite* (inquit Apostolus) *fornicationem.* Sed leonem,

Portæ combustæ sunt sensus.

Corpus aggrauans animam.

Eccles. 7.

Ezech. 21.

Iudit. 16.

Eccles. 35.

Efficacia & virtus iusti deprecantis.

Marc. 7.

Duo in Euangelijs maxime notanda.

Isai. 26. Tyrus angustia.

Eccles. 21.

Sidon venatio tristitiæ.

Colubro denotatur luxuria & qua de causa.

leonem, id est, superbum interficit. Nam ante ruinam luxurie exultat cor superbiae, quae est initium omnis peccati.

Triplex avarorum rapina.

Dentes dicuntur quasi cibos diidentes. Horum primi dicuntur praecisores, sequentes canini, vltimi molares. Nota quod triplex est avaritia & rapina avarorum. Quidam enim praecidunt, quia non totum, sed partem auferunt. Quidam sunt sicut dentes canini vt pote legitur & decretistae, qui pro pecunia tanquam canes latrant in cauis. Quidam sunt sicut molares, vt pote potentes & vlturarij, qui pauperes molunt, sed dentes peccatorum, & molas leonum confingit Dominus.

Superbia duplici morte interficiens animam.

Item romphea est gladius ex vtraque parte acutus, quam vulgo spatam vocant. Hae est superbia duplici morte interficiens animam. Fuge ergo colubrum luxurie, dentes avaritiae, rompheam superbiae. Hi sunt fines Tyri, in quibus est angustia & afflictio spiritus. De quibus in Prouerbis. Oculi stultorum in finibus terrae. Fines dicti eo quod agri funiculis sunt diuisi. Qui funiculis peccatorum suorum constringuntur, a forte sanctorum diidentur. Ne ergo vir iustus membrum Christi eat cum Tyro infelici ad peregrinandum. Vnde dicit Isaias. *Ducunt eam (scilicet Tyrum) pedes sui ad peregrinandum,* scilicet in exilio gehennae. Exeat obsecro de finibus Tyri, cum Iesu Christo, de quo dicitur. *Exiens Iesus de finibus Tyri, &c.*

Fenibus peccatorum restricti a foris sanctorum diidentur.

Mare poenitentiam significans.

Sequitur. *Venit ad mare Galilae per Sidonem.* De Sidone, vide alibi. Sed Galilaea transmigratio, mare Galilae amaritudo poenitentiae, quaerantur in Euangelio de quinque panibus.

Eccles. 30.

Sequitur. *Inter medios fines Decapolis,* quae dicitur a decas quod est decem, & polis quod est ciuitas, inde Decapolis ciuitas decem urbium, vel regio. Nota quod istae decem ciuitates sunt illae decem virtutes quas enumerat Sapiens Eccles. 30. in laude Simonis filij Oniae. *Simon,* inquit, *Onia filius Sacerdos magnus fuit, qui quasi stella matutina in medio nebulae, & quasi luna plena in diebus suis lucet. Et quasi sol resurgens sic ille effulsit in templo Dei,* &c. Nota quod ex hac auctoritate potest elici sermo in quolibet festo beatae Mariae, vnus Apostoli, Martyris, vel confessoris.

Terribilis tuba iudicij.

Simon audiens tristitiam significat virum iustum, qui siue comedit, siue bibit, siue quocunque aliud facit in sui cordis tristitia audit illam terribilem tubam. Surgite mortui, & venite ad iudicium. Hic dicitur filius Oniae, qui interpretatur moriens Domino. Est enim filius meroris, in quo solummodo Domino placere appetit, ideo bene dicitur Sacerdos, id est, sacrum dans, seipsum in odorem suauitatis Domino offerens. Et attende diligenter, quod vita viri sancti dicitur esse quasi stellae matutinae luna, sol, arcus, flos rosarum, lilia, thus redolens, vas auri, oliua pullulans, & cypressus. Ecce Decapolis, id est, regio decem ciuitatum. De quibus Lucae decimo nono. *Et tu esto super decem ciuitates.*

Vita iusti quasi stella matutina.

Vita viri iusti est quasi stella matutina in medio nebulae, id est, vanitatis mundanae. Nota, quod in nebula latro timetur, diffusa nebula sol clarius micat, cum palpatur nihil inuenitur, cum eleuatur, signum est tempestatis, cum cadit, serenitatis, res maior videtur in nebula, rotam terram occupat, sed statim nescitur quo de-

Luce. 17.

nenerit. Sic in vanitate mundi, & pompa saeculari, latro, id est, diabolus vel peccatum later, & ideo vir iustus valde timet, cum ei visus temporalium arrider. Fugite o iusti, later anguis in herba, later latro in nebula. Discussa nebula, id est, spreta mundi gloria & pompa clarius emicat sol gratiae, & vobis, qui timetis Deum oritur sol iustitiae. Cum palpatur nihil inuenitur. Vnde Psal. 65. *Dormierunt somnum suum & nihil inueniunt omnes viri diuitiarum in manibus suis:* Viri diuitiarum dicuntur, non diuitiae virorum, quia serui sunt pecuniae. Cum eleuatur signum est tempestatis, cum te eleuat gloria saecularis signum est tuae damnationis, Angust. Non est euidentius signum aeternae damnationis quam cum temporalia ad nutum, id est, voluntatem succedunt. Cum cadit, signum est serenitatis, id est perfectionis. Si vis perfectus esse, vade, &c. Res maior videtur in nebula quam sit. Est enim sicut vesica, quae vento inflata maior videtur esse quam sit, sed punctura acus, id est, mortis manifestabit quam paruus homo sit.

Item nebula totam terram tegit. Vnde ab obnubendo, id est, operiendo dicitur. Exhalant enim valles humidae nebulas. Heu tota terra cooperata est nebula, & ideo homines non vident Plal. 72. *Operis sunt iniquitate (quo ad Deum) & impietate quo ad proximum.* Et Iob. 15. *Operuit faciem eius crassitudo,* id est, abundantia temporalium, & de lateribus eius aruina, id est, pinguedo, dependet. Modo nebula terram occupat, scilicet, statim nescitur quo deuenierit. Vnde Iob. 21. *Si ascenderit usque ad caelum superbia eius, & caput eius nubes serigerit, quasi sterquilinum in fine perdetur, & qui eum viderant, dicent, ubi est?* Gloria ergo peccatoris quasi stercus: sed gloria viri iusti quasi stella matutina in medio nebulae. Abraham in Hur Chaldaeorum. Loth in medio Sodomorum. Iob frater draconum & socius Struthionum, Daniel in lacu leonum.

Sequitur. *Quasi luna plena,* quae tunc tota nocte lucet, sic vir iustus omnia genera peccatorum attendit, & omnibus comparatur.

Item. *Quasi sol resurgens.* In radiis solis atomi videntur. Sic in vita viri iusti defectus nostri apparent. Atomus est puluis tenuissimus in radiis solis apparens. Et quod est quod nos caeci defectus nostros non videmus, nisi quia clarum sanctorum vitam non perspicimus? Hos atomos videbat Iob. 30. cum dicebat. *Respiciam homines & dicam peccati.* Sol enim guttas aquarum ad se trahit, & vir iustus ad Deum modicos conuertit. Sol lucidus est, calidus & rotundus, & vir iustus lucet proximo, calet Deo, rotundus est in seipso. Hoc est quod dicit Apostolus. *Sobrie & iuste & pie viuamus in hoc saeculo.*

Item, *quasi arcus resurgens inter nebulas glorie.* Arcus caelestis prouenit ex reuerberatione solis in nube aquosa. Nubes aquosa est vir iustus compassione proximorum, & humore lachrymarum aquosus. Hic in se veri solis radios suscipiens, aliis de se tanquam de nube pluuiam doctrinae infundit. In arcu sunt duo colores, Igneus, & Caeuleus. Igneus charitatem in Deum, caeruleus compassione in proximum. Iste arcus resurgens inter nebulas glorie. Vir enim iustus coram hominibus est nebulosus, id est, despectus. Vnde Apocalypsis sexto. *Factus est sol niger quasi sacculus cilicinus.* Sed coram Deo est gloriosus.

Sub vanitate later diabolus.

Prosperitas timenda.

Spreta saeculari vanitate sol gratiae apparet. Diuites serui pecuniae. Cum eleuatur gloria saeculari timenda damnationem.

Psal. 72. Iob. 15.

Iob. 20.

Gloria peccatoris quasi stercus.

In vita iusti nostri apparent defectus.

Iob. 30.

Vir iustus nubes aquosa.

Vir stultus facit alius committant.

Apocal. 6.

Item

In vita iusti est spina compunctionis & odor delectationis.

Item, *quasi flos rosarum in diebus vernis.* In rosa duo sunt notanda: punctio & delectatio. Spina stimulat, flos rosae delectat. Sic in vita iusti est spina compunctionis & odor delectationis, & hoc in diebus vernis, quia in prosperitate tempore gaudet etiam aduersitate.

Cant. 6.

Anima viri iustior hortus dicitur.

Psal. 14.

Anima iusti gratiarum receptiua.

Item, *quasi lilia in transitu aquae.* In liliis mentis & corporis munditia significatur, de quibus Cant. 6. *Descendit dilectus meus in hortum suum vt colligat lilia, ego dilecto meo, &c.* Hortus dicitur eo quod semper ibi aliquid oritur. Nam cum alia terra semel in anno aliquid crecet, ortus nunquam sine fructu est. Hortus est anima viri iusti, quae continue fructificat & nunquam sine fructu est. Ad hunc dilectus descendit, cum Dei filius ipsi gratiam infundit, in cuius interiori & exteriori munditia requiescit. Ego (dicit anima iusti viri) sum appropriata dilecto meo, & ipse mihi. Vnde Psal. 13. *Dominus pars hereditatis meae.* Ipsa mea hereditas & ego eius. Hae lilia sunt in transitu aquae, id est, labentis saeculi, vir iustus in medio temporalis abundantiae retinet munditiam vitae.

Item, *quasi thus redolens in diebus aestatis.* Arbor thuris inciditur in aestate, vt praepararetur Autumnali collectioni, ita vir iustus in praesenti tribulatur, in futuro percipiet fructum vitae aeternae, de hoc alibi.

Item, *quasi vas auri solidum.* Vasis concauitas receptiua infusorum est humilitas cordis viri iusti, receptiua gratiarum. Tumor enim infusus repellitur. Et bene vir iustus dicitur vas auri solidum. Vas quia humilis, auri, quia clarus & preciosus solidum, quia spes eius immortalitate plena est. Ornatus omni lapide precioso, id est, omni genere virtutum.

Iustus semper videtur sibi incipiens.

Item, *quasi oliua pullulans.* Oliua, quia miseris, pullulans, quia iustus semper videtur sibi incipiens. Pullulans dicitur quasi pollens cum laetitia. *Hilarem enim datorem diligit Deus.*

Vir iustus in amorem diuinum conuertitur.

Item, *sicut cypressus in altum se extollens.* Cypressus dicta eo quod caput eius in rotunditate surgat. Caput est mens viri iusti, quae in rotunditate diuini amoris surgit, & in altitudine contemplationis se extollit. Et beatus ille qui in his decem ciuitatibus habitabit. *Haec sunt ciuitates refugij, ad quas qui fuerit saluabitur.* Si ergo cum Iesu de finibus Tyri exieris, & per Sidonem ad mare Galilae inter medios fines Decapoleos veneris, sufficientiam & fiduciam, quae in Deo est, cum Apostolo obrinebis. Vnde Ecclesiast. vigesimo quarto. *Qui implent quasi Phison sapientiam, &c.*

Eccles. 24.

Via perfectio in triplici gradu consistit.

Nota, hic quinque flumina, per quae omnis perfectio in triplici gradu consistit, scilicet, incipientibus, proficientibus, & perfectis. Phison oris mutatio, Euphrates fertilis, Tygris sagitta interpretatur. Christus est quasi Phison incipientibus, qui paulo ante loquebantur lingua Aegyptiaca, modo loquuntur lingua Chanaan, id est, commutata. Quorum facies erat peccatis combusta, modo vero splendida sicut Phison. Fluius abundat & mundat. Eodem modo Christus facit sapientiam abundare in incipientibus, vt sapiant quae Dei sunt, qui prius sapiebant, quae carnis erant. Item est sicut Tygris proficientibus in diebus novorum, id est, seminum, tunc enim Tygris inundat. Tygris autem interpretatur sagitta. Nota quod in sagitta sunt tria, lignum, ferrum, & penna, qua recte volat, Christi

stus ligno suae passionis, & ferro timoris, & penna sui amoris vulnerat corda poenitentium, qui quotidie proficiunt, qui tanquam bona semina de virtute in virtutem quotidie crescunt. Item est sicut Euphrates perfectis, quorum sensus virtutum fertilitate sunt adimpleti, de quibus Hebr. 5. *Perfectorum solidus est cibus:* eorum qui per consuetudinem exercitatos habent sensus ad discretionem boni & mali.

Item, nota quod perfectio patriae in duobus consistit, animae scilicet glorificatione, trinitatis & vnitatis visione. Dicamus ergo. Qui multiplicat quasi Iordanis in tempore messis. Iordanis ex duobus fontibus inundat, & significat geminae stolae gloriam inundantem. Tempus messis, aeterna est felicitas. Iordanis bene dicitur aquas multiplicare, quia in tempore messis maioribus aquis inundat, & aquas multiplicat, quando alij fluuij deficiunt. Sic erit in aeterna felicitate. Malorum enim delectatione deficiente, stola super stolam multiplicabitur in beatis. Tunc erit nobis Deus, quasi Gyon, qui sua visione Ecclesiam triumphantem sibi assistentem illuminabit, fecundabit, satiabit & hoc in die vindictae, de qua quaere in prima clausula Euangelij. *Homo quidam fecit cenam magnam, &c.*

Sequitur. *Adducunt ei surdum & mutum, &c.* Vnde dicitur vsque *Lingua eius.* Sardus a fordibus humoris, auribus perceptis, est dicitur. Mutus eo quod mugiat, quia vox eius non est sermo, sed sermoneis mugitus. Vocalem enim spiritum per nares quasi mugiens emittit. *In corde hominis, dicente Salomone Prou. 4. est vita hominis & fons caloris membra viuificantis, & nutrientis.* Cor est quasi rex regens & disponens corporis ciuitate, de quo Prou. 20. *Rex qui sedet in folio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo.* Solium dicitur quasi solidum. Cum rex, id est, cor hominis sedet in folio, id est, soliditate constantiae, tunc dissipat omne malum, id est, omnem corporis malitiam intuitu suo, id est, discretionem sua.

Hic rex habet quinque speciales ministros quinque videlicet sensus, ex quibus duo sunt viciiores & speciales eius, aures, scilicet, & lingua. Per aures audit exteriora, per linguam promitt interiora. Vnde Ruth. 2. ad Boos. *Locutus es ad cor ancilla tuae, & Isai. 40. Loquimini ad cor Hierusalem.* Et Psal. 36. *Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium.* Sed si aures fordibus obruantur, & cordis lingua ligatur, quid rex, quid cor faciet? Destructum est eius regnum, quia ministri per quos regni negotia, secreta consilia, iura regalia agebantur, sunt destructi. Quid ergo agendum? Vnum solum consilium restat, scilicet, vt ad Iesum surdum & mutum ducas, & eum roges vt imponat ei manum. Rex, est hominis spiritus, aures obedientia, lingua confessio. De aere obedientiae, Iob. 42. *Audiu aures audiui te. Nunc autem oculi mei vident te. Idcirco ipse me comprehendendo, & ago poenitentiam in sanilla & cinere, &c.*

Defectuus ad Christum ducatur.

Quomodo subditus debet obedire.

Et hic notentur quinque, scilicet, obedientia, contemplatio, confessio, satisfactio, vilitatis & infirmitatis recordatio. Obedientia, ibi, Auditui auris, &c. Auditus dicitur eo quod hauriat sonum, reuerberat aereas, auras, auide rapiens. Audio, id est, auribus percipio.

Obedientia, id est, ob audientia. Cum tui prelati vox quae est aer. (Nihil enim debet habere de terra) reuerberat tuam aurem, non aure, sed

Christus suo amore vulnerat corda poenitentium. Hebr. 5.

Perfectio patriae in duobus consistit.

Tempus messis aeterna felicitas.

In gloria plene satiabimur.

Vnde dicitur surdus.

Prou. 4.

Prou. 20.

Discretio vtilissima.

Cor quinque ministros habet, & quales.

Ruth. 2.

Isai. 40.

Psal. 36.

Defectuus ad Christum ducatur.

Quomodo subditus debet obedire.

Iob. 42.

Quomodo subditus debet obedire.



**2. Reg. 2.** auris auditu, id est, interiori cordis affectu debes audire, dicens cum Samuele primi Regum secundo. *Loquere Domine quia audit seruus tuus.* Contemplatio, ibi. *Nunc oculus meus videt te.* Non enim videbis nisi obediens fueris. Si surdus fueris, cæcus eris. Obedias ergo affectu cordis, & videas oculo contemplationis. Vnde Ecclesi. 17. *Posuit Dominus oculum ipsorum super corda ipsorum.* Deus oculum super cor ponit, cum ex corde obediendi lumen contemplationis infundit. De quo Zachar. 9. *Dominus est oculus hominis & omnium tribuum Israël.* Dum primus homo obediuit in paradiso, Dominus eius oculus fuit. Vnde Genes. 2. *Formatis cunctis animantibus terra, & volatilibus cali adduxit ea ad Adam ut videret.* id est, eum videre faceret quid vocaret ea. Sed cum inobediens extitit, non Dominus, sed diabolus eius oculus fuit excæcutionis. Vnde Genes. 3. *Vidit mulier quod bonum esset lignum ad vescendum & pulchrum oculis, &c.* Omnes tribus Israël sunt pœnitentes, qui dum ex corde suis Prælati sunt obediens tunc vere sunt Israël, id est, Deum videntes.

**Ecclef. 17.** Item confessio, ibi. *Idcirco me reprehendo,* id est, in confessione arguo. Ille non erat mutus & surdus, qui clare audiebat, & recte se reprehendebat. Vnde cap. 13. dicit. *Latero carnes meas dentibus meis.* Verba sunt vere pœnitentis. Carnes, id est, carnalitates lacero dentibus, id est, reprehensionibus meis, de quibus Cant. 4. *Dentes tui sicut greges tonsarum qua ascenderunt de lauacro.* Grex tonsarum, est congregatio pœnitentium qui sunt temporalibus toni & tentationibus, qui ascenderunt de virtute in virtutem de lauacro lachrymarum, quibus super niuem dealbantur. Sint ergo o frater dentes tui sicut grex tonsarum, id est, ita reprehende te, ita pœnitentiam age, sicut faciunt & illi.

**Zach. 9.** Item satisfactio, ibi. *Pœnitentiam ago.* Pœnitentia dicta quasi punientia, eo quod ipse homo in se punit pœnitendo quod male admisit. Pœnitentia nomen sumpsit à pœna qua anima cruciatur, & caro mortificatur.

**Genes. 3.** Item vilitatis & mortalitatis recordatio, ibi. *In fauilla & cinere.* Fauilla dicta eo quod per ignem facta sit, nam phos græce ignis ac lux latine. In fauilla igitur est nostræ humilitatis recordatio. Heu alta cedrus paradisi conueria fuit in fauillam per ignem diaboli. Vnde Iob. 1. *Ad te Domine clamabo, quia ignis comedit speciosa deserti, & flamma succendit omnia ligna regionis.* In cinere, nostra mortalitas designatur. Vnde Cinis es, & in cinerem reuerteris. Qui ergo caret obedientiæ affectu & lingua confessionis, vere surdus est & mutus. Surdus à sordibus dicitur. Dicitur Ierem. Threnorum primo. *Sordes eius in pedes eius.* Pedes sunt affectus animæ, quibus cum sordes vitiorum adherent surda efficitur, dicente Isai. cap. 28. *Omnes mensa repleta sunt vomitu sordiumque, ita ut non esset locus ultra.* Vbi vomitus, id est, peccati iteratio, ibi sordium abominatio, quæ ita obruant aures cordis, quod ultra non remanet locus obediens. De hoc surdo conqueritur Dominus Isai. 42. *Quis surdus nisi ad quem nuncios missi? Qui apertas habes aures, nonne audies? Dicitur in naturalibus, quod si aures cerui fuerint eleuata, audiet acutissime, & statim cognoscat venatorem, qui cum vult interficere. Si vero fuerint demissa nihil audiet, neque interfecto-*

**Job. 13.** Pœnitens quid operari debet.

**Cant. 4.** Pœnitens quid operari debet.

**Genes. 3.** Pœnitentia quasi punientia.

**Iob. 13.** In fauilla nostræ humilitatis recordatio.

**Iob. 1.** Inobediens vere surdus.

**Thren. 1.**

**Isai. 28.**

**Isai. 42.** Cerui proprietate.

rem suam cognosceret. Dicit Isai. 50. *Erigit Isai. 50. mane, & mane erigit mihi aurem ut audiam quasi magistrum.* Erige ergo o surde, tanquam ceruus aures, & audi magistrum tuum, & sic cognosces diabolum, vel diaboli venatoris astutiam, sed si aures depresseris & obedire contempseris, crede mihi quod interficietis.

Item sunt quidam muti in confessione mugientes, qui balbutiendo peccata sua confitentur, quæ non agere, sed confiteri erubescunt. Augustinus. Erubescencia est maxima pars pœnitentiæ. Hoc est bona erubescencia, adducens gloriam cum quis de peccato erubescit, & erubescendo in confessione discooperit. Vnde Isai. 23. *Erubescite Sidon ait mare,* id est, vitiorum amaritudo interior. Hæc facit quod homo exterius confitendo erubescit.

Vnde Ezechielis primo *De medio ignis quasi species electri.* Electrum fit ex auro & argento. Vnde per electrum confessio, quæ procedit de medio contritionis, quæ per ignem notatur. Hoc electrum non habet mutus, de quo dicitur. Adducunt ei surdum & mutum & deprecabantur ut imponat illi manum.

Manus dicta eo quod sit totius corporis munus, vel quod muniat hominem. Ipsa enim cibum ori ministrat, & omnia operatur. Manus est verbum incarnatum, quod pater pro maximo munere toti corpori Ecclesiæ dedit. Manus dicitur à muniendo vel à manendo. Tale ac tantum munus nos admonet ut patrem qui ipsum dedit super omnia diligamus. Vnde de hoc munere Isai. 66. *Quomodo si inferant filij Israël munus in vase mundo in domum Domini.* Filij Israël, id est, fideles, munus, id est, fidem verbi incarnati in vase mundo, id est, corde mudo debet inferre in domum Domini, id est, in sanctam Ecclesiam. Item hæc manus munit Ecclesiã. Vnde Isai. 26. *Vrbs fortitudinis nostra Sion, Saluator, &c.* Murus à munitione dictus, eo quod muniat interiora vrbis. Sion, id est, Ecclesia sancta est, vrbs fortitudinis nostræ, extra quam non est salus, in qua Saluator noster fuit positus murus & antemurale. Diuinitas est murus. Antemurale est ipse humanitas. Sic enim muro verbi incarnati Ecclesia munita permanet secuta. Item illa manus toti Ecclesiæ cibum ministrat. Vnde Psal. 144. *Aperis tu manum tuam, &c.* Cum Christus in cruce manum extendit, & extensam clauo aperiri voluit, tunc per ipsum foramen misericordie thesaurum effundens omne animal benedictione repleuit. Animal dictum eo quod animeretur spiritu & moueatur. Omne animal, significat omnem animam, quæ spiritu contritionis animatur, & de virtute in virtutem quotidie mouetur. Item, hæc manus omnia operatur, scilicet, creationem, recreationem, gratiæ infusionem, æternam beatitudinem. De hac ergo dicitur. Deprecabantur eum ut imponeret illi manum.

Sequitur. *Et apprehendens eum de turba scorsum, &c.* Turba dicitur à turbando, quia dissona est. A turbulenti cogitationibus & actibus inordinatis sermonibusque incoppositis educitur qui sanari meretur. Vnde Genes. 19. dicitur, quod *Duo Angeli apprehenderunt manum Loth, & educerunt eum, posueruntque eum extra ciuitatem.* Duo Angeli sunt timor, & amor Dei, qui tunc manum Loth apprehendunt cum opera peccatoris refrenant, & educunt à turba cogitationum, & ponunt extra urbem malarum consuetudinum.

Sequitur.

Erubescencia magna pars pœnitentiæ.

Isa. 23.

Ezech. 1.

Electro confessio denotatur.

Manus verbum incarnatum.

Isa. 66.

Isa. 26.

Verbi incarnati muro Ecclesia munita.

Psal. 144.

Christus in cruce omnes replens benedictione.

Manus Christi pœnitentiæ.

Turba à turbando dicta.

Genes. 19.

Timor & amor Dei, duo Angeli.

Sequitur. *Misit digitos in aures eius.* Digni dicti, quia decenter iuncti existant. Primus, dicitur pollex, eo quod inter cæteros polleat. Secundus, salutans seu iudex & demonstratorius. Tertius, medius. Quartus, annularis, quia in ipso annulus geritur: idem & medicinalis, eo quod trita collyria à medicis ipso colliguntur. Quintus, auricularis, eo quod aures scalpimus.

Nota, quod in manu Christi verbi incarnati fuerunt isti quinque digiti. Pollex fuit in conceptione: Salutans vel demonstratorius in natiuitate: Medius in prædicatione: Medicus in virtutum operatione: & Auricularis nunc in hodierno miraculo. Pollex ceteris breuior, qui virtute præpollet, humilitatem signat filij Dei, qui se abbreviauit in vtero virginis. Vnde Ecclef. 38. de ipso dicitur. *Ante pedes curuabit virtutem suam.* In pedibus humanitas. In virtute diuinitas designatur. Ante pedes ergo humanitatem curuauit, id est, humiliavit virtutem diuinitatis. In natiuitate Angelus salutem quasi digito denunciauit, dicens, *Natus est nobis hodie Saluator. Et hoc vobis signum, &c.* In prædicatione fuit medius cælorum regnum annuncians. Medius dicitur à modo, hoc est à mensura, & ipse secundum virium capacitatem vnique verbum vitæ annunciauit, & mensurabat, qui medicus fuit in miraculorum operatione; de quo Ecclef. 28. *Honora medicum propter necessitatem. In aure obedientia.* Et ipse obediens vsque ad mortem: mortem autem crucis. In qua consummauit opus quod dedit illi pater vt faceret, de quo Ecclef. 38. *Figulus sedens ad opus suum, &c.* Figulus iste Christus est qui sedet, id est, humiliavit se, ad opus suum, id est, humani generis salutem, & pedibus suæ humanitatis conuertit rotam humanæ naturæ quæ currebat ad mortem vt curreret ad vitam, qui in sollicitudine semper positus fuit pro nobis, donec opus suum consummauit. Vnde in fine dixit, Consummatum est. Istis quinque digitis humani generis surditatem sanauit Dominus.

Sequitur. *Et expuens tetigit linguam eius.* Spuere est saliuam ponere, id est, emittere. Salua à capite descendit: dicta eo quod salua. Ieiuni hominis saliuam si serpens gustauerit, morietur. Salua dicitur dum est in ore, dum proijcitur, sputum. Sputum namque Dei est sapor diuinæ sapientiæ, quæ dicit Ecclef. 24. *Ego ex ore Altissimi prodij.* Expuens, ergo linguam muti vt loquatur, tangit: cum omnia dura guttura ad peccata sua consistenda, ad verba sapientiæ proferenda contactu suæ pietatis informat. Simile habes Isai. 6. *Volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, &c.* Duo Seraphim filium & Spiritum sanctum significant. Filius ad humani generis Redemptionem volauit, vt qui erat in diuinitate Dei, fieret hominis filius, & non duo filij, sed vnus filius.

Iste Seraphim vt ibidem præmittit Isaias, sex alas habuit. Quæ sunt illa sex quæ idem Propheta enumerat, dicens cap. 9. *Vocabitur nomen eius, admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis.* Admirabilis fuit in natiuitate. Vnde Ierem. 31. *Nonum faciet Dominus super terram, &c.* Consiliarius in prædicatione. Vnde dixit. Si vis perfectus esse, &c. Deus, in miraculorum operatione. Isai. 35. *Deus*

ipse veniet, & saluabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, &c. Fortis in passione, manibus enim in cruce ligatis aëreas potestates debellauit. Quæ tanta fortitudo potest esse, quanta manibus ligatis promptum deuincere inimicum? Pater futuri sæculi, in resurrectione. Resurgens enim à mortuis certâ nobis contulit spem resurgendi in futuro sæculo, in quo nobis erit pater, quia suscipiet nos suos filios ad se ipsum. Vnde Apostolus Philip. 3. *Saluatorem expectamus qui reformabit corpus humilitatis, &c.* Princeps pacis erit nobis in æterna beatitudine: in qua faciet nos discumbere, & transiens ministrabit nobis.

Super his sex habes concordiam Ecclef. 36. vbi loquitur ad patrem. *In noua signa, & immuta mirabilia, glorifica manum & brachium dextrum, excita furorem & effunde iram, &c.* Innouauit pater signa, & immutauit mirabilia in filij sui natiuitate. Signum est, quando in hoc quod videtur aliud intelligitur dictum, quod aliud significet. Primus, Adam de terra virgine factus fuit, in quo signabatur, quod secundus Adam de benedicta terra Maria virgine erat nasciturus. Mirabile fuit quando ignis ardebat, & non comburebatur rubus, cum virga Aaron sine flore fructus protulit, Rubus & virga est beata Maria, quæ illæso virginitatis pudore Dei filium parturiuit sine dolore. Bene ergo dicitur innoua signa & immuta mirabilia glorifica manum in prædicatione, & brachium dextrum, id est, filium tuum per quem omnia fecisti, in miraculorum operatione. Vnde dicitur Ioan. 17. *Clarifica me pater. Excita furorem & effunde iram in diabolum in tua passione, extolle in tua resurrectione aduersarium, id est, naturam humanam, & sic affliges eius inimicum diabolum. De nullo sic inimicus affligitur: sicut cum videt aduersarium suum in gloria sublimatum. Festina tempus, vt cito venias ad iudicium rediens vnique quod iustum est. Festina tempus, vt tuis des pacem Domine. Inquit Isai. 26. *Dabis pacem nobis. Memento finis vt reddatur iniquis secundum opera sua. Dicamus. Volauit ad me vnus.**

Sequitur. *Et in manu eius calculus quem forcipe tulerat de altari.* Calculus est lapillus terræ admixtus dictus, eo quod propter sui breuitatem conculceatur: sed hic ponitur pro carbone. Calculus est humanitas Christi, qui propter sui humilitatem terræ, id est, peccatoribus admixtus à Iudæis fuit calcatus, sed nobis fuit ignitus carbo vitia nostra purgans. Hunc habuit in manu, id est, potentia diuinitatis suæ, quem forcipe dulcis dilectionis tulit de altari gloriose virginis.

Nota quod forceps forcipis est fabricorum, forcipes sartorum à filo: forcipes medicorum vel tonsorum à pilo. Sed nota quod beata Maria dicitur altare quasi alta ara, eo quod victimæ ibi ardeant. Beata Maria fuit alta per sublimitatem contemplationis, & per profunditatem humilitatis, fuit ara, quia ardens igne diuini amoris se obtulit Deo in odorem suauitatis. *Et tetigit os meum, &c.* hoc est quod dicitur in Euangelio hodierno. *Expuens tetigit linguam eius.* Calculo Seraph tangit os Isaiæ & peccatum eius mundatur, sputo Christus tangit linguam muti, & loquitur.

Tangit os peccatoris calculo suæ humanitatis, & ipsius linguam salua diuinitatis, vt peccatorum

Pater futuri sæculi in resurrectione.

Philip. 3.

Princeps pacis in æterna beatitudine.

Ecclef. 36.

Mirabilis Christus in natiuitate.

Christus ex terra virginæ.

Ioan. 17.

Passio Christi destructio diaboli.

Isa. 26.

Isa. 5.

Calculus humanitas Christi.

Maria altare.

Maria alta ara.

Excitat Christus surdum ad confessionem.

Z 2



caturum confiteatur, recte loquatur, & ab ipso emundetur.

Sequitur. Et suspiciens in caelum digemuit & ait illi, effeta, &c. Glossa. Nos gemere docuit, & in caelum thesaurum cordis nostri erigere, qui per compunctionem a friuola letitia carnis purgatur. Vnde dicitur. Rugiebam a gemitu cordis mei. Et ait illi, Effeta. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Statim aperta sunt aures eius ad obediendum, & solum est vinculum linguarum eius ad confitendum. Vnde nota quod dicitur. Et loquebatur recte.

Quis non recte loquitur.

Eccles. 31.

Recte loquitur qui peccatum & circumstantias peccati cum proposito non relabendi plenarie confitetur. Item recte loquitur qui quod predicat, opere attestatur. Vnde super hoc Eccles. 31. Splendidum in panibus benedicent labia mulierum. Et testimonium illius fidele. Qui panem verbi Dei fideliter dispensat, & testimonium veritatis non occultat, in presenti & in futuro benedicetur. O quot sunt hodie splendidi in verbis, in factis vero leprosi.

Exod. 34.

Vnde Exod. 34. Apparuit facies Moysi cornuta, ubi Origen. Quid est, quod sola facies Moysi apparuit gloriola, manus leprosa fuit, pedes inglorij? quia fecit eum discalciari quando vocavit eum de rubro. Hoc potest dici de illis predicatoribus qui gloriam & splendorem habent in predicatione, & immunditiam habent in operatione. Et possunt dici discalciati & non vere sponsi Ecclesiae, digni in facie conpui, quia mortuo fratre Iesu Christo, nolunt filios suscitare, immo si qui sunt, interficiunt peruerso opere. Psalm. Eleuauerunt flumina Domine, &c. Quia prius debent se eleuare, postea vocem, & sic loquentur recte. Rogemus ergo Dominum, &c.

Mali predicatoris arguuntur.

Isa. 6.

DOMINICA XIII. POST TRINITATEM.



BEATI oculi qui vident quae vos videtis, &c. Lucae 18. Vbi tria sunt declaranda. Primo, quod deuoti Dominum contemplantur letantur mentali gaudio, quia beati oculi qui vident, scilicet per contemplationem, Christum.

Lucas 18.

Diligens proximum vitali premio ditatur.

Secundo, quod Dominum & proximum diligentes ditantur vitali premio. Nam talibus dicitur. Hoc fac & viues.

Tertio, peccatores delinquentes nudantur regali pallio, scilicet, gratiae, & etiam necantur letali gladio, scilicet, peccato, quia descendens ab Hierusalem spoliat & vulneratur.

Tob. 13.

Beati ergo oculi, &c. Dico enim vobis quod multi reges voluerunt audire quae auditis, & non audierunt, & videre quae vos videtis, & non viderunt. Et ideo Tob. 13. Beatus ero si fuerint reliquiae seminis mei ad videndum claritatem Hierusalem, id est, humanitatem Iesu Christi: reliquiae seminis B. Tobiae fuerunt Apostoli. Semen cui benedixit Dominus. Ex quo Isa. 6. Semen sanctum erit id quod steterit in ea, id est, Ec-

Isa. 6. Apostoli semen beatorum.

clesia. Hi fuerunt semen Tobiae fide & patientia. Et ideo videre meruerunt claritatem Hierusalem. Vnde eis hic dicitur. Beati oculi qui vident quae vos videtis, &c. Videbant hominem, & credebant Deum. Beati oculi mundi corde qui vident Iesum Christum. Vnde Iob 42. Nunc oculus meus videt te. Beati oculi quos sterco diuitiarum non excecat, nec lippitudo sollicitudinum obnubilat, quia ipsi vident Dei filium inuolutum panniculo, reclinatum in praesepio, fugientem in Aegyptum, sedentem in alio, nudam suspensum in patibulo. Ergo beati oculi qui vident quae vos videtis. Talem viderunt Apostoli, talem non possunt videre lippi oculi, quia supercecidit ignis, & non viderunt solem Christum, quia nube carnis se obtexit. Vnde Iob 16. dicit ipse. Saccum consui super cutem meam. Sacco, scilicet nostrae naturae fecit sibi tunicam Christus, quam acu, id est, opere Spiritus sancti subtili, & filo, scilicet, fide beatae virginis consuit, seipsum induit sacco asperitatis. Sequitur. Et carnem meam operui cinere, scilicet, virilitatis & paupertatis quam assumpit. Hoc lippi & maledicti oculi videre non possunt. Et facies mea intumuit. Heu facies Christi alapis & lacrymis fuit tumida.

Iob 42. Quam beati oculi. Diuitiarum sterco.

Iob 16. Saccus humanitas nostra a verbis assumpta.

Nota, auctoritatem, & expositionem in passione. Hunc saccum & hunc cinerem lippi oculi videre non possunt, & hunc clamorem sanguinis Christi melius clamantem sanguine Abel aures surdae non audiunt. Vnde & Iob dicitur. Dico autem vobis quod multi Reges & Prophetae voluerunt videre quae vos videtis, &c.

In Prophetis, Praelati Ecclesiae in regibus, principes huius saeculi designantur. Tam illi quam isti volunt videre Christum in caelo, sed nolunt videre suspensum in patibulo. Volunt gaudere cum Christo, sed in caelo, & regnare in mundo. Isti dicunt cum Balaam Num. 13. Moriatur anima mea morte iniuriam. Isti volunt videre gloriam diuinitatis quam viderunt Apostoli, sed nolunt sustinere ignominiam passionis & paupertatem Christi quam sustinuerunt ipsius discipuli. Et ideo non videntur ipsam cum Apostolis, sed videbunt cum impus in quem compunxerunt, nec audient Sibylam auris tenuis, scilicet, Venite benedicti patris mei, &c. Sed audient tonitruum, scilicet, Ite maledicti in ignem aeternum. De quo Iob 16. Quis poterit sustinere intuentem eius intuentem? Et iterum cap. 38. Naequid tenuisti concitans extrema terra: Dominus extrema terrae tenuit cum infirma & abiecta elegit ut fortia per ipsa confunderet.

In caelo Christi videri volunt. In crucem notantur. Num. 13.

Plures volunt videre gloriam diuinitatis, sed non experiri ignominiam humanitatis. Iob 16. Iob 38.

Nota, pater tenet vna manum filium, & altera concutiens percutit ipsum. Tenet ne in praecipitium vadat, & percutit ne insolescat & superbiat. Sic & Dominus manu misericordiae tenet vitum iustum ne in peccatum corruat, percutit ne superbiat & insolescat neque paterna gratia se eleuet. Vnde Apostolus 2. Cor. 12. Ne magnitudo revelationum extollat me. datus est mihi stimulus carnis meae Angelus sabanae qui me colaphizet, &c.

Iustus affligitur ne superbiat.

2. Cor. 12.

Sequitur. Excussisti impios ex sa. Hoc erit in iudicio, quia tunc Dominus sicut puluis de sacco excutitur, sic de terra in qua peccauerunt, excutiet eos in infernum. Ipsa enim terra impios pondere peccatorum ipsorum aggregata excutiet in infernum, in quo erit stertus oculorum in vanitate vagantium, & stridor dentium bona pauperum diripientium.

Terra peccatorum pondere grauatur.

Talium

Quam oculi Iesum non sunt visuri.

Talium oculi Iesum non videbunt in caelo, sed multitudinem daemonum in inferno. Tales non audient melodiam Angelorum, sed stridorem dentium in inferno. Beati ergo oculi illi qui videbunt in cordis amaritudine faciem Christi humidam alapis & lacrymis, illitam sputis, quia ipsam in quam desiderant Angeli prospicere videbunt in atriis caelestis Hierusalem gloriosam. Ad quam, &c.

Sequitur secundum.

Et ecce quidam legisperitus surrexit tentans, &c. Nota quod hic includitur omnis perfectio patriae, Dilectio dicitur eo quod duos in se legit. Nam dilectio a duobus incipit, quae est amor Dei & proximi. In bonis tamen accipi solet diligere duos ligare.

Dominus dicitur eo quod dominetur cunctae creaturae, vel quod domui praesit, vel quasi dans minas.

Deus Hebraice, Latine dicitur timor.

Iob 38.

Deus Hebraice, Latine dicitur timor, Graece theos, quia theoreo dicitur video, eo quod cuncta videat. Theo quoque dicitur curro, quia cuncta percurrit. Dilectio Deum & proximum ligat. Haec est linea, de qua Dominus in Iob 38. Quis tetendit super eam lineam? Super quo bases illius solidatae sunt?

Basis fabricae virtutum bona intentio.

Deus tetendit lineam dilectionis suae super animam, vt ipsa se extendat vsque ad dilectionem proximi. Super quo nisi super Iesu Christo bases, id est, animae purae intentiones, quibus tota fabrica virtutum innitur, sunt solidatae? Basis omnis intentionis nisi in Christo sit solidata, totius operis fabrica minatur ruinam, & ruina illa erit magna. Diliges ergo Dominum Deum tuum.

Iob 11.

Nota ista duo, Dominum & Deum. Dominum quia dominatur cunctae creaturae, Deum quia cuncta videt, & percurrit. De quo Iob 11. Excelsior caelo est, & facies profundior inferno, &c. Nota, caeli dicuntur Angeli, daemones inferni, terra iusti homines, mare peccatores.

Homo caelum contemplatione.

Nec Angeli igitur eius altitudinem attingunt & daemones astutias longe subtilius quam putant iudicat, & iustorum longanimitatem, patientia eius superat, & vbique facta peccantium praesentia eius occupat. Vel homo caelum est contemplatione, infernus tetationum caligine, terra dum fructificat, mare dum mutabilitate agitur. Sed contemplatio hominis in Deo deficit, & si se in tetationibus discutit, subtiliora Dei iudicia timet, & opera eius retributio in fine superat, & quantumcunque mens fluctuet inquirendo distributionem futuram, non cognoscit. Item habet latitudinem amando, longitudinem tolerando, altitudinem intellectu superando, profunditatem motus cogitationis illicitos iudicando. Subuertit caelum: dum contemplationem hominis destruit, infernum, dum pauidum in tetationibus ad deteriora tandem cadere permittit, terram, dum fructum boni operis per aduersa intendit, mare, dum nostram titubationem terrore iudicij confundit. Coelum & infernus simul coarctantur, cum eandem mentem & contemplatio subleuat, & tentatio. Terra & mare simul coarctantur, cum eandem mentem & certa fides de aeternis roborat, & aliquantula mutabilitate aura dubietatis versat. Talis ac tantus diligendus est.

Subuertit caelum diabolus, & quomodo.

Quomodo caelum & infernus simul coarctantur.

Diliges ergo Dominum Deum tuum ex toto cor-

de tuo, & ex tota, &c. Tuum: & ideo plus diligendus est. Plus enim nostra quam aliena diligimus. Dignus enim a te diligi, qui cum sit Dominus Deus tuus, factus est tibi seruiens, vt tu eius fieres, & ei seruire non erubesceres, Isa. 43. Seruire (inquit) me fecistis in peccatis vestris. Triginta tribus annis Deus tuus factus est seruius tuus, tuus propter peccata tua, vt te a diaboli seruitute liberaret.

Dignus est Deus a nobis amari.

Isa. 43.

Diliges ergo Dominum Deum tuum. In primo opere cum non esses, te tibi dedit. In secundo, opere cum male esses, se tibi dedit, te tibi reddidit. Datus ergo & redditus te debes, & bis debes, & te totum debes. Diliges ergo Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, qui totum dixit. Non tibi partem de te dimisit, sed totum sibi te offerre praecipit. Se enim toto emit totum re, vt solus te totum possideret. Diliges ergo Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. Noli ergo cum Anania & Saphira tibi de te facere partem, ne totus cum illis intereas. Diliges ergo ex toto non ex parte. Deus enim non habet partes, sed vbique totus est, & ideo non vult partem in tuo qui totus est in suo. Si partem de te referuas tibi, tuus es notus eius, Vis totum habere? Da illi tuum, & ipse dabit tibi suum, & sic nihil habebis de re, quia habebis eum totum cum toto te. Diliges ergo Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c.

Deo te totum debes.

Totum Deo offerre debes.

Deus nec ex parte diligendus.

Nota ista quatuor, cor, animam, vires, mentem. Situs cordis est in medio pectoris in homine declinans modicum ad sinistram. Nam recedit ad distinctionem, quae est inter duas mamillas modicum, & declinat ad mamillam sinistram, & est in parte superioris pectoris, & non est magnum, nec eius forma est longa: sed declinat modicum ad rotunditatem, & eius extremitas est stricta & acuta. O homo tui cordis dispositio & forma informat te, qualiter debeas diligere Dominum Deum tuum. Cor tuum est situm in medio pectoris tui inter duas mamillas. In duabus mamillis duplex memoria, incarnationis & passionis designatur, ex quibus quasi mamillis anima nutritur. In dextera mamilla, memoria incarnationis. In sinistra passionis intelligitur. Inter has mamillas debet esse situm cor tuum vt quicquid cogites, quicquid tecum pertractes totum ad paupertatem & humilitatem incarnationis, & amaritudinem Dominicae Passionis referas. Vnde sponsa Cant. 1. Fasciculus myrrha dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Anima Christi dilecti filij patris, sponsa, facit sibi fasciculum myrrhae, & ex tota vita dilecti sui. Recolitur enim qualiter praesepio reclinatus, &c. Nota processum vite & passionis. Ex his omnibus in vnum collectis & vinculo dilectionis & deuotionis foriter colligatis, facit sibi fasciculum myrrhae, id est, amaritudinis & doloris, & ponit inter vbera vbi est situs cordis.

Forma hominis docet eum quomodo Deum diligere debet.

Incarnatione & passione quasi duabus mamillis debet nutrir.

Cant. 1.

Fasciculus myrrhae sit nobis vita Christi.

Fasciculus myrrhae sit nobis vita Christi.

Super cor sponsae talis debet esse fasciculus myrrhae. Et nota quod sicut cor modicum declinat ad sinistram mamillam, sic compassio & deuotio cordis debet declinare ad amaritudinem Dominicae Passionis.

Deuotus declinet ad amaritudinem Dominicae passionis.

Vnde Magdalena prius super pedes Domini, in quibus ipsius passio designatur, lacrymas, & vnguentum effudit. Super pedes Domini flet, qui ei compatitur patienti. Vngit eos qui gratias agit pro beneficio passionis, vtrumque enim

Z 3 passio





**Job 16.** Item. *Beati qui lugent.* Job 16. *Facies mea intumuit à fletu, & palpebra mea caligauerunt.* Et cap. 30. *Morrens incedebam.* Ibi Gregor. Vir sanctus eleuatus rebus & honoribus morrens incedebat, quia etsi hunc prelatum hominibus gloria potestatis ostendebat, interius tamen morrore suo sacrificium Domino contriti cordis offerebat.

**Job 19.** Item. *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam,* de qua Job 39. *Iustitia indutus sum, & vestiui me,* &c. Ille iustitia sicut vestimento induitur, qui se mundum bono opere induit vel protegit, & nullam partem actionis suae immundam peccato relinquit. Iustorum indumentum diadema dicitur, quia per hæc non in terrenis & infimis, sed sursum remunerari concupiscunt.

**Job 31.** Item. *Beati misericordes,* &c. Job 31. *Si negaui quod volebant, pauperibus, & oculos vidua expectare feci,* &c. vsque *Calesfactus est.*

**Job 31.** Item *Beati mundo corde,* Job 31. *Si secutus est oculus meus cor meum, & si in manibus meis adbasu macula, seram & alius comedat,* &c. Si deceptum est cor meum super muliere, &c. quasi dicit, nec videre volui quæ concupiscerem, nec videndo secutus sum quæ concupiui, nec adbasit macula in manibus, culpa, scilicet in actionibus nostris, quia si qua illicita aliquando cogitauit, peruenire illa vsque ad opera non permisit. Sequitur. *Ignis vsque ad perditionem deuorans,* &c. quia non tantum vsque ad iniquationem ignis luxuriæ maculat, sed vsque ad perditionem deuorat, & omnia eradicat genimina, id est, animæ bonas operationes, quia si luxuriæ macula non resistitur, etiam illa pereunt bona quæ videbantur.

**Job 31.** Item. *Beati pacifici,* Job 31. *Si contempsi subire iudicium cum seruo meo, & ancilla mea cum discerparent aduersum me,* &c. vsque. *Formauit me in vulua intus.* Ad iudicium famulis æqualis veniet, quia iudicium eius qui super omnia est metuit. Quia sub vero Domino famulum se conspicit, ideo per cordis altitudinem se super famulos non extollit. Qui iudicari cum seruis suis ancillisq; non renuit, liquide indicat quod contra nullum proximum tumidus fuit. Potentibus viris magna est virtus humilitatis considerata æqualitas conditionis. Istæ septem beatitudines sunt septem filij viri iusti, quorum gloria nobilis potens & clara efficitur. Tres filia, tres sunt partes pœnitentiæ, de quibus satis habes in diuersis. Ecce quanta lux, quanta gloria est in Hierusalem, id est, vitæ sanctitate. Sed quanta tenebræ, quanta miseria, cum ab Hierusalem descendit in Hierico, quæ interpretatur luna vel odor, & figurat temporalium defectiuam prosperitatem: de qua dicitur. Filij huius sæculi prudentiores, &c. Ab Hierusalem descendit in Hierico, quia à luce paupertatis in tenebras diuitiarum cadit. Exemplum dicitur quod lupus videns lunam in puteo, quia cecidit esse caseum, consilio vulpis in puteum descendit, & nihil inuenit, ibique remansit, quem cum rustici ibidem inuenissent lapidibus obruerunt. Sic aliquis Religiosus videns in puteo mundanæ prosperitatis lunam clare indecentem credit stultus consilio vulpis, id est, concupiscentiæ carnalis transitorium, & mutabile bonum esse verum & perdurabile, qui deceptus descendit ab Hierusalem in Hierico, id est, ab altitudine contemplationis in puteum cupiditatis, &

Qui se soli Deo esse cognoscit super alios non se extollat.

Quid inducit potentes ad humilitatem.

Septem filij iusti sunt septem, beatitudines, quis descendit ab Hierusalem in Hierico.

Religiosus quomodo à concupiscentiâ propria fallitur.

*sic incidit in latrones qui eum spoliant, & plagas imponunt, & semiuino relicto abeunt.*

Latrones sunt quinque corporis sensus, de quibus Job 19. *Simul venerunt latrones eius, & fecerunt sibi viam per me.* Latro à latendo dicitur quia corporis sensus dum sub specie necessitatis latitant insidias ponunt voluptatis, qui simul vt facilius decipiant, veniunt, & per animam miseram viam faciunt quæ ducit ad mortem, quibus nostri corporis tabernaculum in gyro est obiectum, vt anima inde cum voluerit exire, in ipsos incidat, qui ipsam spoliat gratis, & vulnerant in naturalibus. Vnde Job 19. *Semitam* (inquit) *meam circumsepsi & transire non possum & in calle meo tenebras posuit.* Spoliavit me gloria mea & abstulit coronam de capite meo, &c. Animæ miseræ tunc semita est circumsepta cū corporis sensibus est debita, bona quæ agenda sunt, videt, implere non potest. Tunc vero tenebræ ponuntur in calle, cum nec quæ agenda sunt præualeat discernere, gloria spoliatur, cum Spiritus sancti gratia denudatur, & corona auferitur cum pura mentis intentione priuatur. Et sic destructa perit, & est quasi arbor sine radice humilitatis auulsa vento diabolice suggestionis de terra æternæ stabilitatis, cui non remanet spes diuinæ misericordie. Ecce in quantum miseriam deuenit qui ab Hierusalem in Hierico descendit. Et ideo debes dolere & plangere cum Job cap. 3. dicens. *Pereat dies in qua natus sum,* &c.

Sequitur. *Accidit autem vt sacerdos quidam descenderet eadem via &c. Similiter & Leuita,* &c. In sacerdote amor dominandi, in Leuita hypocritis designatur. De his duobus simile Iudicum 9. vbi legitur quod Abimelech pugnabat contra turrim oppidi Thebes capiendam, & appropinquans ostio ignem supponere nitebatur, & ecce mulier vnum fragmen mole desuper iaciens illisit capiti illius, &c. Abimelech interpretatur pater meus rex, & significat illum qui quasi pater & rex aliis vult præesse. Turris est altitudo dignitatis. Ad quam expugnandam accedit sed vt ipsam facilius apprehendere possit, ignem, id est, marchas auri & argenti: de quo Propheta. *Ignis in domo impij,* supponit ostio, id est, illis qui ostium Ecclesiæ videntur esse vt per ipsos tali igne adustos in turrim valeat ascendere. Vel ostio, id est, impiorum curiæ ostiariis & notariis, qui sunt pessimi emungentes, qui sanguinem pauperum emungunt, burtas euacuant, & suis nepotibus, & forte filius dittribuunt, impetrantes petitiones recipiunt, & pro eis auri & argenti pondera percipiunt. Infelix Abimelech qui præesse desiderat, non vt prodesse valeat, iter arripit non cauens fallaciam hostium, frigus Alpium. calorem italicum, non discrimina Tusciæ, non Latrones Romæ attendit, tamen ad ostium supponit ignem, exoneratur auro, operatur plambo in pitatio suspensio. Et quid huic infelici ascendere cupienti videamus.

*Et ecce mulier,* &c. Mulier ista caro est, fragmen mole quo confringitur cerebrum est ambitionis sollicitudo, qua eius mens dispergitur in præfenti, & postmodum ipse dissipabitur percussione districti iudicij. Vnde Job 20. *Fugiet arma ferrea, & irruet in arcum arcum.* Arma ferrea sunt necessitates vitæ præfentis, quæ dure premunt. Arcus, pœnitentia vel patria æternæ, quæ quia ab iniquo non attenditur, iuste arcui qui ex insidiis percussit comparatur. Quia ergo metuit

Job 19. Latro à latendo.

Sensus nostri, latrones dicendi.

Job 19. Quandoam animæ semita est circumsepta.

Qui sine humilitate est, facile auellitur à diabolo.

Job 3.

Judic. 9.

Ambitio quam periculosa.

Aulici notantur, imo & ostiarij principum & notarij Infelix qui præesse desiderat non prodesse.

Ambitione dispergitur & percussus.

Arcei comparatur pœnitentiæ.

metuit præfentes necessitates, per auaritiam multa rapit, aterni iudicij se percussionebus opponit. Homo præpositus aliis nocens, fulgurans dicitur, quia contra bonos quasi ex luce gloria extollitur, & bonorum vita cruciatur. Sequitur Iudic. 9. *Qui vocauit cito armigerum suum, & ait ad eum, Euagina gladium tuum & percutite me, ne forte dicatur quod à femina interfectus sum,* &c. Armiger qui arma gerit, & ipse non pugnat, est hypocritis, per quam infelix Abimelech magis vult perire quam per mulierem, id est, opera carnalia. Vnde de vtroque dicitur Job 39. *Cum fuerit tempus struthio in altum alas erigit.* Struthio autem cuius penna est similis pennis Erodij & accipitris, Hypocritam significat, qui de pluma alienæ sanctitatis magnificat sibi fimbrias. Hic alas habet pressas, scilicet cogitationes, quæ cum tempus fuerit eleuat in altum quia opportunitate comperita ea superbiendo manifestat. Nunc autem quia se sanctum simulat, quoniam in seipso stringit quæ cogitat, quasi alas in corpore pliat & argenti marcas quasi hostias offerens Diis: de quibus in Psal. *Omnes Dij gentium demonia.* Quis etiam sit leuita eius minister Sacerdos ergo & leuita vulneratum, spoliatum, semiuiuum videntes & contemnent pertranseunt. Super hoc Job ibidem. *Struthio quando derelinquit oua sua,* &c. Struthio est hypocrita altitudinem temporalium appetens, qui oua, id est, filios quos genuerat derelinquit, & omnino non curat, ne aut exhortationis sollicitudine, aut disciplinæ custodia destitutos prauorum operum exempla peruertant, aut bestia agri conterat. Ager mundus, bestia diabolus, qui huius mundi campis insidians animam ab Hierusalem in Hierico descendente spoliatis & vulnerans cotidie morte humana lauciat. Et est sensus. Si diabolus in hoc mundo lauciat de ditos in bonam conuersationem sapient, hypocrita non curat. Vnde additur. *Induratur ad filios,* &c. quem enim charitatis gratia non infundit, proximum suum, etiam si ipse hunc Deo genuit, extraneum recipit. Vnde bene præmittitur. *Derelinquit oua sua in terra.* Hoc est nullum exemplum cœlestis vitæ filijs præber. Sed quia eos cura superna non deserit, ideo sequitur. *Tu forsitan in puluere calesfacies ea,* q. d. vt ego qui illa in puluere calesfacio, quia scilicet paruulorum animas in medio peccantium qui sunt vt puluis quem proicit ventus à facie terræ, positos amoris mei igne succedendo. Vnde bene sequitur in Euangelio.

*Samaritanus autem quidam iter faciens venit secus eum, & videns eum misericordia motus est,* &c. Samaritanus qui interpretatur cultus, sancti Spiritus gratiam significat: de qua Job 29. *Quis mihi tribuat vt sim iuxta menses pristinos secundum dies quibus Deus custodiebat me? Quando splendebat lucerna eius super caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris.* Sicut fui in diebus adolescentiæ meæ quando secreto Deus erat in tabernaculo meo, quando erat omnipotens mecum, in circuitu meo pueri mei. Anima ab Hierusalem in Hierico descendens, & in latrones incidens, videns se expoliatam & vulneratam, & considerans baptismi innocentiam, contemplationis dulcedinem, vitæ puritatem pristinam suspirans, & plangens, dicit, *Quis*

Judic. 9.

Hypocriti plures percutiunt.

Job 39.

Hypocrita struthioni similis.

Psal.

Hypocrita temporalia appetens suorum contempit.

Qui charitatis expers proximum non curat.

Job 29.

Perfectionem anxiè desideremus.

*mibi tribuat vt sim,* &c. Id est vitæ perfectionem, secundum dies, &c. Id est, conscientiæ claritatem exempli illuminatione. *Quibus Deus custodiebat introitum meum ad conscientiam, exitum ad proximi famam.* Quando splendebat lucerna, id est, gratia eius super caput, id est, mentem meam. *Ad cuius lumen ambulabam per semitam iustitiæ.* In tenebris, id est, falsis fratribus. *Heu quis mihi tribuat vt sim sicut fui in diebus adolescentiæ meæ.* id est, innocentiae baptismalis & puræ vitæ. *Quando secreto Deus erat.* Plangitur simulatio, quando Deus est in publico, non in secreto, in tabernaculo meo, vt intus proficerem secreto. Postquam vero à secreto exij, in latrones incidi. Dum enim etiam in secreto omnipotens erat mecum, & in circuitu meo pueri mei, id est, sensus corporis mei pure & fideliter ministrantes. Sed heu infelix, cum ab Hierusalem descendit, à secreto exij, pueri mei facti sunt latrones mihi, qui me spoliant & vulnerant. Sed sanctus Spiritus, qui orat, id est, orare facit gemitibus innarrabilibus, qui est pater pauperum, dator munerum, lumen cordium, quid animæ vulneratæ faciat, audiamus.

*Alligauit vulnera eius infundens vinum & oleum.* In oleo quod illuminat, peccati significatur cognitio. In vino, quod inebriat, lacrymarum compunctio, quæ animam inebriat, vt temporalium obliuiscatur. Ebrietas etiam lacrymarum prouocat. Super his duobus Job 38. dicit Dominus. *Per quam viam spargitur lux, diuiditur æstus super terram?* Via est Spiritus sancti gratia, per quam lux, id est, peccati cognitio spargitur, & tunc æstus, id est, ardor contritionis diuiditur super terram, id est, impium peccatorem facit diuidere corpus peccati, vt ipsum & eius circumstantias membratim diuidat, & sic dat cursum vehementissimo imbri, id est, compunctio lacrymarum, quarum vehementia culpæ & verecundiæ frangit obstacula, & tunc dat viam sonanti tonitruo, id est, aperit viam confessioni, quæ tanquam tonitruum demones exterrit. Vnde 1. Reg. 7. *Intonuit Dominus fragore magno super Phylistiæos,* &c. In tonitruo & gladio confessionis, Phylistiim, id est, demones exterriti cæduntur à filiis Israël, id est, vere pœnitentibus. Bene ergo dicitur infundes oleum & viam & aleam, &c. Gratia sancti Spiritus, vulnere animæ alligat, cum spem veniæ, stolam gloriæ pœnitenti repromittit. *Et imponens eum super iumentum.*

Iumentum dictum quasi iuuamentum, est obedientia quæ dicit. *Vt iumentum factus sum apud te,* &c. Dum enim alienæ voluntati anima supponitur, tunc adiuta superfertur. Dum enim portat, portatur.

Stabulum est foetor propriæ iniquitatis. Stabularius spiritus contritionis. Duodenarij sunt duo genera compunctiois, scil. pro commisso & omisso. Pœnitens enim debet lugere quia commisit prohibita, & dimisit agere sibi præcepta. Anima peccato lauciat, sed Spiritus sancti emplastro curata, super iumentum obedientiæ ducitur ad stabulum, id est, foetorem iniquitatis propriæ, vt ibi sedeat cum Job: de quo Job 2. dicitur. *Testa sanieum vadebat fetens in sterquilinio.* Testa vocabulum ab argilla excocta sumpit quæ de molli sic efficitur testa. Vnde testa quasi tostata est dicta, & significat asperitatem pœni

Doleamus de vita male transacta.

Spiritus sanctus patet pauperum dator munerum, lumen cordium.

Job 38.

Peccatum agnoscitur per Dei gratiam.

1. Reg. 7.

Per confessionem exterriti demones cæduntur.

Psalm.

Quid pœnitens fugere debet.

Job 2. Job in sterquilinio pœnitentem designans.



penitentia qua poenitens sedens in sterquilinio, id est, humilians se in sui peccati faetore, debet radere suorum peccatorum saniem. Sanies dicta, eo quod ex sanguine nascitur. Excicatio enim calore vulneris in saniem vertitur. Sanies est sanguis putredo. Putredinem enim culpae debet radere asperitate poenitentiae.

Per obedientiam ad Deum a quo recessimus regredendum.

Nehem. 2. Corpus animae obediatur.

Psal. 8.

Quomodo hoido frizanda.

Iob 1.

Et nota quod nullus potest reuerti in Hierusalem, nisi super iumentum obedientiae imponatur. Vnde Dominus sedens super asinum ingressus est in Hierusalem. De hoc iumento Nehemias 2. *Et iumentum (vel iumentum) non erat mecum, nisi animal cui sedebat.* Corpus nostrum quod debet esse quasi iumentum humile, obediens & abiectum, cui superfedere debet anima, in hoc mundo non debet habere locum, quia locus hominis est super omnia. Vnde in Plal. 8. *Constitisti eum super opera manuum.* Nota etiam quod dicitur in naturalibus quando iumentum est in luxuria, si tonderentur eius crines manufecit. Et ita corpori nostro debemus facere, quia quando temporalium abundantia lasciuire, & carnis petulantia voluerit luxuriare, tunc debemus ipsam disturbare, & ei quasi stulto caput tondere. Vnde Iob 1. de Iob. *Tonso capite corruens in terram adorauit, &c.* Scabioso & graui infirmitate praegravit, solemus tondere caput. Huic corpori scabioso & infirmo deliciarum & diuitiarum crines debemus tondere, vt tanquam animal manufectum ad ciuitatem Hierusalem valeat nos deportare. Amen.

pullulant. Si senuerit in terra radix eius, & in puluere emortuus fuerit truncus eius ad odorem aquae germinabit, &c. Lignum dictum eo quod incensum conuertatur in lumen, & significat virum iustum, qui dum igne amoris succenditur, in lumen boni exempli conuertitur. Hic si securi peccati mortalis fuerit praecisus, non debet desperare de Dei misericordia quae est maior quam eius miseria, sed habere debet spem quod rursum viret per poenitentiam, & rami, id est, opera eius pullulabunt. Et si radix, id est, intentio cordis eius senuerit in terra, id est, in terrenis, & truncus, id est, opus illius emortuum fuerit in puluere, id est, in vanitate mundi, tamen si ad Dominum se conuertit, ad odorem aquae, id est, sancti Spiritus gratiam germinabit, scilicet in confessione, & faciet comam, id est, operis satisfactionem. Bene ergo dicitur radix mea, &c.

Peccator de Dei misericordia non desperet.

Vir iustus dum amore Dei succenditur, in lumen boni exempli conuertitur.

Messis iustorum post festum gloriatur.

Triplex transitus ad gloriam.

Sequitur. *Et vos morabitur in messe meae.* Messio accipitur cum perfecta animae corporibus subtractae redeunt velut matura segetes a terra. Dum ad caelestia horrea demigrant, & tunc res moratur in messe, quia suauitas aeternae visionis sociat animas electorum ad eius rotis suauitatem percipiendam. Per mediam Samariam & Galilaeam transeuntes debemus ire cum Iesu Christo. Vnde dicitur in Euangelio hodierno. Dum transierat, &c. Vbi per tria Christum nobis ostendit figurat et transeundi modum de praesenti patria ad gloriam. Nam primo ostenditur exemplaris processio, per quem homo transit ad gloriam, qui a per mediam Samaritam & Galilaeam iuit Iesus in Hierusalem. Secundo virtualis accessus, per quem peccator consequitur veniam, quia intrans in castellum occurrerunt ei decem viri leprosi qui clamabant, miserere nostri. Tertio, Samaritani filialis regressus Christo dans gratiam & gloriam, ibi. *Vnus autem cum vidit, &c.*

Quo ad primum, dico quod quicumque vult ire in Hierusalem necesse habet prius per mediam Samariam & Galilaeam transire. Samaria custodia. Galilaea transmigratio. Hierusalem visio pacis interpretatur. Qui praeccepta custodit, ad virtutes transit, vt sic in Hierusalem ire possit. Iustus Iob per Samariam transierat. Vnde dicit Iob 31. *Si ambulabam in vanitate, & festinabam in dolo pes meus, appende me in statera iusta, & sciat Deus simplicitatem meam.* Scire Dei, dicitur scire nos facere. Statera non nine mediator Dei & hominis designatur, in quo aequa lance merita nostra pensantur, & in cuius praecceptis agnoscimus, quia in nostra vita minus habemus. Et est sentus si qua vnquam leuiter, si qua perniciose perpetrari, appareat mediator. vt in eius vita cognoscamus, an ego veraciter simplex fuerim.

Primum modus per Dei praeccepta.

Iob 31.

Deus personarum non est acceptor.

Iob 31.

Christus qui nunc mansuetus, postmodum seuerus iudex.

Item per mediam Galilaeam transibat, cum dixit Iob 31. *Librum scribat ipse qui indicat, vt in humero meo portem illum, & circumdum illum quasi coronam mihi. Per singulos gradus meos pronuntiabo illam, & quasi principi offeram eum.* Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio. Qui veniens ad nostram redemptionem nouum testamentum condidit. Erit quandoque auctor iudicij qui nunc est conditor libri, vt tunc districtius exigat quod nunc mansuetus iubet. Librum in humero portare est sacram scriptura operando perficere. Prius autem desciri

bitur in humero portari, & post sicut corona circumdari, quia sacri eloquij mandata si bene portantur in opere, postmodum nobis victoriae coronam exhibent in retributione. Per singulos gradus, &c. Incrementa virtutum vocat gradus, quoniam per ipsa ascenditur vt ad caelestia obtinenda veniatur. Et quasi per singulos gradus librum pronunciat, quia percepisse se eius scientiam, non per verba tantummodo, sed per opera demonstrat. Et quasi principi offeram eum, quod offerimus manu tenemus. Venienti ergo ad iudicium librum offerre, est verba praecceptorum eius in actione tenuisse.

Mandata Dei si seruentur coronam praebent.

Iob 22.

Quomodo ad Deum reuertendum.

Isa. 44.

Quomodo mens fundanda in desiderijs aeterna.

Isa. 54.

Fides temporalia continentens.

Zach. 4.

Iob 22.

Qui praeccepta Dei custodit virtutes seruabit.

Iob 28.

Proverb. penult.

Virtuti studens illuminatur.

Nota super his tribus verbis Iob 22. *dicit Heliphaz Themanites. Si reuerfus fueris ad omnipotentem, edificaberis, &c. q. d. O peccator! si a te in quo est subuersio, ad Deum, a quo est aedificatio, reuerfus fueris, vere aedificaberis.* Destruere prius aedificium tuum in te, & ipse aedificabit super te suum. Vnde Isa. 44. *Qui dico profundo, desolare, & flumina tua arefaciam. Qui dico Hierusalem edificaberis, & templo fundaberis.* Profundum dictum quasi procul a fundo, est abyssi cogitationum malarum, quae si fuerint desolata, & flumina concupiscentiarum quae fluunt per carnalem sensum, fuerint arefacta, tunc populus, id est, mens fundabitur in Saphiris, id est, vitae aeternae desiderijs, & Hierusalem, id est, caelestis conuersatio aedificabitur cum propugnaculis, scilicet paupertatis, obedientiae, & humilitatis. Vnde Isa. 54. *Fundabo te in Saphiris, & ponam Iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos.*

Iaspis viridis est coloris, & dicitur fugare phantasias, & significat paupertatem, quae in viridi fide hominem conseruat, & phantasias, id est, diuitias, quae homines deludunt, fugat. Fides enim spernit temporalia, quae qui diligit, fidem abiicit. Si aedificium nostrae conuersationis aedificatur cum propugnaculis paupertatis, non sunt timenda sagittae antiqui hostis. Portae sunt quinque corporis sensus, quos Dominus tunc in lapides sculptos ponit, cum oculi lacrymarum effusione, manus elemosynarum largitione, pedes infirmorum visitatione sculpuntur. Et tunc dum talem sculpturam caelat Deus in portis sensuum, iniquitatem terrae, id est, corporis nostri aufert, prout dicitur Zach. 3. cap. *Et hoc in die vna, id est, illuminatione vnitatis qua vniter homo exterior cum interiori seruitio Dei.*

Sequitur Iob 22. *Dabit pro terra silicem, q. d. qui firmiter pro posse suo praeccepta custodit, ad insuperabilem virtutum constantiam transmigrabit.* Silex durus lapis, dictus eo quod exiliat ab eo ignis, & significat virtutis constantiam, ex qua procedit ignis illuminans & incendens proximum ad amorem diuinum. De quo silice Iob 28. *Ad silicem extendit manam suam, scilicet qui ad virtutum constantiam opera sua mittit, Proverb. penult. Manum suam misit ad fortia.* Sic & subuertit in seipso montes, id est, cordis superbiam a radicibus, id est, intimis cogitationibus, & excidit riuos, scilicet compunctionis, in petris, id est, duritia cordis sui. Et tunc oculo illuminatae mentis videt omne preciosum, in cuius comparatione omnia vilescunt. De quo precioso sequitur. *Et pro silice torrentes aureos.* Ecce Hierosolyma & preciosum omne quod videt oculus illius qui per

Samariam & Galilaeam prius transit. Super hoc dicitur Iob 29. vbi ad ipsum loquitur Dominus. *Nunquid ad praecceptum tuum eleuabitur aquila?* Iob 39. &c.

Aquila ab acumine oculorum dicta est, quia irreuerberato visu solem inspicit. Vnde de ea dicitur in naturalibus quod est valde acuti visus, & cogit filios suos aspicere solem antequam habeant alas completas. Et propter hoc percutit ipsos & vertit eos ad aspectum solis, & si oculus alicuius lacrymetur ante alium, interficiet illum & cibabit alium. Item dicitur quod ponit tria oua, & eiicit tertium. Etiam eam viderunt quidam habentem tres pullos, quos si habuerit, tertium a nido eiicit, quoniam grauius cibant eos.

Aquila ab acumine oculorum dicta.

Quomodo erga pullos se gerit.

Dicitur etiam quod collocat Amethystum lapidem preciosum in nido cum pullis, vt ab ipsius virtute serpentes arceantur. In aquila subtilis sanctorum intelligentia & sublimis eorum contemplatio figuratur, qui ad aspectum veri solis, ad lucem sapientiae, filios, id est, opera sua vertunt, vt si aliquid adulterinum, si quid a genere suo extraneum latet solis splendore appareat. Omnis enim iniquitas arguitur a lumine, & opera tenebrarum manifestantur in luce. Vnde si viderint aliquod opus suum non recte solem aspicere, & eius radiis confundi & lacrymari, statim ipsum interficiunt. Gratiae radius ostendit quis sit verus Dei filius, verum opus solem recte aspicit, in tribulatione non deficit, pro amissione temporalium non plangit. Cum autem plangit inter se debet, & ex ipso bonum opus cibari. Cum enim in te mala tua interficis, tunc bonum opus reficis, & vnde malum deficit, inde bonum vigorescit.

Quid per aquilam designatur.

Gratiae radius ostendit quis vere sit filius Dei.

Et nota quod tria oua vel tres filij aquilae, sunt tres amores viri iusti, scilicet amor Dei, proximi, & sui, quem tertium omnino a nido suae conscientiae debet expellere. Prius enim amor sui valde impedit amorem Dei & proximi, & ideo omnino abiiciendus est: quem filium Iob 13, a nido suo eiecerat, cum dicit. *Laceru carnes meas dentibus meis.* Dentes dicuntur quasi cibos diidentes, & significant sensus interiores, qui singula inquirunt, & quae cogitant quasi mandunt & comminuunt, & ad ventrem memoriae transmittunt. His dentibus sancti si qua carnalia deprehendunt in se, vehementer in seipsis insequuntur, & a nido propriae conscientiae eiiciunt.

Vnde malum deficit, inde bonum vigorem accipit.

Amor sui antouendus.

Item nota quod Amethystus est praecipuus lapis preciosus colore violaceus, flammam exhibet, aureas notulas & purpureas praetendit, significat vitam Christi, quae fuit violacea paupertate & humilitate, flammam enibrans aureas in praedicatione, & miraculorum operatione, notulaeque purpureas praetendens in sua passione. Hunc Amethystum vir iustus debet collocare in nido suae conscientiae, vt a pullis suorum operum arceantur serpentes, id est, suggestiones daemnonum.

Qualitates Amethysti.

Christum semper habeamus praesentem.

Dicamus ergo. *Nunquid ad praecceptum tuum eleuabitur aquila?* Ad praecceptum Dei eleuatur aquila, cum iussionibus diuinis obtemperans in supernis suspenditur fidelium vita. In supernis nidum ponit, quia habitationem mentis suae in abiecta & infima conuersatione non constituit. In petris manet. In sacro eloquio cum singulari numero petra nominatur, Christus accipitur, cum plurali, sancti viri exprimentur. Vnde Petrus,

Aquila obediens comparatur.



DOMINICA XIV. POST TRINITATEM.



VM iret Iesus per Hierusalem transibat per mediam Samariam & Galilaeam, &c. Luc. 17. Dicitur Iob 24. *Radix mea aperta est secus aquas, & vos morabitur in messe meae.*

Luc. 17. Iob 24.

In radice, purae mentis cogitatio. In aquis, gratiae infusio. In rore, gloriae beatitudo. In messe, animae a corpore separatio designatur.

Apo. 3. Cant. 5.

Cum ergo purae mentis cogitatio per deuotionem aperitur, caelestis gratiae aqua infunditur. Vnde Apocal. 3. *Ego sto ad ostium, &c.* Ecce secus aquas. Vnde Cant. 5. Sponsus sponsae dicit, *Aperi mihi soror mea, quia caput meum plenum est rore & cincinni mei guttis nectis,* quasi dicat. O anima si radicem tuae mentis mihi aperueris ex capite meae diuinitatis infundam tibi rorem caelestis gratiae, qui te refrigerabit in nocte tribulationis. Et bene dicit guttas. Gratia enim in praesenti est quasi gutta respectu aeterni praemij. Gutta est quae stat, stilla vero quae cadit. Gutta dicta quasi glutinosa. Ille habet guttam qui vt gratiam recipit non amittit. Ille vero stillam, qui ad tempus credit, & in tempore tentationis recedit.

Gratia hic velut gutta respectu futuri praemij.

Iob 14.

Item super hoc Iob 14. *Lignum habet spem. Si praecisum fuerit rursus viret, & rami eius*

**Aquilam im-** Petrus. *Nostanquam viui lapides.* Aquila igitur  
**petuis ma-** in petris manere dicitur, quia in dictis antiquo-  
**nere quid.** rum & fortium patrum mentis statione collo-  
 catur. Possunt etiam petrae caelestes potestates  
 intelligi, quia velut petrae in arduis sitae ab im-  
 motu immobiles, qui non arbores alienae sunt.  
 Dum ergo sanctus perennem Angelorum gloriam  
 praestolat, estque in hoc mundo hospes, illa  
 appetendo quae aspicit, iam in sublimibus figit-  
 ur. Qui sunt praerupti silices, nisi illi fortissimi  
 Angelorum chor? Praerupti enim sunt, quia  
 pars eorum cecidit, pars remansit, qui integri  
 quidem stant per qualitatem meriti, sed qualitate  
 praemij, praerupti sunt. Cordi enim peccato-  
 rum hominum valde inaccessa est charitas  
 Angelorum. Sed quisquis ita contemplatione  
 rapitur & intentionem suam iam choris Ange-  
 lorum interferat, nihil ei sufficit nisi cum qui  
 super Angelos est videre valeat. Sequitur. *Inde*  
*contemplatur escam,* &c. id est, ex illis Angeli-  
 cis choris tendit oculum mentis ad gloriam su-  
 pernae maiestatis, qua non visa adhuc esurit,  
 quae tandem visa satiatur. Sed quia carne grauari  
 Deum sicuti est videre non possumus, sequitur.  
*Oculi eius.* d. quasi dicat, sancti intentiones ani-  
 mae fortiter tendunt, sed necdum propinquius  
 aspiciunt, eius claritatis magnitudinem pene-  
 trare non possunt. Beata ergo illa aquila quae  
 rostrum ponit in torrente aureo Hierusalem  
 caelestis: de quo Psalm. *Inebriabuntur ab uber-  
 tate domus,* &c. Vnde Genes. 43. *Fratres Ioseph*  
*biberunt, & inebriati sunt cum eo.*  
 Nota quod ebrius mutat mentem & lin-  
 guam, & mens beatorum torrente aureo inebri-  
 abitur & mutabitur, quia fides eorum & spes  
 euacuabitur, & tunc complebitur illud praec-  
 ptum. Diliges Dominum Deum tuum ex toto  
 corde, quod modo non completur. Lingua eorum  
 immutabitur. Vnde. *Non loquatur os meum*  
*opera hominum.* Dabis ergo pro terra silicem,  
 & pro silice aurum. Ecce habes quod qui vult in  
 Hierusalem ire, & de torrente aureo caelestis  
 beatitudinis potare, prius necesse est ut transeat  
 per Samariam & Galilaeam, possideat terram &  
 silicem. Et quia dum ad Samariam venimus, &  
 ab ipsa ad Galilaeam transimus, hostes, scilicet  
 malignos spiritus insidiantes habemus, quos  
 per Dei gratiam vincimus, ut in Hierusalem  
 venire possimus. Ideo sequitur Iob 22. *Eritque*  
*omnipotens contra hostes tuos & argentum co-  
 ceruabitur tibi,* quasi dicat, dum malignos spi-  
 ritus a te repulerit, claritatem conscientiae co-  
 ceruauerit, tunc super omnipotentem deliciis  
 afflues, id est, in amore illius lucidae conscientiae  
 epulis satiaberis. De quo Proverb. 15. *Secura*  
*mens quasi iuge conuiuium.* Sequitur. *Et elenabis*  
*ad Dominum faciem tuam,* hoc est cor ad subli-  
 mia inuestiganda attolles. Ideo vir iustus dicit.  
*Inclina Domine,* &c.  
*Et cum ingrederetur quoddam castellum oc-*  
*currerunt ei decem viri leprosi,* &c.  
 Allegorice. Mundus castellum est, in quem  
 cum Christus est ingressus, occurrerunt ei decem  
 viri leprosi, per quos humanum genus in-  
 telligimus, quia contra decalogum peccauerat,  
 quod nec Deum nec proximum diligebat, &  
 ideo lepra infelicitatis & iniquitatis respersum  
 erat. Ideo clamabat. Iesu praceptor, miserere  
 nostri. Salutem vocauit, & misericordiam pos-  
 tulauit genus humanum, & Dominus vtrum-

que fecit. Sanguine enim redemptionis, &  
 aqua baptismi id mundauit ab omni lepra in-  
 felicitatis & iniquitatis.  
 Moraliter. Isti decem leprosi omnes peccato-  
 res significant, qui quinque lepra generibus, &  
 in quinque locis resperguntur. Leuit. 13. Quin-  
 que genera lepra, & quinque loca ponuntur,  
 scilicet. lepra coloris candidi, lucidi, obscuri, rufi,  
 & pallidi. Item lepra in capite, in barba, in cor-  
 poris cute, in veste, & in domo. *Quicumque*  
*(ut ibidem dicitur) huiusmodi lepra erat maculatus,*  
*& ad arbitrium sacerdotis separatus, habebat ve-*  
*stimenta, dissuta, caput nudum, os veste coniectum,*  
*contaminatum, ac sordidum, clamabat omni tem-*  
*pore qui leprosus erat & immundus, habitabatque*  
*extra castra.* Quid ista significant, videamus.  
 Candida lepra est hypocritis & simulatio Reli-  
 gionis. Lucida, ambitio transitoriae dignitatis.  
 Obscura est immunditia fornicationis, Rufa, rap-  
 pina & vfura. Pallida, inuidia alienae felicitatis.  
 De prima Iob 36. *Simulatores & cillidi pro-*  
*uocant iram Dei.* Simulator dicitur a simulacro,  
 gestat enim imaginem eius qui non est ipse. Si-  
 mulacra a similitudine dicta. Hypocrita est  
 quasi simulacrum similitudinem sanctitatis al-  
 terius praetendens. Haec simulacro honor im-  
 penditur, quia aliquid diuinitatis sibi esse cre-  
 ditur. Sed ut dicit Iob 15. *Congregatio hypocrita*  
*sterilis,* quia per hoc hypocrita agit, fructum  
 recipere in aeterna retributione non appetit.  
 Sterile dicitur eo quod ita quasi aridum. Si  
 enim bona non sit intentio, opus quod bonum  
 videtur perit. Candore lepra totum infectur  
 quod humana opinione rectum cernitur &  
 non recta intentione agitur.  
 De secunda dicit Baldath Suites Iob. *Nonne*  
*lux impij extinguetur, nec splendebit flamma*  
*ignis eius? Lux obtenebrescit in tabernaculo il-*  
*lius, & lucerna qua super eum est, extinguetur?*  
 Lux impij extinguitur, quia fugitiuae vite pro-  
 speritas cum ipsa terminatur. *Nec splendebit*  
*flamma ignis eius.* Ignem dicit feruorem tempo-  
 raliu delictorum, cuius flamma est decor  
 vel potestas exterior, quae de interiori eius ar-  
 dore procedit, sed non splendebit, quia in die  
 exitus omnis exterior decor subtrahitur. *Lux*  
*obtenebrescit in tabernaculo illius.* Aliquando  
 tristitia, tenebras, & lucem, gaudium accipi-  
 mus. Lux ergo in tabernaculo impij obtene-  
 brescit, quia in eius conscientia gaudium quod  
 de temporalibus faciat, deficit. Et lucerna quae  
 super eum est extinguetur. Lucerna lucis testa  
 est. Lumen vero in testa gaudium in carne. Lu-  
 cerna ergo quae super eum est, extinguetur, quia  
 cum malorum suorum retributio impij se-  
 quitur, in eius mente gaudium carnis dissipatur.  
 Bene autem non quae apud eum, sed quae  
 super eum est dicitur, quia iniquorum mentem  
 gaudia terrena possident.  
 De tertia Iob 24. *Oculus adulteri obseruat ca-*  
*liginem, dicens. Non me videbit oculus, & operiet*  
*vultum suum.* Adulter dicitur alterius thorum  
 violans, vel alienum vterum terens, immunditia  
 fornicationis caligans oculum rationis, semper  
 quatit caliginosam opportunitatem loci, & eo  
 securus committit quo se videri non metuit.  
 Vnde Eccl. 23. *Homini fornicario omnis panis*  
*dulcis,* &c. Nota. Vultus humani cordis est simi-  
 litudo Dei, quem peruersus operit ut cognosci  
 a districto iudice nequeat, equum vitam suam  
 malis

Christus lu-  
 cem & mi-  
 sericordiam  
 petenti prae-  
 bens.  
 Leuit. 15.  
 Quinque  
 genera le-  
 pra.  
 Candida le-  
 pra hypo-  
 critis.  
 Lucida lepra  
 ambitio.  
 Iob 26.  
 Obscura le-  
 pra luxuria.  
 Pallida in-  
 uidia rufa  
 vfura.  
 Iob 26.  
 Iob 15.  
 Deficiente  
 bona inten-  
 tione perit  
 opus bo-  
 num.  
 Iob 13.  
 Lux impij  
 quandoquam  
 extinguitur.  
 Lux impij  
 quandoquam  
 extinguitur.  
 Quid gra-  
 uiter affici-  
 tur peruersa  
 peccatoris  
 conscientia.  
 Iob 14.  
 Fornicatio  
 mentem ob-  
 tenebrans.  
 Eccl. 23.  
 Iob 9.

malis actibus confundit.  
 De quarta Iob 24. *Alij terminos transtule-*  
*runt, diripuerunt greges, & pauperunt eos. Asinum*  
*pupillorum abegerunt, & abstulerunt pignore, bo-*  
*uem vidua, &c.* Istos diuina patientia tolerat, ad  
 poenitentiam expectat. Ipsi autem thesaurizant  
 sibi iram in die irae, de quorum successu Iob 21.  
*Quare impij viuunt, subleuati sunt, confortatique*  
*diuitijs? consilium eorum longe sit a me.*  
 De quinta Iob 5. *Virum stultum interfecit ira-*  
*cundia, & paruulum occidit inuidia.* Paruulus est  
 qui appetit terrena, magnus qui aeterna. Paru-  
 ulus ergo occiditur, quia nullus hac peste mori-  
 tur, nisi qui haec terrena appetit. Qui liuo-  
 ris peste carere desiderat, haereditatem illam di-  
 ligat, quam coheres mentis non angustat, quae in  
 omnibus vna est & singulistica.  
 Item Lepra in capite est immunditia in cogi-  
 tatione. Lepra in barba est iniquitas in manife-  
 statione. Lepra in cute est inhonestas in conuer-  
 satione. Lepra in veste est dissensio in fide Chri-  
 sti, vel imprudentia in virtutum operatione vel  
 executione. Lepra in domo est discordia in con-  
 gregatione. De prima Iob 20. *Caput aspidum su-*  
*get & occidet eum lingua vipera.* Alpissimus ser-  
 pens, est latens tentatio daemoneum, cuius caput,  
 id est, initium in corde nascitur, quo capto post  
 violentum trahitur. Vipera prolixioris corporis  
 est, & sic nascitur ut violenter exeat. Caput ita-  
 que aspidis peccator surgit, & occidet eum lingua  
 vipera, cum initium suggestionis occultae liben-  
 ter suscipit, & violentis se postmodum tempo-  
 ribus deuictus tradit.  
 De secunda Iob. 15. *Tetendit aduersus Deum*  
*manum suam, & contra omnipotentem roboratus*  
*est. Cucurrit aduersus eum erecto collo, & pingui*  
*ceruice armatus est. Operuit, &c.* Contra Deum  
 manum tendere est in operatione praua despe-  
 ctus eius iudiciis perseuerare. Et contra omni-  
 potentem roboratur qui prosperitati in mala  
 sua actione permittitur. Qui erecto collo ad-  
 uersus eum currit, dum quae creatori displicent  
 audacia perpetrat. Cucurrit, id est, in malo ope-  
 re obstaculum de aduersitate non habuit, & pin-  
 gui ceruice armatus est. Ceruix est opulenta su-  
 perbia affluentibus rebz quasi crinibus sulca.  
 Operuit faciem eius crassitudo, quia desidera-  
 ta rerum terrenarum abundantia oculos men-  
 tis premit. Et de lateribus eius aruina depen-  
 det. Latera diuitum sunt qui eis adherent. Arui-  
 na de latere dependet, quia quisquis iniquae po-  
 testati adheret, ipse quoque de eius potentia, vel  
 de eius pinguedine tumet.  
 De tertia Iob 41. de diabolo. *Sternet sibi au-*  
*rum quasi lutum, feruescere faciet quasi ollam pro-*  
*fundum mare.* Aurum sanctitatis claritatem, lu-  
 tum carnalium voluptatum sordem significat.  
 Multos enim qui inter sanctam Ecclesiam ful-  
 gore iustitiae videbantur splendere, diabolus  
 contagio miseriae voluptatis & sordis inhonestae  
 conuersationis sibiicit, & sic ibi aurum quasi  
 lutum sternit. Facit etiam profundum mare, id  
 est, cor peccatoris supposito igne suggestionis  
 quasi ollam feruescere, & ex se spumam inhonestae  
 conuersationis eiicere.  
 Item de quarta quae est lepra in veste, Iob 9.  
*Sordibus intinges me, & abominabuntur me vesti-*  
*menta mea.* Intelliguntur schismatici, haereti-  
 ci, & simoniaci, qui vestem Christi inficere  
 volunt, quia vestis Iesu Christi inconsutilis &

desuper contexta per totum est fidei ipsius Ec-  
 clesiae vnitas, quam diuidere volunt haeretici  
 & falsi Christiani. Hi sunt tres amici Iob, scilicet  
 Eliphath, Baldath, & Sophar, qui beatum  
 Iob verbis afflixerunt, & contumeliis affecerunt.  
 Eliphath interpretatur contemptus Dei,  
 significat haereticos, qui Christi Ecclesiae obe-  
 dire contemunt. Baldath sola vetustas, & sig-  
 nificat falsos Christianos, qui dierum malorum  
 sunt inueterati. Sophar dissipatio speculae, &  
 significat simoniacos, qui Ecclesiasticae digni-  
 tatis speculam dissipant, dum ipsam pecunia  
 emunt.  
 Item de lepra domus Leuit. decimoquarto. *Si*  
*sacerdos inuenerit creuisse lepram, iubebit erui lapi-*  
*des in quibus lepra est, & proici eos extra ciuitatem*  
*in loco immundo, domum autem ipsam radi intrin-*  
*secus per circuitum, & spargi puluerem rasura extra*  
*urbem, &c.* Lepra in domo est discordia in con-  
 gregatione, quam si sacerdos, id est, praetulus  
 creuisse viderit, statim iubebit lapides, id est,  
 congregationis fratres, in quibus est lepra dis-  
 cordiae & modicum fermenti, extra congrega-  
 tionem proici, ne candido socio, comes sca-  
 biosus se valeat conficere, & modicum fermenti  
 totam massam corumpat, & parum veneni  
 totum balsamum intoxicet. Domum autem, id  
 est, congregationem ipsam, ne aliquae reliquiae  
 illius lepra remaneant, radere, id est, diligenter  
 inuestigare debet, & si quas inuenerit, extra  
 proicere, & pro leprosis lapidibus in congrega-  
 tionis fabrica novos lapides debet substituere,  
 ut in vnitate spiritus, & morum concordia  
 Domino valeant deseruire.  
 Quicumque huiusmodi lepra quinque partico-  
 genere fuerit maculatus, si a Domino vult veni-  
 impetrare, oportet eum supradicta quinque age-  
 re, scilicet ut habeat vestimenta dissuta id est, ut  
 de nullis meritis suis confidat, de nullo opere  
 suo praesumat. Vel vestimenta dissuta sunt mem-  
 bra corporis asperitate poenitentiae afflicta. Ca-  
 put nudum, id est, quicquid per corporis sensus  
 peccauit denudans. Os veste coniectum, id est,  
 ut spiritus habeat verecundiam de eo quod com-  
 misit. Contaminatum & sordidum se clamabit,  
 immundum, scilicet se reputans. Et solus a tu-  
 multu secularium & malarum cogitationum ha-  
 bitabit extra castra, id est, collegio sanctorum  
 indignum se reputabit. Quicumque ista quinque  
 non habet, non est vere poenitens. Sed cum vult  
 vere poenitere, debet habere vestimenta dissuta,  
 id est, de nullo opere praesumat, caput in confes-  
 sione denudet, coram Deo & Angelis eius, quia  
 talia commisit, erubescat. Et non tantum se im-  
 mundum & sordidum clamabit, sed etiam si hos  
 ipsum alij ei improperauerint, humiliter debet  
 sustinere, quod si aliter facit, probat se non vere  
 poenitere.  
 Nota, publice poenitentes aliquando solent  
 pro foribus Ecclesiae nudi stare, & in ipsam Ec-  
 clesiam fideles introeuntes humiliter post cla-  
 mare ut pro eis orent. Tales possunt secure di-  
 cere. Iesu praceptor miserere nostri.  
 Nota ista tria. Iesus, salus interpretatur, qui  
 vult salutem praecpta custodiat, & sic miseri-  
 cordia inueniet. Et nota quod inter Iesus & mi-  
 serere ponitur praecceptor, quia vbi praecptorum  
 custodia, ibi a dextris & a sinistris salus, & mi-  
 sericordia conseruantem conseruantia. Vnde  
 Ecclesiast. 15. Si volueris mandata conseruare,  
 A a conser

Quarta le-  
 pra schisma-  
 tici, haeretici,  
 simoniaci.  
 Haereticus  
 ridet Eccle-  
 siam, & inficit  
 Eccle-  
 siam.  
 Lepra in do-  
 mo est dis-  
 cordia in  
 congrega-  
 tione.  
 Discordia  
 congrega-  
 tionem cor-  
 rumpens.  
 Qui lepro-  
 sus est mo-  
 raliter, quid  
 agere debet  
 ut sanitati  
 restituatur.  
 Quae habere  
 debet verus  
 poenitens.  
 Humiliter  
 sustinenda,  
 quae nobis  
 improperantur.  
 Qui vult sa-  
 lutem, praec-  
 cepta custo-  
 diat.



conferuabant te. Sequitur. Quos vt vidit dixit, Ite, ostendite vos sacerdotibus.

Notantur ista tria.

Luc. 13. Inie, cordis contritio. Item Luc. 15. di- In ostendite, oris confessio. cit filius prodi- In sacerdotibus, operis satisfactio. gus. Surgam, & ibo ad patrem, & cetera. Et attende quod prius dixit, Surgam, & post, ibo, quia nisi resurrexeris à corpore, ire non poteris contritione. Surgam, quia me iacere cognoui. Ibo, quia longe recessi. Ad patrem, qui sub principe porcorum miserabili egestate torpeo. Peccavi in calum, id est, coram Angelis sanctisque animabus, in quibus sedes Dei, & coram te, id est, in ipso conscientie conclau, quam tui folius penetrant oculi. De ostende, dicit sponsus Cant. 2. Ostende mihi faciem tuam, & c. Facies dicta eo quod notitiam faciat hominis. Et ideo bene designatur in ipsa confessio, quæ hominem facit notum Deo, qui nouit viam iustorum. Iustus (inquit) in principio a censor est sui. Ostende ergo faciem tuam si vis vt ostendam tibi faciem meam. Facies tua decora, quæ est confessio verecunda Pulchra est permixtio confessionis & ruboris. Vnde Hester 15. Vultum roseo colore perfusa ingressa cuncta per ordinem ostia stetit coram rege. Hester est anima penitens, cuius vultus in confessione debet perfundi roseo colore verecundiz.

Qui in peccato est iacet, sed ab eo surgat.

Cant. 2. Confessione homo fit Deo notus.

Hester. 15. Verecundia dicta eo quod vere timeat. Qui vere iudicia Dei timet, sine dubio verecundiam, quæ gloriam adducit, in confessione habet. Qui vero non erubescit, non timet. Froni (inquit Ier. cap. 3.) mulieris meretricis facta est tibi, no uisti erubescere. Sed Hester tristem ac timore attractum habebat animum, quia penitens tristitia teritur in contritione, & timore contrahitur in confessione, in qua habet gratos ac intentos oculos, lachrymarum scilicet perfusione. Et sic ingreditur per ordinem cuncta ostia, enumerando scilicet prout commisit peccata cuncta, quæ nobis claudunt tanquam ostia vite æternæ introitum. Sed stetit sic ingressa coram rege, scilicet Christo Iesu, coram quo stare non poteris nisi prius per ordinem cuncta ostia referaueris, & tunc poteris ei faciem tuam ostendere. Et quæ sit facies ista exponit. Sonet vox tua in auribus, & c. Melodiam confessionis delectatur audire sponsus auribus pietatis.

In confessione fit tibi verecundia.

Jerem. 2. Singula in confessione aperienda dicenda.

Quid vox. Et nota quod vox est aeris ad linguam percussio, sic dicta eo quod voluntatem animi annunciet. Ibi est vera confessio, vbi fit percussio, id est, peccatorum reprehensio, quæ annunciat omne quod iatus later. Bene igitur dicit, Ostendite vos, per vos non per alios, peccasti enim per te, ideo per te debes te ostendere.

Sacerdotibus solis ligandi atque soluendi auctoritas concessa.

Sequitur. Sacerdotibus. A quibus penitentia iniungitur, ideo per ipsos satisfactio figuratur. Per hoc verbum aperte habes quod peccatores sacerdotibus se debent ostendere, quibus auctoritas ligandi & soluendi est tradita.

Sequitur. Et dum irent, mundati sunt. Ecce quanta Dei misericordia, quæ in sola contritione animam mundat à peccatis; ita tamen quod firmum propositum habeat confitendi. Super his tribus Iob 42. vbi ad suos amicos loquitur Dominus. Sumite inquit vobis septem tauros, & septem arietes, & ue ad seruum meum Iob, & offerre pro vobis holocaustum. In tauro & ariete ceruix & cornua superbiz designantur, quam quando quis in seipso interficit, omnia vitia quæ per se

penarium designantur, animæ expelluntur. In Euangelio dicitur Ite, in Iob ite ibi ostendite, & hic offerre, ibi sacerdotibus, & hic ad seruum meum Iob. Sequitur tertium.

Unus autem ex illis, vt vidit quia mundatus est, regressus est, cum magna voce magnificans Deum. Nota quod hic alienigena tria fecit, rediit, in faciem cecidit, gratias egit. Ille reuertitur, qui nihil virtutis sibi attribuit, bona quæ agit, de misericordia intelligit. Vnde Samaritanus, id est, cultos cognominatur, qui illa bona quæ accipit Deo attribuit, vt cum Psalmista possit dicere. Fortitudinem meam ad te, id est, tibi attribuendo, custodiam. Vis quod accipis custodire? non tibi sed Domino tribue. Si vero tuum tibi attribuis, furti reus conuinceris. Et si tibi non tribuis, alienum tuum facis. Vnde Iob 38. dicit Dominus ad ipsum. Nunquid mittes fulgura & ibunt, & reuertentia dicent tibi assumus? Fulgura de nubibus exeunt, sic mira opera ex sanctis prædicatoribus ostenduntur. Vadunt fulgura, cum prædicatores miraculis coruscant, reuertentia vero dicunt assumus, cum non sibi sed Dei virtutibus tribuunt, quicquid se fortiter egisse cognoscunt. Vel mittuntur & vadunt cum à secreto contemplationis ad publica operationis exeunt, reuertuntur & dicunt Deo assumus quia post opera exteriora ad contemplationem recurrunt.

Item in faciem cadit, qui de perpetratis malis erubescit. Ibi enim cadit homo, vbi confunditur. Qui in faciem cadit, videt quo cadit, sed non qui retroriam cadit. Bene ergo in faciem cadunt qui humiliant se in visibilibus istis, vbi vident quid sequatur eos vt ad inuisibilia erigantur. Mali retroriam cadunt in inuisibilibus vbi non vident quid eos sequatur.

Super hoc duplici casu in Iob habemus. De primo Iob 1. Scidit vestimenta sua, & tonsa capite corruit in terram. Vestimenta sunt opera, quæ nos tegunt ne nudi erubescamus, quæ dum culpa flere facit, districtius quasi ira a manu vindicamus. Tunc enim omnis elatio & superfluitas cogitationum ab animo cadit, quod est tonso capite cadere, id est, repressis præsumptionis cogitationibus quam iustus sit in se sentire. Difficile est magna agere, & de magnis apud se fiducia non habere. De secundo Iob. 14. Mons cades d'ruit, & saxa transferuntur de loco suo Lapidis excavat aqua, & alluione paulatim terra consumitur.

Nota quod duo sunt genera tentationum, vnum quod per euentum repentinum agitur, aliud quod paulatim in mentem venit, & leuibus suggestionibus animam inficit. Et est sensus, sicut hæc visibilia modo cito ruunt, modo paulisper insula aquarum mollitie consumuntur, ita aliquis in alto constitutus vt mons, vel subitoe tentationibus deiicitur, vt David cum Bersabee vidit, vel longa ac lenta consumitur, vt Salomon qui immoderato vsu & assiduitate mulierum ad hoc vsq; perductus est, vt templum idolis fabricaret, qui prius templum Deo construxerat. Saxonum, id est, mens iusti fertur de loco, id est, de iustitia ad culpam nuntio pulsu, & lapides, id est, fortitudinem mentis excavant aquæ, id est, assidua blandimenta libidinis. Alluio est inundatio aquarum ab alluo quod est inundo.

Item pro emundatione sui Samaritanus gratias egit, pro qua re & ipsum Dominus commendauit cum dixit. Nonne decem mundati sunt, & nouem vbi

Omnia non sibi sed Deo tribuenda.

In faciem cadit penitens, retroriam autem malis.

Iob. 1.

Openus regimur tanquam vestimentis.

Iob. 14.

Duo genera tentationum.

Quam periculosa libidinis blandit.

Ingratus Deo ignotus.

Ingratus grauissime punitur.

Vnitas est vbi humilitas.

Quid humilis est vbi que securus.

Quinam fructus spiritus.

Pax à pacto dicta.

Patientie virtus tribus modis exercetur.

Benignus quasi bene ignitus.


Manfuetus quasi manu affluens.

Modestus qui mensuram in dictis & factis seruat.

vbi sunt, & c. Ingratos quasi ignotos vbi sunt requirit. In quo instrumur pro beneficiis collatis Domino gratias referre. Si enim Iob in flagellis gratias agens nomen Domini benedixit, quantas gratias Deo agere debemus de tot beneficiis collatis? Nam quia Ezechias Domino post victoriam gratiarum canticum non cecinit, ideo in infirmitatem cecidit. Legimus quoque Mariam sororem Moyse, Delboram, & Iudith pro hostium victoria Domino canticum cecinisse. In quo docemur cantica laudis, & actionem gratiarum Deo bonorum omnium reddere largitori.

Et nota ista tria, scilicet Vnus, Samaritanus, & Alienigena. In vno, vnitatis notatur concordia. In Samaritano, humilitatis custodia. In alienigena, paupertatis sufficiens indigentia. His tribus respondent tria verba, surge, vade, fides tua te saluum fecit. Surge, quia vnus. Vade, quia Samaritanus. Fides tua te saluum fecit, quia Alienigena. Qui in vnitate viuunt, ad boni operis surgit rectitudinem Qui humilitatis custodia se munit, vbi que securus vadit. Qui in hoc mundo tanquam alienigena paupertatis caractere se insignit, fides Iesu Christi qui pauper & hospes fuit, ipsum saluum facit. Huic tertiæ particulæ concordat tertia particula epistolæ. Fructus autem spiritus charitas. Quem Augustinus vocat votum animi ad perfruendum Deo propter ipsum, & se & proximum propter Deum. Gaudium, id est, puritas conscientie. Pax quæ est tranquillitas & libertas à pacto dicta, patientia, & cætera.

Nota quod patientie virtus tribus modis exercetur. Quædam enim sustinemus à Deo vt flagella, quædam ab aduersario vt tentamenta, quædam à proximo, vt persecutiones, damna, contumelias. Contra quos omnes modos vigilare debemus, ne ad excessum murmurationis contra flagella opificis proriamur, ne ad consensum delicti seducamur, ne ad mali perturbationem proriamur, ne hoc agentes retribui nobis præsentia bona requiramus. Longanimitas, spectationis. Bonitas, id est, dulcedo animi. Benignitas, id est, largitas rerum, Benignus, quia ad faciendum bene est positus, vel bene ignitus, est dictus. Mansuetudo etiam nulli iniuriam irrogat. Mansuetus dictus manu affluens. Fides, qua veraciter credimus illud quod nequaquam videre valemus. Modestia, quæ mensuram in dictis vel factis seruat. Continentia, quæ ab illicitis abstinet, Castitas, quæ recte vitur licito. Beata arbor quæ tales fructus parturit. Beata anima illa quæ eos comedit. Quos habere non poteris, nisi cum Samaritano & alienigena ad Dominum redieris, ante faciem eius cecideris, gratias egeris, & sic audire mereberis. Surge, vade in pace, quia fides tua, & c.



DOMINICA XV. POST TRINITATEM.



EMO potest duobus Dominis seruire, Matth. 6. Vbi tria declaranda. Primo Christus vendicat sibi nostrum totale seruitium, & ideo ipsi est famulandum singulariter, quia Nemo potest duobus Dominis seruire. Secundo, restringit nostrum mentale studium, quia de ipso sperandum est fideliter, ibi. Ne solliciti sitis, & c. Tertio, iubet nos tantum querere regale solium, vbi est viuendum perenniter, ibi. Primum querite regnum Dei. Legitur Tob 6. quod dixit Angelus Raphael ad Tobiam Exentera piscem, & cor eius, & fel, & iecur, repone tibi. Sunt enim necessaria ad medicamenta.

Moraliter. Piscis est Christus, qui dixit Petro Matth. 17. Vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem qui primus ascenderit, tolle, & aperio eius ore inuenies staterem, illum sumens, da eis pro me & pro te.

Piscis est Christus, in hoc mari magno & spatio moratus, qui primus ascendit, id est, morti pro redemptione nostra se obtulit, vt illud quod in ore eius, id est, in confessione fuerat inuentum, pro Petro, & pro Domino daretur. Et bene illud precium sed diuinum, quia pro Petro quasi pro peccatore datum, pro Christo autem, vt pro iusto. Deus enim peccatum non fecit. Stater habet duo didrachmata, vt ostenderetur similitudo carnis, dum eodem precio Dominus & seruus liberantur. Vel stater in ore Christi est misericordia & iustitia. Misericordia cum dicit. Venite ad me omnes qui laboratis, & c. Iustitia cum dicit. Ite maledicti in ignem, & c. Hunc ergo piscem exentera, id est, vitam ipsius Christi considerat, & inuenies, cor, fel, iecur.

Corde sapiamus, felle irascimur, iecore amamus. In corde, sapientia. In felle amaritudo. In iecore, Christi amor designatur. Sapore sapientie quæ attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter, condi inspiditatem tuam, amaritudinem Passionis commisce dulcedini tuæ, ipsius amorem superpone omni amori, qui sine ipsius amore, non amor, sed dolor dicendus est. Hæc sunt medicamenta anime tue vitia, quæ si tibi repoueris, non diaboli, sed Dei, non carnis, sed spiritus, non mundi, sed cæli seruus eris. Sapientia Christi frangit dominium diaboli. Vnde Iob 26. Prudentia ipsius percussit superbum. Prudentia, non virtute percussus est antiquus hostis, quia dum audacter inuasit Christum, in quo nihil competebar sibi iure, hominem quem quasi iuste tenebat, amisit. Ipsi amaritudo Passionis subiicit appetitum carnis. Vnde. Memoria crucifixi vitia crucifigit. Item ipsius amoris theriaca diuitiarum venenum expellit. Vnde Tobie sexto. Fumus eius, id est, deuotio amoris eius, extricauit omne genus demoniorum, id est, diuitiarum, quæ homines tanquam dæmones decerpunt, & affligunt.

Matth. 6.

Christo integre famulandum.

Tob 6. Christis piscis.

Matth. 17.

Eodem precio Dominus & seruus redimuntur & qua de causa.

Stater habet duo didrachmata.

Corde sapiamus, felle irascimur, iecore amamus.

Quæ anime medicamenta.

Iob. 26.

Christi mediatio diuitiarum contemptus. Memoria crucifixi vitia crucifigit.

Tob. 6.



Dives quæsi dæmoniaci huc atque illuc discurrentes, non vero, sed falso Domino seruitentes. De quibus præfens Euangelium dicit. *Nemo potest duobus Dominis seruire, &c.*

Nota quod anima duas habet partes, scilicet rationem & sensualitatem, quæ sunt quasi duo Domini. De dominio rationis, dicit Isaac Gen. vigesimo septimo. *Domini tuum illum constituit, & omnes fratres eius seruituti illius subiugauit.* Quod tunc fit, cum propria voluntas & corporis sensus Domino rationis subiugantur. Vnde iterum Gen. 49. de Iuda. *Ligans ad vineam pullum suum, & ad vitem asinam suam.* Iudas est pœnitens, vinea ratio, vitis compunctio, asina sensualitas. pullus ipsius motus. Iudas ergo asinam ad vitem, & pullum ad vineam ligat, cum pœnitens sensualitatem cordis compunctioni subiicit, & ipsius motum iugo rationis premit. Item de hoc Genes. trigesimo septimo dixit Ioseph. *Putabam nos ligare manipulos, &c.* Ioseph est vit iustus, cuius manipulus est ratio, quæ cum surgit per despectum temporalium, & ita immobilis in alto contemplationis. tunc manipuli id est, sensus carnis ipsius, subiiciuntur rationis ditioni. Vnde Gen. 27. *Esto Dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tue,* id est, carnalium desideriorum, quæ humiliabunt se. De dominio sensualitatis dixit Moyses Deut. 28. *Et quod non seruias Domino Deo tuo in gaudio cordis & lætitia propter rerum omnium abundantiam, seruis inimico tuo, & ponet iugum ferreum super ceruicem tuam.* Eo quod Adam noluit seruire superiori suo, ideo inferior eius noluit seruire ei, immo ipse seruit inimico suo, id est, diabolo, vel carni suæ, quia non est efficacior hostis ad nocendum. Cuius iugum ferreum, id est, effrænalitas vel carnalitas, impositum est super ceruicem rationis. Vnde Ecclesiast. 48. *Graue iugum super filios Adam,* id est, originale peccatum, id est, fomes peccati, id est, concupiscentia, quæ (vt dicit Augustinus) non est permittenda regnare. Sunt etiam eius desideria, quæ sunt carnales concupiscentiæ, quæ sunt arma diaboli, quæ veniunt ex languore naturæ. Languor enim iste tyrannus est, qui mouet mala desideria. Vis audire quam graue sit iugum super filios Adam? Audi quod scriptum est in Ecclesiasticis dogmatibus. Firmissime tene, & nullatenus dubites, omnem hominem qui per concubitum viri & mulieris concipitur, cum originali peccato nasci, impietati subditum, mortique subiectum, quæ nullus liberatur nisi per fidem mediatoris Dei & hominum. Nemo potest ergo duobus, &c.

Super his Tob. 1. *Dedit (inquit) Dominus gratiam Tobie in conspectu Salmanasar Regis, & dedit ei potestatem quacunque vellet ire, habens libertatem quacunque facere voluisset.* Salmanasar interpretatur pacificans angustiatos, & significat rationem, quæ cum regnat, mentem angustiatam pacificat, conscientiam clarificat, cor indulcat, aspera mollificat, grauias alleviat. Cui si homo seruit, gratiam inuenit, liber fit, habens potestatem ire quocunque, & facere quacunque velit.

O libera seruius, & serua libertas, non timor seruum, non amor liberum sed potius timor liberum, & amor seruum facit. Iusto non est lex posita, quia ipse sibi est lex. Habet enim chari-

tatem, viuic secundum rationem, & ideo vadit quo vult, & facit quod vult. Ergo (inquit Dauid Psal. 113.) *seruus tuus & filius ancillæ tuæ.* Nota seruus & filius, quia enim seruus, ideo filius. O suavis timor qui de seruo facis filium, ô benigne & verax amor qui de filio facis seruum. *Filius* (inquit) *ancillæ tuæ.* Ergo ô homo si vis libertate frui, collum tuum inferre in torques eius, & pedes tuos in compedes eius. Non est gaudium super gaudium libertatis, quam non potes assequi, nisi collum elationis inclines in torquem humilitatis, & pedes carnalis affectus in compedes mortificationis, & tunc poteris dicere. Ego seruus tuus, &c. Item dicitur Tobie 1. *quod mortuo Salmanasar rege Sennacherib regnauit pro eo, qui cum filios Israel exosos haberet in conspectu suo, iussit Tobiam occidi, & tulit omnem substantiam eius. Tobias vero cum filio suo, & uxore fugiens nudus latuit, quia multi diligebant illum.* Sennacherib interpretatur tollens deserta, & significat sensualitatem, id est, carnis concupiscentiam, quæ ab hominis mente tollit desertum pœnitentiæ. Hic non regnat nisi cum moritur ratio. Egressus enim virtutis ingressum vitij operatur. Concupiscentia exosos habet filios Israel, id est, pœnitentes, qui carnem suam cruciungunt cum concupiscentiis & vitijs. Vnde Exod. 1. *Oderant Aegyptii filios Israel.* Hæc per suos satellites, id est, corporis sensus nititur spiritum interficere, & ei omnem substantiam auferre, id est, virtutes, quæ bene dicuntur substantia, quia faciunt hominem subsistere ne cadat ab æternis, quas vt conseruare valeat, necesse est vt fugiens cum filio & uxore nudus lateat. Vis carnis concupiscentiam euadere? Fuge, Fuge (inquit) fornicationem. Dicitur Gen. 39. Ioseph relicto in manu Domine pallio fugit. Dimisit pallium ne amitteret Deum.

Dicitur in naturalibus quod Castor animal habet testiculos medicinales ad paralytum tollendam, cuius rei gratia venatores eum insequuntur qui perpendens hoc, abscondit illos, & insequentibus se proicit illos. Vnde dicitur Castor, quia castat seipsum. Stultus autem homo è cõuerso facit, qui pro gladiis suis vilissimis, id est, fugacissima luxuria, se tradit diabolo. Ideo dicitur Eccl. 21. *Quasi à facie colubri fuge peccata.* Item nudus est qui nil sibi, sed totum Deo attribuit, qui se inter folia ficuum cum Adam non abscondit, quia pallio suæ excusationis, & alterius inculpationis se non cooperit qui ita nudus sicut egressus est de utero matris se cognoscit.

Item ille latet, qui patienter iniuriam sustinet, qui inter aduersa non murmurat, qui in prosperis non exultat, qui à tumultu secularium cogitationum in conclauis conscientie quietus residet.

Vxor & filius Tobie sunt bona voluntas & bonum opus, quæ quocunque imus nobiscum deferre debemus. Vnde Matth. *Accipe puerum, id est, operis puritatem, & matrem eius, id est, bonam voluntatem, quæ ipsum parauit, & fuge in Aegyptum, id est, recognosce te peccatorem miserum & exulem, vel considera tenebras peccatorum tuorum & exilium tuum, & esto ibi usque dum dicam tibi, id est, vsque ad illud tempus dum dicam tibi. Surge, prope amica mea, & veni. Iam hyems transit, & cætera. Si vis ergo propeare, oportet Sennacherib fugere,*

Quomodo vera libertate faciendâ.

Sensualitas tollit pœnitentiam.

Concupiscentia exosos habet filios Israel.

Miserimus libidinolosus.

Quis vult pacis.

Matth. 23.

Semper in nobis vitæ puritas permaneat.

Cap. 1.

Non progredietis in virtute si sensualitati seruietis.

Dilige te qualis à Deo formatus.

Tob. 4. Deum habenti nihil deest.

Tob. 28.

Omnia propter Deum negligenda.

Deus semper præfens habendus.

Ne diuitiis seruiamus.

Demon diuitiis vitur ad decipiendum.

Diuitiæ prouidentie nostra committenda.

fugere, rationi non sensualitati seruire. *Nemo ergo potest duobus Dominis seruire.* Sequitur. *Aur unum odio habebit, & alterum diliget, aut unum sustinebit, & alterum contemnet.*

Nota ista quatuor, diliget, sustinebit, odiet, & contemnet. Si diligis vitam, odis vitam. Si sustines superiorem contemnis inferiorem, & è contrario. Dilige te qualem te Deus fecit, talem enim dilexit te, odit te qualem tu fecisti te. Sustine tuum superius, contemne tuum inferius. Ad hoc dilige te ad quod te dilexit qui se pro te tradidit. In hoc odi te, in quo odisti quod Deus non fecit, qui dilexit te. Hoc quod dixit Tobias filio suo. *Omnibus diebus via tua semper in mente habeto Deum, & caue ne aliquando peccato consentias, & pratermitas præcepta Dei nostri.* Tobie quarto. O verbum dulcius super mel & fauum. *Semper in mente habeto Deum.* O mens omni beato beator, omni felici felicior, quæ habes Deum. Quid tibi deest? quid tibi accrescere potest? omnia habes, quia illum habes qui omnia facit, qui solus te implet, sine quo omne quod est nihil est. Semper ergo in mente habeto Deum. Ecce quale testamentum Tobias condidit filio suo, qualem ei possessionem dimisit. Semper (inquit) in mente, &c.

Tob. 28. *Non apprehendetur aurum in commutatione eius.* Quomodo ergo te habere poterò ô Deus? Quid ego vt te habeam dare debeo? Da (inquit) te mihi, & ego dabo tibi me. Da mentem, & habebis me in mente. Habe omnia tua tibi, tantum da mihi mentem. Plenus sum tuis verbis, non indigeo tuis factis, tantum da mentem mihi. Nota quod dicit semper. Vis Deum semper habere in mente? habe semper te coram te. Vbi oculus, ibi rationes, habe semper oculum in te. Tria pono, mentem, oculum, & te. Deus est in mente, Mens in oculo. Oculum in te. Si ergo vides te, habes Deum in te. Vis semper habere Deum in mente? habeto te talem, qualem te fecit. Noli ire ad quemdam alium. Noli te facere alium ab illo quem ipse fecit, & sic semper Deum in mente habebis.

Sequitur. *Non potestis Deo seruire & mammonæ.* Glossa. Mammona Syra lingua diuitiæ, quibus seruire, Deum negare est. Non dicit habere, quo fieri licet, vt nec bene dispenset, sed seruire, quod est avari. Dicitur hoc nomê Mammona, nomen esse dæmonis qui præest diuitiis, non quod in eius ditione sint, sed quod eis vitur ad decipiendum irretiendo plagis diuitiarum. Maledicta mammona heu quot Religiosos excæcauit: quot claustrales infatuauit? quot seculares in infernum præcipitavit? Hoc est stercus hirundinum quod excæcauit oculos Tobie, vide alibi. Sequitur secundum.

*Dico vobis ne solliciti sitis anima vestra quid manducetis, & cætera.* Hic ponuntur tria notabilia.

Volatilia. Dicit ergo ne solliciti sitis, quia hoc est diuitiis seruire, anima, id est, animalitati vestræ, cui hæc sunt necessaria, scilicet victus & vestitus, vbi Glossa. In sudore vultus operatur panis, sed labor exercendus est, sollicitudo tollenda, quæ mentem perturbat dum timeret ne aut possessa dispereant, aut elaborata non contingant. Nonne anima plus est quam esca? Anima hic ponitur pro vita, quæ cibo sustentatur, ac si diceret, qui dedit maiora, id est, vi-

tam & corpus, dabit & minora, id est, victum & vestes. In his promissis veritatis nemo dubitet, sit homo quod debet esse, mox ei addentur omnia propter quæ sunt facta. Sollicitudo mentem perturbat, perturbatam distrahit, distractam diuidit, diuisam diabolus rapit, & sic animam interficit. Vnde super historiam Danielis dicitur quod Cyrus volens capere ciuitatem Babylonie diuisit Euphratem longe à ciuitate per plures riuos, & alueum qui influebat in ciuitatem, vadabilem fecit, & per ipsum ingressi sunt hostes in ciuitatem sub muro, & interfecerunt hominis mens. Alueus, gratia Spiritus sancti. Diabolus ergo volens animam nostram capere, prius mentem diuidit diuersis sollicitudinibus, quibusdam sub propria necessitatis specie, quibusdam sub fraternæ charitatis prætextu, & dum sic in diuersa diuidit, siccatur alueus compunctionis, quo siccato ciuitas capitur, & ratio interficitur. Dico igitur vobis ne solliciti sitis.

Sequitur. *Respicite volatilia, &c.* vsque. *Et pater ve. ca. pascit ea.* Volatilia sunt sancti penna contemplationis in aere suspensi, qui ita à mundo sunt remoti, vt iam in terris nihil agant, nihil laborent, sed sola contemplatione iam in cælis degant. Super hoc habes concor. de Tobia & Anna, qui fuerunt quasi duo volatilia. De Tobia dicitur Tob. 1. *Tobias ex tribu & ciuitate Nephtalim, quæ est in superioribus Galilee supra Naafon post viam quæ ducit ad occidentem in sinistro habens ciuitatē Sephet.* Tobias interpretatur bonus Domino, Nephtalim latitudo, Galilee rota, Naafon augurium, Sephet lucens vel pulchritudo. Tobias est quilibet iustus, qui bonum quod in se habet, non suum sed Domini credit esse, dicens cum Psal. *Bonitatem fecisti cum seruo tuo Domine,* & Isa. 26. *Omnia opera nostra operatus es nobis Domine.* Iste bonus Domino, dicitur esse de tribu & ciuitate Nephtalim. Est enim filius & ciuis latitudinis, id est, charitatis Psal. 118. *Latum mœdauum tuum nimis.* Christus testamentum condidit filiis suis. *Hoc est (inquit) præceptum meum, vt diligatis inuicem, &c.* quod iustus tanquam filius iure hæreditario possidet, & in ipso quasi in ciuitate habitat semper. *In hereditate inquit Domini morabor, quia hereditas mea præclara est mihi.* Et vbi est hæc ciuitas? In superioribus inquit Galilee, supra Naafon. Respice volatile ad superiora volans. Ego (inquit Christus Ioan. 8.) *de supernis sum, vos autem de deorsum estis.* Quasi rotam circuitis. Rota dicta eo quod ruat. De vitio in vitium & vos ruitis. Ciuitas vero viri iusti boni Domino non in inferioribus, sed in superioribus est Galilee, quia mundi rotam superat, superiora quarit, & inferiora relinquit. Huiusmodi ciuitas est supra Naafon, quæ superiora auguratur, id est, cælestia contemplatur.

Ecce quam egregie concordat historia cum Euangelio. Augurium dicitur quasi auigarrum vel auigerium, cum quis attendit aues quid garriant vel gerant. Auis dicta ab à quod est sine, & via, quasi sine via, quia viam rectam non habent. Vir enim contemplatiuus cum ad superiora volat, viam rectam non habet. Contemplatio non est in arbitrio contemplantis, sed in dispositione creatoris, qui cui vult, quando vult, & quomodo vult dulcedinem contemplationis infundit. Vnde Ierem. 10. *Scio*

Sollicitudo nimia mentem perturbat. Perturbatam distrahit.

Quid ciuitas, Euphrates, alueus.

Iusti licet in terra, in cælis degeret videntur.

Tobias bonus Domino, Nephtalim latitudo.

Psal. 118. Galilee rota. Naafon augurium. Sephet, lucens interpretatur.

Peccator rotata est.

Vnde dicti augurium.

In cuius dispositione est contemplatio.

Domine,

A a 3

**Jerem. 10.** *Domine, quia non est hominis via eius, nec viri ut ambulet & dirigat gressus suos.* Et nota quod quedam aves habent longos pedes, & volant extensis pedibus ad posterius. Et sunt quedam quæ habent pedes curtos & crura curta: & cum volant constringunt eos ad ventrem, vt non prohibeant eas volare, & à volatu eas breuitas seu curtitas pedum non prohibet. Duo sunt modi contemplatiuorum. Sunt enim quidam qui aliorum curam gerunt, & ipsis se impediunt, & sunt quidam alij qui nec aliorum nec sui curant, sed à suis necessariis se subtrahunt. Illi longos, isti curtos habent pedes. Illi dum orationi intendunt, in contemplatione volant, pedes, id est, affectus quibus proximi necessitatem sustentans, ad posterius extendunt, ne eorum volatus impediatur. O frater, cum seruis fratri extende pedes tuos ante te, impende ei te totum, cum vero intendis Deo, extende ad posterius pedes, vt liber sit tuus volatus. Posteriorum oblitus, seruitij & beneficij quod impendisti vel impensurus es, imaginationes in oratione depone. Ibi enim solent occurrere, & animam contemere; lantis impedire valde. Isti vero qui curtos habent, qui nec aliis nec sibi intendunt, pedes ad ventrem, id est, affectus breues & curtos ad mentem constringunt, se ad se recolligunt, vt mens in vno collecta facilius possit auolare, & irruerato lumine, in aureo solis splendore mentis oculum figere. Et sic bene dicitur Tobias 1. *ex tribus & ciuitate Nephthalim, quæ est & cætera.* Sequitur. *Post viam quæ ducit ad occi. in sic. ha. ciuit. Sephet.* Iustus retro relinquit viam spatiosam quæ ducit ad occidentem, id est, ad mortem. Vnde Psalm. 34. *Fiant via illorum tenebrae & umbra, & c.*

**Tob. 1.** *Psalm. 34.* Peccatorum via in præfenti est tenebrosa mentis cæcitate, lubricola iniquitatis perpetratione. In morte vero Angelus malus erit persequens, & impellens quovsque præcipit in abyssum ignis ardentis. Vir iustus habet in sinistro ciuitatem Sephet, id est, literæ vel pulchritudinis, quia scientiam falsi nominis sinistram & falsam deputat, & mandanam Philosophiam & pulchritudinem damnat. Respice ergo volatilia.

**Anna interpretatur gratia.** Item de Anna quæ vt eodem libro capitulo tertio dicitur, *perrexit in superius cubiculum domus sue, & tribus diebus & tribus noctibus non manducauit nec bibit, sed in oratione persistens cum lachrymis deprecabatur Dominum.* Ecce Anna quæ interpretatur gratia, quasi avis pennata ascendit ad superiora, sic vir iustus in superiori cœnaculo mentis suæ, orat. Vnde Christus in monte, Daniel in cœnaculo orat. Heliseus & Helias habent cœnacula, & Christus in cœnaculo pascha celebrat. Tribus diebus, & c. in prosperitate & aduersitate & sanctam trinitatem vir iustus preces porrigit.

**Omni tempore orandum.** Nota ordiæm verborum. In cœnaculum superius primo perrexit, non comedit nec bibit, in oratione persistit, lachrymas fudit. Qui vult volare, debet hoc ordine procedere. Prius enim à terrenis debet animum eleuare, deinde corpus affligere, & in oratione persistere, & lacrymas fundere. Oratio enim vt dicit Glossa, Deum lenit, lachryma cogit. Hæc vngit, illa pungit. Respice ergo volatilia, & attende quam congruè concordet historia præfentis do-

**Quomodo ad cœlos ascendendum.** Orationis efficacia. Virtus lachrymarum.

minicæ introitus. *Miserere mei Domine, & cætera.* Legitur in eodem libro cap. 3. quod Tobias & Anna clamauerunt ad Dominum misericordiam postulantes. *Tobias sic orare cœpit cum lachrymis, dicens. Iustus es Domine, & omnia iudicia tua vera sunt, & omnes viæ tuæ misericordias, veritas & iudicium. Et nunc Domine memor esto mei, & c. Et nunc Domine secundum voluntatem tuam fac mecum misericordiam.* Anna sic. *Benedictum est nomen tuum Deus patrum nostrorum, qui cum iratus fueris, misericordiam facis, & c. Benedictum nomen tuum in secula.* Bene ergo utraque illorum dicit in introitu. *Miserere mei, & c.* quomodo autem illis se inuocantibus fuerit suauis & mitis & copiosus in misericordia, patet cum subditur. In illo tempore exaudivit sunt preces amborum, & Missus Angelus vt, & c. Reuertamur ergo ad materiam & dicamus. Respiciate volatilia, & c. Nota ista tria. Primo, serere. Secundo metere. Tertio, congregare, dicit Iob 4. *Vidi eos qui operantur iniquitatem, & seminant dolores, & metunt eos flante Deo perisse & spiritum ira eius esse consumptos.*

**Deus se inuocantibus suauis & copiosus in misericordia.** Dolores seminat qui peruerse agit. Metit qui in eis prosperatur. De hoc Olex 10. *Arastis impietatem, in iniquitate messistis, comedistis frugem mendacij.* Impietatem arat, qui in corde mala machinatur. In iniquitate metit, qui exequitur opere, quod machinatus fuit in corde. Frugem mendacij comedit, qui corde perpetrata malitia, excusationem præmittit, & de impietate impunitatem sibi permittit. Arauit serpens impietatem, messuit Eua in iniquitate, comedit mendacij frugem Adam, dicens. *Mulier quam dedisti mihi, & c.* Arat diabolus in sua suggestione. Metit caro in delectatione. Spiritus comedit cum ratio sensualitati consentit. Sequitur. *Et eos flante Deo perisse.* Cum flamus, aerem ab exteriori trahimus intro, & intus extra reddimus. Deus ergo in retributione flare dicitur, qui ab exterioribus causis iudicij consilium incipit, & ab interno consilio exterius sententiã emittit, id est, à malis nostris quæ extra videt, iudicium intus ponit, & ab interno conceptu exterius damnationem facit. O stulti & cæci, quos excæcauit stercus hirundinum, mammona demonum. Respiciate volatilia cæli cælestia contemplantia, quoniam non serunt impietatem, & c. Ideo pater cælestis pascit. Compunctione lachrymarum, amaritudine gemituum, desiderio æternorum, id est, pascit ea, dum eis imprimit paupertatem & humilitatem incarnationis suæ, dolorem suæ Passionis, gaudium resurrectionis. Pascit ea dulcedine contemplationis, & cælestis visionis suauitate. Vnde Ioan. 10. *Per me si quis introierit, saluabitur.* Per me, id est, per latus meum lancea apertum, si quis fide Passionis & compassionis introierit, saluabitur. Sicut columba in foramine petreæ à facie accipitris ipsam rapere machinantis. Et sic ingreditur ad circumspectionem, ad discussionem, & examinationem sui, & egredietur ad considerandam, conculcandam, contemnendam, & fugiendam vanitatem mundi. Vita viri iusti semper est in his duobus. Cum ingreditur non inuenit nisi plangendum, cum egredietur, non inuenit nisi fugiendum. Ingressus est tristitia.

**Cur Deus in retributione flare dicitur.** Vnde penitens in Psalm. *Tota die contristatus ingrediebar.* Quare miseri non contristamur? Certe quia non ingredimur ad considerandam malitiam &

& miseriam nostram. O si ingrediatis ad te, non inuenias nisi dolorem & tribulationem. Tunc rufus cessaret, læticia locum non haberet, mœror & angustia omnem delectationem sopiret. Ideo Sara filia Raguelis ad se ingressa, dicens Tob. 3. *Tu scis Domine quia nunquam concipimus virum, & mundam seruauimus animam meam.*

**Tob. 3.** Item egressus viri iusti est fuga. Vnde Psalm. *Elongauit fugiens & mansit in longitudine.* Qui igitur sic ingreditur, & egredietur, pascua inueniet, scilicet, in latere Christi, dolore sui, contemptu mundi. De primo. *Delicia mea cum filio hominis,* scilicet, pendens in crucis patibulo, & c. O anima his frui delictis, his delectare. Vnde Isai. 40. *Tunc videbis,* scilicet, Dei filium pendente in patibulo, & tunc *delictis affluens,* lachrymis te perfundes, & mirabitur cor tuum, patris benignitatem, qui vnigenitum pendente videbat & non eum deponebat. O pater quomodo te continere potuisti? Quomodo cælos non dirupisti? de folio tuo quomodo non descendisti? & tuum filium non liberaisti? In hac admiratione dilatabitur cor tuum ad diligendum patrem, qui dedit filium.

**Quomodo amore Deum patrem profectum qui debemus.** Item in dolore cordis & contemptu mundi inueniet pascua. Vnde Iob. 39. de Onagro, id est, pœnitente. *Circumspicit montes pascua sua,* quæ sunt altæ contemplationes, internæ refectioes, quæ cum circumspicit dolore & planctu se afficit, & virentia quæque perquirat, id est, despectis transitoriis in æternum mansura desiderat. Arentia quippe sunt omnia, quæ temporaliter condita venturo sine à iucunditate præfentis vitæ quasi ætuo sole siccantur. Virentia autem vocata quæ nulla temporalitate siccantur.

**Motus amoris in Deum.** Sequitur. *Quis autem vestrum cogitans potest adicere, & c.* Superius de esca, hic de vestimento. Illi ergo curam tegendi corporis relinquit, qui illud ad hanc mensuram fecit peruenire. Exhortationem de indumento satis congruo confirmat exemplo. *Considerate inquit lilia agri, & c.* Ibi Glossa. Quæ purpura regum, quæ pictura texturum potest floribus comparari?

**Temporalia citius vmbra fugiunt. Dei prouidentie fidendum.** Item color dicitur operimentum florum sicut dicimus operuit istum rubor. Salomon qui præ aliis floruit in omni gloria non fuit cooperitus sicut vnus ex istis floribus. Non enim potuit se cooperire niueo colore, quemadmodum cooperitur lilium, vel roseo sicut rosa, & sic de aliis.

**In liliis tria moraliter consideranda.** Moraliter. Nota, In liliis tria sunt, scilicet, Medicina, Candor, Odor. Primo, medicina est in radice, candor & odor in flore, & significant pœnitentes spiritu pauperes, membra sua cum vitis & concupiscentiis crucifigentes, qui habent humilitatem in corde, reprimentem tumorem superbiæ. Candorem castitatis & sanctimonie. Odorem bonæ famæ. Isti dicuntur lilia agri, non deserti, non horri. In agro duo notantur, soliditas sanctitatis, & perfectio charitatis. Ager est mundus in quo florem permanere quam difficile tam gloriosum est. Florent in deserto Eremitæ qui ab humana cauent frequentia. Florent in horro clauso claustrales, quibus humana cauet custodia. Sed gloriosius est pœnitenti florere in agro, id est, in mundo, vbi facile perit gemina gratia floris, scilicet, spes bonæ conuersationis, & odor bonæ opinionis. Vnde se esse florem campi Christus gloriatur Cant. 2. dicens. *Ego flos campi, & lilium conualium.* Sic & beata

Maria eius mater quæ in mundo florent non perdidit, potest gloriari, cum tamen nec reclusa, nec monialis fuerit, gloriosius reputans florere in mundo quam in horto vel deserto. Licet vt dicit August. hoc tentare periculosius sit: posse tamen felicius. In agro enim vel campo certamina solent fieri, & in mundo est pugna continua quam ingerunt caro, mundus, demonia, in qua soliditas sanctitatis est necessaria, quæ in omnibus periculis debet permanere inconcussa. Quicumque ad certamen in campum vult exire, prius experiatur posse, an in tam crudeli agone valeat consistere.

**In mundo pugna continua.** Melius est in horto vel deserto florere quam in agro marcescere, longe melius illic stare quam hic succumbere. In eo etiam quod lilia agri dicuntur, perfectio charitatis ostenditur, nam se exponunt quasi cuiuslibet carpere volenti. *Omni* (inquit Dominus) *petenti te tribue:* tribue, scilicet, bonam voluntatem si non habes facultatem, sed tribuere vtrumque perfectius. Considerate ergo lilia agri quomodo crescunt: non laborant neque nent.

**Melius in deserto florere quam in agro marcescere.** Nota ista tria. Ideo iusti crescunt de virtute in virtutem, quia non laborant neque nent, quod est torquere, id est, filare. Non laborant vt Ægyptij in lateribus, id est, carnis voluptatibus, neque nent, id est, diuersa fila cogitationum torquent in temporalibus. Vis crescere? Noli in te laborare, nec in mundo viuere, & sic eris pauper. Vnde Iacob. Genes. 41. *Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ, id est, in humilitate cordis.* Iustus crescit, cum in se deest crescit. Tunc enim in illo Deus crescit. Vnde Ioan. Bap. Ioan. 3. *Illum oportet crescere, me autem minui.* Vnde Isai. 40. *Erit minimus in mille, & paruulus in gentem fortissimam.* Quod fit cum humilis in oculis suis, in perfectione mentis & operis sublimatur. Psalm. 67. *Accedet homo ad cor altum.* Altum dicitur superius & inferius, vt altum cælum, & altum mare. Cum ergo accedis ad cor altum, id est, mentis profunditatem, scilicet, humilitatem, tunc Deus in te exaltatur, quia facit te exaltari super omnia, in quibus est vanitas & afflictio spiritus. Considerate ergo o temporales temporis fugitui amatores, qui laboratis & onerati estis, qui fila infinita torquetis, quomodo lilia agri crescunt.

**Humilitas mentis profunditas.** Sequitur. *Dico vobis quod nec Salomon, & c.* Qui sapientes huius sæculi significat, qui in omni gloria sua frivola & transitoria, in omni scientia sua inflatiua, qui in omni eloquentia sua deceptorum non sunt cooperiti sicut vnus ex istis Christi pauperibus. Isti enim sunt cooperiti candore munditiæ, illi rubigine carnalis concupiscentiæ. Istos paupertas & nuditas cooperit, illos abundantia discooperit. Cooperiti sunt iniquitate, & c. Discooperiti virtute. Hic vestiuntur, vt alibi denudentur. Vnde subditur de eis: *Si fœnum quod hodie est, & cras in clibanum, & c.* Fœnum dictum eo quod flammam mittit, quæ dicitur Græce Phos, & significat carnales, quos hodie, id est, in hac præfenti vita Deus sic temporalibus vestit, id est vestiri permittit, & cras, id est, in futuro in clibanum ignis ardentis mittit. Qui ex seipis nutrient flammam sese comburentem, Vnde Isai. 50. *Ommes vos ardentes ignem, & c.*

**Longe præferendus est pauperculus huius sæculi sapientibus.** Nota ista duo, hodie & cras, hodie peccator est: & cras non erit. Hodie vestitur, & cras in clibanum

**Duo genera auium.**

**Duo genera contemplatiuorum.**

**Quam fideliter aliis obsequi debemus.**

**Speciosa peccatorum via deserenda.**

**Via peccatorum qualis.**

**Scientia falsi nominis sinistra.**

**Anna interpretatur gratia.**

**Omni tempore orandum.**

**Quomodo ad cœlos ascendendum.**

**Orationis efficacia.**

**Virtus lachrymarum.**

**Dispara non monialis.**

**In mundo pugna continua.**

**Melius in deserto florere quam in agro marcescere.**

**Tribue bonam voluntatem si non habes facultatem.**

**Humilitas mentis profunditas.**

**Longe præferendus est pauperculus huius sæculi sapientibus.**

**Humilitas mentis profunditas.**

**Humilitas mentis profunditas.**



**1. Mach. 2.** banum mittetur. Vnde 1. Machab. 2. *A verbis viri peccatoris ne timueris.*  
 Sequitur. Hodie extollitur: & cras non inuenietur. Hodie peccator vestitur, & cras in clibanum mittitur. Vnde Isai. 9. *Vestimentum mixtum sanguine erit in combustione & cibus ignis.* Anima quæ vestimentum diuitiarum cum sanguine carnalium voluptatum sibi induit, æterni ignis cibus erit. Si ergo fœnum, &c. quasi dicat, si carnalibus ignis æterni filius Deus ad malum eorum superflua tribuit, quanto magis nobis fidelibus necessaria prestabit? Nolite ergo solliciti esse dicentes, Quid manducabimus?  
 Notetur hic glossa si vis. Sollicitudo similem facit gentili, id est, infideli. Scit enim pater qui bonis filiis viscera non claudit. Dum patrem audis ne dubites. Dat enim nisi infelicitas nostra hoc auertat. Rogemus ergo, &c.



**DOMINICA XVI. POST TRINITATEM.**

**Luca 7.** **B**AT Iesus in ciuitatem qua vocatur Naim, &c. Luc. 7. Vbi duo signabimus, scilicet in Christo affectum clementiæ admirabilis, quem probat portæ ciuitatis appropinquatio, ibi. *Ibat Iesus.*

Sequitur. Misericordia motus. Secundo effectum potentiæ insuperabilis, quem probat filij suscitatio. *Ibat ergo.* Hæc Euangelium breuiter comprehendit. Cum (inquit) Verbum caro factum gentilem populum per portam fidei ad ciuitatem Hierusalem induceret, ecce populus Iudæicus iunior propter perfidiam defunctus effertur, quem mater Ecclesia quasi proprium possidens, multis populorum turbis circumseptâ pio affectu plorat, & ad vitam piis reuocare laborat lachrymis. Quod etiam interim in paucis Iudzorum conuersis, & tandem in plenitudine impetrat. Loculus quo effertur, est corpus humanum. Portatores, mali mores, qui ipsum corpus ad mortem trahunt. Sed Iesus loculum tangit, cum fragilem naturam in ligno erigit crucis, tunc stant funeris portatores, quia non valent sicut prius ad mortem trahere, tunc loquitur Iesus, cum monita salutis infundit, quo verbo audito, languidus ad vitam erigitur, & bonis actibus matri redditur. Considera & attende diligenter quam egregie concordat historia Iudith cum Euangelio, vbi tria sunt notabilia.

- Ciuitas Naim.
- Filius viduæ.
- Defunctus in ea.
- Similiter in historia Iudith præsentis Dominicæ ponuntur tria specialia.
- Ciuitas Bethulia.
- Populus in ea afflictus & quasi mortuus.
- Iudith ipsa vidua.
- Deus misericordia motus super lachrymis viduæ resuscitatus filium, & lachrymis etiam viduæ Iudith liberat ab hostium oblatione Bethulie populum.

Loculus & portatores moraliter quid.

Indith.

Quid omnia ista moraliter, videamus. Ciuitas Naim, motus vel commotio fluctus, aut fluctuans. Bethulia interpretatur dolens, vel domus parturientis in tempore, & significat corpus nostrum, in quo est motio priorum motuum, parturitio gemituum & lachrymarum. De his quatuor differamus. Nota quod in vnoquoque nostrum nihil aliud agit cum ad peccatum quisque dilabitur, quam in paradiso actum est in illis tribus, scilicet serpente, muliere, & viro. Nam primo fit suggestio, siue per cogitationem, siue per sensus corporis, quæ suggestio cum facta fuerit, quasi iam mulieri persuasum erit. Sed aliquando ratio viriliter commotam cupiditatem refrenat & compescit, quod fit cum non labimur in peccatum: sed cum aliqua luctatione coronamur. Si autem ratio consentiat, & quod libido faciendum esse commouerat, decernat, ab omni vita beata, tanquam à paradiso expellitur. Homini autem peccatum imputatur, etsi non sequatur factum, quando rea tenet in consensu conscientia.

Item de fluctu malarum cogitationum dicit, Isai. 54. *Impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest, & redundans fluctus eius, &c.* Cor impij quasi mare feruens tumet superbia, feruet luxuria, & sic fluctus malarum cogitationum redundant in conculcationem & luctum. Duo mala huiusmodi cogitationes faciunt, conculcant gratiam, & afferunt peccati immunditiam.

Item, de dolore tribulationum Psal. 114. *Tribulationem & dolorem inueni.* Adam eiectus de paradiso, spinas doloris in mente inuenit, tribulos tribulationis in corpore.

*Spinæ (inquit) & tribulos germinabit tibi.* Spinæ à pungendo dictæ, eo quod sint acutæ ut spicæ. Tribulus dicitur à tribulo tribulas. Spinæ doloris pungunt animam, tribuli tribulationum pungunt & tribulant corpus, & ideo parturit lachrymas & gemitus. Ecce ciuitas Naim. En ciuitas Bethulie in qua filius vnicus moritur & populus affligitur. Et filius & populus, hominis animam signant, quæ hostium inuisibilium tentatione & impugnatione affligitur, quibus cum consentit, in ipso corpore miserabiliter moritur. Dicamus ergo. *Ecce defunctus effertur filius vnicuius matris sue.*

Defunctus dicitur qui compleuit vitæ officia vel vitam finiuit, quia defunctus est ab officio cessare vel finire. Defunctus qui coram multis extra portam effertur, significat criminaliter peccantem, & peccatum non cubiculo cordis tegentem, sed indicio corporis vel locutionis quasi per ostia aliis suæ ciuitatis propalantem. Porta qua defunctus effertur, est aliquis de sensibus quo quis de peccato in peccatum corrui, & maxime visus.

Porta dicta, quia per eam potest portari vel exportari aliquid. Per oculos exportatur anima, ad videndas mulieres, & falsas delectationes regionis istius, & per ipsos importatur mors ad occidendum virtutes ipsius. Et nota quod ciuitas Naim, id est, corpus nostrum, quatuor habet portas, scilicet, orientalem, meridionalem, occidentalem, aquilonarem, per quas anima defuncta effertur. Ne vero effertur, hæc portæ sunt obfirmandæ, & custodibus manendæ. Vnde Dominus Moyfi Num. 2. *Singuli per turmas signateque vexilla & domos cognationum suarum castra*

Naim motus vel commotio. Bethulia dolens.

Genes. 3.

Cum peccamus ea interueniunt quæ in paradiso.

Peccatum ex consensu.

Isai. 57. Quale cor impij.

Isai. 114.

Peccatum quam grauis spina.

Peccator conscientiam peccato miserum.

Peccatum diu non lateat.

Quot corporis portæ.

Num. 11.

*castra metabuntur filij Israel per gyrum tabernaculi fœderis. Ad orientem Iudas figet tentoria Isachar & Zabulon. Ad meridianam plagam Ruben & Symeon & Gadir. Ad occidentalem Ephraim & Manasses & Benjamin. Ad Aquilonis partem, Dan, Aser, & Nephtalim.* Tabernaculum est corpus. Vnde 2. Petr. 1. *Iustum arbitror quamdiu sumus in hoc tabernaculo suscitare vos in commotionem, certus quod velox est depositio tabernaculi, id est, corporis mei.*

Quanta cum solitudine sensus nostri custodiendi.

Regij animi est cohibere prauos motus.

Deut. 33.

In fine verum gaudium.

Animus fit tibi regius in peccatis fugiendis.

Deut. 33. Symeon audiens mœrorem. Gad accinctus quem auditum deprauant.

Prov. 25.

Contra adulatoris sis accinctus.

Peccatum tripliciter in lingua.

niunt super nos tenebræ ignorantia. In hac parte debent figere tentoria Ephraim qui interpretatur crescens. Manasses qui interpretatur oblitus. Benjamin, id est, filius doloris. Cum aliquem tua laude crescere & attolli cupis, in teipso decrescis. Audi quid Ioseph dixit, Genes. 41. *Genes. 41.* cum ei natus fuit Ephraim. *Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ.* Paupertatis, inquit, non adulationis. Vis crescere? Deo non homini, creatori non creaturæ, omnem laudem, omnem gloriam redde. Vis à detractioe cauere? sis Manasses, id est, oblitus omnem cordis rancorem & æmulationem, dum loqueris de homine absente, nisi in bonum loquaris. Omnem hominem absentem quem non vere & pure diligis, obsecro te frater mi obliuiscere dum loqueris, vt dicere possis illud Genes. 41. quod dixit Ioseph quando Manasses natus est ei, *Obliuisci fecit me Dominus omnium laborum meorum.* Magnus est labor vitam alterius lingua detractioe ledere, malum alienum suum facere, pondus alterius sibi superponere. *Sub lingua eius (inquit Psalmista) labor, &c.* Vnde Ieremias 9. *Extenderunt linguam suam quasi arcum mendacij, & non veritatis.*

Nota, quod dicit, Extenderunt. Dicitur in naturalibus quod serpens ex astutia extendit linguam in qua habet duo additamenta. Primo mordet dente, deinde vulnere facto illa duo additamenta infigit, & tunc defluit quædam veneni humiditas in vulnus, & sic inuenenat hominem. Serpens dictus eo quod serpit, detractorem significat, qui in occulto submurmurat. In huius lingua sunt duo additamenta. Aut enim de eo quem non diligit, mala prædicat, aut si timet, quod eo non credatur, ironice laudat. Bonus est (inquit) si tali vitio careat. Dum mordet vitam lingua detractioe, venenum confundit perueriæ mentis.

Item, contra gloria voluptatem sis Benjamin id est, filius doloris & amaritudinis, id est, passioe Iesu Christi. Vnde Boos, Ruth. 2. *Iniunge buccellam tuam in aceto.*

In Aquilone significatur tactus. Aquilo dictus est quasi aquas ligans. Iniquitas ligat manus ne extendas eas ad bonos actus. In hac parte debent figere tentoria, Dan, qui iudicium interpretatur. Aser, qui diuitiæ, & Nephtalim, qui latitudo interpretatur.

Notandum quod in tactu manuum peccamus tribus modis, scilicet, inhonesta & turpia tangendo, aliena auferendo, nostra pauperibus non elargiendo. Contra primum fac iudicium de teipso. Contra secundum, sis contentus eo quod iuste habes. Magnæ enim diuitiæ sunt læta paupertas, & sibi sufficere quod habet. Contra tertium, dilata teipsum, extende manum pauperi, vt suscipias duplicia de manu Domini. Sitalibus feris & custodibus portæ nostri corporis fuerint obfirmatæ, defunctus non effertur per portas ciuitatis Naim. Audi de filio defuncto, audi & de populo Bethulie afflictio. Dicitur Iudith. 7. *Dum Holophernes circumiret per gyrum, reperit quod fons qui infuebat à parte australi extra ciuitatem dirigeretur, & incidi præcepit aquaductum.* Holophernes interpretatur infirmans vitulum sagittatum, & significat diabolus, qui huius mundi saginatum vitulum, id est, peccatorem temporalibus inebriat, qui infirmatur febre acuta luxuriæ, scabie auaritiæ, vertigine superbiæ.

Deo omnis laus tribucanda.

Quomodo à detractioe cauendum.

Genes. 41.

Psal. Ierem. 9.

Serpens detractorem denotat.

Detractor ironice laudat.

Iniquitas ligans manus.

Tactu manuum tripliciter peccamus.

Paupertas voluntaria magnæ diuitiæ.

Iudith. 7. Holophernes interpretatur infirmans vitulum.

Peccator temporalibus inebriatur.





maiores vobis vendas quam libra æquitatis te appendit. Ab igne portatur, quando ira succenditur. Vnde Psal. 17. Sicut cera que fluit auferentur, supercecidit ignis & non viderunt solem. Cum ignis iræ in cor peccatoris à diabolo cadit, tunc sicut cera in verba blasphemiarum liquefcit, tunc sibi ipsi ipse aufertur, & extra se portatur. Ita quatuor portant animam ad sepeliendum in inferno, sed Domino tangente manu suæ misericordiarum & virga aurea passionis conscientiam peccatoris, quatuor supradicta coercentur, & mens ad se reuerfa Deo vocanti ad vitam occurrit, & responderit obediendo Saluatori. Vnde & sequitur. Adolefcens tibi dico surge. Nota ista quatuor.

- Surge.
Refedit.
Cæpit loqui.
Dedit illum matri suæ.

Rectus ordo ad Deum redeundi. Hic est rectus ordo redeundi ad vitam. Peccator primo debet surgere à peccato per ipsius abominationem & detestationem. Secundo, debet sedere, id est, se humiliare in cordis contritione. Tertio, loqui in confessione. Et sic Dominus restituet eum matri suæ, id est, sancti Spiritus gratiæ.

Hester. 14. Super his quatuor habes concordiam, Hester. 14. De primo sic, scilicet, peccati abominatione. Nosti Domine qui habes omnem scientiam, quia odisti gloriam iniquorum, & detestaber cubile incircuncisorum, &c. vsque Pannum menstruatam. Sic anima quæ surgere vult à peccato, debet odire gloriam mundanorum, & detestari cubile incircuncisorum, id est, vitiorum, & abominari vitium superbæ & gloriæ transitoriarum, & illud detestari quasi pannum menstruatam.

Item, de secundo, scilicet, cordis humilitate contriti. Hester 14. Confugit ad Dominum pauens periculum quod imminet. Cumque deponisset vestes regias stetit, &c. deprecabatur Dominum Deum Israel. Sic anima pauens periculum mortis æternæ quod imminet peccatoribus, debet ad Domini misericordiam confugere, & vestes temporalis gloriæ exuere, & fletum & luctum suscipere, & pro vnguentis variis, id est, delectationibus carnis, cinere, id est, memoria fragilitatis, & stercore, id est, recordatione propriæ iniquitatis debet caput mentis aspergere, & corpus suum humiliare, & omnia loca in quibus fuit delectata, criminum laceratione replere, vt quot in se habuit delectamenta, tot de se inueniat holocausta.

Item, de confessione dicit Mardocheus. Hester 13. Domine Deus rex exaudi deprecationem meam, & propitius esto forti & funiculo meo, & conuertere luctum in gaudium. Et Hester 14. Domine mi rex qui nos rex es solu adiuua me solitariam, &c. Mardocheus interpretatur amara contritio, ex qua procedit vera confessio veniam impetrans, & luctum pœnitentiæ conuertens in gaudium gloriæ.

Item qualiter Dominus restituit pœnitentem gratiæ, dicitur Hester 6. Homo quem rex honorare cupit, debet indui vestibus regis, & imponi super equum qui de sella, &c. Nota quid vestes regiarum, Equus de sella regis, Diadema regni, Primus de regis principibus. Significent videamus. Vestes dictæ eo quod statum præparant. Rex est Christus cuius ve-

stes sunt virtutes, quibus animam induit ad se conuersam. Vnde Ezech. 16. Laui te aqua, &c. Sanguis dictus, quod suavis sit, & significat immunditiam luxuriæ, quæ suavis est homini, & postea os eius implebitur calculo, id est, carbone ignito gehennæ. Hunc sanguinem emundat, & lauat Dominus ab anima aqua compunctionis, & vngit oleo paternæ consolationis, & vestit discoloribus, id est, variis virtutibus, & calcet hyacintho, id est, æternorum desiderio, vt calcet super serpentes & scorpiones, & cingit bysso castitatis, & induit subtilibus, id est, simplicitate puræ intentionis & mentis, & ornat ornamento honestatis. Anima his vestibus induta super equum, qui de sella regis est, potest poni. Equus est corpus, sella à sedendo dicta, quasi sedda, est humilitas vel paupertas Christi, in qua ipse sedit cum in cruce se humiliavit. Corpus ergo quod in humilitate & paupertate viuit, benedicitur esse de sella regis. Super hunc anima ponitur cum caro spiritui subiicitur, & tunc diademate regio, id est, charitate Dei & proximi coronatur. Et primus de regis principibus, & cætera.

Nota, quod Deus tres principes homini vt ipsum custodiant, constituit, scilicet, rationem, intellectum, & memoriam, quorum primus, scilicet, ratio, equum debet tenere, ne corpus huc atque illuc discurrat, & per plateas ciuitatis, id est, concordiam fraternitatis ipsum debet ducere ne oberret, dicendo. O Charissimi, sic honoratur, quem rex Iesus Christus honorare voluerit. Quicumque ergo tali honore cupit honorari, necesse est vt primo iungat, secundo resideat, tertio loqui incipiat. Et sic cum honore restituetur matri suæ, id est, sancti Spiritus gratiæ, vt postea sit particeps cum honore æternæ gloriæ.

Huic secundæ clausulæ concordat secunda particula Epistolæ. In charitate radicati & fundati vt possitis comprehendere, &c. Nota, quod ista quatuor concordant illis quatuor supradictis, scilicet, Surge, refedit, &c. Cum aliquis à peccati surgit angustia, tunc est in mentis latitudine. Psal. Eduxit me in latitudinem, &c. Ioannis 11. de Lazaro suscitato dixit Christus. Soluite enim & sinite abire. Cum quis à peccati fœtore surgit, liberabit.

Item, in contriti cordis humilitate, est longitudo respiciens præteritum, præsens & futurum. Præteritum, vt desinat. Præsens, vt sinam miseriam attendat. Futurum, vt sibi caueat.

Item, in confessione est sublimitas. Sublime dicitur excelsum, quasi supra limen. In limine est ingressus & egressus, in quo significatur vitæ nostræ introitus & exitus. In introitu, est miseria, id est, supra limen posuit latronem, quia ipsum à miseria & angustia liberavit. Vnde audire meruit, Hodie mecum eris in paradiso, in quo nulla angustia & miseria, sed omnis gloria erit & læticia.

Item, in conuersi peccatoris mentis eius resurrectione est profundum diuinæ misericordiarum. O profundum diuinæ clementiæ procul à fundo humanæ intelligentiæ, quia misericordiarum eius non est numerus, Cum omnia Deus (vt dicitur Sap. 11.) disposuerit numero, pondere, & mensura, suam misericordiam his legibus & terminis noluit includi, immo omnia ipsa inclusit, ipsa circumscripsit, ibique est misericordia eius etiam in inferno, quia non tantum punit quantum culpa delinquentis excidit. Misericordia Domini (inquit) plena est terra, & nos omnes miseri de plenitudine eius accepimus. Misericordia Domini sum, id quod sum, sine qua nihil sum. O Domine, si tuam subtrahas misericordiam, cado in æternam miseriam. Misericordia tua cæli & terræ est columna, quam si subtraxeris, omnia subuertuntur.

Ista quatuor possunt concordari in Euangelio, sed ordine retrogrado. Accepit, inquit, omnes timor. Ecce profundum timoris. Et magnificabant Deum: ecce sublimitas deuotionis. Dicentes, quia magnus propheta surrexit in nobis. Ecce longitudo temporis acceptabilis. A longe enim, id est, à sinu patris surrexit, & venit in plenitudine temporis. Et quia Deus visitauit plebem suam. Ecce latitudo charitatis, qua insignire dignatus est mundum. Rogemus ergo Dominum Iesum, &c.

Ista quatuor possunt concordari in Euangelio, sed ordine retrogrado. Accepit, inquit, omnes timor. Ecce profundum timoris. Et magnificabant Deum: ecce sublimitas deuotionis. Dicentes, quia magnus propheta surrexit in nobis. Ecce longitudo temporis acceptabilis. A longe enim, id est, à sinu patris surrexit, & venit in plenitudine temporis. Et quia Deus visitauit plebem suam. Ecce latitudo charitatis, qua insignire dignatus est mundum. Rogemus ergo Dominum Iesum, &c.



DOMINICA XVII. POST TRINITATEM.



VM intraret Iesus in domum cuiusdam principis, &c. Lucæ 14. Tria in hoc Euangelio pertractantur. Primo, Christi ad principem ingressio, ibi. Cum intraret. Secundo, hydropici curatio, ibi: Ecce homo hydropicus. Tertio, humilitatis instructio, ibi: Cum inuitatus fueris ad nuptias.

- Quoad primum notandum, quid Princeps, Pharisæi, Domus, Sabbatum, Panis.

Allegorice, princeps dictus eo quod primum capiat locum sibi vel honorem, significat diabolum, qui primum hominem poma quasi piscem hamo primus cepit.

Nota, quod qui vult piscem capere hamo, ad minimum tria sunt ei necessaria. Funiculus, esca, & ferrum. In primo tria sunt, odor, color, & sapor. Odor quasi funis ad se trahit. Color quasi esca allicit. Sapor quasi hamus capit. Tali hamo à principe diabolo captus fuit primus homo. Vnde super hoc habes concordant 1. Machab. 1. dicitur quod Antiochus intravit in sanctificationem cum superbia, & accedit altare aureum, & candelabrum luminis, & mensam propositionis, & ornamentum aureum quod erat in facie templi. Antiochus interpretatur silentium pauperis, & significat diabolum, qui primo homini quem tanta gloria depauperavit, mortem siluit, & esse sicut Deum promisit. Hæc est superbia ob quam de cælo cecidit. In sanctificationem, id est, cordis puritatem. in qua offertur thymiana deuotionis. De quo Apocal. 9. Audiuisti (inquit Ioannes) vocem unam ex quatuor cornibus altaris aurei quod est ante oculos Dei. Altare aureum est cor purum, quod habet quatuor cornua, id est, quatuor virtutes principales, ex quibus procedit vox contritionis & confessionis. Tale altare semper est ante oculos Dei, quia in idipsum misericorditer respicit. Vnde Isa. 66. Ad quem respiciam nisi ad humilem & quietum? &c.

Sequitur. Et accepit candelabrum luminis, id est, extinxit lumen rationis, de quo Matth. 6. Si lumen quod in te est, tenebra sint: ipse tenebra quanta erunt? Et mensam propositionis, id est, dulcedinem contemplationis, de qua Psal. 22. Parasiti in conspectu meo mensam, &c. Et ornamentum aureum, id est, charitatem: quæ ornat faciem templi, id est, opera cuiuslibet Christiani, qui vt dicit Apostolus. Templum Dei sanctum est, &c. Hæc omnia semel diabolus abstulit primo parenti, & quotidie nititur auferre cuiuslibet homini. Hic dicitur esse princeps Pharisæorum, qui interpretatur diuisi, & significant illos qui à iustis se diuidunt, & conuenticula faciunt. De quibus habes concordant 1. Machab. 1. In diebus illis exierunt ex Israël viri iniqui, & suaserunt multis dicentes. Eamus & disponamus testamentum cum gentibus, &c. Domus istius principis est mundus, quem ob primi parentis reatum tanquam domum possidebat, in quam Christus intrauit cum carne nostram accepit.

Bene ergo dicitur. Cum intraret Iesus in domum Sabbato, &c. Sabbatum est requies. Manducare est dictum quasi manum ducere ad os. Panis dictus eo quod omni cibo præponatur, vel eo quod omne animal eum petat. Dominus intrauit mundum sabbato, id est, vt quiescere nos faceret à seruitute diaboli. Vnde de hoc, Isa. 14. Et erit in die illa cum requiem dederit tibi Dominus à labore tuo, & à concussionem tua, & à seruitute dura qua ante seruisti, sumes parabolam istam contra Regem Babylonis, &c. Cum exortum est lumen in tenebris, Dei filius Christus Iesus dedit nobis requiem à labore, seruitute, concussionem. Dicit Ioannes in canonica sua, 1. cap. 2. Omne quod est in mundo, est concupiscentia carnis, ecce labor, & concupiscentia oculorum, id est, auaritia: ecce concussio: & superbia vitæ, ecce seruitus diaboli dura.

De his tribus dicit pater ad filium Isa. 45. Labor Aegypti & negociatio Aethiopiæ & Sabaim viri sublimes ad te transibunt & tui erunt, &c. vsque deprecabuntur. Aegyptus interpretatur tribulatio coangustans, ecce concupiscentia carnis, quæ coangustat & tribulat animam. Aethiopia tenebræ vel caligo; ecce concupiscentia auaritiæ, quæ obtenebrat oculos sapientum. Sabaim, capiti, ecce seruitus dura diaboli, scilicet sublimitas superbæ.

Contra ista tria Dominus apposuit remedia, scilicet, vitæ innocentiam contra carnis laborem. Spiritus paupertatem contra auaritiæ concussionem vel negociationem. Sui sanguis passionem vel effusionem contra superbæ sublimitatem. Vnde cum Dominus in se tibi ostendit ad imitandum, requiem à labore Aegypti, à concussionem vel negociatione Aethiopiæ, à seruitute diaboli, & sublimitatē superbæ, per suæ passionis humilitatem tibi dedit: requiem plenius daturus cum hoc mortale induet immortalitatem.

Paritas semper ante oculos Dei. Isa. 66. Ad quem respiciam nisi ad humilem & quietum? &c.

Matth. 6. Si lumen quod in te est, tenebra sint: ipse tenebra quanta erunt? Et mensam propositionis, id est, dulcedinem contemplationis, de qua Psal. 22. Parasiti in conspectu meo mensam, &c. Et ornamentum aureum, id est, charitatem: quæ ornat faciem templi, id est, opera cuiuslibet Christiani, qui vt dicit Apostolus. Templum Dei sanctum est, &c. Hæc omnia semel diabolus abstulit primo parenti, & quotidie nititur auferre cuiuslibet homini. Hic dicitur esse princeps Pharisæorum, qui interpretatur diuisi, & significant illos qui à iustis se diuidunt, & conuenticula faciunt. De quibus habes concordant 1. Machab. 1. In diebus illis exierunt ex Israël viri iniqui, & suaserunt multis dicentes. Eamus & disponamus testamentum cum gentibus, &c. Domus istius principis est mundus, quem ob primi parentis reatum tanquam domum possidebat, in quam Christus intrauit cum carne nostram accepit.

Bene ergo dicitur. Cum intraret Iesus in domum Sabbato, &c. Sabbatum est requies. Manducare est dictum quasi manum ducere ad os. Panis dictus eo quod omni cibo præponatur, vel eo quod omne animal eum petat. Dominus intrauit mundum sabbato, id est, vt quiescere nos faceret à seruitute diaboli. Vnde de hoc, Isa. 14. Et erit in die illa cum requiem dederit tibi Dominus à labore tuo, & à concussionem tua, & à seruitute dura qua ante seruisti, sumes parabolam istam contra Regem Babylonis, &c. Cum exortum est lumen in tenebris, Dei filius Christus Iesus dedit nobis requiem à labore, seruitute, concussionem. Dicit Ioannes in canonica sua, 1. cap. 2. Omne quod est in mundo, est concupiscentia carnis, ecce labor, & concupiscentia oculorum, id est, auaritia: ecce concussio: & superbia vitæ, ecce seruitus diaboli dura.

De his tribus dicit pater ad filium Isa. 45. Labor Aegypti & negociatio Aethiopiæ & Sabaim viri sublimes ad te transibunt & tui erunt, &c. vsque deprecabuntur. Aegyptus interpretatur tribulatio coangustans, ecce concupiscentia carnis, quæ coangustat & tribulat animam. Aethiopia tenebræ vel caligo; ecce concupiscentia auaritiæ, quæ obtenebrat oculos sapientum. Sabaim, capiti, ecce seruitus dura diaboli, scilicet sublimitas superbæ.

Contra ista tria Dominus apposuit remedia, scilicet, vitæ innocentiam contra carnis laborem. Spiritus paupertatem contra auaritiæ concussionem vel negociationem. Sui sanguis passionem vel effusionem contra superbæ sublimitatem. Vnde cum Dominus in se tibi ostendit ad imitandum, requiem à labore Aegypti, à concussionem vel negociatione Aethiopiæ, à seruitute diaboli, & sublimitatē superbæ, per suæ passionis humilitatem tibi dedit: requiem plenius daturus cum hoc mortale induet immortalitatem.

Dominus in mundum venit, vt nos quiescere faciat à seruitute diaboli.

Isai. 14. Et erit in die illa cum requiem dederit tibi Dominus à labore tuo, & à concussionem tua, & à seruitute dura qua ante seruisti, sumes parabolam istam contra Regem Babylonis, &c. Cum exortum est lumen in tenebris, Dei filius Christus Iesus dedit nobis requiem à labore, seruitute, concussionem. Dicit Ioannes in canonica sua, 1. cap. 2. Omne quod est in mundo, est concupiscentia carnis, ecce labor, & concupiscentia oculorum, id est, auaritia: ecce concussio: & superbia vitæ, ecce seruitus diaboli dura.

De his tribus dicit pater ad filium Isa. 45. Labor Aegypti & negociatio Aethiopiæ & Sabaim viri sublimes ad te transibunt & tui erunt, &c. vsque deprecabuntur. Aegyptus interpretatur tribulatio coangustans, ecce concupiscentia carnis, quæ coangustat & tribulat animam. Aethiopia tenebræ vel caligo; ecce concupiscentia auaritiæ, quæ obtenebrat oculos sapientum. Sabaim, capiti, ecce seruitus dura diaboli, scilicet sublimitas superbæ.

Contra ista tria Dominus apposuit remedia, scilicet, vitæ innocentiam contra carnis laborem. Spiritus paupertatem contra auaritiæ concussionem vel negociationem. Sui sanguis passionem vel effusionem contra superbæ sublimitatem. Vnde cum Dominus in se tibi ostendit ad imitandum, requiem à labore Aegypti, à concussionem vel negociatione Aethiopiæ, à seruitute diaboli, & sublimitatē superbæ, per suæ passionis humilitatem tibi dedit: requiem plenius daturus cum hoc mortale induet immortalitatem.

Remedia vitii Deus apponit.

Remedia vitii Deus apponit.

Remedia vitii Deus apponit.

Remedia vitii Deus apponit.

Remedia vitii Deus apponit.

Remedia vitii Deus apponit.

Psal. 57.

Ezech. 16. Sanguine denotatur luxuriæ immunditia.

Misericordia cæli, & terræ columna.

Paupertas sedes Christi.

Humilis sella regis.

Tres principes hominem constituentes.

Vt honoratis à Christo quod agendum.

Psal. 17. Ioh. 11. Immunis à peccato vere liber.

In confessione sublimitas.

Confessio nos in sublimem enigit.

Misericordia Dei maxime luget in peccatoris conuersione.

Sap. 11. Misericordia Dei legibus non includitur.

Luc. 14. Tria in hoc Euangelio pertractantur.

Princeps vnde dictus.

Quali hamo captus à diabolo Adamus.

1. Mach. 1.

Antiochus silentium pauperis.

Alta re aureum cordis puritas.

Apoc. 9.



Caro tyrannidem exacer...

tem. Et tunc fames parabolam contra regem Babylonis id est, carnis famulum, vel mundum, vel diabolum, & dices, quando cessauit exactor, id est, carnis tyrannus, qui quotidie exigebat denarium voluptatis, contriuit Dominus baculum, id est, dignitatem impiorum, & virgam, id est, superbiam dominantium, quæ cædebat populos, subiiciebat gentes, persequabatur crudeliter, tunc terra, id est, caro nostra conquiescet, id est, simul cum spiritu quiescet à labore tentationis, flebit à concupiscentia mundanæ voluptatis, gaudebit & exultabit à seruitute diabolicæ elationis.

Sequitur. Manducate. Panem Christus manducauit, quia manum operationis duxit ad os peccatoris. Vnde audi qualiter manducauit. Cæpit (inquit Act. 1.) Iesus facere, & iterum Erat potens in opere, &c. Vnde dictum est Petro.

Maista ac manduca, ac si peccatori diceretur, Maista gladio prædicationis, & manduca, id est, manum duc ad os, vt quod aliis prædi. as tu prius facias. Vnde super hoc 1. Mach. 5. Dixit Timotheus principibus exercitus sui, cum appropianerit Iudas & exercitus eius ad torrentem aquæ, si transferit ad nos prior, non poterimus sustinere, &c. Timotheus interpretatur beneficus, & significat diabolum, qui suis delectationibus beneficia, quæ sunt veneficia præstare videtur.

Vnde potius veneficus, quam beneficus debet appellari. Hic valde timet ne Iudas, id est, prædicator fluuium prædicationis transeat, vt scilicet, de ripa verborum transeat ad ripam operum, quod si fecerit, ipsum Timotheum cum suo exercitu effugabit.

Sequitur. Panem. Panis est voluntas Dei, quæ præ omni, id est, omni cibo est ponenda. Vnde dicit Iudas Machabæus. Sicut fuerit voluntas in cælis, sic fiat. Omne opus est sterile, cui non apponitur panis voluntatis diuinæ. Voluntas Domini est vt peccator conuertatur, & viuat.

Vnde ipse dixit Isa. 62. Terra tua non vocabitur amplius desolata, sed vocaberis voluntas mea. Cum peccator conuertitur, gratia illustratur. Intrauit ergo Iesus in domum, id est, ad hoc venit in mundum, vt faceret voluntatem patris, &c. Vnde Ezech. 44. Sedebit in porta vt comedat panem coram Domino, id est, humiliabit se in virgine ad hoc vt faciat voluntatem patris.

Hic est panis, quem qui manducauerit, non morietur in æternum. Caro, id est, carnis voluntas non prodest quicquam. Panis vero voluntas Domini confirmat cor hominis.

Vnde Exod. 16. Vespere comedetis carnes, & mane saturabimini panibus, &c. Vespere cum occidit sol gratiæ, peccatores comedunt carnes, id est, adimpleant carnales voluptates. Sed & gladius meus (dicit Dominus) deuorabit carnes, eorum quæ (vt dicitur Ezech. 23.) sunt vt carnes asinorum, & fluxus eorum vt fluxus equorum. Confige (inquit Psal. 118.) timore tuo carnes meas.

Sequitur. Et mane saturabimini panibus, scilicet, in ortu gratiæ, & cordis contritione, in peccati abominatione saturabimini panibus, id est, Domini voluntate, quæ super omnia reficit & satiat animam pœnitentiis, & tunc scietis quod ego sum Dominus Deus vester. Cum de ves-

pere culpæ in mane conuertimur gratiæ, tunc vere scimus, quia ipse est Dominus Deus noster.

Hunc panem omne animal petit. Vnde, Fiat voluntas tua, sicut in celo & in terra, quasi dicit, sicut fit in iustis, sic fiat in peccatoribus. Visita ergo terram & inebria eam, vt non spinas & tribulos, sed granum plenum in spica, id est, contritione & confessione, quæ pungit, germinet, vt ex eo fiat panis bonæ voluntatis confirmans cor hominis.

Sequitur. Et ipsi obseruabant eum, id est, insidias intendebat, vel callide aduertebant si Sabbathum solueret. Obseruabat peccator iustum. Obseruabant vt eum reprehenderent, non vt eius mandata custodirent. Eccles. vlt. Deumtime & mandata eius obserua, &c.

Dicitur in naturalibus, quod est quoddam animal paruum, quod vadit ad locum per quem apes intrant, & insufflat fortiter in eum, & expectat quousque aliqua exeat, & cum aliqua illarum voluerit exire & volare, deprehendit eam & comedit. Sic superbus callidusque vadit ad locum per quem intrant apes, id est, considerat vitam & mores, verba & opera iustorum, per quæ intrent in regnum Dei, & insufflat, id est, laudat vel vituperat. Credit enim eos laude extollere, vel vituperio deiicere, & obseruat si quis eorum exeat, id est, extra se eat per exaltationes mentis, quia laudauit, vel in verbo iræ, quia vituperauit, & tunc statim deprehendit, & vitam eius corrodit. Sicut aurum in fornace, sic homo probatur laudatoris ore. Ignis laudis plumbum & paleam consumit, aurum vero vel argentum splendidius facit. Illata autem iniuria demonstrat, & apertum facit qualis quisque apud se lateat.

Sequitur. Et ecce homo quidam hydropicus, &c. ac dimisit. Ibi Glossa. Hydor græce, aqua latine, inde hydropisis morbus aquosus. Proprium est hydropici, quanto plus bibit tanto plus sitit. Ideo comparatur ei qui fluxu carnalium voluptatum exuberans aggrauatur. Comparatur etiam diuiti avaro. Aquæ carnalis voluptatis & mundana cupiditatis generant hydropisum in anima, quæ satiari non potest.

Hæ sunt aquæ in quibus congesta sunt maledicta, quas qui biberit, computrescet femur eius & venter. Hæ sunt aquæ Ægypti, quæ versæ sunt in sanguinem, de quibus Isa. 15. Nemini deserta erunt, quia aruit herba, defecit gramen, viror omnis interijt, &c. Nemrim interpretatur pardus, bestia ferocissima, quæ citata præceps fertur ad sanguinem, & saltim in mortem ruit.

Dicitur in naturalibus, quod pardus quando comedit venenum, quærit stercus humanum, & ipsum comedit, & propter hoc poñunt venatores illud stercus in vase super arborem, & cum ad arborem venit, saltat ad accipiendum, & sic interficiunt ipsum. Pardus huius mundi superbum variis peccatorum maculis respersum significat. Hic veneno diabolicæ suggestionis inflammatus stercus temporalium quærit vt comedat ipsum, & sibi incorporet. Omnia (inquit Apostolus ad Philippen. 3.) repusani vt stercora, &c. Et Ezech. 4. dicit Dominus. Stercore quod egreditur de homine panem tuum operies. Panis, id est, cogitatio & actio peccatoris cooperta est stercore gulæ & luxuriæ, superbix & auaritiæ

Sequitur. Et apprensus, sanauit eum, ac dimisit. Nota ista tria.

Apprehendit, Sanauit, Dimisit.

Sequitur. Et respondens ad illos dixit, cuius vestrum asinus vel bos in puteum cadit, & non extrahet, &c. Vbi Glossa. Congue animali quod de cidit in puteum, hydropicum comparat, qui à noxio humore peribat.

Nota ista tria.

Sequitur. Et respondens ad illos dixit, cuius vestrum asinus vel bos in puteum cadit, & non extrahet, &c. Vbi Glossa. Congue animali quod de cidit in puteum, hydropicum comparat, qui à noxio humore peribat.

& auaritiæ, quem viator, id est, diabolus, vt facilius capere possit, stercus in arbore ponit.

Arbor à robore dicta, est temporalis dignitas, quæ dum firma radice stare creditur à vento mortis diuellitur, & in manum inferni projicitur. Vnde. Iob 5. Vidi stultum firma radice, & maledixi, &c. In hac arbore statim ponit diabolus stercus, quasi escam, ad quam capiendum cum superbis saltat, vt stercus gulæ, luxuriæ, & huiusmodi etiam pecuniæ comedat, à diabololo interficitur. Aquæ ergo Nemrim desertæ erunt. Super hoc 2. Machab. 9. dicitur, quod Antichoum qui superbia repletus ignem spirabat, &c. propter intolerantiam factoris portare nemro poterat. Ecce qualiter aquæ Nemrim desertæ. Tunc herba gloriæ temporalis ardet, gemmen filiorum, nepotum, & parentum deficiet, & omnis viro carnalis delectationis, gulæ, scilicet & luxuriæ, interibit, Hæ aquæ hydropisim generant inflatæ superbix, sitim potanti magis augmentant.

Dicatur, ergo. Homo quidam hydropicus, qui & auarus dicitur eo quod sit auarus auri, & nunquam opibus impletur. Sicut corpus aura, sic auarus auro impletur. Est enim abyssus carens fundo sufficientiæ. Abyssus gulæ inuocat abyssum luxuriæ. Abyssus epularum inuocat abyssum expensarum. Abyssus pecuniæ inuocat abyssum gehennæ. Vnde iste hydropicus bene potest dicere illud Ionæ 2. Circundederunt me aquæ vsque ad animam meam, abyssus vallauit me, pelagus operuit caput meum, &c. In aquis voluptas carnis, quæ animam tanquam hostem in castro obsessam detinet. In abyssu profunda cupiditas, quæ ipsam animam vallat, ne in libertatem regredi valeat. In pelago superbia designatur, quæ operit caput, id est, mentem ne possit cernere veritatem.

Hæc tria ponuntur in Psal. 68. Saluum me fac Deus quoniam intrauerunt aqua vsque ad animam meam. Ecce primum. Infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Ecce secundum. Dum infelix substantiam congregat transitoriam, amittit perpetuam. Bona est (inquit Ecclesiasticus cap. 13.) substantia cui non est peccatum in conscientia.

Nota ista tria. Infixus sum in limo profundi, Limus dictus eo quod sit lenis. Auarus infixus est, cupiditate, in limo, delectatione, profundi, desperatione. Vnde Salomon Prou. 18. Impius cum in profundum venerit malorum, contemnit. Vnde desperatio dicitur eo quod deficit spes progrediendi, quia dum quisque peccatum amat, futuram gloriam non sperat.

Item, Veni in altitudinem maris & tempestas demersit me. Ecce tertium. Altitudo maris, altitudo est superbiæ, in qua est tempestas hominem demergens in abyssum gehennæ. O Domine Iesu, extende manum, & apprehende istum hydropicum aquis circumdatum, abyssu vallatum, pelago sepultum.

Vnde & sequitur. Et apprensus, sanauit eum, ac dimisit. Nota ista tria.

Apprehendit, Sanauit, Dimisit.

Sequitur. Et respondens ad illos dixit, cuius vestrum asinus vel bos in puteum cadit, & non extrahet, &c. Vbi Glossa. Congue animali quod de cidit in puteum, hydropicum comparat, qui à noxio humore peribat.

Nota ista tria.

piscem, & traxit, &c. Piscis immanis est peccator magnis peccatis irretitus, quem Tobias, id est, Iesus Christus manu suæ miserationis apprehendit, & extraxit de profundo desperationis, in sicco plenitudinis. Siccum dictum quod sit sine succo. Succus dictus quod sacco exprimitur. Pœnitentia est locus siccus, quia ibi succus gulæ & luxuriæ exprimitur sacco pœnitentiæ, de qua Psal. In terra deserta, inuia & inaquosa, &c. Hunc piscem exenterat Dominus, cum gladio sui timoris percudit, & tunc extrahit ab eo iecur, id est, amorem luxuriæ, fel, amaritudinem pœnitentiæ, in qua labor & dolor. Quia cum labore acquiritur, cum timore custoditur, cum dolore amittitur. Et ei aufert cor, id est, amorē superbiæ. De iecore Thren. 2. Effusum est iecur meum, quod fit cum in terrenorum amore effunditur à luxuriæ delectatione. De felle Actuum 8. In felle amaritudinis & obligatione iniquitatis video te esse, dicit Petrus Simoni Mago. Qui simonia vel auaritia laborat, in amaritudine est mentis & obligatione operis. De corde, Iob 15. Quid te eleuat cor tuum, & quasi magna cogitans? &c.

Sequitur. Sanauit eum. Sanat Deus peccatorem, cum ab omni infirmitate peccatorum curat eius animam. Vnde, Sana animam meam, quia peccavi tibi, Sanus à sanguine dicitur, quia sine pallore est. Vbi sanguis lachrymarum, ibi sanitas animarum. Lachrymæ dictæ sunt à laceratione, scilicet, mentis, quam cum dolore laceras, sanguis lachrymarum effluit, & genas tuas inungit, & tunc genæ tuæ sunt roseæ sicut fragmentum mali punici, asque eo, scilicet, cordis contritione, quæ intrinsecus lateret. Sanus ergo effectus es, vide ne tibi deterius contingat. De hoc Isai. 38. Audisti orationem tuam, & vidi lacrymam tuam, & ecce sanauit te. Ex oratione & lachrymis fit quoddam emplastrum, quod expellit anime morbum.

Sequitur. Dimisit eum. Dominus peccatorem cõuertit tunc dimittit, cum eum ab omni vinculo culpæ, pœnæ, & tentationis diabolicæ liberum in gaudium finit abire. Soluite (inquit Ioan. 11.) eum, & sinite abire. Dimitte (inquit) eam, quia clamat post nos. Simile Exod. 4. Tulit Sephora acutissimam petram, & circumcidit, &c. Et sequitur. Dimisit eum.

Moraliter. Sephora interpretatur auis, & significat pœnitentem, qui debet esse tanquam auis pennatus virtutibus. Hic petra acutissima, id est, cordis contritione, debet circumcidere præputium filij sui, id est, superfluitatem operis. Præputium dictum quasi ante pudorem, præ ponitur pro ante. Solet enim nos superfluitas impedire ne nostræ iniquitatis turpitudinem videamus. Circumcidatur ergo vt profuatur sanguis lachrymarum tangens & abluens pedes filij nostri, id est, operis. Si enim mundus fuerit affectus, id est, voluntas, sanctificatus erit effectus, id est, opus. Post talem circumcisionem dimittit Dominus hominem redire liberum ad fratres suos, & ad propriam domum claræ conscientie.

Sequitur. Et respondens ad illos dixit, cuius vestrum asinus vel bos in puteum cadit, & non extrahet, &c. Vbi Glossa. Congue animali quod de cidit in puteum, hydropicum comparat, qui à noxio humore peribat.

Nota ista tria.

Sequitur. Et respondens ad illos dixit, cuius vestrum asinus vel bos in puteum cadit, & non extrahet, &c. Vbi Glossa. Congue animali quod de cidit in puteum, hydropicum comparat, qui à noxio humore peribat.

Nota ista tria.

Sequitur. Et respondens ad illos dixit, cuius vestrum asinus vel bos in puteum cadit, & non extrahet, &c. Vbi Glossa. Congue animali quod de cidit in puteum, hydropicum comparat, qui à noxio humore peribat.

Nota ista tria.

Act. 1.

Concionator

quod alios docet prius operetur.

1. Mach. 5.

Beneficia

diaboli veneficia.

Voluntas

Dei in omnibus sequenda.

Isai. 62.

Cum peccator conuertitur, gratia illustratur.

Ezech. 44.

Panis & cibus noster

Dei voluntas.

Exod. 16.

Ezech. 23.

Psal. 116.

Pœnitens reficitur Domini voluntate.

Matth. 6.

Job. 5.

Vicia quælibet sterco ra sunt.

2. Mach. 9.

Mundana omnia tibi sint tanquã stercora.

Observat peccator iustum vt arguat.

Eccles. vlt.

Adulatio nocua.

Homo probatur ore laudatoris.

Luxuriosus hydropico comparatur.

Isai 15.

Nemrim interpretatur pardus.

Quomodo pardus à venationibus capitur pardus superbum denotat.

Philip. 3.

Ezech. 4.

Temporalis dignitas arbori comparata.

2. Mach. 9.

Mundana omnia tibi sint tanquã stercora.

Auarus hydropicus.

Ionæ 2.

Cupiditas abyssus profunda.

Psal. 68.

Qui nimis fludet transitorius amittit æterna.

Eccles. 13.

Auarus cupiditati infixus tanquã in profundo.

Superbia altum mare.

Tob. 6.

Piscis immanis maximus peccator.

Pœnitentia iocus siccus & qua de causa, quid piscem exenterare moraliter.

Act. 8.

Qui auaritia laborat in amaritudine mentis est.

Iob. 15.

Quando à Deo sanatur peccator.

Lachrymæ vnde dicitur.

Vbi sanguis lachrymarum ibi salus animarum.

Isai. 38.

Oratio sanatur.

Ioan. 11.

Quando Deus dimittit hominem peccatorem.

Sephora interpretatur auis.

Pœnitens fit tanquam auis.



Asinus.  
Bos,  
Pureus.

Luxuriosus  
asinus &  
cur asino  
comparatur.

In boue no-  
ratur super-  
bus, in pu-  
teo vitia.

Jerem. 38.

Qui aliis  
virtutes pra-  
dicat non  
suis desti-  
tuus.

Qui alios  
reprehendit  
sit irrepre-  
hensibilis.

Exempla  
Sanctorum  
parvipendi-  
mus.

Job. 1.

Diabolus  
Zizaniae se-  
minator in  
caelo & in  
solo.

Vnitas Spi-  
ritus seruetur.

Concharum  
natura ex  
quibus mar-  
garita.

Asinus dicitur alta sinens. In posterioribus est fortior, in anterioribus est vilis, ibi crucem gerit. Asinus est luxuriosus, qui alta sanctae conuersationis deserit, & per plana voluptatis incedit. Iste in operibus crucis & labore spirituali est debilis: sed in rebus ubi est luxuria, fortis.

Item in boue signatur superbus. Vnde & bos cornupeta dicitur, vide alibi. Asinus ergo, id est, luxuriosus, & Bos, id est, diues & superbus qui hydropicum significant, in puteum cadunt vitiorum, ad quos inde extrahendos necessarii sunt veteres panni. De quibus Ieremias trigefimo octauo. *Abdemelech tulit veteres pannos, & antiqua vestimenta qua computruerant, & submitit eas ad Hieremiam in lacum per funiculos, & extraxit eum.*

Veteres panni sunt paupertas & humilitas Christi, qui pannis fuit inuolutus. Qui bene dicuntur veteres. Solemus enim pannos veteres aliis dare, paupertatem & humilitatem Christi non nobis retinere, non nos induere: sed aliis libentius volumus dare, alijs predicare. Vnde hodie quilibet praedicator mittitur alium vestire paupertate & humilitate, & vnam ipse nudus non remaneret. Alium vult informare, sed videat ne ipse deformatus existat.

Vestimenta putrida sunt exempla sanctorum, quae bene dicuntur putrida, quia in facibus nostri operis tanquam res putrida sunt abiecta & despecta. Vetera alijs damus, putrida proijcimus. O peccator de lacu miseriae & de luto facis nunquam poteris extrahi, nisi panniculis humilitatis & paupertatis Iesu-Christi. His enim extrahitur bos & asinus de puteo abyssi. Huic particulae concordat secundam partem Epistolae.

*Solliciti seruate vnitatem spiritus in vinculo pacis.* Nota ista tria.

Solliciti.

Vnitatem.

In vinculo pacis.

Charissimi, diabolus in caelo dissensionis zizaniam voluit seminare, & hoc idem in poenitentium congregatione nititur seminare vel facere. Vnde Job 1. dicitur. *Cum venissent quaedam die filij Dei ut assiderent coram Domino, affuit inter eos & Sathan.* Nota singula verba *Quaedam*, vt excludatur diuersitas, *Die*, vt excludatur noctis successio. *Cum filij*, gratiae adoptione. *Dei*, spiritus paupertate, venissent deuotione, vt assiderent corporis mortificatione coram Domino, non coram mundo: affuit inter eos & Sathan, vt discordiae zizaniam seminaret. Nos ergo fratres simus solliciti non pigri seruare non rumpere vnitatem spiritus, & hoc cum magna sollicitudine, sicut conchae marinae suas seruant sollicitate margaritas.

Dicitur in naturalibus, quod in conchis marinis nascuntur lapides preciosi, scilicet margaritae, quae certo anni tempore sicut rorem velut maritum, huius desiderio hiant, & cum maxime descendit lunaris imber, oscitatione quadam hauriunt humorem cupitum. Sic concipiunt & grauidae fiunt, & si purum fuerit quod acciperint, candidi sunt orbiculi, si turbidum, aut pallore languent, aut rufo innubilantur colore: ita magis de caelo quam de mari partus ha-

bent. Deinde quoties excipiunt matutini aeris semen vel imbrem vel rorem, fit clarior margarita, quoties vespere, fit obscurior, quanto magis hauriunt, tanto magis proficit lapidis magnitudo. Si repente micauerit coruscatio, intempestiuo motu comprimuntur. Conchis ipsis inest sensus, partus suos timent maculari, cumque flagrant oribus radijs excanduerit dies, ne fulcentur lapides solis calore subsident in profundum, & se gurgitentibus abscondunt ab actu. Margarita in aqua est mollis, durefcit humo; nunquam duae simul reperiuntur. Vnde vnio dicitur. Piscantium insidias timent. Vnde est vt inter scopulos delitescant. Gregatim natant: earum agminis dux est certus.

Moraliter. Conchae dicitur a concauitate sunt poenitentes pauperes, humiles spiritu, qui in concauitate, id est, cordis humilitate consistunt. Hi sicut rorem velut maritum. Vnde & dicunt. *Sicut anima mea ad Deum fontem viuum.* Ros caelestis gratiae tanquam maritus impraenat animam proposito boni operis. Huius rois desiderio hiant, id est, se asperiant. Vnde Job vigefimo nono. *Radix mea aperta est secus aquas, & ros, &c.* Et cum maxime descendat lunaris imber, &c. In quo tria designantur, scilicet,

Prosperitas.

Aduersitas.

Gratiae infusio.

In splendore lunae prosperitas. In nocte aduersitas, & in imbre gratiae infusio significatur, quam iusti ardentem cupiunt, & aperto cordis ore hauriunt in splendore prosperitatis & in nocte aduersitatis, ne scilicet, prosperitas eleuet, & aduersitas illidat. Vnde Isaia vigefimo sexto. *Anima mea desiderauit te in nocte, &c.* Nam si purum fuerit, &c.

Nota, quod gratiae infusio duo facit, aut clarificat, aut conturbat. Clarificat mentem ad contemplandum, & tunc candida fiunt margaritae, id est mentis affectiones vel cogitationes. Vnde Osee 14. Dominus dicit. *Ero quasi ros, & Israel quasi lilium germinabit.* Cum ros contemplationis mentem indulcat, Israel, id est, anima humilis quali lilium germinabit candidas cogitationes. Item conturbat ad dolendum de peccatis, & tunc color pallidus vel rufus efficitur in margaritis, pallidus in cordis afflictione, rufus in cordis contritione. Vnde Cantorum 5. *Nunciate dilecto, quia amore langueo.* Vnde Poeta. *Palleat omnis amans Psal. 67. Posteriora dorsus eius in pallore auri.* Ita magis de caelo quam de mari partus habent. Qui de mari, id est, mundo amaro impregnatur, viperas parturiunt, qui vero de caelo margaritas emittunt. De illis Luc. 3. *Genimina viparum quis vobis demonstrat &c.* De istis Cant. 6. *Mandragora dederunt odorem, &c.* Cant. 4. *Emissiones tuae paradisi.* Quoties excipiunt matutini aeris semen, fit clarior margarita, quotiens vespere, & caetera. Hoc est quod dicit Psalmus trigefimus nonus. *Ad vespertum demorabitur fletus, & ad matutinum latitia.*

Nota, quod triplex est vespere, & triplex matutinum, in quorum quolibet est fletus & latitia. Prima vespere fuit Adae culpa, in qua fuit fletus cum de paradiso eiectus audire meruit. In sudore vultus tui vespere pane tuo. Primum matutinum fuit natiuitas Iesu Christi. Luc. 2. *Luc. 2.*

*Euangelizo*

Conchae  
poenitentes  
& cur eis de  
notantur.

Gratiae ani-  
mam ser-  
uandans.

Gratiae in-  
fusio duo  
efficit.

Osee 14.

Humilis  
producit li-  
lij cogita-  
tiones.

Psal. 67.

Luc. 3.

Psal. 29.

Luc. 2.

Secunda  
mors Chri-  
sti.

Luc. 23.

Ioan. 20.

Tertia mors  
cuiuslibet.

Genes. 23.

Ioan. 20.

Iustorum  
partus bona  
opera.

Iustus suz  
fragilitatis  
miseriam  
attente con-  
siderat.

Eccles. 7.

Margarita  
in aqua, quid  
moraliter.

Humilis de  
monum insi-  
dias non ti-  
met.

Praelato o-  
bediendum.

Quamuis  
eximius in  
meritis, ne  
glorieris nec  
superbias.

In Ecclesia  
Dei noli  
priora am-  
bire.

Infelix am-  
bitio.

Genes. 9.

*Euangelizo vobis gaudium magnum &c.* Secunda vespere fuit mors Christi, in qua fuit fletus. Vnde Luc. 23. *Filia Hierusalem nolite flere super me, sed, &c.* Secundum matutinum fuit ipsius resurrectio, in qua fuit latitia. Vnde Ioan. 22. *Gaude sunt discipuli viso Domino.* Tertia vespere est in morte cuiuslibet hominis, in qua est fletus. Vnde Genes. 23. *Mortua est Sara in ciuitate Arbae, venitque Abraham vt plangeret & feret eam.* Tertium matutinum erit sanctis in generali resurrectione, in qua erit latitia sempiterna (vt dicitur Isaia 35.) *super capita eorum.*

Sequitur. *Si repente micauerit coruscatio, &c.* Coruscatio est diaboli tentatio, quam iusti valde metuentes, cum ipsam senserint, statim se comprimunt, & portas sensuum claudunt. Vnde Ioan. 20. *Cum esset sero die illo vna Sabbatorum & fores essent clausae, &c.* Conchis his est sensus, partus suos timent maculari, &c. Sensus est ad animam per corpus commens mentis stimulator. Iusti partus, id est, opera sua timent maculari, & ideo cum dies mundanae vanitatis excanduerit, id est, eis arriiserit, statim descendunt in profundum, id est, considerant suae fragilitatis & iniquitatis miseriam, & gurgitibus lachrymarum se abscondunt, ne si aliter fecerint, eorum margaritae fulcentur & obnubilentur solis calore, id est, dignitatis vel humani fauoris ardore.

Margarita in aqua est mens iusti, quae in aqua voluptatis mollis efficitur, sed exempta, humo, id est, austeritate durefcit. Per austeritatem enim vultus, corrigitur animus delinquentis. Vnde Eccles. 7. *Filia (id est anima) commissa sunt tibi, conserua corpus illarum, & non ostendas hilarem faciem tuam ad illas.* Nunquam in vna concha, &c. quia in mente viri iusti non est sic, hoc est, est, & non. Si non sint duae partes, non est disunctio, sed vnio dicitur, quia sollicitus seruat vnitatem spiritus in vinculo pacis. Piscantium insidias timent, vnde inter scopulos delitescunt. Scopulus est saxum eminens, a speculando dicitur, mentis humilitatem significat, in qua qui se abscondit daemnonum insidias non metuit. Gregatim natant, in qua spiritus vnitatis egregiae significatur. Earum agmini dux est certus, in quo obedientia significatur. Praelatus est dux quem sequimur, cui obedire ex animo omnes tenemur, vt vnitatem spiritus in vinculo pacis conseruare mereamur.

Sequitur tertium. *Cum inuitatus fueris ad nuptias, recumbe, &c.* Cum per gratiam fidei vocatus a pastore, membris Ecclesiae te iunxeris, non te de meritis gloriando quasi caeteris sis (sublimior extollas. Nota quod in hac tertia particula Dominus tangit duo, scilicet, superbiam, cum in primo loco praenititur, & humilitatem, cum subiungitur. Recumbe in nouissimo loco. Magna superbia in nuptiis, id est, Iesu Christi Ecclesia in primo loco, id est, dignitatis excellentia vel discumbere, vnde Christus. Amant primas cathedras in Synagogis, qui carebunt secundis. O infelix ambitio, quae magna nescit ambire. Circuit (inquit Bernard.) sedulus explorator repens manibus, & pedibus si quo modo se ingerat in patrimonium crucifixi, & nescit quia precium sanguinis est. Gen. 9. dicitur. *Carnem cum sanguine non comedetis.* Quod

fit cum quis carnaliter viuendo patrimonium crucifixi in suis abusus expendit. Et ideo peribit anima eius de populo Dei. Noli ergo discumbere in primo loco, quia dicit Dominus Amos 6. *Ego detestor superbiam Iacob, & domum eius odi.* In excelsis, idolis immolatur, & in Nazareth, in loco scilicet humili, Dominus concipitur. In Hierusalem vero loco eminentiori crucifigitur. Ne ergo discumbas in primo loco. Greg. Nequaquam valet in culmine humilitatem dicere qui in minimis positus non desinit superbire. Tu qui dignitatis culmen affectas, tuae gratiae exitum, tuae famae dispendium, cui corporis periculum inquiris, quia quanto gradus altior, tanto casus grauior. Summa est demeritiae tantis periculis se obicere. Non ergo discumbas in primo loco, quia postea incipies nouissimum locum cum rubore tenere.

Super hoc 1. Machab. 7. & 9. dicitur. *quod Alchimus, qui data pecunia primum honoris principatum emerat, percussus est, &c.* Alchimus interpretatur fermentum magno consilij, & significat simoniacum, qui fermento pecuniae. (In cuius consilium non veniat anima mea, quia consilium impiorum peribit) corrumpit animas columbas vendentium. Hic quia in Ecclesia dignitatis loco non vocatus a Deo tanquam Aaron vult discumbere, ideo cum Alchimus paralytico paralyti percussus, inconfessus, & intestatus, & magno tormento mortuus nouissimum & vilissimum locum inferni, qui primus & gloriosus voluit hic apparere, cum rubore incipiet tenere. Recumbe ergo frater in nouissimo loco, vt audire merearis. Amice, ascende superius. Dicit Philosophus. Redige te ad parua ne cadas. Quia dicitur Prouerb. 18. *Qui altam facit domum suam, quareit ruinam.* Recumbe ergo in nouissimo loco. Nouissimus locus mortis est memoria, in qua qui recumbit, in primo loco discumbere non appetit. Vnde Hieronymus. Facile contemnit omnia, qui se semper cogitat moriturum. In hoc loco, o frater, fac tibi locum, ibi discumbe a longe conspiciens, & salutans caelestem Hierusalem, cuius artifex & conditor Deus, & confidens, quia peregrinus & hospes es super terram, & sic recumbe in nouissimo loco nulli te praefrens indigniorem te caeteris reputa, & tunc audies. Amice ascende superius. Ex humilitate amicum te recognoscit, qui ex praesumptione te postposuit.

Amicus dicitur animi custos. Humilitas est custos virtutum, quam qui habet, animum suum custodi: ne sibi fugiat, quo nihil fugacius. *Omni (inquit Prouerb. 4.) custodia serua corrum, 3. Reg. 20. dicitur. Custodi mihi virum istum, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius, aut talentum argenti appendes, &c.* Nota historiam. Quicumque ad religionem venimus, ad praeliandum contra malignos Spiritus egressi sumus. In quo praelio vir vnus, id est, animus noster fugit nos, sed gratia Dei adducit animum nostrum ad nos: qui nos redire facit ad ipsum, & vnique nostrum dicit. Custodi virum istum, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius, aut talentum, &c.

Ecce quid comminatur Dominus. Notabile verbum Poetae. *Labitur exiguo quod partum est tempore longo.* Ierem. Thren. 3. *Lapsa est in lacum*

Amos 6.  
Christum  
humilem se-  
tare humi-  
lia querentem.

Remedium  
tuae gratiae  
exitum, tuae  
famae dispen-  
dium, cui  
superbis.

1. Mach. 7.

Alchimus  
interpretatur  
fermentum  
magno consi-  
lij.  
Inte ictas  
simoniaci.  
Qui praese-  
locum hic  
vult: ex am-  
bitione ha-  
bere in-  
ferno obtri-  
nebit.

Prou. 18.

In memoriam  
mortis qui  
recumbit in  
primo loco  
discumbet.

Ex humilitate  
amicus  
Dei cognos-  
ceris.

Humilitas  
custos virtutum

Prou. 4.

3. Reg. 20.

Qui ad reli-  
gionis a ter-  
tius institutum  
venit  
pugnatus  
acceit.

Homo erga Deum in lacum vita mea. Heu quoties animus meus, a quo vita procedit, labitur in lacum miseriae, & in lutum fecis? Dicitur ergo. Erit anima tua pro anima, id est, vita eius, aut talentum argenti appendes. Heu Domine Deus, animam habeo, talentum, id est, vitam puritatem in statera tui examinis appendere non valeo, ergo ne animam meam appendas pro isto dilaplo. Vere Domine iudicia tua iusta, quia dignus sum suspendi, qui tuum depositum, cor meum, id est, vitam meam non custodiui, & ideo dignus vita priuari.

A te dilaberis cum terrenis immiseris. Sequitur. Cum turbatus huc atque illuc me verterem, subito non comparuit. Ecce qualiter dilabitur animus. Nota ista duo.

Turbatus, & Verterem.

Turbatus dicitur quasi terrae mixtus. Nec mirum si animus tuus dilabitur, cum tu es turbatus, id est, terrenis immixtus. Vis ergo animum custodire? esto in tranquillitate conscientiae. Et attende quam proprie dicit. Cumque huc & illuc me verterem. Cum huc, id est, ad carnem, vel illuc, id est, mundum te vertis, animum perdis. Non ergo ad dexteram vel sinistram est vertendum, sed via regia gradiendum, vt semper te habeas ante te, nec huc, id est, istius, vel illuc, id est, illius vitam vel mores diiudices, nemini detrahas. Subito (inquit) non apparuit. Quocumque te praeferquam ad Deum vel ad te vertis, subito animus non compareret. Noli ergo te vertere, sed habe faciem euntis in Hierusalem, vt ipsa ascendat super cor tuum, quod cum custodieris, amicus Dei efficiaris. Dicat ergo Dominus. Amice, &c. qui in nouissimo loco discumbit superius ascendit. Et tunc erit tibi gloria, &c. Vnde transiens ministrabit illis & faciet eos discumbere.

Tranquillitas conscientiae te custodit.

Via regia gradiendum. Humiles a Deo honorantur & extolluntur.

Attende Dei potentiam, vt timeas, Dei sapientiam vt sapias, patris misericordiam vt confidas.

Nota etiam in Epistola ista quinque, Dominus, Deus, pater, fides, & baptisma. Quicumque vult audire. Amice ascende superius, attendat Domini potentiam, vt timeat, Dei sapientiam, vt sapiat: patris misericordiam, vt confidat, fidei excellentiam, vt temporalia despiciat, baptismatis virtutem, vt foris in bello consistat, Rogemus ergo, &c.



DOMINICA XVIII. POST TRINITATEM.



ONGREGATIS Pharisaeis interrogauit eos Iesus, dicens: Quid vobis videtur de Christo? Matth. 22. Dicitur 2. Machab. 1. Tempus affuit quo sol refulsit, qui prius erat in nubilo, &c.

Matth. 22. 2. Mach. 1.

Hyems consumit, Ver plantat, Aestas metit, Autumnus vindemiat.

Nota, in anno sunt quatuor tempora, scilicet, Hyems, Ver, Aestas, Autumnus. Hyems consumit. Ver plantat & inferit. Aestas metit & triturat. Autumnus vindemiat. Hyems fuit ab Adam vsque ad Moysen, quo tempore omnia fuerunt consumpta. Vnde Apo-

stolus Rom. 5. Regnavit mors ab Adam vsque ad Moysen. Ver, a Moysen vsque ad Christum, quo tempore lex fuit inserta & plantata, in qua tamen flores fructum promittentes apparuerunt. Aestas fuit incarnatio Christi, quo tempore ipse sol qui prius erat in nubilo, id est, in sinu patris, nobis refulsit. In hoc tempore fuit messio & trituratio. Ecce (inquit Dominus Ioan. 4.) leuate oculos vestros & videte regiones, quia alba sunt iam ad messem, & qui metit, &c. Et tunc sequitur Autumnus, in quo acinis proiectis in sterquilinum inferni, vinum defecatum reponetur in cellarium caelestis regni. Sed prius necesse est, vt praecedat tribulationis trituratio, qui per calicem peruenitur ad maiestatem. Vbi ergo venit plenitudo temporis, quo sol qui prius erat in nubilo nobis absconditus, refulsit in regione & umbra mortis sedentibus, ignis accensus est magnus, de quo dicit Dominus. Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt ardeat? &c. Luc. 12. Et attende quod in terram non alio se dicit ignem mittere, & bene. Venerat enim contraria contrariis curare.

Nota, quod in igne sunt tria, scilicet. Calor, Splendor, Leuitas. In terra sunt tria. frigiditas, obcuritas, ponderositas.

Et ista tria sunt opposita primis tribus. Ignis est amor Dei, in quo sunt tria, scilicet calor humilitatis, splendor castitatis, leuitas paupertatis. In terra, id est, terrenis sunt tria, scilicet frigiditas superbiae, obcuritas luxuriae, ponderositas auaritia. Venit ergo ignem mittere in terram: quia opponit calorem humilitatis frigiditati vel gelicidio superbiae. Psal. 147. Emittet verbum suum & liquefaciet ea, verbum, scilicet. Discite a me quia mitis sum, & humilis corde, &c. & liquefaciet ea, scilicet, corda superbiorum.

Splendorem castitatis obscuritati luxuriae. Act. 12. Angelus Domini assistit, & lumen refulsit in habitaculo carceris, percussit, &c. In Angelo qui natura virgo est, gratia castitatis significatur, cuius lumen illustrat habitaculum carceris, id est, cor peccatoris tenebris luxuriae excaecati. Carcer dicitur mandas, quo & arceris. Luxuriosus enim a se arceat quicquid luxuriam extinguere potest. Sed cum Angelus percussit eius latus lancea timoris, vt ab ipso educat humorem libidinis, tunc excitat a somno mortis, & admonet vt surgat per contritionem, velocius per confessionem, & tunc catena male consuetudinis cadunt de manibus, id est, operibus.

Item opponit leuitatem paupertatis ponderositati auaritia. Vnde Matth. 19. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia, &c. Et Ierem. 2. Cursor leuis explicans vias suas. Cursor, id est, pauper spiritu currens cum gigante gemina substantia. Quanto ponderare se alleuiat, qui nihil habere amat, & ideo vias suas explicat. Ignem ergo veni mittere, &c. Et ideo mirabile est in oculis nostris. De isto sole vel igne dicitur in Euangelio hodierno.

Quid vobis videtur, &c. Vbi duo notanda. Primum est, de Dei & proximi dilectione, in quo charitatis excellentia. Secundum est, de Christi generatione, vel emanatione, & eminentia. De primo habetur in illo sermone. Beati oculi qui vident quae vos videris, quae tatur ibi.

Charitatis excellentia Dei & proximi dilectio.

Rom. 5. Hyems ab Adam, Ver a Moysen, ad Christum incarnatio Christi Aestas.

Ioan. 4.

Per calicem amatum peruenitur ad beatitudinis dulcedinem.

Luc. 12. Contraria contrariis curaturus accessit Iesus Christus.

Ignis amor Dei & in eo tria attendenda.

Psal. 147.

Act. 12. Callitas Angelo denotata.

Cor libidinolium curcer immundus.

Auaritia onerosissima.

Matth. 19. Ierem. 2.

Pauper leuissimus.

Charitatis excellentia Dei & proximi dilectio.

In quo nostrae fidei excellentia consistit. In secundo nostrae fidei excellentia concluditur, vt scilicet Dominum Iesum-Christum verum Deum & verum hominem ad dexteram patris sedere credamus, confidentes ipsum Dominum & filium Dauid. Dominum, in eo quod omnia & ipsum Dauid fecit, filium, in eo quod factus est ex semine Dauid secundum carnem. Non reprehenduntur Iudaei quod Dauid filium dicunt, sed quia Dei filium non credunt. Quibus dicit ipse filius.

Psal. 109.

Dicere in ciuibus est generare.

Confunditur Iudaei prauitatis perfidia.

Abac. 3.

1. Mach. 4.

Templum a contemplatione dictum. 1. Cor. 3.

Temporalia contemnenda. 2. Cor. 4.

Matth. 4.

Nullus effectus ad carnem inclinatur. Vnde facies dicta.

Matth. 7.

Intentio pura sit in opere.

4. Reg. 9.

Quomodo Dauid in spiritu sancto (non in corde tuo) vocat eum Dominum, dicens. Dixit Dominus, id est, pater, Domino meo, id est filio. Istud dicere est (vt ibi dicit Glossa) aequalem sibi filium generare. Domino, non secundum quod de eo natus est, sed secundum quod de patre semper fuerit. Sede a dextris meis, id est in posterioribus bonis, donec (finitum pro infinito ponitur) ponam inimicos tuos, id est, inobedientes, scabellum pedum tuorum, id est, subiiciam tibi volentes & nolentes. Quod a patre inimici subiiciuntur, non infirmitatem filij, sed naturae vnitatem significat, quia in altero operatur. Nam & filius subiicit inimicos patri, quia patrem clarificat super terram. Si ergo Dauid eum vocat Dominum, quomodo filius eius est? q. d. Vos putatis Christum futurum purum hominem, ergo quomodo Dominus erat Dauid? Mentitus est ergo Dauid. Potius enim parentes sunt & dicuntur Domini filiorum, quam filij parentum. Ergo Iudaica prauitatis perfidiam exercentes confiteantur cum Petro, dicentes. Tu es Christus filius Dei viui, qui (vt dicitur Abacuc 3.) egressus est in salutem populi sui. Nota introitum Missae, & historiam.

Quid vobis videtur de Christo? cuius filius est? Dicunt eis Dauid. Dicitur 1. Machab. 4. Ornauerunt faciem templi coronis aureis, & dedicauerunt altare Domino. Templum a contemplatione, vel quasi tectum amplum est dictum. Dicit Apostolus 1. Cor. 3. Templum Dei sanctum est quod estis vos. Nos Dei templum & sancti sumus, si illa tria, scilicet Contemplantes, Tectum, & amplum sumus. Contemplantes quo ad Deum per temporalium renunciationem. Vnde Apostolus 2. Corinth. 4. Contemplantibus nobis non quae videntur, sed quae non videntur. Tectum quo ad nos per carnis mortificationem. Vnde Matth. 24. Qui in tecto est, non descendat aliquid tollere de domo sua. Ibi Glossa. Qui excedit carnem animo, non redeat ad aliquos actus pristinae conuersationis. Hoc est nullo affectu inclinatur ad carnem. Amplum quo ad proximum per ipsius compassionem. Amplius dicitur, quasi in vtraque parte plus. Vtrique parti, id est, contemplationi Dei & compassioni proximi, plus deberes impendere quam carnicum. Si tale templum fuerimus, vere sancti erimus. Ornauerunt ergo faciem templi.

Facies dicta eo quod faciat homini notitiam, opera nostra significat. De quibus Dominus Matth. 7. A fructibus eorum cognoscetis eos. Corona aurea in facie templi, est intentio pura in opere nostro. Ornemus ergo nostra opera coronis aureis purae intentionis cum verbis Machabaeis, non stibio cum meretrice Iezabele, de qua 4. Reg. 9. dicitur. Depinxit oculos suos stibio, & ornavit caput suum, & respexit per fenestram

Nota ista tria. Iezabel interpretatur sterquilinum. Serquilinum, id est, locus plenus stercore, dictum quod stercore liniatur, id est, inficiatur, significat hypocritam, qui stercore vanae gloriae linitur, & ideo ad ipsum muscae morientes quae perdunt suauitatem odoris concurrunt. Stibium est idem quod caerulea vel caeruleus color mulieres faciem ornant, & significat laudem populi qua hypocrita oculos suos depinxit. Cum enim a populo laudatur, oculi eius rident, facies hilarescit. Caput ornat cum sua bona laudat, & sic per fenestram vt videat & videatur. Spectatum venit, venit vt spectetur & ipse. Non ornamento stibij, sed coronis aureis ornemus obsecro faciem templi.

Sequitur. Et dedicauerunt altare Domino. Dedicare, dicitur Deo dare. Altare dictum alta ara est cor nostrum, quod debet esse altum per amorem, ara per contritionem, & sic ipsum dedicauimus, id est, Deo dabimus qui dicit Prou. 23. Fili praebe mihi cor tuum. Qui ergo Deo dat cor suum, vere Christus est, id est, gratia inunctus, & filius Dauid. Vnde. Quid vobis videtur de Christo, cuius filius est? Dicunt ei, Dauid.

Super his duobus nota aliqua moraliter. Christina de balsamo fit & oleo. Balsamus (vt Plinius scribit) est arbor viti similis, & vt vitis sustentatur, duobus cubitis eminet, perpetua coma est insignis, vitro vel cultellis osteis inciditur, quia ferri tactus noxius est, & sine mora moritur. Eximij odoris stillas emittit. Praecipua gratia debetur lachrymae, secunda semini, tertia cortici, minima ligno. Iuuentutem conseruat, putredinem arceat. Eius gutta cum melle admixta adulteratur, sic probatur esse sine melle; si cum lacte coagulato sole pure ardente manu sustineri non potest vel sustentari.

Moraliter. Arbor balsami est vita viri iusti, quae est & debet esse similis viti, & vt vitis sustentari. Vitis enim circumfunditur & paxillis sustentatur. Sic iustus vitam suam fodit surculo compunctionis, & amputat falce confessionis, sustentat paxillis satisfactionis. De 1. Lucae 13. Fodiam circa illam, & mittam stercora. De secundo, Cant. 2. Tempus putationis aduenit, vox turturis, id est, confessionis poenitentis audita est in terra nostra. Paxillus dicitur modicus paxillus, in quo humilitas satisfactionis designatur, quae vita iusti sustentatur: de quo Isa. 2. Figam illum paxillum in loco fideli. Hic in loco fideli figitur, cum in sancta Ecclesia vita iusti in humilitate conseruatur. Duobus cubitis eminet. Duo cubiti sunt duo praecepta charitatis, quibus vita iusti eleuatur a terrenis. De primo cubito, scilicet Dei charitate, Genes. 6. dicit Dominus ad Noe. Fenestram in arca facies, & in cubito consummabis eam.

Arca dicta eo quod arceat aurem vel visum, est iusti vita, qui se arceat ab omni vitio. Fenestra quae dicitur quasi ferens extra, est mentis deuotio, per quam egreditur columba, id est, anima. Egreditur inquam ad contemplandum Deum. Ingreditur ad considerandum seipsum. Fenestra ergo in arca est in vita iusti deuotio, quae in cubito, id est, Dei charitate consummatur. Beati (inquit Ioan. Apoc. 14.) qui in Domino moriuntur. Et Act. 7. Stephanus obdormiuit in Domino. De secundo cubito, scilicet charitate proximi, praeceptum fuit Moysi, vt fossa vnus cubiti fieret in altari. Fossa haec est

Iezabel sterquilinum interpretatur.

Hypocrita stercore vanae gloriae linitur. Vult videre & videri.

Altare Dei cor nostrum.

Prou. 23.

Altare dictum quasi ara alta. Balsami proprietates.

Balsamum vita iusti, cui ei comparatur.

Lucae 13.

Cant. 2.

Humiliter facti faciem dum. Isa. 22.

Duobus praeceptis charitatis, eleuatur a terrenis. Genes. 6.

Iustus cur arcae conferetur.

Deuotio Dei charitate consummatur. Apoc. 14. Act. 7.

Sit compassio Christi in mente iusti.









gratiam infundendo, & finaliter conferuando. Et sponsabo te mihi in fide. Ecce nuptiæ vnionis, in fide enim beatæ Virginis quæ Angelo credidit, nostram naturam sponsauit. Dicamus ergo. Simile factum est regnum cælorum hominî Regi qui fecit nuptias filio suo, id est, per incarnationis mysterium Ecclesiam filio suo copulauit. Sequitur.

Prov. 9.

Et misit seruos vocare inuitatos. &c. Vsq. Venite ad nuptias. Hæc dicit Salomon Prouerb. 9. Sapientia edificauit sibi domum, excidit columnas septem, immolauit victimas suas, miscuit vinum & proposuit mensam suam, misit ancillas suas ut vocarent ad arcam & ad mœnia ciuitatis. Sapientia Dei filius ædificauit sibi domum suæ humanitatis in vtero beatæ Virginis, quæ domus fuit suffulta septem columnis, id est, septiformis gratiæ donis. Idem est, Fecit nuptias filio suo, immolauit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam. Hoc illud est. Ecce prandium meum parauit, &c. Misit ancillas suas, hoc est, Misit seruos suos. Et nota quod Dominus vocat & inuitat peccatores ad tres supra dictas nuptias, quæ in arce & mœnibus ciuitatis designantur. In arce humilitas incarnationis dominicæ. In mœnibus, id est, in muris opera pœnitentiæ, per quæ quis ascendit ad ciuitatem cælestis gloriæ. Vocat inquam per prædicatores, qui sunt ancillæ, propter curam sollicitam quam gerunt circa animas, sicut ancilla circa dominam suam, Psal. 122. Sicut oculi ancilla in manibus Domine sua, & serui propter humilitatem Luc. 17. Serui inuitati sumus, fecimus quod facere debuimus.

Deus peccatores inuitat ad tres nuptias.

Psal. 122. Luc. 17.

Ad istas tres nuptias referuntur quæ ponuntur in Euangelio, & in Prouerb. scilicet. Ecce prandium meum parauit, in nuptiis vnionis. Vnde ibi Glos. Prandium est paratum, scilicet mysterium incarnationis impletum. Ad quod vt inuitati audius conuenirent, immolauit victimas.

Vnde victima dicta.

Victima apud veteres dicitur sacrificium post victoriam, vel quia vincita ad aras ducebatur. Victimæ fuerunt Apostoli & eorum sequaces, qui corpora sua tradiderunt ad supplicia, vt ad dominicæ incarnationis nuptias populos conuocarent. Vnde de eis dicit Moytes in fine Deuter. Populos ad montem vocabunt, & ipsi immolabunt victimas iustitiæ. Ad montem, id est, ad fidem dominicæ incarnationis. Apostoli populos vocauerunt, & ibi, id est, pro ipsa fide dilaranda seipfos victimas iustitiæ, vt de iniustis iustos facerent, immolarunt. Iustus (inquit Apostolus Hebr. 10.) ex fide vivit.

Hebr. 10.

Taurus occiditur cum superbas in pœnitentiâ mortificatus humiliatur. Item. Quando nam homo Dei est.

Item tauri mei occisi sunt, in nuptiis iustificationis, id est, pœnitentiæ, Tauri occiduntur cum superbi peccatores in pœnitentiâ mortificati humiliantur, qui tunc sunt Domini, cum non sunt sui. Suus est qui sua & non quæ Iesu Christi querit. Vnde Ioan. 1. Sui enim non ceperunt. Dum taurina ceruix est erecta, dum oculi sunt torui ira, suus est homo, sed cum ceruix in luctum redigitur, id est, superbia in sui vilitatis recordatione humiliatur, & pœnitentiæ mortificatione occiditur, tunc non suus, sed eius est qui eum emit.

Isa. 24.

In his nuptiis sapientia miscet vinum, cum carnis & mundi gaudium temperat amaritudine lachrymarum. Vnde Isa. 24. Amara est potio bibentibus illam. Potio mundani gaudij, dum lachrymis pœnitentiæ miscetur, amara est biben-

tibus, id est, pœnitentibus. Item, Altilia mea occisa sunt, & omnia parata sunt in nuptiis gloriæ cælestis.

Altilia dicuntur ab alendo, & significant viros perfectos interna charitate, qui penna contemplationis superna petunt. Hi dicuntur occisi, quia per mortem carnis iam in requie sunt positi. In his nuptiis sapientia mensam proponit. Vnde dictum est superius. Vt edatis super mensam, &c.

Ad harum trium nuptiarum conuiuium pauci aut nulli sunt qui veniant. Paupertatem enim & humilitatem dominicæ incarnationis abhorrent, asperitatem pœnitentiæ formidant, cælestis mensæ conuiuium non desiderant, temporalibus ardentem inhærent.

Sequitur. Illi autem neglexerunt, & abierunt, alius in villam, & cetera. Ibi Glos. In villam ire, est terreno labori immoderate insistere. Negociari vero, terrenis lucris inhære. Vide alibi. Homo quidam fecit cœnam. Sequitur. Reliqui vero tenuerunt seruos suos, & contumelijs effectos occiderunt. Vnde super hoc v. de Machabæorum septimo, vbi fit mentio de septem fratribus vna cum matre ab Antiocho morte terribili occisis, & de Eleazaro, qui (vt ibi dicitur) gloriosam mortem magis quam odibilem vitam amplectentes voluntarie præibat ad supplicium.

Sequitur. Rex autem cum audisset iratus est, &c. Ibi Glos. Supra vt homo inuitat & opera misericordiæ & clementiæ agebat, nunc in miseratione Rex dicitur tantum. Psal. 100. Misericordia & veritas præcedent faciem tuam. In primo aduentu fuit misericordia. In secundo erit iudicij veritas. Vnde Christus dicitur apus, habens mel misericordiæ & aculeum iustitiæ. Vnde Malach. 3. Ipse quasi ignis conflans, & quasi herba fullonis.

Berith est herba fullonis, de hac herba panes faciunt quos herbatos vocant, & siccant illos, habentque pro Sapone, quo vestes dealbat. Christus sicut herba fullonis, quia sua misericordia dealbat animas a peccatis, sed in futuro erit impiis quasi ignis conflans & inuoluens in fornace inferni. Vnde sequitur. Misit exercitibus, &c. Ibi Glos. Misit exercitibus, id est, Angelis, per quos exercebit iudicium in peccatores, & ciuitatem perdet, id est, carnem cum qua habitauerunt, cum anima in gehenna cremabit, vt qui in vtroque peccauerunt in vtroque iuste puniantur.

Sequitur. Tunc ait rex ministris & seruis. Nuptiæ quidem paratæ sunt, &c. Audi quid comminatur Dominus eis, Zach. decimo quarto. Erat ruina qua percutiet Dominus omnes gentes que non ascenderint ad celebrandam festiuitatem tabernaculorum.

Nota quod tria sunt tabernacula, que tribus nuptiis concordant. Primum tabernaculum dominicæ incarnationis. De quo Isa. 4. Tabernaculum eris in umbraculum disci ab æstu, & in securitatem, & in absconsonem a turbine & a pluuia. Dei filius cum accepit ex beata Virgine corpus, in quo quasi in tabernaculo peregrinus & hospes fuit, tunc quasi umbraculum contra æstum dei, id est, mundanæ prosperitatis nobis fecit. Vnde Psal. 139. Obumbrasti super caput meum in die belli, id est, mundanæ prosperitatis, quæ valde impugnant Christi pauperes. Qui dominicæ paupertatis obumbraculo caret, sol æstuat

Mundanum gaudium pœnitentibus amarum. A tibia ab alendo dicta perfectos significat.

Plures ad nuptias spoli cœlestis veniunt.

Quid est in villam ire.

1. Mac. 7.

Cur Christus Rex dicitur.

Psal. 100.

In 1. aduentu misericordia in 2. iudicij

Malac. 3.

Christus sicut herba fullonis & qua de cau- la.

Angeli Dei exercitus.

Zach. 14.

Tria tabernacula quæ.

Corpus Virginis tabernaculum Dei

Psal. 139.

Iudith 8.

caret, sol æstuat super caput eius, & moritur. Vnde Iudith 8. Vir eius Manasses, qui mortuus est in diebus messis bordeaca. Instabat enim super alligantes manipulos in campo, & venit æstus super caput eius, & mortuus est. Et quarti Regum quarto de filio Sunamitis, qui dixit. Caput meum doleo, &c.

Manasses interpretatur oblitus.

Manasses interpretatur oblitus, & significat cupidum & auarum, qui dominicæ paupertatis oblitus dum manipulos diuitiarum & bonorum in campo colligeret, id est, in latitudinem temporalium ligare nititur, æstus mundanæ prosperitatis super caput, id est mentem eius, & sic moritur. Hoc idem de puero, id est, carnali appetitu & luxurioso. De quo Isaia sexagesimo quinto. Puer centum annorum morietur, id est, peccator. Et poeta. Nequitia est quæ te non finit esse senem. Est etiam humanitas Christi nobis in securitatem. Vnde Psal. Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. Et in absconsonem. Vnde. Sub umbra alarum tuarum protege me, a turbine diabolicæ suggestionis, & a pluuia carnalis concupiscentiæ.

Auarus congregans diuitias moritur.

Isa. 65.

Libidinosus licet senex dicendus stultus iuuenis.

Pœnitentiæ tabernaculum.

Psal. 83.

Tabernaculum cœlestis gloriæ.

Quaerendum festiuitates trium tabernaculorum celebrantur.

Vix actiones sunt, exitus defectus carum.

Ecclesia præfens bonos & malos continet.

Eccl. 5.

A superbia omnes viæ procedunt. Job. 48.

Tres vestes nuptiales.

Apoc. 19.

Item secundum tabernaculum pœnitentiæ, vide alibi de tabernaculo Cedar in Quadragesima.

Item tertium tabernaculum est cœlestis gloriæ. Vnde Psal. 83. Quam dilecta tabernacula tua Domine, &c. Quicunque ergo ad istorum tabernaculorum festiuitatem celebrandam non ascenderit, ruina mortis æternæ percutiet eum Dominus. Primi tabernaculi festiuitas celebratur in fide & humilitate. Secundis, in cordis contritione. Tertij, in contemplationis dulcedine. Nuptiæ ergo paratæ sunt, sed qui inuitati sunt non fuerunt digni, & ideo vix illis qui se indignos faciunt, indigna, vilia, & transitoria, id est, temporalium stercorea amplectentur.

Ite ergo o prædicatores ad exitus viarum, & quoscunque inueneritis vocate ad nuptias. Ibi Glos. Vitæ actiones sunt, exitus, defectus actionum, quia plurius facile conuertuntur, quos in terrenis actibus prospera nulla comitantur. De hoc vide in illo Euangelio. Homo quidam fecit cœnam.

Et ingressi serui eius in vias, congregauerunt omnes quos inuenerunt, malos & bonos, & impleta sunt nuptia discumbentium. Ibi Glos. Sicut Ecclesia inter cælum & infernum est, ita indiscrete bonos & malos recipit, scilicet Petrum & Iudæ, oleum & amurcam, quæ est fex olei a mergendo dicta, granum & paleam, quæ dicitur a pala, eo quod pala ventiletur, vt frumenta purgentur. Pala diabolicæ suggestionis, palea, id est, peccatores ventillantur, contra quos dicitur Eccl. 5. Non ventiles te in omnem ventum, & ne eas in omni via. Quæ est superbia. Aqua omnes viæ diaboli procedunt, Job 48. Ipse est rex super omnes filios superbiæ.

Sequitur. Intrauit autem rex vt videret, &c. Nota quod sicut sunt tres nuptiæ, sic sunt tres vestes nuptiales, scilicet byssina, polymita, & coccinea. In primis nuptiis necessaria est byssina. In secundis polymita. In tertiis coccinea. Qui ergo ad nuptias dominicæ incarnationis vult intrare, vestem byssinam, id est, castitatis munditiam necessarium est ipsum habere. Vnde Apoc. 19. Venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit se. Et datum est illi vt cooperiat se byssino splē-

denti & candido. Agnus dicitur quod præ ceteris animalibus matrem agnoscat, & ideo significat Christum, qui cum in cruce penderet, matrem inter millia Iudæorum agnouit, & Virginem Virgini commendauit. Agni ergo nuptiæ id est, Christi incarnatio venit, & ideo vxor eius, id est, sancta Ecclesia vel quilibet fidelis anima debet se præparare fide, & cooperire byssino, id est, castitate splendens quo ad conscientiam, candido quoad corpus. Quomodo Dei filij & beatæ Virginis nuptiis interesse potuit, qui byssino castitatis indutus non fuit? Quomodo Ecclesiam intrare, fidelium se cœtui coniungere, & cõmunioni Dominici corporis præsumit interesse, qui se nouit byssino splendido, & candido, id est, castitate interiori & exteriori carere? Cui rex ironice dixit. Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? Beatæ Virginis filius valde delectatur in castitatis munditia. Vnde de eo sponsa Cant. 6. Descendit dilectus meus in hortum suum, & cetera. Hortus dilecti est anima iusti in qua sunt duo aureola aromatum, id est, humilitas procuratrix ceterarum virtutum, & lilia, id est, duplex continentia, & ideo in talem hortum descendit & pascit.

Nota quod quadruplex est hortus, scilicet Nu cum.

Pomorum. Vinearum. Aromatum.

Septem sunt dona Spiritus sancti, scilicet spiritus timoris, scientiæ, pietatis, consilij, fortitudinis, intellectus, & sapientiæ. Anima iusti per spiritum timoris fit hortus nucum, quæ in se habent tria, scilicet amaritudinem in corio vel pelle, duritiam in testa, suauitatem in nucleo. Hortus nucum est pœnitentiæ, quæ habet amaritudinem in carne, duritiam tribulationis in mentis longanimitate, suauitatem spiritalis lætitiæ in præmij expectatione. Item per spiritum scientiæ & pietatis fit anima hortus pomorum, quæ habent dulcedinem misericordiæ. Item per spiritum consilij & fortitudinis fit hortus vinearum, habens feruorem charitatis. Item per spiritum sapientiæ & intellectus, fit hortus aromatum omitens odorem in portis.

Item. Quicunque ad nuptias pœnitentiæ vult intrare, tunicam polymitam, id est, cordis humilitatem necesse est ipsum habere, de quo Gen. 37. Israel diligebat Ioseph super omnes filios suos eo quod in senectute genuerat eum, fecitque ei tunicam polymitam. Israel, id est, Deus pater, dilexit Ioseph, id est, Christum super omnes filios adopriuos quem in senectute, id est, mundo senescente genuit de Maria virgine, fecitque ei in tunicam polymitam, id est vestimentum cum humilitate. Vnde ipse dicit Matth. vndecimo. Discite a me quia mitis sum & humilis corde. Super hoc simile habes secundi Regum vigesimo primo, circa fidem. Tertium quoque bellum fuit in Gob contra Phylisæos. In quo percussit Adeodatus filius salus polymitaris Bethleemites Goliath Gethæum.

Nota quod tria bella sunt, diaboli, mundi, & carnis. Hic est Gob, quod interpretatur lacus. Caro enim nostra est lacus miseriæ & lutum faciis. In hoc lacu est bellum contra Phylisæos, id est, quinque sensus corporis, qui temporalium potione inebriati coruunt in peccata. In hoc bello & lacu, pœnitens qui est Adeodatus,

Christus Agnus.

Qui ad nuptias Christi venit induatur veste castitatis.

Qui castus non est nuptiis B. Virginis adeste non potest.

Cant. 6.

Hortus spõsi est anima sancta.

Quadruplex hortus est.

Quomodo anima fit hortus nucum.

Anima fit hortus pomorum.

Anima fit hortus vinearum.

Anima fit hortus aromatum.

Matth. 11.

2. Reg. 21.

Triplex bellum in nos diaboli mundi & carnis.



Caro nostra  
lacus miseri-  
tiae, pœni-  
tens à Deo  
datus.

Isa. 10.

Iud. 7.

Cur Gedeon  
pœnitentem  
designat.  
Oreb inter-  
pretatur sic-  
citas sive  
coruus.

Nihil detestabilius  
Deo & ho-  
minibus  
quam super-  
bus Religio-  
sus.

Qua veste  
induendus  
qui ad nu-  
ptias beati-  
tudinis vult  
recipi.

Exod. 25.

1. Reg. 1.

Qui sine ve-  
ste nuptiali  
iuuencus  
fuerit con-  
demnabitur.

Vestis nu-  
ptialis cha-  
ritas.

Ierem. 10.

Pec quæ quis  
peccat per  
hæc punitur.

quia Dei gratia illuminatus, filiusque salus, id est solitudinis, hoc est pœnitentiæ & mœroris, Polymitaris, quia humilis & benignus, Bethleemites, quia contemplatiuus, calestis panis dulcedine satiatus. Iste talis & tantus dum se affligit, Goliath Gethum, id est, diabolus percussit. Vnde Isa. 10. *Suscitabit super eum, scilicet Assyrium, id est, diabolus, Dominus exercituum flagellum iuxta plagam Madian in petra Oreb.* Iudicum 7. dicitur, *quod Gedeon deuicit castra Madian, lapidibus, buccinis, & confractis lagenis.* Gedeon est pœnitens, qui in lapide contritionis, buccina confessionis, contractione lagenæ, id est, mortificatione carnis, deuincit diabolus, & hoc in petra Oreb, quod interpretatur siccitas sive coruus, id est, in firmo & immobili proposito ipsius pœnitentiæ, quæ humorem luxuriæ exsiccat, & lutum, id est, despectum, qui in coruo designatur, superinducit. Tali ergo veste polymita debet se induere qui ad nuptias pœnitentiæ vult intrare, quæ si caruerit, audire poterit. Amice, quomodo huc intrasti nõ habes vestem nuptialem? Amice habitu, inimice conuersatione, quomodo huc intrasti, scilicet in religionem, non habens vestem polymitam?

Quid detestabilius & abominabilius Deo & hominibus, quam superbia in Religioso? Si enim superbis Angelis calum non profuit, quomodo viro Religioso monasterium prodesse poterit? Iste de penna Erodij & accipitris gloriatur. Ideo Abdias. Superbia (inquit) cordis tui extulit te habitantem in scissuris petrarum, exaltantem solum tuum, &c.

Item quicumque ad nuptias cœlestis gloriæ vult intrare, necesse est ipsum vestem coccineam, id est, Dei & proximi charitatem habere. Coccini & purpuræ vna est materia, coloris tamen diuersitas magna. Purpura magis nigra, est ex primo colore conchyliorum. Coccus vel coccinum magis rubrum, est ex secundo. De hoc præcepit Dominus Moysi, Exod. 25 vt in ornamento sacerdotali & cortinis tabernaculi poneret coccum bis tinctum. In quo Dei & proximi charitas designatur. Itē de hoc coccino dicit Dauid 2. Reg. 1. *Filia Israel super Saul stete, qui vestiebat vos coccino, &c.* O filia Israel, id est animæ fideles, stete super morte Saul, id est, Iesu Christi, quem pater inunxit regem, vt liberaret filios Israel de manu Phylisæorum, id est, dæmonum. Hic vestit vos coccino charitatis geminæ in deliciis puræ cōscientiæ, & ornamenta aerea cæterarum virtutum præbet ad decorem vestræ conuersationis. Quicumque sine hac veste in vltimo iudicio repertus fuerit, suæ damnationis sententiam suscipiet à rege. De quo præmittitur. Intrauit rex, quia ad iudicium veniens illuminabit conscientias hominis, vt videat, id est, videri faciat iudicandorum merita, & discernat discumbentes in fide quiescentes. *Videt ibi hominem, in quo figurantur omnes qui in malo sunt, non vestium veste nuptiali, id est, fidem habentem & non opera charitatis.* Et ait illi. *Amice (per fidem) quomodo huc intrasti? &c.* At ille obmutuit, quia ibi non est locus negandi. *Tunc dixit rex ministris. Ligatis pedibus & manibus eius, mittite eum in tenebras exteriores, &c.* De hoc rege Ier. 10. *Non est similis tui Domine, magnus es tu, & magnum nomen tuum. Quis non timebit te ò rex gentium? Cui cantatur in Introitu Missæ. In voluntate tua Domine, &c.* Hic rex dicit ministris, &c. Ligantur ibi

pœna, quia hic à malo noluerunt ligari, id est cohiberi, ibi singula membra pœnis subiicientur, quæ hic singulis vitiis seruauerunt. Per quæ enim quis peccat, per hæc & punitur, &c. *Mitte (inquit) in tenebras exteriores, inferni, quæ extra nos sunt, quia hic interiores habuit tenebras cordis.* De hoc Sap. 17. *Ignis quidem nulla vis poterat illis lumen præbere nec siderum limpida flamma illuminare poterant illam noctem horrendam.* Tenebræ dictæ, quia tenent vmbra. Vmbra est obliuio mortis, quæ dicitur exterior. quæ extra terram viuentium quam semel receperat, æternaliter facit.

*Ibi erit fietus oculorum, in vanitate vagantium, & stridor dentium, qui de edacitate gauisi sunt, & bona pauperum deuorauerunt.* In his duobus signantur pœnæ maiores inferni, scilicet ignis & frigus. Ex igne procedit fumus, qui fletum prouocat. Ex frigore prouenit stridor dentium, de quibus Iob. 24. *Transibunt ab aquis nimum ad calore nimum.*

Nota quod sicut in hoc mundo duo peccata magis abundant luxuria & auaritia. Sic in inferno duæ sunt pœnæ quæ magis cruciant, scilicet ignis & frigus, Luxuria est ignis. Vnde Iob 31. *Ignis est vsque ad consumptionem deuorans.* Dicitur in naturalibus quod Salamandra vivit in igne scilicet luxuriosus in luxuria. Ignis enim luxuriæ parit ignem gehennæ. Auaritia etiam dicitur frigus, quia rest. i. git manus ad misericordiam ne extendantur.

Dicitur in naturalibus quod passer patitur morbum caducum, & ad terram cadit, sed non ex morbo, sed vt comedat herbam quæ dicitur ius Quistini, quam cum comedit, resoluti fumolitatibus frigidis congelatur cerebrum, ita quod passer cadit ad terram. Passer à pauitate dictus, auarum significat, qui in eo parus, & minimus est, quia obolo indiget, & vniuersis diuitiis quas habet minor est, quia ipse diuitiis ipsi, non ipse diuitiis dominatur. Iltius cerebrum, id est, mens, constringitur gelicidie cupiditatis, & ideo cadit in terram inferni, vbi erit fletus & stridor dentium. Multi sunt vocati, fide ad nuptias. Pauci vero electi, charitate ad regnum. Ad quod, &c.



### DOMINICA XXI. POST TRINITATEM.

**R**AT quidam Regulus, cuius filius infirmabatur, &c. Ioan. 4. Dicitur. Ezech. 1. *Super firmamentum quod erat, imminens capiti animalium quasi aspectus lapidis Sapphiri, similitudo Throni & super similitudinem Throni, similitudo quasi aspectus hominis desuper, &c.* Hic nota quinque, quæ ponuntur ibi.  
Animalia.  
Firmamentum.  
Thronus.  
Sapphirus.  
Homini aspectus.  
Animalia sunt carnalia desideria, quæ itaquam

Tenebræ cordis sunt interiores.

Sap. 17.

Stridor dentium in gulis & rapicibus.

Iob. 24.

Luxuria ignis.

Iob. 31.

Auarus licet diuissimus pauper, timus est diuitiarum auro dominatur.

Ioan. 4. Ezech. 1.

4. Reg. 5.

Iob. 31.

Gen. 4.

Ezech. 6.

Gen. 3.

Cordis contritio firmamentum.

Pœnitens in confessione se humiliet.

Prou. 28.

Quibus conditionibus debet constare confessio.

Sit in pœnitenti firmum propositum non relabendi.

In anima pœnitente Deus requiescit.

A Rege Christo Domino Christiani reguli nuncupantur.

bruta polluant terram mentis nostræ. Ideo Dominus ait Ezech. 16. *Proiecta es super faciem terra in abiectioe anima tua. Vidi te conculcari in sanguine, id est, immunditia carnalis desiderij.* Caput animalium est principium carnalium desideriorum: de quo Gen. 3. *Ipsa conteres caput tuum.* Quod tunc fit quando firmamentum imminet super caput animalium.

Firmamentum est cordis contritio, Gen. 1. *Fiat firmamentum in medio aquarum, &c.* Mens pœnitentis contriti pro peccatis habet aquas superiores & inferiores, id est, fluentia concupiscentiæ, quæ sub ipsa debent esse, quia semper tendunt ad occasum.

Vel aquæ superiores significant rationem, quæ est vis animæ superior, quæ semper hominem ad bonum prouocat. Aquæ inferiores sensualitatem. Capiti vero animalis super imminet firmamentum, id est, contritio cordis conterat principium carnalium desideriorum, & tunc super firmamentum erit quasi aspectus lapidis sapphiri, similitudo throni.

In his tribus pueris tres virtutes designantur, quas qui habuerint, à fornace mudi exibunt il- læsi. In Sydrac qui interpretatur decorus meus, castitas. Cant. 6. Pulchra es & decora, (interiori, scilicet, & exteriori castitate) filia Hierusalem. Et Genes. 49. Filius accrescens Joseph & decorus aspectu. Et iterum Genes. 24. Rebecca puella decora nimis, &c. Et de Rachele Genes. 29. Ra- chel decora facie & venusto aspectu. In Milach qui interpretatur quis vt risus, patientia, quæ ridet in tribulatione. In Abdenago, qui inter- pretatur seruus tacens, obedientia designatur: quæ seruit animo, & tacet à propriæ volunta- tis verbo. Qui has tres virtutes habent per An- gelum magni consilij, & per ventum roris flan- tem, id est, gratiam Spiritus sancti, ab igne for- nacis, id est, incendio vitiorum huius mundi liberantur.

Sequitur. Videntes autem conserui contristati, &c. qua facta fuerant. Conferui (vt dicit ibi in- terlinearis) sunt prædicatores Euangelij, vel Angeli qui referunt Deo gesta hominum. Vnde Angelus ad Daniele, Daniel. 10. Ex die primo quo posuisti cor tuum ad intelligentiam vt te affligeres in conspectu Domini Dei tui, exaudita sunt verba tua, & ego veni propter sermones tuos. Glossa. Postquam cœpisti lachrymis, ieiunio, & orationibus inuocare misericordiam Dei: ego orationem accepi vt pro te oraturus ingre- deret in conspectu Domini.

Dicitur in naturalibus, quod sunt quatuor ani- malia quæ tantum viuunt de quatuor elementis Allec, qui est piscis, viuunt in sola vnda. Chamæ- leon, de solo aère. Salamandra, de solo igne. Tal- pa, de sola terra. De Chamæleonte dicit Solinus, quod neque cibum capiat, neque potu alatur, nec alimento alio quam haustu aëris. Animal est quadrupes, incesu pigrum, cui fere idem qui & testudinum motus, corpus asperum, color varius & in momento mutabilis, ita vt cuiun- que se rei adiunxerit, concolor ei fiat. Colores

duo sunt, quos fingere non valet, scilicet rubrus & candidus, ceteros facile mentitur. Latet hye- me, prodit vere. A quocunque interfectus est victorem suum perimit interemptus. Nam simul ac modicum ex eo ales ederet illico moritur. Sed si coruus vel alia auis, quæ nomen à sono gutturis habet, de eo comederit, habet præsi- dium ad medelam, natura manum porrigente. Nam cum afflictum se intelligit, sumpta fronde laurea recuperat sanitatem. In Chamæleonte vir contemplatiuus designatur, qui solo aère, id est, dulcedine contemplationis viuunt. Vnde dicit cū Apostolo Philip. 3. Nostra conuersatio in calis est, & Iob. 7. Suspendium elegit anima mea. Suspendium est eleuatio visionis ad Dominum. Vir iu- stus sane diuini amoris eleuatur à terrenis, & pendet in aère dulcedine contemplationis, & tuæ quasi totus efficitur aër, nihil habens de carne, id est, carnalitate. Vnde dicitur Math. 3. de Ioanne Baptista, quod erat vox clamantis in de- sertis. Vox est aër, & Ioannes aër non caro erat, quia nihil carneum, sed totum quod sapiebat erat cæleste. Vnde Exod. 24. dicitur, quod sub pedibus Domini erat quasi opus sapphirini lapidis. Pedibus, id est, humanitati Christi sunt suppo- sitæ quasi scabellum mentes iustorum. Vnde Luc. 10. Maria sedebat ad pedes, &c. & tales mentes sunt quasi opus lapidis sapphirini.

Notentur ista tria. Opus, propter laborem, Prou. 24. Prepara foris opus tuum, & exerce di- ligenter agrum tuum, id est, vitam, vt postea edi- fices domum tuam, id est, conscientiam tuam. Lapidis propter mentis constantiã. Vnde Zach. 3. Super lapidem unum septem oculi sunt, id est, in viro constanti septiformis gratiæ dona. Sapphi- rini, propter contemplationis dulcedinem. Vnde dicitur Ezech. 10. In firmamento quod erat su- per caput Cherubim quasi lapis sapphirinus. Super caput, id est, mentem. Cherubim, id est, iusto- rum, qui sunt pleni scientia, quæ sola scire scire, sola scientes facere. Et nota quod Ezechiel ap- pellat in principio quatuor animalia, hic autem Cherubim. Ideo autem nomine Angelorum ap- pellat animalia, quia pennata erant.

Vnde sciendum quod nec pedes nec rostrum auium, sed alas tamen habere describuntur. Iusti enim viri non habent sicut aues vngues curuos rapinæ & violentiæ, nec rostrum laniationis & detractionis fraternæ: sed tamen alas contem- plationis diuinæ, ad quod designandum natura, non curuos sed planos vngues dedit homini.

Dicitur in naturalibus quod aues coruorum vnguuium cum viderint pullos suos posse volare, percutiunt eos, & eiiciunt eos à suis nidis, & quando vngues eorum completi fuerint, non sunt solliciti super ipsos. Sic quidam auari & immisericordes faciunt, qui vt viderint paupe- res & infirmos aliquantulum conualescere, & (quod peius est) in ipsa infirmitate à domo prop- ria eiiciunt. Super ergo caput Cherubim est la- pis sapphirinus, quia mentem iustorum decorat & illuminat contemplationis beatitudo.

Salamandra dicta eo quod contra incendia va- leat, hæc si se arbori irixerit, omnia poma illius venenat: & ideo solum non vritur incendio, sci- licet, illud extinguit. Hic dicitur stellio, de quo Salomon Prou. 30. Stellio manibus nititur, & mor- ratur in adibus regum. Stellio à colore dictus est. Est enim corpore pictus lucentibus guttis in modum stellarum. In Salamandra vir contem- platiuus.

Chamæleon vir contem- platiuus.

Philip. 3. Iob. 7.

Math. 3. Ioannes ni- hil carneum sapiebat.

Exod. 24.

Prou. 24.

Zach. 3.

Ezech. 10. Christi sca- bellum vir- tutes iusto- rum.

Iusti carent vnguibz rapinæ rostris detractionis.

Contempla- tio mentem iustorum il- luminat.

Salamandre proprieta- tes.

Prou. 30. Stellio à co- lore dictus.

Eccles. 48. Salamandra symbolum viri contem- platiui.

Charitas in quatuor ma- xime confi- sit.

Vir solita- rius quis ve- re.

In allece pisciculo hu- milis deno- tatus. Philip. 1.

Psal. 6.

Pœnitentia vitens ex la- chrymis. Daniel. 10.

4. Reg. 4. Psal. 72.

Quenam sunt tres hebdomadæ in quibus luget pœni- tens.

Panis men- dacij pompa secularis. Prou. 20.

Iob. 20.

platiuus designatur, qui in solo igne charitatis viuunt. Vnde Eccles. 48. dicitur. Surrexit Helias Pro- pheta quasi ignis, &c. Quia opus & verba viri iusti ardent charitate. Vnde recte dicitur Stel- lio, quia stellis, id est, claritate, in charitate boni operis lucidus. Hic nititur manibus, id est, ope- ribus quo ad proximum, & moratur in adibus regum, scilicet, contemplatione quo ad Deum.

Item, Talpa dicta eo quod sit damnata perpetua cæcitate. Est enim absque oculis, terram semper fodiens. Quia de charitate quæ est vita animæ disposuimus, ideo si quid ad ipsius ædifi- cationem in istorum natura inuenire possumus, hic ponere volumus. Ideo notandum quod cha- ritas in quatuor maxime consistit.

Cordis compunctione, Gloriæ contemplatione, Proximi dilectione, Propriæ vilitatis recordatione.

In Talpa ergo vir despectus & solitarius desi- gnatur, qui de sola terra viuunt, quia seipsum ter- ram & peccatorem agnoscit, illius maledictio- nis non immemor. Terra es, & in terram ibis. Hic in huius exilij cæcitate terra tamen est con- tentus, quia non aliorum carnem comedit, id est, peccatores non damnat & iudicat, sed pec- cata sua tamen in amaritudine animæ suæ con- siderat, omnes cupiens esse in visceribus Iesu Christi, vt ait Apostolus Philip. 1.

In allece pisciculo, humilis pœnitens designa- tur, quia ex sola vnda lachrymarum viuunt. Vnde cum Propheta dicit Psal. 6. Lauabo per singulas noctes, id est, singula peccata, quæ noctem æter- nam inferunt; lectum meum, id est, conscientiam meam, lachrymis meis stratum, id est, corpus pœ- nitentia afflictum, rigabo, vt germinet herbam virentem & facientem fructum. De hoc quæ re in principio alibi. Quod humilis pœnitens de sola vnda lachrymarum viuunt, aperte habes Dan. 10. vbi ait. Ego Daniel iugebam trium hebdoma- darum dies, panem desiderabilem non comedebam, & caro & vinum non introierunt in os meum, sed neque unguento unctus sum, donec complerentur trium hebdomadarum dies.

Nota quod ex nimio fletu, Oculus obscuratur, Caput conturbatur, Facies attenuatur. Sic vere pœnitentis oculus, quia deprædatur animam eius, obscuratur ne videat mulierem ad concu- piscendum eam, & clauditur ne mors intret per fenestras eius. Caput id est mens pro commissis conturbatur. Figura de filio Sunamitidis. 4. Reg. 4. dicente. Caput meum doleo: Et David Psal. 72. Defecit caro mea & cor meum, vbi repetitio dolo- ris significat vehementiam. Facies in carnis ma- ceratione attenuatur. Vnde dicit. Defecit caro, id est, opulencia carnis, & cor meum, id est, superbia cordis mei. Hæc sunt tres hebdomadæ, quibus luget pœnitens. Vel trium hebdomadarum die- bus luget, qui in tribus, scilicet, corde, ore, & opere sanctam Trinitatem offendit.

Sequitur in Daniele. Panem desiderabilem non comedebam. Gloss. A cibis delicatis abstinuit, quod nobis faciendum est multo magis tempore ieiunij. Qui enim vritur illicitis, abstinerere debent etiam à licitis. Vel panis desiderabilis est pompa secularis, quam plures desiderant, de qua Salomon Prou. 20. Suanis est homini panis mendacij, id est, pompæ secularis, quæ se mentis esse aliquid cum nihil sit. Postea implebitur os eius calculo, id est, pœna æterna. Vnde Iob. 20. Panis

eius in utero illius vertetur in sel aspidum. Hunc pa- nem non comedit pœnitens, immo dicit Psal. 101. Cinerem tanquam panem manducabam. Gloss. Cine- rem, id est, reliquias peccatorum tanquam panem manducabam, id est, pœnitendo consumebam, quia & tenuia & leuia peccata per pœnitentiam sunt consumenda. Et populum meum, id est, tẽm- poralem iucunditatem cum fletu miscebam.

Vnde subdit Daniel. Caro & vinum (in quibus notatur carnis concupiscentia & mundi gloria) non introierunt in os meum. Caro dicta quasi ca- do, vinum dictum eo quod potatum venas cito repleat. Neque unguento unctus sum. Super his habes concord. Amos 6. Ve qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti, qui canitis ad vocem Psalterij, bibentes vinum in phialis & optimo unguento delibuti, &c. Omnia illa non facit pœni- tens, donec compleantur trium hebdomadarum dies, id est, donec plenarie pro peccatis satisfaciat & à sancta Trinitate remissionem accipiat.

Sequitur. Tunc vocauit eum Dominus suus & ait illi. Serue nequam omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me. Nonne ergo, &c. Ex huius Euan- gelij lectione habetur aperte quod peccata dimissa redeunt. Dicente etiam Ambrosio. Inui- cem si alter in alterum peccet. Alioqui Deus repetit dimissa. Si enim in his contemptus fue- rit, sine dubio reuocabit pœnam quam per mi- sericordiam deleuerat, sicut patet hic in Euan- gelio, quando seruum nequam tradidit tortori- bus, &c. Quia non solum peccata quæ homo egit post baprisum reputantur ei ad pœnam, sed etiam peccata originalia, quæ in baprisimo ei dimissa sunt. Item Gregorius. Ex dictis Euan- gelicis constat quod si ex corde non dimittimus quod in nos delinquitur. Deus etiam hoc rur- sum exigit quod iam nobis per pœnitentiam di- missum fuisse gaudebamus. Item Augustinus. Quomodo peccata dimissa rede- unt.

Dicit Dominus. Dimitte & dimittetur tibi. Si ego prius dimisi, dimitte vel postea. Nam si non dimiseris, reuocabo te, & quicquid dimiseram, multiplicabo & replicabo tibi. Idem. Qui diuini beneficij est oblitus, & suas vult iniurias vindi- care, non solum de futuris peccatis veniam non merebitur, sed etiam præterita, quæ iam sibi di- missa credebat, ad vindictam ei replicabuntur. Item Augustinus. Redire peccata dimissa vbi fraterna charitas non est, apertissime Dominus ex Euangelio docet.

Huic sententiæ opponitur sic. Si quis pro pec- cato de quo pœnituit & indulgentiam accepit, iterum punitur, non videtur iniustum, si puni- tur pro eo quod peccauit, & non emendauit, iustitia enim est aperta. Si vero requiritur quod fuerat condonatum, vel iniustitia est, vel iustitia occultatur. Videtur etiam Deus bis idipsum iudicare, & duplex tribulatio confurgere, quod scriptura negat. Nec Deus iudicat bis in idipsum. Hoc tamen heret, si post condignam satisfactio- nem & sufficientem pœnam iterum puniret. Sed dicitur quod non satisfacit digne, qui non perseuerauerit. Debet enim iugem peccati ha- bere memoriam, non ad faciendum, sed ad ca- uendum. Non debet obliuisci retributiones Dei, quæ tot sunt quot sunt peccatorum remissiones. Tot ergo debuit cogitare dona Dei, quot mala sua, ac pro illis vsque in finem gratias agere. Sed quia ingratus, ideo peccatum dimissum reuoca- uit. Rogemus, &c.

Psal. 101.

Per pœni- tentiam pec- cata consu- menda.

Amos 6.

Quomodo peccata dimissa rede- unt.


Gregor.

August.

Dimissa pec- cata. quo ad culpam, ne- quaquam redeunt licet ratione ingrati- tudinis quodam- modo redire dicantur.

Qui non perseuera- rit non digne satisfacit.

DOMINICA XXIII. POST TRINITATEM.



BEVNTES Pharisai consilium inierunt, ut caperent Jesum in sermone, &c. Math. 22. Dicit Osee 8. In gutture tuo sit tuba quasi aquila super domum Domini pro eo quod transgressi sunt foedus meum, & legem meam.

Matth. 22. Osee 8.

Num. 10. Tuba ad tria conuocans. Amos 3.

Peccator obduratus, quis.

Mich. 1.

Auarus torcular alios opprimit. Mich. 3.

Mich. 7.

Maxima auari mensura.

Matth. 11.

Joel 7.

Bellum factum quodnam.

Quis recte bellum faciam.

lanceas concidunt, qui linguam detractionis qua veluti arator vitam aliorum solebat sulcare, vertit in gladios confessionis & propriae accusationis, & ligones terrenae sollicitudinis & priuati amoris vertit in lanceas charitatis. Et sic qui infirmus fuerat & effeminatus, potest dicere, fortis ego sum & potens ascendere ex aduerso, & stare in bello in die Domini.

Item secunda tuba praedicationis conuocat ad epulum poenitentiae, de quo Ioel. 2. Nolite timere animalia regionis, quia germinauerunt speciosa deserti, quia lignum attulit fructum suum, ficus & vinea dederunt virtutem suam. Et filia Sion letamini in Domino Deo vestro, quia dedit vobis doctorem iustitiae, & descendere faciet ad vos imbrem matutinum & serotinum, sicut in principio. Et implebuntur area frumento, & redundabunt torcularia vino & oleo. Et reddam vobis annos quos comedit locusta, bruchus, & rubigo, & eruca. Animalia regionis sunt peccatores conuersi qui de regione longinqua dissimilitudinis conuersi sunt ad misericordiam Dei patris. De quibus Psal. 67. Animalia tua habitabunt in ea, id est, Ecclesia sancta quae est regio similitudinis. Istitis ne de egritudine desperent dicitur. Nolite timere, quia germinauerunt speciosa deserti.

Ioel. 2. Tuba praedicationis conuocat ad poenitentiam.

Ecclesia religio similitudinis.

Psal. 67.

Desertum poenitentiam significat.

Desertum dicitur derelictum a frequentia hominum, vel quis non feritur, & significat poenitentiam, quae hodie raro a vero poenitente colitur. Habitatores deserti, sunt viri poenitentiae, qui germinant in contritione. Sicut enim germen est initium floris, sic ipsi semper incipiunt, & de die in diem se renouant. Nolite ergo timere animalia regionis, quia sicut illi, ita & vos eritis speciosi.

Vnde sequitur. Lignum attulit fructum suum. Nota ista tria. Lignum, ficum, vineam. In homine tria sunt membra, a quibus quicquid intus vel foris agit procedit, scilicet, cor, lingua, & manus. Cor poenitentis est quasi lignum faciens fructum contritionis. Psal. 27. Iste est omnis fructus ut auferatur peccatum eius. Contritio dicitur omnis fructus pro eo, quod omne peccatum auferat: ita tamen si habeat si mum propositum consistendi. Vnde statim sequitur ibidem. Cum posuerit omnes lapides altaris, sicut lapides cineris allisos, non stabunt vici & delubra. Altare dicitur ara alta. Ara eo quod ibi ardeat victima. Altare est superbia, luxuria, & auaritia, quae quærunt alta, & in quibus ardet infelix anima. Hoc est, altare B. al, qui interpretatur superior aut deuorator, quod bene altaris etymologiae concordet. Lapides ergo altaris sunt peccata superbiae, luxuriae, & auaritia; quae confitens debet ponere coram sacerdote quasi lapides cineris allisos, ut omnia dillicite subtiliter tam peccata quam circumstantias peccati confiteatur, & sic non stabunt vici, id est, imaginationes, & delubra, id est, peccati delectationes. Lignum ergo attulit fructum suum.

Psal. 27. Cor hominis lignum facies fructum contritionis.

Altaria hominum quae.

Baal interpretatur superior aut deuorator.

Quomodo lingua custodienda.

Decem praecipua recte ordinata.

Sequitur. In domo pulueris, id est, poenitentis pauperuli & spiritu contriti, qui se cognoscit puluerem. O praedicator puluere vos conspergite, id est, vestrae humilitatis exemplum ostendite, quia ut dicit Dominus Math. 11. Pauperes euangelizantur, non diuites, humiles, non superbi. Tumor enim infusa repellit. Tuba ergo, id est, praedicator, quae vocat ad bellum contra vitia. De qua Ioel. 3. Clamate haec in gentibus, sanctificate bellum, suscite robustos. Ascendant, accedant omnes viri bellatores. Concidite aratra vestra in gladios, & ligones vestros in lanceas. Infirmus dicat, quia ego sum fortis. Cum Dominus interna inspiratione loquitur in praedicatoribus, tunc ipsi clamant in gentibus, id est, gentiliter viuentibus, sanctificate bellum. Quod fit cum quis prius vitia deponit, & post contra spiritualia nequitiae tela in caelestibus certamen assumit. Qui enim discernit, sentit. Robustos suscitatur, qui firmum propositum non relabendi habet. Viri bellatores tunc ascendunt, cum quinque corporis sensus, qui prius erant quasi forminae animam effeminantes, modo tanquam viri bellatores ascendunt castis & castitatis moribus, qui prius solebant descendere in profundum vitiorum. Aratra in gladios, & ligones in

In prima

In Deo solo vera letitia.

Matutinus imber fides serotinus perfectio operum.

Superbia locusta, gula bruchus, rubigo inuidia, luxuria eruca.

Per poenitentiam reuiuiscunt bona opera antea facta.

Naum 1. Quinam vere pacem annunciat.

Poenitentis festiuitas.

Joel 3.

Nequitia Pharisaeorum sapientia Christi superbus Praelatus Pharisaeus.

Osee 3.

In prima enim tabula praepcepta quae ad Dei dilectionem pertinent, erant scripta. In secunda, quae ad proximum, quae cum sibi insimul coniunguntur, valde idonea existunt. Et ideo, o poenitentes qui estis filij Sion, id est, Ecclesiae, exultate corde, & letamini opere in Domino Deo, non in aliis rebus, quia dedit vobis doctorem iustitiae, id est, spiritum gratiae, qui docet vos facere iustitiam de vobis ipsis, & descendere facit ad vos imbrem matutinum & serotinum. Vbi dicit Glossa. Matutinus imber est fides, serotinus, perfectio operum. Vel imber matutinus est conuictio Dei, quae post fidem datur, serotinus, plenitudo eiusdem cognitionis. Et implebuntur area frumento. Per areas significantur mentes, ubi fit separatio peccatorum, id est, vitiorum, & sic abundant frumento bonorum operum, & per pressuram quam sustinent abundant oleo misericordiae, & vino consolationis.

Et reddam vobis annos, &c. Locusta dicta eo, quod pedibus sit longa vt hasta. Bruchus quasi in bucca totus. Rubigo vitium quo pereunt segetes. Eruca ab haerendo dicta frondium vestmis, quae suo incessu pruriginem excitat in carnem. In locusta, superbia. In bruchus, gula. In rubigine, ira & inuidia. In cruca, luxuria designantur. Haec sunt quae deuorant bona opera nostra, quae facta fuerant in charitate. Sed cum ad poenitentiam redimus, Dominus reddet nobis annos, id est, vbertatem bonorum operum. Quia opera quae facta fuerant in charitate, sed per subsequentem culpam mortificata, reuiuiscunt in poenitentia, ad cuius epulum conuocans tuba conuocat.

Item conuocat tertio ad festum gloriae. Vnde Naum 1. Ecce super montes pedes euangelizantis & annunciantis pacem. Celebra Iuda festiuitates tuas, &c. Qui caelestis gloriae festiuitatem euangelizat, vere pacem annunciat. Quam qui praedicat, non in valle stat voluptatis ad quam faeces decurrunt, sed super montes vitae excellentis, quia ibi steterunt pedes Domini. Celebra, inquit Iuda, &c. Iuda est poenitens, qui hic celebrat epulum poenitentiae, transit ad celebrandam festiuitatem caelestis gloriae, in qua securus Domino reddi vota canens cum Angelis, non timens quod belial, id est, stimulus carnis vel tentatio daemones ultra affligat eum, quia vniuersus inreerit. Vnde Ioel. 3. Hierusalem sancta, & alieni non transibunt amplius per eam. Glossa. Post diem iudicij Hierusalem constans ex Angelis & hominibus erit absque vlla contaminatione, quam prius contraxerat ex commixtione malorum. Et alienus, id est, diabolus vel aliqua praua cogitatio, non reperiet viam in iustis habitibus Dei pacem. Dicamus ergo. In gutture tuo, &c. id est, mente non tamen ore, vt tu sis quasi aquila super domum Domini.

Notentur ergo in hoc Euangelio duo, scilicet. Pharisaeorum astutia vel nequitia, & Christi sapientia. Primum ibi, Abeuntes. Secundum ibi: Cognita autem Iesus nequitia, &c.

Quo ad Primum, nota quod Pharisaei interpretantur diuisi, & significant superbos Ecclesiae Praelatos, de quibus dicitur Osee 3. Separatum est conuiuium eorum, fornicatione fornicati sunt. Conuiuium sanctorum est non tamen sua, sed alterius peccata plangere, ad aeterna suspirare, dulcedinem internae beatitudinis degustare. Ab isto conuiuio separatum est conuiuium Pha-

risaeorum, qui fornicatione fornicati sunt. Vnde Osee 6. In domo Israel vidi horrendum. Ibi fornicationes. Ephraim, contaminatus est Israel. Item Osee 2. Diuisum est cor eorum, &c. Vnde 2. Paral. 13. de Hieroboam, qui interpretatur diuisio. Quem percussit Dominus & mortuus est. Item, Dominus confringet Pharisaeorum simulacra, id est hypocritism & iactantiam, & depilabit aras, id est, diuitiarum opulentiam, & carnis petulantiam, super quibus diabolo sacrificant. De istis ergo dicitur. Abeuntes Pharisaei, &c. Sed quo abierunt?

Osee 6.

Osee 10. 2. Paral. 13.

Impij super aras diaboli sacrificant.

Osee 2.

Vxor fornicaria anima a Deo discendens.

Iob 33. Iob 40.

Leuit. 13. Isai. 19.

Psal. 140.

Isai. 30.

Osee 5.

Osee 8.

Osee 8.

Amor temporalium ventus.

Isai. 63.

Amor temporalium excitans superbiam.

Vxor fornicaria dicit Osee 2. Vadam post amatores meos qui dant mihi panes, & aquas meas, & lanam meam, & linum meum, oleum meum, & potum meum. Vxor fornicaria est quaelibet anima spiritualiter fornicans, quae post amatores suos vadit, cum carnis sensibus obedit. Per panem intelligitur delectatio & prosperitas secularis. Vnde Iob 33. Abominabilis fit ei in vita sua panis. Per aquam luxuria, Iob 40. Sub umbra dormit, in secreto calami, & in locis humentibus. Per lanam, innocentiam in superficie. Vnde Leuit. 13. dicitur quod albor in cute lepra est. Per linum, subtilitas decipiendi. Vnde Isai. 19. Confundentur qui operabantur linum, plectentes & texentes subtilia. Vnde dicitur, quod linum molle sit & lene. Per oleum, adulario. Vnde Psal. 140. Oleum autem peccatoris non impingent caput meum. Ecce quod Pharisaei abierunt.

Sed consilium inierunt, de quo Isai. 30. Vae filij desertores dicit Dominus, vt faceretis consilium & non ex me, & ordiremini telam, & non per spiritum meum, &c. Desertores sunt illi, de quibus Osee 5. Fornicatus est Ephraim, id est, laici, contaminatus Israel, id est, Non dabant cogitationes suas vt reuertantur ad Dominum suum, quia spiritus fornicationum est in medio eorum, & Dominum non cognouerunt. Vt faceretis consilium, & non ex me. Vnde Dominus Osee 8. Ipsi regnauerunt & non ex me, principes extiterunt, & non cognoui. Et ordiremini talem. Vnde Osee 8. In arancarum telas erit vitulus Samariae, quia ventum seminabunt, & turbinem metent. Sicut tela arancarum vento dissoluitur, sic vitulus Samariae, id est, Clericorum petulantia in nihilum redigetur. Sicut ventus turbinum monet puluerem eleuando, ita amor temporalium, qui est quasi quidam ventus, mouet & ducit turbinem elationis, & damnationis aeternae, & non per spiritum meum. Vnde Isai. 63. Ipsi ad iracundiam prouocauerunt & afflixerunt spiritum sancti eius, & conuersus est eis in inimicum.

Sequitur. Vt caperent eum in sermone. Sic hodie capere nituntur Pharisaei Iesum praedican-tem in sermone ad populum. Faciunt enim sicut fecit Amasias, de quo Amos 7. Misit Amasias sacerdos Bethel ad Hieroboam regem Israel, dicens. Rebellauit contra te Amos in medio domus Israel. Non poterit terra sustinere vniuersos sermones eius. Haec enim dicit Amos. In gladio morietur Hieroboam, & Israel captiuus migrabit de terra sua. Et dixit Amasias ad Amos. Qui vides gradere, fuge in terram Iuda, & comede ibi panem, & ibi prophetabis. Hoc nostri temporis Pharisaei solent dicere praedicatoribus cum eorum malitia ab eis reprehenditur, & ad superiorem de eis querimoniam mittunt. Qui audit, audiat, &c.

Sequitur. Et mittunt ei discipulos suos, cum



**Regibus soluenda tributa.** Herodianis. Erat ergo seditio in populo, ut ibi dicit Glossa, aliis dicentibus dari tributa debere pro securitate & quiete, cum Romani pro omnibus milerent, Phariseis contra dicentibus non debere populum Dei, qui decimas soluit, &c. quæ lex dicit, humanis legibus subiacere. Et Phariseorum discipuli cum Herodianis coniunguntur, quia discipuli diuisionis cum à vera gloria diuiduntur, fere inani gloriæ & transitorie coniunguntur. De qua concordant. Osee 9. *Ephraim quasi auis auolauit, &c.*

**Osee 9.** Multi hodie sunt qui quandiu sunt implumes, id est, pauperes & ignobiles, stant in nido humilitatis, sed cum habent alas & plumas, id est diuitias & dignitates, auolant & superbiunt, & gloria eorum in alis, cum deberent omnes latendere quanta fuerit miseria eorum in conceptu & nutritione, & educatione. Item Osee 4. *Ligauit spiritus eum in alis suis.* Atque sunt intellectus, & affectio. Intellectus volat per campum veritatis, affectio per dilectionem boni, sed vtrumque ligat spiritus vanæ gloriæ.

**Adulator petidus.** Sequitur. *Magister, scimus quia verax es.* Magister dicitur quia maior statione. Nam steron græce, statio dicitur latine Magistram vocant, quasi laudatus mysterium cordis sui simpliciter aperiat, eosque velit habere discipulos. *Quia verax es & viam, &c.* de qua Psal. 24. *Dirige me in veritate tua.* Erroris fugientem in veritate, ut recte viuam & piæ, sicut veritas exigit. Et doce me ipsam veritatem. *Et non est tibi cura de aliquo.* Et prouocant vt Deum magis quam Cæsarem timeant, & non debent solui tributa dicat, vt inde quasi author seditionis fiat. *Non enim respicis personam hominum.* Abach. 1. *Mundi sunt oculi tui ne videas malum, &c.* Persona dicta eo quod per se vna est. *Dic nobis quid tibi videtur. licet censum dare, &c.* De hac questione erit satisfaciendum in sequentibus. Multi enim ambulat, scilicet, Pharisei, qui sunt inimici crucis Christi, pro quorum perditione flebat Apostolus Philip. 3. *Quarum Deus venter est, &c.*

**Ventris Dei templum coquina, altare, mensa, &c.** Nota, per similitudinem Deo comparatur venter, quia diis solent templa construi, altaria erigi, ministri ad seruiendum ordinari, pecudes immolari, thura cremari. Deo si quidem ventri templum est coquina, altare, mensa, ministri, coci, immolatæ pecudes, coctæ carnes, fumus incensorum, odor saporum. Hæc in Hierusalem non construuntur, sed in Babylonia, quia quorum Deus venter est & gloria in consulatione erit eorum. Ipse enim princeps coquorum qui muros Hierusalem destruxit, transtulit vasa domus Domini in vasa palatij (& vt verius dicam) vasa mensæ diuinæ fecit vasa coquinæ. Air enim Apostolus 1. Corinth. 3. *Templum Dei sanctum est quod estis vos.* In hoc templo vasa sunt corda quæ tunc sunt vasa templi Dei, cum plena virtutibus placent diuinæ voluntati. Fiunt autem vasa palatij, quando placere student cuilibet humanæ potestati. Fiunt etiam vasa coquinæ, dum qui prius sobrietati seruierat, postea gulæ seruit. Ierem. Thren. 4. *Qui nutriebantur croceis, amplexari sunt stercora.*

**Thren. 4.** Crocus in oriente nascitur, & colorat & faporat. In croceis igitur nutriuntur, qui in initio conuersionis suæ interiori sapore virtutum reficiuntur, exterius exemplo boni operis colorantur. Sed ij qui sic in croceis nutriuntur, amplexantur stercora dum post opus pietatis & conti-

nentiæ reuocat eos ventris cura. Et fit quandoque, vt qui in domo sua ante conuersionem sobrie vixerunt, postmodum in monasterio gulosi fiant. Placatur Deus venter diuersorum hostiis ferculorum, inclinatur aurem rumoribus, excitatur saporum generibus, demulcetur confabulatione, non oratione gratulatur, somnolentia delectatur. Itaque habet Monachos, Canonicos, & Conuersos, qui ei obnoxius seruiunt, eos, scilicet, qui sub ocio in Ecclesia remissa viuunt, qui non querunt secretas orationes, sed fabulosas ocioforum confessiones, inter quos non audiuntur singultus, & suspiria compunctæ mentis, sed risus & cachinnationes & ructus ingurgitati ventris. Tales abeuntes ineunt consilium, in quo non inueniatur anima mea.

Sequitur. *Cognita autem nequitia eorum, Iesus ait, Quid me tentatis hypocrite?* qui aliud in corde, aliud habetis in ore. *Omnis* (inquit Isai. 9. *hypocrita nequam, &c.* Sequitur. *Ostendite numisma, &c.* Nota ista tria denarium, imaginem, & superscriptionem. Sicut denarius imagine regis, sic anima nostra sanctæ Trinitatis imagine signatur. Vnde Pl. 4. *Signatum est super nos lumen vultus tui,* id est, lumen gratiæ qua reformatur imago tua in nobis, qua tibi similes sumus. *Signatum,* id est, impressum rationi, quæ est superior vis animæ, qua similes sumus Deo, cui impressum est lumen illud vt sigillum caræ. Vultus ergo Dei, ratio nostra accipitur, quia sicut per vultum quis cognoscitur, ita per speculum rationis agnoscitur Deus. Hæc autem ratio per peccatum deformata est, propter quod homo dissimilis factus est Deo, sed per gratiam Dei reparata. Vnde Apostolus Eph. 4. *Renouamini spiritu mentis vestre.*

Nota concord. super hæc Zach. 4. *Vidi* (inquit) *candelabrum aureum,* id est, animam, quæ tota dicitur aurea, in quantum ad imaginem & similitudinem Dei facta. *Et lampas eius super caput ipsius.* Lampas est infusio gratiæ qua anima illuminatur. Vnde de viro iusto hac lampada illuminato dicit Iob 1. *Deridetur iusti simplicitas.* Lampas contempta apud cogitationes diuitum, parata ad tempus staturum. Greg. Iusti simplicitas & lampas dicitur contempta. Lampas, quia interius lucet in conscientia: contempta, quia apud mentes carnalium abiecta existimatur, & à duplicibus quasi fatuitas reputatur, quasi mortuos reputant, quos non secum carnaliter viuere pensant. Statutum contemptæ lampadis tempus est æterni iudicij dies prædestinatus, quo iustus quisque qui nunc despicitur, quanta potestate fulgeat demonstratur.

Sequitur. *Septem lucerna & septem infusoria.* Septem lucernæ sunt septem beatitudines. Septem infusoria sunt septem verba Christi prolata in cruce, quæ omnia ad inuicem concordemus. *Beati pauperes spiritu, &c.* *Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.* *Beati mites, &c.* *Amen dico tibi, quia hodie mecum eris, &c.* *Beati qui lugent, &c.* *Mulier, ecce filius tuus deinde dixit discipulo.* *Ecce mater tua.* *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, &c.* *Heli, heli, lamaz abithani, hoc est, Deus meus, &c.* *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* *Sitio.* *Beati mundo corde, &c.* *Consummatum est.* *Beati pacifici, &c.* *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum, &c.* *Beati qui paupertate spiritus ducitur, vere cum Iesu Christo pro*

Venter placatur diuersorum hostiis ferculorum.

Aliqui reprehenduntur religiosi. Quis hypocrita.

Isai. 9.

Anima Trinitatis imagine signatur.

Psal. 4.

Per speculum rationis agnoscitur Deus.

Ratio per peccatum deformata.

Zach. 4.

Iob. 1.

Iustorum animæ lampades.

Simplicitas iusti à duplicibus cor de stultitia censeatur.

Septem beatitudines cum septem verbis Domini componuntur.

Spiritu humilis delinquentibus in se facile commodat.

pro se persequentibus potest orare, dicendo. *Pater, ignosce illis, quia, &c.* Qui spiritu est humilis, in se delinquenti ignoscit, preces fundit. Econtrario facit Edom, id est, superbus peccator. De quo Amos 1. *Super tribus sceleribus Edom, & super quatuor non conuertam eum, &c.* v. l. que *Ades Bosrae.* Primum peccatum est malum cogitare. Secundum, consentire. Tertium, opere complere. Quartum, non pœnitere. Qui in tribus prioribus peccat, si pœnitet, conuertit eum Dominus ad vultum clementiæ suæ. Si vero non pœnitet, auertitur ab eo vultus clementiæ. Edom (vt dicit glossa) ipse qui & Elau & Seir. Iste persecutus est Iacob, ita vt timore eius fugeret in Mesopotamiam, & non seruauit in eo viscera misericordiæ. Et odium quod fuit in patre, seruauerunt Idumæi geniti ab eo contra filios Iacob, vt egredientibus in Ægypto ne per transitum quidem in terram sanctam concederent, in hoc violantes misericordiam vt fratres esse nescirent. Hoc totum faciunt illi qui odiunt fratres suos, qui non sunt pauperes spiritu, & ideo mittit Dominus ignem gehennæ in Theman, quod interpretatur auster, id est, in illos qui tempore mundanæ prosperitatis dissoluantur, & deuorabit ædes Bosrae, quod interpretatur munita, id est, illos qui exultationibus se muniunt vt remaneant in peccatis.

Moraliter. Edom interpretatur sanguineus, & significat carnem nostram, quæ gloriæ & luxuriæ sanguine delectatur. Hæc persequitur in gladio concupiscentiæ fratrem suum Iacob, id est spiritum nostrum, & vult violare misericordiam eius à Deo debitam, & ideo orat Dñm, dicens, Genes. 32. *Erue me de manu fratris mei Esau, quia cum timeo, &c.* Spiritus carnem timet, & ideo de eius concupiscentiæ manu erui orat, quæ si ad consensum peruenerit, percutiet matrem cum liliis, id est, rationem cum affectibus, vel ipsam animam cum bonis operibus.

Quisquam verè mitis. Eius possessio terra viuentium.

A quo auarus exultat.

Zach. 5.

Auarus infatigabilis.

Comes auaritiæ pœna æterna.

Rapax elatus in miluo denotatus.

Item ille mitis est, qui nec afficit, nec afficitur opprobriis, non scandalizat, nec scandalizatur, qui cum bono latrone, immo confessore audire merebitur, *Hodie mecum eris in Paradiso,* quæ est terra viuentium, quam possidet mitis. Hanc terram non possidebunt auari, qui tanquam bestia immites mentem suam dilaniant in acquirendo, alios scandalizant in rapiendo, & ideo non sibi lumen auræ tenuis, scilicet, *Hodie mecum eris in paradiso,* sed tonitruum diuinæ maledictionis, scilicet, *Ite maledicti in ignem, &c.* audire merebuntur. Vnde de talibus dicitur Zach. 5. *Lena oculos tuos* (inquit Angelus) *& vide quid est hoc quod egreditur. Et dixi, quidnam est? Et ait. Hæc est amphora egrediens. Et dixit Hic est oculus eorum, &c.* Per amphoram intelligitur auaritia, cuius os non clauditur, sed semper est apertum in ambitu temporalium. *Hic est oculus in vniuersa terra,* quia omnes scientes sunt & cognoscentes auaritiam, & ad illam habent oculos. Comes auaritiæ est massa plumbi siue globus in ore scilicet, pœna æterna, quæ nec trannglutiri, nec eiici potest.

*Due mulieres* sunt rapina, & furtum. Rapina at tenditur in altis personis, furtum in minoribus, hæc dicuntur *habere alas milui,* qui rapinæ intendit. Miluus dicitur quasi mollis auis, & viribus & volatû rapacissimus, & domesticis insidiatur auibus. Et ideo significat rapacem elatum. *Ista amphora leuatur inter cælum & terram,*

quia auarus nec in cælo cum Angelis, nec in terra cum hominibus, sed in aère cum Iuda proditore & dæmonibus elegit sibi locum. Hæc mulieres non dimittunt auarum, donec constituant in campum Sennaar, id est, in locum fetoris, id est in infernum. Sennaar interpretatur fetor. Item qui pro peccatis suis vel proximi, vel miseria huius exilij, vel dilatione regni luget, à Domino consolatur, qui matrem suam de passione sua lugentem consolatus est, dicens. *Mulier ecce filius tuus.* Vnde Naum. 1. *Bonus est Dominus, & confortans, &c.* Vnde dicit Zach. 2. *Ego ero ei murus ignis in circuitu, &c.* Christus est murus defensionis suis, ignis comburens aduersarios, & in medio gloria, refrigerans iustos.

Item qui esuriem & sitim habet iustitiæ, reddet vnicuique quod iustum & suum est, scilicet, Deo & proximo dilectionem, sibi ipsi pro commissis afflictionem. Hæc triplex iustitia in illis tribus verbis notatur. *Deus Deus meus vt quid me dereliquisti.* i. quare metantè pœnæ exposuisti? Dicit filius ad patrè de his tribus verbis Abac. 2. *Iustus ex fide sua viuuit.* Iustus dicitur quia iura custodit. Iustus refertur ad se. Ex fide, ad Deum. Viuit ad proximum. Qui iustus est in seipso iura custodens, seipsum iudicans & condemnans ex fide Dei viuuit in amore proximi. *Qui vero non diligit* (vt dicitur 1. Ioan. 3.) *manet in morte.*

Item, qui misericors est, Deus erit misericors in illo. Hoc immisericordes Iudæi non fecerunt qui Christo sientem in cruce non calicem aquæ frigidæ, sed acetum felle mixtum obtulerunt, qui cum gustasset, noluit bibere, quia amaritudinem, id est, culpam pœnæ gustauit nostræ, sed culpam non sibi incorporauit. Hoc idem faciunt Iesu Christo falsi Christiani peiores Iudæis, ideo misericordiam non inueniunt in tempore tribulationis.

Nota, quod in aceto tria sunt consideranda. 1. enim fuit acerbum. 2. vinum de puratum. 3. deterioratum fuit in acetum. Sic falsus Christianus ante baptismum fuit vna agrestis & acerba, quia infidelis. *Omnes* (inquit Apostolus Ephes. 2.) *nati sumus filij iræ.* Suscepto baptismo factus est quasi vinum odoriferum, scilicet, per fidem, sed postea deterioratus est in acetum, scilicet, per mortale peccatum, quod quantum in se est propinat Christo, non Deo in cruce pendenti, sed iam in cælo regnanti. Vnde conquerens dicit Isai. 5. *Expectaui vt vinea mea faceret vnas, & fecit labruscas.* Quod exponens ipse ait. *Expectaui vt faceret iudicium, & ecce iniquitas, &c.*

Labrusca dicta eo quod in labijs viarum pendeat. Opera enim auaritiæ, iniquitas, & clamor luxuriæ, sunt quasi labruscæ in via, quæ ab omni diripiuntur transeunte in via. Vnde Ezech. 16. *Ad omne caput via edificasti signum prostitutionis tuæ, & abominabilem fecisti decorem tuum. Et dimisisti pedes tuos omni transeunti.* Item qui mundiciam habere vult cordis vt Deum videat, necesse est vt omni peccato finem imponat, vt dicat cum Iesu, *consummatum est.* Sed iniquitates Amorrhæorum nondum consummatæ sunt, ideo dicitur Isai. 10. *Consummationem & abbreviationem Dominus Deus exercituum faciet in medio omnium terræ.* Item qui pacem habet peccatoris, vmeretur vocari filius Dei patris. Cui cum ipsius vnigenito dicit in hora suæ mortis. *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum.* Quia à pace peccatoris

Auarus locum obrinet quem Iudas habuit. Sennaar fetor interpretatur.

Naum. 1.

Zach. 2.

Christus murus defensionis.

Triplex iustitia.

Abac. 2.

1. Ioan. 3.

Iudæus immisericors.

Christianus falsus Iudæo deterior.

In aceto tria consideranda & quæ moraliter.

Eph. 3.

Isai. 5.

Opera auaritiæ iniquitas.

Ezech. 16.

Mundus non est qui finem peccatis non imponit.

Isai. 10.



Isai. 55.

Lampas gratia illuminatio.

Spes & timor gratiam conferunt. Mich. 6. In operibus nil aliud querat nisi Deo placere.

Spes oleo designata.


Quid spes.

Psal. 2.


catoris ad pacem transit eternitatis. Vnde ipse Isai 55 promittit dicens. In latitia egredimini, scilicet, a corporibus, & in pace deducemini. Montes & colles, id est, maiores & minores angelice potestates cantabunt coram vobis laudem, & omnia ligna regionis, id est, omnes sanctorum animæ, quæ sunt in cœlesti beatitudine, plaudent manu, &c. Hæ sunt septem lucernæ, & septem infusoria, quibus illuminatur candelabrum, & signatur imagine regi denarius, id est, anima.

Sequitur. Et duæ oliuæ super illud, &c. Lampas est gratia illuminatio. Duæ oliuæ, spes & timor, quæ gratia in infusum conferunt, spes veniæ à dextris, timor pœnæ à sinistris. De his duobus Mich. 6. Indicabo tibi homo quid sit bonum, &c. Vtique facere iudicium, ex quo timor, & facere misericordiam, id est, opera misericordiarum, ex qua spes, & sollicite ambulare cum Deo tuo. Ibi Glossa. In his nihil aliud premij quæras nisi vt Deo placeas, & cum Deo ambules sicut Enoch, & per eum cum Enoch transferaris. Vbi timor & spes, ibi sollicita conuersionis est cum Deo.

Et nota quod oleum superenatat omni liquori, & in hoc significat spem, quæ est de æternis, quæ supereminet omni transitorio. Vnde spes dicta, eo quod sit pes progrediendi ad Dominum. Spes est bonorum futurorum expectatio, quæ exprimat humilitatis affectum, & sedulum seruitutis obsequium. Oleum etiam cibos condit, & nos omne opus quod agimus, timore condire debemus. Psal. 2. Superne Domino in timore. Vt qui stat videat ne cadat. Et ne misera seruitus videatur. addit. Et exultate ei. Sed ne iterum in temeritate eant, subdit. Cum tremore. Dicamus ergo. Cuius est imago, &c. Super scriptio in denario est nomen Christi, quod est super omne nomen in Christiano. A quo non ab alio denominatur.



DOMINICA XXIV. post Trinitatem.



Math. 9.

Mors puellæ & fluxus sanguinis, quid moraliter.

Soph. 1.

Verbum Dei lucerna. Psal. 118.

C C E princeps vnus accessit, &c. Matth. 9. De duobus loquitur Euangelium istud. Nota historiam. Nota quod mors puellæ & fluxus sanguinis, peccatum mortale significat in consensu mentis & executione operis.

De primo Ecce princeps, &c. Marcus & Lucas dicunt nomine Iairus qui interpretatur illuminans, & significat quemlibet Christianum, qui debet illuminari, & illuminare illis lucernis, de quibus Dominus Soph. 1. In tempore illo scrutabor Hierusalem in lucernis, &c.

Nota quod sunt quatuor lucernæ. Prima est verbum Dei. Psal. 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum, &c. Et nota quod prius dicit pedibus, deinde semitis, quia cum verbum Domini audimus, prius corde clarificamur, vt postea rectis gressibus ambulemus. Secunda lucerna

est bonorum operum, de qua Luc. 12. Sint lucernæ vestri præcinctæ, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Nota Greg. dictum. Tertia intentionis, quæ illuminat cognitionem bonorum operum, de qua Matth. 6. Lucerna corporis tui est oculus tuus, id est, intentio tua. Quarta, humilitas Iesu Christi. Luc. 15. Quæ mulier habens drachmas, &c. Dicat ergo Dominus. In tempore iudicij scrutabor Hierusalem, id est, quemlibet Christianum inuestigabo, in lucernis, id est, si secundum verbum prædicationis quod audiuit, vitam suam emendauit, si lucem bonorum operum aliis ostendit, si recta intentione in omnia processit, si exemplo paupertatis & humilitatis Christi vitam suam reformauit, & tunc visitabit super viros, id est, confidentes in viribus sensus detixos in facibus, id est, iniquitatibus.

Iste Iairus dicitur princeps Synagogæ, quia quilibet Christianus debet esse princeps sui corporis, quod est quasi quædam Synagoga. Stupa collecta dicitur Eccl. 21. Synagoga peccantium, &c. Sunt quinque corporis sensus quasi stupa collecta, quam de facili igne concupiscentiæ succendunt, & ideo Iairus debet illis principari, vt dicere possit cum Abach. 2. Super custodiam meam stabo. Quod fit, cum quis omni diligentia custodit cor suum. Super munitionem gradum figit, quia sensus carnis reprimat cum proposito perseverantiæ finalis, & sic contemplatur vt videat quid ei dicatur, &c. Hoc est quod dicit Iob 23. Ponam coram eo iudicium, & os meum implebo increpationibus, &c. Gregor. ibi. Coram Deo iudicium ponere, est intrinsecum mentis per fidei contemplationem ad intuendum examen illius oculos nostræ considerationis aperire. Os suum implet increpationibus, qui examen iudicis contra se contemplatur. Si talis fuerit princeps Synagogæ poterit accedere fide, & adorare deuotione Iesum, dicens. Domine filia mea modo, &c.

Hæc filia est cuiuslibet Christiani anima, consensu peccati in domo conscientie mortua. Amos quinto. Virgo Israel proiecta est in terram, non est qui suscitaret eam. Virgo Israel est anima, virgo per fidem, Israel per spem. Quæ tunc proiecta est in terram suam, cum suæ miseræ carnis consentit concupiscentiæ. Sed veni, impone manuum super eam, & viuet. O bone Iesu, vbi manus tua, ibi vita nostra. Manus (inquit Ezechiel capite tertio.) Domini erat me confortans.

Nota ista tria. Veni, impone manum, & viuet. O Domine Iesu veni, & subueni gratiam infundendo, vt filia mea, id est, anima conteratur. Impone manum vt confiteatur. Ierem. 1. Misit manum suam & terigit os meum, vt, scilicet, confiteretur peccatum, & sic viuetem vita gratia in presenti, & vita gloriæ in futuro. Super hoc Zachariæ secundo. Leuani oculos meos & vidi, & ecce vir, & in manu eius funiculus mensorum. Et dixit ad me, vt metiar Hierusalem, & videam quanta sit longitudo eius, & quanta sit latitudo eius. Vir est Christus. De quo Zachar. Vir oriens nomen eius. Iesus & vir bene consonant. Iesus Saluator: Ecce vir, qui virtute sua saluum fecit populū suum. Christus à christmare dictus: Ecce oriens, qui illuminat sedentes in tenebris. Illius viri manus ipsius est misericordia. De qua Marc. 7. Deprecabantur eum vt imponeret illi manum.

Sequitur.

Ecl. 4. Tria in confessione facienda.

Deus quo funiculo anima metitur.

Peccatum mortale quæ nocuum.

Christi Domini humilitas stupenda.

Ierem. 7.

Zach. 6.

Corporis sensus tibicines.

Cornua ventilia Iudæ, Israel & Hierusalem quæ moraliter. Iob 23.

Superbus tympano denotatur. Prou. 30. Prou. 7.

Lingua detractoris vel adulatoris cythara male sonans.

Iob 30.

Sequitur. Funiculus mensorum, qui est confessio peccatorum. Vnde Salomon Ecclesiast. 4. Funiculus triplex difficile rumpitur. Nota quod peccator in confessione tria debet facere, scilicet, de peccatis dolere, firmum propositum non relabendi habere, sui confessoris preceptis in omnibus obedire. Si tali funiculo manus mea ad lignum crucis Dominicæ alligata fuerit, nequaquam abrumpi poterit.

Iste funiculus est in manu Christi, qui gratiam confessionis, cui vult dat ex misericordia suæ inspirationis. Hoc funiculo ipse metitur Hierusalem, id est, animam cuiuslibet penitentis, vt videat ipsum, id est, videre faciat quanta sit longitudo perseverantiæ, & quanta sit latitudo geminæ charitatis. Quisquis mortaliter peccans offendit Deum, lædit seipsum, scandalizat proximum. Cum vero penitet & confitetur cum finalis perseverantiæ proposito, tunc placat Deum, sanat seipsum, ædificat proximum. Hæc est longitudo & latitudo Hierusalem, quæ metitur vel mensuratur funiculo confessionis, vt pœna respondeat culpæ, & sicut exhibuit membra sua seruire iniquitati, ita exhibet membra sua iustitiæ in sanctificationem. Veni ergo o vir oriens & funiculo quem habes in manu metire Hierusalem. Veni o Domine Iesu, & impone manum, & viuet vita gratia in presenti, & vita gloriæ in futuro.

Sequitur. Et surgens sequebatur eum & discipuli eius. O ineffabilis pietas, o admirabilis humilitas! Rex Angelorum sequitur archisynagogum. Tu sequeris Iairum, & quis sequitur te Dei filium? Abierunt (inquit Ierem. 7.) in voluptatibus suis, &c. Et cum venisset in domum principis, &c. Nota, tibicines sunt sensus corporis, qui canunt carmen lugubre illis quatuor cornibus, quibus concordat Zachar. 6. Leuani oculos meos & vidi, & ecce quatuor cornua, & quæ ventilauerunt Iudam, & Israel, & Hierusalem. Ista quatuor cornua sunt quatuor vitia, quæ sunt superbia & luxuria in oculis, pruritus audiendi in auribus, detractio in lingua, rapina vel usura in manibus. Hæc sunt quæ ventilauerunt omnem ventum mundanæ vanitatis. Iudam id est, Laicos, & Israel, id est, Clericos, & Hierusalem, id est, Religiosos. In istis cornibus corporis, scilicet, sensibus, canent carmen lugubre, id est, mundi gaudium in morte nostræ animæ. Iob 21. Tenent tympanum & cytharam, & gaudent in sonitu organi. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.

Tympanum, quæ est pellis extensa in ligno, tunc tenent superbi, cum erigunt oculos & palpebras in altum. De quibus Prou. 30. Generatio cuius excelsi sunt oculi, & palpebra eius in altâ surrecta. Vel luxuriosi extendunt oculos in pulchritudinem mulieris. Prou. 7. Non concupiscat pulchritudinem mulieris cor tuum, ne capiaris nubiis illius. Tunc tenent tympanum & cytharam & gaudent ad sonitum, &c. Lingua detractoris vel adulatoris est quasi cythara quam dum percutit, sonum detractoris vel adulatoris reddit. Qui prurientes aures habent, gaudent ad sonitum organi, id est, propriæ laudis. Væ nobis miseris qui gaudemus ad sonitum proprii organi, quod cum sonat ridet oculus, hilarescit facies, gaudet auris, lingua tripudiat, cor exultat. Gaudent ergo, &c. Vtinam versa esset (vt dicit Iob trigésimo.) in iudicium

cythara mea, &c. Ecce qualiter tibicines male dicti carmen lugubre canunt, sed credant mihi, quia in puncto, quod eos punget vsque ad interiora iecoris & pulmonis, in infernum vbi canitur carmen lugubre, scilicet, stertus oculorum & stridor dentium, descendunt.

Item, turba tumultuans est turbatio tumultus malarum cogitationum. Cum tibicines exterius carmen lugubre canunt, tumultuosæ cogitationes intus in mente perstreperunt.

Vnde Spoufa Canticorum sexto. Anima mea conturbauit me propter quadrigas Animadab, qui interpretatur spontaneas vel vrbanas, & significat corpus nostrum, quia sponte sua se impellit in temporalia, in quibus vrbane & delicate semper vult viuere. Quadrigæ Animadab, sunt sensus corporis, quæ dum circumuoluuntur per lutum, & sterces temporalium; anima, id est, animalitas vel sensualitas conturbat rationem tumultu malarum cogitationum.

Cum ergo venisset in domum cuiusdam principis. Princeps est quilibet homo, qui sibi debet principari, cuius domus est conscientia eius. In eam tunc venit Dominus cum ei gratiam infundit, vt culpam suam cognoscat, & cognoscens erubescat. Et cum vidisset tibicines & turbam tumult. &c. Cum Iesu gratia hominis conscientiam visitat, tunc sensuum delectationi, & cogitationum tumultui imperat vt recedant. Imperat enim ventis, id est, vanitatis sensuum, & mari, id est, fluctuationi cogitationum, & obediunt ei. Recedite ergo, non est mortua, &c. Dicit dormit, eo quod ita faciliter potest eam suscitare, sicut de somno.

Ideo nota, quod est animæ duplex mors, scilicet, peccati & inferni. Mors peccati dicitur dormitio, quia quilibet peccator in hac vita à peccato tam facile potest resurgere, sicut quis à somno. Vnde Apostolus Ephesiorum quinto. Surge (per contritionem) qui dormis, & exurge (id est, extra surge, per confessionem) à mortuis (scilicet, operibus) & illuminabit te Christus.

Nota etiam quod dixit puella non veterana. Anima enim quæ nondum diuturnitate malæ consuetudinis est oppressa, sed quasi puella & nouella in peccato est sopita, de facili ad vitam potest resurgere. In domo enim fuit defuncta & resuscitata, non extra portam delata vel sepulta. Quia anima in domo conscientie est defuncta, & nondum ad operis partem vel consuetudinis sepulturam delata, de facili potest ad vitam redire. Ecce deridebant eum tibicines.

Cum Iesu Christi gratia animæ inspirat vt doleat de peccato, & turgat, tibicines, id est, exterior sensuum delectatio, & turba tumultuans, id est, interior cogitationum tumultus, derident. Iob 39. Deridet equum & ascensorem eius, scilicet, Struthio, in qua significatur ponderosa carnis delectatio, quæ deridet equum, id est, spiritum, & ascensorem eius, id est, gratiam, dum ipsum vult dirigere in viam vitæ ad capiendum brauium cœlestis gloriæ. deridet inquam fragilitatem naturæ, & rigorem abstinentiæ & asperitatem penitentiae ei obicit, & quod in ipsa perseverare non possit, ostendit.

Et cum eiecta esset turba, intravit. Super hoc habetur concord. Osee 2. Arcum, gladium, & bellum conteram de terra, & dormire eos faciam

Tuba tumultuans tumultus malarum cogitationum.

Cant. 6. Aminadab interpretatur spontaneus vel vrbanus.

Christo præsentem malæ cogitationes euancescunt.

Animæ moris duplex. Eph. 5.

Peccator non inueteratus facile recidit ad penitentiam.

Iob 39. Struthionem denotatur onerosa carnis delectatio.

Christus an... me possessor... cam pacifica... & quietam... reddit.

Zach. 4. Zorobabel... magister Ba... bylonis.

Mich. 7.

Mulier a... mollitie di... cta.

Naum. 1. Carnis aequ... luxuria &... gula.

Exod. 9. Grando ira... divina.

Mulier for... nicationis... mundi vani... tas.

Dignitas... transitoria... plena abomi... nationibus.

Ierem. 2. Temporalis... dignitas non... fatiat.

fiducialiter. In arcum, diaboli suggestio dolosa. In gladio, cordis cogitatio tumultuosa. In bello, sensuum delectatio lasciuieas & vaga designatur. Hac Dominus de terra tunc conterit, cum rubam tumultuantem de domo conscientie eiicit, qua eiecta intrat, intrans pacificat, & hoc est dormire, id est, requiescere eos faciam fiducia-liter.

Et tenuit manum eius. Manum manu tenet cum misericordia sua dat velle, nosse, & posse. Vnde Zach. 4. Manus (inquit) Zorobabel fundauerunt domum istam, & perficiet eam. Zorobabel interpretatur iste magister Babylonis, significatque Iesum Christum, qui venit mundum restaurare. Luc. 19. Filius (inquit) hominis venit saluum facere quod perierat. Cuius misericordie manus templum fundat, cum dat nosse velleque; perficit cum dat posse & velle, perficit cum dat posse. Et dixit puellae. Surge & surrexit puella. Super hoc Mich. 7. ubi anima iam ad gratiam resuscitata carnis insultus contemnit, dicens. Ne lateris inimica mea super me, quia cecidi, confurgam, quia cum sedero in tenebris, Dominus lux mea est.

Sequitur. Ecce mulier qua sanguinis fluxum patiebatur, &c. Mulier a mollitie dicta, animam peccatricem significat, quae dicit Osee 2. Vadam post amatores meos, &c. Amatores sunt demones, vel affectus carnales, post quos vadit quando eis consentit, qui dant ei panes, & aquam, & lanam, & linum, & oleum, & perum, &c. In panibus glorie temporalis pompa, in aquis, luxuria & gula: in lana, hypochochris & fallacia in ligno, peccuniae amor: in oleo, adulationis nitor: in potu, dignitatis ardor significatur. De panibus Prou. 25. Suavis est homini panis mendacii, id est, pompae secularis, quae se mentitur aliquid esse cum nihil sit. Sed postea os eius implebitur calculo, id est, poena aeterna. De aquis, Naum 2. Quasi piscina aquarum, aqua eius, scilicet Niniues, quae interpretatur spatiosa. In qua caro hominis figuratur, cuius aqua, id est, gula & luxuria carnis non succabatur. De lana, Matth. 7. Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, &c. De lino, Exod. 9. Grando lesit linum. Grando est ira diuinae sententiae, Ite, scilicet, maledicti, &c. laedet & destruet auaritiam & vsum. De oleo, Psal. 140. Oleum peccatoris non impinget caput meum. De potu, Apocal. 17. Mulier quae sedebat super bestiam cocineam erat circumdata purpura & cocino, & inaurata auro & lapide pretioso & margaritis, habens poculum aureum in manu sua plenum abominatione & immunditia fornicationis eius, &c. Mulier est vanitas mundi, quae sedet super bestiam, id est, diabolus, qui habet in manu poculum aureum, id est, charitatem dignitatis transitoriae, plenum abominationibus & immunditia fornicationis. Conscientia & opera eorum qui hac in puritate offuscantur, perhibent testimonium sibi in nobis quanta sit abominatio ibi, & fornicationes & immunditia. Quicumque hoc poculo potatur, sitiet iterum, & vti nam non arderet cum purpurato epulone in aeternum. Heu heu, omnes fere video currere ad potandum de hoc populo. Ierem. 2. Cuius lenis explicans vias suas, Onager assuetus in solitudine in desiderio anima sua, sed attraxit ventum amoris sui. Sicut ventus ore aperto attractus non extinguit sitim, sed magis accendit, sic dignitatis vanitas aliquando peccatorem suum ipsa sibi interficit. Qui his

vitiis inficitur, est tanquam mulier quae fluxum sanguinis patitur.

Fluxus sanguinis, est manifestatio immunditiae peccati. Osee. 4. Sanguis sanguinem tetigit, id est, immunditia mentis, immunditiam corporis vel operis. Fluxus (inquit Ezech. 23.) eorum & fluxus equorum. Patiebatur fluxum sanguinis duodecim annis, Denarius ad decem praeptra veteris testamenti, binarius ad duo noui refertur. Duodecim ergo annis fluxum sanguinis patitur, quicumque aperta iniquitatis malicia contra vtriusque testamenti praeptra coinquinatur. Osee 4. Fornicati sunt, & non cessauerunt.

Dicit Lucas, quod haec mulier omnem substantiam erogauerat in medicis, nec ab aliquo potuit curari, sed ut dicit Marcus, detetius habebat. Medici, sunt carnales affectus. De quibus Psal. 87. Nunquid mortuis facies mirabilia, aut medici suscitabunt & confitebuntur tibi: Carnales affectus animam non suscitant a peccato, sed suscitata occidunt & sepeliunt in inferno. Quot molles & effeminati in his medicis vtriusque, scilicet, hominis anime & corporis omnem substantiam expendunt, & curari ab infirmitate animae non possunt, immo detetius habent. Vnde 2. Paral. 16. Egrotauit Asa dolore pedum vehementissimo, & nec in infirmitate sua quaesuit Dominum, sed magis in medicorum arte confisus est, dormiuitque cum patribus suis & mortuus est.

Asa interpretatur attollens, & significat huius mundi diuitem, qui se attollit in diuitiis, & ambulat in mirabilibus super se. Ille egrotat vehementissimo dolore pedum. Anima tales habet pedes quibus sustentatur, spem, scilicet, & timorem quorum virtute huius mundi diues est priuatus. Spem tamen suam ponit in transitorio, quae timet amittere, & sic magis confidit in arte medicorum, id est industria, sagaci scientia, & experientia carnalium affectuum, quam in Domino, ideo dormit in inferno. Non ergo est in medicis confidendum, sed in illis vestimenti fimbria, de qua sequitur. Accipit & tenuit fimbriam vestimenti eius. Vestimenta Christi ipsius est caro, de qua Isai. 63. Quare rubrum est indumentum tuum, &c. Iesus torcular, id est pressuram crucis solus sustinuit, in quo vestimentum sanguine rubricauit.

Huius vestimenti fimbria est ipsa passio, quae animam liberat a peccato, & sanguinis profusio, contra enim carnis vitia summe valet memoria passionis Christi. In fimbria, id est, in vltima parte vitae Christi super terram, tota plenitudo decurrit Zach. 8. Homines ex omnibus linguis apprehendem fimbriam, &c. Si tetigero fimbriam, &c. Plures enim fimbria, id est, passio Christi quam tota vita eius reliqua traxit ad ipsum. Vnde, cum exaltatus fuero, omnia traham, &c. Si ergo o anima a tui sanguinis profusio vis curari, tange fide, apprehende opere, fimbriam passionis, quod si sic apprehenderis, audire poteris. Confide filia, fides tua, &c.

Nota, fides componitur ex duplici verbo, facio, scilicet, & dico. Si enim facio quod dico, & apprehendo quod tango, tunc est fides, & talis fides saluat. Rogemus, &c.

FINIS.



SANCTI ANTONII PADVANI SERMONES DE SANCTIS.

SERMO DE MULTIPlici COENA DOMINI.

De Coena Domini.

Joan. 13. In die Coenae quinq; sacramentalibus operibus occupatur.

Memoria passionis Christi efficac contra vitia.

Poenitentes in die Coenae reuocantur ad Ecclesiam.

Gen. 8. Columba gemens. Columba pro poenitente. Arca pro Ecclesia.



CITIS Quid fecerim vobis, vbi, Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis, Ioannis 13. Hodierna dies quinq; sacramentalibus operibus occupatur, quae sicut quilibet Episcopus in sua Ecclesia visibiliter facere consuevit, ita pontifex ille futurorum bonorum, in anima cuiuslibet electi spiritualiter operatur, secundum quinq; gradus proficiendi. Primo enim reuocantur poenitentes, & in Ecclesiam recipiuntur. Secundo conficitur chrisma. Tertio abluuntur altaria. Quarto lauantur pedes. Quinto & vltimo instauratur coena. Iuxta haec quinq; opera, quinq; sunt status electorum, qui sunt poenitentes siue incipientes, proficientes, perfecti, perseverantes, & beati.

Primo ergo ad literam, reuocat Ecclesia poenitentes in Ecclesiam, qui in principio Quadragesimae eiekti fuerant, qui signari possunt per illud Gen. 8. Dimisit Noe mane columbam ex arca. At illa venit ad eum ad vespem portans ramum oliuae, virentibus foliis, in ore suo. Columba pro cantu gemens, est anima pro peccatis suis gemebunda, quae mane, id est, in principio quadragesimae ab arca, id est, ab Ecclesia, in qua ut in arca qui erant soli salui facti sunt, emittitur, sed ad vespem, id est, in fine quadragesimae,

hodie scilicet reuersa, in Ecclesiam recipitur, ramum portans oliuae, id est, gratiarum actionem de obtenta misericordia, Ierem. 30. In fletu venient, ecce gemitus columbae, & in misericordia reducam eos, ecce ramus oliuae. Et adduca eos per torrentes aquarum in via recta, & non impingent in ea, &c. Sic operatur Spiritus sanctus circa incipientes, qui prius merito ab Ecclesia eiekti, per poenitentiam gemebundi redeunt ad Christum, oliuam misericordiae in ore ferentes per gratiarum actionem. De qua oliua, Ierem. 11. Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, speciosam, vocauit Dominus nomen tuum. Per quae notantur quatuor bona, quae ex misericordia sua confert nobis Dominus. Bona videlicet naturae, gloriae, fortunae, & gratiae. Per hoc enim quod dicit speciosam, notatur bonum naturae. Homo enim inter creaturas praecipue speciosus est, & animae species dignissima. Primum ergo bonum quod fecit nobis Deus, est quod fecit nos homines, non bruta, non lapides, &c. Per quod dicit fructiferam, notatur bonum gratiae, quando vocauit nos per gratiam ad faciendum dignos fructus poenitentiae. Per hoc quod dicit vberem, notatur vbertas fortunae seu bonorum temporalium, quam nobis quotidie confert, licet pauperes simus nihil habentes, & tamen omnia possidentes 2. Corinth. 6. Per hoc quod dicit pulchram, signatur bonum gloriae, quae nihil pulchrius, vnde pulcher dicitur quasi polcher, id est, pluries salutandus, scilicet saluatione, qua salutauit Dominus seruum suum in gloria. Engeserue bone & fidelis, &c. Matth. 25. De beato Augustino dicitur quod cum seruis fidelibus eum salutauit Dominus. Ut igitur pro quadruplici bono misericordiae quadruplices referamus gratias, dicitur in praefatione. Vere dignum & iustum est, aequum & salutare, &c. Dignum pro bono naturae, quia dignissimam creaturam nos fecit. Iustum pro bono gratiae, quia nos iustificauit. Aequum pro bono fortunae, quia in necessariis quibuslibet regni

Ramus oliuae pro actione gratiarum de obtenta misericordia Ierem. 30.

Ierem. 11. Bona quatuor Deus ex misericordia sua nobis confert.

Bonorum genera quatuor. Homo inter creaturas speciosus. 2. Cor. 6. Gloria nihil pulchrius. Pulcher vnde dicitur.

Matth. 25. Misericordiae bonum quadruplex est, ideo quadruplices gratiae referendae. Pro beneficiis Dei dignum, iustum, aequum & salutare nos semper & vbiq; gratias Deo agere.



Pœnitens reuerfusquaduplicem ramum oliuæ referre debet in ore. Cant. 6. Chriftiſmatis compoſitio ex quo. Profectus hominis, in duobus conſiſtit.

Luc. 1. Oleum pro bona conſcientia. Balaſamum pro honeſta conuerſatione. Matth. 25.

Oſee 12. Oleum in Ægyptum ferre moraliter.

2. Cor. 2. Eccl. 24. Balaſamum adulteratū, pro conuerſatione honeſta hypocritæ.

Muſcæ morientes, pro operibus hypocritæ mortuis.

Eccl. 10. Alcaria abluī quid myſtice Ablutio altaris, pro morte & paſſione Chriſti.

Altare apud legē duplex. Exod. 40. Exod. 38. Altare pro Chriſto. Iſa. 19. Ægyptus pro mundo. De crucis titulo.

Altaria duo abluenda. Ioan. 15. Amor in corde Chriſti, ad lachrymas mouet.

Thren. 1. Altare aureū pro amore Chriſti.

Abluuntur altaria aqua & vino. Altare interius aqua deuotionis, cum eius charitas recogitatur. Altare exterius vino compaſſionis, cum eius paſſio ad memoriam reducit. Hæc ſunt vinum & oleum, quæ deuotus Samaritanus infundit vulneribus ſauciati, Luc. 10. Altare interius au-

reum eſt, altare exterius æneum, quia corporalis exercitatio ad modicum ualet, pietas autem ad omnia utilis eſt, 1. Tim. 4. Quarto abluuntur pedes, quod fit ſpiritualiter in perfeuerantibus. Pedes enim finis ſunt hominis. Vnde de conſequentibus malum exitum dicitur, Thren. 1. Sordes eius in pedibus eius, nec recordata eſt ſinis ſui. Qui ergo mundus eſt per vitam bonam, non indiget niſi vt pedes lauet, & eſt mundus totus, quod fit per finalem pœnitentiam.

Secundo conſicitur chriſma, in ſecundo ſtatu electorum, proficientium, ſcil. in proſectu bonorum. Chriſma enim componitur ex oleo & balaſamo. In duobus enim eſt proſectus hominis, videlicet in bona conſcientia, quantum ad Deū, & in bona conuerſatione, quantum ad proximum. Vnde Luc. 1. de Chriſto & de Ioanne dicitur quod *proſciebant coram Deo*, per bonam, ſcilicet conſcientiam, & *hominibus*, per bonam conuerſationem. Eſt ergo oleum, bona conſcientia, vt in parabola de decem uirginibus, Matth. 25. *Balaſamum honeſte conuerſationis*. Fraudulentus diceretur epiſcopus qui pro chriſmate purum oleum daret, quod faciunt illi qui de bona conſcientia conſiſi, de ſcandalo proximi ex eorum exteriori conuerſatione non curant, & iſti cum bona conſcientia tali merito quandoque damnantur. Vnde Oſee. 12. *Effraim oleum in Ægyptum ferebat*, id eſt, ſecuram conſcientiam in infernum. De balaſamo bonæ conuerſationis dicitur, 2. Corinth. 2. *Bonus Chriſti odor ſumus*. Et Eccl. 24. *Quaſi balaſamum non mixtum odor meus*. Balaſamum enim extraneo liquore adulteratum eſt honeſta conuerſatio hypocritæ & ſimulatoris. *Muſcæ morientes*, id eſt, opera hypocritæ mortua, *perdunt ſuauiſſimam uiguenti*, Eccl. 10.

Terrio abluuntur altaria, quod fit ſpiritualiter in perfectis. Vnde poſt planctum peccatorum, per proſectum uirtutum ad delicias deuotionis accedunt, & non iam peccata ſua deſcent, ſed potius mortem & paſſionem Chriſti, quod ſignificatur per abluitionem altarium.

Duo enim leguntur altaria, altare aureum Thymiamatis quod erat interius, & altare æneū holocauſti, quod erat exterius. De primo habetur Exod. 40. de ſecundo Exod. 38. Quod autem per altare ſignificetur Chriſtus, habetur Iſa. 19. *In die illa erit altare Domini in medio terre Ægypti*, id eſt, mundi, in cuius medio operatus eſt ſalutem. *Et titulus Domini iuxta terminum eius*. Iſte, ſcilicet Ieſus, Nazarenus, Rex Iudæorum. Duo ergo altaria abluenda ſunt, quia duo in Chriſto conſideranda ſunt, ad lachrymas mouentia, amor in corde, dolor in corpore. De primo Ioan. 15. *Maiorem hac dilectione nemo habet, quam ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis*. De ſecundo, Thren. 1. *Attendite & uidete, ſi eſt dolor ſicut dolor meus*. Altare ergo aureum eſt charitas in corde Chriſti. Vbi Thymiamata incenſum, eſt odorem ſuauiſſimæ exhalans, cum ex feruore charitatis dixit. *Pater, dimitte illis, quia neſciunt quid faciunt*. Luc. 23. Altare æneum holocauſti exterius, eſt dolor & anguſtia ipſius corporis, quo dolore totus incenſus fuit. Vnde dixit. *Conſummatum eſt*, id eſt, non reſtat membrum in corpore meo puniendum.

Abluuntur altaria aqua & vino. Altare interius aqua deuotionis, cum eius charitas recogitatur. Altare exterius vino compaſſionis, cum eius paſſio ad memoriam reducit. Hæc ſunt vinum & oleum, quæ deuotus Samaritanus infundit vulneribus ſauciati, Luc. 10. Altare interius au-

reum eſt, altare exterius æneum, quia corporalis exercitatio ad modicum ualet, pietas autem ad omnia utilis eſt, 1. Tim. 4.

Quarto abluuntur pedes, quod fit ſpiritualiter in perfeuerantibus. Pedes enim finis ſunt hominis. Vnde de conſequentibus malum exitum dicitur, Thren. 1. Sordes eius in pedibus eius, nec recordata eſt ſinis ſui. Qui ergo mundus eſt per vitam bonam, non indiget niſi vt pedes lauet, & eſt mundus totus, quod fit per finalem pœnitentiam.

Duo autem pedes ſunt cauſa pœnæ, & adeptio gloriæ, ad quæ promerenda in fine duo ſunt neceſſaria. In finali egritudine, patientia ipſius ægritudinis, qua cōmaturat pœna purgatorij, & perfectio charitatis, quæ foras mittit timorē, quæ acquiritur gloria regni. Hęc eſt ergo duplex abluio pedū, licet heu multi in fine cōficiat lateres ex luto & palea pedibus ſuis, qui tanquā palea leuiter ad quemlibet ſenſum doloris mouentur per impatientiam, & timorem Dei in amorem ſui commutantes vel in amorem patrum, magis mouentur erga ſe vel erga parentes per compaſſionem, quam erga Deum per amorem. Vnde talibus in luto carnalis amoris conuerſaris, inuectiue dicitur Naum. 3. *Intra in lutum & calca, ſubigens tene laterem*. Qui ergo ablutus pedibus, prout dixi, incedit, occurſum demoniorum in fine non metuit. Vnde Abac. 3. *Egredietur diabolus ante pedes eius, &c.*

Quinto & ultimo repræſentatur Cœna, quæ fit in beatis, quos ad refectionem uitæ æternæ poſt bonum exitum Dominus introduxit, de qua dicitur. *Homo quidam fecit cœnam, magnam, &c.* Luc. 14.

Cœna autem decens, ſobria eſt & ſecreta, quæ duo inueniuntur in vita æterna. In Cœna enim non ſolent apponi multa fercula ſed pauca, ita in æterna gloria vno ferculo reſiciuntur beati, videlicet fruitione Dei. Vnde Dominus ad Martham, Luc. 10. *Turbatis erga plurima, ſcilicet fercula mihi preparanda. Porro vnum eſt neceſſarium, ſcilicet ferculum quod exegit Maria*. Tribus ex cauſis indigent epulones mundani pluralitate ferculorum, nec ſufficit eis vnicum. Prima, quia ferculum in comedendo minuitur, vnde vno conſumpto neceſſe eſt aliud ſuccedere. De cœleſti autem ferculo non ſic, quia à pluribus comestum nunquam diminutionis ſuſtinet detrimentum. Vnde 3. Reg. 17. *Hydria farina non deficiet, & lecythus olei non minuetur*. Hydria farinae, corpus delicatæ humanitatis, lecythus olei, ſubſtantia eſt deitatis. Hic ergo modus comedendi iſtum cibum, quia oculi videbunt humanitatem, & anima delectabitur in deitate. Sic ergo (vt ita dicam) oculi maſticabunt, & cor ſaporabit. Secunda cauſa eſt, quia vnum & idem ſemper ferculum hic vertitur in ſtultitiam, vnde neceſſe eſt vt fercula ſuccedant ferculis ad appetitum fouendum. Ferculum autem æternæ uitæ quo plus comeditur, minus ſatiditur. Vnde in Proſa. Fruuntur nec ſatidunt. Et Eccl. 24. *Qui edunt me adhuc eſurient, &c.* Oculi enim videndo comedunt buccellam humanitatis, cor autem bibit delectando fontem diuinitatis. Tertia autem cauſa eſt, quia vnicum ferculum huius uitæ non habet niſi vnicum ſaporem, & delicacitas epulonum, quærit diuerſitatem ſaporis, & ideo neceſſaria eſt diuerſitas ferculorum. Non autem tale eſt illud Matth. 26, quia in

Hydria farinae, pro corpore delicatæ humanitatis. Lecythus olei, pro ſubſtantia deitatis. Ferculum gloriæ, in ſtultitiam non vertitur. Eccl. 24. Oculi beatorum reſ-

Luc. 23. Membra omnia corpora Domini puniunt. Alcaria vino & aqua abluuntur quare. Samaritanus oleum & vinum infundit vulneribus ſauciati myſtice. Luc. 10. Pedum abluio, ſit ſpiritualiter perfeuerantibus. Pedes pro fine. Thren. 1. Pedes pro cauſione pœnæ & adeptio gloriæ. Pedum abluio duplex. Pedibus cōficere lateres ex luto & palea quid. Naum. 3. Pedibus ablutis incedere quid. Occulus demoniorum in fine non metuentibus. Abac. 3. Luc. 14. Cœna decens, ſobria eſt & ſecreta. Beati vno ferculo reſiciuntur. Luc. 10. Fercula plura in conuiuium mundano quare. Beatis ferculum vnum ſufficit quare. Ferculum in gloria non diminuitur. 3. Reg. 17.

Luc. 12. Iſa. 65.

Psal. 16.

In prandio repletus non indiget. Cœna moraliter. Sacramenta quandoque nocent. Cibis in nutrimentum non tranſiēs, obest moraliter. Cœna triplex. Cœna magna quare. Apoſtoli principes populorum.

Cœna ſecunda conuerſio peccatoris. Cœna magna quare.

Ioan. 14.

Cœna tertia beatorum. Cœna magna.

Ioan. 32. D. Bern.

chuntur humanitate. Cor reſicitur fonte diuinitatis. Ferculum gloriæ varietatem ſaporū omnium habet. Matth. 26. Sap. 16. Cœna ſecreta quare. Fidei prandium. Matth. 20. & 22. Luc. 12. Iſa. 65.

Psal. 16.

In prandio repletus non indiget. Cœna moraliter. Sacramenta quandoque nocent. Cibis in nutrimentum non tranſiēs, obest moraliter. Cœna triplex. Cœna magna quare. Apoſtoli principes populorum.

Cœna ſecunda conuerſio peccatoris. Cœna magna quare.

Ioan. 14.

Cœna tertia beatorum. Cœna magna.

Ioan. 32. D. Bern.

in ſe varietatem habet, & ideo ſufficit, Sap. 16. *Paratum panem de cœlo praſtitit illis ſine labore, omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuauiſſimam.*

Item ſecreta eſt Cœna, quia ibi non admittuntur niſi pauci & familiares, iis qui ad matutinum prandium fuerunt, excluſis. Hoc prandium eſt fides. Fercula articuli & ſacramenta, ad quæ admittuntur multi, qui non remanent in Cœna, vnde multi ſunt vocati, ſcilicet ad prandium, pauci vero electi, ſcilicet ad Cœnam, Matth. 20. & 22.

Item ſicut ad Cœnam mundi non niſi illi qui familiares & de famulis ſunt, admittuntur, ita nec ad æternam, quibus tranſiens miniſtrabit Dominus, Luc. 12. Vnde aduenis & peregrinis dicitur Iſa. 65. *Ecce ſerui mei comedent, & vos eſuriētis. Ecce ſerui mei bibent, & vos ſitietis. Ecce ſerui mei latabuntur, & vos confundemini. Ecce ſerui mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione ſpiritus ululabitis, & dimittetis nomen veſtrum in iuramentum electis meis, &c.* Psal. 16. *Domine, à paucis de terra diuide eos, ſcilicet qui fuerunt in prandio, & ſubdit cauſam quare ſunt diuidendi, dicens: De abſconditis tuis adimpletus eſt venter eorum.* Quia qui nimis repleti ſunt in prandio, non indigent refectione Cœnæ. Et ſicut cibus in nutrimentum non tranſiens, non prodeſt, ſed obest, ita ſacramenta in intellectu verſata, & nunquam in vegetationem conuerſa nocent, & à Cœna repellunt.

Item triplicem legitimus Cœnam, prima eſt quæ Dominus fecit cum diſcipulis ſuis, & dicitur hæc Cœna magna propter præſentiam ſponſi; qui eſt *Magnus Dominus & laudabilis nimis, &c.* Item dicitur magna propter ſimul diſcumbentes Apoſtolos, qui erant principes populorum. *Congregati ſunt & in cubilibus ſuis locabuntur.* Psal. 103. Item propter ipſorum ciborum ſacras refectiones, ibi enim fuit panis qui confirmat cor hominis, panis, ſcilicet qui de cœlo descendit. Ibi fuit potus, calix ſcilicet ſanguinis Domini: de quo Psal. *Calix meus inebriās quam præclarus eſt!* Qui quotidie cum lachrymis conſummandus eſſet Apoſtoliſ, quia. *Qui manducat carnem Domini & bibit eius ſanguinem indigne, iudicium ſibi manducat & bibit, &c.* 1. Cor. 11.

Secunda Cœna dicitur conuerſio peccatoris, quæ dicitur Cœna magna, quia ibi fuit magna epulæ, felix ſapientia, magna lætitia. Magnæ epulæ ſunt, magnæ conſolationes. Nam multitudinem dolorum in corde peccatoris conſolatur Dominus lætitia magna. Felix ſocietas eſt Chriſti qui eſt tibi ſponſus cum ſponſa, hoc eſt cum anima, immo tota Trinitas, Ioan. 14. *Et ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus, &c.* Magna lætitia, ſcilicet ipſorum Angelorum, Luc. 15. *Gaudium eſt Angelis in cœlo ſuper vno peccatore, &c.*

Tertia Cœna eſt in futuro, quæ dicitur magna, propter magnam multitudinem Angelorum & hominum, & propter magnam & æternam ſecuritatem. Propter videlicet corporis & animæ ſecuritatem pleniffimam, Iſa. 32. *Sedebit populus in pulchritudine pacis.* De hac Cœna Bernardus ſuper Cant. Canticorum. Nihil enim ibi formidatur nec ſatiditur, nihil deficit. Feſtinemus filij, feſtinemus ad locum tutiorem, ad paſtum ſuauiorem, ad vberiore & fertiliorem


agrū. Feſtinemus vt habitemus ſine metu, abundemus ſine defectu, epulemur ſine faſtidio. Vnde fruuntur, nec faſtidiunt, qui frui magis ſitiunt. Ibi comedent omnes, qui 40. diebus & 40. noctibus, id eſt, toto tempore præſentis vitæ tam in proſperis quàm in aduerſis cum Helia vſque ad montem Dei Oreb ambulauerunt, eſi obdormierunt aliquando per acidiā, dum tamen ſurrexerint & fecerint pœnitentiam, & ſuſtinerint tentationes, quia ita dicit Dominus, qui fidelis eſt in omnibus verbis ſuis, Luc. 22. *Vos eſtis qui permanniſtis mecum in tentationibus meis. Et ego diſpono vobis regnum, &c.*

Septem ſunt propter quæ prandium placet inuitatis, ſcilicet ſeruitoris nobilitas, ferculorum ordinatio, conuiuarum honeſtas, vultus hilaritas, inuitantis auctoritas, loci amœnitas, & menſæ fecunditas. Primum notatur per *Ego*, ſecundum, per *Diſpono*, tertium, per *Vobis*, quartum, per *Sicut diſpoſuit mihi*, quintum, per *Pater meus*, ſextum, per *Regnum*, ſeptimum, per *Vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo, &c.*

DE PLVRIBVS aut vno Apoſtolo. Serm. I.

agrū. Feſtinemus vt habitemus ſine metu, abundemus ſine defectu, epulemur ſine faſtidio. Vnde fruuntur, nec faſtidiunt, qui frui magis ſitiunt. Ibi comedent omnes, qui 40. diebus & 40. noctibus, id eſt, toto tempore præſentis vitæ tam in proſperis quàm in aduerſis cum Helia vſque ad montem Dei Oreb ambulauerunt, eſi obdormierunt aliquando per acidiā, dum tamen ſurrexerint & fecerint pœnitentiam, & ſuſtinerint tentationes, quia ita dicit Dominus, qui fidelis eſt in omnibus verbis ſuis, Luc. 22. *Vos eſtis qui permanniſtis mecum in tentationibus meis. Et ego diſpono vobis regnum, &c.*

Septem ſunt propter quæ prandium placet inuitatis, ſcilicet ſeruitoris nobilitas, ferculorum ordinatio, conuiuarum honeſtas, vultus hilaritas, inuitantis auctoritas, loci amœnitas, & menſæ fecunditas. Primum notatur per *Ego*, ſecundum, per *Diſpono*, tertium, per *Vobis*, quartum, per *Sicut diſpoſuit mihi*, quintum, per *Pater meus*, ſextum, per *Regnum*, ſeptimum, per *Vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo, &c.*



DE PLVRIBVS

aut vno Apoſtolo. Serm. I.



VI ſunt iſti qui vt nubes volant, & quaſi columba ad fenestras ſuas? Iſai. 40. Profectus Apoſtolorum volatui nubium & columbarum merito comparatur, quia tota vita eorum in eorum cordibus fuit in prædicatione & in contemplatione. Quasi ergo nubes per mundum volauerunt, imbre prædicationis corda populi volauerunt, & quaſi columba ad fenestras ſuas cœleſtia contemplando. Merito autem comparantur nubibus & columbis, quia vtræque gregatim volant, in quo notatur concordia & vnanimitas Apoſtolorum, ſcilicet rerum, corporum, animarum, & doctrinarum. De tribus primis Actuum 4. *Multitudinis autem credentium erat cor vnum & anima vna, & erant illis omnia communia, &c.* De quarto Matth. 23. *Vnus eſt magiſter veſter, omnes autem vos fratres eſtis, &c.* Ergo & vna doctrina debet eſſe. Et ad hanc vnitatem exprimentandam, in feſto vnus omnes reliqui congregantur, vt patet in officio eorum.

Nubes ergo fuerunt, quia alti & ſuſpenſi fuerunt per contemplationem, vnde vnus eorum, *Noſtra* (inquit) *conuerſatio in cœlis eſt*, Philip. 3. Item quia leues per paupertatem, Matth. 19. *Ecce nos reliquimus omnia, &c.* Item quia ſicut nubes à mari quicquid hauriunt ſuper terram fundunt, ſic Apoſtoli quicquid à Chriſto hauerunt, in omnem terram fuderunt, iuxta illud Psal. 11. *Si repletus fuerint nubes ſuper terram fundent imbrem.* Vnde Actuum 1. *Repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, &c.* Item ſicut nubes terram rigando geminare faciunt & fecundant, Iob. 37. *Fruuntur*

Dies pro prosperitate, nox pro aduersitate.

Obdormitio pro acitia.

Luc. 22.

Conuiuium vel prandium propter ſerpreum inuitatis placet.

Conuiuium vel prandium propter ſerpreum inuitatis placet.

Conuiuium vel prandium propter ſerpreum inuitatis placet.

Conuiuium vel prandium propter ſerpreum inuitatis placet.

Conuiuium vel prandium propter ſerpreum inuitatis placet.

Conuiuium vel prandium propter ſerpreum inuitatis placet.

Iſai. 60. Apoſtolorum proſectus nubium volatui comparatur.

Apoſtoli prædicationibus corda populorum fecundantur.

Apoſtoli cœleſtia contemplando.

Apoſtoli concordia & vnanimis.

Apoſtoli vnus feſto; reliqui congregantur quare.

Nubes pro Apoſtoliſ.

Philip. 3. Apoſtoli leues paupertate.

Matth. 19. Nubes hauriunt ab mari & fundunt in terram moraliter.

Pſal. 11. Nubes terram rigando fecundant. Iob. 37.



Isa. 45. Nubes ducuntur a vento & circumferuntur vbique. Matth. 10. Act. 8. Iob 37. Nubes solis feruorem temperant moraliter. Apostoli in iudicio iram Domini expectabunt. Matth. 19. Luc. 21. Gen. 9. Exod. 13. 3. Reg. 17. Nubes spiritualis quilibet effe tenetur. Nabis sepe proprietates contra sepe peccata mortalia. Paulus ros blanda consolationis. Heb. 11. Nubes pro Apostolis. Ex nubibus sex effluunt beneficia moraliter. 2. Cor. 4. D. Paulus pluuia eruditionis simplici. D. Paulus lux gratie promissionis Philip. 3. D. Paulus virga iustae correctionis 1. Cor. 4. D. Paulus minax punitiois duris & rebellibus Gal. 3. 1. Cor. 13. D. Paulus fulgur excommunicationis obstinatis & contemnentibus 1. Cor. 5. D. Paulus fulgur aeternae damnationis finaliter impoenitentibus. 2. Cor. 12. Columba ad fenestras volat propter tria.

Frumentum desiderat nubes, Isa. 45. Rotare caeli de super, & nubes pluant iustis, &c. Item sicut nubes a vento ducuntur & circumferuntur vbique, sic Apostoli a Spiritu sancto. Matth. 10. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Et Act. 8. dixit spiritus Philippi. Et spiritus Domini rapuit Philippum, &c. Iob 37. Nubes spargunt lumen suum. Quae lustrant cuncta per circuitum quocumque eas voluntas gubernantis duxerit ad omne quod praecipit illis super faciem orbis terrarum, siue in vna tribu, siue in terra sua. Et ibid. Nunquid nostri semitas nubium magnas & perfectas scientiam? Vnde perduxerunt Thomam ad Indos, Petrum ad Romanos, &c. Item sicut nubes feruorem solis temperat, sic Apostoli in iudicio iram Domini. Matt. 19. Sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel, Luc. 21. Videbunt filium hominis venientem in nube, Gen. 19. Arcum meum ponam in nubibus, &c. id est, iudicariam sententiam, Haec est nubes obumbrans quae introduxit Israel in terram promissionis, Exod. 13. Haec est nebula quae 3. Regum 17. primo apparuit parua, sed septima vice, id est, in septima aetate, quae modo est magna, quia in fine mundi Apostolici viri multiplices sunt.

Nota quomodo per has proprietates nubium debet quilibet esse nubes spiritualiter. Vel fac septem proprietates nubis contra septem peccata mortalia, &c.

De his nubibus 6. effluerunt beneficia, quod patet precipue in Apostolo Paulo, scilicet. Primo ros blanda consolationis tribulationum in passionibus, Heb. 11. Recogitate eum qui talem sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, ut non fugeremini animis vestris deficientes 2. Corinth. 4. Id enim quod in presenti est momentaneum & leue tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate aeternum gloriae pondus operatur in nobis, &c. Secundo, pluuia eruditionis simplicibus 1. Corinth. 3. Tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam. Tertio, lux gratie promissionis iustis proficientibus, Philip. 3. Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostrae configuratum corpori claritatis suae. Quarto virga iustae correctionis 1. Corinth. 4. Vultis in virga veniam ad vos, an in charitate & spiritu mansuetudinis? Quinto, minax punitiois duris & rebellibus Galat. 3. O insensui Galatae! quis vos fascinauit non obedire veritati? 2. Cor. 13. Pradico his qui peccauerunt, & ceteris omnibus, quoniam si venero iterum, non parciam. Sexto, fulgur excommunicationis obstinatis & contemnentibus, quando tradidit fornicatorem Corinthium Satanae, 1. Corinth. 5. Septimo, fulgur aeternae damnationis finaliter impoenitentibus, 2. Cor. 12. Lugeam multos ex his qui ante peccauerunt, & non egerunt poenitentiam, &c.

Sequitur. Et quasi columba ad fenestras suas. Nota propter tria volat columba ad fenestras, scilicet, propter accipitris importunitatem, propter pullo- rum suorum educationem, propter quiescendum post laborem. Haec sunt tria propter quae debet redire praedicator ad praedicationem ad contemplationem, scilicet corrigibilitas auditorum, quia multi sunt insidiantes, Ezech. 3. Adherere faciam linguam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgans, quia domus exasperans est. Et


Et Matt. 10. Cum autem persequerentur vos in ciuitate ista, fugite in aliam. Hinc Genes. 8. prima columba rediit in arcam, quia non inuenit vbi requiesceret. Secundo, vt pullos proprios pascat. Qui enim alios pascit, si se impastum sentiat, debet redire vt propriae familiae pascendae intendat, & moribus animae reuiscendis, Matth. 16. Quid prodest homini si vniuersum mundum lucratur, anime vero suae detrimentum patiatur? Sicut autem columba extra acquirit vnde pullos intus pascat, sic ex profectu pullo- rum, id est, proximorum reuici debet animus praedicatorum. Hinc dicitur secunda columba rediisse asserens fructum oliuae in ore suo. Adapta. Tertio ad quiescendum post laborem, vel corporaliter, quia licitum est, sicut Christus Apostolos a praedicatione reuertentes fecit sedere vt requiescerent pusillum, Marci 6. Vel spiritualiter, videlicet vt in contemplatione hauriant, quae iterum per linguam effundant.

Sed nota, tertio columba non dicitur rediisse, ad quod notandum quod quandiu praedicator potest extra fructum facere, vix aut nunquam propter quietem corporalem vel spiritualem reuerri debet. Hinc sancta animalia ibant vbi eras impetus spiritus, nec reuertebantur eum ambularent, Ezech. 1. Per has ergo tres columbas tria genera praedicatorum ab arca, id est, a claustro emissorum signantur, quidam qui fructum facere non possunt propter defectum auditorum, & tales reuerri debent. Alij qui fructum facere possunt, sed imperfecti sunt in se, & ideo reuerri necesse habet, vt sibi vacent. Tertij qui perfecti sunt omnino, & ij vix vnquam reuerri debent.

Nota de coruo emisso, qui egrediebatur & non reuertebatur donec siccarentur aquae super terram, pascebatur enim cadaueribus, &c. Applicata ad praedicantes ventris cauta.



DE EISDEM. Serm. II.



Nonnem terram exiit sonus eorum, Pl. 18. Tria sunt quorum sonus procul auditur, tonitruum, tuba, & campana. Quia ergo vox Apostolorum & Euangelistarum talis fuit, merito in omnem terram exiit sonus eorum. Tonitruum ergo fuit eorum praedicatione quantum ad malos. Tuba quo ad bonos. Campana, quo ad vtrosque. De primo, Psalm. 76. Vox tonitruui tui in rota, id est, in circuitu mundi, quia in fines orbis terraerba eorum. Hinc Marc. 3, vocantur. Apostoli filij tonitruui. Hinc tonitruum quasi vox viua pulsauit, quando delectionem mundi vertit in insipientiam.

Circa tonitruum notentur quatuor, praecedit enim, id est, prius apparet coruscatio, sequitur tonitruum, deinde fulgur, postremo pluuia. Hinc notatur processus Apostolorum, id est, praedicatorum erga malos. Debet enim praecedere coruscatio

Praedicator ad praedicationem ad contemplationem redire debet propter tria. Ezech. 3. Matth. 10. Gen. 8. Columba pio praedicator. Columba ad arcam rediit quid mystice Matth. 16. Proximus reficitur ex praedicatione. Quiescendum post laborem moraliter. Marc. 6. Columba non rediit, quid mystice.

Ezech. 1. Praedicatorum tria genera. Columbae tres emittit ab arca, tres praedicatorum deligantur. Praedicatorum quidam corui.

Psalm. 76. Marc. 3. Apostoli filij tonitruui. Tonitruum notantur quatuor moraliter. Tonitruum praecedit coruscationem. Praedicatorum processus erga malos.

Psalm. 18. Sonus trium procul auditur. Praedicatorum praedicatione tonitruum, tuba & campana quomodo.

Psalm. 76. Marc. 3. Apostoli filij tonitruui. Tonitruum notantur quatuor moraliter. Tonitruum praecedit coruscationem. Praedicatorum processus erga malos.

Coruscatio pro admonitione.

Matth. 18.

Dimittendum quoties fratri.

2. Cor. 13. D. Paulus coruscabat, tonabat, fulminabat, pluebat. 1. Cor. 5. 2. Cor. 12. Samuel post fulminationem in Saul pluebat. 1. Reg. 16. D. Petrus coruscabat, tonabat, fulminabat, pluebat. Act. 3.

Act. 5. Act. 8. Apostoli tuba Christi quomodo. Num. 10. Tuba duae argenteae ad conuocandum multitudinem. Tubarum vsus triplex. Apostoli incitabant, bonos ad bellum. Apostoli incitabant ad epulas. Gal. 5. Anima reficitur 12. fructibus spiritualibus. Apostoli incitabant ad solemnitate gaudiorum caelestium. Rom. 8. Heb. 4. Apostoli campana comparantur propter tria. Campana compositio moraliter.

coruscatio blandae admonitionis, vt respiscant, postea tonitruum asperae comminationis & increpationis nisi se emendent, deinde fulmen excommunicationis & vindictarum si contem- nunt, ac demum pluuia compassionis, vt executionem vindictae inserentes ipsi condoleant, sicut docuit Christus discipulos procedere erga malos, Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter se & ipsum solum, ecce blanda coruscatio. Si te non audierit adhibe tecum vnum vel duos: quod si non audierit eos, dic Ecclesiae. Ecce tonitruum. Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus, ecce fulgur, quod post separationem debet sequi, & post immediate pluuia compassionis. Vnde ibidem Petro querenti quoties dimitteret fratri suo, vtrum septies, respondit Dominus, non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies.

Coruscabat item Apostolus quando dicebat, 2. Corinth. 13. Oramus Deum, vt nihil faciatis mali. Tonabat ibidem dicens. Pradixi & praedico iis qui ante peccauerunt, &c. quio si venero iterum, non parciam. Fulminabat quando tradidit satanae fornicatorem Corinthium, 1. Corinth. 5. Post haec omnia pluebat 2. Corinth. 12. Lugeam multos ex his qui ante peccauerunt & non egerunt poenitentiam.

Sic & Samuel post fulminationem in Saul abundanter pluebat, 1. Regum 16. Vsqe quo tu luges Saul? Coruscabat & Petrus, Actuum 3. Scio, quia per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri. Poenitemini igitur & conuertimini vt deleantur peccata vestra, &c. Tonabat dicens. Vos sanctum & iustum negastis, & petistis virum homicidam dari vobis, auctorem vero vitae interfecistis. Ecce conuertamur ad gentes. Fulminabat quando Ananiam & Saphyram per suam sententiam expirare fecit, Actuum 5. Post fulgur pluebat, quando post sententiam excommunicationis in Simonem. Magnum cui dixit, Pecunia tua tecum sit in perditionem, &c. Actuum 8. Pluebat autem quando subiunxit. Poenitentiam itaque age ab hac nequitia tua, & roga Deum, &c.

Tuba Christi fuerunt bonos excitando, Num. 10. Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocare possis multitudinem, &c. Duas dicit propter consummationem charitatis, vnde discipuli duo & duo ire iubentur, Luc. 10. Harum tubarum vsus est triplex, scilicet conuocare ad bellum contra vitia, inuitare ad epulas, id est, ad refectionem virtutum, & ad solemnitatem, id est, desiderium caelestium gaudiorum. Ad haec tria incitabant Apostoli bonos. Ad bellum enim inuitabat Apostolus, Ephes. 6. Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli, &c. In omnibus sumentes scutum fidei, &c. Ad epulas, emunerans 12. fructus spirituales, quibus anima refici debet, Gala. 5. Fructus autem spiritus, Charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Ad solemnitatem, id est, desiderium gaudiorum caelestium, Rom. 8. Non sunt condigna passionis huius temporis ad futuram gloriam qua reuelabitur in nobis. Heb. 4. Festinemus ingredi in illam requiem, &c.

Campana etiam comparantur Apostoli propter tria, propter factionem, proprietatem, & officium, id est, vsu. De primo, campana vt fiat metallum de profundis terra visceribus primo extrahitur, secundo igne fornacis liquefa-

ctum purgatur & conflatur, tertio liquefactum formae modulis adaptatur. Sic Apostoli & Euangelistae extracti sunt primo de terrenis actibus; Lucas de officio artis medicae, Paulus de profundo vitiorum, Gala. 1. Cum autem placuit ei qui me segregauit ex utero matris meae, id est, ex utero synagogae sicut metallum de ventre terra. Secundo igne doctrinae Christi & charitatis sunt purgati. Mala. 3. Sedebit constans & emundans argentum, & purgabit filios Leui. Et colabit eos quasi aurum, & erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia. Quonia Dominus docebat eos. Vnde poterant dicere illud Cant. 5. Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est. Vnde Ioan. 15. Iam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis. Moduli formam receperunt, 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius, id est, modulum 1. Corinth. 5. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.

Nota, de vasis templi quae fundebat Salomon in terra argillosa, in campestri regione, Iordanis 3. Regum 7. Quia ibi Christus ad literam, praedicaui & discipulos docui.

Item nota de proprietatibus campanae, scilicet quando est integra bene sonat, sed fracta, horride, sic Apostoli & Euangelistae perfecti erant & integri in nullo deficientes, per vite sanctitatem & doctrinae sinceritatem dulciter sonauerunt. Nam qui sine charitate praedicat, factus est velut aes sonans aut cymbalum tinniens, 1. Corinth. 13. Item campana in qua multum est argenti dulciter sonat. Per argentum quod percussum non murmurat, sed dilatur & abstractatum est, notatur mansuetudo siue querela & compassio in praedicatorum. De primo. Non murmurat resonat, non querimonia. De secundo. Greg. Sermo libenter auditur qui ex compassione profertur. Item sonus campanae vt dicitur, se conformat omnibus cantilenis, & quilibet cantat per ipsam, sic Apostoli linguis locuti sunt omnium, &c. Item sonus campanae dum de aquis resultat dulcior efficitur, sic cum de aquis sacrae scripturae praedicatione accipitur, non de fabulis, dulcis est in auribus Dei, Ezech. 3. Annunciabis eis ex me, Psal. Vox Domini super aquas. Et post. Vox in virtute. Quia praedicatione virtuosa est & magnifica quae de aquis sacrae scripturae elicitur.

Tertio nota de multiplici vsu campanae. Pulsatur enim primo ad excitandum de somno corporis & de negligentia, ad diuinam laudem & officium inuitando per virtutum comparisonem. Sic pulsabat Paulus Rom. 13. Hora est iam nos de somno surgere. Sed nota quae detinent hominem in lecto ne surgat, vt est pigritia. Prouerb. 26. Sicut ostium vertitur in cardine suo, sic piger in lecto. Secundo pulsatur ad sedandas tempestates aeris, id est, peccata spiritualia quae potestate aeris immituntur. Contra quae pulsabat Apostolus Ephes. 6. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum. Tertio ad ignem extinguendum, qui materiam suam & fomitem de terra accipit, id est, peccata carnalia, Iob 31. Ignis vsque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans gemina. Hunc mouebat Apostolus extinguere, Eph. 6. In omnibus sumentes scutum fidei in quo positis omnia tela nequi simi ignea extinguere. Quarto ad ignem te-

Apostoli extracti de terrenis actibus Mater pro synagoga. Gal. 1.

Mala. 3.

Cant. 5. Ioan. 15.

1. Pet. 2.

1. Cor. 4.

3. Reg. 7.

Campana proprietates moraliter. Praedicator sine charitate, & sonans.

1. Cor. 13.

Argentum pro mansuetudine.

Ezech. 3. Praedicatione virtuosa & magnifica quae de sacra scriptura elicitur.

Campana vsus qui. Rom. 13. D. Paulus pulsabat campanam moraliter. Pigritia detinet hominem in lecto.

Prou. 26. Campana sonus sedat tempestates aeris moraliter.

Eph. 6. Campana vsus ad extinguendum ignem moraliter. Iob 31. Peccata carnalia ignis deuorans. Luxuria extinguenda.

Eph. 6.

Ignis bonus & malus. Ignis extingendus moraliter. Ignis regenerandus moraliter. 2. Tim. 6. Matth. 6.

Vana gloria latronculus. Ignis cinere regendus moraliter. Seruus inutilis quis. Cinis de igne nascitur quo opetien- dus moraliter.

Nota, qui post igni stegium cuagari foras inuenitur, pro latrone habetur, sic qui inaniter opera sua ostentat. Vnde Gregorius vocat latronculum nimis humanæ laudis appetentem seu appetitum. Ignem ergo ne moriatur cinere regit, qui consideratis defectibus suis, cum omnia bona fecerit, se seruum inutilem dicit.

Nota cinis de igne nascitur quo operiatur, quia humilitatis modus etiam de bonis operibus concipitur, Isa. 64. Et facti sumus ut immundi omnes, & quasi panis menstruatus in iustitia nostra. Et Job. 9. Si lotus fuero quasi aquis niuis, & fulserint velut mundissima manus mea, tamen fordidus intinges me, & abominabuntur me vestimenta meo. Ad ignem tegendum & cubandum pulfabat, Isa. cap. 26. Vade populus meus, intra in cubacula tua, claudes ostia tua super te.

Quinto pulfatur campana ad populum ad commune aliquid vocandum, vnde campanæ sunt communes. Sic pulfabant Apostoli ad vniuersam corda populi per charitatem, Eph. 4. Solliciti seruire unitatem spiritus in vinculo pacis, Actuum 4. Multitudinis autem credentium erat cor unum & anima vna.

Sexto propter mortem alicuius intimandam, sic Apostoli nos ad mortem Christi intimandam sono prædicationis suæ vocabant 1. Corinth. 2. Non enim iudicauit me scribere aliquid inter vos nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Et Heb. 12. Recogitat eum qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, ut ne fatigemini animis vestris deficientes 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius.

Septimo propter aduentum noui principis honorandum, sic Apostoli venientem ad nos Christum honorare monebant 1. Cor. 6. Glorificate & portate Deum in corpore vestro. Sic nouus Episcopus per ciuitatem defertur.

Octauo propter miraculi nouitatem, sic Apostoli ad hoc prædicabant, vt in populo miracula spiritualiter facientes, mortuos suscitarent, & eos illuminarent, &c. Eph. 5. Surge qui dormis, & exurge à mortuis,

Nota, qui post igni stegium cuagari foras inuenitur, pro latrone habetur, sic qui inaniter opera sua ostentat. Vnde Gregorius vocat latronculum nimis humanæ laudis appetentem seu appetitum. Ignem ergo ne moriatur cinere regit, qui consideratis defectibus suis, cum omnia bona fecerit, se seruum inutilem dicit.

Nota cinis de igne nascitur quo operiatur, quia humilitatis modus etiam de bonis operibus concipitur, Isa. 64. Et facti sumus ut immundi omnes, & quasi panis menstruatus in iustitia nostra. Et Job. 9. Si lotus fuero quasi aquis niuis, & fulserint velut mundissima manus mea, tamen fordidus intinges me, & abominabuntur me vestimenta meo. Ad ignem tegendum & cubandum pulfabat, Isa. cap. 26. Vade populus meus, intra in cubacula tua, claudes ostia tua super te.

Quinto pulfatur campana ad populum ad commune aliquid vocandum, vnde campanæ sunt communes. Sic pulfabant Apostoli ad vniuersam corda populi per charitatem, Eph. 4. Solliciti seruire unitatem spiritus in vinculo pacis, Actuum 4. Multitudinis autem credentium erat cor unum & anima vna.

Sexto propter mortem alicuius intimandam, sic Apostoli nos ad mortem Christi intimandam sono prædicationis suæ vocabant 1. Corinth. 2. Non enim iudicauit me scribere aliquid inter vos nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Et Heb. 12. Recogitat eum qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, ut ne fatigemini animis vestris deficientes 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius.



DE EISDEM.

Serm. III.



IMIS honorati sunt amici tui Deus, &c. Psalm. 138. Amici Dei dicuntur Apostoli propter tria quæ ad veros amicos pertinent. Primo propter voluntatis conformitatem & cordium vnitatem, quia amicitia vera est idem velle & idem nolle. Sic Apostoli erant amici Dei, quia idem in omnibus volebant & nolebant cum eo 1. Corinth. 6. Qui adhaeret Deo, vnus spiritus est cum eo. Secundo propter secretorum reuelationem, quia omnia secreta sua reuelabant Christo, & Christus eis, sicut Ioanni in Apocalypsi, & Paulo in raptu, vbi vidit quæ non licet homini fari. Vnde dicit 1. Corinth. 2. Nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum. Et Ioan. 15. Vos autem dixi amicos, quia omnia quaecumque audiui à patre meo nota feci vobis. Tertio propter bonorum communicationem, quia Apostoli omnia sua reliquerunt Christo & propter Christum, Matth. 19. Ecce nos reliquimus omnia &c. Vnde Christus bona sua restituit eis ibidem dicens: Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Centuplum inquit accipiet in presenti, & in futuro vitam æternam. Sic igitur amicus sis Christo & tu per hæc tria scilicet vt cor tuum ei offeras coniungas per contritionem & dolorem. Prouerb. 25. Fili probe mihi cor tuum. Psalm. 50. Cor contritum & humiliatum Deus non despicies, &c. Ipse enim propter te cor suum dedit in cruce. Vnde ad hoc voluit latus suum aperiri, Eccl. 38. Cor suum dabit in consummationem operum. Item secreta tua ei communices per satisfactionem, tria enim habes, scilicet animam, corpus, & temporalia. Communica ergo ei animam per deuotam orationem, corpus per ieiunium, temporalia per elemosynas, quia qui negligit hoc triplex damnum propter amicum, is iustus est. Prou. 12. Et sic Christus omnia bona sua communicauit Apostolis, ergo sunt amici Dei. Et hi vere nimis sunt honorati à Deo, quia multum, plus, plurimum. Multum quædiu fuerunt in mundo, plus modo animæ eorum in cælo, sed plurimum honorabuntur in iudicio vbi sedebunt super duodecim sedes iudicantes 12. tribus Israel, & vbi perpetuam beatitudinem animæ & corporis recepturi sunt. In mundo honorauit eos, quia constituit eos principes super omnem terram. Principum autem est malefactores punire, & subditos defendere. Sic Paulus fornicatorem Corinthium puniuit, & quos conuerterat, à pseudo prophetis & Apostolis defendit, Marc. vltim. Ite docete omnes gentes, &c. Itæ honorauit eos, quia commensales eos fecit sibi & eorumdem seculorum participes, quia passione corona martyrij coronati sunt sicut ipse. Vnde

Psalm. 138. Apostoli amici Dei propter tria: Amici conformes & vniuersales. Amicitia vera idem velle nolle.

1. Cor. 6. Apostolis secreta sua reuelabat.

1. Cor. 2. Ioan. 15.

Apostoli reliquerunt omnia propter Christum. Matth. 19.

Amici simus Christo.

Prouerb. 25. Psalm. 50. Cor suum dedit Christus in cruce. Eccl. 38. Latus Christi cui aperitum.

Satisfactio secreta communicanda Christo.

Iustus quis. Prou. 12. Apostoli vere nimis honorati à Deo.

Marc. vlt. Apostoli commensales Christi.

de calicem



DE EISDEM.

Sermo IV.



OS VI vos vt eatis, &c. & fructum afferatis. Hoc dixit Christus discipulis, Ioan. 15. mittens eos ad prædicandum. Similiter potuit hoc verbum dicere Iacob filiis suis mittens eos in Ægyptum ad frumentum emendum & afferendum, fame valida in regione Chanaan existente. Gen. 42. Audiui, inquit, quod triticum vanundeur in Ægypto, quare negligitis? Descendite & emite nobis necessaria. Simile potuit dicere Moyses exploratoribus, Num. 13. mittens eos in terram promissionis ad eam explorandam, & fructum afferendum. Ascendite, inquit, per meridianam plagam, Cumque veneritis ad montes, considerate terram qualis sit, & populum qui inhabitator est eius, Consortiamini & afferite nobis de fructibus terra, &c. hoc est quod hic dicitur: Polui vos vt eatis, &c.

Ioan. 15.

Gen. 42.

Num. 13.

Apostoli armati Christi r leunt. Aumatura Christi triplex.

Luc. 2.

Gal. 6. Apostolos honorauit Christus in sua visitatione, Luc. 10. Matth. 19. Act. 2.

Luc. 10.

Ioan. 15.

Matth. 10.

Apostoli gloria & honore coronati quomodo.

De festorum violatoribus conqueritur Dominus.

Matth. 16. Hest. 6.

Anime dotes vestes regie sunt.

Psalm. 44. Corpus equus: humanitas cella Regis. Apostoli sella Regis. Apostoli in iudicio coronabuntur Regio diademate,

de calicem Domini biberunt omnes. Item honorauit ebs, quia arma eius tulerunt & vexillum. Triplex autem fuit armatura Christi, scilicet paupertas, humilitas, siue vilitas & asperitas, ad debellandum triplicem hostem, scilicet mundum per paupertatem, diabolum per humilitatem & vilitatem, & carnem per asperitatem. Nota de his tribus Luc 2. Hoc vobis signum, inuenietis infantem pannis inuolutum, ecce paupertatem, & positum in præsepio, ecce humilitatem & asperitatem. Sed heu, Christus positus est in signum cui contradicitur à superbis, cupidis, & voluptuosis. Hæc arma Christi portauerunt Apostoli, Galat. 6. Stigmata Domini Iesu in corpore meo porto, Item Christus honorauit Apostolos in sua vicissitudine, quia quod illis fiebat, sibi fieri reputabat, Luc. 10. Qui vos audit, me audit. Et qui vos spernit, me spernit, &c. Item in clauium regni sui collatione, Matth. 18. Quæcunque solueritis super terram erunt soluta & in cælo, &c. Item in omnium linguarum eruditione, Actu. 2. Audiui unusquisque linguam nostram in qua nati sumus. Itæ in corporali Christi visione, & maxima familiaritate, Luc. 10. Beati oculi qui vident, quæ vos videtis. Dico enim vobis quod multi propheta & Reges voluerunt videre quæ vos videtis & non viderunt, &c. Ioan. 15. Iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat Dominus eius &c. Item in miraculorum operatione, Matth. 10. Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & Scorpiones, & super omnem virtutem inimici, &c.

Plus autem honorantur nunc tunica mortis exuti, & stola immortalitatis feliciter induti, facie ad faciem gloriam Domini contemplant. Item honorat eos, quia festa eorum vbique per orbem terrarum declarantur, & eorum reliquiæ honore precioso venerantur. Psalm. Gloria & honore coronasti eum Domine. Gloria quo ad stolam gloriæ, honore quo ad venerationem reliquiarum & festorum. Nota de violatoribus festorum, sicut conqueritur Dominus per Iob 19. Spoliavit me gloria mea, & abstulit coronam de capite meo.

Plurimum autem honorabit eos in iudicio, quando vtraque stola induentur & sedebunt iudicantes duodecim tribus Israel. Matth. 19. Vnde Hest. 6. Homo, quem Rex honorare cupit, debet indui vestibus regis, & imponi super equum qui de sella Regis est, & accipere regium diademam super caput suum. Vestes regie sunt dotes animæ. Psalm. 44. Astitit regina à dextris tuis, &c. Equus est corpus, sella Regis humanitas Christi, super quam sedit pugnaturus contra diabolum, Isa. 19. Ascendet super nubem leuem, &c. Super equum ergo qui de sella Regis est, Apostoli imponentur, quando corpora eorum configurata corpori claritatis Christi reformabuntur, Philip. 3. Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ, &c. Regio diademate coronabuntur, quando eis cum Christo iudicaria potestas conferetur.

In hac duplici missione tota vita Apostolorum significatur quæ fuit in duobus, scilicet in prædicatione & vtilitate proximorum. Item in contemplatione & exercitio virtutum. Bene autem per filios Iacob, & per exploratores Apostoli designantur. Nam sicut filij Iacob, 12. & exploratores 12. sic & Apostoli 12. Status ergo prædicationis significatur in missione filiorum Israel in Ægyptum. Fames enim valde significat in viris sanctis desiderium prædicandi & fructum faciendi, Psalm. 58. Famem patientur vt canes, &c. Sicut enim canes famelici importuni sunt, & non cessant latrare donec quid eis detur, item inuerecundi sunt ingerentes se coquinis & contumacis inuocatis, iuxta illud Bernar. Canes importunissimi, &c. ita prædicatores importuni debent esse, donec aliquem fructum faciant, secundæ Timoth. quarto. Prædica verbum, in ista opportune, importune, argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina, Isa. quinquagesimo octauo. Clama, ne cesses. Et Isa. sexagesimo secundo. Qui reminiscimini Domini ne taceatis, & ne detis silentium ei donec stabiliat, & donec ponat Hierusalem laudem in terra. Sicut famelicus probat se Apollolus 2. Corinth. sexto, dicens. Os nostrum patet ad vos à Corinthiis, quia non cessabo latrare, donec aliquod bonum inueniam in vobis. Item inuerecundi debent esse ingerentes se etiam non vocati vbi se profecturos credunt, Ezechielis tertio. Vt adamantem & silicem dedi te. Non enim canis famelicus Deo qui illic tantum libenter vadit vbi petitur seu ponitur nominatim, & vbi credit se excipere cum honore.

Apostolorum vita in prædicatione & vtilitate proximorum, in contemplatione & exercitio virtutum.

Apostoli designantur, per filios Iacob & exploratores. Prædicatores canes, Canes famelici importuni, inuerecundi. Prædicatores importuni.

1. Cor. 6.

Ezech. 3.

Iacob filij omnes non missi ad frumentum moraliter. Benjamin domi retentus moraliter.

Nota quod non omnes fratres missi sunt ad frumentum. Minimus enim illorum, scilicet Benjamin à parte domi retentus est, ne forte, inquit pater, in itinere accidat illi aliquid mali. Per quæ significantur nouitij, & contèplatiui, & quoniam sunt idonei ad prædicandum. Sed remanentes



Reg. 3  
Exod. 17.  
Iudith 8.  
Fratres Ioseph missi in  
Egyptum  
pro predica-  
toribus.  
Predicatores  
quinq; talen-  
ta habere de-  
bent.  
Matth. 25.  
Predicatores  
frumentum  
afferre Do-  
mino debet.  
Anima ele-  
ctorum, sicut  
frumentum  
Filij Israel  
exploratores  
ab Egyptiis  
vocati.  
Chanaan  
terra formo-  
sa.  
Deut. 11.  
De ordinis  
dignitate  
fratru multi-  
tudine, &c. se  
iactare, su-  
perbia est.  
Laudis pro-  
prie venatori  
accidit quod  
Ezechie the-  
sauros suos  
ostendit, &  
ostentanti.  
Isa. 30.  
Iactantia im-  
pedi predi-  
catorum fru-  
ctum facere,  
predicator  
sine humili-  
tate infruc-  
tuose predi-  
cat.  
Fratres mini-  
mus pro hu-  
militate.  
Humilis  
multum fru-  
ctum affert.  
Beniamin  
pro humili-  
tate.  
Quanto quis  
humilior,  
tato & Deus  
gratiam co-  
fert amplio-  
rum.  
Prou. 3.  
Apo. 5.  
Humilitas  
ostium est.  
Colof. 4.  
D. Paulus,  
quia mini-  
mum se di-  
xit, fructum  
auulit am-  
pliozem.  
Rom. 15.

pro exeuntibus orare debent. Sic non fallit iudicium David 1. Regum trigesimo, iudicantis quod aqua erit pars descendens ad pugnam & remanentis ad sarcinas. Sed notetur quod non minima sollicitudo habebat eos qui remanserant in ciuitate aut ad sarcinas pro iis qui egressuri erant ad pugnam. Hinc Exod. 17. *Cumque leuaret Moyses manus, vincebat Israel. Sin autem paululum remisisset, superabat Amalech.* Et Iudith 8. pro liberatione populi contra Holofernem egrediens nihil aliud pro se fieri a remanentibus petit, nisi orationem.  
Per fratres missos significantur idonei ad predicandum, qui debent descendere in Egyptum, sed non sine pecunia, quae significatur per quinque talenta, quae seruo negociatori commisit Dominus, Matth. vigesimo quinto, quae sunt, Religiosa vita, sufficiens scientia, sermonis eloquentia, aetas matura, fortitudo corporis. Cui haec talenta commissa sunt, proculdubio parum offendit, si non libenter exit in mundum ad frumentum afferendum Domino. Frumentum enim sunt animae electorum, quas ab Egyptiis, id est, daemonebus emptas afferre debent, id est, corpori sociare.  
Nota quod a frumento afferendo impediti sunt filij Israel, immo exploratores ab Egyptiis sunt vocati, quando de patrie formositate, & de patris auctoritate, & de fratrum multitudine se coram Egyptiis iactauerunt. De terra (inquiunt) Chanaan venimus quae formosa erat inter omnes terras, ut dicitur Deuter. 11. Duodecim fratres sumus vnus viri, &c. In quo superbia quorundam fratrum redarguitur, qui coram secularibus de ordinis dignitate, de fratrum multitudine, perfectione, scientia, & nobilitate se iactant, & sic a spiritali fructu retrahuntur, immo ex hoc ab Egyptiis exploratores arguuntur. Sed vnae gloriae inquisitores, & laudis propriae venatores non attendunt quid ex hoc accedit Ezechiae thesauros suos Babyloniis incaute ostendenti, immo ostentanti, Genes. trigesimo nono. Ideoque dicebat ipsis Ioseph. *Adducite fratrem vestrum minimum, ut possim vestros probare sermones, & sciam quod non sitis exploratores.* Per fratrem minimum intelligitur humilitas, sine qua infructuose egreditur predicator, nec eius a Deo probantur sermones. Et e contrario qui Benjamin secum habet multum fructum affert. Vnde adducto eo dixit Ioseph dispensatori: *Imple saccos eorum frumento, quantum possunt capere, & in ore sacci fratris minimi ponatur scyphus argenteus.* Quia quanto quis humilior est, tanto ei Deus gratiam confert ampliozem, Prouer. tertio. *Cum simplicibus sermo eius, Apocalyp. tertio. Ecce dedi ostium apertum coram te, quod nemo potest claudere, quia modicam habes virtutem, id est humilitatem.* De quo ostio Colof. quarto. *Orantes simul & pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi.* Hinc Paulus qui se minimum Apostolorum dixit, fructum ceteris attulit ampliozem, quia ab Hierusalem vique ad Illyricum mare repleuit Euangelium Christi, Roman. decimo quinto. Bene autem deferentibus reponi iubetur pecunia in saccis, quia scientiam in predicatione erogatam Dominus magis multiplicat. Eadem enim pecunia ad eundem fructum redditur. Quia eum sermonem iterum fa-

cere per quem alias fructus factus est, licite permittitur. Quod est contra eos qui ad populum loquentes semper volunt uti nouis sermonibus.  
Nota autem quod vnus ex fratribus in vinculis Aegyptiorum retentus est, per quem significantur carnales predicatorum, qui ex victu secularium maculantur vanis eorum adulationibus, aliquis carnis illecebris irretiti. Tales non ferunt fructum ad arcam cum columba, sed sunt similes coruo, qui a cadauere retentus, ad arcam redire noluit.  
Sic habes tria genera fratrum, quorum vnus est domi remanens, alij fructum ferunt, alij ab Aegyptiis retinetur. Isti signantur per illos tres, Ioan. vndecimo, Mariam, Martham, & Lazarum. Maria enim sunt penitentes & contemplatiui: Martham ministrans, praedicatorum boni: Lazarum infirmus & ligatis institutus in sepulchro, carnales & infructuosi praedicatorum. Bene ergo dicitur. *Posui vos ut eatis, & cetera.* Quod est contra eos qui ad officium predicationis se ingerunt & imponunt, nec expectant ut a Deo & praelatis imponantur, Roman. decimo. *Quomodo predicabunt nisi mittantur?* Heb. quinto. *Nemo sibi imponat honorem, & cetera.* *Ut eatis, quod est contra eos qui tantum in locis & ciuitatibus vnde sunt, eos noti sunt, praedicare volunt, non extra procul.* Contra quos Matth. 9. *Circuibat Iesus ciuitates & castralla.* Et Ierem. 31. *Annunciate in insulis quae procul sunt.*  
Sequitur. *Et fructum afferatis.* Fructum facit qui predicando mouet cor populi, sed fructum affert qui post predicationem ad audiendas confessiones libenter sedet. Tunc enim fructum affert auditis confessionibus, & teste conscientia scit qualem & quantum Dominus fructum per ipsum fecerit. Praedicare est seminare, sed confessiones audire est fructum metere. Stultus ergo est qui libenter seminat, & fructum colligere non curat.  
Aliter. *Et fructum afferatis.* Fructum Domino ferit, qui alios saluans, detrimentum sui facit, sed fructum affert, cum reuenit quem affert. Et sic fructum docebat afferre Apostolus 1. Timoth. quarto, dicens. *Attende tibi & doctrinae, & insta in illis. Hoc enim faciens, & te ipsum saluum facies, & eos qui te audiunt,* Matth. 16. *Quid prodest homini si uniuersum mundum lucretur, anima vero sua detrimentum patiat?*  
Sequitur. *Et fructus vester maneat.* Contra illos qui fructum quem fecerunt, statim per ostentationem & vanam gloriam amittunt, Psalm. septuagesimo septimo. *Et dedit erugini fructus eius.* Deuter. 28. *Fructus terrae tuae & labores tuos comedat populus quem ignoras.*  
Nota, qui vult ut fructum referat de Aegypto, necesse est ut fructus de terra Chanaan secum ferat, quem Iacob filiis suis ferre consuluit. *Sumite (inquit) de optimis terrae fructibus in vasis vestris, & deserite viromunera: modicum rhesinae & mellis, & storacis, stactes & therebinthi.* Nota, sunt boni fructus, scilicet penitentiae commissorum vitiorum. Sunt meliores, scilicet charitatis in exercitio virtutum. Sunt optimi, in contemplatione caelestium. Fructus autem exprimitur cum

predicatores  
carnales si-  
gnificantur  
coruo.  
Fratrum tria  
genera.  
Ioan. 11.  
penitentes  
& contempla-  
tiui, per Ma-  
riam de si-  
gnantur.  
Predicatores  
boni per Ma-  
rtham  
designantur.  
Predicatores  
carnales &  
infructuosi,  
per Lazarum  
designantur.  
Rom. 10.  
praedicationis  
officium  
non exercen-  
dum nisi a  
Deo vel pre-  
latis imponatur.  
Heb. 5.  
Matth. 9.  
Ierem. 31.  
predicator  
fructum facit  
& affert  
quidam.  
predicare se  
minare est.  
Confessiones  
audire  
est fructum  
metere.  
1. Tim. 4.  
Matth. 16.  
Fructus me-  
net.  
Ostentatio-  
ne fructus  
amittitur.  
Psalm. 77.  
Deut. 28.  
Gen. 43.  
Penitentiae  
fructus boni  
sunt & me-  
liores.  
Fructus cha-  
ritatis melio-  
res optimi in  
contemplatione  
caelestium.

Rhesinae modicum pro penitentia. Penitentia amara sed duracione modica. 2. Cor. 4. Rom. 8. D. Paulus Rhesinam, id est, penitentiam ferebat. 1. Cor. 9. Mel pro affabilitate. Praedicatoris operationes in se asperae in alios lenes. Cant. 4. Manus Esau vox Iacob. Storax pro compassione. 2. Cor. 11. Job 26. Stacte pro fama bona. Stactes genus duplex & odoriferum. 2. Cor. 2. Therebinthus pro oratione ad Dominum. Eccl. 24. Amygdalus pro predicatione. Praedicator fructus secum habere debet. 2. Petr. 1. Contemplationis status significatur in exploratorum missione. Exploratores terrae promissionis fructum triplicem attulerunt moraliter. Vita aeterna terra promissionis. Matth. 13. Fructus triplex centesimus, sexagesimus, & trigessimus. Malogramatum pro vita coniugatorum. 1. Cor. 7. Cant. 7. Mala punica pro misericordibus.

cum dicitur modicum rhesinae, hoc est penitentiae, quae quamuis sit amara, est tamen duracione modica. 2. Corinth. 4. *Id enim quod in presenti est momentaneum & leue tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate aeternum gloriae pondus operatur in nobis.* Et Roman. 8. *Non sunt condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam, & cetera.* Rhesinam ferebat Apostolus 1. Corinth. nono. *Cassigo corpus meum & in seruitutem redigo, ne forte cum aliis predicauerim, ipse reprobus efficiar.* Et mellis per quod signatur affabilitas, ut si praedicator sit austerus sibi, sit tamen affabilis aliis. Vnde si manus eius sunt Esau, id est, operationes eius in se asperae, vox tamen sit Iacob, id est, lenis Cant. quarto. *Mel & lac sub lingua tua.* Et storacis, per quam compassio, secundae Corinth. vndecimo. *Quis infirmatur, & ego non infirmor?* Et Job vigesimo sexto. *Obstetricante manu eius eductus est coluber tortuosus.* Et stactes. Stacte est fama bona ad proximum, quia duplex eius genus, & virumque odoriferum 2. Corinth. 2. *Christi bonus odor sumus Deo, in his qui salui sunt, & in his qui perierunt, & cetera.* Et Therebinthi, quae est oratio ad Dominum, ut in contemplatione hauriat, Eccl. 24. *Ego quasi Therebinthus expandens ramos meos &c.* Amygdalarum quae sunt cibus sanus sanis & infirmis, discreta est praedicatione, in qua quilibet accipit quod necessarium est sibi. Est itaque simplex praedicator, & iustus, & doctus, locutus linguis omnium. Qui autem hoc fructus secum habet, secure potest descendere in Aegyptum ad emendum frumentum, quia fructus vacuus non redibit.  
Item quos fructus debeat secum ferre praedicator, docet Petrus 2. Petr. 1. *Ministrate in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem.* Hac enim si vobiscum adsint & superent, non vacuos nec sine fructu vos constituent.  
Status contemplationis significatur in missione exploratorum in terram promissionis, quia sicut dictum est Apostolis. *Posui vos ut eatis, & cetera, similiter dictum est exploratoribus. Ascendite in terram & afferite nobis de fructibus.* Inde autem fructum triplicem attulerunt, scilicet malogramata, ficus, & uvas. Terra promissionis est vita aeterna, vnde triplex fructus afferendus est in exemplum coniugatorum, continentium, & virginum. De quo Matthaei decimotertio. Et dabunt fructum, aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud trigessimum. Per malogramatum quod despectum corticem habet exterius, & tamen grana habet interius dulcia, quae cibus sunt infirmorum, significatur vita coniugatorum, quae tribulationem carnis habet exterius, primae Corinthiorum septimo. Vnde debet cum operibus misericordiae in opibus subuenire. Et ideo quaerit sponsa Cant. septimo. *Vtrum floruerunt mala punica scilicet per opera misericordiae.* De quo flore Apostolus Philip. 3. *Fratres gaudeo quod vos tandem resloruistis.* Loquitur de operibus misericordiae.  
Per ficus significatur vita continentium, quae suavis est per contemplationem, Prouer. 28.

Qui seruat ficum, comedit fructum eius. Haec est massa ficorum quae vlcus Ezechiae sanauit 4. Regum 20. Quia per continentiam aeternus carnis concupiscentiae refragatur. Sed Naum 3. *Omnes motiones tuae sicut ficus cum grossis suis, quasi concussa fuerint, cadent in os comedentis, & sic ad modicum impulsum diaboli amittitur continentia praetorum.*  
Per uvas intelligitur integritas virginalis, quae Deum & Angelos multipliciter potat, & sic mentem inebriat, ut sobriam carnem reddat. Zachar. nono. *Quid pulchrum eius nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* Item nota illud Ierem. trigesimo primo. *Omnis homo qui comederit vnam acerbam, obstupescet dentes eius.* Vna autem acerba est quae soli non exponitur, & sic virginitas minus apta est quae laboribus & tribulationibus non exercetur. Talis non erat sponsa. Cant. primo, quae dicebat. *Nolite considerare me quod fusca sum, quia decolorauit me sol.* Hinc sapiens Abigail primi Regum vigesimo quinto, obtulit David centum ligaturas vuae passae, eo quod tali statui fructus centesimus debeatur. Vna est non passae, virgo quae in deliciis viuunt. Quomodo autem iste fructus triplex deperierit, conqueritur Ioel. 1. *Vinea confusa est, & ficus elanguit, & malum granatum aruit.*  
Aliter. De terra promissionis hunc triplicem fructum affert, qui ex suauitate contemplationis in fide, spe, & charitate continue proficere studet. Per malogramatum quod durum corticem habet, significatur fides sacramenti. Durum enim est credere quod sub forma panis totus lateat Christus. Vnde cum diceret Ioannis 6. *Nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis, &c.* dixerunt quidam, *durus est hic sermo.* Per ficum, quae tota suavis & comestibilis est, significatur spes, quae gaudia aeterna gustando delectatur. Per botrum seu vnam charitas, quae Deum ita nobis inebriat, ut iniurias nostrorum obliuiscatur. Vnde 1. Petr. quarto. *Charitas operit multitudinem peccatorum.* Hic botrus ad nos portatus est, quia duo in nobis charitatem efficiunt & sustentant, scilicet dilectio Dei & proximi.

Philip. 3.  
Ficus pro  
vita conti-  
nentium.  
Prou. 28.  
Ficorum massa  
vlcus Eze-  
chiae sanauit  
moraliter.  
4. Reg. 20.  
Naum. 3.  
Continentia  
praetorum  
facile amittit  
diaboli  
impulsum.  
Vuae pro in-  
tegritate vir-  
ginali.  
Zach. 9.  
Ierem. 31.  
Vua acerba  
quamam.  
Cant. 1.  
Abigail cen-  
tum ligatur-  
as vuae passae  
obtulit Da-  
uid moraliter.  
1. Reg. 25.  
Vua non  
passa quis.  
Ioel. 1.  
Fructus tri-  
plex de terra  
promissionis  
moraliter.  
Malogramatum  
pro fide.  
Ioan. 6.  
Ficus pro  
spe.  
Vua pro  
charitate.  
Charitas  
D. um inebriat.  
1. Petr. 4.  
Dilectio Dei  
& proximi  
sustentant  
charitatem.  
Apostolorum  
hostes haereti-  
ci & tyranni.

DE EISDEM  
Sermo V.



STOTE prudentes sicut serpentes, & cetera, Matth. 10. Nota, duos hostes habent Apostoli, scilicet hereticos & tyrannos. Duo ergo erant eis necessaria, scilicet prudentia serpentina contra haereticos. Serpens autem pra omnibus membris caput defendit, sic Apostoli fidem Christi. Et simplicitas columbina, quia in patientia vestra possidebitis animas vestras, de qua suo loco mox videbitur.  
Prudentia autem serpentis est quintuplex.

Matth. 10.  
Apostoli ho-  
stes duo eis  
erant neces-  
saria, scilicet  
prudentia &  
simplicitas.  
Prudentia  
serpentina.  
Serpentis  
prudentia  
quintuplex.



Apostoli... sicut serpentes...

B. Barth. pellem exiit...

1. Reg. 17. Zach. 3. Foramen...

Ex. 1. 33. Colubri via super petra...

Serpens natus capite erecto...

Matth. 5.

Pena aeterna... Serpens parvus...

Prima, ut nouam pellem acquirat per arctum foramen transeundo...

Secunda prudentia seu astutia serpentis est quod pro capite corpus periculis exponit...

Tertia est, quia aurem obrurat ne vocem incantatoris audiat...

Quarta est, quod serpens quidam parvus se luto inuoluit...

quando mors eorum redibat ad augmentum fidei & honorem Christi.

Quinta astutia est, quia est serpens qui facie blanditur, sed cauda pungit...

Sequitur. Simples sicut columbae. Simplicitas columbae triplex est.

Quarta est, quod serpens quidam parvus se luto inuoluit...

Jerem. 51.

1. Cor. 1.

Serpens facie blanditur...

Luc. 3. Ioannes baptista...

D. Paulus blande commendabat...

Gal. 4.

Columbae simplicitas triplex...

1. Cor. 4.

1. Tim. 2.

Columba lequeum non cauet...

2. Tim. 2.

Verbum

Ab. 21.

Verbum Dei non est alligatum in me. Et Actuum 21. Non solum alligari...



DE EISDEM APOSTOLIS.

Serm. VI.



O c est praeceptum meum, ut diligatis inuicem, & caetera.

Et nunc Israel quid Dominus Deus tuus petit a te, nisi ut timeas Dominum Deum...

Secundo ne possit aliquis excusari. Hoc enim est onus leue, & iugum suauis...

Ioan. 15. Amor specialius...

Mal. 1.

A dilectione nemo potest excusari.

Amor donandus est. Amor collocari melius...

Amor venalis promittit regnum & vitam.

1. Cor. 4.

Eccl. 22.

uiciatur amico, dissoluit amicitiam. In volatilia, id est, in bona opera...

Quarto, quia hoc mandato impleto, omnia implentur, Rom. 13. Plenitudo legis est dilectio...

Dilexit autem nos Deus quinque modis. Primo praedestinando...

Secundo per incarnationem nos redimendo, Eph. 2. Propter nimiam charitatem suam...

Tertio gratiam apponendo, & a peccatis iustificando. Ioannis decimoquarto...

Quarto misericorditer castigando, Apocalypsis 3. Ego quos amo, arguo...

Quinto hereditatem aeternam conferendo, Psalm. Cum dederit dilectis suis somnum...

Visitare dupliciter sumitur, scilicet gratis vel pennis.

Visitare dupliciter sumitur, scilicet gratis vel pennis. Visitare enim quandoque sonat in gratiam...

Quia ergo sic Dominus dilexit nos, diligam eum

Volatilia pro bonis operibus...

Dilectione omnia implentur.

Dilexit nos Deus quinque modis...

Secundo per incarnationem nos redimendo...

Tertio gratiam apponendo, & a peccatis iustificando...

Quarto misericorditer castigando, Apocalypsis 3...

Visitare dupliciter sumitur, scilicet gratis vel pennis.

Visitare enim quandoque sonat in gratiam...

Visitare dupliciter sumitur, scilicet gratis vel pennis.

Diligete Deum de-  
mus, quinq;  
modis Præ-  
destinationi-  
nis.  
Deut. 26.  
Compassio-  
ne vel hu-  
miliatione.  
2.

2. Reg. 1.

Thren. 3.

Cant. 1.

Gratia Deo  
reponenda  
vel referen-  
da 3.  
1. Cor. 15.  
1. Cor. 4.

Bos sub iugo  
se & socium  
lædit triplici-  
ter moraliter.  
Matth. 16.  
Prou. 19.  
Luc. 9.  
Prou. 10.

Ierem. 5.

Concordia  
cum Deo &  
proximo tri-  
bus modis  
conciliatur.  
Ierem. 2.

Isai. 5.


Prou. 3.

1. Cor. 19.

eum inuicem his quinque modis. Primo, quan-  
do prædestinando Deum diligimus, dum per fi-  
dem, spem, & charitatem ipsum nobis eligimus.  
Deut. 26. *Elegisti Dominum hodie, ut sit tibi  
Deus.* Et sic ei per amorem inhaeremus, nunc  
quidem expectatione, tandem autem re, &  
spem, scilicet prædestinationem suam complebit  
in nobis. Secundo modo ipsum diligimus, si  
sicut ipse pro nobis exinanivit seipsum formam  
serui accipiens, sic pro ipso humiliemur. Sic  
enim sicut pro nobis passus est nos ipsi deuoti  
compatiamur, ut dicamus cum Dauid 2. Reg. 1.  
*Doleo super te frater mi Ionatha decore nimis &  
amabilis Conquerenti Thren. 3. Recordare pau-  
pertatis & transgressionis meae absinthij & fellis?*  
Respondeamus: *Memoria memor ero, & tabesce-  
t in me anima mea.* Et cum sponsa Cant. 1. *Fasci-  
culus myrrha dilectus meus mihi, inter uerba mea  
commorabitur.* Tertio ipsi quasi gratiam apponi-  
mus & reponimus, dum de omnibus gratuitis  
donis que nobis dedit, ei gratias referimus, & ei  
totum attribuimus 1. Corinth. 15. *Gratia Dei  
sum id quod sum.* Et 1. Corinth. 4. *Quid habes  
quod non accepisti? Si autem accepisti, quid glo-  
riaris quasi non acceperis?*

Notabo sub iugo tripliciter se & socium læ-  
dit. Lædit enim se in capite, festinando, Matth.  
16. *Vade post me satana, scandalum es mihi.* Vel  
nimium properando, Prouerb. 19. *Et qui festinus  
est pedem offender.* Item pigre retrahendo per re-  
misiuam pigritiam Luc. 9. *Nemo mittens manum  
suam ad aratrum, & aspiciens retro, aptus est regno  
Dei.* Prou. 6. *Vsquequo piger dormies? Quando  
confurges e somno tuo?* Et cap. 20. *Propter frigus  
piger arare noluit, mendicabit ergo æstate & non  
dabunt ei.* Item oblique detrahendo per discor-  
diam, & sic soluitur iugum, & rumpuntur vin-  
cula charitatis, Ierem. 5. *Simul confregerunt iu-  
gum, ruperunt vincula, &c.*

Tribus etiam modis conciliatur cum Deo &  
proximo concordia. Primo si te quasi heredita-  
tem Domino tribuas. *Vere enim beatus est popu-  
lus quem elegit Dominus in hereditatem sibi.* Te  
liquidem quasi hereditatem preciosam care  
emit in cruce, Aug. Tanti te emit ut te solus pos-  
sideret, &c. Coluit te sarculo prædicationis, ri-  
gavit sudore & sanguine & lachrymis, Ierem. 2.  
*Ego plantavi te vineam electam, omne semen ve-  
rum quomodo ergo conuersa es mihi in prauum,  
vineam alienam?* Et Isai. 5. *Expectauit ut faceret uuas,  
& fecit labruscas.* Secundo si disciplinam Domini  
accipis, Prou. 3. *Disciplinam Domini filii ne-  
abiicias.* Tertio si te & alio cum opus est chari-  
tatiue corrigis pro ipso. Sic 1. Cor. 9. *Castigo cor-  
pus meum, & in seruitutem redigo.*




### DE EISDEM. Serm. VII.



**V**os amici mei estis, &c. Ioan. 15.  
15. Nota tria in quibus consi-  
stit perfecta dilectio in præ-  
senti capitulo assignantur. Pri-  
mum est mandatorum amici  
adimpletio, unde subditur. *Si  
feceritis que ego precipio vobis.* Declara sic de  
decem mandatis ad laicos & indoctos. Secun-  
dum est consiliorum reuelatio. Unde additur.  
*Vos autem dixi amicos, quia omnia quaecunque  
audiui a patre meo nota feci vobis.* Sunt autem  
8. consilia Dei que in veteri testamento ignota  
erant, donec ea Christus amicis suis reuelaret,  
Matth. 5. *Beati pauperes, &c. Beati qui lugent,*  
&c. Hæc autem secreta ignorabat mundus,  
& adhuc ignorant mundani, Matth. 11. *Con-  
fiteor tibi pater Domine cæli & terre, qui abs-  
condisti hæc a sapientibus & prudentibus, & re-  
uelasti ea paruulis.* Tertium est animæ ad mor-  
tem pro amico traditio. Unde. *Maiorem hæc di-  
lectionem nemo habet, quam ut animam suam  
ponat quis pro amicis suis,* Ierem. 12. *Dedi dile-  
ctam animam meam in manus inimicorum eius.*  
Animam autem suam pro amico ponit, qui cor-  
pus suum laboribus & tribulationibus gauden-  
ter exponit, qui iniurias sibi factas ex corde di-  
mittit. Sed quomodo animam suam pro Christo  
amico poneret, qui consilium oris sui vel fru-  
ctum panis vix pro Christo daret?

Nota primum dictorum pertinet ad incipien-  
dum, secundum ad proficietas, tertium ad per-  
fectos.



### DE EISDEM. Serm. VIII.



**O**llite iugum meum su-  
per vos, & cætera. Matth. 11.  
11. Ergone boues sunt?  
Sunt, qui mare & lutres,  
id est, baptisterium tem-  
pli sustentent, tertij Re-  
gum septimo. *Fecit & bases  
decem, & lutres decem super bases, & mare  
vnum, & boues duodecim subter mare, & cæ-  
tera* Mare æneum, id est, baptisterium in in-  
troitu templi ponebatur, quia baptismus est  
ianua sacramentorum. Hunc Apostoli tan-  
quam boues duodecim vbique portauerunt,  
quia per vniuersum mundum baptismum Chri-  
sti prædicauerunt, Marc. ultimo, & Matthæi  
ultimo in fine. *Euntes docete omnes gentes,  
baptizantes in nomine Patris, & Filij, & Spi-  
ritus*

Ioan. 15.  
Dilectio per-  
fecta in cri-  
bus consistit.  
Dilectio a-  
gnoscitur in  
adimpletio-  
ne manda-  
torum amici.  
Dilectio cog-  
noscitur in  
secretorum  
consciliorum  
reuelatione.  
consilia octo  
Euangelica  
ignota erant  
veteri testa-  
mento.  
Matth. 5.  
Consilia  
Euangelica  
ignota  
mundani.  
Matth. 11.  
Dilectio cog-  
noscitur  
traditione  
vitæ ad mor-  
tem.  
Ierem. 12.  
Animam pro  
amico ponere  
quid.

Matth. 11.  
Apostoli bo-  
ves sunt mo-  
raliter.  
3. Reg. 7.  
Mare æneum  
pro baptiste-  
rio in introi-  
tu templi  
moraliter.  
Baptismus  
ianua sacra-  
mentorum.  
Marc. ult.  
Matth. ult.

Apostoli bi-  
ni mitreba-  
tur,  
Act. 13.

Bos animal  
forte & la-  
boriosum.  
D. Paulus  
fuit in labo-  
ribus pluri-  
mis.  
2. Cor. 11.  
1. Cor. 15.  
Act. 5.  
Bouis forti-  
tudo in quo  
apparet.  
Prou. 14.  
Bos parum  
expendit  
quamquam  
multum la-  
borat.  
1. Tim. 6.  
Prælati pa-  
lesredi.  
Bos duo cor-  
na habet,  
moraliter.  
Prædicator  
habere debet  
duo cornua,  
scilicet doctrinam  
& vitam.  
Prædicator  
vnicordis,  
quandoque.  
Bos patien-  
ter vsque ad  
vesperam iu-  
gum portat,  
moraliter.  
Philip. 1.  
Ioan. 10.  
Apoc. 14.  
Bos macta-  
tur post la-  
borem, mor-  
taliter.  
Apostoli  
tauri & alti-  
lia occisa.  
Bouis omnia  
vilia.

Secundo, quia bos est animal forte & laborio-  
sum. Sicut Apostolus Paulus fuit in laboribus  
plurimis, 2. Corinth. 11. *Et plus omnibus labora-  
ui.* 1. Corinth. 15. *Et Actuum 5. Ibant Aposto-  
li gaudentes a conspectu concilij, quoniam digni  
habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.*  
Omni autem die non cellabant in templo & cir-  
ca domos docentes & euangelizantes Christum  
Iesum. Bouis autem fortitudo manifesta est per  
fructum, tantum, scilicet, quod totum mun-  
dum euerterunt & ad fidem conuerterent. Prou.  
14. *Vbi plurima apparent segetes, ibi manifesta est  
fortitudo bouis.*

Tertio, bos parum expendit quamquam mul-  
tum laborat. Unde vnus eorum. *Habentes ali-  
menta, & quibus tegamur, bis contenti simus.* 1.  
Timoth. 6. Sed aliqui Prælati nostro tempore  
sunt palefredi, qui multum expendunt & pa-  
rum laborant.

Quarto, quia bos duo cornua habet, sic Apo-  
stoli doctrinam & vitam. Unde vnicornis est præ-  
dicator cum alterum tantum defert. Et hoc cor-  
nu debent prædicatores & venatores animarum  
clamare, id est, doctrina bona in prædicatione,  
quæ sapie parum prodest, nisi adsit alterum cor-  
nu, scilicet bona vita.

Quinto, bos patienter & perseveranter vsque  
ad vesperam iugum portat, & tunc soluitur ad  
pascua, sic Apostoli præsentem vitam habue-  
runt in patientia, & mortem in desiderio. Phi-  
lippens. primo. *Desiderium habens dissolui & esse  
cum Christo.*

Sexto, bos post laborem mactatur. Sic Apo-  
stoli in fine Domini, per manus carnificum im-  
molabantur. Hi sunt tauri, per prædicationem, &  
altitia, per contemplationem ad cœnam diuitis  
occisa. Matth. 22.

Septimo, in boue nihil est inutile, sic nec in  
vita Apostolorum. De corio bouis fiunt calcei,  
& de conuersione Apostolorum exemplum su-  
mitur, quod ut calceus pedes, munit affectus.  
Cantic. septimo. *Quam pulchri sunt gressus tui  
in calceamentis!*

ritus sancti, docentes eos seruare omnia quaecunque  
mandauit vobis.

Boues ergo sunt Apostoli. Primo quia, sicut  
boues bini mitrebantur. Actuum 13. *Segregate  
michi Saulum, & Barnabam in opus ad quod af-  
sumpsi eos.*

Secundo, quia bos est animal forte & laborio-  
sum. Sicut Apostolus Paulus fuit in laboribus  
plurimis, 2. Corinth. 11. *Et plus omnibus labora-  
ui.* 1. Corinth. 15. *Et Actuum 5. Ibant Aposto-  
li gaudentes a conspectu concilij, quoniam digni  
habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.*  
Omni autem die non cellabant in templo & cir-  
ca domos docentes & euangelizantes Christum  
Iesum. Bouis autem fortitudo manifesta est per  
fructum, tantum, scilicet, quod totum mun-  
dum euerterunt & ad fidem conuerterent. Prou.  
14. *Vbi plurima apparent segetes, ibi manifesta est  
fortitudo bouis.*

Tertio, bos parum expendit quamquam mul-  
tum laborat. Unde vnus eorum. *Habentes ali-  
menta, & quibus tegamur, bis contenti simus.* 1.  
Timoth. 6. Sed aliqui Prælati nostro tempore  
sunt palefredi, qui multum expendunt & pa-  
rum laborant.

Quarto, quia bos duo cornua habet, sic Apo-  
stoli doctrinam & vitam. Unde vnicornis est præ-  
dicator cum alterum tantum defert. Et hoc cor-  
nu debent prædicatores & venatores animarum  
clamare, id est, doctrina bona in prædicatione,  
quæ sapie parum prodest, nisi adsit alterum cor-  
nu, scilicet bona vita.

Quinto, bos patienter & perseveranter vsque  
ad vesperam iugum portat, & tunc soluitur ad  
pascua, sic Apostoli præsentem vitam habue-  
runt in patientia, & mortem in desiderio. Phi-  
lippens. primo. *Desiderium habens dissolui & esse  
cum Christo.*

Sexto, bos post laborem mactatur. Sic Apo-  
stoli in fine Domini, per manus carnificum im-  
molabantur. Hi sunt tauri, per prædicationem, &  
altitia, per contemplationem ad cœnam diuitis  
occisa. Matth. 22.

Septimo, in boue nihil est inutile, sic nec in  
vita Apostolorum. De corio bouis fiunt calcei,  
& de conuersione Apostolorum exemplum su-  
mitur, quod ut calceus pedes, munit affectus.  
Cantic. septimo. *Quam pulchri sunt gressus tui  
in calceamentis!*

Nota, calcei seu sotulares muniunt contra  
frigus, contra lutum, contra asperitatem via-  
rum. Sic Apostoli, contra frigus pigritiæ muni-  
mur cōsideratione sollicitudinis eorum, secun-  
de Corinthiorum vndecimo. *Instantia mea quo-  
tidiana sollicitudo omnium Ecclesiarum.* Contra  
lutum auaritiæ cōsideratione paupertatis eo-  
rum & humilitatis. Matthæi decimonono. *Ecce  
nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.* Contra  
asperitatem tentationum, cōsideratione la-  
boris & martyrij eorum. Psalmo decimosexto.  
*Propter verba laborum tuorum, ego custodiui  
vias duras.* De carne bouis fit cibus. Carnes A-  
postolorum sunt dicta eorum & facta carnalia:  
sicut Petrus carnaliter dixit. *Abstine a me Domine.*  
Matth. 16.

Item quod nimis eum carnaliter diligebant.  
Ex his enim pascimur ad cautelam. Fimo bouis  
terra impinguatur Fimus Apostolorum sunt  
peccata ante conuersionem, & post. Unde ne-  
gatio Petri, &c. Ex quibus impinguamur ad  
ipem veniæ. Unde Gregor. Thomæ infirmitas,  
nostra firmitas fuit, ut ita dicatur.

His ergo loquitur Dominus dicens. *Tollite iu-  
gum meum, super vos, &c.* Zelatio vel pœni-  
tentia siue tribulatio, est iugum suauis & leue  
propter multam societatem, quia omnes sancti  
in tribulatione fuerunt 1. Petr. 5. *Scientes ean-  
dem passionem ei qua in mundo est, vestra frater-  
nitati fieri.* Actuum 14. *Per multas tribulatio-  
nes oportet nos intrare in regnum Dei.* Quia ergo  
multos habemus socios in tribulationibus, le-  
ues debent videri, quia & Christus est socius.  
Psal. 90. *Cum ipso sum in tribulatione, eripiam  
eum, &c.*

Secundo, propter amoris coniunctionem,  
quoniam omnia amara dulcia facit amor, & eum  
extinguere possunt quasi nulla. Cantic. vltim.  
*Aqua multa non potuerunt extinguere charita-  
tem, nec flumina obruent illam.* Unde leue sit quod  
bene facit onus.

Tertio, propter admixtam consolationem.  
Psal. 93. *Secundum multitudinem dolorum meo-  
rum in corde meo, consolationes tuas latificauerunt  
animam meam.* 2. Corinth. 1. *Benedictus Deus &  
Pater Domini nostri Iesu Christi, Pater misericor-  
diarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur  
nos in omni tribulatione nostra.*

Quarto, propter expectantis præmiationem.  
Gregor. Consideratio vel expectatio præmij  
imminuit vim flagelli. 2. Cor. 4. *Id enim quod in-  
presenti est momentaneum & leue tribulationis no-  
stræ, supra modum in sublimitate æternam gloria  
pondus operatur in nobis.* Genesis 49. *Isachar  
vidit requiem quod esset bona, & terram quod  
optima, & supponit humerum suum ad portandum,  
&c.*

Quinto, ad gehennæ vel purgatorij compara-  
tionem. Iob 6. *Qui timent pruina, irruet super  
eos nix.*

Sexto, propter vitiorum exigentiam: quia,  
Quicquid patimur (ut dicit Gregorius) peccata  
nostra meruerunt. Et leuiter ex merito quidquid  
patiari ferendum est.

Septimo, quia iugum diaboli est importa-  
bile. Ieremiæ decimosexto cap. *Seruietis diis  
alienis die ac nocte: qui non dabunt vobis re-  
quiem.*

Nota, de Pharaone contra filios Israel, circa  
principium Exodi.

Item Apo-  
stolorum u-  
mus.

Iugum Chri-  
sti pœnitenti-  
æ vel tribu-  
latio iugum  
suauis & le-  
ue, quare.  
Zelatio iugum  
suauis & le-  
ue, quare.  
1. Petr. 5.  
Act. 14.  
Tribulatio-  
nis socius.  
Christus.  
Amor facit  
amara dul-  
cia.

Cant. vlt.


Psal. 93.  
2. Cor. 1.

Præmij ex-  
pectatio im-  
minuit tribu-  
lationem.  
2. Cor. 4.

Gen. 49.


Tribulatio  
lenis est cō-  
paratione  
ignis gehennæ  
vel purgatorij.  
Iob 6.  
Iugum dia-  
boli impos-  
tabile.  
Ierem. 16.





DE EISDEM Apostolis.

Serm. IX.



Ecce nos reliquimus omnia: & secuti sumus te, &c. Matth. 19. Vere in hoc verbo, Vir obediens loquitur victoriam. Prouerbiorum vigesimo primo.

Discipuli gloriantur se omnia reliquisse; scilicet, tria: peccatum, mundum, seipsum. Relinquere peccatum pertinet ad incipientes: relinquere mundum ad proficientes, & relinquere seipsum, ad perfectos.

Peccatum ergo relinquendum est propter tria. Propter damnositatem, quia facit Dei & bonorum Ecclesie a se separationem, & facit mitti in penas aeternas Ieremie secundo cap. Scito & vide, quia malum & amarum est reliquere te Dominum Deum tuum. Propter vitium, quia peccatum facit animam de filia Dei, meretricem diaboli. Ieremie secundo. Quam vilis facta es nimis iterans vias tuas. Si scirem deos ignoscituros & homines ignoraturos, nollem peccare propter peccati vilitatem. Propter breuitatem, quia momentaneum est, quod delectat, aeternum quod cruciat. Hebræorum vndecimo de Moysie. Magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iocunditatem.

Mundus relinquendus est propter suam fraudulentiam, primæ Ioannis quinto. Mundus totus in maligno positus est. Propter periculositatem. Ioan. decimo sexto. In mundo pressuram habebitis.

Nos ipsos relinquere debemus, scilicet, propriam voluntatem & proprium amorem, propter tria. Vt vicem Christo recomperamus, qui se pro nobis reliquit. Matthæi vigesimo sexto cap. Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Ieremie duodecimo. Dedi dilectam animam meam in manus inimicorum eius. Vt ab ipso in omnibus prouideatur nobis: primæ Petri quarto capite. Omnem sollicitudinem proicietes in eum, ut vitam aeternam inueniamus. Matthæi decimo cap. Qui perdidit animam suam propter me, inueniet eam. Dicunt ergo. Ecce nos reliquimus omnia. Ecce dicunt, quia nouum, quia magnum, quia rarum erat quod se fecisse gloriabantur.


Reliquerunt ergo Apostoli omnia. Primo se, ut se totos Christo impenderent, & ei liberius deservirent. Deuteronomij sexto. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Quod vix diues potest facere, quia habet cor diuisum ad temporalia. Matth. 6. Nemo potest duobus dominis seruire, &c. Psal. 37. Domine ante te omne desiderium meum.

Secundo, ut sufficienter ostenderent quod de Deo diffidit, qui temporalia retinet, 1. Petr. 5. Omnem sollicitudinem vestram proicietes in eum. Psal. Lacta cogitatum, &c.

Tertio, ut ei vicem prompte rependerent. Ipse enim omnia dimisit propter nos 2. Corinth. 8. Cum diues esset, factus est egenus propter vos, ut illius inopia vos diuites essetis. Ierem. 12. Reliqui domum meam, dimisi hereditatem meam. Hic videtur abusus, ut diues esse cupiat vermiculus vilis, propter quem factus est homo pauper Deus cæli, Dominus Sabbaoth, & Dominus maiestatis, &c.


Quarto, ut Christum facilius comprehenderent. Videbant enim Christum ut gigantem currentem, quem sequi nequibant nisi exonerati. Vnde Bernardus super illud. Ecce nos reliquimus omnia, &c. dicit Recte Petre, & non ad insipientiam tibi. Non enim poterat sequi oneratus.

Quinto, ut hæc omnia contemnenda docerent. Philip. 3. Omnia arbitratu sum ut stercorea ut Christum lucrificarem. Augustinus. Hæc omnia contempsit Christus, ut contemnenda doceret, vilia sustinuit ut sustinenda doceret.



DE EVANGELISTIS.

Themata duo.



In omnem terram exiit sonus eorum, &c. Psalmo decimo octavo. Hoc proprie Evangelistis conuenit, quorum Euangeliorum sonus vbiq; terrarum legitur & auditur in Ecclesia. Prosequere

vt in Sermone secundo de Apostolis. Item, applica si vis Sermonem primum de Apostolis. Qui sunt isti, qui vt nubes eunt.



DE EVANGELISTIS.

Serm. I.



In medio Ecclesie aperuit os eius, &c. Eccles. 15. Commendatus est Euangelista primo a fidei administratione, ibi. In medio Ecclesie, &c. Sed quia multi indigne Euangelium prædicant, ideo secundo laudatur a gratiæ dignitate, cum subditur. Et adimpleuit eum spiritu sapientia & intellectus. Tertio, a præmij honore, cum additur. Et stola gloria vestiuit eum.

Dicit

Quod est in medio ab omnibus videtur, ergo Euangelista scripta præ cæteris scriptis, ab omnibus recipi meruerunt. Bene autem de quolibet ipsorum dicitur non quod aperuit os suum, sed quod Dominus aperuit os eius. Quia solo spiritu sancto inspirante locuti sunt & scripserunt. Math. 10. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. E conuerso falsi prædicatores aperiunt sibi ora, vel prædicant ante tempus, vel propria voluntate pro temporali vtilitate. Ierem. 23. Non mittebam prophetas, & ipsi currebant, non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. Dicit ergo, In medio Ecclesie aperuit os eius. Cuius sicut boni mercatoris aperuit in medio fori os sacci pleni frumento ad vendendum.

Hic est saccus Benjamin, in cuius ore inuentus est scyphus argenteus, id est, doctrina Evangelica. Genes. 44. Sed diabolus aperuit contra Dominum ora saccorum suorum, id est, exempla malorum in quibus vendit paleas pro frumento, & sic impendit venditionem Domini. Super quo conqueritur Dauid dicens. Psal. 103. Deus laudem meam ne tacueris (id est, bonitatem mercium mearum aliis ostende) quia os peccatoris, & os dolosi super me apertum est.

Nota, quatuor quæ valde decorant hominem, scilicet, quod sit eloquens ore, sapiens corde, decorus corpore, abundans diuitiis. De his autem commendatur iste Euangelista cum dicitur. Aperuit os eius in medio Ecclesie, ecce primum. Et adimpleuit eum spiritu sapientia & intellectu, ecce secundum. Stola gloria vestiuit eum, ecce tertium. Iocunditatem in exultationem thesaurizauit super illum, & nomine aeterno hereditauit illum, ecce quartum.

Moraliter. Medium Ecclesie est religio. Vnde Genesis 33. Iacob posuit in principio familiarium suorum, cum videret Esau venientem, ancillas & filios earum quasi minus chatos, id est, seculares, quos exponit magis diabolo, in medio Liam & filios eius, id est, religiosos, prope se Rachel & Ioseph, id est, sanctos qui faciem Domini vident.

In medio Ecclesie, id est, in religione, aperuit Deus ora religiosorum ad quatuor. Primo, ad peccatorum confessionem; secundo, ad deuotam orationem, tertio, ad malorum correptionem; quarto, ad bonorum exhortationem. Vnde secundum hæc os communiter aperitur, scilicet, ad superflua eiicienda, ad spiritum emittendum & retrahendum seu ad respirandum, ad comedendum, & ad loquendum. Superflua eiicit, qui peccata pure confitetur. Ierem. 15. Si separaueris preciosum a vili, quasi os meum eris. Spiritum emittit & retrahit, qui deuote Dominum orat, scilicet, spiritum superbiam emittendo a se, & sic attrahit spiritum gratiæ. Psal. 118. Os meum aperui & attraxi spiritum. Et Psal. 103. Auseres spiritum eorum & deficient, &c. Et tunc sequitur ibidem. Emitte spiritum tuum & creabuntur, &c. Cantorum quarto. Surge aquilo, & veni auster, &c. Ieremie secundo. Onager assuetus in solitudine, in desiderio anima sua attraxit ventum amoris sui. Comedit quinque peccata proximi reprehendit ex charitate, & sic eum in corpus sanctæ Ecclesie immittit. Osee quarto. Peccata populi mei co-

ne forte & ipsi te reuincant, & fiat tibi retributio*.  
*Sed quum facis conuinium, voca pauperes, debiles,  
claudos, & cecos, & cæcos, & beatos eris, quia non habent  
retribuere tibi*. De his quinque dixit Zacchæus.  
Luc. 19. *Ecce, dimidium bonorum meorum do  
pauperibus*. Per *Ecce*, notatur promptitudo. per  
Dimidium, largitas, per Bonorum, de meliori  
bus, Meorum, de Proprio, per hoc quod Pan

peribus, discretio. Luxta illud, *Cui des visio, non  
mimis, non meretricibus, non diuitibus*. Luc. 14.  
Zacchæus  
elemosynã  
qualitates in  
suo dicto  
comprehendit.  
Luc. 19.  
Misericor  
diz opera  
facienda in  
charitate, a  
liquin pau  
rũ profunt.  
Iusti accipi  
tres in Dei  
manu.  
Accipiter  
Deo est cor  
charitate  
plenum.  
Deut. 11.  
Charitatis  
pedes duo  
sunt.  
Patientia pes  
est charita  
tis.  
Bogitas  
pres est cha  
ritatis.  
1. Cor. 13.  
Milui & cor  
ui exis &  
cadaueris in  
heret.  
Thren. 2.  
Accipiter  
prædam tan  
cum nobi  
lem rapit.  
Accipiter  
non fertur  
sine chiro  
thecis mora  
liter.  
Charitas  
sine bono  
operum ex  
hibitione  
non valet.  
Dilectionis  
probatio est  
exhibitio  
operis.  
Eccl. 7.  
1. Ioan. 3.  
Charitas  
procedere  
debet de cor  
de puro &  
conscientia  
bona.  
1. Tim. 1.  
Anima filia  
Sion, iusti  
sepelium  
in manu  
Dei.  
Sion. Inter  
pretatur spe  
culum.  
Anima spe  
culum mi  
jestatis Dei  
& imago  
bonitatis il  
lius.  
In speculo  
imago non  
refertur ob  
multa,  
Sed nota, virga vestitur in baculum, & in fer  
pentem

Sed quia opera misericordie parum profunt,  
nisi facta fuerint in charitate, ideo tertio sicut  
accipiter debemus esse in manu Dei. Accipiter  
Deo est cor charitate plenum. Vnde omnia tam  
bona quam mala proximorum pede affectus sibi  
accipit, & inde viliter suam facit, scilicet  
bona diligendo, & malis compatiendo, & illata  
sibi tolerando. Deut. 11. *Omnis locus quem calca  
uerit pes uester, erit uester*. Duo pedes charitatis  
sunt patientia qua suffert mala, & benignitas  
qua diligit bona. 1. Corin. 13. *Charitas patiens  
est, benigna est*.

Nota quod quidam sunt milui & corui tantum  
exis & cadaueribus inhærendo. Thren. 4. *Am  
plexati sunt stercorea*. Sed accipiter tantum nobilem  
prædam rapit. Item notat quod accipiter  
sine chirothecis ferrino debet, quia charitas sine  
exhibitione bonorum operum exterius, scilicet  
misericordie non valet, quia probatio dilectionis,  
exhibitio est operis, Eccl. 7. *Non re  
pigeat visitare infirmum: Ex his enim in dilectio  
ne firmaberis*. 1. Ioan. 3. *Qui habuerit substantiam  
huius mundi, & viderit fratrem suum necesse ha  
bere, & clauerit viscera sua ab eo, quomodo chari  
tas Dei manet in eo?*

Quia igitur charitas de corde puro & conscien  
tia bona debet procedere. 1. Timor. 1. ideo quinto  
sis in manu Dei sicut speculum per conscientie  
puritatem, vt sit anima tua filia Sion, quod in  
terpretatur speculum, & speculum sine macula  
Dei maiestatis, & imago bonitatis illius Sap. 7.  
In quo Deum per imaginem & similitudinem  
suam aperte videat.

Sed nota tria vel plura quæ impediunt ne pos  
sit imago in sepeculo resultare, scilicet puluis  
superbie, inspectus mulieris menstruatæ, id est,  
carnalis concupiscentie. Lutum, scilicet auariti  
e, vt in speculo barbarorum, quod luto pe  
dum transeuntium maculatur. Item rubigo ran  
coris & iræ. Item anhelitus detracttonis, &  
cætera.

Item quia ex puritate conscientie a peccato  
exturgit homo ad gaudium contemplationis,  
quia, *Beati mundo corde, quia ipsi Deum vide  
bunt*, Matth. 5. ideo debemus esse in manu Dei  
tanquam flos vel pomum ad odorandum. De  
anima enim quasi de pomo vel flore odor exit,  
& rota ipsius affectio, cogitatio, & delectatio in  
Deo quiescit, vt dicat cum Psalm. *Domine ante  
te omne desiderium meum*. Et illud Cant. 1. *Cum esset  
rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum*.  
*Curremus in odore unguentorum tuorum*. De tali anima  
potest dicere sponsus illud Cant. 3. *Que est ista  
quæ ascendit sicut virgula sumi ex aromatibus*. Et il  
lud Can. 4. *Odor unguentorum tuorum super omnia  
aromata*. Et illud Cant. 7. *Odor oris tui sicut odor  
malorum*, id est, pomorum, Gen. 27. *Ecce  
odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit  
Dominus*.

Sed quia quidam ita sibi solum intendunt per  
contemplationem, quod curam negligunt pro  
ximorum, ideo sexto excitatur anima a contem  
platione, vt sit virga in manu Domini, ad corri  
gendum alios, Sicut Paulus 1. Corin. 4. *Vultis  
in virga veniam ad vos, an in charitate & spiritu  
mansuetudinis?*

Sed nota, virga vestitur in baculum, & in fer  
pentem





Jacob via 7. est qua obuiam iuit fratri uenienti contra eum cum 400. uiris, & ordinauit familiam, & adorans septies osculatus est eum, per quam intelligitur donum sapientiae, cuius initium est in timore, sed consummatio in delectatione. Considerans enim anima fratrem, id est, Christum uenientem ad nos cum quadringentis uiris, id est, cum quadruplici beneficio quod facit Deus homini, nec potest ei digne soluere, primum timore afficitur. Hac quatuor beneficia sunt creationis, incarnationis, passionis, & glorificationis. Vnde clamat. Quid retribuam Domino pro omnibus que retribuit mihi, &c. Non enim est, qui respondeat unum pro mille. Iob 19. Hinc est quod Jacob noluit ire aquis passibus cum Esau fratre suo, sed ait, Præcedat Dominus meus, & ego sequar paulatim vestigia eius, &c. scilicet dum anima cognoscit imperfectionem suam, respectu beneficiorum Dei. Hinc Iob 11. illudic quidam dicens. Forsitan vestigia Dei comprehendes, &c. Jacob familiam ordinat dum motus intellectus & affectus sensualitatis rationi beneficiendo supponit, vel bene disponit. Ratio progrediens septies adoratur, dum per donum sapientiae gustat quam suauis est Dominus, ut dicat. Quam magna multitudo dulcedinis tue. Hoc osculum petebat sponsa, Cant. 1. Osculetur me osculo oris sui. Et c. S. Quis mihi det te fratrem meum, ut desculer, &c. Osculum hoc, est fardus perpetuae pacis. Dum enim motus animæ & sensualitatis sunt ordinati inter se, & saporem suum infundit Deus animæ, tunc est animæ perfectio. Hinc est quod in adaptione donorum & virtutum, sapientia & pax sociantur. Et sic ueniunt in Socchor, quod interpretatur ramus vel umbraculum, scilicet charitatis diuinæ, ad quod vel quem refugit anima, & operit se in ea à multitudine peccatorum, ut dicat cum sponsa, Cant. 2. Sub umbrâ illius quem desideraueram sedis, & fructus eius dulcis gutturi meo.

DE RELIQVIS

octo potest fieri.

Sermo, qui sit IV.



CTAVA via Jacob fuit in Salem sine Sichem, ubi emit partem agri à filio Emor, centum agnis ad habitandum, ubi corrupta est Dina filia Jacob. Hac significat primam de octo virtutibus beatificis, scilicet paupertatem spiritus, quæ est humilitas, sed bene per Salem significatur, quæ interpretatur consummatio perfectionis. Humilitas enim omnes virtutes perficit & confirmat. Vnde Luc. 17. Cum feceritis omnia que præcepta sunt uobis, dicite: Serui inuiles sumus. Hac etiam bene Sichem dicitur, id est labor, quia verus humilis in labore & subiectione spiritus uult esse & nihil estimari & prædicari. Hinc dicitur Iacob, quia emerat partes agri illius, scilicet

Sichem ad manendum. Sic filij huius sæculi humilitatem sanctorum exercent per laborem tribulationum & contumeliarum. Et sic quasi locus humilitatis eis emittit centum agnis, id est, perfecta simplicitate & vera innocentia. Sed hic corrupta est Dina à filio Emor, dum exiit ad uidentum ornatum mulierum regionis illius, quod fit dum humilitas ficta, & laudem hominum querit, & se ostentat, & sic corrumpitur. Vnde Eccl. 19. Est qui nequiter humiliat se, &c. Vel paupertas rerum temporalium significatur per Sale, quia ad consummationem perfectionis exigitur abducio temporalium, Matt. 19. Si uis perfectus esse, uade & uende omnia que habes, & da pauperibus. Hoc etiam dicitur, quia paupertas sine labore & afflictione corporali nulla est, ut dicit Bern. Multi pauperes eam volunt, ut eo pacto nullam penuriam patiantur. In hac parte agri à filiis Sichem centum agnis eminus, quia partem in regno Dei per eleemosynarum largitionem ex pure & simplici intentione factam à pauperibus nobis acquirimus.

Sed nota, in hac habitatione, Sichem Dinam corrumpit, & ut liberius ea abutatur, se circumcidit, dum quis ut securius indulgeat voluptati, assumit laborem exterioris paupertatis.

Nona via Jacob fuit in Bethel, quæ est Luza, ubi Deos alienos abiecit, & infodit, & ubi mortua est Delbora. In qua notatur secunda uirtus beatifica, scilicet mansuetudo vel mititas, ut sint mitres. Hac est Bethel, id est, domus Dei, quia per eam Deus in nobis habitat, & in pace factus est locus eius. Nonne Iacob in mansuetudine suscipitur? Hic est qui dicit: Super quem requiescet spiritus meus. Hic etiam dicitur Luza. i. nux vel amygdalum, qui sub amaro cortice exterius illatis iniuriis contumeliarum, tamen totus lacteus est interiorius in corde & ore per mansuetudinem. Hi Dij alieni abiiciuntur. Deum enim alienum se facit, qui de illata iniuria sibi uindictam querit. Ad Deum enim proprie uindicta pertinet. Vnde Deut. 32. Mea est uisio, &c. Alienum ergo Deum abiicit, qui uindictam iniuriæ suæ ex corde per mansuetudinem remittit. Hic etiam moritur Delbora & infoditur, quæ interpretatur apis quæ pungit per iram, & aculeum rancoris proximo infigit. Hæc est nutritrix Rebecca, i. patientie, quia quando est ira persequentium, patientia in nobis nutritur & exercetur, quia gaudet patientia duris. Sed hæc Delbora moritur, dum per mansuetudinem iracundia à nobis expellitur. In hoc etiam loco Iacob oleum super lapidem infundit, quod fit dum quis duritiam persecutionum suarum unctione mansuetudinis respicit.

Decima via Jacob est in Effrata, quæ est Bethleem, ubi Rachel in partu mortua est. In qua notatur uirtus luctus, Effrata enim fructifera interpretatur. Sic anima per luctum fructum facit Psal. 125. Euntes ibant & flebant mittentes semina sua: Venientes autem ueniunt cum exultatione portantes manipulos suos. Sic enim terra rigata germinat, sic anima tore lachrymarum complata, Eccl. 24. Dixi, Rigabo hortum plantationum, & inebriabo partus mei fructum, Psalm. Lachrymis meis fratrum meum rigabo, id est, conscientia ut germinet. Hoc est quod uerno tempore huc uenit Iacob. Hac etiam Bethleem dicitur, id est, domus panis, quia lachryme sunt panes animæ, Psal. Euerunt mihi lachryme mea panes die ac nocte. In hac Rachel parturiens morietur cum anima sancta

Humilitatis locus emittit perfecta simplicitate & uera innocentia. Agni centum pro simplicitate perfecta & innocentia uera. Humilitas ficta comparatur Dinæ corruptæ. Eccl. 19. Salem pro abdicatione temporalium. Mart. 19. Paupertas nulla est sine labore & afflictione corporali. D. Bern. Eleemosyna regnum Dei acquiritur. Sichem se circumcidit ut Dina abutatur quid moraliter. Iacob via 9. fur in Bethel quæ est Luza, ubi Deos alienos abiecit, & infodit moraliter. Delbora mortua in Bethel quid moraliter. Ben. Br. uirtus 2. est mansuetudo. Bethel, id est, domus Dei. Luza, id est, nux vel amygdalum. Mansuetus lacteus est in corde & ore. Uindictam querens de sibi illata iniuria, Deos non abiicit. Deos abiicit, re quid. Delbora interpretatur apis, Delbora pro iracundia, Delbora nutritrix Rebecca quid moraliter.

Rachel parturiens morietur moraliter. Cant. 5. Rom. 7. Rom. 8. Anima afflictæ pro peccatis dicitur concipere filium doloris, sed respectu Dei filium dexterae suæ. Iacob via 11. fuit trans ritum gregis. Iustitiæ uirtus est via 11. Iacob. Iustitiæ operibus affectus animæ esurientis maxime satiatur. Vnde Eccl. 14. Ante obitum tuum operare iustitiam, quia non est apud inferos inuenire cibum q. d. Beati qui esuriunt & comedunt panem operum iustitiæ in presenti, quia hunc cibum non inuenient in futuro. Eccl. 14. Ruben cum concubina Patris incestum fecit moraliter. Ruben pro primogenito diaboli, id est, pro quaestu temporalium. Bala concubina uxor moraliter. Iacob via 12. fuit in Mambre quæ est Hebron. Misericordia uirtus octo beatitudinum. Mambre interpretatur claritudo. Misericordia & pietas animam clarificant. Isai. 58. Hebron, id est, transcendens, vel incantatio, vel coniugium. Misericordia uirtutes alias transcendit. Eleemosyna alias uirtutes transcendit. Iacob 2. Misericordia incantatio diaboli, æ nobis nocet.

sancta pro peccatis propriis & alienis, pro incultu huius miseriæ & dilectione patriæ assidue flens in seipsa pietate dolore deficit & tabescit, ut dicat illud Cant. 5. Nunciate dilecto meo, quia amore langueo. Sic parturiebat Apostolus Rom. 8. Omnis creatura ingemisit & parturit usque adhuc, & nos ipsi infra nos ingemiscimus adoptionem filiorum Dei, expectantes redemptionem corporis nostri. Et cap. 7. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Nota quod anima sic afflictæ conceptum huiusmodi uocat filium doloris, Deus uero pater filium dexterae suæ, quia per eam anima maxime placet Deo.

Vndecima via Jacob est trans turrem gregis, ubi gregem suum pauisse dicitur. In qua notatur uirtus iustitiæ, cuius operibus affectus animæ esurientis maxime satiatur. Vnde Eccl. 14. Ante obitum tuum operare iustitiam, quia non est apud inferos inuenire cibum q. d. Beati qui esuriunt & comedunt panem operum iustitiæ in presenti, quia hunc cibum non inuenient in futuro.

Sed nota in hoc loco Ruben & concubina patris eius Bala fecisse leguntur incestum, quando opera iustitiæ ad quaestum temporalem uel humanam laudem conuertuntur ad suggestionem diaboli. Ruben enim primogenitus diaboli est, qui est principium uiarum Domini, & quidam in medio, dum suggestiones suas cordi ingerit. Bala absorpta est anima à diabolo corrupta. Hæc bene concubina erat, non uxor, quia opera iustitiæ non amore Dei sed commodo temporali seruatur, sicut concubina non pro amore prolis sed tantum pro commodo alicui se supponit.

Duodecima via Jacob est Mambre, quæ est Hebron, ubi patrem mortuum sepeliuit. Vnde per hanc uirtus misericordiae significatur. Mambre enim claritudo interpretatur, hæc est misericordia & pietas, quia animam clarificant. Vnde Isai. 58. Frange esurienti panem tuum, & egenos uagos que induc in domum tuam. Cum uideris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orietur. Et requiem dabit tibi Dominus Deus tuus semper, & implebit splendoribus animam tuam. Hæc est etiam Hebron, id est, transcendens, uel incantatio, uel coniugium, quia misericordia & pietas alias uirtutes transcendunt, Psal. Misericordia eius super omnia opera eius, Jac. 2. Misericordia super exaltat iudicium. Item incantatio diaboli, ne nobis noceat, Eccl. 29. Super securum potentis & super lanceam, aduersus inimicum tuum pugnabit, sc. eleemosyna, Deus etiam nos incantat, ut nos diligat. Vnde ipsa te cogat pietas, &c. Abac. 3. Cum iratus fueris, misericordiam recordaberis. Iratus, scilicet in die iudicii, quia tunc misericordibus erit dulcis, Luc. 6. Estote misericordes, ut sitis filij patris uestri. Item per opera misericordiae si coniugium inter nos & Deum, Osee 3. Et sponsabo te mihi in sempiternum, & sponsabo te mihi in iustitia & iudicio, & in misericordia & miserationibus.

Nota, hic sepeliuit Iacob patrem suum, quia id uerum opus misericordiae est sepelire mortuos, quod autem facit membris Dei, hoc sibi fieri ceteri Deus pater. Nota etiam quod in Hebron sepulti sunt sancti Patres, ad notandum quod sola misericordia domus est defunctorum. Nota præterea, quod in hac mansione diu moratus est Iacob ad denotandum quod in operibus misericordiae assidui debemus esse & diu, Psal. Misericordia tua subsequetur me, &c. Prou. 3. Misericordia & ueritas non te deserant. Hinc est quod Iesus frequenter ibat secundum consuetudinem suam in montem Oliueti, qui signat misericordiam, Luc. 22. Egressus ibat secundum consuetudinem suam in montem Oliuarum.

Decimatertia via Jacob fuit ad puteum iuramenti, id est, in Bersabee, ubi mactauit victimas. Hoc fuit quando descendebat in Ægyptum ad Ioseph. In hoc significatur uirtus beatificæ mundi cordis.

Nota quod sicut puteus claras habet aquas & dulces, sic conscientia munda à peccatis clara est & pura. Hæc etiam uere est Bersabee, id est, puteus societatis. Nihil enim est in quo tantum delectatur, cor sicut in societate conscientie nostræ mundæ, Eccl. 30. Non est oblectamentum super cordis gaudium. Prou. 5. Bibe aquam de cisterna tua, & fluent a putei tui. Habeto eas solus, nec sim alieni participes tui. Hic est puteus factus deus & iuramenti inter nos & Deum, quia si munditia conscientia conferuimus, Dei uisionem sine fine fruemur. Beati enim mundo corde, quia ipsi Deum uidebunt. Hic mactauit Domino Iacob victimas, quia ad perfectam munditiam cordis seruandam oportet ut omnes bestiales animi motus Domino occidas, Psal. Beatus qui tenebit & allidet paruulos suos ad petram. Psal. M. Prou. 3. Oliueti mors pro misericordia. Iacob via 13. fuit ad iuramentum putei quæ significat cordis munditiam. Munditia cordis octo beatitudinum representatur per 13. uiam Iacob. Conscientia pura comparatur puteo Bersabee puteus, id est, puteus societatis. Eccl. 30. Prou. 3. Puteus fœderis & iuramenti inter Deum & nos est munditia cordis Iacob victimas mactauit ad puteum Bersabee quid moraliter.

Decimaquarta via Jacob fuit in Gessen regionem Ægypti, ubi diu gratiose inter Ægyptios habitauit & creuit in gentem magnam. Hæc pertinet ad uirtutem beatificam pacis & pacificorum, quia qui cordis munditiam habet quoad motus animi interiores, ei dat Dominus exteriorem pacem quoad motus carnales, qui enim Dominus in arca animalia, id est, motus bestiales in carne. Et qui bene ordinatus est in seipsa, facit pacem habet ad omnes, quia talis ab omnibus diligitur, etiam à peccatoribus. Vnde necesse erat, ut quem Deus perfuderat gratia, ab omnibus diligeretur. Prou. 16. Cum placuerint Domino uia hominis, inimicos quoque eius conuertet ad pacem, ut dicat. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus. Sicut Iacob diu pacifice & gratiose inter Ægyptios conuersatus est in Gessen, quod interpretatur imber uicinus, sic pacificus corda proximorum rore gratiæ & lenitatis irrigat & infunditur, Rom. 12. Si fieri potest cum omnibus pacem habete, Iob 5. Bestia terra pacifica erunt tibi. In hoc loco multiplicatus est ualde Iacob & fructificauit, sic per pacem spirituales crescunt bona uirtutum, Iob 22. Habeto pacem, & per hæc habebis fructus optimos. Et Iob 8. Pacatum reddet habitaculum iustitiæ tuæ, in tantum ut superiora tua fuerint parua, nouissima tua multiplicentur nimis.


Quintadecima & ultima via Jacob fuit quando reductus est mortuus de Ægypto in agrum Hebron, ubi sepultus est, sed tamen in via manserunt 7 diebus in arca Achad, ubi celebrauerunt exequias planctu magno atque uehementi, Gen. quinquagesimo. In his notatur octaua & ultima uirtutum beatificarum, scilicet patientia persecutionum. Vnde. Beati qui persecutionem patiuntur, &c. Hac octaua, ut dicit Glossa, est uirtus perfectionis ostensio & probatio, quia prædicta habent pacifici post persecutionem, & recte tenent prædicta, qui paratus est pro eis mori. Cum Iacob ergo in Ægypto moritur, qui persecutionibus in quibus caro mortificatur, propter



Pacencia perfectio- num est potius perfectio- nis obsequio & probatio. 2. Cor. 15. Hebron interpretatur visio sempiterna. A. 7. 14. Purgatorij penitus auferuntur peccatorum reliquiae. Area Achad designatur purgatorij latitudo. In purgatorio animae amare plangunt quod minus hic fecerunt. Purgatorij seruitus festina quare. Iustitia esse quid. Ezech. 18. Iustitiae perfectae gradus quindecim assignantur. Iustitiae gradus 1. est facere iustitiam & iudicium. Ierem. 23. Peccata nra opera non sunt facienda ut laudemur & videamur. Comedere in monte est delictari de multitudinis bonorum per vanam gloriam. Laban inuitabat Iacob ad comedendum in monte Galaad moraliter. De operibus bonis non gloriandum. Populum immolare & adolere in excessis quid. Penitere est flere non iterum committenda Ezech. idola quatuor. Idololatria quadruplex per idola quae vidit Ezech.

iustitiam se exponit, ut dicat; Propter te mortificamur tota die Et illud Apostoli 2. Corinth. 13. Quotidie morior propter gloriam vestram. Et sic de Aegypto mundi educti, sepulturam mere- mur in Hebron, quod interpretatur visio sempiterna, scilicet in aeterna gloria, ubi aeternaliter videbimus Deum sicuti est, Act. 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei, id est, per mortem Aegypti, id est, requiem caelestis sepulchri.

Sed nota, retardati sunt in area Achad. 7. diebus, ubi planxerunt planctu vehemente, & sic inde profecti sunt. In quo docemur quod vix potest aliquis in praesenti saeculo per quacun- que tribulationes purgari, quin aliquid remaneat in purgatorio diluendum. Per aream enim Achad latitudo purgatorij designatur. Vnde sicut in area purgatur triticum, ita animae saluandorum. Achad namque planctus Aegypti, vel seruitus festina interpretatur. Vnde statum purgatorij significat, ubi animae amare plangunt quod minus hic fecerunt, & ibidem in seruitute sunt, quae debet esse festina eis propter expectationem gloriae, a qua diu fraudari non possunt. He sunt ergo viae rectae per quas deduxit Dominus Iacob, donec illi ostenderet regnum Dei. Quod, &c.



# ALITER DE EODEM THEMATE.

## Sermo V.



**U**STUM deduxit Dominus per vias rectas, &c, Quid sit esse iustum, plenarie dicitur Ezech. 18. Vbi quindecim gradus perfectae iustitiae assignantur. Vnde inquit. Si fuerit iustus, & fecerit iudicium & iustitiam, in montibus non comederit, & oculos suos non leuauerit ad idola domus Israel & uxorem proximi sui non violauerit, & ad mulierem menstruata non accesserit, & hominem non contristauerit, pignus debitori reddiderit, per vim nihil rapuerit, panem suum esurienti dedit, & nudum operuerit vestimento, ad usuram non commodauerit, & amplius non acceperit, ab iniquitate auerterit manum suam, & iudicium verum fecerit inter virum & virum, & in praecipis meis ambulauerit, & iudicia mea custodierit, ut faciat veritatem, hic iustus est, & vita viuet, aut Deminus.

Primus igitur gradus iustitiae est facere in Deum iustitiam, scilicet per poenitentiam, & de seipso iudicium, Ierem. 23. Suscitabo David germen iustum, & faciet iudicium & iustitiam in terra, & cetera.

Sed quia multi opera poenitentiae faciunt ut laudentur, & ab hominibus videantur, ideo secundo sequitur. Et in montibus non comederit. In monte enim comedit qui de multitudine bo-

norum per vanam gloriam delectatur, ut Pharisaeus ille, qui stans de multitudine bonorum operum suorum gloriabatur. Luc. 18. ita exponit Glossa. Hinc est quod Gen. 21. Laban inuitabat Iacob ad comedendum in monte Galaad super ceruicem lapidum, id est, diabolus viro iusto suggerit ut inaniter gloriaretur de multitudine bonorum operum. Hinc est quod torrens conqueritur Dominus in libris Regum, quod adhuc populus immolabat & adolebat in excelsis.

Sed quia non sufficit de peccatis poenitentiam agere, nisi & sequatur, flenda non iterum committere, ideo tertio additur: Et oculos non leuauerit ad idola domus Israel.

Nota, quod quadruplex notatur idololatria, per idola quae vidit Ezech. cap. 8. per quae significatur vniuersitas peccatorum, vidit enim in ipso introitu idolum zeli Baal, qui interpretatur verustas vel superior, per quod significatur superbia quae supra alios esse appetit, & verustum est, quia fuit primum omnium peccatorum, item quia prima venit & vltima recedit. Et ideo benedicit hic Propheta in ipso introitu, quia est initium omnis peccati. Eccl. 10. Secundo vidit similitudinem reptilium & nantium, & idola vniuersae domus Israel depicta in pariete in circuitu per totum. Per hoc vitatur peccatum luxuria. Per reptilia luxuria cogitationis. Per idola depicta in pariete in circuitu per totum, gestus & ornatus exteriores. Haec idola colebant seniores domus Israel, in quo notatur quod luxuria in senioribus, maxime Deo faceret, ut patet in senibus Daniel. 1. Vnusquisque illorum iburibulum habebat in manu, & vapor nebulae de thure ascende- bat. In quo notatur quod peccatum luxuria detestabilius est, & tamen placentius quam cetera, & ita tenacius, & propter hoc periculosius. Osee 5. Non dabunt cogitationes suas ut reuertantur ad Dominum, quia spiritus fornicationum in medio eorum, & Dominum non cognouerunt.

Tertio, vidit mulieres plangentes Adonidem. In quo notatur peccatum auaritia. Mulieres sunt corda mollia & effeminata, quae terrena tantum appetunt. Adonis amantissimus Veneris, est prosperitas mundi, quae amica est luxuria, & fomentum. Ezech. 17. Haec fuit iniquitas Sodoma sororis vestrae, superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius & filiarum eius, &c. Vnde. Non habet vnde suum pauperem pascat amorem. Psal. Prodiit quasi ex adipis iniquitas eorum. Adonis etiam alio nomine dicitur Thannir, quod pulcherrimum sonat. Vnde successum temporalium significat. Hunc ergo mortuum plangit, qui de prosperitate mundi sibi subtrahit in consolabiliter dolet. Psal. 58. Si vero non fuerunt saturati, & murmurabunt. Et Psal. 48. Conspicitur tibi cum benefeceris.

Quarto & vltimo vidit homines dorsum habentes ad templum, & adorare versa vice ad orientem, & applicantes ramum ad nares. In his intelligitur peccatum consuetudinis & contemptus, quod est omnium malorum consummatio & abyssus. Prou. 18. Impius cum venerit in profundum peccatorum, contemnit, sed sequitur eum ignominia & opprobrium. Contemnit quidem ita quod bonam voluntatem habere non volent dimittendi. Ier. 9. Vertunt ad me tergum & non faciem. Hi adorant ad ortum solis, quia prosperitatem mundi tantum desiderant. Contra quos Iob. 31. Si vidi solem

Baal idolum zeli. Baal interpretatur verustas vel superior. Superbia appetit esse supra alios. Superbia quare verustatum. Superbia initium omnis peccati. Superbia in introitu templi.

Erel. 10. Luxuria peccatum designatur reptilibus & nantium & idolis depictis in pariete. Reptilia pro luxuria cogitationis. Seniores colebant idola. Luxuria in senioribus, maxime Deo faceret.

Daniel. 13. Luxuria detestabilis peccatum & tamen placentius. Osee 5. Adonidem plorare mulieres quid. Auaritia peccatum notatur per mulieres plangentes Adonidem.

Corda mollia. Mulier praecorde. Mollia & effeminata. Adonis autem amantissimus Veneris. Prosperitas amica luxuria & fomentum. Ezech. 16. Pauperes non pascat amorem suum. Adonis dicitur Thannir. Psal. 58. Psal. 48.

Iob 31. Ad occasum non respiciere quid; occasus pro morte. Ad nares suas ramos applicare quid moraliter. Iustitiae gradus 4. vxorem proximi non violare. Exemplo malo animae proximi corrumpitur & ad peccatum trahitur. Ierem. 51. Apoc. 19. Naum vlt. Iustitiae gradus 5. ad menstruatam non accedere. Menstruata pro peccatore exemplo. Prou. 13. Qui cum sapientibus graditur sapiens erit, amicus stultorum similis eis efficietur. Quod est ad menstruatam accedere, Leu. 15. Qui tetigerit lectum eius, aut vas super quod sederit, immundus erit &c. Aliter. Ad menstruatam accedet, si tentui carnis consentit. Haec est mulier hamorrhoeissa. Matth. 9. quae sanari non poterat a proflixu sanguinis nisi per tactum simbriae vestimenti Christi, id est per medium passionis eius. Sed quidam ita malos abominantur, quod se ab eis segregant, quod est ad menstruatam non accedere: quod eis austeri sunt & in bonis minus sociati non parentes scandalo ipsorum. Ideo dicitur Sexto. Et hominem non contristauerit. Contra hoc faciunt quod occasione scandali aliis faciunt, Exod. 22. Adueniam non contristabis, nec affliges eum. Rom. 12. Si fieri potest cum omnibus pacem habentes.

cum fugeret & luna incedentem clare, &c. Hi etiam ad occasum non respiciunt, quia mortem suam non desiderant. Tales insuper ramos ad suas nares applicant, ne peccatorum suorum foetorem sentiant, sc. dum ad inuentiones delectationum querunt, & excitationes in peccatis. Hi sunt quia gloriantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Cum gloria peccatorum sit sicut stercus & vermis. Quia erit pro suaui odore foetor, Isa. 3.

Sequitur. Quartus gradus iustitiae. Vxorem proximi sui non violauerit. Contra quod facit, qui animam alterius per malum exemplum corrumpit, & ad peccatum trahit, Ier. 51. Ego ad te mons pessifer qui corrumpis vniuersam terram, &c. Apoc. 19. Iudicabit Deus de meretricem magnam vlt. Pessima est plaga tua, quia super quem non transit malitia tua semper?

Quintus gradus. Ad menstruatam non accesserit. Si alterius exemplo malo se non infecerit. Peccator enim non tantum alios exemplo suo corrumpit, sed etiam exemplo aliorum seipsum corrumpit, Psal. Cum sancto sanctus eris, &c. Prou. 13. Qui cum sapientibus graditur sapiens erit, amicus stultorum similis eis efficietur. Quod est ad menstruatam accedere, Leu. 15. Qui tetigerit lectum eius, aut vas super quod sederit, immundus erit &c. Aliter. Ad menstruatam accedet, si tentui carnis consentit. Haec est mulier hamorrhoeissa. Matth. 9. quae sanari non poterat a proflixu sanguinis nisi per tactum simbriae vestimenti Christi, id est per medium passionis eius.

Sed quidam ita malos abominantur, quod se ab eis segregant, quod est ad menstruatam non accedere: quod eis austeri sunt & in bonis minus sociati non parentes scandalo ipsorum. Ideo dicitur Sexto. Et hominem non contristauerit. Contra hoc faciunt quod occasione scandali aliis faciunt, Exod. 22. Adueniam non contristabis, nec affliges eum. Rom. 12. Si fieri potest cum omnibus pacem habentes.

Sed quia non sufficit alios non contristare, sed omnes tribulationes & iniurias nobis factas ex corde dimittere, ideo Septimo additur. Pignus debitori reddiderit, quod facit qui iniuriam sibi factam pro Christo statim dimittit. Vnde. Dimitte nobis debita nostra, &c. Vnde Exod. 22. Si pignus a proximo acceperis, ante solis occasum redde illi. Vnde Eph. 4. Sol non occidet super iracundiam tuam, Matth. 5. Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offer munus tuum; Eccl. 28. Homo homini reseruat iram, & a Deo querit medelam?

Octauus gradus. Si per vim nihil rapuerit. Est autem triplex rapina quae nobis interdicitur & prohibetur. Prima gloriae, quam superbi rapiunt, cum gloria propria sit solius Dei, Isa. 42. Gloriam meam alteri non dabo. Tit. 1. Soli Deo honor & gloria. Hanc voluit rapere Deo Lucifer qui rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo. Sic & superbi, Isa. 17. Rapietur sicut pulvis montium a facie venti, & sicut turbo coram tempestate. Et 61. Dominus odio habens rapinam in holocaustum. Vanam gloriam ex bonis operibus. Secunda rapina est luxuria. Gen. trigesimo quarto. Rapuit & dormiuit cum illa, vi opprimens Virginem

primi Regum vigesimo. Fili mulieris viro virum rapientis. Hinc filij Benjamin, qui interpretatur asinus, rapuerunt sibi vxores de virginibus choros in Sion ducentibus, Iudic. vltim. Hinc pulchritudo & sandalia Iudith rapuisse dicuntur oculos Holophernis, Iudith 15. Tertia rapina est pecuniae siue auaritia; Isa. 3. Rapina pauperis in domo vestra est. Hinc de auaro dicitur Iob 20. Domum rapuit, & non edificauit eam. Prouerb. 1. Semita omnis auari animas possidentium rapiunt. Et Prouerb. 11. Aly rapiunt non sua, & semper in egestate sunt. Hinc in laude sanctorum dicitur Heb. 10. Rapina bonorum operum nostrorum cum gaudio suscepisti: De hoc triplici genere rapinae dicitur 1. Corinth. 6. Neque idolis seruientes, neque adulteri, &c. neque rapaces regnum Dei possidebunt, Gen. 49. Benjamin lupus rapax, &c.

Quia vero non sufficit aliena non rapere nisi etiam studeamus propria indigentibus ministrare, ideo nono additur. Panem suum esurienti dedit, id est, subsidium temporale vel corporale. Vnde Isa. 59. Frange esurienti panem tuum.

Quoniam autem non tantum curam corporum proximorum habere debemus, sed multo fortius animarum, ideo decimo sequitur. Nudum vestimento operuerit. Nudus enim est qui virtutibus caret. Hinc Adam nudus apparuit post peccatum, Gen. tertio. Et Apocalyp. decimo sexto. Beatus qui custodit vestimenta sua, & cetera. Item operit nudum, qui exemplo virtutum suarum calefacit, & doctrina exhortationis instruit. Estque ornamentum aureum prudenti doctrina, Eccl. vigesimo. Ideo imprecatur sibi Iob 31. Si despexi praterirentem eo quod non habuerit indumentum & absque operimento pauperem. Si non benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouium mearum calefactus est, Isa. quinquagesimo octauo. Cum videris nudum, operi eum, &c.

Sequitur. Vndecimus gradus. Ad usuram non commodauerit, & amplius non acceperit. Contra quod facit vsurarius ad litteram, id est, qui de bono opere non tantum gloriam aeternam quaerit, sed insuper laudem humanam vel commodum temporale habere inde intendit: talis est vsurarius qui de bono opere quod facit vtrumque se mereri credit; cum dicat Christus Apostolis Matthaei 6. Receperunt mercedem suam. Item qui ieiunat & die sequenti, nimis delicate & superflue se procurat & reficit. Vel qui ad matutinas surgit, & postridie prolixius dormit, ut quidam Canonici, & quaedam Domini in quadragesima. Vnde Eccl. 20. dicitur. Hodie saeneratur quis & cras reperit, & odibilis est homo huiusmodi, Isa. 58. Ecce in diebus ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros reperit.

Sed quia non sufficit ab vsuris abstinere, sed oportet superflua pet elemosynam rescicare, ideo duodecimo sequitur. Ab iniquitate auerterit manum suam. Quod facit qui ab omni iniquitate seu inaequalitate superfluitatis manum suam erga pauperes excutit; Iob vndecimo. Si iniquitatem quae est in manu tua abstuleris a te, & non manserit in tabernaculo tuo iniustitias, tunc lenare poteris faciem tuam absque macula; Isa. trigesimo primo. Qui excutit manus suas ab omni munere, ille in excelsis habitat.

Rapinae gloriae rapiunt superbi. Gloria propria solius est Dei. Isa. 42. Rur. 1. Lucifer rapere voluit gloriam Dei. Isa. 17. Isa. 61. Ex operibus bonis vana gloria luxuriae rapinae.

Gen. 42. 1. Reg. 20. Benjamin interpretatur asinus. Fili Benjamin rapuerunt sibi de virginibus choros in Sion ducentibus. Iudith. vlt. Iudith. 15. Auaritia rapina.

Isa. 3. Iob 20. Prou. 1. Prou. 11. Heb. 10. 1. Cor. 6. Gen. 49. Benjamin lupus rapax indigentibus propria ministrare. Iustitiae gradus 9. est panem suum esurienti dare.

Panis pro subsidio temporali & corporali. Iustitiae gradus 10. nudum operire. Adam nudus apparuit post peccatum. Gen. 3. Apoc. 26. Nudum operire quid. Doctrina prudenti ornamentum aureum. Eccl. 20. Iob. 13. Isa. 58.




Iustitiae gradus 13. est iudicium rerum face. re inter viri & virum. Rom. 14. Ioan. 5. Rex pro Christo. Job 19. Corona pro iudicio. Iustitiae gradus 14. est ambulare in preceptis Dei. Proficere debemus in preceptis assidue ambulando. Domini Perseuerantia in virtutibus vsque ad finem necessaria est. Matt. 10. 1. Cor. 9. Iustitiae gradus 15. est iudicia diuina custodire & facere veritatem. 3. Esdr. 4. Veritas pra omnibus fortior. Ezech. 18.

Decimustertius gradus est. Si iudicium verum fecerit inter virum & virum. &c. quod est contra malos iudices & praetos. Similiter contra eos qui mala iudicia habent de proximis per falsas suspensiones. Rom. 14. Tu quis es qui aliorum sententiam iudicas, &c. Pater omne iudicium dedit filio, Ioan. 5. Et Psal. 71. Deus iudicium tuum regi dedit, id est, Christo, sed hoc aufert ei detractor dum male iudicat proximum. Vnde audita est in Vitis Patrum vox Domini conuerentis. Tulerunt a me homines iudicium. Vnde Job 19. Spoliauit me gloria mea, abstulit coronam de capite meo, scilicet iudicium.

Decimusquartus gradus est. Si in preceptis meis ambulauerit. Non enim sufficit praedicta custodire, nisi studeamus de virtute in virtutem. In preceptis Domini ambulando assidue proficere, vt dicamus cum Psal. 118. Viam mandatorum tuorum cucurri. licet quantumcumque quis currat, in virtutibus proficendo, per se ad brauium pertingere nequeat, sed citra terminum viae deficiat. Quia solus qui perseuerauerit vsque in finem saluus erit, Matth. 10. Et Apostolus 1. Cor. 9. Omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium, scilicet perseuerans. Sic ergo currite vt comprehendatis.

Ideo decimoquinto & vltimo ponitur. Si iudicia mea custodierit, & faciat veritatem. In quo perseuerantie notatur, quae iudicia Dei vsque in finem custodit, & in veritate vitae in aeternum persistit. Vnde in Psal. 19. Veritas Domini manet in aeternum. Hinc est quod 3. Esdr. 4. Veritas dicitur fortior pra omnibus, & praeualet in saecula saeculorum. Qui haec 15. habet, vt Ezech. 18. concluditur. Hinc iustus est & vita viuet, ait Dominus, &c.



DE VNO CONFESSORE, DE QVO ETIAM superiores esse possunt, quamuis sint de omnibus iustis, seu sanctis.

Sermo I.



Ecce sacerdos magnus, &c. in Epistola hodierna. Sicut ad laudem alicuius confueuerunt homines laudes & probitates adunare multorum, ac si dicant de aliquo, quod fuerit fortis vt Achilles, audax vt Ajax, callidus vt Vlysses, eloquens & sapiens vt Nestor, & huiusmodi, sic mater Ecclesia in Epistola hodierna ad laudem sancti huius Confessoris N. laudes coadunat septem patrum seu patriarcharum, de quibus agitur Ecclesiastici quadragesimo octauo, & seq. Nam primum quod dicitur, Ecce sa-

Laus alicuius ex aliorum laudibus coagmentatur. Laus confessoris laudibus septem patrum seu patriarcharum coadunatur. Simeon Onia filius, sacerdos magnus. Ezech. 50. Confessores sancti, septiformi gratia spiritus sancti pleni fuerunt.

cerdos magnus, sumitur de laude Simonis seu Symeonis Onia filij, de quo Eccl. 50. Simon Onia filius, sacerdos magnus, &c. Quod sequitur: Qui in diebus suis placuit Deo, dictum est de Enoch. Quod additur. Inuentus est iustus, &c. Et in tempore iracundiae, &c. de Noe. Quod subiungitur. Non est inuentus similis illi, &c. Et ideo iureiurando, &c. de Abraham. Quod super additur: Benedictionem omnium genum, &c. de Isaac. Quod vero sequitur. Magnificauit eum in conspectu regum, de Moyle. Quod demum in fine ponitur: Statuit eum, &c. vsque in finem, de Aaron dictum assumptum. In laude ergo istorum septem patrum, significatur confessor iste N. septiformis gratia Spiritus sancti plenus fuisse. In hoc enim quod praemittitur de Simone, Ecce sacerdos magnus, &c. intelligitur donum timoris Domini, qui est quasi sacerdos magnus in arcu cordis Deo per dolorem sanctificans, Psal. 118. Confige timore tuo carnes meas. Vnde dicit B. Aug. quod timor est quidam carnifex in anima. Item sacerdos dicitur quasi sacer dux, sic timor Domini ceteras virtutes ducit, dirigit, & custodit, vnde in principio donorum ponitur quasi dux animarum. Vnde Eccl. 25. Timor Domini sit per omnia se superponit. Hoc etiam per Simonem significatur, qui interpretatur audiens, qui timor Domini ad memoriam gehennae applicat iugiter aurem cordis, vbi erit sctus & ltridor dentium.

Hic est sacerdos qui nescit cantare nisi Requiem aeternam, &c. siue de mortuis. Hic est Simon iustus & timoratus, qui puerum Iesum accipit in vlnas suas. Timor enim cor iustificat, Ecclesiast. primo, Qui sine timore est, non poterit iustificari. Item in aeternum debet esse in nobis. Vnde Eccl. 2. Serua timorem illius, & in illo veterasce. Hic puerum Iesum in vlnas suscepit, Malach. vltim. Vobis timentibus nomen meum orietur sol iustitiae & sanitas in pennis eius. Hic est qui durus propheta fuit Mariae, scilicet quod ipsius animam gladius pertransiret, & quod timor animam semper excitat ad dolorem.

Secundum, Et in diebus suis placuit Deo, &c. dicitur de Enoch qui interpretatur deditio vel dedicauit. In quo notatur donum pietatis, quae se cruciatibus Domino dedicat, dum exterius ob defectum alterius pietate afficitur, & intus oleo exultationis de bono profectu gratulatur. Nam Ecclesia dedicata intus & exterius crucibus insignitur, & oleo sancto inungitur. In his duobus vera pietas consistit. Per hanc igitur pietatem homo maxime placet Deo, sicut dicitur hic de Enoch. Vnde in laudem Phinees dicitur Ecclesiast. 45. In bonitate & alacritate anime sua placuit Deo Israel. Bonitas pertinet ad compassionem de malis, Alacritas ad gratulationem de bonis. Iste Enoch primus legitur fuisse translatus in paradysum, ad denotandum quod pietas promissionem habet vita quae nunc est, & futura 1. Timoth. 4. Vnde Dominus Matth. vigesimo quinto. illis qui pietatis & misericordiae opera fecerunt, dicit, Venite benedicti Patris, &c. percipite regnum, &c.

Sequitur tertium. Inuentus est iustus, quod dicitur de Noe, in quo intelligitur donum scientiae, cuius est scire bene conuersari in medio huius prauae & peruersae nationis, quod competit Noe,

Timor Domini quasi sacerdos magnus sanctificans. Timor qui dicitur carnifex in anima. Sacerdos quasi dux sacer. Timor Domini dicit ceteras virtutes. Eccl. 25. Simon interpretatur audiens. Timor Domini aurem cordis ad gehennam applicat. Timor Domini est Simon iustus & timoratus, qui Iesu puerum accipit in vlnas suas. Eccles. 1. Eccl. 2. Mal. vlt. Timor durus propheta quare. Enoch interpretatur deditio vel dedicauit. Pietas donum per Enoch designatur. Deditio Ecclesiae crucibus insignitur, & oleo sancto inungitur. Pietas vera in duobus consistit. Pietate homo Deo placet, Enoch placuit Deo. Phinees laudatur. Bonitas pertinet ad compassionem de malis. Alacritas pertinet ad gratulationem de bonis. Enoch primus translatus in paradysum. 1. Tim. 4. Matth. 25. Noe iustus inuentus. Scientiae donum quid.

Gen. 6. Noe interpretatur requiescens vel commotus moraliter. Iustus requiescere super bonos & commoueri super malos debet. Noe arcam fabricauit, & alios seruauit moraliter. Abraham interpretatur pater multarum gentium. Fortitudinis donum per Abraham intelligitur. Lex a ligando dicitur. Lex excelsi ligat sensus nostros ab illicitis cohibendo. Isai. 8. Pro. 10. Pro. 14. Isaac interpretatur risus. Consilij donum intelligitur per Isaac. Isaac pro consilij dono. Matt. 19. Paupertas voluntaria ridere facit Dominum. Job. 5. Eccl. 10. Diuites mundi ridere non possunt. Iacob vlt. Pauperibus dat Deus benedictionem omnium gentium. Minores fratres nihil habentes & omnia possidentes. 1. Cor. 6. Moyses interpretatur assumptus ex aquis. Intellectus donum est cogitatio supernorum. Moyses pro dono intellectus. Aque pro scripturis factis.

Noe, qui inuentus fuit iustus inter generatione malam, Gen. 6. Noe enim interpretatur requiescens vel commotus, sic vir iustus debet super bonos per charitatem requiescere, & super malos zelo iustitiae commoueri, & sic perfecte haberet donum scientiae, vt in tempore iracundiae fieret reconciliatio, & inter eos qui oderunt pacem, pacificus. Hic est Noe qui arcam fabricauit, & alios secum seruauit, quia talis Ecclesiam Dei pra aliis aedificat & conseruat.

Quartum. Non est inuentus similis illi, &c. dicitur de Abraham, qui interpretatur pater multarum gentium, per quem donum fortitudinis intelligitur, quae multis, id est, carnalibus gentibus dominatur viriliter. Hic bene conseruat legem Excelsi, dum vinculo mandatorum Dei sensus suos ligat ab illicitis cohibendo. Lex enim a ligando dicitur, Isa. 8. Liga testimonium, signa legem in discipulis meis, id est, cogitationibus disciplinatis, & sic in plebem Domini, & fortiter agendo bona & patiendo mala, assidue sibi merita accumulatur, Prou. 10. Egestatem operata est manus remissa, manus autem fortium diuitias parat. Et Prou. 14. Vbi plurima segetes, manifesta est fertilitudo bonis.

Quintum. Benedictionem omnium gentium dedit illi Dominus, &c. sumptum est de Isaac qui interpretatur risus, quod pertinet ad donum consilij Risum enim & gaudium Domino de se facit qui semitas consiliorum aggreditur, vt relinquat omnia propter Deum, & det pauperibus. Hoc enim fuit consilium Domini, quando dixit Matth. 19. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quae habes, & da pauperibus. Qui praeterea voluntariam paupertatem habet Domino ridet, & Dominus ei Job 5. In vastitate & fame videbit, Ecc. 10. Qui gloriatur in paupertate, quanto magis in substantia? Sed diuites mundi ridere non possunt. Vnde insultat eis Iacobus cap. vlt. dicens. Agite nunc diuites, plorate vlnantes in miseris vestris quae aduenierunt vobis. Miseri estote & lugete, risus vester conuertatur in luctum, &c. Pauperibus igitur sic lugentibus dat Dominus benedictionem omnium gentium. Isti pauperes ab omnibus honorantur & benedicuntur, vt patet in fratribus Minoribus, qui sunt 2. Cor. 6. nihil habentes & omnia possidentes. Hic testimonium confirmauit super caput eius, scil. Christi, dum haereditatem suam & possessionem in solo Christo instituit. Vnde dicat, Dominus pars hereditatis meae, &c.


Sexta. Magnificauit eum in conspectu regum. Hoc dicitur de Moyle, qui interpretatur assumptus ex aquis. Per hunc significatur donum intellectus, qui est cogitatio superiorum. Hic bene assumptus est ab aquis, scil. sacre scripture, a quibus specialiter elicitur & inuenitur, Isa. 28. Sola vexatio, id est, scrutatio diligens scripturae, intellectum dabit auditui. Psal. 110. Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. Hic est Moyses legifer, qui in monte audiuit & vidit arcana Dei. Iste magnificatus est in conspectu regum, id est, Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Quia, qui donum intellectus habet perfecte regi regum placet, Prou. 14. Ac eptus est regi minister intelligens. Huic datur corona gloriae, quae significatur per coronam duodecim stellarum, & est perfecta cognitio caelestium, Prou. 5. Corona incluta proteget te.

Septimum. Spiritus illi testamentum sempiternum

num &c. Dicitur de Aaron, qui interpretatur mons vel montanus. Hic pertinet ad donum sapientiae quod est supremum, Sap. 7. Sapientiam non vincit malitia. Vnde Sap. 8. Attingit ergo a fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter, &c. Ecce quomodo est mons fortis & altus, Jac. 3. Sapientia de sursum est, Rom. 11. O altitudo sapientiae & scientiae, &c.

Iste summus sacerdos N. est offerens sacrificium laudis & suauitatis Domino. Vnde de hoc dicitur. Dedit illi Dominus offerre incensum dignum in odorem suauitatis. Iste sacerdos N. gustat & consecrat corpus Domini & sanguinem, quia per donum sapientiae sapimus, gustamus & videmus quae suavis est Dominus. De hoc dono Domini, Sap. 12. O quam bonus & suavis est Dominus spiritus tuus in omnibus. Et Ecc. 24. Spiritus meus super mel dulcis. Nam primum donum & vltimum merito sacerdotibus adaptantur, quia donum timoris sacrificium offert doloris, Psal. 50. Sacrificium Deo spiritus contribulatus, &c. Donum sapientiae sacrificium laudis & holocaustum suauitatis. Primus celebrat ad altare aeneum holocaustum expiationis. Secundus ad altare aureum libamen thymiamatis, id est, sacrificium laudis.

Si dicatur quod epistola ista constat ex laude octo patrum, & Iacob sit vnus ex illis. Et quod dicitur, testamentum suum confirmauit super caput eius, ad Iacob pertinet & non ad Isaac, tunc potes haec octo adaptare illis octo virtutibus quibus beatitudo promittitur. Matth. 5. De quibus est secundus sermo de quindecim vis Iacob, in ser. Iustum, &c.



DE VNO CONFESSORE.

Sermo II.

INT lumbi vestri praecincti, &c. Luc. 12. In tribus consistit perfectio viri iusti, scil. in cohibitione vitiorum, in profectu virtutum, & in desiderio supernorum. De his Psal. 38. Declina a malo, ecce primum: Fac bonum, ecce secundum. Et Psal. 33. Inquire pacem, & persequere eam, &c. ecce tertium. Ista tria nota hic continet, Primum ibi: Sint lumbi vestri praecincti. Secundum ibi. Et lucerna ardetes in manibus vestris, tertium in hoc quod sequitur. Et vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, &c. Lumbi ergo animae sunt ratio, voluntas, memoria. Per haec enim tria generat anima, motus & affectiones suas. Quando ergo ratio non plus appetit sapere quam oportet per scientiam infatigabilem, nec ingenium suum nimis applicat ad terrena, vt falsi mercatores & falsi caudidici, nec proprio sensui innititur, sed ad solum Deum credendum, cogitandum, & intelligendum se erigit, tunc bene praecingitur duplici cingulo, scilicet fidei, & veritatis, Isa. 11. Et fides cingulo

Isa. 23. Intellectus donum elicitur specialiter a scripturis factis. Vexatio pro seruatione diligentia scripturae. Moyses legifer. Reges pro Patre, & Filio, & Spiritu sancto. Intellectus dona praecant Deo. Prou. 14. Corona stellarum 12. pro corona gloriae. Prou. 4. Aaron interpretatur mons vel montanus. Sapientiae donum est supremum donorum Spiritus sancti. Sap. 7. Sapientiae donum mos est fortis & altus. Iacob 4. Rom. 11. Sacerdos summus sapientiae donum est sacerdos summus. Sap. 12. Donum primum & vltimum Spiritus sancti Sacerdotibus adaptatur quare. In altari aeneo holocaustum expiationis celebratum. In altari aureo libamen thymiamatis offertur. Luc. 12. Perfectio iusti in tribus consistit. Psal. 38. Psal. 33. Lumbi animae quinque. Ratio, voluntas & memoria sunt lumbi animae.

**Eph. 6.** Voluntas cingenda. Voluntas cingulum. **Ezech. 18.** Memoria cingulum. Memoria quibus cingenda. Memoria peccata recolori debet. Memoria officium. **Leu. 19.** **Jerem. 2.** Loth vxor in statuam salis versa quare. **Gen. 19.** **Isa. 38.** **Thren. 3.** **Cant. 1.** **Iob 5.** **Ecl. 7.** **Jerem. 51.** **Psal. 41.** Loth vxor in statuam salis versa quare. Ratio restringenda & cingenda à luto auaritiæ, **1. Cor. 3.** **Luc. 16.** Rationis cingulum duplex. **Hieron.** Mundus nõ diligendus. **Osee 4.** Voluntas à luto luxuriæ cingenda cum cingulo duplici. A luxuria cingulo duplici voluntas restringitur. Austeritas & castitas cinguli duplex contra luxuriam. **Prou. 30.** **Prou. 31.** **Ezech. 6.** **Math. 3.** **Isai. 41.** Memoria cingulo duplici cingenda. **Iob 29.** **Thren. 3.** **Apoc. 1.** **Apoc. 15.** Auro denotatur Charitas.

**rium renum eius.** **Ephes. 6.** State succinãt lumbos vestros in veritate. Item voluntas cingi debet vt non omnibus voluptatibus se exponat, sed ad solum Deum diligendum omnes affectiones suas colligat & restringat. Vnde dicit. *Domine ante te omne desiderium meum.* &c. Sic monebat succingi Ecclesiasticus cap. 18. *Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere.*

Memoria beati succincta est, dum non est memoria iniuriæ proximorum ad rancorem: nec peccati præteriti, ad delectationem: sed peccata recolorit & conteritur: & passionem Christi, & ei compatitur: & miseras proximi, & miseretur: & dolorem mortis, id est, inferni, & timore afficitur, & gaudia cæli, & in expectatione lætatur.

De prima memoria dicitur **Leuit. 19.** *Nec memor sis iniuriæ ciuium tuorum.* De secunda **Ier. 2.** *Quam vilis facta es nimis, iterans vias tuas.* Hinc vxor Loth quia respexit retrorsum, versa est in statuam salis, **Gen. 19.** De tertia, **Isa. 38.** *Recoꝑtibi tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee.* De quarta, **Thren. 3.** *Recordare paupertatis & transgressionis mee, absinthij & fellis.* Memoria memor ery, & tabescet in me anima mea. **Cant. 1.** *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* De quinta, **Psal. 40.** *Beatus qui intelligit super egenũ & pauperem, Iob 5.* *Visitans speciem tuam non peccabis.* De sexta, **Ecl. 7.** *Memorare nouissima tua & in æternum non peccabis.* De septima **Isa.** *Qui reminiscimini Domini ne taceatis donec ponat Hierusalem laudem in terra. Ecce saluator tuus venit, ecce merces eius cum eo.* &c. **Ierem. 2.** *Recordamini Domini procul, & Hierusalem ascendat super cor vestrum,* **Psal. quinquagesimo primo.** *Hac recordatus sum, & effudi in me animam meam, quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei.*

Ratio ergo cingenda est & restringenda à luto auaritiæ, ne nimis se applicet ad terrena. **1. Cor. 3.** *Sapientia huius mundi, stultitia est apud Deum,* **Luc. 16.** *Prudentiores sunt filij huius sæculi filijs lucis.* Huius est duplex cingulum, vt dictum est, fides & veritas, quæ sunt contra mundum. Hieronymus. Qui veram fidem habet de Deo, non querit diues fieri in his miseris. Et qui veritatem de mundo sciret, quomodo mendax est, eum non diligeret, **Osee 4.** *Non est veritas Dei in terra.*

Voluntas restringenda est à luto luxuriæ duplici cingulo, scilicet castitatis & asperitatis seu austeritatis. De primo, **Prou. 30.** *Gallus succinctus lumbos suos.* Et 31. de muliere forti. *Succinxit fortitudine lumbos suos, Ezech. 6.* *Et cinxite byssos.* De secundo cingulo, **Math. 3.** de Ioanne. *Habebat zonam pelliceam circa lumbos suos.* **Isa. quadragesimo primo.** *Erit iustitia cingulum lumborum eius.*


Memoria etiam cingenda est duplici cingulo à cogitationibus & recordationibus illicitis, quorum primum est doloris pro suis & alienis defectibus, **Iob 29.** *Deus flagellis suis me cinxit,* **Thren. 3.** *Circumdedit me fille & labore.* Secundum est charitatis pro memoria beneficiorum Dei & æternæ gloriæ, **Apoc. 1.** *Præcinctum ad mamillas zona aurea.* Et **Apoc. 15.** de septem Angelis. *Præcincti circa pectora zonis aureis.* Auro enim denotatur charitas. Sequitur.

Et lucernæ ardentes in manibus vestris. In quo notatur profectus virtutum. Lucerna tria ha-

ber, lychnum, ceram, & ignem (vt per lucernam cereus incensus intelligatur) per quæ fides, spes, & charitas denotatur. Lychnus qui ex multis filiis fit, est fides ex pluribus articulis. Iste debet esse excussus ab aristis, scilicet ne credas fortilegiis, id est, documentis veterularum. Nota, lychnus quanto est intra ceram profundior, tanto candela est melior, sic fides quanto est de occultioribus & quæ supra rationem sunt. Cera quæ ex fauis mellis conficitur est spes, quæ procedit ex puritate conscientiæ. Sepum factens est spes in carnalibus & terrenis desideriis, **Ierem. 17.** *Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & à Domino recedit cor eius.*

Ignis charitas est, **Luc. 12.** *Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt ardeat?* Sicut enim ignis supremus est in candela, ita charitas inter virtutes, quia maior horum charitas.

Hunc ignem extinguant tria, scilicet ventus superbiæ, aqua gulæ & luxuriæ, & profunda obscuritas auaritiæ, sicut qui candelam includeret in pyxidem, statim extingueretur, aut in furnum obstruam.



DE VNO CONFESSORE.

Sermo III.



**NO** CH placuit Deo, & translatus est in paradysum, **Ecl. 44.** Enoch interpretatur dedicatio. Hic igitur N. bene dicitur Enoch. Dedicauit enim non solum templa manufacta, sed & spiritualia, sc. corpus & animam propriam, & corpora & animas subditorum. **1. Cor. 6.** *Nescitis, quia corpora vestra templum sunt Spiritus sancti qui in vobis est?* Et **1. Cor. 3.** *Templum Dei sanctum est, quod estis vos.* Dedicare autem est de communi vsu diuino ocului mancipare.

Placuit N. Deo in tribus, de quibus **Ecl. 25.** *In tribus placitum est spiritui meo quæ sunt probata coram Deo & hominibus. Concordia fratrum, & amor proximorum, & vir & mulier sibi bene consentientes.* Hic notantur tres virtutes, quarum prima pertinet ad seipsum, secunda ad proximum, tertia, ad Deum. Per concordiam enim fratrum, intelligitur munditia corporis & anime. Duo enim fratres sunt, corpus & spiritus, inter quos est concordia, dum sensualitas rationi pacifice se submittit. Nam dum spiritus desideris carnis se subdit, ibi non est vera concordia, sed in tali pace est animæ amaritudo amarissima, **Genes. 21.** **Ismael** ludebat cum **Isaac**, & coegebat eum idola adorare, quod fit dum caro spiritui illudit, sed **Sara**, id est, princeps & dominatus animi, non potest pati

Lucernæ ardentes in manibus pro profectu virtutum. Lucerna tria habet moraliter de tribus virtutibus theologicis. Lychnus lucernæ pro fide. Cera pro spe theologica. Sepum factens pro spe in carnalibus & terrenis desideriis. **Ierem. 17.** Ignis lucernæ pro charitate. **Luc. 12.** Ignis supremus in lucerna: sic charitas inter virtutes. Ignis à tribus extinguitur. Charitas extinguitur à tribus. **Ecl. 44.** Enoch interpretatur dedicatio. Tempa spiritualia corpus & anima. **1. Cor. 6.** **1. Cor. 3.** Dedicare quid. **Ecl. 25.** Placendum Deo in tribus. Concordia fratrum, pro munditia corporis & anime. Fratres duo sunt corpus & spiritus. Sensualitas rationi se submittit. Est concordia inter corpus & spiritum. **Ismael** ludebat cum **Isaac**, & coegebat eum idola adorare. **Ismael** pro carne.

**Iacob** & **Esau** pro carne & spiritu. **Galat. 5.** Amor proximorum pro charitate fraterna quæ omnia communi facit. **Colof. 3.** Vir & mulier sibi bene consentientes pro anima voluntati diuine in omnibus acquiescente. Voluntati Dei consentiens Deus ipse voluntati consentit. **Psal. 144.** **Mich. 6.** **Jerem. 9.** Translatus in paradysum quid. Paradysus triplex. Paradysus pro Ecclesia. Paradysus pro gloria cælesti. Paradysus pro feretro precioso. In paradysum terrestrem tres fuerunt translati: **Adã** de agro **Damasceno** in quo erat creatus translatus in paradysum terrestrem. Enoch translatus quomodo nescitur. **Helia** translatus in curru igneo, ferreo ac aureo. Translatio gloriosa **Satorũ** quando rapiuntur in iudicij die in nubibus obuiã **Christo**. Iustus dedicandus **Domino**, quomodo. Enoch pro iusto. Dedicatio diuersa & multiplex.

pati: sed dicit. *Eiice ancillam & filium eius.* &c. Hi in figura sunt **Esau** & **Iacob**, quorum vnum supplantauit alter. **Galat. 5.** *Caro concupiscentia aduersus spiritum.* &c.

Secundum est amor proximorum, per quem intelligitur charitas fraterna, quæ omnia communia facit. **Coloff. 3.** *Super omnia charitatem habete, quod est vinculum perfectionis.*

Tertium, est vir & mulier sibi bene consentientes, scil. dum anima voluntati diuine in omnibus acquiescit, vt dicat; Non mea voluntas, sed tua fiat. Qui sic consentiet voluntati Dei, Deus voluntati eius consentiet, quia **Psal. 144.** *Voluntatem rimentium se faciet.* De his tribus **Mich. 6.** *Indicabo tibi o homo quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te. Vtique facere iudicium, scil. de teipso, & diligere misericordiam, scil. quo ad proximum, & sollicite ambulare cum Deo tuo, scil. quo ad Deum.* Et **Ierem. 9.** *Ego sum Dominus qui facio misericordiam & iudicium & iustitiam in terra. Hac enim placent mihi.* Sequitur.

Translatus est in paradysum, scilicet, triplicem Primo, quando ex humili populo translatus est ad honorem Pontificatus, & factus est Prælatus paradisi, id est, Ecclesiæ.

Secundo in die mortis, quando anima translata fuit in paradysum cælestem.

Tertio, hodie, quando eius ossa de sepulchro & puluere translata sunt in feretrum preciosum. Et secundum hæc nota tres fuisse translatos in paradysum terrestrem, scil. **Adã** de agro **Damasceno** in quo creatus erat: & pertinet ad primum. Et **Enoch**, de quo nescitur quomodo, quia inuisibiliter, & pertinet ad secundum. Et **Heliam**, qui in curru igneo resplenduit & ferreo ac aureo, quo ad tertium. Sed quarta translatio erit gloriosa, quando in die iudicij anima corpore induta simul rapietur in nubibus obuiam **Christo** in aëra.

Moraliter. Enoch est quilibet iustus, qui debet Domino dedicari, vt crucem contritionis habeat interitus, & crucem corporalis afflictionis exterius.


Nota, Quidam dedicantur Domino intus & extra, vt perfecti. **Exod. 12.** *Sument de sanguine ac ponent super vtrumque postem.* Quidam extra & non intra, vt hypocrite. Hi sunt similes domibus, in quarum parietibus ponuntur cruces exterius, ne mingatur contra eas. Talis sunt qui religionem simulant ne vilescant, & ne eis detrahatur, aut beneficia subtrahantur, quorum proba sunt dicta oris, vana cordis. Hi signantur per Samaritanos, qui ne mordeantur à leonibus Deum colebant, idolis suis nihilominus seruietes, **4. Reg. 17.** **Ideo Math. 23.** *Va vobis hypocritæ, qui similes estis sepulchris dealbatis, quæ foris apparent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia.* Quidam nec intra nec extra, seu nec intus nec foris dedicantur Deo, vt aperte mali. Hi de templo sancto suo, id est, quod esse debebant, facti sunt **Mahomethi** & **Satanæ** Synagoga.

Dedicatur autem Ecclesia per tria, scilicet, per penitentiam ad se, per compassionem ad proximum, per deuotam orationem ad Deum. Hinc ad dedicationem exiguuntur tria, scilicet, cinis ex quo fit aqua benedicta, per quam lacrima & contritio significantur: Oleum quo inunguntur parietes, per quod compassio: Lu-

minaria & thus, per quæ oratio & contemplatio. Nunc autem in dedicatione triplex fit circuitus. Primus per contritionem **Isai. 38.** *Recoꝑtibo tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee.* **Isai. 23.** *Circumi ciuitatem meretricis obliuioni tradita.*

Secundus circuitus fit per compassionem. **Genes. 2.** *Phison circumit omnem terram Euilath,* id est, omnes defectus proximorum. **Phison** est oris mutatio, siquidem compatiens omnibus omnia fit, flens cum flentibus, & gaudens cum gaudentibus, &c. Habet aurum optimum, id est, excellens merium charitatis. Tertius circuitus fit per contemplationem. **Psal. Circuui & immolauit. &c. **Eccles. 24.** *Gyrum cæli circuui ni sola,* &c. Bene sola, quia solitudinem querit contemplatio. **Osee.** *Ducam eam in solitudinem, & ibi loquar ad cor eius,* &c. Qui sic esset **Enoch**, placeret Deo, & transferretur in paradysum.**

Ad Dedicationem tria exiguntur. Cinis pro contritione & penitentia. Oleum pro compassione. Luminaria & thus pro oratione. In dedicatione circuitus triplex. Circuitus triplex in dedicatione, moraliter. **Phison** interpretatur oris mutatio. Contemplatio querit solitudinem. **Isai. 38.** **Isai. 23.** **Gen. 2.** **Osee. 2.**



DE VIRGINIBVS, aut vna Virgine.

Sermo I.

Cuius prima pars est, de Incarnatione Domini.



**C**OE sponsus venit, &c. **Math. 25.** Triplex est Christi aduentus, in carnem, in mentem, & ad iudicium. In quodlibet horum venit Christus tanquam sponsus.

In primo enim desponsauit naturam humanam in thalamo vteri virginalis. Hic est **Iacob**, qui consilio **Rebecce** egressus est de patria sua in Mesopotamiam ad **Laban**, vt inde duceret vxorem. Sic Christus consilio diuinæ prouidentie vxorem in patria noluit accipere, id est naturam Angelicam, sed humillimam de exilio huius mundi. **Hebr. secundo.** *Nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit.* Huic sponso & sponsæ tria dabant in dotem consanguinei. Primo vestem nuptialem, habendo, scilicet charitatem mentis, & corporis puritatem. **Ecl. 19.** *Omni tempore vestimenta tua sint candida.* **Marth. 22.** *Quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem?* Vere naturam tuam mundam seruare debes, quam filius Dei dignatus est desponsare. Sicut si filiam pauperis rex duxisset, tota pauperis parentela dignius se haberet. **Ecl. 10.** *Fili in mansuetudine serua animam tuam,* &

Aduentus Christi triplex. Christus vt sponsus venit in carnem, mentem & ad iudicium. Christus in aduentu primo desponsauit naturam humanam. Christus **Iacob** mystice duxit vxorem. Christus in patria vxorem noluit accipere, id est, Angelicam naturam. **Hebr. 2.** Vestis nuptialis pro puritate corporis & charitate mentis. **Ecl. 9.** **Marth. 22.** **Ecl. 10.**



Iob. 7. Elecmofynæ xenia sua quæ afferuntur sponfo & sponfa. Gen. 43.

da illi honorem secundum meritum suum, &c. Iob 7. Quid est homo, quia magnificas eum, &c. Secundo pretiosa xenia sponfo & sponfae offerendo. scilicet per elecmofynarum largitionem Gen. 43. Sumite de optimis terræ frugibus in vasis vestris, & deferre viro munera, scilicet Christo nuper nato, quali nouo sponfo. Psalm. 44. Filia Tyri in muneribus, &c.

In die Christi natiuitatis cantica lætitiæ decantata.

Tertio, cantica lætitiæ decantando, scilicet per gratiarum actionem. Vnde in ortu Domini, cecinerunt Angeli, Gloria in excelsis Deo, &c. Hinc vnus de parentibus sponfae dixit, Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit. Mirum enim fuit quod tam altissimus, tam humillimam vxorem duxit.

Item, quod Deus factus est homo, quod mater virgo. Vnde nota quatuor mirabilia ex parte matris.

Virgo Maria grauida sine labore peperit sine dolore.

Primum, quod concepit sine viro. Secundum, quod peperit virgo. Tertium, quod concepit solo verbo. Quartum, quod fuit grauida sine labore, & ita peperit sine dolore.

Nota, etiam quatuor ex parte corporis Christi.

Primum, quia fuit in instanti cõficiatum. Secundum, quod in eodem animatum. Tertium, quod fuit omni gratia dotatum. Quartum, quod deificatum.

Anima Ch. sine macula plena omni gratia, sapientia & naturæ diuinæ vnita. Vno immediata naturæ diuinæ ad humanam.

Nota tertio ex parte animæ eius quatuor. Primum, quod fuit cincta sine macula. Secundum, quod plena omni gratia. Tertium, quod plena omni sapientia. Quartum, quod diuinæ natura vnita.

Quarto ex parte diuinæ naturæ, nota quatuor.

Primum, quod fuit vno immediata. Secundum, quod fuit vehementissima seu maxima. Tertium, quod liberalissima. Quartum, quod perpetua.

Asina pro natura humana.

Dicta autem tria quæ fecerint parentes, & nos facere debemus sponfo & sponfae, quæ solent facere amici in occurfu, fecerunt pueri Hebræorum exeuntes obuiam Christo super asinam sedenti, id est, carnem nostram assumenti. Matth. 21.

Matth. 21.

Primo, vestem nuptialem habent, dum vestes veteres exeuntes coram Domino prosternunt. Eph. 4. Exuite veterem hominem & induite nouum qui secundum Deum creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis.

Eph. 4.

Secundo, ramos de arboribus & flores ante Dominum protulerunt, scilicet, per elecmofynarum largitionem, nam elecmofynæ ramis arborum similes sunt. Sicut enim arbor ramis superfluis moderate præcisissis melius fructificat, sic ei qui de proprio elecmofynas facit, Dominus residuum multiplicat magis. Prou. 28. Qui dat pauperi non indigebit, qui despicit deprecantem, sustinebit penuriam. Luc. 6. Date & dabitur vobis, &c. Florere etiam vocat Apostolus elecmofynas dare. Philip. 3. Gaudeo quod vos tandem restoruisistis, scilicet, elecmofynas dando.

Arborum rami & flores pro elecmofynis.

Elecmofynæ rami & flores arborum.

Prou. 28.

Luc. 6.

Florere pro elecmofynâ dare.

Philip. 3.

Tertio, laudes Domino cecinerunt dicentes: Hosanna filio David, &c. quod pertinet ad gratiarum actionem. Psalm. Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo.

Aduentus secundus Christi tanquã sponfa.

In secundo aduentu venit Christus quasi sponfus animi, in quo aduentu quotidie per gratiam patris animabus coniungitur. 2. Corinth. 11. De-

spondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Hoc est coniugium Isaac & Rebecca Gen. 26. Vidit Abimelech rex Palæstinorum prospiciens per fenestram Isaac iocantem cum Rebecca vxore sua, & accersito eo ait. Perspicuum est quod vxor tua sit, &c. Si vis ergo habere harum gaudia nuptiarum, & esse sponfa Christi, para te, & exi obuiam ei.

Coniugium Christi anima per gratiam. Isaac & Rebecca coniugium pro coniugio Dei cum anima. Gen. 26. Abimelech rex Palæstinorum. Vt sponfa perfecte placeat sponfo tria necessaria sunt iustitia, misericordia, & fidelitas. Quoad sponsum. Anima sponfa Dei. Osee 2. Discretio necessaria ad iustitiam de carne exercendam. Eccl. 33. Seruus fidelis pro corpore, quomodo. Corpus seruus fidelis, quomodo. Misericordia in compassione cordis. Miseratio in exhibitione operis. Mich. 6. Ambulare sollicitum coram Deo. 2. Cor. 5. Psalm. 118. Virgines parauerunt se tribus modis ut obuiam sponfo irent. Ad lampadis ornam tria exiguntur. Puritas vitæ respicit seipsum. Misericordia respicit proximum. Fides respicit Deum. In aduentu tertio Christus tanquã sponfus quare, plenus in sponfas adulteras venit. Prou. 6. In vindicta die iudex Christus non parcat.

Tria autem sunt sponfae necessaria ad hoc vt perfecte placeat sponfo suo, scilicet, vt sit iusta & morigerata in se per refrenationem omnium illicitorum, misericors & læta quo ad familiam, & amicus sponfi, & fidelis in omnibus, quo ad sponsum.

Quod per hæc tria fiamus sponfae Christi dicit Dominus Osee 2. Et sponsabo te mihi in sempiternum, & sponsabo te mihi in iustitia & iudicio, & in misericordia & in miserationibus, & sponsabo te mihi in fide, & scies quia ego Dominus, in iustitia & iudicio, ecce primum, quia sine discretione, & iudicio iustitiam exercere de carne non prodest. Eccl. 33. Si est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua. Verum sine iudicio nihil facias graue, scilicet, contra eum. Seruus fidelis est corpus quod non inclinatur ad aliquid mortale.

Sequitur. In misericordia & miserationibus, ecce secundum, quo ad proximum. Misericordia est in compassione cordis. Miseratio in exhibitione operis. Quod additur. Et sponsabo te mihi in fide, pertinet ad tertium. De his tribus Mich. 6. Indicabo tibi o homo, quod sit bonum & quid Dominus requirat a te. Vtique facere iudicium, ecce primum, & diligere misericordiam, ecce secundum, & sollicitum ambulare coram Deo suo, ecce tertium, scilicet, fidem seruare. 2. Cor. 5. Per fidem ambulemus. Et bene dixit. Sollicitum ambulare, &c. quia caute inuestiganda est fides nec nimis curiose. Hæc tria petierat Dauid dicens. Psalm. 118. Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me: quia mandatis tuis credidi. His tribus modis parauerunt se virgines sapientes, quæ exierunt obuiam sponfo in Euangelio hodierno, & ornauerunt (inquit) lampades suas. Nam ad ornatum lampadis tria exiguntur: claritas virri, plenitudo olei, lux intus accensa. In primo notatur vitæ puritas ad seipsum. In secundo, misericordia ad proximum. In tertio, fides ad Deum.

In tertio aduentu, venit tanquam sponfus zelum & furorem ostendens contra sponfas adulteras dicens: Nescio vos, & mittens eas in tenebras exteriores, & charitatem erga fideles, introducens eas in thalamum æternæ beatitudinis. Tunc enim venit vt exhibeat sibi gloriosam, Ecclesiam sponfam suam, non habentem maculam neque rugam. Eph. 5. De zelo autem in adulteram dicitur Prou. 6. Zelus & furor viri non parcat in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima. Vnde hic est Sampson qui vxorem suam Phylisteam, quæ eo absente alij se coniunxerat, rediens fecit à Phylistæis comburi. Iudicium decimo quinto.

Si vis ergo euadere & admitti in amplexus eius, præueni aduentum eius sicut fecit Abigail, 1. Reg. 25. quæ Dauid venienti ad vindictam contra maritum eius occurrit & attulit ei sex munera, per quæ sex opera misericordiae designantur, per quæ placauit iram eius, & facta est postea

Abigail sex munera Dauidi obtulit moraliter. Misericordie opera designantur per sex munera Abigail oblata Dauidi. Esuriet pro alicuius corporalis subsidij indigentia. Itai. 58. Sitiit quis sitientem potare vinum exhibere moraliter. Hospitem recipere, quid moraliter. Jerem. 3. Isa. 46. Luc. 11. Vestire nudum moraliter. Apoc. 16. Vestimenta pro virtute & scientia Arietes, pro exemplis sanctorum. Doctrina prudentis ornamentum aureum. Eccl. 21. Visitare infirmum, id est, consolari tentatum. Huic ministra vas passas, id est, compassionem cordis & verbum consolationis. Vna dulcis pro consolatione. Vna dulcis pro consolatione. Soluere incarcerationem moraliter. Ficus pro deuota oratione. Animalibus purgatorij tione. purgatorij ficus exhibenda, id est, orandum. Ficus sanauerunt vlcus Ezechia. Isa. 30. Oratio sanat vlcus peccati Gen. 40. Ad nuptias æternas recipietur qui opera misericordie exhibuerit. Psalm. 111.

postea vxor eius. Sex munera sunt hæc, panis vinum, arietes, polenta, vna, ficus. Primum opus misericordie est pacere esurientes. Esurit autem qui aliquo corporali subsidio indiget. Huic panem ministrat, qui sustentamento quo potest, necessitatem eius releuat. Itai. 46. Redite prauaricatores ad cor. Itai. 57. Absconde fugientes, & vagos ne prodas. Habitabunt apud te profugi mei. Hos ergo qui abierunt vagi in via cordis sui. Itai. 57. respice & recipe in hospitium cordis tui, & para eis potentiam blandæ admonitionis, vt redeant ad cor suum, vt amico de via venient panes concedere non cesses. Luc. 11.

Secundum est, potare sitientem. Sitiit autem qui fontem vitæ toto desiderio concupiscit: vt perfectus. Psalm. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, &c. Huic vinum exhibet, qui eum exhortando & latificando ad meliora promouet.

Tertium, est hospitem recipere, id est, vagos, & instabiles ad seipos reducere. Ierem. trigesimo primo. Vsq; quo delitiis dissolueris filia vagabunda. Redite prauaricatores ad cor. Itai. 57. Absconde fugientes, & vagos ne prodas. Habitabunt apud te profugi mei. Hos ergo qui abierunt vagi in via cordis sui. Itai. 57. respice & recipe in hospitium cordis tui, & para eis potentiam blandæ admonitionis, vt redeant ad cor suum, vt amico de via venient panes concedere non cesses. Luc. 11.


Quartum, est vestire nudum, scilicet, virtutibus & scientia. Apocalypsis decimo sexto. Beatus qui custodit vestimenta sua ne nudus ambulet. Huic ministra arietes, id est, exempla sanctorum vt ipsum saties carne ipsorum, id est, exemplo virtutum, & induas lana, id est, ignorantiam eius intrinas scientia siue doctrina ipsorum. Nam ornamentum aureum prudenti doctrina est: vt dicit Eccl. 21.

Quintum est, visitare infirmum, id est, consolari tentatum. Huic ministra vas passas, id est, compassionem cordis & verbum consolationis. Hoc est vinum compunctionis & oleum vactionis quæ infundenda sunt vulneribus sauciati. Luc. 10.

Sextum est, incarcerationem soluere, id est, eum qui in peccato est vel in purgatorio. Huic exhibenda sunt ficus, id est, deuota oratio. Nam ficus sanauerunt vlcus Ezechia. Itai. 38. sic & oratio vlcus peccati.


Item, orati o soluit peccatorem à carcere, id est, animam de purgatorio. Gen. 40. Memor esto mei dum bene tibi fuerit, vt suggeras Pharaoni, vt educat me de isto carcere.

Qui hæc sex exhibuerit in iudicio, non timebit, sed recipietur ad nuptias æternas. Psalm. 111. Iucundus homo qui miseretur & commodat, disponit sermones suos in iudicio, quia in æternum non commonebitur. Qui in his sex annis Domino seruerit in presenti, in septimo egredietur liber, vt dicitur Exodi 21. de seruo Hebræo. Hæ sunt sex ciuitates refugij. Iosue 20. Hinc est quod virgines Assueri regis sex mensibus oleo vngentur myrrhino, antequam ad eius cubiculum ducebantur. Hesther secundo. Hæ sunt sex gradus purificationis in nuptiis in Chana Galilæe. Ioan. 2.



DE VIRGINIBVS,

Sermo II.



ESPONDI vos vni viro virginem castam exhibere Christo. 2. Cor. 11. Nota, anima desponsatur Domino per fidem in baptismo Osee 2. Sponsabo te mihi in fide. In presenti autem vita non sunt nisi sponsalia, sed in futura quæ bene probate fuerint tradentur ad nuptias æternas quando Christus exhibebit sibi Ecclesiam suam, speciosam sponfam non habentem maculam neque rugam, aut aliquid huiusmodi. Eph. 5.

Nota, cum omnes animæ sponfae sint Christi specialius tamen virgines propter tria.

Primum, quia sicut sponfus & sponfa sunt vna, caro, 1. Cor. 6. ita caro virginum carni Christi verius se conformat quam aliorum, quia sicut caro Christi non vidit corruptionem, sic nec caro virginum.

Secundum, quia quicquid habet sponfus, habet & sponfa. Sic virgines in pluribus virtutibus assimilantur Christo quam ceteri. Et si enim alij sunt ei similes in iustitia, misericordia, charitate, &c. non tamen in virginitate. Virgines etiam ipso Martyrio Domino assimilantur. Si enim genus Martyrij est castitas in iuuentute, vt dicit Augustinus, quanto magis virginitas tota: Hinc est quod virgines sequuntur agnum quocumque ierit, Apoc. 14.

Tertium est, quod sicut sponfa decentius ornatur quam reliquæ scæminæ, ita virgines, quæ habebunt aureolam. Virginem ergo te esse oportet, id est, incorruptam habere animam, si vis fieri sponfa Christi. Ipse enim est summus Sacerdos, qui tantum virginem de populo suo ducit, non viduam, non repudiatam, non vile prostibulum, vel meretricem, vt dicitur Leuit. 21. Vidua sit anima per superbiam, quæ primum sponsum suum interfecit, scilicet, luciferum. Vnde huic potest dici. Interfectrix vxor tu es, & suffocas gentem tuam. Hæc est vidua de qua iudex sapiens expedit te, ne in nouissimo suggillet eum. Luc. 18. Repudiata est per auaritiam. Diuitias enim repudiavit Dominus, quando regnum cælorum pauperibus promisit & non diuitibus. Luc. 14. Qui non renunciauerit omnibus quæ possidet non potest meus esse discipulus. Vile prostibulum, per luxuriam, quæ vilior ceteris est vitiiis. Vnde de meretrice dicitur Ierem. 2. Quam vilis facta es? Et Ezech. 16. Quæ erubescunt in via tua scelerata. Hæc igitur lic repudiata à Christo duxit diabolus. Hæc est auaritia, quæ in prosperitate confitetur. Psalm. Confitebitur tibi cum benefeceris ei. Zach. 11. Benedictus Dominus diuites facti sumus.

Item, Bethsamach, id est, confusio donatoris, hoc est luxuria, de qua etiam confunditur diabolus.

2. Cor. 11. Desponsatio animæ per fidem fit in baptismo. Osee 2. Sponsalia sunt Dei cum anima tota vita præsens. Nuptiæ Dei cum anima in futura vita. Anima omnes sponfae sūt Christi. Virgines specialius sponfae sunt Christi, quam alia animæ propter tria. Sponfus & sponfa caro vna. 1. Cor. 6. Virgines assimilantur Christo in pluribus virtutibus. Virgines assimilantur Deo Martyrio. Castitas in iuuentute genus martyrij. Apoc. 14. Sponfa ornatur de centis quæ reliquæ scæminæ. Virgines autem aureolam habebunt quare. Anima incorrupta est virgo & sponfa Christi. Sacerdos summus virginem ducit. Leuit. 21. Superbia fit anima vidua. Superbia interfecit primum suum sponsum. Repudiata ducitur à diabolo. Luc. 18. Diuitiæ repudiata à Domino. Luc. 14. Luxuria vilior ceteris vitiiis. Ierem. 2. Ez. 16. Zach. 11.



Ezech. 16. Palæstina interpretatur derelictas. Luxuria elongat à patria domo. Luc. 15. Malach regnatricis. Job. 40. Deut. 22. Virginitatis signa sponsa exhibere tenetur spòso, quæ sunt quatuor. Mamillarum duritia atque modicitas virginitatis signum. Mamillas amplas fractas ac molles habent corruptæ. Animæ modicæ quæ affectio & cognitio sunt mamillæ animæ. Mamillæ animæ modicæ, quænam. Vberum modicitas & durities signum virginitatis. Cant. 8. Mamillarum durities, moraliter. Cant. 8. Vbera mollia & grossa animæ corruptæ, quæ affectus corrumpit per peccatum. Ezech. 16. Affectio & cognitio mulieris dicitur. Virgo pauper, signum virginitatis. Dona circa puellam debent virginitatis. Paupertas sponsæ laudis est. Afferus Hester pauperem in sponsam elegit moraliter. Hest. 2. Corruptas animas diabolus temporalium muneribus.

bolus tentare animam. Ezech. 16. Dabo te in animas odientium te. filiarum Palæstinae, quæ erubescunt in via tua scelerata. Interpretatur enim derelictio, quia tales longius fugientes Dominus derelinquit. Psal. Qui elongant se à te, peribunt, perdidisti omnes qui fornicentur abs te. Hinc filius prodigus viuendo luxuriose elongauit se à patre abiens in regionem longinquam Luc. 15.

Item Malach, hoc est regnatricis, id est, superbia. Job 40. Ipse est rex super omnes filios superbiæ. Has non ducit nec matrimonio sibi coniungit Dominus, sed tantum virgines, videlicet animas incorruptas. Si vis igitur fieri sponsa Christi, oportet te ostendere signa virginitatis tuæ. Hæc est lex Deuter. 22. Si sponsus quærat signa virginitatis in sponsa, ipsa tenebitur exhibere.

Sunt autem quatuor signa in muliere, quæ fit virgo. Primum est, mamillarum duritia atque modicitas (Corruptæ enim amplas & fractas ac molles habent mammas) Duæ sunt mamillæ in anima, cognitio & affectio. Hæc modicæ sunt, quando cognitio non plus appetit sapere quam oportet: sed ad sobrietatem, & ad Deum tantum cogitandum & cognoscendum se restringit, non se diffundens ad terrenam sollicitudinem & inanem scientiam. Nam scientia inflat, id est, vbera intumescere facit.

Item, quando affectio tantum Deum diligit & desiderat. Psal. Domine ante te omne desiderium meum: & gemitus meus à te non est absconditus, non se per carnales concupiscentias dilatans vel per propriam voluntatem. De hac modicitate vberum dicit sponsus. Cant. 8. Soror mea parua est, vbera non habet, scilicet nisi modica, & quantum paruaulam virginem decet.

Item dura debent esse per constantiam & per seuerantiam in bono, ut intellectus de Deo memoriter cogitet, & affectus ipsam fortiter & perseveranter amet. De hac duritate dicit sponsa Cant. 8. Ego murus, & vbera mea sicut turris, id est, dura sicut turris. Nam animæ corruptæ grossa & mollia habent vbera, dum affectus corrumpitur per peccatum. De grossiore Ezech. 15. Vbera tua intumuerunt, & pilus tuus germinauit. De mollitie Ezech. 23. Duæ mulieres, filie vnius matris fuerunt, & fornicatae sunt in Aegypto. In adolescentia sua fornicatae sunt. Ibi subacta sunt vbera earum & fractæ sunt mammae pubertatis earum. Duæ istæ mulieres sunt cognitio & affectio: de quibus iam dictum.

Secundum signum virginitatis est pecuniæ paupertas, si enim inuenirentur dona circa puellam, crederetur non esse virgo, sed à peccatore & impudico accepisse. Vnde vulgo dicitur. Ille est pauper plus quam puella seu virgo. In quo notatur vera paupertas. Christus enim sponsus noster Rex est, qui sponsam pauperem & nudam vult accipere, sicut reges nihil accipiunt cum vxoribus, quia non indigent. Hinc est quod Rex Afferus Hester pauperem & nudam elegit sibi in sponsam, quæ non quaesierat sibi cultum. Hesther 2. Contra diabolus per munus rerum temporalium corrumpit animas. Vnde Ezech. 16. Omnibus meretricibus dantur mercedes. Sed verus Boos diues, id est, Christus: Ruth pauperem accipit in vxorem.

Tertium signum est vocis gracilitas, dulcedo, & simplicitas. Corruptæ enim voces obtusas &

grossas habent. Simplex est vox, quæ defectus tuos pure confitetur. Dulcis quæ edificat & consolatur. Gracilis, quæ per deuotam orationem cælum penetrat, & Deum iugiter delectat. Vnde sponsus, Cant. 2. Sonat vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis. Et Cant. 8. Quæ habitas in hortis, amici auscultant, fac me audire vocem tuam. Sic vox grossa & rauca est vox de terra. Ita vigesimonono. De terra loqueris, & de humo audietur eloquium tuum. Et erit quasi Phyonis de terra vox tua.

Quartum signum est faciei reuelatio & capitis nudatio. Solent enim nuptæ & corruptæ velis & pepis capita obumbrate & tegere, sed virgines non. Vnde in die nuptiarum capillis expansis sine velamine aliquo benedicuntur. Vbi puritas diuinæ contemplationis denotatur. Caput enim animæ mens est, quæ nuda est, quando libere & aperte cælestia contemplatur. Sic virginem se probat Apostolus 2. Cor. 3. Nos reuelata facie gloriam Domini speculantes in eandem imaginem transformamur. Hinc sponsus Cant. 2. Ostende mihi faciem tuam. Sed Lazarus putridus & corruptus habet faciem sudario inuolutam. Ioan. 11. Quia mens peccato corrupta erigere se non potest ad cælum contemplandum. Hinc Rex Gerara, id est, diabolus dedit Saræ velamen oculorum postquam eam se iuit corruptam, & non virginem. Genes. 20. Hinc corruptas præcepit Apostolus esse velatas, 1. Cor. 11. Debet mulier velamen habere super caput suum, propter Angelos, id est, presbyteros. Si te sic virginem esse probaueris, Christi sponsa eris.

Sed nota. Spontalia soluuntur per septem, vt dicit Tancredus in summa, per quæ notantur septem peccata mortalia, quæ separant matrimonium inter Deum & animam. Primo, per religionis ingressum. Religio enim vel regula diaboli quam in cælo instituit, id est, superbia, separauit hominem à Deo quando primos parentes vitio elationis peccare fecit. Sub hac regula sunt omnes superbi. Job 40. Ipse est rex super filios superbiæ.

Secundo, per euentum infirmitatis enormis vt lepræ, per quam notatur peccatum inuidiæ, quæ vere est enormis infirmitas, quæ animam iugiter languere facit & tabescere. Sap. 6. Neque cum inuidia tabescere iter habeo, quoniam inuis homo non erit particeps sapiens. Vnde, inuidus alterius rebus marcescit opimis. Et illud, inuidia siculi non inuenere tyranni, maius tormentum. Immo dicitur quod animam occidit inuidia. Nota quomodo est lepra.

Tertio, quando sponsa fugit elongans se in regionem longinquam, nec inuenitur a sponsio, quod fit per iram & odium. Quanto enim plus anima elongatur à proximo per odium, tanto longius est à Deo. Psal. Qui elongant se à te peribunt, &c. Hic est filius ille prodigus qui abiit in regionem longinquam, & dissipauit bona sua, &c. Luc. 15.

Quarto, quando sponsa veniens ad annos discretionis reclamationat, & pœnitentiam eam fecisse, quod fit per acidiam, quæ est tedium & derelictio boni operis. Ier. 1. Quid inuenierunt patres vestri in me iniquitatis, quia elongauerunt à me, &c. Scito & vide, quia malum & amarum est reliquisse te Dominum Deum tuum, &c.

Quinto, quando alij dat fidem de facto & corrumpitur ab eo, quod fit quando per auaritiam


facit

Ezech. 16. Boos diues Ruthia yrorem duxit. Virginitatis signum vocis gracilitas dulcedo & simplicitas. Mulieris corruptæ voces obtusas & grossas. Vox simplex moraliter. V x dicitur moraliter. Vox gracilis, moraliter. Cant. 2 & 8. Vox grossa & rauca, vox de terra. Ipsi. 26. Vox Phyonis. Nudatio capitis & facie reuelatio virginitatis signum. Capita obumbrare velis & pepis solent nuptæ & corruptæ. Nuptiarum die virgines capillis expansis sunt, velamine benedicuntur. Mens caput animæ est. Mens nuda dicitur. 1. Cor. 11. Cant. 2. Lazarus faciem sudario velatum habere, quid moraliter. Ioan. 11. Mens peccato corrupta ad cælum contemplandum se erigere non potest. Gerare Rex pro diabolo. Gerare Rex velamen Saræ dedit, moraliter. Velatas esse oportet mulieres. 1. Cor. 11. Angeli pro Presbyteris

facit anima fidem cum mundo, & deserit fidem Dei, 1. Tim. 6. Radix omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetens errauerunt à fide. Qui igitur per cupiditatem adheret mundo, & corrumpitur ab eo, deserit à Deo. Iacob. 4. Quicumque voluerit amicus esse seculi huius, inimicus Dei constituitur.


Sexto, quando mutuo se absoluunt, quod fit per gulam, quando anima præponit delicias gulae delitiis Dei. Et sic ore suo per gulositatem dissoluit anima sponsalia Dei & sui.

Septimo, per fornicationem, scilicet ad literam per luxuriam, 1. Cor. 6. Qui adheret meretrici vnum corpus efficitur. Tollens ergo membra Christi membra faciam meretricis.



ITEM DE EODEM Themate.

Sermo, qui est III.



ESPONDI vos, &c. vt supra. Nota spòsa Christi quæ antequam Christo desponsata est propter turpitudinem suam dici poterat Æthiopiissa; propter ignobilitatem generis, Chananaea; propter paupertatem nuda, & propter imprudentiam stulta & fatua: mox desponsata Christo debet esse pulchra, vt vir in eius intuitu delectetur. Nobilis vt de nobilitate filiorum gloriatur. Diues, vt illius censu, census viri augeatur. Prudens, vt illius prudentia census sic auctus custodiatur.

In his quatuor significantur virtutes animæ, fides, spes, charitas, & humilitas. Est liquidem anima prudens per fidem, dum intellectum suum captiuat & coarpat in obsequium fidei, quæ summa prudentia est. Nobilis per spem, per quam sperat esse regina cæli & terræ, sponsa Dei, adoptionem gloriæ filiorum Dei expectans. Diues per charitatem, quæ omnia sua facit, bona proximi diligens, & malis compatiens. Pulchra per humilitatem, in cuius intuitu Christus delectatur. Vnde. Respexit humilitatem ancilla sua, &c.

Nota, quod hæc quatuor fuerunt in Abigail sponsa Dauid. 1. Reg. 25. Nec mirum si talem sponsam sibi quærat Dominus, quia ipse illa quatuor habet, & similis similem quærit. Heb. 1. Qui cum sit splendor gloria, &c. Ecce pulcher. Quem constituit heredem vniuersorum. Ecce diues. Per quem fecit & sacula, ecce prudens. Portans omnia, &c. ecce nobilis, quia rex potens & Dominus super omnia. Christus ergo sponsus animarum ante tempus nuptiarum mittit sponsam suam gaudiola seu iocalia aut clinodia quæ & paraphernalia, quæ in baptismo misit, vestem innocentia. Apoc. 21. Vidi Hierusalem descen-

Anima Æthiopiissa est. Anima Chananaea est. Anima nuda est. Anima fatua & stulta. Anima Deo desponsata pulchra est, nobilis, diues & prudens. Fides anima est prudens. Prudentia est intellectum captiuum in obsequium fidei. Spes anima est nobilis. Charitate anima diues est. Humilitate anima pulchra est. Abigail spòsa Dauid humilitas, fides, spes & charitas. 1. Reg. 25. Sponsus sponsam sibi similem quærit. Hebr. 1. Christus sponsus ante nuptiarum

tempus spòsa sua iocalia mittit & quæ illa. Apoc. 21. Iocalia mittit sponsus ante nuptiarum tempus. Apoc. 11. Prou. 11. Cant. 7. Substratio sponsi à spòsa fit, quare sponsa præparare se debet Domino. Mandata Dei sunt speculum in quo speculari debemus. Mandatorum auditione in speculo valent nisi qui se emendet. Iacob. 1. Speculetur se homo in creaturis, terra tempore suo germinat, &c. Job 12. Interrogata iumenta & docent te, & volatilia cæli & indicabunt tibi. Loquere terra, & respondebit tibi, &c.

Item, balneet se per lachrymas, & sio mundior & tenerior erit, & concupiscet Dauid Bersabee deambulans post meridiem in solario domus regis 2. Reg. 11.

Item, se debet signare, vt moderata tantum reaneant sibi, scilicet vt auferat à se superbiam diaboli, & retineat scientiam. Et sic cantabant Angeli completis sponsalibus. Apocal. 19. Gaudeamus & exultemus, quia venerunt nuptia agni, & vxor eius præparauit se.

Item, iste sponsus est Zelotypus: omnia verba & omnes gestus sponsæ notat, & nihil ab eo potest abscondi. Quocirca magna nobis indicta est cautio, cum sub oculis agamus cuncta certentis. Eccl. 16. Non dicis, à Deo abscondas, & ex summo quis mei memorabitur? Sap. 1. Auris zeli audit omnia. Secundo, in recessu suus zelotypus apponit custodes qui ei in reditu omnia nunciant. Sic Christus Angelos & Prelatos & quemlibet proximum, quia unicuique mandauit Dominus de proximo. Eccl. 19. Hest. 2. Ægeus Euanachus custos virginum & puellarum regiarum. Inuerecunda est sponsa, quæ in oculis tot custodum non metuit fornicari.

Item simulat se recedere, & tamen occulte remanet. Cant. 2. En ipse stat post parietem nostrum respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos. Mutat etiam habitum vt cautius exploret: sic Christus absens à nobis, inuisibiliter tamen præsens est nobis sub forma Sacramenti. Ipsi. 59. Opertus est pallio zeli. Bis mutauit habitum Christus pro nobis, scilicet, in incarnatione in qua habitu inuentus est vt homo, & in Sacramenti institutione. Vnde, Zelus domus tuæ comedit me, id est, per zelum hominum me eis se esibilem fecit. Hic bonus est minister: qui seipsum ministrat discumbentibus, &c.

Sed absente spòso dicit adultera iuueni. Prou. 7. Non est vir in domo, abiit via langi sima. Sicut

culum

expleret sponſa ſiſe, moraliter. Iſai. 59. Chriſtus habitum bis mutauit pro nobis. Chriſtus miſiſter bonus ſeipſum diſcumbatibus miniſtrat. Prou. 7. Adulteri ante lucem folent profugere ne deprehendantur. I. Cor. 4. Sponſo ſuſpecti ſunt, qui ſponſæ munera afferunt, moraliter. Oſee 2. Adulteri animæ tres, eia. bolus, mundus caro. Diabolus adulter munuſcula animæ offert. Munera diaboli adulteri animæ quænam. Mundus adulter eſt animæ. Mundus munuſcula mittit ad amariſſam ſuam. Caro adulteri more corrumpit animam. Carnis munuſcula ad corrupendam animam quæ. Sponſa adultera in ſponſi cellaria nõ introducit. Iſai. 57. Oſee 2. Sponſus tãto iraiſcitur quãto cum viliori mœcho ſponſa fornicatur.

culum pecunia ſecum tulit, in die plena luna reuerſurus eſt in domum ſuam. Veni inebriemur vberibus, & fruamur cupitis amplexibus donec illuceſcat dies, &c. Quod vltimum vere licet forte ignoret dicit, aut de die naturali intelligi vult. Solent enim ante lucem profugere adulteri ne deprehendantur, ſed quando dies ſupremus illuceſcet, non erit ſubter fugij locus. Vnde I. Cor. 2. Nolite ante tempus iudicare, quoaduſque veniat Dominus, qui & illuminabit aſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, & tunc laus erit vnicuique à Deo, ſupple qui bene operatus fuerit, nam adulteris contra fiet. Quia Dominus reddet vnicuique ſecundum opera eius.

Item, ſponſo ſuſpecti ſunt ij qui ſponſæ munera afferunt. Oſee ſecundo. Vadam poſt amatores meos qui dant mihi panes, aquas meas, & lanam meam, & linum meum, oleum meum & potum meum.


Nota dum videt ſponſus munuſcula adulteri circa ſponſam, iraiſcitur in eam. Munuſcula autem adulteri diaboli ſunt delectationes in ſuperbia, in inuidia, in hypocriſi. Munuſcula aliterius adulteri qui eſt mundus, ſunt complacentiæ in ſuperfluitate veſtitiũ, in adeptione honorum ſine merito & vtilitate, in magiſtratibus, in pompis, & in operibus auaritiæ, vt in rapinis, furtis, ſpoliis, viſuris, lucris, per fraudem, & in ſimilibus. Munuſcula carnis quæ more adulteri corrumpit animam, ſunt oblectamenta gula & ebrietatis, incitamentum ad luxuriam, commeaſiones, crapulæ, veſtium & lectorum molities. Ocia & ſimilia quæ ſi inuenit Dominus in ſponſa ſua repudiat eam, quia talem non introducit in cellaria ſua.

Item, ſponſus tanto amplius iraiſcitur quanto cum viliori mœcho ſponſa fornicatur, vt de Conſtantino & Nano. Iſaiæ quinquageſimo ſeptimo. Iuxta me diſcooperuiſti & ſuſcepisti adulterum.

Item, ſponſus adulteram vindicat implicabiliter. Prouerborum ſexto. Zelus & furor viri non parcat in die vindictæ, nec acquieſcet cuiuſquam precibus, nec ſuſcipiet pro redemptione dona plurima.

Item, coram amatoribus ſuis punit eam. Oſee 2. Reuclabo ſtultitiam eius in oculis amatorum eius, & vir non eruet eam de manu mea. Immo per ipſos adulteros facit eam puniri, Ezech. 23. Ecce ego ſuſcitabo omnes amatores tuos contra te, de quibus ſatiata eſt anima tua, & congregabo eos aduerſum te in circuitu. Et ponam zelum meum in te, quem exercent tecum in furore. Naſum tuum & aures tuas pracident, &c.

Sponſus adulteram implicabiliter vindicat. Sponſus coram amatoribus ſuis punit eam. Sponſus Chriſtus punit animam ſponſam per ipſos adulteros.



DE VNA VIRGINE, & Martyre.

Sermo IV.



IMILE eſt regnum cælorum theſauro aſcondito in agro, quem qui inuenit homo aſcondit, & præ gaudio illius vadit & vendit vniuerſa quæ habet, & agrum illum. Iterum ſimile eſt regnum cælorum homini negotiatori quærenti honas margaritas. Inuenta autem vna precioſa margarita, abiit & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam. Iterum ſimile eſt regnum cælorum ſagina miſſa in mare, &c. Matth. 13.

Nota quomodo hæ tres parabola conueniunt huic virgini. N. Ipſa enim fuit ager bene cultus & aratus per perfectionem & tolerantiam, & ſic diligenter exercuit agrum ſuum. Non fuit ibi ager pigri, quem impleuerant vitiæ, ſcil. motus carnis, nec ſuperficiem eius ſpina, ſcil. impatientiæ, vt in illo de quo. Prou. 24. Per agrum hominis pigri tranſiui & per vineam viri ſtulti. Et ecce totum repleuerant viticæ, & operuerant ſuperficiem eius ſpina, &c. Propter hoc mirum tranſit per agrum hominis pigri verus Salomon, in eo morari dedignans, ne cenſeatur de illis qui eſſe ſub ſentibus delicias computant. Iob 30. Sed fuit hic ager plenus liliis virginittatis & roſis martyrij. Vnde de ea potuit dicere Chriſtus illud Gen. 27. Ecce odor filia mea ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.

In hoc fuit aſconditus theſaurus, id eſt, virginitas, quæ vere theſaurus dicitur propter ſui precioſitatem: ei enim debetur aureola. Item tam damnola eſt eius amiſſio quo recuperari non poteſt. Vnde recompensationem non admittit votum virginittatis. Prou. 21. Theſaurus deſiderabilis & oleum in habitaculo iuſti, &c. ſcilicet, virginitas cum charitate. Tale enim oleum claræ lampades non commune oleum. De vtroque Eccl. 9. Omni tempore ſunt veſtimenta tua candida (pro virginittate) & oleum de capite tuo non deficiat, pro charitate. Bene autem lampas eſt virginitas, quæ de facili frangitur, nec reſarciri poteſt, tamen in fornace polita per manum artificis etiam fracta reformatur. Stultus eſt qui tam precioſum theſaurum & tam fragile vas nõ aſcondit, cum ad eius fractionem tot lapides vndique iaciantur. Alij enim iaciunt oculos laſciuos, alij riſum petulantem, alij alia membra impudica, alij lapides luteos, id eſt, munera. Deprehendi ergo deſiderat qui theſaurum talem publicè in via portat. Iob 38. Nunquid ingreſſus eſt theſauros niuiſ, aut theſauros grandinis aſpexiſti. Theſaurus niuiſ eſt virginitas, propter frigiditatem & candorem. Ierem. 18. Nunquid deſicit de petra agri nix Libani, &c. Theſaurus grandinis Martyrium, hæc eſt grandio quæ li-

Matth. 13. Virgini tres parabola adaptantur. Virgines ager bene cultus percutionibus. Virgines non ſunt ager pigri. Viticæ pro motibus carnis. Prou. 24. Spina pro impatientia. Virgines ager plenus liliis virginittatis & roſis Martyrij. Gen. 27. Virginitas theſaurus. Virginitati aureola debetur. Prou. 21. Eccl. 9. Veſtimenta candida pro virginittate. Oleum pro charitate. Virginitas lampas. Lampas pro virginittate. Virginitas vas precioſum aſcondendum. In virginittatem lapides iaciuntur. Lapides lutei pro muneriſ. Theſaurus niuiſ virginittas.

Theſaurus grandinis Martyrium. Chriſtus à nobis tria emit.

Iob 22. Matth. 29.

Matth. 5.

Ioan. 10. I. Pet. 1.

Iuſtus precioſa margarita.

Eccl. 10.

Mulier fatua ſagina diaboli.

Peruerſa mulier quam nocua. Abac. 1. Virgo ſancta Dei ſagina.

Chriſtus ager eſt. Gen. 28.

Coloſ. 2. Quatuor in Chriſto theſauri. Ierem. 41.

I. Petr. 1.

I. Cor. 10.

num & hordeum virens, id eſt, ſimplices in Ægypto, ſcil. in mundo læſit. Exod. 9.

Fuit etiam hæc virgo vt margarita per virginittatis conſtantiam precioſa, per Martyrij palam, hanc emiſit cœleſtis negotiator Chriſtus, emit autem tria à nobis, ſcilicet, naturam humanam nummo ſuæ diuinitatis. Vnde canimus, O admirabile commercium, creator generis humani, animatum corpus ſumens de virgine naſci cœleſtibus diuitiis. Iob 22. Dabit pro terra ſilicem, &c. Matth. 29. Vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo, &c. Item ſpiritualia pro præmiis beatitudinis. Matth. 5. Cum ſediſſet qualiſi mummus computaturus, dixit: Beati pauperes, &c. Nos etiam emit ſeipſo Ioan. 10. Bonus Paſtor ponit animam ſuam pro ouibus ſuis. Et I. Petr. 1. Non corruptibilibus auro vel argento redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione paterna traditionis: ſed pretioſo ſanguine agni immaculati, Chriſti &c. Nos igitur ſumus ille pretioſe margaritæ, quas ille ſapiens negotiator tam carè emit. Vnde igitur eis qui ram parui eas æſtimant, ſpargendo eas ante porcos infernales. Eccl. 10. Fili in manſuetudine ſerua animam tuam, & da illi honorem ſecundum meritum ſuum.

Nota etiam quod parabola de ſagina miſſa in mare conueniat huic virgini, ſi enim mulier fatua ſagina eſt diaboli. Vnde dicitur Eccl. 7. Et inueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum eſt, & ſagina cor eius, vincula ſunt manus illius, &c. Hæc enim totum mundum trahit poſt diabolium. Abac. 1. Totum in hamo ſubleuauit, traxit illud in ſagina ſua, & congregauit in rete ſuum, &c. Non erit mulier ſancta ſagina Dei? virgines fuerunt ſagena Dei, quæ multos per exemplum, & doctrinam Domino contraxerunt, vt Catharina ſapientes Alexandria & Agatha Cataneos, Lucia ciuitatem Syraculanam, &c.

Moraliter, de theſauro aſcondito in agro. Ager Chriſtus eſt Gen. 28. Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. In hoc agro eſt theſaurus aſconditus, quia in Chriſto ſunt omnes theſauri ſapientia & ſcientia aſconditi. Coloſ. 2. quatuor autem theſauri ſunt in eo: ſcilicet, doctrinæ tribulationis, miſericordiæ, & diuitiarum, de quibus Ierem. 41. Habemus theſauros in agro frumenti & hordei, & olei, & mellis. Frumentum doctrinæ Chriſti apparuit in monte. Matth. 5. Aperuit os ſuum. Gloſſa. Theſaurus expoſiturus dicens, beati pauperes, &c. Hoc theſauro emitur regum cœlorum Matth. 19. Vende omnia quæ habes, &c. Ite theſaurus, ſcilicet, paupertas manſuetudo, &c. non timet Regem neque furem. Secundus eſt hordei, quod eſt cibus aſper, hoc eſt tribulationis. Deut. 33. ſugent theſauros aſconditos arenarum. Heb. 11. maiores diuitias æſtimans theſauro Ægyptiorum improprium Chriſti, quot ergo mala tibi ingeruntur, tot margaritæ theſauro tuo imponuntur. Tertius theſaurus eſt olei miſericordiæ. I. Petr. 1. Non corruptibilibus, &c. ſed pretioſo hunc theſaurum aperuit Chriſtus in paſſione. Num. 20. aperi eis theſaurum tuum fontem aquæ eius aqua de petra fluens, eſt aqua & ſanguis de latere Chriſti. Vnde I. Cor. 10. bibebant de ſpirituali conſequentem eos petra, petra autem erat Chriſtus. Quartus theſau-

rus Chriſti eſt mellis, id eſt, diuinitatis. Hanc aperuit in Pentecoſte Deut. 28. aperiet Dominus theſaurum ſuum optimum, cælum. Hoc eſt aurum optimum quod inuenitur in terra Euilath. Gen. 2. Iob 3. Quasi effodientes theſaurum gaudent vehementer, &c. In hoc agro fodiunt & inueniunt ſimplices doctrinam: tribulati, patientiam, deſperati, miſericordiam, contemplatiui, patientiam. Ergo vende omnia quæ habes, & eme agrum iſtum.

Hic ſunt quatuor de quibus voluit ſibi fieri theſaurum Dominus. Iof. 6. ſcil. aurum, argentum, vaſa ænea & ferrum. Aureum eſt doctrina diuinæ ſapientia. Prou. 16. Poſſide ſapientiam, quia auro melior eſt. Argentum quod percuffiõ nibus dilatatur, eſt tribulatio. Pſal. 4. In tribulatione dilatati ſibi.

Item argentum percuffum dulciter ſonat, ſic vir iuſtus. Act. 5. Ibant Apoſtoli gaudentes, quia digni habiti pro nomine Chriſti contumeliam pati. Vaſa ænea ſunt opera miſericordiæ & redemptionis Chriſti, in quibus nos quaſi perditos recolligit. Vnde in Euangelio hodierno. Elegerunt bonos in vaſa ſua. Ferrum quod omnia domat, eſt fortitudo & potentia diuinitatis, quia regit rebelles. Pſal. 2. Reges eos in virga ferrea.



ALITER DE FRATRIBVS, vel Anima.

Sermo V.



IMILE eſt regnum cælorum, &c. Regnum eſt Religio vel anima ſancta. Luc. 18. Regnum Dei intra vos eſt. Fecit enim Chriſtus in nobis regale ſacerdotium, I. Petr. 2. Regnat enim in anima, nam in iraiſcibili regnat potentia patris, quæ regit hoc regnum in virga ferrea, ab impugnationibus defendens. In ratione ſeu rationali filius, cuius ſapientia hoc regnum diſponit. In concupiſcibili, ſpiritus ſanctus: cuius benignitate conſeruat concordia inter omnes. Hæc enim tria neceſſaria ſunt in regno: potentia, qua defenditur: diſcretio ſeu ſapientia, qua diſponitur, & benignitas inter omnes, qua concordia conſeruat.

Theſaurus in agro eſt ordo minorum in mundo. Hic theſaurus ex quatuor generibus fratrum conſtat, qui ſunt Prælati, Prædicatores, contemplatiui, & conuerſi. Hæc ſunt illa quatuor metalla de Iericho quæ ſola retenta ſunt in theſauro Domini, vt dictum eſt. Aurum, & ſunt Prælati, qui debent alios excolere & ductiles eſſe per charitatem & manſuetudinem. Cantic. 5. Caput eius aurum optimum. Argentum prædicatores candidi per vitæ innocentiam & feruidi per prædicationem, aliter diceretur de eis; Argentum reprobum, &c. Ier. 6. Vnde I. Cor. 9. Caſtigo corpus meum & in ſeruitutem redigo, ne forte cum aliis predicauerim, ipſe reprobus efficiar.

Aurum optimum que-ritur in terra Euilath. Gen. 2. Iob 3. Theſaurus componitur Dominus ex quatuor.

Iof. 6. Aurum pro doctrina ſapientia diuinæ.

Prou. 16. Argentum pro tribulatione.

Argentum dilatatur percuffionibus, Argentum percuffum dulciter ſonat, moraliter de iuſto aſſiſto.

Religio regum eſt. Regum pro religione. Regum pro anima ſancta.

Luc. 17. I. Petr. 2. In iraiſcibili regnat potentia patris qui regit animam ab impugnationibus eã defendens. In ratione regnat filius. In concupiſcibili regnat Spiritus ſanctus.

In regno tria neceſſaria ſunt potentia, qua defenditur: diſcretio ſeu ſapientia, qua diſponitur, & benignitas inter omnes, qua concordia conſeruat.

Religio theſaurus ex quatuor fratrum generibus conſtat. Aurum pro Prælatiſ.


Cantic. 5. Argentum pro prædicatores.

Ierem. 6. I. Cor. 9.



Vasa aenea circa altare sunt contemplatiui, in quibus ingiter fieri debet ministerium. Conuersi qui necessaria procurant, & duri & assidui esse debent in laboribus, sunt ferrum.

Vasa aenea circa altare sunt contemplatiui, in quibus ingiter fieri debet ministerium. Conuersi qui necessaria procurant, & duri & assidui esse debent in laboribus, sunt ferrum.



DE SPONSA CHRISTI

Anima, aut Virgine Martyre.

Sermo VI.



Quam pulchra es, & quam decora, charissima in delitiis? Statura tua assimilata est palma, & vbera tua botris.

Cant. 7. Sponsa Ch. ob quinque commendatur.

In sponsa quinque necessaria vt perfectae diligatur.

Pulchritudo interior morum & virtutum necessaria in sponsa vt diligatur.

Decor quasi cordis decus. Fortitudo contra carnes & mundi lenocinia necessaria est in sponsa, moraliter.

Faecunditas filiorum necessaria in sponsa vt diligatur.

Pulchritudo exterior in duobus consistit, moraliter.

Aureola debetur Martyrio & virginitati.

Decor pulchritudo interior.

Psal. 25. Cor domus Dei.

Domus decor in tribus consistit.

Domus, sit munda, ornata & luminosa, moraliter.

Humilitas illustrat virtutes.

in qualibet sponsa necessaria sunt, vt perfecte diligatur.

Primum est, exterior corporis pulchritudo, & honesta conuersatio, quae notatur ibi: Quam pulchra es.

Secundum, morum & virtutum interior plenitudo, ibi, Quam decora. Decor enim dicitur quia decus cordis.

Tertium, sponse ad sponsum sincera dilectio, & e contrario, ibi, Charissima in delitiis.

Quartum est, contra carnis, & mundi lenocinia fortitudo, ibi, Statura tua assimilata est palma.

Quintum, filiorum spiritualium faecunda conceptio: ibi, Et vbera tua botris. Pulchritudo ergo exterior in duobus est, in candore substrato ac immixto rubori. Candor est virginitas, rubor Martyrium, quae duo fuerunt in hac virgine N. Hae sunt duae decentiae corporis glorificati, quia aureola debetur corpori pro virginitate, & pro Martyrio. Pulchra etiam fuit in exteriori conuersatione, quia in omnibus irreprehensibilem se exhibuit.

Sequitur. Et quam decora, scilicet, interius Psal. 25. Dilexi decorem domus tuae, id est, cordis. Decor domus in tribus, quoniam munda, ornata, luminosa. Fuit ergo domus huius virginis munda a peccatis per conscientiae puritatem, ornata, per virtutum pulchritudinem; clara per humilitatem, quae ceteras virtutes conseruat & illustrat. Superbus enim excacatur, sed humilis se cognoscit.

Sequitur. Charissima: vbi notatur mutua charitas. Sicut enim dicitur amica ab amore quo amat, quamuis non redameretur: sic charissima per vtrumque, id est, per mutuum amorem. Charissima autem est anima Deo, quia ei chara fuit in creatione, charior in redemptione, sed charissima in glorificatione. Sic etiam anima charitate qua diligit Deum, dicitur chara diligendo eum dulciter, charior diligendo specialiter, & charissima, diligendo perseueranter. De his tribus in fine Cant. Fortis est vt mors dilectio,

dura sicut infernus amulatio. Hoc refertur ad perseuerantiam. Lampades eius vt lampades ignis, hoc ad discretionem. Atque flammaram, hoc ad suauitatem. Hac enim flama non vrit sed vngit.

Sequitur. In deliciis, supple tribus, scilicet, munditiae corporis, supernae contemplationis, & mundanae tribulationis. De primis, 2. Cor. 1. Gloria nostra haec est testimonium conscientiae nostrae. Eccl. 30. Non est oblectamentum supra cordis gaudium. Hest. 15. Prae delitiis & nimia teneritudine corpus suum ferre non sustinens. Hi sunt qui ita delicatam habent conscientiam, vt de necessitatibus corporis multum sibi subtrahant. De secundis. Cant. 8. Quae est ista quae ascendit de deserto delitiis affluens, immixa super dilectum suum? De tertiis, Ioc 6. Et haec mihi sit consolatio, vt affligens me dolore non parcat, nec contradicam sermonibus sancti. Rom. 5. Gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, &c. In primis delitiis est anima chara: in secundis charior: in tertiis charissima.

Sequitur. Statura tua assimilatur palma. Quia sicut palma solida est & inflexibilis, sic haec virgo. Item sicut palma non facit fructum vsque ad annos centum, sic haec virgo in praesenti fructificari nolit, scilicet, filios procreare, sed fructum centesimum expectauit a Domino, meliorem filiis & filiabus. Isaia 56. Non dicat Eunuchus, Ecce ego lignum aridum. Quia haec dicit Dominus Eunuchis. Qui custodierint sabbata mea, & elegerint quae ego volui, & tenuerint foedus meum, dabo eis in manu mea & in muris meis locum, & nomen melius a filiis & filiabus. Item sicut palma folia habet acuta, sic haec virgo, verba penetratiua. Item folia illa ac rami sunt signa viri peregrini: sic haec virgo per verba sua & conuersationem ostendit se non habere hic manentem ciuitatem.

Sequitur quintum. Et vbera tua botris. Sicut enim botrus plenus est musto: ita vbera huius virginis lacte spirituali. In quo notatur eius spiritualis faecunditas, quia multos Domino peperit per exemplum.

Moraliter. Vbera Ecclesiae sunt praedicatores, quia toti debent esse in fouendo alios & lactando. 1. Cor. 3. Tanquam paruulis in Christo, lac potum dedi vobis. Duo vbera, sunt fidei congratulatio ad bonos: vnde fit lac exhortationis, & compassio ad malos: de qua lac correptionis. Pectus in quo sunt vbera, est anima sancta, informata charitate. Vel duo vbera sunt scientia & charitas, quorum vtrumque est necessarium praedicanti. Charitas, ne scientia inflet, & scientia ne charitas erret. Haec duo vbera sunt amentia, quando charitas otiosa est, & scientia nimis absconsa. Eccl. 41. Theaurus inuisus, & scientia abscondita, quae utilitas in vtrisque?

Nota, de his vberibus debent quatuor emanare, scilicet, lac, butyrum, sanguis, & odor vnguentorum. Per quae quatuor circa quae versatur praedicatio, intelligentur.

Per lac, quod est cibus infantium, praedicatio in vitis. Hoc est lac, quod occidit Sisaram, id est, diabolus Iudith. 4.

Per butyrum, vinctio & suauitas virtutum.

Per sanguinem horror & crudelitas poenarum inferni. De his tribus Prou. 30. Qui fortiter premit vbera ad eliciendum lac, exprimit butyrum, & qui vehementer emungit, elicit sanguinem.

Per


Amica dicitur. Charissima pro mutuo amore. Charissima anima Deo quoniam. Anima charior & charissima quoniam. Charitatis flamma non vrit sed vngit. Deliciae anime tres sunt. Tribulatio mundana deliciae anime. Contemplatio superna deliciae anime. Munditia corporis deliciae anime. 2. Cor. 1. Eccl. 30. Hest. 15. Cant. 8. Rom. 5. Virgo comparata palmae quare. Palma solida & inflexibilis, moraliter de virgine. Palma non fructificat vsque ad annos centum moraliter de virgine. Isaia 56. Palma folia habet acuta moraliter de virgine. Virgo comparata botris quare. Virgines faecunda per exemplum. Vbera Ecclesiae praedicatores, 1. Cor. 3. Vbera duo pro congratulatione & compassione praedicatorum. Pectus in quo duo vbera, pro anima sancta, informata charitate. Vbera duo pro scientia & charitate.

Butyrum pro vinctioe & suauitate virtutum. Sanguis pro horrore & crudelitate poenarum inferni. Prou. 30. Odor vnguentorum pro gaudiis paradisi. De praedicatione flumina quatuor emanare debent. Vbera sponse assimilantur rebus quatuor, moraliter de praedicatione. Caprae acute vident & insidias venatorum praevident. Caprae pro praedicatione de vitis. Capra animal foetidum, praedico de vitis carnalibus vilis & foetida. Botrus pro praedicatione de virtutibus quae est lacta. Amara sunt vitilia. Vbera praedicatoris comparantur turri, moraliter. Vberum locus diuersus est, moraliter.

Per quartum, id est, odorem vnguentorum, qui mystice, emanat, intelliguntur gaudia paradisi. Cant. 1. Vbera tua fragrantia vnguentis optimis. Haec sunt quatuor flumina paradisi de Praedicatione emanantia. Adapta. Hinc est quod quatuor rebus dicuntur assimilari vbera sponse in Canticis, scilicet, hinnulis capreae. Vnde Cant. 4. Duo vbera tua, sicut duo hinnuli capreae gemelli, qui pascuntur in liliis, donec aspiet dies. Capreae acute vident, & insidias venatorum praevident, & ideo per eas significatur praedico de vitis a longe videndis & cauendis. Item Caprea est vt capra animal foetidum: & ita haec praedico de vitis praesertim carnalibus vilis est & foetida, & licet utilis, minus tamen quandoque decet proferentem. Eccl. 22. De stercore bovm lapidatus est piger, & omnis qui tetigerit eum excutiet manus. Secundo botris, vt in dicto themate, quorum vinum lactificat cor hominis. Haec est praedico de virtutibus, quae est lacta. Sed his vberibus apponuntur interdum vnguenta amara & myrrhina, vnde Cant. 1. Fasciculus myrrhae mihi dilectus meus, inter vbera mea commorabitur. Et haec licet amara sunt vitilia, vt quando incutiunt timorem inferni, & horrorem peccati Sic enim amaris vnguentis solent inungi vt puer ablaetur.

Item tertio assimilantur turri. Vnde Cant. 8. Vbera mea sicut turris, per quae intelligitur praedico de altitudine & securitate paradisi.

Nota quaedam animalia vbera habent in pectore, vt rationalia, quaedam in ventre vt catrae, & sues, quaedam inter crura, vt equae. Sic quidam praedicant Christum, & Euangelium tantum ex affectione charitatis, & hi sunt rationales vbera habentes in pectore. Alij propter temporalia per occasionem auaritia vt ventri consulant, & hi in ventre habent vbera. Alij propter inanem gloriam vel adulationem, & hi habent ea inter crura, vbi viger delectatio & luxuria. In pectore autem & non in ventre nec inter crura se vbera habere gloriatur Apostolus 1. Thess. 2. Ita loquimur non quasi hominibus placentes, sed Deo qui probat corda nostra (quia vbera habuit in pectore) Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis, neque in occasione auaritia (quia vbera non habuit in ventre.) Nec quarentes ab hominibus gloriam, quia non habuit ea inter crura.



DE VIRGINIBVS & Castis.

Sermo VII.



Sicut lilium inter spinas: sic amica mea inter filias. Hoc dicit sponsus, vt si sponsa gaudet se esse lilium, timeat de vicinitate spinarum. Est autem lilium subter spinas, virginitas subiecta criminibus. Lilium inter spinas, virginitas impugnata tentationibus. Lilium

Lilium subter spinas, moraliter de virginitate criminibus subiecta.

supra spinas, virginitas supra omnes tentationes. De primo. Deut. 32. Foris vastabit eos gladius, &c. De secundo Thren. 1. Sacerdotes eius gementes, Virgines eius squalidae. De tertio, Apoc. 14. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, Virgines enim sunt.

Primum lilium representant fatuae virgines quae foris fulgentes lampades virginittatis habuerunt, sed charitatis oleum intus non receperunt, & ideo moram faciente sposo dormierunt; cum autem oleum empturae irent, venit sponfus, & clausa ianua exclusae sunt, nec postmodum admittae. Secundum lilium, representant virgines adhuc contra vitia militantes. Tertium lilium, virgines sapientes, quae oleo charitatis in lampadibus accepto, vocante sponso surrexerunt & intrauerunt cum eo ad nuptias. Math. 25. Vnde iam sunt supra omnes tentationum spinas. Primum lilium, fuit puella fecundant filiae Herodiadis, Marc. 6. Secundum, beatae Agnetis, quae passionem sustinuit ne seruiret copulae nuptiali ac subiugali. Tertium lilium fuit beatissimae virginis, virginum reginae, quae sic supra spinas per gratiam fuit, vt nullum sentiret libidinis aculeum.

Lilium flos sex folia habet candida, quae incorruptam seruant castitatem: quae sunt sobrietas victus, operatio, cultus asperitas, custodia vitus, raritas sermonum, vitatio opportunitatis peccandi, id est loci, temporis, & personae.

De primo, secundae Petri quinto. Sobrius esto, & vigilate, quia, &c. Hoc folium lacerat spina gulositatis & ebrietatis, quae viae sunt ad luxuriam, vt patet in Loth, qui inebriatus perpetravit incestus nequitiam. Genef. 19. Vnde Apostolus Romanorum decimo tertio. Non in comessionibus & inebrietatibus, non in cubilibus & impudicitis.

De secundo, Ioan. 9. Me oportet operari opera eius, qui misit me, &c. Hoc folium lacerat spina otiositatis, quae item via est ad luxuriam. Ezech. 16. Haec fuit iniquitas Sodome sororis tuae, superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius & filiarum eius. Propter quod dicitur Ecclesiastici trigesimo quarto. Seruo maleuolo tortura & compedes, mitte illum in operationem ne vacet.

De tertio Matth. 6. Ne sitis solliciti corpori vestro quid, &c. Hoc folium pungit spina nimiae compositionis & curiositatis in vestibus, quae itidem via est ad luxuriam. Vnde Moabitides ornauerunt se, vt filios Israel traherent ad fornicandum, quod factum est, Numerorum vigesimo quinto. Ideoque Apostolus primae Timothei secundo. Similiter & mulieres in habitu ornato cum verecundia & sobrietate ornantes se, non intortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste preciosa.

De quarto, dicitur Prouerb. 4. Oculi tui reeta videant, & palpebrae tuae procedant gressus tuos. Isaia 33. Quis habebit ex vobis cum ignibus sempiternis? Hoc folium lacerat spina curiositatis videndi vana, vel audiendi noua: quae etiam via est ad luxuriam, vt patet in Dina, Gen. 34.


De quinto, Ieremiae nono. Docete filias vestras lamentum. Vnde dicitur Ecclesiastici vigesimo secundo. Quis dabit ori meo custodiam, &c. Haec folium discumpit loquacitatis spina, quae etiam via est ad luxuriam. Quod patuit in mu-

Lilium inter spinas virginitas impugnata tentationibus. Lilium supra spinas virginitas supra omnes tentationes. Thren. 1. Virgines fatuae quae virgines lilium subter spinas quoniam. Virgines militantes contra vitia lilium sunt inter spinas Virgines sapientes quae Virgines lilium supra spinas quae. Math. 25. Herodiadis filiae virginittas huius subter spinas. B. Agnes lilium inter spinas. B. Virgo lilium supra spinas. B. Virgo nullum libidinis aculeum. Lilium sex folia habet candida moraliter. Virginitas incorruptam seruans. Ad luxuriam viae multae sobrietas victus seruatur castitatem incorruptam. 2. Pet. 5. Gula spinae quae lacerant folium castitatis. Loth incestu perpetravit certus Gen 19. Rom. 15. Ioan. 9. Otiositas lacerat folium secundum liliij, id est, virginittatis. Otiositas via ad luxuriam. Eccl. 34. Math. 5. Num. 25.



Loquacitas spina est virtutis sermo rarus. Prou. 7. 1. Cor. 15. 1. Tim. 5 Liliolum sex genera. Liliolum aureum pro charitate. Deus diligendus tribus modis & tribus de causis.

liere fatua, quæ irretiuit inuenem multis sermonibus. Prouerbiorum septimo. Item prima Corinth. 15. Corruptum mores bonos colloquia mala. De sexto dicitur, 1. Tim. 5. Adolefcentiores viduas deuota, Iterum inter lilia sex sunt genera, aurea, quæ significant charitatem, quia tribus modis diligendus est Deus, & tribus de causis, diligenter ex toto corde sapienter ex tota anima, fortiter ex tota virtute. Diligenter propter temporalia quæ tribuit: Sapienter propter spiritualia, quæ infundit, & fortiter propter cælestia quæ promittit Ierem. 5. Non dixerunt in corde, metuamus Dominum Deum nostrum, &c. Reliqua nondum adipisci potuimus.



DE COMMEMORATIONE fidelium Animarum.

Sermo I.



EATI mortui qui in Domino moriuntur. Apoc. 14.

Nota, quod mors describitur in his verbis, circa quam tria proponit Apostolus Iohannes, scilicet. debitum naturæ, ubi dicit, Mortui. Meritum gratiæ, ubi dicit, Qui in Domino moriuntur. Præmium gloriæ ubi dicitur Beati.

Item nota, quod tria dat nobis Deus, scilicet, viuere, bene viuere, & semper viuere. Dat enim viuere in creatione, bene viuere in iustificatione, semper viuere in glorificatione. Sed viuere parum prodest illi cui non datur, aut qui non studet bene viuere, & bene non sufficeret si non daretur semper viuere, sed datur, quia beati mortui qui debitum naturæ despiciunt ipsum viuere, meritum gratiæ bene viuere, præmium gloriæ semper viuere. Primam vitam aufert mors naturæ, secundam mors culpæ, tertiam mors gehennæ, sed beati mortui, &c.

Attende ergo debitum naturæ, quod est iugis memoria recolendum. Vnde Seneca. Cum eo creditore mihi res agitur, quem de torquere non possum. Ideo notandum qualiter creditor hic, videlicet Deus, debitum hoc à nobis repetat. Repetit autem primo cum inuitabilitate, quæ prouenit ex necessitate obligationis. Ad quam tria concurrunt, sicut dicit beatus Augustinus contra Faustum. In omni vindicta, aliud venit de astutia suadentis, aliud de nequitia consentientis, aliud de iustitia punientis, cum diabolus suggerit, homo consentit, Deus deserit.

Obligatio itaque mortis introducta est ex suggestione diaboli. Sap. 2. Inuidia diaboli mors introiit in orbem terrarum. Item in transgressione Adæ. Rom. 5. Per unum hominem peccatum, & per peccatum mors introiit in mundum. Item Roman 6. Stipendia enim peccati mors. Item ex punitione Dei. Genes. 2. Ex omni ligno paradisi

comede, de ligno autem scientia boni & mali ne comedas. In quacunque enim die comederis ex eo, mori & morieris. Hinc dicit Seneca. Quotidie morimur, quotidie demitur aliqua pars vitæ, quum crescimus vita decrescit. Hunc ipsum diem quem adimus, cum morte diuidimus.

Secundo repetit cum vniuersalitate, Eccl. 1. 5. A muliere initium factum est peccati, & per illam omnes morimur. Et alibi. Hoc iudicium à Domino omni carni, quia mors nemini parcit. Eccl. 2. Moritur doctus similiter ut indoctus. Mors enim neminem distinguit. 2. Reg. 14. Omnes morimur & quasi aqua dilabimur in terram quæ non reuertuntur. Item mors omnes vincit, quia per vnâ horam non potest quis resistere morti. Eccl. 8. Non est in hominis potestate prohibere spiritum, nec habet potestatem in die mortis.

Tertio, repetit cum incertitudine quo ad nos, Hieronymus. Nihil ira decipit humanum genus, quam si cum ignoret spaciū vitæ suæ, longiorem sibi sæculi possessionem repromittit. Ratione autem huius incertitudinis mundus est contemnendus, quia nihil temporale potest certificare de hora mortis. August. Nihil certius morte, & nihil incertius hora mortis. Item ideo status noster est ordinandus. Seneca. Sic diem mortis aspicio, quasi omnis esse vel vltimus possit. Eccl. 14. Memor esto quoniam obitum tuum mors non tardat, Ante operare iustitiam, quoniam non est apud inferos inuenire cibum. Ante mortem bene fac amico tuo, &c. Et Eccl. 18. Ante iudicium, scilicet. quod fit in morte, para iustitiam, scilicet. Deo honorem, fidem, & reuerentiam, proximo, innocentiam, beneficentiam, & patientiam, & tibi ipsi correctionem. Item propter hæc aduentus Christi est expectandus vigilanter. Vnde Dominus Luc. 12. Si sciret pater familias qua hora sur veniret, vigilaret utique & non sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati, quia qua hora non putatis filium hominis veniret. Seneca, Incertum est quo te loco mors expectet, ideo tu illam omni loco expecta.

Quarto repetit cum vilitate: quia in morte est dolor, paupertas, vtilitas, vt in ortu. Est enim in morte maxima vilificatio. vnde est figura Daniel. 2. in statua, quæ habebat caput aureum, pedes partim ferreos, partim fictiles, & ita luteos. Sic homo videtur caput habere aureum, sed pedes luteos, quia in ortu eius est gaudium patri quia natus est homo in mundum, & ideo gentiles celebrauerunt diem natiuitatis suæ, vt Herodes sed in morte est pes luteus, quia vile cadauer relictum. Item mors depauperat. Plal. 75. Dormierunt somnum suum, & nihil inuenierunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Luc. 12. Stulte hac nocte animam suam repetent à te: qua autem parasti cuius erunt? Item mors incinerat. Iob 7. Ecce nunc in puluere dormio, iuxta illud. Memoro homo quia cinis es & in cinerem reuerteris. Vnde poeta. Puluis & umbra sumus. Item mors examinat. Quia non est aliquis ita magnus: quem non oporteat post mortem reddere rationem. Cuilibet enim dicitur. Redde rationem villicationis tuæ. Luc. 16. Et Mat. 18. Redde quod debes.

Sequitur Meritum gratiæ, ubi. Qui in Domino moriuntur. In Domino moritur, qui post mortem Domino sociatur. Exemplum de Stephano qui obdormit in Domino Actuum septimo cap.

Sap. 2. Mortis obligatio ex Adæ transgressione. Rom. 5. & 6. Mortis obligatio ex Dei punitione. Gen. 2. Morimur quotidie. Crescendo vita decrescit. Mors debiti vniuersale. Eccl. 2. 5. Eccl. 2. 2. Reg. 14. Mors vincit omnes. Eccl. 8. Deus repetit vitam cum incertitudine quo ad nos. Mortis hora certa quæ. Mortis incertitudine mundus contemnendus. Vita nostra ordinanda ob horam mortis incertam. Eccl. 14. Eccl. 18. Iudicium particulare fit in morte. Luc. 12. Mors ubi expectanda. Deus repetit vitam cum vilitate. In morte est dolor, paupertas & vilitas vt in ortu. In morte est maxima vilificatio. Daniel. 2. Statua Daniel cuius caput aureum, pedes partim ferrei, partim fictiles & ferrei, moraliter. Pes hominis pro morte. Pes luteus pro vili morte. Mors depauperat. Mors incinerat.

Moriuntur differentia quatuor. Mori Domino, quid. Martyres moriuntur in Domino. Martyres statim cæli ascendunt. Mori in Domino, quid. Confessores moriuntur in Domino. Eccl. 41. 2. Cor. 4. Mortificationem circumferre ad quinque sensus corporis. Confessorum quidam intrant purgatorium. Mori extra Dominum, quid. Pueri non baptizati mortui intrant limbum.

Nota, quatuor esse differentias morientium. Moriuntur enim quidam Domino, vt Martyres De quibus Psalm. Preciosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. Isti enim statim ascendunt cælum. Alij in Domino, vt Confessores. Eccl. 41. O mors quam bonum est iudicium tuum homini indigenti. 2. Cor. 4. Semper mortificationem Iesu Christi in vestro corpore circumferentes, scilicet, ad quinque corporis sensus. Mortui enim estis cum Christo, sed vita vestra vivit cum gloria. Et istorum quidam intrant adhuc purgatorium. Alij moriuntur extra Dominum, vt pueri non baptizati, & isti intrant limbum, quia naturam habent auersam à Deo per culpam originalis peccati: ita vt dicantur filij iræ. Prou. 1. Aversio paruulorum interficiet eos. Et isti habent pœnam damni & non leuisus, quia non sentiunt eam. Alij moriuntur contra Dominum, vt adalti in mortali decedentes, & ita damnati. Sap. 1. Deus mortem non facit, nec latatur in perditione morientium. Impij autem manibus & verbis accerserunt illam, &c. Et isti intrant infernum. Vnde nunquam sunt liberandi, quia in inferno nulla est redemptio. Quia vt dicitur Eccl. 11. Si ceciderit lignum ad austrum, aut ad aquilonem in quocumque loco ceciderit, ibi erit.

Sequitur præmium gloriæ, quod intelligitur nomine beatitudinis, ubi dicitur beati. Quæ beatitudo in duobus consistit, in amotione maiorum. Vnde dicitur dicto loco Apoc. 14. Amodo iam dicit Spiritus, vt requiescant à laboribus

suus. Et in adeptione bonorum, quæ habent, operam enim illorum sequuntur illos.

Quantum ad primum membrum dicit Eccl. 6. In opere ipsius exiguum laborabis, & cito edes de generationibus ipsius. Nota quod laborant iusti in inquisitione veritatis. Ecclesiast. 33. Non mihi soli laboraui: sed & omnibus exquirentibus veritatem.

Item, in eruditione prædicationis, 2. Tim. 4. Tu vero vigila, in omnibus labora.

Item, in miseria propter peccata. Plal. Pauper sum ego, & in laboribus à iuventute mea.

Ad secundum membrum dicitur. Pro meritis operum recipient retributionem præmiorum, quia Sap. 3. Bonorum laborum gloriosus est fructus. Et Sap. 10. Reddidit Deus iustis mercedem laborum suorum, scilicet, bona gloriæ, quæ sunt pacifica, Isa. 33. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis.

Item, securi Prou. 1. Absque terrore requiescet. Item, iocunda, Isa. 51. Gaudium ac latitiam inuenietur in ea.

Item, æterna, 2. Corinth. 4. Id quod in presenti est momentaneum & leue tribulationis, operatur supra modum in nobis æternum gloriæ pondus. Quam gloriæ nobis concedat, &c.

Iusti pro meritis operum & retributio præmiorum. Beatitudo pacifica, securi, iocunda, æterna. Ecclesiast. 33. 2. Timoth. 4. Sapient. 3. Sapient. 20. Isai 33 Prou. 1. Isai. 51. 2. Cor. 4.

Pueri non baptizati filij iræ. Pueri non baptizati mortui puniuntur pœna damni non leuisus. Mori contra Dominum quid. damnati omnes nunquam liberandi. Eccl. 11. Beatitudo est præmiū gloriæ. Beatitudo consistit in duobus sci. in amotione maiorum, & in adeptione bonorum. Apoc. 13. Eccl. 6. Iustorum labor quis.



AD LECTOREM BENEVOLVM.



VM officio Vistatoris Generalis & Apostolici fungerer in Religiosissima Francia Parisiensis Prouincia, ad Conuentum Mircuriensem, qui situs est in Ducatu Lotharingie, perueni, curiose perlustrans Bibliothecam, optimis tunc libris refertam, & MC. quibusdam in arca repositis & mihi apertis, omnia diligenter euolui: inter alia vnum mihi occurrit, cuius titulus erat, nescio an expositio vel collectio, solum enim præ antiquitate res vltima litteræ, scilicet tio legenda se se offerebant, deinde sequebatur Mystica, postea quibusdam erasis. Antonij de Padua, non integre, sed dimidiata, in scripturam. Inenarrabili gaudio affectus per hunc Codicem mihi dono dari à Conuentu Superiori, deinde à Prouincia Ministro, annuerunt votis, dummodo publici iuris facerem. Legi à capite ad finem pluri, dignum tanto viro opus iudicauit, sed habebam an esset Expositio ipsiusmet Antonij, vel collectio Operum eius ab aliquo facta. Dubius conciones omnes eius euolui, & comperi easdem auctoritates, quæ in his enucleabantur esse quæ in illo Codice MS. continebantur. Sicque nullum iudicium ferre certum ausus, in illam partem propendens, hanc potius esse collectionem ex operibus B. Antonij factam, quam ab eo elaboratam. Sed quidquid sit, illius factus merito nuncupari potest, siquidem collector de suo nihil addidit, nisi auctoritates scripturæ à B. Antonio præclare expositas cuilibet libro veteris Testamenti assignare (nouum enim non absoluit nisi quadam in Apocalypsis fragmenta) non equidem nouus nec inutilis labor. Sanctus enim Paterius ex diuersis S. Gregorij Papæ summo studio excerpere curauit Expositionem noui ac veteris Testamenti, quæ inter Opera sancti Pontificis recensetur, & Tomum VI. conficit; nonne Antonius Monchiacenus Democharez, Doctor Sorbonicus, Expositionem in Cantica Canticorum Salomonis, ex variis Operum S. Ambrosij locis excerptam, & in vnum collectam posteritati reliquit? Siue ergo S. Antonius, hanc expositionem Mysticam in sacram Scripturam ediderit, siue (vt verius opinor) aliquis doctus eam ex eius operibus collegerit, non inanis labor, sed vtilis. Commentarium enim eruditum de nouo excussum præmanibus habes, in sacram Scripturam singulariter, & miro ingenio expositam. Ex quo constat verum esse illud quod in Prefatione prima scripsimus, nempe si res popocisset, vtrumque Testamentum multiplici donasset B. Antonius Expositione. Gratus ergo alieno labore in tui, & omnium vtilitatem frueri, & Vale.



**SANCTI ANTONII  
PADVANI,  
INTERPRETATIO  
MYSTICA  
IN  
SACRAM SCRIPTURAM.**

**CAPVT PRIMVM**

IN

**GENESIM.**



*N* principio Deus creauit caelum & terram, intellige continentem, & contentum; Deus Pater in principio, id est, Filio creauit & recreauit, creauit sex diebus, septimo requiescens; creauit

sex fidei articulis, requiem aeternam septimo re-promittens.

Primo die, *Dixit Deus, Fiat lux, & facta est lux.* Primus articulus fidei Natiuitas Domini. Secunda die dixit Deus, *Fiat firmamentum* in medio aquarum diuidens aquas ab aquis. Secundus articulus, Baptismus. Tertia die dixit Deus, *Germinet terra herbam virentem, & facientem semen, lignumque pomiferum, &c.* Tertius articulus est, Passio Domini. Quarta die dixit Deus, *Fiant luminaria magna in firmamento.* Quartus articulus, Resurrectio. Quinta die fecit Deus volatilia in aere. Quintus articulus, Ascensio. Sexta die Deus dixit, *Faciamus hominem.* Sextus articulus, Missio Spiritus sancti. Septima die, *Requieuit Deus.* Septimus articulus, Aduentus Domini ad iudicium, in quo requiescemus ab omnibus operibus nostris & laboribus.

Prima die, *Dixit Deus, Fiat lux,* ista lux est sapientia Dei patris illuminans omnem homi-

nem venientem in hunc mundum, & habitans lucem, &c. De qua Hebr. 1. *Qui cum sit splendor gloria, & figura substantia eius.* Dixit ergo pater, fiat lux, & facta est lux, quod apertius Ioannes glossat; *Verbum caro factum est,* lux ergo quae erat inaccessibleis, & inuisibilis, facta est in carne visibilis, illuminans sedentes in tenebris. Ecce ergo habes quod eadem die qua dixit Deus fiat lux, eadem die scilicet Dominica, sapientia Dei patris Christus natus de Virgine Maria tenebras quae erant super faciem abyssi, id est, cordis humani, effugauit.

Secunda die, *Dixit Deus, Fiat firmamentum in medio aquarum,* id est, Baptismus diuidens aquas superiores, ab inferioribus aquis, id est fideles ab infidelibus, qui bene dicuntur aquae inferiores, eo quod inferiora perunt, & suis lapsibus quotidie deliciunt, aquae vero superiores significant fideles, qui secundum Apostolum Coloss. 3. *Debent querere quae sunt sursum; ubi Christus est in dextera Dei sedens.* Vel nota quod aquae istae dicuntur crystallinae. Crystallum enim radiis solis tactum, vel percussum scintillas ardens emittit: sic fidelis vir ac iustus solis radiis illuminatus scintillas rectae praedicationis, & bonae operationis proximum accendentes debet emittere.

Tertia die, *Dixit Deus, Germinet terra herbam virentem, &c.* Terra quae dicitur a tero terris, est corpus Christi, quod fuit attritum, ut dicit Isaia cap. 53. *Propter scelera nostra, &c.* Et haec terra fuit clauis & lancea fossa, & exarata, de qua dicitur, *Fossa dabit tellus optato tempore fructus.* Fossa caro Christi, caelica regna dedit. Germinauit herbam virentem in Apostolis, facientem semen praedicationis in Martyribus, lignum pomiferum faciens fructum in Confessoribus

Cant. 7.

Ioan. 14.

Rom. 8.

Isa. 46.

Psal. 5.

Apoc. 21.

Prou. 31.

Matth. 25.

foribus & Virginibus, fides in primitiua Ecclesia erat quasi herba tenora. Vnde Canticorum septimo. *Soror nostra, id est, primitiua Ecclesia, prunula est numero fidelium, & vbera non habet,* quibus filios suos lactet, nondum enim fuit grauidata Spiritu sancto, & ideo dicebant Apostoli ibidem, *quid faciemus sorori nostrae,* in die Pentecostes, quando alloquenda est allocutione Spiritus sancti: De quo Christus in Euang. Ioan. 14. *Ille vos docebit omnia, & suggeret, id est, subministrabit vobis omnia.*

Quinta die, *Dixit Deus, Fiant luminaria duo in firmamento,* id est, in Christo iam per resurrectionem glorificato, fuerunt duo luminaria, claritas scilicet resurrectionis, quae notatur in sole; & incorruptibilitas quae notatur in luna, habito respectu ad statum Solis & Lunae ante lapsum primi parentis, propter cuius inobedientiam omnes creaturae patiuntur detrimentum. Vnde Apost. Rom. 8. *Omnis creatura ingemiscit & parturit usque adhuc.*

Quinta die, *Dixit Deus, Producant aquae volatile, cui bene consonat quintus articulus, scilicet Ascensio, in qua Dei filius tanquam auis cum carne assumpta ad dexteram patris auolauit.* Vnde ipse per Isaia. 46. ait, *vocans ab oriente auem (aliis iustum) & de terra longinqua virum voluntatis meae.* Vocans ab oriente, scilicet monte Oliueti qui est in oriente.

Sexta die, *Dixit Deus, Faciamus hominem ad similitudinem nostram, &c.* Sextus articulus est Spiritus sancti missio, in qua imago Dei in homine deformata & deturpata, per Spiritus sancti inspirationem, qui inspirauit in faciem hominis spiraculum vitae, reformatur & illuminatur. Vnde Psal. 4. *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, &c.* Vultus patris filius, sicut enim per vultum quis cognoscitur, sic per filium patrem cognoscimus. Lumen ergo vultus Dei est cognitio filii, & illuminatio fidei, quae in die Pentecostes in cordibus Apostolorum tanquam quidam character fuit insignita & impressa. *Et sic factus est homo in animam viuentem.*

Septima die, *Requieuit ab omni opere, &c.* Et Ecclesia septimo requiescet articulo ab omni labore & sudore, quonia ut dicitur Apoc. 21. *Absterget Dominus omnem lachrymam ab oculis eorum, id est, omnem causam lachrymandi, tunc ipsa a sponso suo laudabitur, & audire merebitur. Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in porta operum eius.* Prou. 31. *Cum audiet ipsa cum filiis suis sibilum aurae tenuis, Matth. 25. Venite benedicti, &c.*

IN PRINCIPIO DEVS CREAVIT, &c. Sex sunt virtutis animae, prima est cordis contritio, secunda oris confessio, tertia operis satisfactio, quarta Dei & proximi dilectio. Quinta vitae actiuae & contemplatiuae exercitatio. Sexta finalis perseverantiae consummatio, quae sex diebus creationis aptantur, cum super faciem abyssi, id est, cordis sunt tenebrae mortalis peccati. Homo patitur ignorantiam diuinam cognitionis & suae fragilitatis, & nescit discernere inter bonum & malum. Et dixit Deus prima die *fiat lux:* haec lux est contritio cordis animam illuminans, Dei cognitionem suae proprietatis infirmitatis noticiam, boni & mali discretionem ostendens.

Secunda die, *FIAT FIRMAMENTVM IN MEDIO AQUARVM, &c.* Firmamentum est confessio quae firmiter religat hominem ne effluat in deliciis. Vnde Dominus peccatori isto firmamento carenti improperat, dicens Ierem. 31. *Usquequo delicias dissolueris filia vaga? Et Isaia. 23. Transi terram tuam quasi flunium filia maris, quia non est cingulum ultra tibi.* Anima misera dicitur filia maris, quae quasi a mamilla diaboli, mundi fugit voluptatem, quae dulcedinem sapit, sed generat amaritudinem sempiternam. Aquae superiores sunt fluentia gratiae. Aquae inferiores, flucta concupiscentiae, quae debent esse sub homine: Vel aliter; mens iusti habet aquas superiores, scilicet rationem quae est vis animae superior, quae semper hominem ad bonum prouocat. Habet aquas inferiores, id est, sensualitatem, quae semper tendit ad occasum. Diuidit ergo firmamentum confessionis aquas superiores ab inferioribus, ut confitens egressus a Sodomo, ascendens ad montana, non despiciens retro, ne cum vxore Loth conuertatur in statuam salis, quam animalia, id est, demonia magna auiditate lambendo consumunt. Egressus ergo cum veris Israelitis ab Aegypto tendens ad terram promissionis non constituat ducem sibi propriam voluntatem, ut reuertatur ad ollas carnis, & pepones & allia Aegyptiorum, id est, desideria carnalium. Fiat ergo obsecro firmamentum in medio aquarum, ut data confessori cautione firmi propositi non relabendi in ipsa confessione quasi in hora tertia cum Apostolis Spiritus sancti multo inebriari, & tanquam vter per confessionem nouus nouo viuo impleri mereatur.

Tertia die, *Dixit Deus, Germinet terra herbam virentem et facientem fructum iuxta genus suum.*

Nota: quod tertia dies satisfactio vocatur, quae consistit in tribus, oratione, ieiunio & elemosyna, quae in tribus praedictis notantur, dicitur ergo, terra germinet, &c. Herba virens orationem significat. Vnde Iob 39. de poenitente, *quis dimisit onagram liberam, & vincula eius quis soluit: quis dedie domum in solitudine, & tabernaculum eius in terra falsuginis? contemnit multitudinem ciuitatis, clamorem exactoris non audit, circumspicit montes pascuae suae & virentia quaeque perquirunt.* Onager, id est, alinus agrestis ab onos & agros sic dictus, poenitentem significat, eo quod in agro Ecclesiae supportat onus poenitentiae. Hunc liberum Dominus dimittit, & vincula soluit, cum a seruitute diaboli liberum & vinculis absolutum, scilicet peccatorum abire permittit. Huic dat Dominus domum in solitudine, scilicet mentis, & tabernacula vitae actiuae, in quibus militat in terra falsuginis, id est, mundanae conuersationis, & sic iste poenitens contemnit multitudinem ciuitatis. De qua Dominus Malach. 3. *Ego Dominus & non mutor, & ciuitatem non ingredior, Psal. 54. Vidi iniquitatem, quo ad Deum, & contradiotionem quo ad proximum, in ciuitate: & clamorem exactoris non audit.* Exactor est diabolus, qui semel nummum obtulit primo parenti, & illum quotidie cum vsura exigere non cessat, vocem exactoris huius non audit poenitens, cum eius suggestioni non acquiescit. Vel exactor est venter, qui quotidie gulae tributum cum clamore exigit, sed hunc poenitens non audit, quia ei non ad volum



pratem sed ad necessitatem tantum obedit. Hic onager circumspicit montes pascuæ suæ, quia in excellentia vitæ positus, sacre scripturæ pascua circumspiciens, inuenit dicens cum Psalm. 22. *In loco pascuæ ibi me collocauit.* Et sic virentia quæque in deuotione orationis perquirat, vt de pascuis sacre lectionis perueniat ad carpenda virentia deuotæ orationis, de qua dicitur, *germinet terra herbam virentem.*

Isai. 32.

Sequitur: ET FACIENTEM SEMEN SVVM. per quod ieiunium significatur. Vnde Isa. 32. *Beati qui seminatis super omnes aquas iniectiones* (aliàs immittentes) *pedem bouis & asini.* Super aquas seminat, qui & orationi & compunctioni lachrymarum ieiunium super addit; tum bouis, id est spiritus, & asini, id est, corporis. Vnde Christus Matth. 17. & Mar. 9. *Hoc genus demoniorum non eiicitur, id est, cordis immunditia & carnis luxuria non potest eiici, nisi in oratione & ieiunio, oratione enim cor à polluta cogitatione mundamus. Ieiunio carnis petulantiam refrænamus.*

Sequitur: LIGNVM POMIFERVM FACIENS FRUCTVM. In ligno pomifero eleemosyna designatur, quæ fructificat in egenis, id est, ipsorum manibus reportatur in celum; & nota quod dicitur faciens fructus iuxta genus suum, genus hominis est alter homo, de humo creatus; & in animam viuificatus: debet ergo eleemosyna facere fructum iuxta genus suum, quia & anima spirituali pane, & corpus corporali reficitur. Vnde Iob 5. *Visitans speciem tuam non peccabis.* Species tua est alter homo, quem eleemosyna tam spirituali quam corporali debes visitare, & sic non peccabis. Iuxta illud præceptum Matth. 22. *Diliges proximum tuum sicut teipsum.* Sed nota quod dicitur cuius semen sit in semetipso, quia qui vult ordinate eleemosynam facere prius à semetipso debet incipere. Hæc tria pœnitentiæ satisfationem faciunt.

Iob 5.

Matth. 22.

Quinta die, DIXIT DEVS, PRODVCANT AQVÆ REPTILE. Quinta virtus est exercitatio vitæ actiue & contemplatiue, in qua vir actiuus tanquam piscis perambulat semitas maris, id est, mundi, vt proximo necessitatem patienti etiam valeat prauenire. Et contemplatiuus tanquam auis penna contemplationis in aerem eleuatus pro modulo suæ capacitatis regem in decore suo speculatur. *Homo* (inquit Iob) *nascitur ad laborem, scilicet vitæ contemplatiuæ, & nota quod sicut auis quæ latum habet pectus, eo quod multum capit aeris, à vento retardatur; & quæ strictum habet pectus & acutum, velocius & sine difficultate volat: sic mens contemplatiua si multis & variis cogitationibus dilatatur, in contemplationis volatu nimium præpeditur, sed si ordinata & in vno collecta ceperit volare, ipsius contemplationis gaudio perfruetur.*

Sexta die, DIXIT DEVS, FACIAMVS HOMINEM, &c. Sexta & vltima virtus animæ est finalis perseverantia, quæ est cauda hostiæ in sacrificio. Tunica Ioseph talaris polymita, sine qua quinq; supradictæ virtutes inutiliter habentur, cum qua vtiliter possidentur, in qua tanquam rebus sexto die imago & similitudo Dei nunquam deturpanda, nunquam scedanda faciei animæ imprimatur æternaliter.

IN PRINCIPIO CREAVIT DEVS, &c. Sex diebus omnia fecit, dixit & facta sunt. Sexta ætate, *Verbum caro factus est.* Sexta die & sexta hora passus est; tanta differentia est inter eius dicere, & facere, quanta fuit inter creare, & recreare. Creatio leuis & facilis, quia solo verbo, immo sola voluntate, sed recreatio valde difficilis, quia per passionem & mortem, ô cum quantâ passione & angustia & dolore recreati sumus & redempti, & tamen facillimè & grauissimè peccamus!

TENEBRÆ ERANT SVPER FACIEM ABYSSI. Propter tenebras homo non potest videre figuras nec colores. Ideo sic nec Deus imaginem suam in nobis tenebra peccati occultatam.

TENEBRÆ ERANT SVPER FACIEM ABYSSI. In facie prudentis relucet sapientia, scilicet in creatâ, quæ Deus est. Hæc facies in peccatoribus est nimium tenebrosa.

SPIRITVS DOMINI FEREBATVR SVPER AQVÆ SPIRITVS, id est, anima quæ spiritum amoris diuini iam concepit, fertur super aquas, id est, super temporalia.

CONGREGATIONES AQVARVM APPELLAVIT MARIA. Diuitiarum congregatio nihil aliud est quam tribulationis & doloris amaritudo.

PRODVCANT AQVÆ REPTILE ANIMÆ VIVENTIS, ET VOLATILE SVPER TERRAM, quædam reptilia reptant manibus sicut lacerta, quædam cõflis sicut serpens, quædam ore sicut vermes, qui figunt os in aliquo, & postea trahunt corpus, vnde tota eorum fortitudo est in ore: sic multi quidquid habent, habent immediate in ore, item sicut vermes non habent vim nisi in ore, & totum reliquum est molle, sic multiti non habent aliquam austeritatem nisi in verbo: rana cum corpore intra aquam habet & solum labium extrâ, & optime cantat; sic multi prædicatores isti sunt sicut reptile, quod totum iacet in terrâ; Ezec. 8. Omnis similitudo reptilium depicta erat in pariete.

DEVS FECIT DVO LVMINARIA, LVMINARE MAIUS, ET MINVS. Maius est Angelicus spiritus. Luminare minus est anima hominis. Vnde dicitur luna quasi lucentium vna. Ad hoc enim hominis anima creata est, vt cœlestia sapiens tanquam vna ex illis beatis spiritibus creatorem laudaret, & cum Dei filiis iubilaret.

FACIAMVS HOMINEM, &c. De terra formatus est, si Deo sibi relictus terræ vt plurimum proprietatem imitatur. Sicut enim terra inculta quantumcunque de se bona statim sylvestris efficitur & infructuosa. Sic natura humana nisi diligenter fuerit culta ad peccati maculam præpeditur.

CREAVIT DEVS HOMINEM AD IMAGINEM SVAM. Hominem eodem die quo bestias terræ formavit vt compesceret superbiam hominis. *Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.*

## CAP. II.

SPIRAVIT IN FACIEM EIUS SPIRACVLVM VITÆ. Quod est cordis contritio, quod tunc Dominus inspirat in faciem animæ, dum ei imago & similitudo deturpata per peccata per cordis

contri

contritionem faciei ipsius animæ imprimitur, & impressa renouatur.

PLANTAVERAT DOMINVS PARADISVM VOLVPTATIS. Paradisus Domini, id est, gloria nostri corporis glorificati quatuor fluminibus, quæ sunt Phison, Gyon, Tigris, & Euphrates irrigabitur, id est, quatuor dotibus, scilicet claritate, subtilitate, agilitate, & immortalitate decorabitur. Per Phison, oris mutatio, in quo claritas resurrectionis, in quam à tanta scditate, tanta obscuritate instar solis immutabimur. Vnde Matth. 13. Fulgebant iusti sicut sol in regno patris eorum. Per Gyon (subtilitas, quæ interpretatur pectus. Sicut enim pectus non disiungitur, læditur, non patitur, non aperitur, nec aliquem dolorem patitur cum à corde cogitationes exeunt. Sic corpus glorificatum tantæ erit subtilitatis quod nulla res erit ei impenetrabilis, & tamen res ipsa infragibilis & indissolubilis, clausa & solida remanebit. Sicut patet de corpore Christi glorificato, quod ianuis clausis ad Apostolos intrauit. Per Tygrim qui interpretatur sagitta agilitas, quæ bene sagittæ volocitate designatur: per Euphratem qui frugifer, immortalitas, in qua inibriabimur ab vbertate domus Dei, in qua plantati tanquam arbor vitæ in medio paradisi fructificabimur poma, scilicet æternæ satietatis, quibus satiati non esuriemus in æternum.

Matth. 13.

Prou. 8.

Luc. 17.

Zach. 3.

Isa. 3.

PLANTAVERAT AVTEM DOMINVS DEVS PARADISVM VOLVPTATIS A PRINCIPIO. I. in oriente, in quo posuit hominem, &c. paradisi locus deliciarum animæ est, Prou. 8. *deliciæ meæ esse cum filiis hominum.* Dati sunt cibi inusitati & delicati, quibus Dominus ab anima vult pasci, & non cibis communibus, id est, operationibus mundanis, quia illis Dominus fastiditur: ponitur igitur paradisi in oriente: per orientem intellige aduentum ad iudicium, Luc. 17. *Et erit aduentus filij hominis quasi fulgur qui exiit ab oriente.* Vel per orientem Christum, quia *vir oriens nomen eius*, Zach. 3. Ita igitur debet plantari mens fidelis ad orientem, vt semper habeat diuinum iudicium præ oculis, semperque formidet, & timeat. Quia Isai. 3. *Popule meus, qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt.*

QVI DIVIDITVR IN QVATVOR CAPITA. Aqua plantas rigat ad fructificationem: sic Euangelistæ totam Ecclesiam per doctrinam suam fructificare fecerunt: vnde significantur per quatuor flumina paradisi.

PHISON CIRCVMIVIT OMNEM TERRAM EVILATH, id est, omnes defectus proximorum: Phison est oris mutatio, siquidem compatiens omnibus omnia fit, flens cum flentibus, & gaudens cum gaudentibus, &c. Habet aurum optimum, id est, excellens meritum charitatis.

IN QVO POSUIT DEVS HOMINEM. Primus homo fuerat à Deo separatus in loco amenitatis & affluentia, quia in horto deliciarum. Ideo Christus intrare voluit locum asperitatis, sterilitatis & indigentia, scilicet desertum.

## CAP. III.

QVI DIXIT AD MVLIEREM. Nota quod in vnoquoque nostrum nihil aliud agit cum ad peccatum quisque dilabitur quam in paradiso actum est in illis tribus, sc. serpente, muliere, & viro. Nam primò fit suggestio siue per

cogitationem, siue per sensus corporis, quæ suggestio cum facta fuerit quasi iam mulieri per suatum erit: sed aliquando ratio viriliter commotam cupiditatem refrænat & cõpescit. Quod fit cum non labimur in peccatum, sed cum aliqua luctatione coronamur: si autem ratio consentiat, & quod libido faciendum esse commouerat, decernat; ab omni vita beata tanquam à paradiso expellitur.

ERITIS SICVT OLIU. Oliua est humana natura, quæ ante peccatum fuit oliua in agro Damasceno creata, sed in paradiso voluptatis (vt ita dicam) plantata, vber, id est, fertilis in gratuitis, pulchra in naturalibus, fructifera in deliciis, speciosa in dotibus: sed heulad vocem loquelæ grandis, scilicet diabolicæ suggestionis grandia promittentis, Eritis sicut Dij, ignis vanæ gloriæ & auaritiæ exarsit in ea. Et sic combusta sunt fruteta eius, id est, omnis posteritas ipsius.

MVLIER, id est, mollities, QVAM DEDISTI MIHI SOCIAM DEDIT MIHI DE LIGNO, id est, infructuosam delectationem à Deo prohibitam, & comedi.

VOCEM TVAM AVDIVI ET TIMVI. O Domine si talem vocem audirem, cum Adam clamarem, vocem audiui tuam, & timui. Vox talis non hominis, sed quasi sublimis Dei. Sonet ergo vox tua in auribus meis, à tali voce contremuerunt labia mea.

VIDIT MVLIER QVOD BONVM ESSET LIGNVM AD VESCENDVM. Triplex est oculus vel modus tentationis, primus est gula: de quo vidit mulier, &c. Secundus est superbix & vanæ gloriæ: de quo Iob 4. id est, loquens de diabolo, *omne sublimè videt, & ipse Rex super uniuersos filios superbix.* Tertia est auaritiæ: de quo Zach. 5. *Hic est oculus eorum in uniuersa terra.*

Iob 4.  
Zach. 5.

TERRAM COMEDES, ET SVPER PECTVS TVVM GRADIERIS. Gradiens super terram coi habet in solo.

MALEDICTA TERRA, id est, corpus, IN OPERE TVO, id est, propter opus tuum, id est, propter peccatum inobedienciæ, & quali maledictione maledictum? *Spinæ & tribulos germinabit tibi.* In spinis fames, sitis, & moriendi necessitas, in tribulis carnis tentatio animam tribulans designatur.

IN SVDORE VULTVS TVI VESCERIS PANE TVO. Vultus dicitur eo quod per eum animi voluntas ostenditur. In vultu verè pœnitentis ostenditur dolor contritionis, & defluunt lachrymæ amaritudinis quasi quidam sudor corporis, & ibi est panis & refectio ipsius pœnitentis.

IN SVDORE VULTVS TVI VESCERIS PANE TVO. Ac si dicat Deus homini iam collapsio, propter præceptum quod neglexisti, propter peccatum quod consumpsisti, propter mulierem cui obedisti potius quam mihi, *in sudore*, scilicet corporis sollicitudine mentis, formidine mortis, *in dolore & in labore vultus tui vesceris pane tuo*: quia pomum ligni vitæ perdidisti quod virtute sibi collata diuinitus poterat tibi (si non peccasses) vitam conseruare.

PVLVIS ES, ET IN PVLVEREM REVERTERIS. Christus pedibus suæ humanitatis conuertit rotam nostræ naturæ, quæ prius currebat ad mortem; vt cui prius dictum erat, terra es & in terram ibis, ei modo dicatur, beatus es & bone tibi erit.

EMISIT



EMISIT EVM DOMINVS DE PARADISO VOLVPTATIS. Venit Dei filius tempore acceptabili obediens Deo patri, perdita restauravit, contraria contrariis curavit. Adam fuit positus in paradiso, è quo deliciis affluens cecidit: Iesus verò ductus est in desertum, in quo ieiuniis insistens diabolum deicit. Videte vtriusque tentationis concordiam. Dixit serpens, in quacunque die, &c. Et Matth. 4. Et accedens tentator dixit ei, Si filius Dei es, dic vt lapides isti, &c. ecce gula, &c. Eritis sicut Dij. Tunc assumpsit eum diabolus, &c. Et mitte te deorsum, &c. ecce superbia. Sequitur, Hæc omnia tibi dabo, &c. Quantum peruersus tantum peruersè locutus est, ecce auaritia: sapientia verò quæ semper sapienter agit triplicem diaboli tentationem triplici Deuterio. auctoritate superavit. Diabolus cum de gula tentauit, Iesus respondit, Non in solo pane viuunt homo, quasi dicat, sicut homo exterior viuunt pane materiali, sic interior viuunt pane cælesti qui est verbum Dei. Verbum Dei dicitur filius, qui est sapientia, quæ ex ore Altissimi procedit: sapientia dicitur à sapore: panis ergo animæ vere est sapor sapientiæ, quo sapit bona Domini, & degustat quàm suavis est Dominus: de hoc pane dicitur libro Sapientiæ cap. 16. Panem de cælo illis præstitisti omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem. Et hoc est quod dicitur, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. In omni dicit, quia omnis saporis suauitatem habet verbum Dei & sapientia eius, cuius sapor gulæ delectationem inspidam facit. Hunc panem quia Adam fastidiuit, ideo gulæ tentationi acquieuit, bene ergo dicitur, non in solo pane, &c. Item cum de vana gloria tentauit, Iesus respondit, Non tentabis Dominum Deum tuum. Iesus Christus est Dominus creatione, Deus æternitate. Hunc diabolus tentauit cum ipsi templi creatori de pinnaculo tēpli vt se mitteret deorsum suauit, & Deo omnium cælestium virtutum, Angelorum adiutorium repromisit. Non ergo tentabis Dominum Deum tuum. Adam etiam tentauit Dominum Deum, cum Domini præceptum non obseruauit, sed falsæ promissioni de facili acquieuit. Eritis sicut Dij: ô quanta vanitas credere se fieri posse Deum! ô miser! in altum leuaris super te, & ideo miserabiliter corruis subter te.

## CAP. IV.

ADAM VERO COGNOUIT VXOREM SVAM EVAM QUÆ CONCEPIT. Extra paradysum homo debuit in peccato concipi & nasci, in paradiso virginitas, extra nuptiæ, quibus sponsa obnubilatur species, generatio casta cum claritate nubilo caret, generatio spurca! heu mihi quot malis exercitatur.

RESPEXIT DOMINVS AD ABEL ET AD MVNERA EIVS. Ordo valde congruus: Deus enim magis approbat personam quàm munera non enim diligit personam propter munera, sed è contrario facit mundus, qui prius inspicit ad munera quam ad personas, Psalmista in quorum manibus iniquitates sunt, dextera eorum repleta est muneribus.

## CAP. V.

FACTI SVNT DIES LAMECH, 777. anni, Lamech interpretatur humiliatus, Noe requies superbi inquieti, humiles placidi.

OCCIDI (inquit) VIRVM IN VVLNVS MEVM, ET ADOLESCENTVLVM IN LIVOREM MEVM. Lamech qui primus stercus duxit bigamiæ super terram luxuriosum auarum significat, qui virum, id est, rationem occidit in vulnere luxuriæ; adolescentulum, id est, bonæ voluntatis initium in liuore auaritiæ: non enim tantum est auaritia pecuniæ temporalis, sed etiam altitudinis, ex cuius appetitu liuor edax, dissensiones & detractiones oriuntur.

CONSVRREXIT CAIN ADVERSVS FRATREM SVVM ET OCCIDIT EVM. In hoc plano Cain qui interpretatur possessio, interfecit Abel, qui interpretatur luctus: luctum enim pœnitentiæ interfecit possessio abundantiae transitoria.

VOX SANGVINIS FRATRIS TVI, id est, spiritus quem extinxisti, clamat ad me de terra, id est, de conscientia tua.

OCCIDI VIRVM IN VVLNVS MEVM. Inuidios sagittat diabolus, dum bonis aliorum eostorqueri & vulnerari facit, hinc Cain quia inuidit Abel fratri suo, ideo à Lamech interfectus.

## CAP. VI.

PŒNITET ME FECISSE HOMINEM, id est, pœna tenet me pro homine. Vnde Isa. 43. Seruire me fecistis in peccatis vestris, præbuitis mihi laborem in iniquitatibus vestris & Esa. 1. laboraui sustinens.

FAC TIBI ARCAM, &c. Prima camera in arca Noe fuit stercoraria. Via ergo stercoraria luxuriosos significat, Eccl. 9. mulier fornicaria quasi stercus in via. Et Esa. 51. Improperat Dominus luxuriosè (Audi pauperula & ebria non vino) posuisti vt terram corpus tuum, & quasi viam transeuntibus, id est, dæmonibus, qui dum transeunt cõculcant semen ne germinet. Hi sunt camera stercoraria, qui computruerunt vt iumenta in stercore suo. De quibus Psal. 82. *Dispererunt in Endor* (qui interpretatur ignis generationis in ardore luxuriæ) *facti sunt vt stercus terra:* & nota quod ex hoc stercore quatuor vermes, generantur, qui sunt simplex fornicatio, adulterium, incestus, peccatum contra naturam: simplex fornicatio, vt pote dum solutus luxuriatur cum soluta, & est peccatum mortale, vnde dicitur fornicatio à fornice, & necatio, id est, mors animæ ad similitudinem Dei formata: adulterium dicitur quasi ad alterius thorum accessio. Incestus, non castus, vel sine cæsto, id est, vinculo licito dicitur, & est consanguineorum vel affinium: peccatum contra naturam est quocunque modo, vel quocunque semen effunditur, præterquam iu matricem conceptionis vasculum mulieris: omnes isti sunt via à dæmonibus conculcata, & camera stercoraria.

Secunda camera in arca Noe fuit Apothecaria. Apothecaria falsos religiosos significat, quia vendunt suæ vitæ merces pro denario humanæ laudis. In foro enim communi tanquam quidam apothecarij, falsi religioni sophisticas species

species vendunt: super habitu enim religionis vt vmbrae alii nominis laudari appetunt. Quoddam enim personale signum perfectionis apud homines induunt, sancti videri volunt, sed esse nolunt: pro dolor! religio quæ debet seruare species virtutum, aromata morum, destruitur, & efficitur forensis apothecaria. Vnde Ioel deplorans ait, Ioel 1. demolita sunt horrea (id est, claustra Canonicorum) dissipatæ sunt apothecæ (id est, Abbatia monachorum) quoniam confusum triticum. In tritico quod albet interius, & rubet exterius, notatur castitas quæ munditiam ad se, vel charitas quæ amorem Dei ad se conseruat & ad proximum. Hoc triticum ideo confusum, quia cecidit supra petram, & natum aruit, qui non habebat radicem humilitatis, nec humorem gratiæ septiformis. Ecce habes quod ex confusione tritici, id est, defectu charitatis destruitur apotheca totius religionis. In tertia camera arce Noe sunt immitia animalia, auaros & vsurarios significant animalia ferocia, quia auaritia vsuras capit & transglutit. Hic animalia ferocia, de quibus Psalm. *Hoc mare magnum, &c.* Illic, id est, in mundo reptilia quorum non est muneris. Hoc mare magnum, id est, hic mundus, mundus amaritudine plenus, magnus diuitiis, spatiosus deliciis, quia spatiosa est via quæ ducit ad mortem: Sed quibus? non Christi pauperibus qui intrant per angustam portam: sed vsurariis manibus, quibus totum mundum iam ceperunt, propter eorum vsuras Ecclesiæ depauperantur, de bonis suis monasteria denudantur. Et ideo conqueritur Dominus, Ioel 1. Gens ascendet super terram meam fortis & innumerabilis, dentes eius vt dentes leonis, &c. Sequitur, illuc reptilia; &c. Nota hic tria genera vsurariorum, sunt enim quidam qui priuatim faciunt vsuras, & isti sunt reptilia, id est, latent repentiæ, quorum non est numerus. Sunt alij, qui apertè faciunt, sed non in magna quantitate, vt misericordes videantur. Et isti sunt animalia pusilla: alij sunt perfidi, desperati, & apertissimi vsurarij, qui ab omnibus palam quasi in foro recipiunt & faciunt, & isti sunt animalia magna ceteris crudeliora, à venatore diabolo capienda, & securi mortis æternæ interficienda, nisi male ablata restituant, & postmodum pœnitentiam agant. Et vt ipsam agere valeant, illic, id est, per medium ipsorum naues, id est, prædicatores Ecclesiæ debent pertransire, & semen diuini verbi seminare: sed peccatis nostris exigentibus & ferocia animalia vsurariorum suffocant verbum tam assidue seminatam, & ideo pœnitentiæ non faciunt fructum. Quarta camera Noe fuit mitium animalium. Et quinta hominum & volucrum. Videte charissimi, quod in tribus supraddictis, scilicet via luxuriosorum qui sunt camera stercoraria, petra superborum religiosorum qui sunt apothecaria, & spinis auarorum & vsurariorum, qui sunt ferocia animalia, semen verbi Dei non poterit fructificare. Ideo sanctæ Ecclesiæ fideles inclamat ad Deum: Exurge, quare obdormis Domine, &c. Nota quod terdicunt exurge propter ista tria, quæ sunt via, petra, & spinæ. Exurge ergo, ô Domine contra luxuriosos, qui sunt via diaboli, qui quia in peccatis dormiunt, te dormire credunt. Exurge contra falsos religiosos qui sunt quasi petra sine humore gratiæ. Exurge contra vsurarios, qui sunt quasi spinæ pungentes, &

adiuua & libera nos de eorum manibus.

DICIT DOMINVS AD NOE, FENESTRAM IN ARCA FACIES, ET IN CVBITO CONSUMMABIS EAM. Arca dicta eo quod arceat aurem vel visum, est iusti vita, qui se arceat ab omni vitio. Fenestra, quæ dicitur quasi ferens extra, est mentis deuotio, per quam egreditur & ingreditur columba, id est, anima. Egreditur (inquam) ad contemplandum Deum, ingreditur ad considerandam seipsum. Fenestra ergo in arca est, in vita iusti deuotio, quæ in cubito, id est, Dei charitate consummatur.

NOE INVENIT GRATIAM CORAM DEO. De quo alibi inuentus est iustus, quod dicitur de Noe in quo intelligitur donum scientiæ, cuius est scire, bene conuersari in medio huius prauæ & peruersæ nationis: quod competit Noe, qui inuentus fuit iustus inter generationem malam. Noe enim interpretatur requies vel commotus; sic vir iustus debet super bonos per charitatem requiescere, & super malos zelo iustitiæ commoueri: & sic perfectè haberet donum scientiæ, & in tempore iracundiæ feret reconciliatio, & inter eos, qui oderunt pacem, pacificus. Hic est Noe, qui arcam fabricauit, & alios secum seruaui, quia talis Ecclesiam Dei præ aliis ædificat, & conseruat.

## CAP. VII.

REMANSIT SOLVS NOE, ET QVI CVM EO ERANT IN ARCA. Omnis caro reperta extra arcam aquis diluuij deleta est. In arca tantummodo est vita. Ad ipsam ergo fuge, sicut fecit Ruth cui dicit Boos Ruth 2. plenam mercedem recipies à Domino Deo Israel ad quem confugisti, & sub cuius alas venisti. Extensis brachijs quasi duabus alis in cruce Christus suscipit ad se confugientes, & abscondit in abscondito vulnerum tuorum à conturbatione dæmonum.

ARCA FEREBATUR SVPER AQVAS. Aquæ diuitiarum & concupiscentiarum, ita iam præualuerunt quod totam terram operuerunt. Vnde Isa. 2. Repleta est terra auro & argento, & non est finis thesaurorum eius; ecce auaritia: & repleta est terra eius equis, & innumerabiles quadrigæ eius, ecce superbia: & repleta est terra eius idolis; ecce luxuria. His maledictis aquis repleta est omnis terra, & quod periculosius est & deterius, montes omnes excelsi, id est, Ecclesiæ prælati istis aquis sunt operiti. Sed arca Noe, id est, anima viri spiritualis fertur super aquas, quia omnia reputat tanquam stercora.

## CAP. VIII.

ADDVXIT DOMINVS SPIRITVM SVPER TERRAM, & imminuta sunt aquæ, scilicet mundanarum voluptatum: & infra, aspexit Noe, viditque quod exsiccata esset superficies terræ.

Adduxit Dominus spiritum super terram, & imminuta sunt aquæ, & clausi sunt fontes abyssi, & cataracta cæli, & prohibita sunt pluuia de cælo. In aquis diuitiæ, in fontibus abyssi cogitationes animi; in cataractis cæli, oculi, in pluujs verborum abundantia designatur. Cum ergo Dominus adducit spiritum sanctum super terram,

ram, id est, super peccatoris mentem; tunc aquæ diuitiarum diminuuntur, quia pauperibus erogantur.

*Dimisit coruum.* In aridis non inuenit requiem coruus, quia ibi non potest figere pedem suum.

Quod bene figuratur in emissione columbæ de arca, unde columba signans Spiritum sanctum non inuenit ubi requiesceret: pedes eius propter diluuium, sed è contrario diabolus requiescit in oculis humentibus.

Dimisit Noe mane columbam ex arca. *At illa venit ad eum ad vesperam, portans ramum oliuæ virentibus foliis in ore suo.* Columba pro cantu gemens, est anima pro peccatis suis gemebunda, quæ manet, id est, in principio quadragesimæ ab arca, id est, ab Ecclesia in qua ut in arca, qui erant, soli salui facti sunt, emittitur, sed ad vesperam, id est, in fine quadragesimæ, scilicet reuera in Ecclesiam recipitur, ramum portans oliuæ, id est, gratiarum actionem de obiecta misericordia, Ierem. 30. In fleru venient, ecce gemitus columbæ; & in misericordia reducam eos; ecce ramus oliuæ. Et adducam eos per torrentes aquarum in via recta, & non impingent in ea, &c. Sic operatur Spiritus sanctus circa incipientes, qui prius merito ab Ecclesia eiekti, per penitentiam gemebundi redeunt ad Christum, olium misericordie in ore ferentes per gratiarum actionem.

*Venit columba in vesperam ad Noe in arca portans ramum oliuæ, &c.* Columba dicta quasi colens lumbos est simplicitas & puritas, quia lumbos tunc colit cum luxuriam restringit. Hæc columba ad Noe, id est, penitentem, in arcam, id est, in ipsius mentem venit, & hoc est in vespera, id est, quando iam sol mundanæ prosperitatis & calor concupiscentiæ carnalis in ipso tepuit: & tunc ramum portat oliuæ virentibus foliis: in ramo metis constantia, in oliua, serena hilaritas conscientie; in virentibus foliis verba designantur saluifera. Hæc omnia columba portat, cum simplicitas ad mentem penitentis venit.

*Et apprehendit eam, scilicet per fenestram ad quam redibat.* Nota, propter tria volat columba ad fenestras, scilicet, propter accipitris importunitatem, propter pullosum suorum educationem, propter quiescendum post laborem. Hæc sunt tria propter quæ debet redire prædicator à prædicatione ad contemplationem, scilicet incorrigibilitas auditorum, quia multi sunt insidiantes, Ezech. 3. Adherere faciam linguam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgans, quia domus exasperans est. Et Math. 10. Cum autem perfequentur vos in ciuitate ipsa, fugite in aliam. Unde prima coluba rediit in arca, quia non inuenit ubi requiesceret. Secundò ut pullos suos pascat, qui enim alios pauit, si se impactum sentiat, debet redire ut propriæ familiæ pascendæ intendar, & moribus animæ reuifendis. Matt. 16. Quid prodest homini si uiuersum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiat? Sicut autem columba extra acquirit unde pullos intus pascat, sic ex profectu pullosum, id est, proximorum refici debet animus prædicantium: hic dicitur secunda columba rediisse afferens fructum oliuæ in ore suo. Tertio ad quiescendum post laborem; vel corporaliter, quia licitum est sicut Christus Apostolos à prædicatione reuertentes fecit sedere ut quiescerent pusillum, Marc. 6. vel spiritualiter, videlicet ut in contem-

platione hauriant quæ iterum per linguam effundant. Sed nota, tertia columba non dicitur rediisse ad quod notandum, quòd quandiu prædicator potest extra fructum facere, vix aut nonquam propter quietem corporalem vel spiritualem reuerti debet. Hinc sancta animalia ibant ubi erat impetus spiritus, nec reuertebatur cum ambularent, Ezech. 1. Per has ergo tres columbas tria genera prædicatorum ab arca à claustro emissorum signantur. Quidam qui fructum facere non possunt propter defectum auditorum, & tales reuerti debent. Alij qui fructum facere possunt, sed imperfecti sunt in se, & ideo reuerti necesse habent ut sibi vacent. Tertij quam perfecti sunt omnino, & ij vix vnquam reuerti debent. Nota de coruo emisso quòd egrediebatur, & non reuertebatur donec siccarentur aquæ super terram, pascabatur enim cadaueribus, &c. Applicata ad prædicantes ventris causa.

*Aperiens fenestram arca dimisit coruum.* Noe quater aperuit fenestram arca. Primo ad coruū emittendum. Secundo columbam emisit quæ attulit ramum oliuæ. Hæc est oratio, quæ gemitum habet pro cantu, & pacem facit in nobis, & gratiam sancti Spiritus impetrant, Aug. magna est virtus orationis, quæ ibi mandatū peragit quo caro peruenire nequit. Ecce quomodo oratio est columba volans: sicut amicis oblecti solent per columbas litteras mittere. Item tertio & quarto duas alias columbas emisit, quarum vna dicitur rediisse, quia non inuenit ubi requiesceret: altera vero non rediit, per has significatur duplex prædicatione, vna ad peccatores, quæ vacua rediit, alia ad probos & non rediit, sed cum fructu in eis manet.

## C A P. IX.

*Carnem cum sanguine non comedetis.* O infelix ambitio quæ magna ne sit ambire! Circuit sedulus explorator, reapeas manibus & pedibus si quo modo se ingerat in patrimonium crucifixi, & nescit, quia pretium sanguinis est. Carnem cum sanguine non comedetis, quod fit cum quis carnaliter viuendo patrimonium crucifixi in suis abusibus expendit: & ideo peribit anima eius de populo Dei.

*Ponam arcum meum in nubibus caeli, & erit signum fœderis inter me & inter terram.* id est, inter Deum & peccatorem, qui est terra: cui dictum est: donec reuertaris in terram de qua sumptus es, quia puluis es, & in palatere reuertaris: quod est, terra es, & in terram ibis, ponitur arcus confessionis, qui est lignum fœderis, pacis, & reconciliationis. Et vide quòd proprie arcus confessionem significet. Nota, in arca quod sunt quatuor, duo, scilicet, cornua flexibilia, medium durum & inflexibile, & chorda mollis per quam ipsa cornua flexuntur. Similiter in confessione debent esse quatuor. Duo cornua confessionis sunt dolor de peccatis præteritis, & timor de poenis æternis: medium & inflexibile est firmum propositum quod debet habere penitens ne vltra reuertatur ad vomitum. Chorda mollis est spes veniæ, quæ vere illa duo cornua, doloris & timoris à sua rigiditate flexit.

*Arcum ponam, &c.* Nota, & arcus iste est securitas diuinæ iustitiæ. Hic ponitur in nubibus, dicitur scilicet diuinam iustitiam in pluiam beneficiorum conuertit, quæ sunt signa fœderis, & dilectionis

ctionis & amicitie inter Deum, & terram, id est peccatorem. Et attende ibi de arca, quomodo Deus chordam porrigit inimico in signum pacis & clementiæ.

*Arcum meum ponam in nubibus,* id est, iudiciariam potestatem, sicut nubes feruorem solis temperant; sic Apostoli in iudicio iram Domini, Matth. 19. Sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim Tribus Israel, Luc 21. Videbunt filium hominis venientem in nube: arcum meum ponam in nubibus, &c. id est, iudiciariam sententiam.

## C A P. XI.

*De oriente proficiscerentur de oriente in occidentem, inuenerunt campum in terra Sennaar.* De oriente gratiæ in occidentem culpæ proficiscuntur filij Adam: & inuento campo mundani gaudij habitant Sennaar, quod interpretatur fœtor: in fœtore enim gulæ & luxuriæ ædificant suæ conuersionis domum, non sicut Christiani, sed sicut Pagani, nomen Dei sui in vanum assumptes.

*Faciamus nobis turrim.* Turris superbia, & hæc turris confusionis ubi confusum labium. Ex hac superbia qua vnusquisque vult alteri præesse confusa est lingua. Vnus enim loquitur de oppressione proximi, alius de vforis, alius de falsis contractibus. Immo verè confusum est labium, quia vnus alium intelligere non potest: dicant & narrent hi, qui vadunt ad curias ubi causæ proponuntur.

## C A P. XII.

*Egrede de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui.* Nota hic tria genera superbiæ, scilicet, contra inferiorem, contra æqualem, contra superiorem, superbus enim conculcat, contemnit, & subsannat; conculcat inferiorem, quasi terram, quæ dicitur à tero teris; contemnit æqualem, quasi cognationem; superbus enim cognatos & affines de facili contemnit, & scandalizat; subsannat superbus etiam superiorem, quasi domum patris: Superior dicitur domus, quia sub eo subditus, quasi sub domo paternâ filius, debet se abscondere à pluuia carnalis concupiscentiæ, à tempestate persecutionis dæmoniacæ, ab ardore prosperitatis mundanæ. Cæcus superbus cum subsannatione, quæ fit naso corrugato subsannat superiorem. Dicit ergo Dominus, *egredere, ô superbe cæce, de terra tua, ne conculces inferiorem; de cognatione tua, ne contemnas æqualem; & de domo patris tui, ne subsannes superiorem.*

*Veni in terram quam monstrauero tibi.* Terra, est humanitas Christi, de qua Dominus Moyli, *solve calceamenta de pedibus tuis, quia locus in quo stas terra sancta est.* Calceamenta sunt opera mortua, quæ de pedibus, id est, de affectionibus tuæ mentis debes soluere, id est, auferre, quia terra, id est, humanitas Christi, in qua stas per fidem, sancta est, te peccatorem sanctificans.

*Egrede de cognatione tua, & de terra tua, & de domo patris tui, id est, Diaboli: unde Vos ex patre diabolo estis.* De generatione, id est, de omni opportunitate peccandi, quod si non fecit, non

effugisti laqueos inimici; sufficit enim quòd te liget per pedem affectionis, & tamen dimittit tibi guttur confessionis.

## C A P. XIII.

*Facta est rixa inter pastores gregum Abraham, & Loth: dixit autem Abraham ad Loth, ne quasi sit iurgium inter me, & te; Sequitur, fratres enim sumus, &c.* Per Abraham ratio, per Loth vero sensualitas designatur. Pastores gregum sunt affectus & motus viriusque, inter quos est rixa quotidiana; sed dicit Abraham, *ne quasi sit iurgium inter me, & te;* hæc est castigatio rationis ad sensualitatem, volentis eam pacificare sibi; unde & dicit: *fratres enim sumus, noli me impugnare, noli rixam commouere.* Ecce vniuersa terra coram te est, ut viuas ad necessitatem, non ad voluptatem, vtere licitis, viue discretè, quia Deus dedit terram filiis hominum, non bestiis: sed quia video quòd sensus & cogitatio tua prona sit in malum ab adolescentia tua, recede quæso à me, quia duo contraria simul esse non possunt, quæ enim conuenio lucis ad tenebras? quæ pars fideli cum infideli? recede ergo quæso, timeo enim si non recesseris quòd ex conuictu mores conformentur, malignus comes (vt dicit Philosophus) innocenti & simplici socio scabiem vel rubiginem suam appliauit, recede ergo: *Si ad sinistram ieris, &c.* Nota quòd dextrum est carni, sinistrum est spiritui, & è contratio: & hoc figuratum fuit in dispositione Christi in cruce, in qua dextram habuit ab aquilone, & sinistram ad austrum; insinuans aduersitatem quam nos putamus sinistram, ei esse dextram, & prosperitatem temporalem per austrum significatam, quæ nobis est dextra, esse sibi sinistram.

*Ascendit Abraham de Aegypto cum omnibus quæ habebat ad australem partem.* Item Genesim trigesimo quinto. Iacob conuocata omni domo sua ait, ascendemus in Bethel. Abraham & Iacob significant penitentem, qui de Aegypto, id est, de miseriæ suæ tenebris ascendit cum omni domo sua, id est, mentis cogitatione & affectione; ex quibus nihil debet remanere in Aegypto: totus enim debes ascendere ad australem partem, id est, mentis contritionem; quæ est in Bethel, id est, Domus Dei, in qua Deus habitat.

## C A P. XIV.

*Quatuor reges aduersus quinque.* Quinque machinæ diaboli sunt quinque sensus, voluptas, spes veniæ, credulitas diu viuendi, delectatio seu amor peccati, labor satisfactionis maxime in lucro illicito, timor continendi, quæ non sperant posse à libidine abstinere. Hæc figurantur per quinque Reges pugnantem contra virtutes, ubi capitur Loth, qui declinans, vel vacans, vel vincus, & conclusus interceptatur.

## CAP. XV.

**C**um sol occubisset, sopor irruit super Abraham, & horror magnus inuasit eum. Per solē hic intelligitur carnis voluntas, quæ cum incumbit sopor, id est, ecstatis contemplationis, irruit super nos, & horror magnus inuasit nos, de peccatis præteritis, & de penis inferni.

Præcepit Dominus Abrahe ut facta sibi promissione faceret oblationem, qui obtulit quinque, videlicet vaccam, capram, turturem, arietem, & columbam; & aues volebant ea accipere, sed Abraham non permisit. Interim dum sol tenderet ad occasum factus est pavor magnus, & horror tenebrosus, & timuit, sed affuit Dominus confortans eum. Abraham, iustus est, cui fit à Domino repromissio hereditatis. Sacrificium est penitentia quinq; significans, quæ debent esse in ea. Aues sunt demones, qui conantur nobis nostra opera subripere, sed istos debet deuotus Abraham constanter abigere. Tunc autem sol occidit dum nescit finaliter ubi pedem debeat ponere, quia nescit de bello quod ei futicit in morte vnusquisque; tamen semper debet ei esse diuina fiducia, quæ confortat, quia aliàs non fieret salua omnis caro.

Ego sum, qui eduxi te de Vr Chaldæorum. Eduxit Abraham de Vr Chaldæorum, per quem signantur boni, sed Aram ibi consumptus est, per quem signantur mali siue impatientes, interpretatur enim indignatio.

## CAP. XVI.

**H**abens ancillam Egyptiam nomine Agar. Agar, quæ interpretatur, solempnis, significat synagogam, quæ in legis obseruantis quasi quibusdam solemnitatibus gloriabatur. Sara, quæ interpretatur, Carbo, significat sanctam Ecclesiam in die Pentecostes igne sancti Spiritus ignitam; filius illius, id est, populus Iudæorum, impugnat filium istius, i. populum credentium. Vel aliter Sara quæ interpretatur princeps, est superior pars rationis, quæ debet principari, tanquam Domina ancillæ. i. sensualitati quam Agar significat, quæ interpretatur vultur; sensualitas enim tanquam vultur, carnalium desideriorum cadauera sequitur: filius eius, id est, motus carnis persequitur filium istius, motum rationis.

Reuertere ad Dominam tuam, & humiliare sub manu eius. Agar interpretatur vultur. Hæc est anima, quæ cum egreditur per sensus corporis ad opera carnis, tunc est quasi vultur insidians cadaueribus. Huic dicit Angelus, id est, gratia sancti Spiritus, reuertere ad Dominam tuam, intra conscientiam tuam, & sub manu rationis humiliare in amaritudine penitentiae.

## CAP. XVII.

**E**dem die circumcisus est Abraham & Israhel filius eius. Obedientia Abrahæ prompta patet, in hoc quod statim sine omni cunctatione præcepto circumcisionis satisfecit, quis ergo nisi vesanus huiusmodi obedientiam à iustificandi ratione excluderet?

Non ultra vocabitur nomen tuum Abraham. Quando Dominus fecit Abraham Prælatum, quando scilicet fecit sibi promissionem de mul-

tiplicatione seminis sui, auxit ei nomen vocando eum Abraham, qui interpretatur pater multarum gentium, quod importat solitudinem: Abram interpretatur excelsus, vnde accepit solitudinem, & dimisit celsitudinem, & ita debent facere Prælati, sed oppositum operantur, quando enim efficiuntur Prælati, dimittunt solitudinem, & accipiunt celsitudinem.

## CAP. XVIII.

**L**oquar ad Dominum cum sim puluis & cinis. Vilitas sui, & contemptus mundi, bene omnes virtutes custodiunt, super quæ manus operum debent inniti, & firmiter apprehendere vt dicatur cum Abraham, Loquar ad Dominum meum cum sim puluis, & cinis.

Apparuit Dominus Abrahe in conualle Mambre sedenti in ostio tabernaculi sui. Abraham est vir iustus, conualis duplex humilitas: Mambre interpretatur perspicuitas, tabernaculum corpus ostium vitæ ingressus & egressus: feruor diei compunctio animi, apparet ergo Dominus viro iusto existenti in duplici humilitate cordis & corporis quæ perducit ad perspicuitatem gloriæ cælestis & sedenti in ostio sui tabernaculi, id est consideranti natiuitatem sui corporis & mortem, & hoc totum debet considerare in hoc ipso feruore compunctionis.

## CAP. XIX.

**E**t dixerunt ei, salua animam tuam, & ne stes in omni circa regione, sed in monte saluum te fac. Si quis ingressum & egressum bene consideraret de Sodomis, id est, peccati fetore exiret, nec post tergum, id est, ad peccata præterita rediret, nec in omni circa regione staret, quia circa regionem stat, qui circumstantias & peccati imaginationes post peccatum dimissum non dimittit, sed in monte, i. in vitæ excellētia se saluaret.

Da mihi animas, cætera tolle tibi: Christus eius animam, ponendo in morte animam suam, & ideo diabolus totum emptorem tanto labore vult fraudare, cum animam nostram vult decipere, vel occidere; sed Dominus contra hæc mala, sc. angustiam, culpam, vanitatem, misit paraclerum, contra angustiam, spiritum, contra culpam, veritatem contra vanitatem.

Duo Angeli apprehenderunt manum Loth, & eduxerunt eum, posuerunt que eum extra ciuitatē. Duo Angeli sunt timor & amor Dei, qui tunc manum Loth apprehendunt cum opera peccatoris refrænant, & educunt à turba cogitationum, & ponunt extra urbem malarum consuetudinum.

Dederunt patri suo bibere vinum. Inebriauerunt eum cū egressus de Segor mansit in monte, in spelunca, &c. ita quod de vna suscepit Moab, & de alia suscepit Amon Loth interpretatur declinans, & significat hominem à rectitudine iustitiæ declinantem, siue via mandatorum. Hic exiens de Segor, quæ interpretatur parua, id est, de humilitate diuinæ obedientiæ, ascendit in montem superbiæ, & ibi quasi in spelunca latitans, id est, in tenebris peccati & ignorantiae, de duabus filiabus, id est, suggestionem diaboli, & concupiscentia carnis, ex vna generat Moab, qui interpretatur superbia; ex alia generat Amon, qui interpretatur luxuria turbatus, quia actus est fœculentus.

CAP.

## CAP. XX.

**H**abitauit inter Cades & Sur. Cades interpretatur fons iudicij, & Sur interpretatur angustia, quia inter ista duo habitare debet anima peccatoris, debet enim considerare iudiciū Dei, quàm districte examinabuntur in eo peccatores, & debet considerare angustiam mortis æternæ ad quā iudicabitur si non penituerit.

Orante Abraham sinavit Deus Abimelech. Oratio Abrahæ pro Abimelech de peccato satisfaciendo exaudita est, concluderat Dominus vultus domus eius propter raptam vxorem, orante vero Abraham vxor, & ancilæ, & pecudes, rursus concipere & parere ceperunt: discamus nos quoque, oratione de commissis peccatis Deo satisfacere: discamus etiam nos contra peccata munire, nisi enim nos custodierit Dominus, occidimus.

## CAP. XXI.

**V**ocauitque Angelus Dei Agar de cælo. Ismaeli erranti apparuit in solitudine Angelus Dei, aperuitque ibi fontem vt biberet, quo recreatus factus est sagittarius, & habitauit in deserto Pharan, Ismael enim vir aditus interpretatur, vel assumens exauditionem Domini, & signat peccatorem qui à Deo exauditur, & à diuina gratia est adiutus, Psal. Cum clamarem ad Dominum, exaudiuit me, & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me. Huic Deus misericordiæ fontem aperit, & tandem habitat in deserto Pharan, id est, in corde frugifer, quia fruges meritum à corde oriuntur. Pharan frugifer interpretatur: & efficitur vir sagittarius, dum videlicet motus bestiales insurgentes in corde venatur & insequitur, ipsosque iaculat & perimit, sagitta Dei salutis contra Syriam, videlicet contritione, & detestatione.

## CAP. XXII.

**T**olle filium tuum unigenitum quem diligis Isaac, & vade in terram visionis, atque ibi offeres eum in holocaustum. Isaac interpretatur risus vel gaudium: & significat moraliter carnem nostram, quæ ridet quando temporalia ei arident, & gaudet cum desideria sua complet: de his Ecc. 2. risum, i. temporalia reputaui errorem, quia à viaveritatis errare faciunt, & gaudio carnis dixi, quid frustra deciperis: tolle ergo filium tuum, i. carnem tuam quam diligis: quam tam affectuosè nutris. Et d. miser nescis, quia non est efficacior pestis ad nocendum quam familiaris inimicus. Quia delicate at pueritia sua (inquit Salomō Prou. 29.) nutrit seruum suum, postea sentiet eum contumacem: tolle ergo, tolle, crucifige eum, crucifige, reus est mortis: respondit Pilatus, i. carnalis affectus, quid enim malifecit? Deum cōtempit, proximum scandalizauit, propriæ animæ mortem intulit. Et tu dicis, quid mali fecit: tolle ergo eum & vade in terram visionis: terra visionis dicta fuit Hierusalē, de qua assumptus Iesus duodecim discipulos, & ait illis: ecce ascendimus Hierusalem, assume tu & filii tuum: & ascende cum Iesu & Apostolis Hierusalem. Et ibi offer in altare, i. in consideratione Dominicæ Passionis, in cruce penitentiae, in holocaustum corpus tuum, Nota

Prou. 29.

quod dicit holocaustum, quod dicitur abholon, quod est totum & scama, quod est incensio: vnde holocaustum, quasi totum incensum: totum ergo filium tuum, totum corpus tuum offer Iesu Christo, qui se totum obculit Deo patri, vt totū destrueret corpus peccati, tolle ergo filium, risū tuum, carnem tuam, & offer illum totum in holocaustum, vt totus charitate ardeas, quæ operit multitudinem peccatorum. Et offer illum in altari Passionis Christi: cuius felle, id est, amaritudine illuminaberis, & audire mereberis.

Ego & puer illuc properantes reuertemur ad vos. Solus Abraham, i. vir iustus, cum puero, id est, mentis puritate, ascendit in montem vitæ contemplatiuæ, pueri autem remanserunt in valle delectationis mundanæ, expectantes cum asino, id est, asinina tarditate.

Ecce ignis, ligna, & gladius, ubi víctima holocausti? Scilicet, patris tui ignis, quia in Psal. Ignitum eloquium tuū vehementer: vnde erat cor ardens discipulorum. Gladius, quia vinus est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti: in Epistola ad Eph. Assumite gladium spiritus, quod est verbum Dei. Ecce igitur prædicatores: ecce ligna, quæ scilicet, verus Isaac baiulabat. Vbi est víctima? Vbi est, qui vere penitenteat, aut qui penitentiam plenè sumat? Sed has victimas debemus Deo Isaac, qui gaudium interpretatur, nam penitentia cum hilaritate est facienda, Psal. Seruite Domino in lætitia.

Psal.

Psal.

## CAP. XXIII.

**V**enit Abraham vt plangeret & fletet eam: planctus respicit signa fletus & lachrymas, moraliter Christus venit plangere naturam humanam mortuam propter peccatum, Luc. 19. Videns Iesus ciuitatem fleuit super illam, sancti plorant mortem animæ, mundus autem solum flet pro eo quod perditur temporaliter.

In electis sepulchris nostris, sepeli mortuum tuum: habet mundus electa sepulchra, nempe illos, quos fastigium elationis & superbiæ vel superstitiōnis operositas & hypocrisis claros reddit, vnde Dominus Phariseis loquens, Matth. 23. dixit, similes estis sepulchris dealbatis.

Luc. 19.

Matt. 23.

## CAP. XXIV.

**R**ebecca & puella eius ascensis camelis secuta sunt virum. Camelus ad onera ferenda se spontē subiicit, & signat illum, qui onus dominicum spontē sumit. Huic Camelo insidens Rebecca, id est, anima Christiana, de Aram, id est, de mundana conuersatione ad sponsum suum Isaac, id est, ad Christum suum accessit.

Palearum, & fani (ait Rebecca) est plurimum apud nos, & locus spatiosus ad manendum. Verè locus spatiosus, quia lata est via, quæ ducit ad perditionem, multumque in ea operum carnalium & mundanorum, quæ velut scœnum, & paleæ ac ternis concremantur ignibus, igitur scœnum vt bos comedes, id est, detestationem commissorum carnalium operum, spirituale suscipiens nutrimentum.

Ros, scilicet, diuinæ gratiæ humectantis illustrantis, fœcundantis, & dulcorantis internam mentem. In rore celi desuper eris benedictio tua, & paulo ante, det tibi Deus de rore celi, &c.



## CAP. XXVI.

**A**scendit Isaac in Bersabee, ubi apparuit ei Dominus. Bersabee, interpretatur puteus fatietatis; hæc est charitas, & humilitas, quæ animam fatiant, quas qui habet non fitiet in æternum.

Apparuit Dominus Isaac, & ait, ne descendas in Ægyptum, sed quiesce in terra, quam dixero tibi, & peregrinare in ea, erogue tecum, & benedicam tibi. Tria præcipit Deus iusto, ne in Ægyptum, id est, inquietudinem secularium ubi conficiuntur lateres luto luxuriæ, aqua auaritiæ, & palea superbiæ, debeat descendere; sed in terra mentis suæ quiescat, & in omnibus diebus vitæ suæ quibus militat, se peregrinam reputet, & sic Dominus erit cum eo, benedictioneque dextræ ei benedicet.

Vidit Abimelech Isaac iocantem cum Rebecca uxore sua. Venit Christus quasi sponsus animi, in quo aduentu quotidie per gratiam coniungitur 2. Cor. 12. despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo, hoc est coniugium Isaac & Rebecca: si vis ergo habere harum gaudia nuptiarum, & esse sponsa Christi, para te & exi obuiam ei, tria autem necessaria sponsæ, ad hoc vt perfecte placeat sponso suo, scilicet vt sit iusta & morigerata in se, per refrænationem omnium illicitorum, misericors & læta, quoad familiam & amicos sponsi, & fidelis in omnibus, quoad sponsum, quod per hæc tria fiamus sponsa Christi dicit Dominus, Osee 2. Et sponsabo te mihi in sempiternum, & sponsabo te mihi in iustitia & iudicio, & in misericordia & in misericordiationibus, & sponsabo te mihi in fide.

## CAP. XXVII.

**C**umque aliquid venatu apprehenderit Egredus est Esau vir agricola ad venationem, & Iacob vir simplex manens in mentis habitaculo subripuit illi benedictionem. Cum enim quis per amorem rerum temporalium ad vendendum villam, ad consulendum Phylonitiam à mentis quiete egreditur, ei proculdubio benedictio æterna subripitur.

Affer mihi duos hædos optimos. Duo minuta habeo Domine, corpus, scilicet & animam: hæc tibi dignè vitam offerre mereat cum vidua muliere. Hi sunt duo hædi optimi quibus libenter Isaac veltitur, si tamen à Rebecca. i. gratia, sicut ipsa patrem velle noluit, præparentur. Effundit ergo de eis Rebecca sanguinem, id est, peccatum; auferit pellem, id est, omnem speciem mali, & scularum conuersationem: in Epist. ad Eph. Exuite veterem hominem, & induite nouum hominem qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Et coquit, per charitatem: sic ergo quilibet debet ministrare Deo se, sua, & suos.

Affer mihi de venatione tua. Venator. i. pœnitens debet habere cornu sonorum, canem, & iaculum. In cornu clamor nudæ accusationis; in cane latratus conscientie mordacis; in iacula vindicta propriæ animaduersionis vel satisfactionis notatur. Debet ergo cum arcu confessionis habere cor nudè accusationis, & canem conscientie mordacis, ne aliquid de peccato vel circumstantia peccati intactum permittat pertransire. Debet etiam habere iaculum animaduersionis, indignationis, & satisfactionis, vt seipsum feriat, sibi ipsi indignetur, pro peccatis suis satisfaciatur, vt quot in se habuit oblectamenta, tot de se inueniat holocausta. Hæc est bona venatio, de qua pater ait dicto loco Gen. 27. affer mihi de venatione tua, vt comedam, & benedicat tibi anima mea.

Gen. 27.

Vestibus Esau valde bonis quas apud se habebat, induit Iacob Rebecca. i. sapientia Dei, patris vestibus, id est, virtutibus bonis, quia ipsius sapientie manu & artificio contextis, quas apud se habebat in thesauro gloriæ suæ positas (verè, quia dat cui vult, & quando vult, & quomodo vult) induit Iacob virum iustum. Huiusmodi vestimenta sunt candida, ab affectu, quia candidum faciunt hominem; non dico sicut nix est, sed super niuem dealbatum: talia vestimenta fullo, id est, prædicator in fullonia suæ prædicationis non potest facere super terram.

Ecce frater tuus minatur vt occidat te, & nunc audi vocem meam, & consurgens fuge ad Laban, fratrem tuum in Aram, & habitabis ibi cum eo. Esau pilosus est mundus multis vitis plenus, hic minatur occidere filium, fuge ergo ad Laban. i. Christum, qui super niuem dealbat à peccatis, qui est in Aram interpretatur excelsa, & ibi habitabis cum eo, quia in excelsis habitat Dominus. Nota quod anima duas habet partes, scilicet rationem, & sensualitatem, quæ sunt quasi duo Domini: de dominio rationis dicit Isaac in Genesi, Dominum tuum illum constitui, & omnes fratres eius seruituri illius subiungant. Quod tunc fit cum propria voluntas, & corporis sensus dominio rationis subiungantur. Vnde iterum in eadem Gen. de Iuda, ligans ad vineam pullum suum, & ad vitem asinam suam. Iudas est pœnitens; vinea, ratio; vitis, compunctio; asina, sensualitas; pullus, ipsius motus. Iudas ergo asinam ad vitem, & pullum ad vineam ligat, cum pœnitens sensualitatem cordis compunctioni subiicit, & ipsius motum iugo rationis premit.

Qui seruerat valde, quidam excæcantur longa consuetudine peccatorum, & isti sunt figurati per Isaac, qui habebat 100. annos, & ideo caligauerant oculi eius, quia Esau maiori filio suo benedictione subtracta, illam dedit filio minori, pro eo quod sibi cibaria ministrauerat & intulerat.

Dicit Rebecca ab Iacob, affer mihi duos hædos optimos, &c. Nota, Rebecca, Ecclesia, Iacob, vir simplex qui mundum nititur supplantare: hædi, appetitus inordinati ex fœditate capræ, id est peccati exorti; sed optimi dicuntur, si maentur, quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum: maentur igitur per detestationem peccatorum, & confessionem, &c.

## CAP. XXVIII.

**V**ade & proficiscere in Mesopotamiã Syriam. Prima ergo via Iacob fuit de Bersabee in Luzan, quando misit eum pater suus in Mesopotamiã. In hac post solis occasum dormiuit super lapidem, & vidit scalam, &c. Hæc significat animæ profectum in spiritu timoris, quæ prima via est venientibus ad Deum, Psalm. 110. Initium sapientie timor Domini. In hac mansione quiescendum est & manendum, Prou. 23. Esto in timore Dei tota die, alioquin viam Domini ire nõ potes, Ps. 133. Viam pacis non cognouerunt, non est timor Dei ante

ante oculos eorū. Viam timoris habebat Tobias, de quo dicitur Tob. vlt. Quod reliquum vite suæ finiuit in profectu timoris Domini. Hæc mansio bene per Luzan significatur, interpretatur enim nux vel amygdalus, quæ amarum corticem habet exterius, & dulcedinem nuclei interiùs: sic timor Domini in principio amarus est, sed in fine saporem dulcedinis generat, quia initium sapientie, id est, saporis, timor Domini. Eccl. 1. Timor Domini delectabit cor & dabit letitiam, &c. In hac via dormit Iacob super lapidem, dum anima timorata tribulationibus quiescit & delectatur: videt scalam erectam dum diuinã considerat iustitiam, cuius iunum tangit terram dū attendit damnationem reproborum, quam timet incurere: summitas tangit cælum quando attendit gaudia beatorum, quæ timer amittere. Et hoc est quod videt Angelos quosdam ascendentes, & quosdam descendentes, quia Deus per iudiciariam potestatem huc humiliat ad pœnã, & hunc exaltat ad gloriam. Hinc euigilãs Iacob dixit, Terribilis est locus iste, non est hic aliud nisi porta cæli, quia prima est via redeundi a Deū. In hac existenti promissit Deus quod esset custos eius quocunque pergeret, quia qui timorem habet in ianuis, securus potest esse ad bona alia progredi, bonum eum & fidelem custodem sibi constituit; timor est territamentum ab agro animæ potenter prohibens dæmones & peccata.

Egressus Iacob de Bersabee pergebat Aram. Iacob supplantator, & significat peccatorem conuersum, qui sub planta rationis cõculcat sensualitatem carnis. Iste egreditur de Bersabee, qui interpretatur puteus septimus, & significat huius mundi insatiabilem cupiditatem, quæ est radix omnium malorum. De quo puteo dicit Ioannes in Euangelio, vbi ponit verba Samaritanæ cum Iesu loquentis, Domine neque in quo haurias habes, & puteus altus est.

Vidit Iacob scalam. Hæc scala habet duo brachia & sex gradus per quos fit ascensus, hæc scala est pœnitentis satisfactio, de qua Apostol. ad Theffal. hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra: huius scalæ brachia sunt contritio & confessio, sex gradus, sunt sex virtutes de quibus Dominus in Ezechiele, & tu fili hominis tume tibi frumentum quod moritur cum in terram proicitur, in quo nostræ voluntatis mortificatio, quæ est minima & parui valoris, in qua consideratio nostræ infirmitatis, milium quod frequenti indiget cura in quo exercitium vitæ actiua: hordeum quod tenacem habet paleam; in quo rigor disciplinæ, fabam quæ est cibus abstinentium, in qua virtus abstinentiæ, item viciam, quæ in altum tendit, in qua contemplatio cælestis gloriæ designatur.

Vidit Iacob scalam erectam super terram, & cacumen tangens cælum, Angelos quoque Dei ascendentes, & descendentes per eam, & Dominum innixum scalam. Nota singula vera, vidit, ecce peccati notitia: de qua Bernard. non mihi det Deus aliam visionem videre, nisi peccata mea agnoscere. Iacob idè & Iacobus interpretatiue, ecce carnis supplantatio de quo Esau Gen. 27. En supplantauit me altera vice, in somnis ecce Domini gratia, quæ somnum quietis & pacis inducit: somnus, sic describitur à Philosopho, Somnus est quies animalium virtutum cum intentione naturali, eum enim aliquis dormit somno gratiæ, quiescunt in eo carnalia ab operibus suis prauis, & inten-

duntur spiritualia: Vnde Gen. 15. Cum sol occubisset, sopor arruit super Abraham, & horror magnus inuastit eum: per solem hic intelligitur carnis voluptas, quæ cum iucumbit sopor, id est, extasis contemplationis irruit super nos: & horror magnus inuadit nos de peccatis præteritis, & de pœnis inferni: vis audire intentionem spiritualium cum remissione carnalium? Ego, inquit sponsa Cant. 5. dormio, id est, quiesco ab amore temporalium, & cor meum vigilat: in contemplatione cælestium, bene ergo dicitur vidit Iacob scalam, per quam potes ascendere in montem Thabor. Nota quod ista scala dicitur habet brachia, & sex gradus, per quos patet ascensus: ista scala significat Christum, duo brachia diuinam & humanam naturam: sex gradus sunt ipsius humilitas, paupertas, sapientia, patientia, misericordia, & obedientia. Humilis fuit in nostræ naturæ susceptione cum respexit humilitatem ancillæ suæ, Luc. 1. Pauper in sua natiuitate: in qua pauperula virgo pariens ipsum Dei filium, non habuit vbi reclinaret, nisi quia panis eum inuoluit: & in præsepio reclinauit pecoris, Luc. 2. Sapiens fuit in sua prædicatione, quia cœpit facere & docere, Act. 1. Misericors fuit in peccatorum affabili susceptione, non inquit veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam, Matth. 9. Marci 2. Patiens fuit inter flagella, alapas, & sputa. Vne dicit per Isa. cap. 1. Posui faciem meam vt petram durissimam: petra enim cum repercutitur, non repercutit, nec contra se frangentem remurmurat: sic Christus cum malediceretur non maledicebat, &c. Primæ Petri 2. Obediens etiam fuit vsque ad mortem, mortem autem crucis Philipp. 2. Hæc scala super terra stabat, cum prædicationi & miraculorum operationi instabat, cælum tangebatur, cum in oratione Dei vt dicit Luc. 16. pernoctabat: ecce scala est erecta, quare ergo non ascenditis? quare ergo manibus & pedibus super terram reptatis? ascendite ergo quia per scalam videt Iacob Angelos ascendentes & descendentes, ascendite, ô Angeli, ô Prælati Ecclesiæ, ô fidelis Iesu Christi, ascendite inquam ad contemplandum quod sit suavis Dominus, ascendite ad subueniendum, ascendite ad consulendum, quia his indiget proximus, cur nitimini per aliam viam quam per scalam? ascendere vndeunque volueritis, ascendere imminet vobis præcipitium.

Vere non est aliud nisi domus Dei. Intra domum obedientie ibi ipsam inuenies, quia obedientia ipsum ad suum hospitium trahit semper iuxta illud; vere non est hic aliud, &c.

Terribilis est locus iste, non est hic aliud nisi domus Dei & porta cæli. Locus confessionis imo confessio est terribilis immundis spiritibus, confessio dicitur domus Dei, propter peccatoris reconciliationem, in ipsa enim reconciliatur, peccatur Deo, sicut filius patri reconciliatur, cum ab ipso in domum paternam recipitur: dicitur porta cæli, vere enim est porta paradisi, per ipsam enim tanquam per portam introducitur pœnitens ad osculum diuinæ misericordiæ, erigitur ad osculum manuum cælestis gloriæ, suscipitur ad osculum reconciliationis paternæ, domus Dei, ô porta cæli ô confessio peccati, beatus qui in te habitabit! beatus qui per te intrabit.

CAP. XXIX.

Mos erat ut cunctis ouibus congregatis de- uoluerent lapidem de ore putei, si ergo vis ut deuoluatur lapis peccati qui te premit, surge, congrega oues, id est, innocuas cogitationes in Christo, unde ibidem subditur, & ecce Rachel eum ouibus patris sui, nam gregem suum pascebat.

Secunda via a iusti.

Profectus Iacob venit in terram Orientalem. Secunda via Iacob in terram Orientalem, iuxta puteum à quo remouit lapidem, & aduauit oues, & osculatus est Rachelem uenientem ad puteum. In quo notatur profectus in spiritu pietatis est cor charitate feruens. Oues sitientes sunt proximi defectum aliquem spiritualem vel temporalem sustinentes. Hos aduauit, qui ex pietate quantum potest aliorum miserias releuat. Rachelem osculatur qui bono profectu alterius congratulatur. In his enim duobus consistit pietas, scilicet in compassione malorum proximi, & in cōgregatione bonorum, Rom. 12. Gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus. Nota ergo quod Iacob cum difficultate & labore dicitur aduauisse: os enim putei grandi lapide claudebatur. Sic eleemosyna & pietas quanto cum maiore labore acquirit quod datur, tanto melior est, ut illis qui de necessariis sibi subtrahunt ut pauperibus largiantur.

Pietas in quo consistit.

Tertia via quod a Deo deducitur iustus.

Laban duxit Iacob in domum suam. Tertia via Iacob fuit in Aram Mesopotamię apud Laban, ubi de duabus filiabus eius multum fructum habuit, & ibidem multas diuitias acquisiuit. Hęc pertinet ad donum scientiæ, quod est bene scire conuersari in medio prauę & peruersę nationis. Aram est mundus, interpretatur enim uigilans exaltationi, quod pertinet ad superbos; uel res cum capia siue arca, quod ad auaros spectat, qui diuitias arcis congregant & includunt: item indignatio quoad luxuriosos, qui abominabiles sunt Deo, & indigniores quam ceteri peccatores. De his tribus uitiis quibus plenus est mundus 1. Ioan. 3. Omne quod est in mundo concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia uitę, &c. Laban mundani sunt; Iacob, uir iustus. Iacob ergo apud Laban in Aram datur, dum iustus inter peccatores mundi prudenter per donum scientię conuersatur. Duę filię Laban, id est, mundi, sunt boni & mali, qui in mundo sunt: per Lyan enim lippam mali, quos excecauit malitia eorum; per Rachelem pulchram & uenustam aspectu boni intelliguntur, qui per munditiam cordis Deum uident: de utriusque filię conuersatione uir iustus sibi fructum acquirit dum tam ex conuersatione bonorum quam malorum proficit, scilicet malos docendo & arguendo, bonos autem consolando & exhortando;

In quo donum scientię consistit.

CAP. XXX.

Egressus Ruben tempore messis triticeę in agrum reperit mandragoras. Ruben, qui interpretatur filius uisionis significat Christum, in quem desiderant Angeli prospicere; hic egressus de sinu patris uenit in agrum huius mundi tempore messis triticeę, id est, in plenitudine

gratię, tempore quo frumentum Ioseph industria erat recondendum in horreum B. Virginis, ne tota Aegyptus fame periret; & reperit mandragoras, id est, Apostolos, & eorum sequaces quorum odore moriuntur uersi rugientes.

Dimitte me ut reuertar ad patriam meam. Iacob post fructum habitum ex vxoribus uexatione laboris etiam diuersę fraudis Laban pressus suspirat, cupiens reuerti ad patriam, sed tamen retentus est diu mercede gregis: sic uir iustus dum se sentit aliquantulum in operibus iustitię profecisse, & labore mundi & miseris fatigari, morte desiderat, & cum Deo esse, sed tamen pro utilitate proximorum uitam habet in patientia; sicut Apostolus desiderium habebat dissolui & esse cum Christo. Sed multo melius iudicabat permanere in carne propter fratres, Philipp. 1.

Cras iustitia mea respondebit. Hodie uobis, canes impudentissimi, abundat ebrietas; sed cras, id est, in die iudicij comprehendet uos pœnę eternitas.

Iustum ut aliquando domui meę prouideam. Multum igitur corporis desideria es sequutus, nunc igitur prouidi patrię tuę, id est animo, uel patrię quam post hanc peregrinationem habiturus es. Sic enim dicebat ille patriarcha Iacob. Iustum est enim ut aliquando domui meę prouideam, &c. Iacob, uir iustus est, qui postquam pecora paut Laban, qui album uel albedo interpretatur, id est, postquam sensus paut in candore mundanę glorię, dicere debet, iustum est enim ut aliquando, &c.

CAP. XXXI.

Pater uester circumuenit me. De mutatione quam facit auaritia dicit Iacob Lie & Rachele, pater uester circumuenit me, & mutauit mercedem meam decem vicibus. O quotiens auaritia mutauit capillos, id est, mentis cogitationes; stultus (inquit Eccl. 27.), i. auarus ut luna mutatur, crescit, decrescit, in eodẽ sistere nescit.

Murabilis auaritia.

Rachel abscondit idola patris sui Laban. Rachel interpretatur ouis. Hęc est anima penitens, quę idola, id est, peccata mortalia, Laban, id est, diaboli, debet abscondere.

Cumque pergeret contra montem Galaad. Quarta via Iacob quando recessit à Laban occulte, & fixit tentoria in monte Galaad, ubi cōprehensus est à Laban, sed constanter defendit se ab eo. In quo nota donum fortitudinis, Laban est mundus, à quo recedit qui uoluntatem mundi fortiter à se abiicit. Galaad interpretatur aceruus testimonij, i. martyrij. In monte ergo Galaad tentorium figit & quiescit, quando cumulum omnium aduersitatum libenter recipit & sibi subiicit, quod fit per donum fortitudinis: sed nota. Laban retrò persequitur, dum præteritæ mundi voluptates tentant & ad memoriam reducantur: & familiares Laban domum Iacob euertunt, dum primi motus sensualitatis subito mentem ad peccatum concutiunt & alliciunt; sed Iacob acriter respondet, quia ratio tentationes mundanarum delectationum uiriliter expellere debet. Et sic fit fœdus inter Laban & Iacob, ut neuter transire audeat ad alterum; dum uir sanctus odit & fugit mundum, & mundus uirum sanctum.

Quarta via iusti.

CAP.

CAP. XXXII.

Quinta via iusti.

Iacob abiit inuere quo cæperat. Quinta via Iacob, fuit in Manaim, id est, castra, ubi uidit Angelos paratos ad sibi auxiliandum, & idem misit munera ad Esau placandum. In his notatur donum consilij, quod est, omnes terrenas diuitias relinquere, saltem ex corde. Unde consilium Domini fuit, Matth. 19. Vis perfectus esse? Vade & uende omnia quę habes, & da pauperibus. Hoc etiam consilium aliquatenus faciunt, qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur; seti diuitię affluunt, cor non apponunt. Tales sunt in mundo, quasi in Manaim, id est, castris, quę sunt tentoria transcurrentium, quia non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Hebr. 13. Hi munera præmittunt ad placendum iram primogeniti fratris, id est, Christi, cuius primogenituram supplantauerant, qui diuitias à Deo datur contra necessitatem pauperum detinuerunt; sed ad placandum eum munera præmittunt, qui de diuitijs eleemosynas largas faciunt.

Matth. 19.

Hebr. 13.

Erue me de manu fratris mei. Edom interpretatur sanguineus, & significat carnem nostram, quę glorię & luxurię sanguine delectatur. Hęc persequitur in gladio concupiscentiæ fratrem suum Iacob, id est, spiritum nostrum, & uult violare misericordiam eius, à Deo debitam. Et ideo orat ad Dominum dicens. Erue me de manu fratris mei Esau, quia eum timeo, &c. Spiritus carnem timet, & ideo de eius concupiscentiæ manu erui orat; quę si ad consensum peruenerit, percutiet matrem cum filijs, id est, rationem cum affectibus, uel ipsam animam cum bonis operibus.

Iacob transiit vadum Iaboth, traductisque omnibus quę ad se pertinebant, remansit solus; & ecce uir luctabatur cum eo usque mane, qui dixit ad eum, dimitte me, iam ascendit aurora. Iacob, supplantator, Iaboth, torrens pulueris, qui significat, temporales delectationes, quę transeunt ut torrens; steriles sunt, & excæcant oculos sicut puluis. Hunc torrentem penitens cum omnibus bonis, Deoque qui dedit sibi, transire debet, & solus remanere. Ille solus remanet, qui nihil sibi, sed totum Deo attribuit, propriam uoluntatem diuinę uoluntati subiicit, illatę iniurię non meminit; sperni se spernit; & si ita solus remanserit, cum Domino luctabitur, & luctari poterit, & impetrare ab eo quod uoluerit, & audire merebitur. Dimitte me, iam enim ascendit aurora, quę est finis noctis, & initium diei. Hęc est mors iusti, finis miserię, & ingressus beatitudinis, in qua uiro iusto dicit Dominus, Dimitte me, iam enim ascendit aurora, quasi dicat, non amplius est opus luctamine, finit enim miseria, incipit gloria.

Nihil nobis sed Deo omnia re-cta ter bona tribuamus.

Sexta via iusti.

Ortus est sol postquam transgressus est Phanel. Sexta via Iacob fuit trans vadum Iaboth, scilicet in Phanel, ubi traductis omnibus ante se, remansit ipse solus, & luctatus est cum Angelo, & in aurora obtinuit benedictionem. In hac significatur donum intellectus qui est in cogitatione cœlestium. Iaboth enim interpretatur puluis, & significat occupationes mundanas, quę puluerulentę sunt, excæcantes mentis oculos. Has oportet transire eum qui uult donum intellectus accipere. Ecclesiastici 38. Sapientia

in tempore uacuitatis, & qui minoratur acta sapientiam percipiet, hoc est, quod Iacob traduxit omnia sua ante se, & remansit solus. Unde Osee 11. Ducam eum in solitudine & loquar ad cor eius, &c. Thren. 3. Sedebit solitarius & tacebit, quia leuauit se super se, scilicet, per contemplationem cœlestium, & sicut stans cum Angelo, id est, cum sacra scriptura, uel cum ratione propriã meditando cœlestia, in aurora benedictionem accipit, dum cognitionem sui, & cœlestium aliquam istud donum infundit, intellectus enim in præsentia, non est nisi in aurora, quia uidemus nunc per speculum & in ænigmate.

Osee 11. Thren. 3.

Vocauitque nomen loci illius Phanel. Nota quod prius Iacob, id est, luctator, uocatus est Israël, id est, uidentem Deum, quia post luctam laboris sequitur uisio cognitionis. Prou. 2. Si quaesieris eam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis illam, &c. Tunc intelliges, & scientiam Dei inuenies. Unde locum hunc uocauit Phanel, id est, faciem Dei, scilicet, cognitionem.

Prou. 2.

CAP. XXXIII.

Leuans Iacob oculos, uidit uenientem Esau. Septima via Iacob est, qua obuiam iuit fratri uenienti contra eum, cum 400. uiris, & ordinauit familiam, & adorans septies osculatus est eum; per quam intelligitur donum sapientię, cuius initium est in timore, sed consummatio in delectatione. Considerans enim anima fratrem, id est, Christum uenientem ad nos, cum quadringentis uiris, id est, cum quadruplici beneficio, quod facit Deus homini, nec potest ei dignè soluere, primum timore afficitur. Hęc quatuor beneficia sunt, creationis, incarnationis, passionis, & glorificationis. Unde clamat: Quid retribuam Domino, pro omnibus quę retribuit mihi, &c. Non enim est quod respondeat unum pro mille. Hinc est quod Iacob noluit ire æquis pedibus cum Esau fratre suo, sed ait: Præcedat Dominus meus, & ego sequar paulatim uestigia eius, &c. scilicet, dum anima cognoscit imperfectionem suam respectu beneficiorum Dei. Iacob familiam ordinat dum motus intellectus & affectus sensualitatis rationi beneficiendo supponit, uel bene disponit. Ratio progrediens septies adorat, dum per donum sapientię, gustat quã suauis est Dominus, ut dicat, quam magna multitudo dulcedinis tuę. Hoc osculum perbat sponsa. Cant. 1. Osculetur me osculo oris sui. Et cap. 8. Quis mihi det te fratrem meum, ut deosculer, &c. Osculum hoc est fœdus perpetuę pacis. Dum enim motus animę & sensualitatis sunt ordinati inter se, & saporem infundit Deus animę, tunc est animę perfectio. Hinc est quod in adaptatione donorum & uirtutum, sapientiã & pax sociantur. Et sic ueniunt in Socchot, quod interpretatur ramus uel vmbaculum, scilicet, charitatis diuinę, ad quod uel quem refugit anima, & operit se in ea à multitudine peccatorum.

Septima via iusti.

Christus ad nos uenit cum quatuor beneficiis, creationis, incarnationis, passionis, & glorificationis.

Cant. 1.

Transiitque in Salem urbem Sichimorum. Octaua via Iacob, fuit in Salem siue Sichem, ubi emittit partem agri à filijs Emor centum agnis ad habitandum; ubi corrupta est Dina filia Iacob. Hęc significat primam de octo uirtutibus

Octaua via iusti.

beatificis, scilicet, paupertatem spiritus, quæ est humilitas: sed bene per Salem significatur, quod interpretatur consummatio perfectionis. Humilitas enim omnes virtutes perficit & confirmat. Vnde Luc. 17. Cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite, serui inutiles sumus. Hæc etiam benè Sichem dicitur, id est, labor; quia verus humilis in labore & subiectione semper vult esse, & tamen verè humilis nihil vult reputari seu æstimari, & non vult humilis prædicari. Hic diu mansit Iacob, qui emerat partès agri illius, scilicet, Sichem ad manendum. Sic filij huius sæculi humilitatem sanctorum exercent, per laborem tribulationum, & contumeliarum; & sic quasi locus humilitatis eis emitur centum agnis, id est, perfecta simplicitate, & verà innocentia.

Posuit ancillam, & liberos earum, &c. Cum videret Iacob venientem Esau, quasi minus charos, id est, sæculares quos exponit magis diabolo, in medio Liam & filios eius, id est, religiofos, proprè se Rachel & Ioseph, id est, sanctos qui faciem Domini vident.

CAP. XXXIV.

Egressa Dina filia Lia, ut videret mulieres regionis illius, quam cum vidisset Sichem filius Emor Euei Principem terræ illius, adamavit eam, & rapuit. Lia interpretatur laboriosa; Dina causa vel iudicium. Lia est anima pœnitentis, quæ operibus insistens laborat, qualia sunt mundum contemnere, carnem affligere, peccata præterita deslere, & iterum fleuenda non committere. Huius Lia filia est mens, vel ipsius hominis cōscientia, quæ benè dicitur Dina, id est, causa vel iudicium, quia causas peccatorum suorum debet ventilare, vel proponere coram iudice, id est, Sacerdote, & iudicium & sententiam ab ipso datam libenter sustinere. Et nota quod in hoc loco per mentem vel hominis conscientia nihil aliud intelligo quàm ipsius animam pœnitentis. De hac ergo dicitur, Egressa Dina ut videret mulieres regionis illius. Mulieres regionis illius, temporalium, pulchritudinem, abundantiam, vanitatem, & voluptatem huius mundi significant, quæ idè dicuntur mulieres, quia emolliunt & effœminant mentes hominum. Vnde dicitur 3. Reg. 11. quod mulieres auerterunt cor Salomonis. Pulchritudo enim & abundantia temporalis infatuat cor sapientis. Ad has mulieres videndas infelix anima tunc egreditur cum in temporalium abundantia & pulchritudine delectatur, & sic infelici euenit quod sequitur, quam cum vidisset, Sichem filius Emor, &c. Sichem, labor; Emor, asinus; Eueus, ferus vel pessimus interpretatur. Sichem, id est, diabolus, qui semper laborat ut iniquè agat: Circuini, inquit Iob 1. & 2. terram, & perambulauit eam. Hic filius Emor Euei dicitur, quia stoliditate & ferocitate superbiæ, de Angelo diabolus, de filio gloriæ, factus est filius mortis æternæ. Hic dicitur Princeps terræ, id est, illorum qui terrena sapiunt. Princeps, inquit Dominus, Ioan. 12. mundi huius ei jectur foras. Iste dum infelicem animam, quæ causam & iudicium pro peccatis suis deberet portare, per temporalium vanitates euagari conspicit, facit ei quod sequitur, adamavit eam, & rapuit, & dormiuit cum illa, vi opprimens vir-

ginem, & conglutinata est anima eius cum eâ. Nota siogula verba. Diabolus animam adamat, cum ei peccatum suggerit: rapit cum ipsa anima suggestioni mente consentit, dormit cum illa, & virginitate priuat, cum præmeditatum malitiam ad extrâ in opus producit: anima eius conglutinatur cum ea, cum malæ consuetudinis glutino, captiua & ligata tenetur.

Arreptis duo Iacob filij Simon & Leui, gladiis suis ingressi sunt urbem confidenter, interfeceruntque omnibus masculis, Emor & Sichem pariter necauerunt, tollentes Dinam de domo Sichem sororem suam. Simeon, qui interpretatur audiens tristitiam, significat cordis contritionem. Leui interpretatur additio, & significat oris confessionem; Hi duo filij Iacob, id est, pœnitentis, & fratres Dinæ, id est, ipsius animæ, debent accipere gladios diuini amoris & timoris, & interficere Diabolum, & ipsius superbiam & omnia quæ ad ipsum pertinent, id est, peccatum & circumstantias peccati.

Quam cum vidisset Sichem filius Emor adamavit eam & rapuit. In Sichem corrupta Dina à filio Emor, dum exijt ad videndum ornatum mulierum regionis illius. Quod fit dum humilitas ficta & laudem hominum quærit, & se ostentat & sic corrumpitur. Vnde Eccles. 19. Est qui nequiter humiliat se, &c. vel paupertas rerum temporalium significatur per Salem, quia ad consummationem perfectionis exigitur abdicatio temporalium. Matth. 19. Si vis perfectus esse, vende & vende omnia que habes, & da pauperibus. Hoc etiam dicitur, quia paupertas sine labore & afflictione corporali nulla est, ut dicit Bernard. Multi pauperes eam volunt, ut eo pacto nullam penuriam patiantur. In hanc partem agri à filiis Sichem centum agnis emimus, quia partem in regno Dei per elemosynarum largitionem ex pura & simplici intentione factam à pauperibus nobis acquirimus. Sed nota, in hac habitatione, Sichem Dinam corrumpit, & ut liberius ea abutatur, se circumcidit, dum quis ut securius indulgeat voluptati, assumit laborem exterioris paupertatis.

CAP. XXXV.

Virge ascende Bethel, Nona via Iacob, fuit in Bethel, quæ est Luza, vbi deos alienos abiecit & infodit, & vbi mortua est Delbora. In qua notatur secunda virtus beatifica, scilicet, mansuetudo vel mititas, ut sint mites. Hæc est Bethel, id est, domus Dei, quia per eam Deus in nobis habitat, & in pace factus est locus eius. Nomen Iacob in mansuetudine suscipitur. Hic est qui dicit, super quem requiescet spiritus. Hic etiam dicitur Luza, id est, nux vel amygdalum, qui sub amaro cortice exteriori illatis iniuriis contumeliarum, tamen torus lacteus est, interiori in corde & ore per mansuetudinem. Hi Dij alieni abijciuntur, Deum enim alienum se facit, qui de illata iniuria sibi vindictam querit. Ad Deum enim propriè vindicta pertinet. Vnde Deut. 32. Mea est ultio &c. Alienum ergo Deum abijcit, qui vindictam iniuriæ suæ ex corde per mansuetudinem remittit. Hic etiam moritur Delbora & infoditur, quæ interpretatur apis, quæ pungit per iram, & aculeum rancoris proximo infigit. Hæc est nutritrix Rebeccæ, id est,

id est, patientiæ, quia quando est ira persecutorum, patientia in nobis nutritur, quia gaudet patientia duris, sed hæc Delbora moritur, dum per mansuetudinem iracundia à nobis expellitur. In hoc etiam loco Iacob oleum super lapidem infundit. Quod fit dum quis duritiam persecutionum suarum vnctione mansuetudinis respicit.

Abiicite Deos alienos, qui in medio vestrum sunt, & mundamini, ac mundate vestimenta vestra. Potest tamen per vestimenta, vitiosa conuersatio designari, in qua tanquam in vestimento cognoscitur anima esse cœlesti sponso viduata.

Mortua est Rachel, & sepulta in via, quæ dicitur Effratam, quæ interpretatur fructifera, & significat abundantiam temporalium, quæ infelix anima suffocatur, & sepulta mole malæ consuetudinis premitur. Vnde diues purpuratus, quia hic sepultus fuit in delitiis, postmodum sepultus fuit pœnis inferni.

Nascente Benjamin mortua est Rachel. Per Benjamin, gratia contemplationis; per Rachel humana ratio designatur. Nascente ergo Benjamin moritur Rachel, quia mens humana in contemplatione super se eleuata, dum de diuinitatis lumine aliquid conspicit, omnis humana ratio succumbit. Rachelis interitus, rationis est defectus. Vnde quidam, nemo illuc humanâ ratione venit, quo & Paulus raptus fuit.

Egressus inde venit viam, quæ ducit Ephratam. Decima via Iacob est, in Ephrata, quæ est Bethleem, vbi Rachel in partu mortua est. In qua notatur virtus luctus, Ephrata enim fructifera interpretatur. Sic anima per luctum fructum facit. Psal. 146. Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. Sicut enim terra rigata germinat, sic anima rorè lachrymarum irrigata. Eccl. 24. Dixit rigabo hortum plantationum, & inebriabo partus mei fructum. Psal. 6. Lachrymis meis stratum meum rigabo, id est, conscientiam vt germinet. Hoc est, quod verno tempore huc venit Iacob. Hæc etiam Bethleem dicitur, id est, domus panis, quia lachrymæ sunt panes animæ. Psal. 119. Fuerunt mihi lachryma mea panes die ac nocte. In hac Rachel parturiens moritur, dum anima sancta pro peccatis propriis, & alienis, pro incolatu huius miseris & dilectione patriæ assidue flens in seipsa, præ dolore deficit & tabescit, ut dicat illud Cant. 5. Nutriat dilecto meo, quia amore languet. Sic parturiebat Apostolus Rom. 8. Omnis creatura ingemiscit & parturit vsque adhuc, & nos ipsi intrâ nos ingemiscimus adoptionem filiorum Dei, expectantes redemptionem corporis nostri. Et cap. 7. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Nota quod anima sic afflictâ conceptum huiusmodi vocat filium doloris, Deus verò pater filium dexterae suæ, quia per eum anima maximè placet Deo.

Egressus inde fixit tabernaculum suum trans turrem gregis. Vndecima via Iacob est trans turrem gregis, vbi gregem suum pauisse dicitur. In qua notatur virtus iustitiæ, cuius operibus affectus animæ esurientis maximè satiantur. Vnde Eccl. 41. Ante obitum tuum operare iustitiam, quia non est apud inferos inuenire cibum, quod dicitur, Beati qui esuriunt & comedunt panem

operum iustitiæ in præfenti, quia hunc cibum non inuenient in futuro. Sed nota, in hoc loco Ruben & concubina patris eius Bala fecisse leguntur incoestum quando opera iustitiæ ad quantum temporalem, vel humanam laudem conueniuntur ad suggestionem diaboli. Ruben enim primogenitus diaboli est, qui est principium viarum Domini; & quidem in medio, dum suggestiones suas cordi ingerit. Bala absorpta est anima à Diabolo corrupta. Hæc benè concubina erat, non vxor, quia opera iustitiæ non amore Dei, sed commodo temporali seruat, sicut concubina non amore prolis, sed tantum pro commodo alicui se supponit.

Venit etiam ad patrem suum in Mambre. Duodecima via Iacob est Mambre, quæ est Ebron, vbi patrem mortuum sepeliuit. Vnde per hanc virtus misericordie significatur. Mambre enim claritudo interpretatur. Hæc est misericordia & pietas, quia animam clarificant. Vnde Isai. 58. Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosq; induc in domum tuam: cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris, tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & nititas tua citius orietur, & requiem dabit tibi Dominus Deus tuus semper, & implebit splendoribus animam tuam. Hæc est etiam Ebron, id est, transcendens, vel incantatio, vel coniugium, quia misericordia & pietas alias virtutes transcendunt, Psal. Misericordia eius super omnia opera eius. Iacob. 2. Misericordia super exaltat iudicium. Item incantat diabolus ne nobis noceat. Eccl. 29. Super scutum potentis & super lanceam aduersus inimicum tuum pugnabit, scilicet, elemosyna. Deus etiam nos incantat, ut nos diligat. Vnde ipsa te cogat pietas, &c. Abac. 3. Cum iratus fueris, misericordia recordaberis. Iratus, scilicet, in die iudicij quia tunc misericordibus erit dulcis. Luc. 6. Estote misericordes, ut sicut filij patris vestri. Inter. per opera misericordie fit coniugium inter nos & Deum. Osee 3. Et sponsabo te mihi in sempiternum, & sponsabo te mihi in iustitia & iudicio, & in misericordia & miserationibus. Nota hic sepeliuit Iacob patrem suum, quia id verum opus misericordie est sepelire mortuos. Quod autem facis membris Dei, hoc sibi fieri censet Deus pater. Nota etiam, quod in hoc Ebron sepulti sunt SS. Patres. Ad notandum, quod sola misericordia domus est defunctorum. Nota præterea, quod in hac mansione diu moratus est Iacob. Ad denotandum, quod in operibus misericordie assidui debemus esse & diu.

Israel diligebat Ioseph super omnes filios suos, eo quod in senectute genuerat eum, fecitque ei tunicam polymitam. Israel, id est, Deus pater, dilexit Ioseph, id est, Christum super omnes filios, quem in senectute, id est, mundo senescente genuit de Maria virgine. Fecitque ei tunicam polymitam, id est, vestimentum cum humilitate. Vnde ipse dicit Matth. 11. Discite à me quia mitis sum, & humilis corde.

CAP. XXXVI.

Esau habitauit in terrâ Seir regionis Edom. Esau appellatus fuit Seir, & Edom, quia pilosus: Edom propter lenticulam rufam pro qua vendidit primogenituram. Est Esau, aceruus lapidum & Edom, sanguis interpretatur: vbi est aceruus lapidum, id est, diuitiarum, ibi pungentes,

Reg. 17.

Reg. 11

Tob. 1.

Ioan. 12.

Eccl. 19.

Matth. 19.

Decima via iusti.

Psal. 136.

Eccl. 24. Psal. 6.

Vndecima via iusti.

Duodecima via iusti.

Isai. 58.

Iacob 2.

Eccl. 29.

Abac. 3.

Len. 6.

Osee 3.

Matth. 5.



gentes spinæ sollicitudinum; & vbi sollicitudo, ibi sanguinis cruentatio. Peccator enim clamat ex Seir, custos quid de nocte?

## CAP. XXXVII.

**I**oseph missus de valle Hebron venit in Sichem, & de Sichem in Dothaim. Ioseph accrescens; Hebron, visio; Sichem, labor; Dothaim, defectus interpretatur. Ioseph est pœnitens, qui tantum accrescit in conspectu Dei, quantum decrescit in conspectu suo. Vnde Sauli, 1. Reg. 25. dicit Dominus: *Cum esses paruulus in oculis tuis, caput te constitui in tribubus Israel.* In valle Hebron, id est visionis, peccati cognitio; in Sichem, confessionis labor; in Dothaim, propriæ voluntatis defectio designatur. Pœnitens ergo missus de valle Hebron venit in Sichem. Vallis Hebron, quæ interpretatur visio, est peccati cognitio.

*De Sichem venit in Dothaim,* quæ interpretatur defectus. Pœnitens enim à seipso debet deficere, & præceptis sui confessoris, & sui maioris voluntati obedire, dicens cum Samuele, *Loquere Domine, quia audit seruus tuus.* 1. Reg. 3. Ecce aperte habes quid videre, quid loqui & quid audire debeat pœnitens. Dæmonium est fera pessima, quæ (vt dicitur in hac historia) comedit Iacob.

*Bestia deuorauit Ioseph.* Qualiter bestia deuorauerit Ioseph videamus. Dæmonium dæmoniacoco tria mala infert: lumen aufert, voce, & auditu priuat: sic peccatori in mortali peccato existenti lumen aufert, ne peccata sua agnoscat, voce priuat, ne illa in confessione aperiat: aures obturat, ne vocem incantantis sapienter audiat. De his tribus habes in eadem historia, in qua subditur: *Constitim igitur cum peruenit Ioseph ad fratres, nudauerunt enim tunica talari, & polymita, miseruntque in cisternam quæ non habebat aquam, & extrahentes eum de cisterna vendiderunt Ismaëlitis negotiatoribus, qui & duxerunt eum in Aegyptum.* Nota tria ista, nudauerunt eum tunica, miserunt in cisternam, & vendiderunt. In tunica talari, & polymita designatur peccati notitia; vnde dicitur in Euangelio Ioannis circa finem, quod *Petrus succinxit se tunica, erat enim nudus, & misit se in mare.* Verè Petrus tunc nudus fuit quando ad vocem ancillæ Christum negauit: sed tunica succinxit se cum trinæ negationis culpam cognouit, & tunc verè fuit Petrus, id est, agnoscens, & sic se misit in mare, id est, amaritudinem lachrymarum. Vnde Luc. 22. *Recordatus Petrus verbi quod dixit Iesus priusquam gallus cantet ter me negabis, egressus foras fleuit amare.* Sic peccator debet se succingere, id est, iniquitatem suam cognoscere, & in mare, id est, contritionis amaritudinem se mittere. Sed multi sunt hodie, qui tunica se succingunt, culpam suam cognoscunt, sed in mare nolunt se mittere, quia pœnitentiam pro peccatis suis agere renuunt. Et nota, quod hæc tunica dicitur talari & polymita, animæ nostræ tunica, id est, peccati notitia debet esse talari, id est, finalis. Cum enim per totam vitam nostram, peccata nostra debeamus quotidie cognoscere, & cognita deffere; in fine tamen vitæ nostræ debemus ipsa potius, deuotius, & diligentius cognoscere, & omnia tam particulariter quam vniuersaliter confiteri, tunc enim debemus facere sicut facit

cygnus, qui quando moritur cantando moritur; & hoc dicunt contingere propter quandam plumam, quam habet in gutture. Sed tamen ille cantus dolorosus est ei. Cygnus albus est, peccator ad pœnitentiam conuersus super niuem dealbatus. Hic in articulo suæ mortis deuotè debet cantare, id est, peccata sua in amaritudine animæ suæ recogitare. Pluma in gutture est peccati notitia, & confessio in iusti ore, ex quo debet procedere cantus dolorosus, qui tunc est valdè fructuosus. Et sic hæc tunica erit polymita, id est, varietate virtutum decorata: omnis enim laus in fine canitur. Sed heu! hæc speciosissima tunica Dæmones denudant Ioseph cum infelicis animæ oculos excæcant, & ei suæ iniquitatis notitiam afferunt, ne nuditatis suæ verecundiam & ignominiam videat & agnoscat.

Sequitur. *Miseruntque eum in cisternam veterem, quæ non habebat aquam.* Cisterna vetus sine aqua est mens peccatoris dierum malorum inueterata, in qua non est aqua confessionis, nec lachryma compunctionis & deuotionis. In cisterna obstinationis à dæmonibus includitur, ne egredi valeat in lucem confessionis.

*Putabam nos ligare manipulos.* Ioseph est vir iustus, cuius manipulus est ratio, quæ cum surgit per despectum temporalium, & stat immobilis in alto contemplationis, tunc manipuli, id est, sensus carnis ipsius subiiciuntur rationis ditioni.

## CAP. XXXVIII.

**Q**uid tibi vis dari pro arrabone, annulum tuum, &c. Per tria, quæ Iudas tradidit Thamar possumus notare, quod fornicatio tria mala operatur. Primo, aufert annulum diuinæ desponsationis, in desponsatione enim datur annulus, sicut sponsæ, datur etiam virginibus, quando benedicuntur in signum, quod desponsantur à Christo, & ideo, quando quid committitur contra votum castitatis, propter fidem non seruata annulus amouetur: Secundo, aufert baculum securæ defensionis, nempe cautelam, qua fugit occasiones, quæ ad libidinem prouocare possunt. Tertio aufert fornicationis armillam honestæ fornicationis, erigens arma dissolutionis, sublata enim honesta fornicatione facile in peccatum luxuriæ labimur.

*Iudas per puerum Odolamitem, misit hædum Thamar.* Iudas, id est, confitens, scilicet, pœnitens, qui debet mittere hædum, id est, peccati exprobrationem, Thamar, quæ interpretatur amara, commutata, palma. Hæc est anima pœnitens, in cuius triplici interpretatione triplex status pœnitentium designatur, dicitur amara, quantum ad insipientes; commutata, quo ad proficientes; palma, quoad perfectos & pertingentes. Odolamitis interpretatur testimonium in aqua, & significat compunctionem lachrymarum, quibus pœnitens testificatur se peccatum exprobrare, & de cætero non committere, & sic de hac Thamar poterit Iudas gignere Phares, & Zaram. Phares interpretatur diuisio; Zaram, oriens; prius enim debet se à peccato diuidere, & post modum boni operis illuminationi intendere.

## CAP.

## CAP. XXXIX.

**I**oseph ductus est in Aegyptum. Hic est noster Ioseph, qui in cruce veluti in quadam carcere manibus & pedibus alligatis inter duos latrones fuit clauis affixus. Sicut enim ille Ioseph filius Iacob nefario meretricis noluit consentire stupro, sed relicto in manibus eius palio aufugit, per quod eum tenere voluit. Et idè apud virum suum Putiphar, quod ei illudere voluisset, accusauit, qui iratus eum in carcerem misit, in quo pincerna & pistor Regis Aegypti tenebantur, quibus iuxta somniorum congruam interpretationem certum & verum rei futuræ dedit suffragium; pincernæ, scilicet, quod de carcere egredere in Regis palatium; & pistori, quod de carcere extractus suspenderetur in patibulo. Sic Christus Dei filius meretrici Synagogæ Iudæorum perfidæ consentire noluit, quæ eum per pallium legalium obseruationum, & traditionem somniorum, quibus se quasi pallio palliabant, vt iusti omnibus apparerent, tenere voluit, sed ipse dimisso pallio, id est, ritu legalis obseruationis relicto, liber aufugit tanquam Dominus, non legis seruus. Synagoga videns se contemptam, eum apud Putiphar accusauit. Putiphar interpretatur os inclinans ad dissecandum, & significat Pilatum inclinantem se ad flagellandum Iesum Christum.

## CAP. XL.

**V**idebam coram me vitem in qua erant tres propagines crescere paulatim in gemmas, & post flores, vnas maturescere. Nota quid vitis, quid tres propagines, gemmæ, flores, & vna, & quomodo beatæ Virgini conueniant. Vitis dicta eo quod vim habeat citius radicandi, vel quod inuicem se innectit, est beata Maria, quæ præ cæteris citius & altius in Dei amore fuit radicata, & veræ viti, id est, filio suo, qui dixit Ioan. 15. *Ego sum vitis vera,* inseparabiliter se innexuit. Et de semetipsa dixit Eccl. 24. *Ego quasi vitis fructificauit in suauitatem odoris.* Partus beatæ Virginitatis non habet exemplum in partu mulierum vel sexu, sed habet similitudinem in naturis rerum. Tres propagines huius vitis fuerunt Angelica salutatio, Spiritus sancti superuentio, & fili Dei inenarrabilis conceptio. Ex his tribus propaginibus propaginata proles fidelium quotidie per totum mundum fide propagatur, id est, multiplicatur. Gemmæ in vite sunt virginitas beatæ Mariæ; flores, fecunditas sine corruptione, partus sine dolore. Tres borruarum in vite, paupertas, patientia, abstinencia beatæ Mariæ. Hæc sunt vna maturæ ex quibus profuit vinum maturum & odoriferum, quod inebriat, & inebriando sobrias reddit mentes fidelium.

*Memento mei, cum benedixi fuerit, & fac misericordiam, vt suggeras Pharaoni,* id est, Regi Deo, vt educat me de isto carcere. Quia igitur sancti corpus suum carcerem reputant, ideo vigiliis & abstinentiis ipsum domant & macerant, vt citius exeat incarcerationis spiritus, sentientes quod exitum eius erit ad liberationem & gloriam. Eccl. 40. *De carcere catenisque interdum,*

*qui egredietur ad regnum.* Sic non faciunt impij, sed more insanorum muniunt & roborant toto nisu corpus suum, curam carnis habentes, & in desiderijs ac delitijs viuentes, ac muniendo se superfluitate cibi & potus, vestis, & somni.

*Succedentibus prosperis oblitus est interpretis sui.* Prosperis contingentibus oblitus est regis pincerna interpretis sui, & benefactoris, continuus enim successus temporalium aternæ damnationis manifestum est indicium.

## CAP. XLI.

**A**liæ emergent de flumine confecta macie, aqua deuorauerunt septem alia; quarum mira species & habitudo corporum erat. Quibus denotantur septem spiritus mali. Item isti sunt septem spicæ percussæ vredine deuorantes septem aliarum plenitudinem & formositatem. Et sunt septem anni sterilitatis nimie, cuius magnitudo septem annorum abundantiam contempsit; septem boues pulchræ & crassæ nimis, & septem spicæ plenæ & formosæ, & septem anni fertilitatis magnæ septem significant Spiritus sancti dona; de quibus Isaia 11. *Requiescet inquit, super eum Spiritus Domini, Spiritus sapientie & intellectus, Spiritus consilij & fortitudinis, Spiritus scientie & pietatis, & replebit eum Spiritus timoris Domini.* Hæc dona dicuntur boues pulchræ & crassæ propter morum plenitudinem & virtutum fecunditatem, quas illi super quem requiescunt conferunt spicæ plenæ & formosæ, propter fidem Christi, qui fuit granum frumenti, per plenitudinem, & gemine dilectionis Dei & proximi maturitatem. Dicuntur etiam, hæc dona, spiritus, septem anni fertilitatis magnæ; quia in huiusmodi peregrinationis septenario mentem super qua requiescunt dona septiformis gratiæ, abundantia fertilitatis magnæ faciunt abundare. Sed heu! septem vacca deformes & macilentæ, septem spicæ percussæ vredine, septem anni sterilitatis nimie; septem spiritus immundi nequiores domum vacantem & ornata destruant, & septem spiritus dona deuorant; & sic sunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Et ideo dicuntur nequiores, ab effectu, quia nequiorem hominem credunt quam prius fuerat. Et nota quod isti septem spiritus nequiores dicuntur septem vacca deformes & macilentæ, propter similitudinis & imaginis Dei deformationem, & charitatis quæ est pinguedo animæ, defectionem. Spicæ percussæ vredine, qui est factor rei adustæ, propter criminum factorem. Anni sterilitatis nimie propter boni operis sterilitatem, quæ mala omnia miseræ menti inferunt, quam miserabiliter detinent occupatam.

*Aliæ septem emergent de flumine fœda, confecta que macie.* Avari sunt illæ boues macie confectæ, quæ pascebantur in ripa fluminis Aegypti. Huius, scilicet, mundi, quæ dicuntur macilentæ, quia nunquam satiantur oculi mundanorum, vt qui totam pulchritudinem suam deuorant, id est, destruant, si qua opera pœnitentiæ fecerunt. Aliquando destruant pulchritudinem animæ, & septem sunt propter vniuersitatem. Nusquam vera libertas nisi in voluntaria paupertate. Hæc est Ioseph, qui accrescens. Vnde dicit: *Crescere me fecit Dominus in terra pauper*

CAP. XLIV.

Accedens propius Iudas confidenter ad Ioseph, ait, Oro Domine, loquatur seruus tuus in auribus tuis, & ne irascaris famulo tuo. Iudas confitens est & penitens, qui cordis contritione propius accedens, de Dei misericordia confusus confidenter loquitur verbum confessionis in auribus confessoris.

Inuenit scyphum in sacco Benjamin. Hic est faccus Benjamin, in cuius ore inuentus est scyphus argenteus, doctrina, id est, Euangelica. Sed diabolus aperuit contra Dominum ora saccorum suorum, id est, exempla malorum, in quibus vendit paleas pro frumento, & sic impedit venditionem Domini. Super quo conqueritur Dauid dicens, Psal. 108. Deus laudem meam nescieris, (id est, bonitatem mercium mearum aliis ostende) quia os peccatoris, & os dolosi super me apertum est.

Psal. 116.

CAP. XLV.

Descende ad me, non moreris, & habitabis in terra Gessen, erisque iuxta me.

Et sequitur cap. 46. Profectus est Israel cum omnibus quae habebat, & venit ad puteum iuramenti, & mastratis ibi victimis Deo patris sui Isaac, audiuit eum per visionem nocte vocantem, & dicentem sibi, Iacob, Iacob, ego fortissimus Deus Patris tui, noli timere, descende in Aegyptum, quia in gentem magnam te faciam ibi Ego descendam tecum illuc, ego inde adducam te reuertentem. Ioseph quoque ponet manum suam sub oculos tuos. Tangit autem in ista figura promidum consilium quod est adimplendum; ideo dicit. Descende ad me, ne moreris, & habitabis in terra Gessen, &c. ubi octo dicit, videlicet, motum seu nutum virtuosum, quia descende non dicit aere, quia est precipitium, sed descende, nam si per superbiam & per diuinum contemptum ascendisti, per humilitatem, & satisfactionem descende. Primo, mente & humilitate; secundo, carne & austeritate; sed in puluere, quod puluis es cogita; in puluerem te orna virgo, quia sine fructu, filia Babylonis, id est, confusionis. Psalm. Operuit confusio faciem meam, sede in terra, id est, quiesce aspectu propriae miseriae. Signum luminosum.

Matt. 11.

Ad me, Matth. 11. Discite a me, quia mitis sum, &c. Modum studiosum.

Ne moreris. Nota, quod quando via est periculosa, non est mora adhibenda, o quot praedones! quot homicidae! ideo non moreris, 2. Reg. 21. Non moreris hac nocte in caespribus, id est, in spatiosa via mundi, quae lata est, sed absque dilatione transgredere, 4. Reg. 4. Mina & propera, ne moram facias in eundo. Locum fructuosum.

2. Reg. 21.

4. Reg. 4.

Et habitabis in terra Gessen. Quae terra compluta, id est, conscientia stilicidio gratiae irrigata & fecundata, & ideo propinqua plasmationi Leuit. 16. Si in praeceptis meis ambulaueritis, dabo vobis pluuiam temporibus suis. Et Deuteronomij 28. Aperiet Dominus thesaurum suum optimum, caelum; ut tribuat pluuiam terrae tuae in tempore suo. Gradum gratiosum.

Leuit. 16.

Deut. 28.

Eritque iuxta me. Magna nobilitas, stare iuxta Regem Regum. Vnde Dauid gerens typum ho-

minis iusti dicebat, 1. Reg. 20. Ego ex more sedere soleo iuxta Regem. Psalm. Non habitabit iuxta te malignus, neque permanebunt iniusti. Debitum iudicium quod est inferendum.

Et ideo sequitur. Profectus est Israel. Sed qui Deum videre procurat, desiderat, & affectat, cum omnibus quae habebat, quia cum cogitatione, corde, mente & animo: non enim oportet hominem in duas partes claudicare. Si queritis, querite; conuertimini, & credite. Si queritis, querite in toto corde. Sapient. 1.

Sap. 1.

In simplicitate querite illum, quoniam inuenitur ab his, qui non tentant eum, & apparet eis, qui fidem habent in illo. Igitur in simplicitate, non in duplicitate. Eccles. 1. Ne accesseris ad eum duplici corde. Quia in eodem cap. 11. Va duplici corde, & labiis scelestis, & manibus maleficientibus, & peccatori terram ingredienti duabus viis. Nota quod natura non patitur monstra in corde, quia est membrum, quod est vitae principium; & ideo sicut homo non potest habere duas vitas corporales eiusdem speciei, sic nec duo corda potest habere. Et tamen peccator ut fictus hypocrita qui confitetur cum proposito redeundi ad vomitum, vel qui mentitur in confessione, vel peccata partim dicit, partim celat, hic geminat cor. Psal. Labia dolosa in corde, & corde locuti sunt, &c. & ideo duplici contritione conteretur. Quare Iacob bene venit cum omnibus quae habebat, sed quo? Ad puteum iuramenti, id est, ad penitentiam. Nota penitentia puteus est. Cantic. 4.

Eccles. 1.

Fons horrorem, puteus aquarum viuentium, &c. Viuae sunt aquae penitentiae, quia viuificant plantas virtutum emortuas, immo statim producant flores & fructus, emittunt radices, stipitem dilatant, &c. Haec sunt aquae quae sic in auctunt. Ioan. 4. Qui biberit ex hac aqua non sitiet in aeternum. Nota, aquae temporalium deliciarum, vel diuitiarum sitim non extinguunt, imo ardorem multiplicat, sicut ligna lignis apposita ignem non extinguunt, sed augent. Sic autem in proposito, &c. Hic igitur puteus est, sed iuramenti. Isa. 54. Sicut in diebus Noe istud mihi est, cui iuravi ne inducerem aquas diluuij ultra super terram; sic iuravi, &c.

Cant. 4.

Ioan. 4.

Isai. 54.

Sequitur, quod mastratis victimas ibi. Haec victima est carnis maceratio. Isa. 56. Victimae eorum placebunt mihi. Dicit victimas in plurali, quia haec debet esse duplex, interior. Psal. Cor contritum, & humiliatum Deus, &c. Exterior, scilicet carnis. Ad Rom. 2. Obsecro vos per misericordiam Dei ut exhibeatis corpora vestra, &c. Viuent quia mortui peccato sunt viui iustitiae.

Isa. 46.

Rom. 2.

CAP. XLVI.

Veni ad puteum iuramenti. Decima tertia via Iacob fuit ad puteum iuramenti, id est, in Bersabee, ubi mastratis victimas. Hoc fuit quando descendebat in Aegyptum ad Ioseph. In hoc significatur virtus beatifica mundi cordis. Nota quod sicut puteus clarus habet aquas & dulces, sic conscientia munda a peccatis clara est & pura. Haec etiam verè est Bersabee; id est, puteus societatis, nihil enim est in quo tantum delectatur cor sicut in societate conscientie nostrae mundae. Ecclesiast. 30. Non est oblectamentum super cordis gaudium.

Eccles. 30.

Hic

Hic est puteus foederis & iuramenti inter nos & Deum, quia si munditiam conscientiae conseruemus, Dei visione sine fine fruemur. Beati enim corde mundo, quia ipsi Deum videbunt. Hic mastratis Domino Iacob victimas, quia ad perfectam munditiam cordis seruandam oportet ut omnes bestiales animi motus Domino occidas.

& paupertas portat pondus diei & aestus grossis & asperis pascitur.

Sequitur, Accubans in terminis, non inter terminos. Duo sunt termini, ingressus, scilicet, & egressus vitae nostrae. in his accubat, id est, requiescit paupertas, considerat enim pauperimum hominis ingressum, & vilissimum eius egressum, & ideo non vult accubare inter terminos ut audiatur (sicut dicitur Iudicum quinto) Sibilos gregum, id est, suauem suggestionem daemorum, inter terminos habitat vel accubat, qui ingressum & egressum vitae suae non attendit, sed in carnis voluptate & mundi vanitate requiescit.

Iudith. 5.

CAP. XLVII.

Dies peregrinationis vita mea sunt parui & pauci. Quam miserabilis & abominabilis sit huius exilij peregrinatio, in qua dolor & gemitus, angustia & planctus.

Consistunt in terra Gessen. Decima quarta via Iacob fuit in Gessen regione Aegypti, ubi dicitur gratiose inter Aegyptios habitauit & creuit in gentem magnam. Haec pertinet ad virtutem beatificam pacis, & pacificorum, quia qui cordis munditiam habet quoad motus animi interiores ei dat Dominus exterius pacem, quoad motus carnales, qui enim est Noë, id est, quietus, & pacificat Dominus in arca animalia, id est, motus bestiales in carne. Et qui bene ordinatus est in seipso, facile pacem habet ad omnes, quia talis ab omnibus diligitur. Vnde necesse erat ut quem Deus perfuderat gratia, ab omnibus diligeretur. Prouerbiorum decimo-sexto. Cum placuerint Domino viae hominis, inimicos quoque eius conuertet ad pacem, ut dicat, Cum his qui oderant pacem erant pacificus, &c. Sicut Iacob diu pacifice & gratiose inter Aegyptios conuersatus est in Gessen, quod interpretatur imber vicinus. Sic pacificus corda proximorum rore gratiae & lenitatis irrigat & infundit. Romanorum duodecimo. Si fieri potest cum omnibus pacem habete, Iob quinto capite. Bestia terra pacifica erunt tibi, &c. In hoc loco multiplicans est valde Iacob & fructificauit. Sic per pacem spirituales crescunt bona virtutum.

Prov. 16.

Rom. 12. Iob 5.

Sequitur, Vidit requiem quod esset bona. Requiem, scilicet, caelestis beatitudinis, quod esset bona, & terram aeternae stabilitatis, quod esset optima, & suppositum humerum suum, ad portandum, scilicet, Dei filium. Ipsum Iesum portat cum pro amore ipsius omne quod ei accidit patienter supportat.

Iuda te laudabunt fratres tui, qui sunt, Ruben, Simeon, Leui, Isachar, Zabulon.

Table with 2 columns: Name and meaning. Ruben, videns. Simeon, auditio. Leui, interpretatur additus, merces. Isachar, habitaculum. Zabulon, fortitudinis.

fortitudinis.

Habebat ergo Iudas fratrem suum Ruben, ut videat in contritione illis tribus oculis, de quibus Zachar. 3. In lapide uno, id est, penitente, qui debet esse lapis per constantiam, & vnus per fidei vnitatem. Erant septem oculi; quorum primo debet videre praerita ut debeat; secundum, futura ut caueat; tertio, prospera, ne eleuent; quarto, aduersa, ne deprimant; quinto, superiora, ut sapiant; sexto, inferiora, ut desipiant; septimo, interiora, ut sibi in Deo placeant. Habeat secundum fratrem Simeonem in confessione, ut ipsius vocem Dominus audiat, sicut dicit Moyses Deut. 39. Audi Domine vocem Iuda. De qua Cant. 2. Sonet vox tua in auribus meis, vox tua dulcis. His duobus additur Leui in satisfactione, ut mensura poenae respondeat culpa. Facite, inquit, dignos fructus poenitentiae. In Sina enim quae interpretatur mensura data fuit lex. Lex gratiae illi datur, cuius poena culpae commensuratur. Habeat & quartum fratrem Isachar ut zelo animarum feruens aeternae beatitudinis mercedem accipiat, sed truncus inutilis terram occupans, & idiota fatuus locum Ecclesiae impediens, non mercedem vitae aeternae, sed acerbitatem mortis aeternae. Habeat nihilominus obsecro, quintum fratrem Zabulon, ut in habitaculo contemplationis cum simplici Iacob inhabitans gustum caelestis dulcedinis suscipere mereatur.

Zach. 3.

Deut. 39. Cant. 2.

CAP. XLVIII.

Dicit Iacob, Deus omnipotens apparuit mihi in Luza, quae est in terra Chanaam. Luza interpretatur amygdalum, & significat poenitentiam, in qua sicut in amygdalo sunt cortex amarus, testa solida, nucleus dulcis. In cortice significatur amaritudo poenitentiae, in testa constantia perseverantiae, in nucleo spes veniae. Apparet ergo Dominus in Luza; illa enim vera est poenitentia, in qua homo commutatur de sinistra in dextram.

CAP. XLIX.

Isachar asinus fortis accubans in terminis, vidit requiem quod esset bona, & terram quod esset optima, & suppositum humerum suum ad portandum. Isachar qui interpretatur merces, significat paupertatem, quae omnia temporalia abiicit, ut mercedem aeternitatis recipere possit. Haec dicitur asinus fortis. Asinus est animal oneriferum, quod asperis & vilibus vescitur: Sic

Non crescas quia ascendisti cubile patris tui, &c. Iacob maledixit tres filios, Ruben, Simeon, Leui, qui ordine natiuitatis primi fuerunt. Ideo quod nullus istorum ius primogeniturae habuit. Quartus fuit Iudas, quem Iacob laudauit, & benedixit, dicens: Iuda, te laudabunt fratres tui. Iudas, confitens: Ruben, filius visionis: Gad, accinctus vel attonitus; Aser, beatus; Nephtalim, latitudo; Manasses, oblitus; Simeon, tristitia exauditionis; Leui, additus vel assumptus; Isachar, merces; Zabulon, habitaculum.

Kk 2 Zabulon

Zabulum, habitaculum fortitudinis; Ioseph, augmentum; Benjamin interpretatur filius dexterae.

Iudas est poenitens, qui hos fratres debet secum habere, ut in confessione clarè videat, in tribulatione se sapientia accingat, Deum timeat, quia *Beatus vir qui timet Dominum*; in charitate se dilaret posteriorum oblitus ad anteriora se extendat; de peccatis contristatus doleat, ut Deus cum exaudiat, dolorem dolori addat, ut de dolore in gaudium assumi valeat. Et sic mercedem vitæ aeternæ percipiet, in qua habitabit fortiter & confidenter, quia non erit qui exterrat, & numero Angelorum auctus, veris diuitiis locupletatus, benedictione dexterae ad dexteram positus, erit in saecula saeculorum benedictus. In horum duodecim interpretatione, omnis perfectio gratiæ & gloriæ designatur, ad quam quicumque venire voluerit, necesse est ut in fronte Tau signetur.

*Asinus fortis Isachar accubans in terminis viduæ requiem, &c.* Isachar qui interpretatur mercès, significat poenitentem, qui pro sola retributione mercè aeternæ laborat. Hinc dicitur Asinus fortis ad sustinendum labores pro Christo fortes & tribulationes. *Accubans in terminis.* Duo termini sunt iugressus & egressus vitæ, in quibus poenitens habitat, quia attente ingressum & egressum suum considerat: sed carnales non habitant in terminis, sed intra terminos.

*Indate laudabunt fratres tui, qui sunt,*

Ruben,  
Simeon,  
Leui,  
Isachar,  
Zabulon,

Iudas est princeps, quem quinque corporis sensus, si inter eos concordia fuerit, laudant, id est, laudabilem faciunt.

Ruben interpretatur visio. *Ecce sensus visus.*

Simeon auditio, *Ecce auditus.*

Leui, assumptio, *Ecce obfactus.* per eum enim aërem assumimus, per quem vivimus.

Isachar, diuinum memorans, *Ecce lingua,* per quam confessioni criminis & laudum Dei poenitens debet esse memor.

Zabulon, habitaculum fortitudinis, *Ecce tactus.*

Istorum fratrum concordia coram Deo & hominibus est placita; concordia dicitur à corde vno, concordare est vnus cordis fieri.

*Ruben effusus es sicut aqua ne crescas.* Nota quod peccator à quatuor elementis vnde constat, portatur, à terra portatur quando terrena solum cogitat. Psal. 16. *Oculos suos statuerunt declinare in terram.* Ab aqua portatur quando luxuriam cogitat. Vnde dixit Iacob, Ruben effusus, sicut aqua ne crescas, quare ascendisti cubile patris tui & maculasti stratum eius? Dicitur quod dormierat cum Bala concubina patris sui Ab aëre portatur quando omnia pro laude humana facit; Ac r plus habet vanitatis quam cetera elementa, & ideo significat vanam gloriam, quæ tenue & perlicidum & mendacium. Vnde Psal. 61. *Mendaces filij hominum, in stateris, ut decipiant, &c.* O peccator! quem te ipsum facis? quare te alium hominibus vendisquam trutina in statera veritatis appendit? Præpondera ergo te secretius, & non te maiorem nobis vendas quam libra æquitatis te appendit. Ab igne por-

tatur quando ira succenditur. Vnde Psal. 8. *Sicut cera quæ fuit, auferentur; supercecidit ignis, & non viderunt solem.* Cum ignis iræ in cor peccatoris à diabolo cadit, tunc sicut cera in verba blasphemiae liquefcit; tunc sibi ipsi ipse auferitur, & extra se portatur. Ista quatuor portant animam ad sepeliendum in inferno.

*Simeon & Leui fratres, vasa iniquitatis bellantia; in consilium eorum non veniat anima mea, nec in cætu eorum sit gloria mea, quia in favore suo occiderunt virum, & in voluntate sua suffoderunt murum; male dictus furor eorum, quia pertinax, & indignatio eorum quia dura.* Nota historiam succincte. Egressa est Dina, &c. Genes. 34. Sichem, qui interpretatur humerus vel labor, Christum significat, qui propriis humeris nostra portauit peccata, qui dicit per Prophetam, *Pauper sum, & in laboribus à iuuentute mea exaltatus, scilicet, in cruce, & humiliatus,* scilicet, in contumeliis & despectione, conturbatus, tormento. Hic Sichem bene dicitur filius Principis terræ illius, scilicet, Emos qui amaricans interpretatur, id est, Deus patris, qui erat contra humanum genus propter peccatum, amaricans, Dina interpretatur amaritudines suscitans, & significat Ecclesiam collectam in fide tam ex Iudæis quam ex gentibus, quæ passa est mundi ægritudines, dum tyranni tam in capite quam in membris eam sunt diu crudeliter persequuti, & adhuc eam persequuntur; immo verius iniqui consiliarij. Hanc Dinam, scilicet, Ecclesiam Christus rapuit, & eam sibi legitimo coniugio copulauit; sed iniqui fratres Leui, de quo Pontifices, & Simeon, de quo Pharisei, nocte, luce, scilicet, gratiæ notitiæ extincta, irruerunt super ciuitatem, congregationem, scilicet, fidelium, & ut est hic. *In furore suo occiderunt virum, &c.* illum scilicet, qui est vnus de millibus. Est enim vnus & secundum non habet. Ecclesiastici 4. Iuxta illud quod sequitur, & in voluntate sua suffoderunt murum, id est, corpus benedictum Saluatoris. Et hic dolor sine vniuersi plagarum magis molestabat Christum tempore, quo ipse proximorum amore erat maxime vulneratus & afflictus, dum non videbat illos conuerti. Iuxta illud Genes. 34. *Et ecce die tertio quando grauissimus vulnerum dolor est.* Factum est autem hoc die tertia. Prima dies fuit exemplaris conuersionis; secunda regularis informationis. Tertia, singularis operationis, scilicet, miraculorum.

*Lauabit (inquit) in vino stolam suam, & in sanguine vna pallium suum.* Istud enim vinum non est aliud, quam sanguis pretiosus Domini, quo debent inebriari corda fidelium; istud siquidem vinum expressum fuit in torculari crucis, & ex ipso lora est stola nostra, dum, scilicet, à peccato sumus lori & pallium nostrum; dum, scilicet, nobis innocentia est restituta. Aliter enim nisi mediante Christi cruce lepra nostra non poterat expiari: Sed dum mens nostra in eius sanguine pretioso & candido cum igne æstuantis amoris feruiscit, statim sumus curati à lepra.

### C A P. I.

**P**ortantes eum in terra Chanaan, &c. Quinta decima & vltima via Iacob fuit, quando redactus

ductus est mortuus de Ægypto in agrum Hebbron, vbi sepultus est, sed tamen in via manserunt septem diebus in area Achad, vbi celebrauerunt exequias planctu magno atque vehementi. In his notatur octaua & vltima virtutum beatificarum, scilicet, patientia persecutionum. Vnde, beati qui persecutionem patiuntur, &c. Hæc octaua, ut dicit glossa, est totius perfectionis ostensio & probatio, quia prædicta habent pacifici post perfectionem, & rectè tenet prædicta, qui paratus est pro eis mori. Cum Iacob ergo in Ægypto moritur, qui persecutionibus mundi quibus caro mortificatur propter iustitiam, se exponit, ut dicat, propter te mortificamur tota die Apostoli 2. Corinth. 15. quotidie morior propter gloriam vestram. Et sic de Ægypto mundi educti sepulturam meremur in He-

bron, quod interpretatur visio sempiterna, scilicet, in æterna gloria, vbi æternaliter videbimus Deum sicuti est.

*Retardati sunt in arca Achad septem diebus, vbi planxerunt planctu vehemēti, & sic inde profecti sunt.* In quo docemur quod vix potest aliquis in præfenti saeculo per quascumque tribulationes purgari quin aliquid remaneat in purgatorio diluendum, per aream enim Achad latitudo purgatorij designatur: Vnde, sicut in area purgatur triticum, ita animæ saluandorum. Achad namque planctus Ægypti, vel seruitus festiua interpretatur: Vnde statum purgatorij significat, vbi animæ amarè plangunt, quod minus hic fecerunt, & ibidem in seruitute, sunt, quæ debet esse festiua eis propter expectationem gloriæ, à qua diu fraudori non possunt.



## INTERPRETATIO MYSTICA IN EXODI LIBRVM.

### CAPVT PRIMVM IN EXODVM.



**E**cce populus filiorum Israel multus est, & fortior nobis est, venite & sapienter opprimamus eum, ne forte multiplicetur, & si ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis nostris, expugnatisque nobis egrediantur de terra. Et sequitur quod imposuit eis onera laborum triplicis generis. Primo, videlicet ædificare ciuitatem tabernaculorum, quæ erant in finibus regni; ut pro defensione milites morarentur, & quantum ad hoc colligebant paleas & faciebant lateres, & numerum debitum assignabant præpositis operum. Secundo, portare lutum platearum & viarum in cophinis. Iuxta illud, *manus eius in cophino seruiuerunt.* Tertio, diuidere fluuium Ægypti in riuulos ad patriam irrigandam. Ecce tu miser peccator credis, ne tamen per Moysen, id est, per diuinam legem vis ab illa miserabili seruitute abduci; nota, dicit dæmon venite, sapienter opprimamus, quia primo decipit hominem sapienter, postea opprimit, ne scilicet, fruatur homo confortio Angelorum, & de terra egrediantur. Nota tres ciuitates tabernaculorum, tria vitia quæ sunt in mundo; quarum vna dicitur Phiton, & interpretatur os abyssi, quæ significat auaritiam, quæ non satiatur diuitijs; velut namque ligna faciunt ignem maiorem; sic plerumque diuitiæ magis incendunt ad auaritiam

& ardorem. Secunda, vocatur Rameses, quæ interpretatur, commotio tineæ; & significat luxuriam, quæ ad instar tineæ est de carne consergens, & carnem consumit. Istam ciuitatem seu tabernaculum edificat qui gula & luxurijs deseruit. Tertio, dicitur, *Heliopolis*, id est, *Ciuitas solis*; & significat superbiam, & vanam gloriam. Sol enim dicitur solus lucens, & significat superbū & vanè gloriosum qui solus inter alios vult reputari & lucere. Hæc ædificant tyranni, & oppressores, & procuratores honorū. Et aduerte quod benedicuntur ciuitates tabernaculorum, quia sicut tabernaculum est habitaculum quod transfertur de loco ad locum, sic hæc sunt edificia non manentia. Iob. 15. *Ignis deuorabit tabernacula eorum qui munera libenter accipiunt.* Tabernacula sunt in quibus mobiliter habitamus. Ad has ciuitates ædificandas spargitur populus Israel per Ægyptum, id est, per mundum; colligit latera, id est, carnale & terrenum desiderium apponit indebitæ delectationis; colligit paleas, id est, peccata, cum quibus ipse est finaliter comburendus: succendit ignem furoris mali desiderij. In his ciuitatibus habitant milites Pharaonis, id est, carnalia desideria, quæ militant aduersus animam ut tributa accipiant operum nostrorum, ut nec ingredi nec egredi permittant aliquem sine tributo & seruitute. Colligunt insuper lateres: dum scilicet, non considerant propriam fœditatem, sed illam à sua consideratione abijciunt; cum tamen Mich. 6. *Humiliatio tua in medio tui.* Diuidunt fluuium, id est, diuitias vel delicias, quas transmittunt ad omnes.

*Oderunt Ægyptij filios Israel affligebant illudentes,*



dentis, & insidentes eis, atque ad amaritudinem perducebant vitam eorum. Ægyptij sunt demones, iniqui peccatores, & motus carnales; isti omnes odiunt filios Israël, id est, viros iustos demones affligunt, iniqui peccatores eis illudunt; motus carnales ad amaritudinem vitam eorum perducunt.

Pharao præposuit filiis Israël magistros operum, ut affligerent eos oneribus, adificarentque urbes tabernaculorum Pharaoni; Phiton, & Ramasses. Sic diabolus nomine tenus Christianis præponit magistros operum, id est, demones cuiuslibet vitio deputatos qui affligunt eos oneribus peccatorum.

Adificauit ciuitates tabernaculorum Pharaoni, id est, diabolo, Phiton & Ramasses. Phiton abyssus, Ramasses malitia de tinea interpretatur, Phiton luxuriam significat, quæ est os abyssi, quæ numquam dicit sufficit, carens lumine gratiæ & fundo sufficienti; voluptas enim semper sui famem patitur, de hac abyssu Psal. 41. *Abyssus abyssum*, id est, luxuria luxuriam, inuocat. Ramasses significat auaritiam, quæ ut tinea vermibus vestimentum, mentem corrodit: vnde tinea dicta eo quod teneat, & consueque infideat quousque corrodat, sic auaritia mentem avari corrodit ut plura multiplicet, sed secundum suam multiplicationem plus esuriat. Hæ sunt ciuitates diaboli luxuria, scilicet, & auaritia.

Oderant Ægyptij filios Israël. Concupiscentia exosos habet filios Israël, id est, penitentes, qui carnem suam crucifigunt cum concupiscentijs & vitijs. Hæc per suos satellites, id est, corooris sensus nititur spiritum interficere, & ei omnem substantiam auferre, id est, virtutes, quæ bene dicuntur substantia, quia faciunt hominem subsistere ne cadat ab æternis, quas ut conseruare valeat necesse est, ut fugiens cum filio & vxore nudus valeat.

Si masculus fuerit interficite eum. Anna sexum virilem à Deo petijt, non fœmineum; nouerat enim quod Pharao fœminas sibi referuari iussit, in sexu ergo fœmineo effœminatæ mentis opus designatur, quod anima misera cum concipit, eius vultus inficitur, id est, amore terretatis fœdatur, & languida tarditate præpeditur, quia negligens & tepida membra à bono opere retardat.

## CAP. II.

Moyles percussit Ægyptium & abscondit sub sabulo. Moyles aquaticus, est penitens aquis compunctionis fluidus; Hic percussit Ægyptum, id est, mortale peccatum in contritione, & abscondit sub sabulo in confessione.

Si masculus fuerit interficite. In masculino opus virtuosum, in fœmina opus effœminatatum designatur: cum enim anima opus virtuosum concipit est bonæ dispositionis, quia omnia recte & ordinatè disponit, & est boni coloris, quia Deo placet, & proximum edificat. Hunc masculum vult submergere Pharao, id est, diabolus, in flumen Ægypti, id est, amore huius sæculi.

Qui fugiens de conspectu eius moratus est in terra Madian: Et tu fuge quia diabolus querit te interficere, & habita in terra Madian, quæ in-

terpretatur Dei iudicium, ut terram tuam iudices ne à Domino iudicaris, & sede iuxta puteum humiliatis, ut haurias aquam in vitam æternam salientem.

## CAP. III.

Umq; minasset oues fœceri in interiora deserti. In desertum, id est, cœlum debet homo duci à spiritu sapientiæ, per contemplationem cœlestium, ut nobis figuratum est hic, vbi dicitur quod Moyles minabat oues, id est, sensus & synceras cogitationes ad interiora deserti, id est, ad contemplationem gaudiorum paradisi, ibique vidit diuinam apparitionem, ibi audiuit supernam allocutionem, ibi aspexit diuinam incarnationem, ibique accepit sui populi diuinam liberationem.

Apparuit ei Dominus in flamma ignis, ignis in rubo significat tribulationem in viro iusto, ignis enim vitrum purgat rubigine, lucere facit, plumbum circumstans consumit, sic tribulatio corpus viri iusti, scilicet, conscientiam purgat, & lucere facit.

Ibimus viam trium dierum, post hoc triduum Ioseph & Maria, id est penitentes spiritu pauperes & humiles inuenient Iesum in templo cœlestis Hierusalem.

Ibimus viam trium dierum. Triduum est penitentia, quæ in tribus consistit, scilicet, in contritione, confessione, & satisfactione.

Qui est misit me ad vos. Ipsi Christo nihil præteritum, nihil futurum, sed esse est ei præsens. Vnde Apocal. 1. *Ego sum Alpha, & Omega, principium, & finis, dicit Dominus est qui, & qui, &c.* Et Exod. 3. *Hæc dices, qui est misit me ad vos.*

## CAP. IV.

Tulit Moyles uxorem suam, & filios suos. Moyles, quando cum vxore & filijs proficiscitur in Ægyptum, ut educeret populum Israël, Angelus voluit interficere, sed quando vxorem & filios reliquit, Angelus dimisit eum: sic aliqui Prælati & Sacerdotes nostri temporis, qui per Moysem figurantur habere vxores & filios, ad literam reptilia post sacerdotes clamantia væ, væ, væ, sed occurret eis Dominus, & occidet eos nisi vxores & filios à se separauerint.

Tulit Saphora acutissimam petram & circumcidit, &c. Et sequitur, *Dimisit eum.* Moraliter Saphora interpretatur auis, & significat penitentem, qui debet esse tanquam auis pennatus virtutibus. Hic petra acutissima, id est, cordis compunctione debet circumcidere præputium filij sui, superfluitatem operis præputium dictum quasi ante pudorem præponitur, pro ante, solet enim nos superfluitas impedire, ne nostræ iniquitatis turpitudinem videamus, circumcidatur ergo ut profluat sanguis lacrymarum tangens & abluens pedes filij nostri, id est, operis, si enim mundus fuerit affectus, id est, voluntas, sanctificatus erit effectus, id est, opus post talem circumcisionem dimittit Dominus hominem redire liberum ad fratres suos & ad propriam domum claræ conscientie.

Indurabo

Indurabo cor Pharaonis. Cor Dominus indurat cum gratiam subtrahit, vel non apponit. Vnde Osee 4. *Non visitabo super filias vestras cum fuerint fornicatæ.* Deterius malum animæ peccatrici euenire non potest quam cum Dominus peccatorem in prauitate cordis sui dimittit, & flagello paternæ visitationis non corrigit.

## CAP. V.

Ex eo quo ingressus sum ad Pharaonem ut loquerer de nomine tuo, afflixisti populum tuum, & non liberaisti eos. Hoc est, afflixit Pharaon populum tuum, id est, diabolus, qui contemptus surgit in scandala, & excitat tempestatem in mari. Vnde Marci 9. *Clamans & multum discerpens eum exiit ab eo.*

Tuleruntque cinerem de camino & sparsit Moyles in cœlum. Spiritualiter per cinerem sparsum intelligitur genus humanum Sap. 2. Cinis extinctus est corpus nostrum, ille ergo moraliter loquendo spargit cinerem in cœlum, qui superbit de genere vel gratia corporali, ex quo sequitur vesica, quæ non est nisi peluis plena & aquæ supernatans: sic est de quibusdam si modicam habeant gratiam: ita instantur, ita superbiunt, quod omnibus velint præponi, sed attente considerare deberent, quod vesica vento inflata ac puncta distumpitur, expirat ventus & subito in ima descendit: sic tales modica infirmitate puncti, anima expirante cadunt in infernum, post vesicam sequitur vlcus, primo enim vesica eleuatur in carne, deinde extrahuntur, quæ ibi putrescunt, & fit vlcus plenum sanie, fœtore & putredine, sic ex superbia statim oritur inuidia, quæ per vlcus designatur, inuidia enim sic corrumpit & inficit oculum inuidi, ut videre non possit alterius gratiam.

## CAP. VI.

Quomodo audiret Pharaon, præcipue cum incircumcisus sum labijs, sic docemur circuncidare & examinare verba nostra quando coram Deo, vel principibus huius mundi loqui debemus: sed nota, postquam Isaias dixerat vir pollutus labijs ego sum vnus de Seraphim tulit calculum de altari & purgavit labia, altare est sacra scriptura, quia per studium sacre scripture purgatur immunditia labiorum.

Accepit Aaron uxorem Elizabeth filium Aminadab, &c. Haudquaquam Moyles ista descriptione humanam quæsiuit gloriam, sed paruit voluntati Spiritus sancti, qui vult rectorum generationem etiam in hoc mundo celebrari.

## CAP. VII.

Ingressi Moyles & Aaron ad Pharaonem, &c. Moyles & Aaron, qui Hebræos educunt de Ægypto duo vectes arcam testimonij portantes: duo Cherubim propitiatorium versis vultibus prospicientes: per Moysem, qui ut dicit Apostolus ad Hebr. 11. *Maiores diuitias estimauit thesaurum Ægyptiorum improprium Christi,* mundi despectio significatur. Per Aaron, qui (ut dicitur Num. 16. *ignem extinxit, & iram Dei ne in popu-*

lum desuaret, sedauit, cordis humilitas designatur quæ extinguit ignem diabolicæ suggestionis, & sedat iram diuinæ animaduersionis.

## CAP. VIII.

Digitus Dei est hic. Aduertendum quod Christus in digito Dei sciciebat demonia, digitus autem Dei in proposito discretionem signat operis; manus enim opus significat, digiti autem manus inferti sunt discretio operum; sed quia omnibus digitis Dominus vel operatus est vel operabitur in posterum, est aduertendum quod sicut sunt quinque digiti, sic sunt quinque opera Dei. Primus vocatur pollex in quo consistit fortitudo manus. Istius digiti virtute Dominus operatus est in mundi creatione & hominum dispersione, tempore diluuii, in miraculorum perpetracione in Ægypto: & ideo Magi prædicti dixerunt, *digitus Dei est hic*, Exod. 8. Secundus vocatur iudex ab indicando, & ei attribuitur sapientia; illo operatus est Dominus in legis datione, quando eam illo digito in tabulis scripsit lapideis; Deut. 9. Tertius, vocatur medius, & hic est digitus clementiæ & misericordiæ qua differtur vltio diuina, & quæ connectit Deum cum creatura, scilicet homine, & è conuerso: isto digito Deus operatur quando ipso diabolum expellebat. Vnde Aug. in Euang. Math. dicit, *in digito Dei*, id est, in Spiritu sancto, nam Pater est brachium in quo potestas, filius manus in qua industria, & sicut manus per digitos, & brachium per manus operatur, sic patris potentia per filium, Ioan. 1. *Omnia per ipsum facta sunt.* Nota in digitis discretionem, quæ significat discretionem gratiarum, licet sit idem spiritus. Quartus digitus est annularis, id est, promissio gloriæ. Vnde Luc. 15. *Date ei anulum in manu eius*, id est, in digito. Isto digito operatur nunc per promissionem; finaliter tamen operatur per gloriæ collationem. Quintus est auricularis, iste est, qui facit tinnire aures,

1. Reg. 3. *Ecce ego faciam verbum in Israël quod quicumque audierit tinnient ambæ aures eius:* Hic est digitus iudicij in futuro, & comminationis in præsentem. Et isto digito Ioan. 8. *Christus inclinans se scribebat in terra,* sed quando ipse descendet ad iudicium, scribet in singulorum cordibus sententiam contra eos.

Dimittam vos ut sacrificetis Deo vestro, veruntamen ne longius abeat is. Nota quod oportet animam non solum egredi à peccato, sed à finibus peccati: frequenter enim dimittit diabolus vsq; ad confessionem peccatorum, sed tamen in confiniis peccatorum retinere nititur: sicut habemus exemplum, quod Pharao filios Israël bene permittebat ut iuent in desertum ad sacrificandum Deo suo, sed non patiebantur eos procul abire; ne terminis egressi Ægypti ab eo fugerent. Ab istis finibus debet anima fugere & egredi, si non vult in æternum cruciari.

Dixerunt: *digitus Dei est hic*: dicitur digitus Dei, ad differentiam digitorum hominum peccatorum, Isa. 59. *Digitus eorum pleni sunt iniquitate.* Sed quid est iste digitus? Respondeo quod sicut manus non est completa nisi habeat omnes quinque digitos, sic nec opus misericordiæ nisi habeat quinque conditiones in quinque digitis figuratas: oportet enim Primo quod in ipsa

Matth. 7.

fit humilitas in obediendo, & iste est digitus, qui vocatur auricularis, Matth. 7. *Misit digitos in auriculas eius.* Tunc autem mittit tibi Deus digitos in auriculam, quando sacerdos imponit tibi poenitentiam, & tu humiliter audis, & obedienter suscipis. Ideo autem ab isto minimo incepi, quia hic digitus minimus maior est lumbis paternis, id est, maioris virtutis omni alia virtute. Secundo charitas in diligendo, non enim ad poenitentiam te debet timor adducere; sed amor, & hic est annularis, ubi est amor, Prou. 7. *Liga eum in digitis tuis:* ligatione, scilicet & vinculo charitatis, quæ sunt vincula Apostoli, quibus nos ligare vult. Tertio alacritas in proferendo, non in agonia, qui est digitus medius, qui est iucundus digitus. *Digitus Dei est hic, quia bilarem datorem diligit Deus.* Quarto sagacitas in proueniendo & percauendo, vt in omnibus seruetur discretio & cautela, & hic est index ab indicando dictus. Hi sunt digiti Dan. 5. *Apparuit quasi manus hominis,* in qua est discretio. Vnde nota scripturam, quia debet esse ibi numeratio, ponderatio, & diuisio. Quinto asperitas afflictionis & castigationis, vt sensus crucifigantur, qui contra Dominum insurrexerunt, cor contra spiritum. Hic est pollex in quo manus fortitudo consistit. De quo Saluator Ioan. 20. *Inser digitum tuum huc, & cognosce loca clauorum,* id est, conforma asperitatem tuæ poenitentiae afflictioni meæ, poenæ meæ, & vide, quia ego sum, qui pro te passus sum.

Daniel. 5.

Ioan. 20.

## C A P. X.

**T**ribus diebus facta sunt tenebra palpabiles in terra Egypti, vbiunque autem habitabant filij Israel erat lux. Tres dies sunt cognitio Dei, superius, & discretio boni & mali; pro duobus primis orat Aug. dicens *Domine, da mihi cognoscere te & me.* De tertio Gen. 11. *Habetur quod lignum scientiæ, id est, discretio boni & mali erat in medio paradisi, id est, in mente hominis.*

Gen. 11.

*Posuit Moyses manum in cælum & facta sunt tenebra tribus diebus.* Moyles ponit manum in cælum, cum sancti sua beneficia ad tempus subtrahunt, fit tenebra palpabilis, id est, culpa ei, cum nemo videt fratrem suum, dum scilicet non potest alterius bonum videre, stat tribus diebus, id est, secundum triplicem concupiscentiam in qua crescit.

*Inducam cras locustas in fines tuos.* Locustæ propter saltum quem faciunt significant omnes Religiosos, qui iuncti duobus pedibus, paupertatis, & obedientiæ, debent saltare ad altitudinem vitæ æternæ; sed pro dolor! retrogrado saltu de fumo putei exierunt in terram: & vt dicitur hic, *Operuerunt vniuersam superficiem terra.* Hodie non fiunt nundinæ, non celebrantur curiæ seculares vel Ecclesiasticæ in quibus non inuenias monachos & Religiosos: emunt, & reuendunt, ædificant & destruant, mutant quadrata rotundis, in causis parentes prouocant, coram iudicibus litigant de necessitatibus, & legistas conducunt, testes inducunt, cum ipsis parati iurare pro re transitoria, friuola, & varia. Dicite mihi ô fatui Religiosi, nunquid in Prophetis, vel Christi Euangelis, vel Pauli Epistolis, nunquid in regula B. Benedicti vel Augustini istas litigationes, & euagationes, & cauilarum pro re tran-

istoria & peritura acclamationes & protestationis inuenistis?

## C A P. XI.

**M**edia nocte egrediar in Egyptum, & percutiam omne primogenitum: iuxta hoc Seruator ait, qua hora non putatis filius hominis veniet, item, iuxta hoc etiam ait, fatue hac ora repetent animam tuam à te, & hæc quæ congregasti cuius erunt? Egyptus interpretatur tenebræ significat mundum, factus concupiscentiæ & oculorum, merito hic tempore tenebricose plectitur.

## C A P. XII.

**C**ogebant Egyptij populum exire velociter. Inimici sunt diligendi, quia de mundo nos exire compellant.

*Decima die mensis tollat vnusquisque agnum.* Agnus iste in Paschate immolatus, est Christus, *Ecce agnus Dei.* Hic sumebatur cum hysopo, quæ est herba humilis, & nascitur in perra, & purgat pulmonem; sic humilitas mentem stabilizat, quæ tendit deorsum, nec inaniter rapitur supra se, purgat pulmonem, id est, cogitationes & locutiones, Ier. 11. *Ego quasi agnus, qui portatur ad victimam.* Intinctio sanguinis est memoria, vel assumptio Passionis Christi, vt fit in corde per meditationem. Et dicitur ad litteram quod hæc intinctio fiebat ad modum Tau, id est, ad modum crucis quantum ad dispositionem, quia in superluminare & super vtrumque; postem: nota tunc liniuit superluminare superius quando diuinitatem placuit, inferius quando terram facrauit, quæ prius fuerat polluta: per vtrumque postem, quia naturam Angelicam & humanam, nunc autem naturam diuinam quam videmus tantum pro nobis inclinatum; terram quam videmus tantum honoratam. Et vtrumque postem, & super eum transiens Angelus executor diuinæ iustitiæ, quando percutit in nocte, id est, improuise primogenita Egypti, id est, animas, quia eis debetur hæreditas cum corporis participatione, pertransibit illos, qui sic erunt signati.

*Septem diebus fermentum non comedetis,* id est, omni tempore vitæ vestræ, quæ septem diebus voluitur: fermentum feruens mundanæ & carnalis concupiscentiæ non inueniatur in domiciliis vestris, id est, alioquin *anima eius qui comederit peribit de terra Israel,* id est, vita æterna in qua videbimus Deum facie ad faciem.

*Tulit populus farinam antequam fermentaretur, & ligas in pallis posuit super humeros:* & post subditur, *Coxerunt farinam quam tulerant de Egypto, & fecerunt panes subcinericios.* Nota quod farina, quæ dicitur à farre, & est cibus infirmorum, est poenitentia, quæ est cibus peccatorum, quæ debemus conspergere aqua cõtritionis, & ligare in pallis, id est, conscientis nostris vinculo confessionis, & portare super humeros nostros per opus satisfactionis: hanc farinam ne fermentetur, igne, id est, amore Spiritus sancti coquamus, & faciamus panes subcinericios nostræ mortalitatis, scilicet viaticum, azymos synceritatis & veritatis, & vt syncerè quoad nos,

Ierem. 11.

Ecc. 1.

1. Cor. 13:

Psal. 45.

## C A P. XV.

verè quoad Deum & proximum viuamus.

*Fasciculum hysopi tingite in sanguine; qui est in limine, & aspergite ex eo superluminare & vtrumque postem.* Hysopus est herba purgandis pulmonibus apta, nascitur in petris saxorum radicibus hærens: fidem significat Christi, de qua Apostolus, *fide purificans corda eorum.* Hæc in Christo radicatus est fundata: vos ergo fideles accipite fasciculum fidei, & intingite in sanguine Christi, & aspergite superluminare, id est, intellectum, & vtrumque postem, id est, voluptatem, & hoc in memoriam Passionis Christi.

## C A P. XIII.

**I**stud est desertum Sur: quod angustia siue acerbitas interpretatur, vbi erant aquæ poenitentis acerbitatis, de quibus filij Israel bibere non potuerunt quousque verus Moyses lignum misisset in eas, & tunc in dulcedinem sunt conuersæ, sicut patet in B. Andræa dicente, *ô bona crux, diu desiderata! &c.*

*Vt daret tibi terram fluentem lac & mel.* Nota ista verba: terra propter sui firmitatem amorem Dei significat, quæ mentem hominis in vero esse confirmat. Vnde Salomon Ecc. 1. *Generatio præterit, & generatio aduenit: terra autem in æternum stat.* Generatio, id est, amor carnis præterit, & generatio, id est, amor mundi aduenit: hæc terra id est, Dei amor in æternum stat, quia vt dicit Apostolus 1. Cor. 13. *Charitas nunquam excidit.* Hæc terra dicitur fluens propter sui abundantiam. Vnde Psalm. 45. *Fluminis impetus,* id est, amoris diuini abundantia, *lasciat ciuitatem Dei,* id est, animam in qua habitat ipse Deus: & hæc terra abundat lacte & melle; lac nutrit, mel indulcat, sic amor Dei nutrit animam vt crescat de virtute in virtutem, & omnium tribulationum tribulos indulcat, amanti enim nihil difficile; cum diuini amoris dulcedo subtrahitur, tunc terra tuæ tribulationis amaritudo intolerabilis videtur.

## C A P. XIV.

**R**espiciens Dominus per columnam nubis & ignis super castra Egyptiorum, interfecit exercitum eorum, & subuertit rotas curuum, ferebanturque in profundum. Egyptij quos nubes tenebrosa obnubilat, diuites huius mundi & potentes caligine superbiæ obtenebratos significant, quos Dominus interficiet, & subuertet rotas curuum, id est, dignitatem & gloriam eorum, quæ quatuor anni temporibus circunvoluuntur, & demerget eos in infernum. Filij Israel quos splendor ignis illuminauit, poenitentes & pauperes spiritu significant, quos splendor humilitatis illuminauit, qui sicco vestigio transierunt per mare huius mundi, cuius aquæ inundationes amaræ sunt eis pro muro, id est, ipsos muniunt & defendunt; à dextris prosperitatis, & à sinistris aduersitatis, id est, ne fauor popularis eos eleuet, & ne tentatio carnis præcipitet.

## C A P. XVIII.

**P**rouide de omni plebe viros, in quibus sit mentis constantia, potentes, in operibus; abundantes in opere & sermone, timentes Deum, scilicet timore hominum minime peruertuntur, Ecc. 7. *Noli querere fieri iudex nisi valeas virtute irrumpere iniquitates in quibus sit veritas,* tam notitiæ quam iustitiæ, ne scilicet amore vel odio corrumpant iustitiam vel scientiam, qui oderunt auaritiam, ne scilicet cupiditate lucri, vel spe præmij corrumpant veritatem. *Et constitue ex eis qui iudicent populum omni tempore.* Hoc dixit Iethro, qui honorabilis, interpretatur.

4. Reg. 7.

Psalms:

Ecc. 7:

## C A P. XIX.

**V**os ipsi vidistis, qua fecerim Egyptiis, id est, dæmonibus, quomodo portauerim vos super aquilas aquilarum, & assumpserim mihî, & submerserim peccata mortalia in mari rubro id est,

est amaritudine pœnitentiæ, lachrymarum effusione, sanguine rubricata. Pœnitentes super alas aquilarum portat cum terrenis despectis ad cœlestia subleuat, vt solem iustitiæ irreuerberatis oculis contemplantur.

*Cauete ne ascendatis in montem, nec tangatis fines eius, omnia qui tetigerit montem morte merietur, &c.* Mons iste Sinai, qui interpretatur mensura, confessionem significat, quæ benè dicitur mons propter sui excellentiam, peccati scilicet remissionem, quæ maior excellentia potest esse vel altitudo quam peccati remissio: mensura propter confessionis & culpæ commensurationem, peccator enim debet commensurare, vt confessio respondeat æqualiter culpæ, quatenus nec minus dicat propter verediam, vel timorem, nec plus addat sub humilitatis specie quam se rei veritas habet, causa enim humilitatis nemo mentiri debet. Cauete ergo, ô confessor, ô sacerdotes, ne ascendatis in hunc montem. In montem ascendere, est secretum confessionis denudare, non tantum dico ascendatis, sed etiam fines eius tangatis. Fiuus montis sunt circumstantiæ confessionis, quas nec verbo, nec signo, nec alio quocunque modo, quis debet tangere: sed pro dolor! sunt quidam, qui montem timent ascendere, sed fines illius non verentur tangere, quibusdam dictis & signis peccati circumstantias denudando. Audiant ergo isti infœlices suæ mortis sententiam, *omnis* (inquit Dominus) *qui tetigerit montem, morte morietur.* Et qua morte Domine? manus sæcularis potestatis non tanget eum vt suspendatur tanquam latro vel homicida, quia fore leuius esset, sed lapidibus opprimeretur, id est, duris excommunicationibus, aut æternæ damnationis iaculis confodietur, *sive iumentum* (id est, simplex sacerdos)  *fuerit, sive homo*, id est, sacerdos litteratus & scientia plenus, *omnino non uiuet.*

*Iam adueniat dies tertius, & mane incaluerat, & ecce cœperunt audiri tonitrua, & micare fulgura, & nubes densissima operire montem, clangorq; buccina vehementius perstrepebat, timuit populus qui erat in castris.* Dies primus fuit Christi incarnatio: Dies secundus est Domini passio: tertius Spiritus sancti missio, quo adueniente cœperunt audiri tonitrua & micare fulgura, quia factus est repente de cœlo sonus: fulgura, id est, Apostolorum miracula; & nubes densissima, id est, cordis punctio & pœnitentia; operire montem Sinai, id est, populum, qui erat in Hierusalem. Vnde Act. 1. dicitur quod compuncti corde dixerunt ad Petrum & ad reliquos Apostolos, *quid faciemus viri fratres?* clangorq; buccinæ, id est, prædicationis vehementius perstrepebat. Vnde Petrus, *pœnitentiam* (inquit) *agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Christi in remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donum Spiritus sancti.* Timuitque omnis populus, qui erat in castris, & ideo baptizati sunt, & appositæ sunt in hac die animæ circiter tria millia.

*Iam adueniat dies tertius, & mane incaluerat.* Primus dies est peccati cognitio; secundus, ipsius abominatio; tertius, pro ipso cordis contritio, quia adueniente mane gratiæ, & incalescere (seu inclarescente) tunc audiri incipiunt tonitrua gemituum, suspiriorum, & accusationum & micare fulgura confessionum, & nubes densissima, id est, obscuritas pœnitentiæ; operire

montem, id est, pœnitentem de valle fœcis & miseræ tanquam montem eleuatam. Clangorque buccinæ, id est, bonæ vitæ; & famæ vehementia perstrepebat, vt ubi superabundauit delictum, superabundaret & gratia. Et sic timet omnis populus dæmonum, qui sunt in castris, quia semper parati ad impugnandum: sed cum hæc viderunt non audent procedere ad bellum.

*Totus mons Sinai fumabat eo quod descendisset Dominus super eum in igne, & ascenderet fumus de eo quasi de fornace.* Mons Sinai est mens pœnitentis, in quam cum descendit Dominus, igne charitatis mittit. De quo ipse ait, *ignem veni mittere, &c.* Totus mons fumat & ascendit fumus compunctionis de eo quasi de fornace, id est, ardore mentis: & sic omnis mons est terribilis maceratione carnis, vel terribilis immun. *16.* dis spiritibus. Vnde Iob 2. *Nemo loquebatur ei verbum; videbam enim dolorem eius vehementem.* & sonitus buccinæ, id est, confessionis, paulatim crescebat in maius, quia pœnitens incipere debet, cum confitetur, à cogitationibus illicitis, post à verbis, & post ab operibus.

*Totus mons Sinai fumabat, &c.* Antiquitus populus quinquagesimum diem obseruabat, à die enim immolationis agni postquam egressi sunt filij Israël de Ægypto data est lex quinquagesimo die in igne. In nouo etiam testamento quinquagesimo die à Pascha Christi descendit Spiritus sanctus, qui est lex amoris in Apostolos, in igne apparens. Lex in monte Sina, Spiritus sanctus in monte Sion; lex in sublimi montis loco, Spiritus sanctus in cœnaculo.

*Vade ad populum, & sanctifica illum hodie & cras, lauentque vestimenta sua, & sint parati in diem tertium.* Primus dies est contritio; secundus, confessio; tertius, satisfactio. *Hodie Ego & cras*, id est, in contritione & confessione debemus nos sanctificare & lachrymis vestimenta, id est, opera carnalia lauare, & sic erimus parati in diem tertium, id est, ad satisfactionem peragendam.

## CAP. XX.

*Ego sum, qui eduxi vos de terra Ægypti, de domo seruitutis.* In Ægypto quandiu sumus, muscæ vndique volant, & de facili ora intrant: tamen quia cibi Ægypti satiare non possunt, non ibi sed in Ecclesia & extra Ægyptum aperiendum est os.

*Non assumes nomen Dei tui in vanum.* In vanum nomen Dei assumit, qui non rem hominis ac nominis Christiani, sed nomen sine re gerit, & ita ingreditur mare, id est, amaritudinem tormentorum.

*Memento vt diem Sabbati sanctifices.* Diem Sabbati sanctificat, qui in quiete spiritus permanet, & ab illicito opere se continet.

*Ego sum Deus visitans peccata patrum in filios, &c.* ecce iustitia & faciens misericordiam in millia, ecce misericordia, quæ in tantum præcellit & superat iustitiam, quanto plus comprehenditur per millia, quam per tertiam & quartam generationem.

*Non ascendes ad altare meum per gradus, ne reueletur turpitudine tua.* In Trinitate enim non sunt faciendi gradus, vt Pater maior Filio, vel Filius minor Patre, vel Spiritus sanctus minor credatur

tur vtroque; sed æqualiter & simpliciter est credendum. Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus sanctus. Ne reueletur turpitudine tua, sicut fuit de Acham, qui effusus visceribus finiuit turpiter vitam suam, eo quod ad altare per gradus ascendere voluit.

*Altare de terra facietis mihi.* Altare de terra Christo facit, qui eum veram carnem de Virgine Maria, quæ fuit terra benedicta, credit accepisse.

## CAP. XXI.

*Quod si bos cornupeta fuerit ab heri & nudius tertius, & contestati sunt Dominum eius, nec reclusit eum, occideritque virum aut mulierem, & bos lapidibus obruetur, & Dominum illius occidat.* Bos cornupeta est carnalis appetitus, qui cornu superbæ interficit virum aut mulierem, id est, rationem vel ipsius bonam voluntatem; quem quia Dominus eius, id est, spiritus noluit recludere, id est, refrænare, ipse cum boue occiditur, quia corpus cum anima æternaliter punietur. Audiant & hæc Abbates & Priores. Quod si bouem cornupetam, id est, monachum vel Canonicum superbum vinolentum vel luxuriosum habuerint, & noluerint eum recludere, sed suo malo exemplo virum vel mulierem scandalizauerint, & bos obruetur, quia ille in iniquitate sua morietur, & Abbas vel Prior, quia noluit eum recludere, punietur.

## CAP. XXII.

*Si ingressus ignis inuenerit spicas, & comprehenderit acervos frugum, sine stantes segetes in agris, reddet damnum, qui ignem succenderit.* Ignis, zelus est, qui cum discretionem quasi ignis zizaniam succendit discretè dum corrigit vitia; sed dum indiscretè correptionis ignem succendit, tunc granum virtutum spargit.

## CAP. XXIII.

*Non inibis fœdus cum Chananæis.* Odire inimicum, nullum mandatum reperitur vt dicit Glossa, in corpore legis positum, sed solum appositum scribarum traditionibus. Mouebantur tamen ad hoc tenendum, ex quatuor videlicet, primo quidem ex diuina impositione. *Non inibis cum eis fœdus*, scilicet Chananæis & Amalechitis 1. Reg. 25. *De quibus Deus præcepit, quod nec bestia reseruetur.* Et quia Saül contra hoc præceptum fecerat, ideirco fuerat à Domino reprobatus: secundo, ex acerba Dei flagellatione, sicut patuit de Sennacherib & eius populo, Isa. 37. sunt interfecti ab Angelo 185. millia: tertio, ex Prophetica imprecatione ibi, *confundantur qui me persequuntur.* Et Dauid, *fiat habitatio eorum deserta.* Quarto, ex logica argumentatione per locum ab oppositis. Si amici sunt diligendi, ergo inimici odiendi. Sed hæ rationes non concludunt. Prima quidem non, quia particularis Dei scientia, & particulare præceptum non est vniuersaliter accipiendum, imò è contrariio lex vniuersalis capit instantiam in particulari, & propter hoc licitum

est vti epikeia: vnde non obstante lege vniuersaliter data de non ineundo fœdus, nihilominus tamen fœdus inierunt cum Gabaonitis, sicut Iosue 19. &c.

Iosue 19.

## CAP. XXIV.

*Sub pedibus Domini erat quasi opus lapidis Saphyri, & quasi cœlum quod serenum est.* Saphyrius colorem habet æris: opus lapidis saphyri est vita iusti prædicatoris, qui mentis humilitate est subiectus pedibus Dominicæ incarnationis, & in aère suspenus contemplatione cœlestis beatitudinis.

*Moyse & Aaron, Nadab & Abiud, & septuaginta de senioribus Israël viderunt Dominum Israël, & sub pedibus eius opus quasi lapidis Saphyri, & quasi cœlum cum serenum est.* In hac auctoritate describuntur omnes illi, qui vident, & quid credere debeant in videndo oculo fidei. *Moyse & Aaron, &c.* Moyse interpretatur aquaticus; & significat omnes Religiosos, qui aquis lacrymarum debent perfundi. Ad hoc enim sublatis sunt de flumine Ægypti vt seminant in hac solitudine horribili in lacrymis, & postea in exultatione metant in terra promissionis. Aarō summus Pontifex, qui interpretatur montanus, omnes maiores Ecclesiæ prælatos significat, qui in monte dignitatis sunt constituti. Nadab vero, qui interpretatur spontaneus, omnes subditos, qui sponte non coacte debent obedire. Abiud, qui interpretatur pater eorum, significat omnes illos, qui secundum formam Ecclesiæ matrimonio sunt coniuncti vt sint patres filiorum. Septuaginta de senioribus Israël significant omnes baptizatos, qui septiformis gratiæ spiritum in baptismo susceperunt. Isti omnes vident, id est, credunt, & videre, id est, credere debent Deum Israël. *Et sub pedibus eius quasi opus lapidis Saphyri.* Ecce quid credere debent, in hoc quod Dominum Israël, ecce diuinitas. In hoc, scilicet, sub pedibus eius, ecce humanitas Iesu Christi, quem debemus credere Deum verum, & Deum hominem. De his pedibus Deut. 33. *Qui appropinquant pedibus eius accipient de doctrina illius.* Et ideo Luc. 10. *Maria sedebat secus pedes eius, & audiebat verbum illius.* Sub pedibus ergo Domini, id est, post incarnationem Iesu Christi apparuit opus quasi lapidis Saphyri, & quasi cœlum cum serenum est. Lappis Saphyrius, & cœlum serenum eiusdem coloris sunt. Et notandum quod Saphyrius quatuor habet proprietates; stellam in se ostendit, anthracem perimit, sereno cœlo est similis, sanguinè restringit. Lappis Saphyrius sanctam Ecclesiam significat, quæ post Christi incarnationem incepit, & vsque in finem sæculi durabit. Hæc in quatuor ordines diuiditur, scilicet, Apostolos, Martyres, Confessores, & Virgines, quos per quatuor proprietates lapidis Saphyri intelligimus. Saphyrius in se stellam ostendit, & in hoc Apostolos significat, qui stellam fidei matutinam sedentibus in tenebris & umbra mortis primi ostenderunt. Saphyrius anthracem (aliàs cantharidem) quæ est mortalis, tactu suo perimit. Et in hoc significat martyres, qui anthracem idololatriæ suo martyrio peremerunt. Saphyrius, qui cœlesti colori est similis, Confessores significat, qui omnia temporalia reputantes tanquam stercore fune

Deut. 33.

Luc. 10.

1. Reg. 25.

Isai 37.

diuini



diuini amoris in contemplatione cœlestis beatitudinis se suspendunt, dicentes cum Apostolo Philipp. 3. *Nostre conuersatio in cœlis est.* Sapphirus sanguinem restringit. In hoc significatur virgines, quæ amore cœlestis sponsi sanguinem carnalis concupiscentiæ in se omnino restrinxerunt, Hoc est admirabile opus lapidis Sapphirini, quod apparuit sub pedibus Domini: ecce aperte quid anima tua debet videre, & oculo fidei quid debet credere.

*Sub pedibus Domini erat quasi opus Sapphirini lapidis:* pedibus, id est, humanitati Christi sunt suppositæ quasi scabellum mentes iustorum. Vnde Luc. 10. *Maria sedebat ad pedes, &c.* Et tales mentes sunt quasi opus lapidis Sapphirini. Notentur ista tria. Opus propter laborem, Proverb. 24. *Præpara foris opus tuum, & exerce diligenter agrum tuum, id est, vitam,* vt postea ædifices domum tuam, id est, conscientiam tuam: lapidis, propter mentis constantiam. Vnde Zach. 3. super lapidem vnum septem oculi sunt, id est, in viro constanti septiformis gratiæ dona. Sapphirini, propter contemplationis dulcedinem.

## C A P. XXV.

**F**ac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est. Beata Virgo est mons, quia sicut montes sunt Superius luminosi, Inferius spatiosi, interius onerosi, exterius pasuosi; sic beata Virgo fuit Superius luminosa charitate quam cum Angelis participat; Inferius spatiosa charitate, qua tantum ad humanum genus afficitur, interius onerosa pietate, quæ continuè scaturit in eius corde; exterius pasuosa sanctitate, qua ibi poteris pasci omni fructu virtutum, omni flore honestatis, & reuerentiæ.

*Fac secundum exemplar quod in monte tibi monstratum est.* Nota quod licet iste mons sit excessus, ad illum, tamen non possumus nisi per scalas humilitatis ascendere.

*Fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est.* Christus mons est. Quid dicit Euang. Christus per tres dies transfiguratur, vt tu similiter transfigureris. Iuxta illud 3. ad Cor. 3. *Nos autem reuelata facie gloriam Domini speculantes in eandem imaginem transformamur.* Vbi aduertendum secundum B. Gregorium, quod secundum quod diuersimodè te transfiguras, secundum hoc Deus tibi diuersimodè transformatur: si es innocens, transformatur se tibi in Angelum mansuetum: si es verus Filius, transformatur se tibi in Patrem. *Ego ero illi in Patrem:* si es seruus, ita quod solum habes timorem seruilem, ipse Dominus tenet virgam & flagellum percussione: si es bestia, ipse est leo, Amos 3. *Leo rugiet, & quis non timebit eum?*

*Inspice & fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est.* Actus nostri sunt patrum præcedentium vita & operibus regulandi, si errare nolumus. Verum quia & illi ab alia inobliquabili regula fuerunt directi, scilicet Dei, idcirco si quis vellet perfectè in suis operibus regulari, primam regulam deberet aspicere, hæc autem prima regula Deus est, &c. *Inspice & fac tibi secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est.* Loquebatur autem de constructione tabernaculi sanctuarij, de quo ibidem pro-

miserat, *facient tibi filij Israël sanctuarium, & habitabo in medio eorum, &c.*

*Respice, & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est.* Mons est Christus dictus, motus non habens, quia non abiit in consilio impiorum, &c. Exemplar est vita eius, secundum quam nostra tabernacula debent figi & constitui: Tabernacula, & tentoria idem significant. Tentorium dictum est quod tendatur funibus vel palis in tabernaculo vel papilione. Ista tabernacula viri actiui & contemplatiui sunt pulchra vt vallis nemorosa, quia in humilitate mentis, quæ obumbraculum præstat contra ardorem vitiorum, consistunt.

## C A P. XXVI.

**V**ndecim facies saga cilicina. Quibus reatum tabernaculi cooperiebatur. In sagis cilicinis duo notantur, asperitas pœnitentiæ, & factor peccati, cui se obnoxium pœnitens confitetur. Ex his sagis cooperitur tectum tabernaculi, id est, Ecclesiæ militantis. Sustinet enim ardorem solis, portant pondus diei & æstus, defendunt cortinas bysso, hyacintho, purpura, coccoque bis tincto textas, id est, Ecclesiæ fideles bysso castitatis, hyacintho contemplationis, purpura Dominicæ passionis, coccoque bis tincto gemmæ dilectionis decoratos ab inundatione pluuiarum, id est, prauitate hæreticorum, & turbine, id est, diaboli suggestionis, & sorde pulueris, id est, mundanæ vanitatis.

## C A P. XXVII.

**F**acies altare de lignis sethim, quod habebit quinque cubitos in longitudine, & totidem in latitudine, & tres cubitos in altitudine. Cornua autem per quatuor angulos ex ipso erunt, & operies illud are. Holocaustum dicitur ab holon, quod est totum, & cauma quod est incensio. Inde holocaustum quasi totum incensum, quia integra tota hostia igni tradita consumebatur. Altare holocausti est corpus nostrum, quod totum igne pœnitentiæ debemus incendere, & ipsum offerre in holocaustum Domini, quod debet fieri de lignis sethim, id est, membris luxuria incorruptis: debet etiam habere quinque cubitos tam in longitudine quam in latitudine, & tres in altitudine. In quinque cubitis quinque plagæ corporis Christi, in tribus tres vices quibus fleuit, scilicet super ciuitatem Hierusalem, super Lazarum, & in sua passione designantur.

*Facies altare, &c. quod habebit quinque cubitos in longitudine.* Crux veræ pœnitentiæ habet longitudinem perseuerantiæ, latitudinem patientiæ, altitudinem spei paternæ. In hanc crucem transfiguramus corpus nostrum; quinque plagis corporis Christi, quinque sensuum miserabilem delectationem mortificantes pro perpetrata iniquitate, proximi scelere, pro dilatione gloriæ plangentes & dolentes. Quatuor cornua in altari sunt quatuor virtutes principales animæ & corpus decorantes, de quibus Sap. 8. *Sobrietatem, Sap. 8. & prudentiam docet, & iustitiam, & virtutem, id est, fortitudinem, quibus vilius nihil est in vita hominibus.* Hoc altare præcipit Dominus coope-

cooperiri are. In are quod sonorum est intelligitur afflictio gemitus & doloris quibus debet cooperiri corpus pœnitentis.

## C A P. XXVIII.

**F**acies & laminam de auro purissimo, in qua sculpes, opere calatoris sanctum Domino, &c. Caput est mens, mitra in capite est stabile propositum boni operis in mente: lamina aurea super mitram est patientia aurea; in qua sculpsit sanctum, scilicet nomen Domini tetragrammaton, id est, quatuor litterarum, quæ sunt ioh, he, vai, he. Hoc est principium vitæ passionis: iste q. d. Aaron quem esse præfiguro, est principium vitæ in Adam perditæ, scilicet passionis, id est, passione sua restaurandæ, genitius more Græcorum ponitur pro ablatiuo: in lamina aurea patientiæ inscribitur nomen Passionis Dominicæ, quæ est gloria nostri honoris, & opus nostræ virtutis.

## C A P. XXX.

**F**acies labium cum basi sua ad lauandum, ponesque illud inter tabernaculum testimonij & altaris, & missa aqua lauabunt in ea Aaron & filij eius manus & pedes quando ingressuri sunt tabernaculum, & ingressuri sunt ad altare, vt offerat thimiamata, ne forte moriatur. Nota hic per mare amaritudinem contritionis; significari per labrum æneum quod sonitum facit, confessionem; per basim, quæ sustentat, satisfactionem; per altare vbi sunt oblationes, præsentem Ecclesiam; per tabernaculum quod secundum Isa. 33. nequaquam transferri poterit, illud de quo Psalm. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo?* Expone. Aaron, qui montanus interpretatur hominem significat, qui de valle miseræ & culpæ ascendit in montem gratiæ, inde ascensus ad montem gloriæ lauat manus, id est, opera & pedes. i. affectionis: ipse & filij eius, id est, cor, & spiritus, & animus, siue ad altare accedere debeat, i. aggregari numero fidelium, siue introire in tabernaculum patriæ: sed quid? aliqui faciunt sibi mare æneum, id est, amaritudinem culpæ cum obstinatione, quæ est culpæ basis, vel labium æneum, id est, infamiam, qui gloriantur cum malè fecerint.

*Sume tibi aromata prima myrrha electa.* Prima myrrha dicitur electa, quæ sponte progreditur: sic pœnitentia debet esse spontanea, quia plus valet, & electa vt homo non expectet percussione diuinam.

*Sume tibi aromata prima myrrha & electa, quingentos siclos, & cynamomi medium,* id est, ducentos quinquaginta siclos, calami similiter ducentos pondere sanctuarij, oleum de oliuetis mensuram hin: faciesque vnctionis oleum sanctum, vnguentum compositum. Nota quinque dicit assumentia ad istud vnguentum conficiendum, quæ sunt myrrha electa, id est, amaritudo cordis, quæ tunc est electa quando præcipue est propter displicentiam diuinæ offensæ, & non propter periculum aut dampnum quod quis incurrit, Cant. 5. *Manus mea distillauerunt myrrham;* cynamomum, quod secundum g. lossam humilitatem significat, quod est cinerei coloris, & est species multum dulcis & confortatiua: de hac ponitur mensura media respectu primæ, quia maior

debet esse dolor de diuina offensa, quam humiliatio de damno quod incurrit. Calamus qui in Libano nascitur significat decorem puritatis, & si non potest perfectè ad candorem Libani peruenire, saltem perueniat ad calamum Libani, id est, ad eminentiam vitæ. Casia, austeram confessio: oleum deuotionis, diuinæ misericordiam.

*Sume tibi aromata, primam myrrham electam, cinamomum, calamum, casiam, & oleum de oliuetis, faciesque vnctionis oleum vnguentum compositum opere vnguentarij, & unges ex eo tabernaculum, &c.* In prima myrrha, & electa deuotio mentis, quam primo nobis debemus inungere: in cinamomo quod est cinerei coloris memoria mortis: in calamo melodia confessionis: In casia: quæ habet esse in locis aquosis & in altum surgit, fides, quæ in aquis baptismi nutritur, & in altum per charitatem eleuatur: in oleo de oliuetis misericordia cordis intelligitur. Ex his quinque debemus facere sanctum vnguentum nos sanctificans opere vnguentarij, id est, Spiritus sancti compositum, & ex hoc ungi debent ista quinque, scilicet tabernaculum testimonij, id est, pauperes Christi, cuius paupertatis character insigniti à Domino peregrinantur dum sunt in hoc mundo: & arca testamenti. i. illi qui in plastro nouo. i. corde & corpore per pœnitentiam inuocato deferunt arcam obedientiæ: mensaque eius cum vasis suis. i. illi qui panes duodecim. i. doctrinam duodecim Apostolorum cum pugillo similæ, id est, humilitate mentis deuotæ, & patena aurea, id est, claritate fraternæ charitatis cibum proponunt, & candelabrum non sub modio, id est, sub lucro temporali abscondunt, in monte. i. vitæ excellentia superponunt, vt omnibus, qui in domo. i. Ecclesia sunt luceant, & viam ostendant. Et non tantum candelabrum sed eius vtenilia, id est, omnes filij in minori ordine constituti: & altaria holocausti & thimiamatis: in primo actiui, qui se totos proximi necessitati offerunt: in 2. contemplatiui, qui cœlestis dulcedinis suauitatem sunt experti, designantur: ex tali vnguento opere Spiritus sancti composito omnes isti quos diximus, qui s. n. Christi membra in cruce pœnitentiæ crucifixi, crucifixa mundo mortua, in monumento cœlestis conuersationis à turbine hominum sepulta debent ungi.

*Facies altare ad adolendum thimiamata de lignis sethim habens cubitum longitudinis & duos cubitos in altitudine; cornua ex ipso procedent, vestisque illud auro mundissimo.* Sethim est genus pinarum è quibus lignum imputribile est, quæ ligna quanto magis accenduntur tanto duriora efficiuntur: ligna Sethim sunt cordis cogitationes, quæ in se tria debent habere, scilicet vt sint tanquam spinæ peccatorum recordantes, cor pungentes, & vt sint imputrescibiles, id est, suggestioni prauæ non consentientes, & quanto magis igne tribulationis accenduntur, tanto in proposito sunt firmiores: de talibus lignis fit altare Domini habens cubitos, &c. In longitudine perseuerantia, in latitudine amor Domini: in altitudine cognitio Dei vel contemplatio designatur, cubitus naturalis à cubito vsq; ad summitatem digitorum debet protendi, quali Moyses arcam & altare mensurauit: cubitus dictus eo quod ad cubos sumendos in ipsum precumbamus, quia in eo est manus: in cubito recta operatio designatur: altare ergo. i. mentis deuotio debet habere

Philip. 3.

Luc. 10.

Prov. 24.

Zach. 3.

Isa. 33.  
Psalm.

3. Cor. 3.

Cant. 6.

rectam operationem in longitudinem perseverantiae quoad se, in latitudinem charitatis quoad proximum, in altitudinem contemplationis quoad Deum: duos cubitos, id est, duplicem perseverantiam quoad Deum, ut perseverantiae longitudinem, charitatis fraternae latitudinem ad ipsum referamus, à quo est omne bonum quod habemus: hoc altare debet vestiri auro purissimo: vestis deo mentis est munditia aureae castitatis; vestis dicta eo quod statum hominis proprium vehit: sic munditia castitatis vehit statum mentis, per inflexibile enim castitatis cognoscitur rectitudo mentis. Ab hoc altari ascendit fumus incensorum intra sancta sanctorum vbi est arca recondita, ex compunctione enim mentis ascendit fumus thymiamatis, id est, purae orationis ad caelum, vbi Christus est in dextera Dei sedens.

## CAP. XXXI.

**I**mpleui eum spiritu Dei, sapientia, &c. Liqueat omnem scientiam esse à Domino, nam si regna & caetera temporalia sunt Dei munera, quis neget animi bona accepta Deo referenda?

## CAP. XXXII.

Ezech. 7.

**F**ecit vitulum conflatilem. Moraliter vitulus labor vel excidium mundi; aurum vnde conflatatur, gloria mundana. Ezech. 7. *Aurum eorum in sterquilinum erit.* Verè quando discutitur in fornace iudicij, tunc videbitur quod non sit aurum, sed faex: Moyses est Christus, Leuitae illi additi Angeli diuinum iudicium exequentes, qui transibunt per medium castrorum, id est, ad iudicium congregati, percutient 23. millia hominum, qui scilicet, transgressione praecceptorum & geminae charitatis multiplicauerunt. Nota circa remedium quod adhibuit Moyses, conteratur & redigatur vitulus in puluerem, scilicet, per contritionem, & spargatur aqua poenitentiae qua ablucenda est anima, & fiat potus filijs Isracl, &c.

## CAP. XXXIII.

Matth. 7.

**P**onam te in foramine petrae. Arcum foramen est semita consiliorum, Matth. 7. *Arcus est via, qua ducit ad vitam, & pauci sunt, qui inveniunt eam,* hoc est foramen petrae per quod meruit Moyses videre Dei gloriam.

*Miserebor cui voluero, &c.* Vere omnia potest filius Dei viuis & efficacis, praecipit soli, & non oritur. In sole gratia illuminatio notatur, quae tunc oritur cum menti infunditur, tunc non oritur cum non apponitur. Vnde Dominus. *Miserebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi complaueris.*

## CAP. XXXIV.

Marc. 14.

**P**osuit velamen super faciem suam. Voluit, primo Christus faciem suam velari ad modum Iatronis, qui debebat in cruce suspendi Marc. 14. *Caeperunt quidam velare faciem eius.* Hanc velationem praefiguravit facies Moysi. *Apparuit fa-*

*cies Moysi cornuta.* Quid est quod sola facies Moysi apparuit gloriosa, manus leprosa fuit, pedes inglorij: quia fecit eum discalceare quando vocavit eum de rubo: hoc potest dici de illis praedicatoribus, qui gloriam & splendorem habent in praedicatione, & immunditiam habent in operatione, & possunt dici discalceati, & non vere sponsi Ecclesiae, digni in facie conspui, quia mortuo fratre Iesu Christo nolunt filios suscitare, immò si qui sunt, interficiunt peruerso opere.

## CAPVT XXXVIII.

**F**acies altare holocausti. Duo enim leguntur altaria, altare aureum thymiamatis, quod erat interius, & alterum aeneum holocausti, quod erat exterius. De primo, habetur Exod. 40. De secundo, hic. Quod autem per altare significetur Christus, habetur Isa. 19. *In die illa erit altare Domini in medio terra Aegypti,* id est, mundi in cuius medio operatus est salutem. *Et titulus Domini iuxta terminum eius.* Iste scilicet, Iesus Nazarenus Rex Iudaeorum. Duo ergo altaria ablucenda sunt, quia duo in Christo consideranda sunt ad lachrymas mouentia, amor in corde, dolor in corpore. De 1. Ioan. 5. *Maiorem hac dilectione nemo habet quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* De 2. Thren. 1. *Attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus.* Altare ergo aureum est charitas in corde Christi, vbi thymiana incensum est odorem suauitatis exhalas, cum ex feruore charitatis dixit, *Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt* Luc. 23. Altare aeneum holocausti exterius est dolor & angustia ipsius corporis, quo dolore totus incensus fuit. Vnde dixit *consummatum est, id est, non restat membrum in corpore meo puniendum:* ablucuntur altaria aqua & vino: altare interius aqua deuotionis, cum eius charitas recogitur; altare exterius vino compassionis, cum eius passio ad memoriam reducit. Haec sunt vinum & oleum quae deuotus Samaritanus infudit vulneribus fauciati, Luc. 10. Altare interius aureum est; altare exterius aeneum; quia corporalis exercitatio ad modicum valet, pietas autem ad omnia utilis est 1. Tim. 4.

## CAP. XL.

**P**ostquam perfecta sunt cuncta, nubes opernis tabernaculum testimonij, & gloria Domini in illo. Nota quod in tabernaculo testimonij erant quatuor, candelabrum cum septem lucernis, mensa propositionis, arca testamenti, & altare aureum: tabernaculum testimonij est vir iustus, eo quod (vt Iob 7. de homine dicitur) *militia est vita eius super terram.* Ex tabernaculo solent milites armati hostes impugnare, & ab ipsis impugnari; & vir iustus in pugna constitutus dum pugnat, impugnatur. Vnde dicitur, *vt bene in pugnes bene pugnavit efficit hostis.* Testimonij, quod habet non tantum ab eis, qui foris sunt, quorum testimonium aliquando verum non inuenitur, sed etiam à seipso, cuius gloria est testimonium suae conscientiae, non alterius linguae, vt inquit Apostolus 11. Corinth. primo, *In tabernaculo testimonij candelabrum aureum ductile vel ducibile, cum septem lucernis;* est aurei cordis viri iusti compunctio, quae multiplicibus

suspitiis quasi quibusdam malleis tunditur: huius candelabri septem sunt lucernae: Est etiam in tabernaculo viri iusti mensa propositionis, per quam sanctae vitae intelligitur excellentia, super quam debent poni panes propositionis, id est, refectio praedicationis, quae omnibus est proponenda. Vnde Apostolus Rom. 1. *Gracis ac Barbaris debitor sum.* Ibi etiam est arca testamenti, in qua erant manna & virga; in arca, id est, in mente viri iusti debet esse manna man-

suetudinis, vt sit Moyses; & virga correctionis, vt sit Helias. Est etiam altare aureum, per quod intelligitur finalis perseverantiae firmum propositum; in hoc altari quotidie offert incensum deuotae compunctionis, & thymiamata odoriferae orationis. Bene ergo dicitur, *postquam facta sunt cuncta, nubes operuit tabernaculum testimonij,* Exod. 40. Tale tabernaculum in quo cuncta, quae pertinent ad perfectionem perfecta sunt, operit nubes, & implet gloria Domini.

INTERPRETATIO  
MYSTICA  
IN  
LEVITICVM.

CAPVT PRIMVM  
IN LEVITICVM.

**V**I obtulerit ex vobis hostiam Domino, &c. Tria genera oblationum ponuntur: prima fiebat de pecoribus, secunda de auibus, tertia de similia oleo conspersa, his tribus modis, in cibano, in sartagine, in craticula. Primam offerunt incipientes. Vnde dicitur ibidem, *detracta pelle hostia, arvis infusta concident, & subiicient in altari ignem strues lignorum ante composita, & membra, quae caesa sunt ordinantes de super, caput videlicet, & cuncta, quae adherent iecori, intestinis, & pedibus lotis aqua, adolebit sacerdos super altare in holocaustum Domino, & suauem odorem.* Altare, est cor; ignis diuinus amor, strues lignorum, congeries passionis Christi; pellis detractio, reatus denudatio; artus vel membra caesa, circumstantiae in confessione manifestatae; caput, origo peccati; iecur, ipsius pertinax amor; intestina, cogitationum immunditia; pedes, progressus operum; aqua, effusio lachrymarum, peccator ergo conuersus incipiens poenitere in altari cordis sui debet primo componere congeriem passionum Christi, scilicet flagella, sputa, alapas, crucem, clauos, & lanceam, & postea in confessione reatum denudare, & eius circumstantias minutatim diuidere, & quae sunt ipsius origo, & quantitas in ipso delectatio & amor. Debet etiam aqua lachrymarum abluere immunditiam cogitationis & operis; si haec omnia ita fuerint ordinata & composita super congeriem Iesu Christi passionum, ipse qui est summus sacerdos subiiciet ignem sui amoris, qui deuorabit omnia peccata; & tunc ipse poenitens fiet holocaustum, id est, totum incensum, & nihil sibi de se referuans, sed totum se seruirui Dei subiiciens, vt sit bonus Christi odor in omni loco.

Et sic exhibebit corpus suum hostiam viuentem, quia peccato mortuum; viuentem, quia iustitiae viuum.

Proficientes offerunt secundam oblationem, de qua subinfertur. *Si de auibus holocausti oblatio fuerit Domino de turturibus & pullis columbarum, offeret eam sacerdos ad altare, & retorto ad collum capite, ac raptu vulneris loco de turture faciet sanguinem super crepidinem altaris, vesiculam vero gutturis & plumas proiciet prope altare ad orientalem plagam in loco in quo cineres effundi solent, confringetque axillas eius, & non secabit, nec ferro diuidet eam, & adolebit super altare.* Tum oblatio fit de auibus, cum vir iustus pennatus virtutibus, quae in turture & columba propter castitatem & simplicitatem & gemium poenitentiae designatur, proficit de virtute in virtutem, qui caput ad collum, os ad axillas tunc retorquet, cum quod ore praedicat, opere exercet: ex tali torsione fit ruptio, id est, mentis deuotio, ex qua decurrit sanguis lachrymarum, quae sunt (vt dicit Augustinus) sanguis animae, super crepidinem altaris, id est, animam auditoris dulcis symphoniae operis, & oris in praedicante deuotionem excitat, quae audientis cor penetrat. Ne ergo vt dicitur Eccles. 30. *impedias musicam, id est, symphoniam: in vesicula gutturis ardor auaritia, in plumis leuitas superbiae designatur, quae vir iustus à se proicit ad orientalem plagam in loco cinerum, cum considerat à quanta felicitatis gloria cecidit per auaritiam & superbiam priorum parentum, quibus dictum est, Cimis es, &c. confringit axillas cum considerans Dominicæ incarnationis humilitatem, suas deponit virtutes.* Vnde Ezech. 1. *Cum fieret vox super firmamentum, animalia submittebant alas suas.* Firmamentum est Christus, super quem fuit facta vox, scilicet percutiam Pastorem, &c. Cum hanc animalia, id est, sancti audiunt, sumunt virtutes suas, non de ipsis, sed de percussu pastoris passione confidentes: vir iustus, qui quotidie in melius proficit, virtutum axillas

humilitate confringit, non in tempore aduersitatis ferro impatientiæ à se diuidit. Et sic seipsum adolet hostiam sanctam super altare, id est, imitationem Dominicæ Passionis igne sanctæ deuotionis superposito lignis, id est, sanctorum patrum exemplis: & sic totus sit holocaustum & oblatio suauissimi odoris Domino.

Perfecti viri vita, quæ caret fure mundanæ vanitatis, candet munditia castitatis, & conspergitur oleo pietatis: hæc coquitur in clibano pauperitatis, frangitur in sartagine alienæ necessitatis vel infirmitatis, assatur in craticula Dominicæ Passionis, verè hæc hostia est placens Deo. Ista tria faciunt rationabile obsequium discretionis syncerum, sanctitate plenum.

*Vesiculam vero gutturis & plumas proiciet prope altare*, in vesicula gutturis notatur ardor auaritiæ & sitis, de qua Iob 18. exardescet contra eum (scilicet auarum) sitis; in pluma leuitas superbiæ, penna iniqui Iob 39. struthionis, id est, hypocritæ similis est pennis Herodij & accipitris, qui superbe & leuiter volant; hæc in locum cinerum proiciuntur, cum verbum primæ maledictionis, cinis es & in cinerem reuertes, corde compuncto cogitamus, orientalis plaga est vita æterna de qua per primos parentes decidimus: humiliatur ergo pœnitens in satisfactione, & vesiculam auaritiæ & plumam superbiæ à se proicit, cum pœnam primæ maledictionis ad memoriam reducit, & se proiectum à facie Dei quotidie ingemiscit.

*Intestina & pedes lauabunt aqua.* In intestinis cogitationum immunditia, in pedibus carnalia desideria designantur, quæ aqua contritionis lauantur.

*Proiciet prope altare ad orientalem plagam.* Præceptum est vt vesicula oticulæ poneretur in oriente altaris, in loco vbi erant cineres; innuens ad memoriam iudicij motus elationis reprimere. Item quando motus elationis surgit in te, & inflaris ad modum vesicæ, quæ nihil continet nisi ventum, pone te ad orientem, id est, ad Christum, vnde talia oriuntur de quibus te exaltas: vel cogita quòd nulla sint respectu istorum, quæ pro te Christus passus est; putà si de sanctitate gloriaris fueris.

## C A P. II.

*Simila erit eius oblatio, &c.* Per primum significatur zelus Martyrum, & aliorum sanctorum contra peccantes. De quo Gregorius, *nulum ita acceptum est Deo sacrificium, sicut zelus animarum*, Psal. 118. *Tabescere me fecit zelus meus.*

Item, *Zelus domus tua comedit me.* Hæc oblatio præcipitur fieri de simila absque fermento diuisa minutatim & aspersa oleo. Per quæ notatur quòd zelus peccatorum debet esse purus, discretus, & pius; purus, ne rancor aut vindicta se admisceat, vt persequatur vitia, non personam, & hoc connotat absque fermento. Item discretus, ne per immodicantiam excidat correptio modum culpæ, imò ad exemplum Domini citra condignum puniamus: & hoc est diuidere minutatim. Item pius, vt iis quos corrigimus ex corde cõpatiãmur. Et hoc oleum superinfusum, Psal. 89. *Quoniam superuenit mansuetudo, & corripiemur, Gal. 6. Huiusmodi instruit in spiritu lenitatis,*

Per sacrificium super craticulam significatur temporalis tribulatio, quam homo vel sibi infert per pœnitentiam, vel Deus homini per infirmitatem, vel proximus per iniuriam: & hæc particularis, sicut in craticula particulatim vritur: hoc autem debet esse de simila per puritatem conscientie, respersa oleo patientiæ & charitatis, 1. Cor. 13. *Et si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.*

Per sacrificium de clibano in quo ignis vndique inuoluit, significatur persecutio mortis & martyrij. Ezech. 1. *Ventus turbinis venit ab Aquilone, & ecce ignis inuoluens, Eccl. vlt. Liberaisti me à pressura flamma, que circumdedit me.* Hoc est de simila quæ absque fermento fieri debet & respersa oleo, vt non pro culpa sua patiat quis, quia martyrem non facit pœna, sed causa. Oleum, charitas est. Idè Ioan. 15. *Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis.* Sed martyres triplex hoc sacrificium de se Domino obrulerunt, nec fuit mirum, quia ipse Dominus pro eis id fecit 1. quando flagello facto de funiculis eiecit vendentes & ementes de templo, sicut scriptum est, Ioannis secundo, *Zelus domus tua comedit me.* Secunda, quando circuibat ciuitates & castra prædicans, & patiens crebro famem & sitim, lassitudinem, &c. Idque particulatim tunc, sed in passionis clibano fuit igni charitatis totus inuolutus, quando fluctus omnium pœnarum inducti sunt vndique super eum, Thren. 1. *Attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus.* Nota quomodo omnia membra eius in hoc clibano passionis habuerunt dolorem suum.

## C A P. IV.

*Si sacerdos qui est vnctus peccauerit delinquere faciens populum, eo ipso quod Prælati vel sacerdos peccat dat occasionem peccandi populo;* nam nemo magis in Ecclesia Dei nocet, quam qui peruerse agit in ordine dignitatis.

*Princeps si peccauerit, offeret hostiam Domino hircum de capris, oblatio fieri debet de hirco, quia sicut hircus est animal fetidum, sic peccatum Principis super omnibus aliis fetet coram Deo, quia quanto scientia maior, est status eminentior, reatus grauior.*

## C A P. VI.

*Ignis in altari semper ardebit.* Ignis factus est à corde viri iusti deficere: hic ignis in puteum ponitur, dum scilicet charitas per peccatum extinguitur, & etiam sepelitur.

Dicitur. *Hæc est lex hostiæ pro peccato, quæ immolabitur coram Domino in sancto sanctorum, & sacerdotes, qui offerent eam comedent eam in loco sancto, in atrio tabernaculi, vas autem fictile in quo cocta fuerit hostia, confringetur, vas autem aneum defricabitur, & lauabitur aqua.* Morali-ter hostia pro peccato est pœnitentia, quæ fit in remissionem peccatorum: hæc debet immolari coram Domino, quia requiritur recta intentio, & non coram mundo, Matth. 6. *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, &c.* Item in sancto sanctorum, id est, in munditia, sacerdos est affectus, qui debet commo-

commoueri, id est, delectari & nutrir in huiusmodi conscientie munditia, non in agro huius mundi vel corporis proprij, sed in atrio tabernaculi, id est, in cohabitatione sensuum per quos ad sancta quis ingreditur. Vas fictile est corpus in quo thesaurus reconditur, 1. Cor. 4. *Habemus thesaurum istum in vasibus fictilibus, &c.* & bene in vasibus fictilibus, quia de terra fiunt, non solum corruptibilia, siue fragilia ad corruptionem, siue ad mortem, verumetiam ad peccatum: vas æneum anima in qua thesaurus gratiæ continetur, quia est firmior & solidior. Nota vitrum non corrumpitur, sed frangitur, sed lomo bene corrumpitur. Item lucida si terfa igni decoquitur: hostia est ardor doloris in quo agitur pœnitentia vel feruor deuotionis: debet igitur vas fictile confringi, id est, macerari & atteri, & tunc vas æneum defricabitur, dum scilicet ex hoc anima purior redditur: à scoria peccati, 2. Cor. 3. *Licet autem is qui foris, corrumpatur, tamen is qui intus est renouatur de die in diem.*

## C A P. VII.

*Caro quæ aliquid tetigit immundum, non comedetur, sed comburetur igni,* caro victimæ nostræ tunc immundum tangit, cum opus pietatis alicuius facinoris crimini admiscetur, sed hæc non comeditur at igni comburitur, quoniam eleemosynæ, vel cætera opera pietatis, quæ alicuius peccati admixtio polluit, à Deo non suscipiuntur, sed potius flammis æternis deputantur.

## C A P. X.

*Homo* (scil. qui ratione & notitia illustratur) *qui obtulerit,* scil. liberè & spontè, non vendiderit intuitu alicuius commodi temporalis, Psal. *Voluntariè sacrificabo tibi, Deuter. 16. Oblationem spontaneam auferes iuxta benedictionem Dei tui, ex vobis hostiam,* id est, carnis & corporis macerationem, pro æternis: Apostolus, *obsecro vos vt exhibeatis corpora vestra hostiam sanctam, &c.* Nota quod hostia sic dicta, quia ab hostibus vsurpata, vocatur namque antiquitus apud Gentiles hostia, quia dabatur & immolabatur, vt daretur & immolaretur de hostibus victoria: victima autem offerebatur post victoriam; nam victima, quæ cecidit dextra victrice vocatur. Sed apud Iudæos vocata est hostia, quia ad ostium atrij sacerdotis deducebatur, vt primò de illa iudicaret sacerdos vtum esse idonea ad immolandum 2. quia ad ostium tabernaculi immolabatur victima. Nota quod victima inducebatur Deo, non mundo, vt hypocrita vel demoni, Ioel. 1. *Sacrificium & libamen Domino Deo nostro.* De bobus in quibus opera misericordie, & ouibus in quibus opera innocentie, si fuerit holocaustum, id est, si ex integro feruore fiat; holocaustum enim dicitur ab holon quod est totum, & cauma incendium, quasi totum incendium. Erit masculum, id est, nihil femineæ mollietie habens & fragilitatis: immaculatum, quia non cœcum sinistra intentione, non claudum curua affectione, non scabiosum, non permixta transgressione. Item sine macula,

scil. hypocritis & vanæ gloriæ offeret ad ostium tabernaculi testimonij 1. quidem offerebatur ad ostium atrij sacerdotij, & tunc sacerdos iudicabat vtum esset idonea hostia: ostium atrij sacerdotum est conscientia, quæ dat testimonium operibus; nam sacerdos, & filij eius sunt secundum Origenem mens & sensus eius. Ad placandum Dominum, ad litteram, *ponetque super hostia, caput, manns,* id est, initium bonæ cogitationis, vt statim sequatur perfectio operis: apponet similiter, qui offeret illud holocaustum, scil. sacerdos & filij, mens & sensus: *ad ostium tabernaculi,* id est, immunitatem Ecclesiæ, quæ est ostium pœnitentiæ. Et hoc detracta pelle, id est, amota quacunque peccati palliatione vel velamine exculationis: *artus hostia in frustra concident,* id est, omnes sensus subtiliter discutientur: *caput autem,* id est, mentem, & *cuncta que iecori adhaerent,* id est, interna desideria igne, scil. contritionis comburent: *intestinis,* id est, abditis cogitationibus in quibus fæces includuntur; & *pedibus,* id est, actionibus, siue gressibus quibus pulueres adherent *lotus aqua,* pœnitentiæ, scil. & lachrymarum: *in holocaustum & suauem odorem Domino,* id est, tunc erit odor suauissimus Domino.

## C A P. XI.

*Hæc sunt, quæ de auibis comedere non debentur Aquilam & Gryphen,* per aues dignitatum temporalium significatur sublimitas, quia vero dignitas ipsa peccatum non est, sed nisi diligenter attendatur, vitiorum nutritrix est, nam honores mutant mores, idcirco auium datur differentia, vt in eisdem dignitatibus, qui probabiles, qui vero improbandi sunt, certis signis agnoscantur, ab immundis auibis, vt monstraret multitudinem reproborum poscentium honores habere.

## C A P. XII.

*Homo in cuius cute & carne ortus fuerit dæuersus color siue pustula.* Quinque genera lepræ, & quinque loca ponuntur, scil. lepra coloris candidi, lucidi, obcuri, rufi & pallidi. Item lepra in capite, in bårba, in corporis cute, in veste, & in domo. *Quicumque* (vt ibidem dicitur) *huiusmodi lepra erat maculatus, & ad arbitrium sacerdotis separatus, habebat vestimenta dissuta, caput nudum, os veste contactum, contaminatum, ac sordidum, clamabat omni tempore, qui leprosus erat, habitabatque extra castra.* Quid ista significant videamus. Candida lepra est hypocritis, & simulatio religionis: lucida, ambitio transitorie dignitatis, obscura est immunditia fornicationis: rufa, rapina & vsura: pallida, inuidia alienæ felicitatis.

De 1. Iob 36. *Simulatores & callidi prouocant iram Dei.* Simulator dicitur à simulacro, gestat enim imaginem eius, qui non est ipse: simulacra à similitudine dicta: hypocrita est quasi simulacrum similitudinem sanctitatis alterius prætendens: huic simulacro honor impenditur, quia aliquid diuinitatis ibi esse creditur. Sed vt dicit Iob 15. *Congregatio hypocrita sterilis, quia per hoc quod hypocrita agit, fructum recipere*



in æterna retributione non appetit; sterile dictum, eo quod stat quasi aridum, si enim bona non sit intentio, opus quod videtur bonum perit. Candore lepræ totum inficitur quod humana opinione rectum cernitur, & non recta intentione agitur.

De 2. dicit Baldath Suites Iob. *Nonne lux impij extinguetur? nec splendebit flamma ignis eius? lux obtenebrescet in tabernaculo illius, & lucerna quæ super eum est extinguetur.* Lux impij extinguitur, quia fugitiua vitæ prosperitas cum ipsa terminatur. *Nec splendebit flamma ignis eius.* Ignem dicit feruorem temporalium desideriorum, cuius flamma est decor vel potestas exterior, quæ de interiori eius ardore procedit, sed non splendebit, quia in die exitus omnis exterior decor subtrahitur. *Lux obtenebrescet in tabernaculo illius:* aliquando tristitiam, tenebras, & lucem gaudium accipimus. Lux ergo in tabernaculo impij obtenebrescit, quia in eius conscientia gaudium quod de temporalibus fuerat, deficit. *Et lucerna, quæ super eum est extinguetur:* lucerna lucis testa est, lumen vero in testa, gaudium in carne: lucerna ergo quæ super eum est extinguetur, quia cum malorum suorum retributio impij sequitur, in eius mente gaudium carnis dissipatur. Bene autem non quæ apud eum, sed quæ super eum est, dicitur, quia iniquorum mente gaudia terrena possident.

De tertia Iob 44. *Oculus adulteri obseruat caliginem, dicens, non me videbit oculus, & operiet vultum suum.* Adulter dicitur alterius thorum violans, vel alienum vterum terens. Immunditia fornicationis caligans oculum rationis semper quærit caliginosam opportunitatem loci, & eo securius committit quo se videri non meruit.

De quarta, Iob 24. *Alij terminos transulerunt, diripuerunt greges, & pauperunt eos, asinum pupillarum abegerunt, & abstulerunt pro piguore bonem vidua, &c.* Istos diuina patientia tolerat, ad pœnitentiam expectat, ipsi autem thesaurizant sibi iram in die iræ.

De quinta, Iob 5. *Virum stultum interfecit iracundia, & paruulum occidit inuidia.* Paruulus est, qui appetit terrena, magnus qui æterna: paruulus ergo occiditur, quia nullus hac peste moritur, nisi qui hac terrena appetit. Qui liuoris peste carere desiderat hæreditatem illam diligit quam coheres mentis non angustat, quæ in omnibus vna est & singulis tota.

Item lepra in capite est immunditia in cogitatione: lepra in barba est iniquitas in manifestatione: lepra in cute est inhonestas in conuersatione: lepra in veste est dissensio in fide Christi, vel imprudentia in virtutum operatione vel executione: lepra in domo est discordia in congregatione.

De prima, Iob 20. *Caput aspidum suget, & occidet eum lingua vipera.* Aspides paruus serpens, est latens tentatio dæmonum, cuius caput, initium in corde nascitur; quo pacto post violentus trahitur. Vipera prolixioris corporis est, & sic nascitur vt violenter exeat. Caput itaque aspidis peccator fugit, & occidit eum vipera, cum initium suggestionis occultæ libenter suscipit, & violentus se postmodum temporibus deuictus tradit.

De secunda, Iob 15. *Tendit aduersus Deum*

*manum suam, & contra omnipotentem roboratur.* qui prosperitati in mala sua actione permittitur, qui erecto collo aduersus eum currit, dum quæ creatori displicent audaciter perpetrat. Concurrit, id est, in malo opere obstaculum de aduersitate non habuit, & pingui ceruice armatus est. Ceruix est opulenta superbia affluentibus rebus quasi crinibus fulta. Operuit faciem eius crassitudo, quia desiderata rerum terrenarum abundantia oculos mentis premit. Et de lateribus eius anima dependet: latera diuitum sunt, qui eis adherent: aruina de latere dependet, quia quisquis inique potestati adheret, ipsi quoque de eius potentia vel de eius pinguedine tumet.

De tertia, Iob 41. De diabolo *sternit sibi aurum quasi lutum, feruescere faciet quasi ollam profundum mare.* Aurum sanctitatis claritatem, aurum carnalium voluptatum sordem significat, multos enim, qui inter sanctam Ecclesiam fulgore iustitiæ videbantur splendere, diabolus contagio miseræ voluptatis & sordis inhonestæ conuersationis subiicit, & sic sibi aurum quasi lutum sternit: facit etiam profundum maris, id est, cor peccatoris supposito igne suggestionis quasi ollam feruescere & ex se spumam inhonestæ conuersationis eicere. Item de quarta quæ est de lepra in veste, Iob 9. *Sordibus intinges me, & abominabuntur me vestimenta mea.* Intelligentur schismatici, hæretici, & simoniaci, qui vestem Christi inficere volunt, quia vestis Iesu Christi inconfutibilis & desuper contexta per totum, est fidei ipsius Ecclesiæ vnitas quam diuidere volunt hæretici & falsi Christiani.

## CAP. XIV.

**S**I sacerdos inuenerit creuisse lepram, iubebit extra ciuitatem in loco immundo; domum autem ipsam radi intrinsecus per circuitum & spargi puluerem rasura extra urbem, &c. Lepra in domo est discordia in congregatione, quasi sacerdos, id est, prælatus creuisse viderit, statim iubebit lapides, id est, congregationis fratres in quibus est lepra discordiæ & modicum fermenti extra congregationem proijci, ne candido socio comes scabiosus se valeat confricare, & modicum fermenti totam massam corrumpat, & parum veneni totum balsamum intoxicet. Domum autem, id est, congregationem ipsam, ne aliqua reliquæ illius lepræ remaneant, raderet, id est, diligenter inuestigare debet, & si quas inuenerit, extra proijcere, & pro leprosis lapidibus in congregationis fabrica novos lapides debet substituere, vt in vnitate spiritus & morum concordia Domino valeant deseruire. Quicumque huiusmodi lepræ, quicumque partito genere fuerit maculatus, si à Domino vult veniam impetrare, opus cum suprascripta quandoque agere, scilicet vt habeat vestimenta dissuta, id est, vt de nullis meritis suis confidat, de nullo opere suo præsumat, vel vestimenta dissuta sunt membra corporis asperitate pœnitentiæ afflictæ. Caput nudum, id est, quicquid per corporis sensus peccauit, denudans os veste contextum, id est, vt spiritus habeat verecundiam de eo quod commisit: contaminatum & sordidum se clamabit,

abit, immundum scilicet se reputans, & solutum multu secularium & malarum cogitationum habitabit extra castra, id est, collegio sanctorum indignum se reputabit. Quicumque ista quinque non habet, non est verè pœnitens, sed cum vult verè pœnitere, debet habere vestimenta dissuta, id est, de nullo opere præsumat, caput in confessione denudet coram Deo & Angelis eius, quia talia commisit erubescat: Et non tantum se immundum & sordidum clamabit, sed etiam si hoc ipsum alij ei improperauerint, humiliter debet sustinere; quod si aliter facit probat se non verè pœnitere.

*Homo in cuius cute est plaga lepre adducetur ad Aaron.* Officium confessoris est discernere lepram, & lepram. Sicut autem species lepræ assignantur, sic gradus peccati. In capillis, id est, in cogitationibus quæ à capite, id est, à mente defluunt, in capite, id est, in delectatione, in barba, id est, in fragilitate animi quando inclinatus fuerit, in cute, id est, opere exteriori, quando actu commisit: in vna carne, id est, si frequenter incipit crescere: in vlcere, id est, in consuetudine quando homo est infamis: in vulnere, id est, in corrosione quando exest ex alterius consortio.

*Loquitur est Dominus ad Moysen, dicens, hic est ritus leprosi, qui mundandus est. Adducetur ad sacerdotem, qui egressus castris cum ibi inuenerit lepram esse mundandam, præcipiet ei, qui purificatur vt offerat pro se duos passeris viuos quibus vesci licitum est, & lignum cedrinum coccumque & hyssopum, &c.* Nota quod duo sunt genera offerentium, qui à peccatis emundati sunt; vnum est in religione, alterum in sæculo. Religiosi primam oblationem debent face. Alij, scilicet filij coniugati, viri Catholici, quos cura rei temporalis occupatos detinet, qui non tantis diuitiis abundant, debent facere secundam. Duo passeris viui sunt, corpus & spiritus viri religiosi, qui dicere potest cum Apostolo Galat. 2. *Viuo ego iam non ego, viuio vero in me Christus:* hos passeris offert pro emundatione sui Domini.

Galat. 2.

Leuit. 14.

Galat. 6.

2. Tim. 4.

2. Cor. 4.

Item, debet offerre lignum cedrinum in quo paupertas, & vermiculum & coccum in quo charitas, & hyssopum in quo humilitas designatur. Alta Cedrus paupertatis, quæ odore suo fugat serpentes auaritiæ & rapinæ. Conformatur hyssopo humilitas, quæ tumorem pulmonis expellit, mediante vermiculo geminæ charitatis. Et inquit dicto loco Leuit. 14. *Vnum ex passeribus, id est, corpus, immolari iubebit.* Vt dicat cum Apostolo, Galat. 6. *Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.* Et item 2. Timot. 4. *Ego iam delibor,* id est, in sacrificio offeror in vase fictili. Vnde 2. Corinth. 4. inquit Apostolus, *Habemus thesaurum istum in vasibus fictilibus, super aquas viuentes;* id est, compunctionem lachrymarum, quæ tunc sunt viuentes cum pro irriguo superiori & inferiori funduntur.

*Alium autem viuum cum ligno Cedrino, & cocco, & hyssopo tinget in sanguine passeris immolati, & dimittet passerem viuum vt in agrum auolet.* Passer viuus est spiritus, qui cum ligno Cedrino paupertatis, & cocco charitatis, & hyssopo humilitatis debet intingi in sanguine passeris, id est, corporis in ara pœnitentiæ immolati: corporis enim afflictio & maceratio, quæ in sanguine designatur mundat & sanctificat spiri-

tum, & sic alis contemplationis auolat in celum, quod per agnum vocatur.

*Et assumet duos agnos immaculatos, & ouem anniculam absque macula, & tres decimas similes in sacrificio, quæ conspersa sit oleo, & seorsum olei sextarium, &c.* In duobus agnis spiritus & corporis mansuetudo, In oue totius corporis simplex & pura intentio. In tribus decimis similes triplex obedientia, scilicet superioris, parisi, & inferioris. In olei sextario misericordiæ sex opera designantur. Hæc est oblatio, quam quilibet religiosus debet offerre pro sui peccati emundatione.

*Quod si pauper est, & non potest manus eius inuenire, quæ dicta sunt pro delicto, assumet agnum; decimamque partem simile, olei sextarium, duosque turtures, siue duos pullos columba.* In agno innocentie vitæ.

Item, in decima parte similes perfectio charitatis fraternæ.

Item, in olei sextario, sex opera misericordiæ, vt supra dictum est.

In duobus turturibus, siue columbis duplex gemitus, contritionis, quem debet habere peccator pro commissis & omissis, designatur. Hæc est oblatio, quam pro sui peccati emundatione coniugali, & alij boni viri adhuc in sæculo positi debent Domino offerre, vt, scilicet, innocenter viuant, proximum diligant, operibus misericordiæ intendant, pro commissis & omissis se conterant.

## CAP. XIX.

**Q**ua sint pondera, iustus modius, æquisque sextarius. Statera dicta quod ex duabus lancibus, & vso medio stylo librata pendeat. Duæ lances sunt contemptus mundi, & desiderium cœlestis regni. Stylus in medio est amor Dei & proximi. Hæc est statera æqualiter ponderans, vnique ius suum tribuens, mundo contemptum, Deo obsequium, proximo affectum. Sed in manu Chanaan, id est, negotiatoris mercenarij, non est statera talis, sed dolosa.

*Ne memor sis iniuriæ ciuium tuorum.* Memoria succincta est, dum non est memor iniuriæ proximorum ad rancorem, nec peccati præteriti ad delectationem; sed peccata recollit, & conteritur; & passionem Christi, & ei comparitur; & miseriam proximi, & miseretur; & dolorem mortis, id est, inferni, & timore afficitur; & gaudia cœli, & in expectatione lætatur. De prima memoria, dicitur hinc. *Ne memor sis iniuriæ ciuium tuorum.*

*Filiam tuam non prostitues.* Filia mea est operatio mea, quam tunc prostituo, id est, in lupanari pono, cum ipsam pro denario vanæ gloriæ vendo, ô infelix commercium, pro vento humani oris vendere præmium regni cœlestis.

## CAP. XX.

**O**mnis oblatio, quæ offeritur Domino absque fermento, scilicet inordinate intentionis, fiet. Vnde & Augustinus, *sine macula & similia, sine fursure sibi præcepit offerri.*

C A P. XXI.

Virginem ducat uxorem. Virginem ergo te esse oportet, id est, incorruptam habere animam, si vis fieri sponsa Christi. Ipse enim est summus Sacerdos, qui tantum virginem de populo suo ducit, non viduam, non repudiatam, non vile prostibulum, vel meretricem, ut vidua sit anima per superbiam, quæ primum sponsum suum interfecit, scilicet, luciferum. Unde huic potest dici, interfectrix vxor tu es, & suffocas gentem tuam. Hæc est vidua de qua iudex sapiens expedit se, ne in nouissimo suggillet eum, Luc. 18. Repudiata est per auaritiam, diuitias enim repudiavit Dominus, quando regnum cælorum pauperibus promisit, & non diuitibus. Luc. 14. Qui non renunciauerit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Vile prostibulum per luxuriam, quæ vilior cæteris est vitiis. Unde de meretrice dicitur Ieremæ 2.

Luc. 18.

Luc. 14.

Ierem. 2.

Ezech. 16.

Zach. 11.

Ezech. 16.

Luc. 15.

Iob. 40.

Quam vilis facta es! Et Ezech. 16. Quæ erubescunt in via tua scelerata. Has igitur sic repudiatas à Christo duxit diabolus. Hæc est auaritia, quæ in prosperitate confitetur. Psalm. Confitebitur tibi, cum benefeceris ei. Zach. 11. Benedictus Dominus, diuites facti sumus.

Item, Bethsamath, id est, confusio donatoris, hoc est luxuria, de qua etiam confunditur diabolus tentare animam. Ezech. 16. Dabo te in animas odientium te filiarum Palestinarum, quæ erubescunt in via tua scelerata. Interpretatur enim derelictio, quia tales longius fugientes Dominus derelinquit. Psalm. Qui elongant se à te peribunt, perdidisti omnes, qui fornicantur abs te. Hinc filius prodigus viuendo luxuriose elongauit à patre abiens in regionem longinquam, Luca 15.

Item, Malech, hoc est regnatix, id est, superbia. Iob 40. Ipse est Rex super omnes filios superbia. Has non ducit, nec matrimonio sibi coniungit Dominus, sed tantum virgines, videlicet animas incorruptas. Si vis igitur fieri sponsa Christi, oportet te ostendere signa virginitatis tuæ.

C A P. XXIII.

Vmetis vobis fructus arboris pulcherrima, spatulasque palmarum, & ramos ligni densarum frondium, & salices de torrente, & latabimini coram Domino. Arbor pulcherrima est virgo Maria, cuius fructus fuerunt humilitas & paupertas, palmæ fuerunt Apostoli, qui de mundo palmam victoriæ asportauerunt. Spatulæ sunt fructus palmarum antequam aperiantur, per quas intelligimus fidem, spem, & charitatem Apostolorum. Lignum densarum frondium, est crux Christi, quæ densas Dei frondes, per

totum mundum expandit. Rami huius ligni fuerunt quatuor cornua crucis, quæ fuerunt in manibus & pedibus Christi. In his quatuor cornibus fuerunt quatuor lapides pretiosi, qui sunt misericordia, obedientia, patientia, perseverantia. In superiori cornu fuit misericordia, in dextro obedientia, in sinistro patientia, in inferiori perseverantia, salices de torrente, quæ in viriditate permanent omnes sanctos significant, qui in torrente istius fluxibilis mortalitatis virides in bono opere perseverauerunt. Summus ergo nobis fructum arboris pulcherrimæ, id est, paupertatem & humilitatem virginis Mariæ, & spatulas, &c. & salices de torrente, id est, virentia opera omnium Sanctorum, & lætemur coram Domino Deo nostro Iesu Christo, dicentes cum turbis & Hebræorum pueris, Osanna filio Dauid, &c.

C A P. XXVI.

Dabo vobis pluias temporibus suis, & terra dignet germen suum, & pomis arbores replebuntur. Dat Dominus pluuiam cum germen compunctionis infundit. Unde Isa. 30. Dabitur pluuiam semini tuo ubicumque seminaueris in terra, quæ gignit germen suum. Ex pluuiâ compunctionis gignitur germen bonæ voluntatis. Et sic arbores, id est, vasa cordis replentur pomis boni operis.

Dabo pacem in finibus vestris. Hic aduerte quod omnes nuntios quos tibi Dominus mittit, siue prosperitatis, siue aduersitatis, &c. ad pacem huiusmodi te perducunt. Prou. 3. Via illius pulchra, & omnes semitæ illius pacificæ. Viæ, scilicet prosperitatis, quæ sunt latæ, & semitæ aduersitatis, quæ sunt strictæ, tamen sunt breuiore, vel ad terminum te adducunt citius. Psalm. Multiplicata sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Non certè sic mundus, non dæmon, non sic caro, quia 1. Machab. 1. Loquuntur tibi verba pacifica in dolum, ut credas te eis.

Dabo vobis pluias temporibus suis, &c. Quando enim Dominus dat pluuiam pœnitenti, id est, abundantiam confessionis, tunc terra gignit germen suum, scilicet ipse germinat germen suum, non alienum. Germen est initium boni operis quod gignitur per pluuiam confessionis. Pomis arbores replebuntur. Arbores à robore deriuantur, poma ab opimo, id est, fertilitate sunt dicta. Arbores sunt mentes fidelium pœnitentium, quæ firmo proposito non relabendi roborantur. His pomis, id est, fertilitate ventres replentur. Apprehender messium tritura vindemiam, id est, carnis afflictio mentis lætitiâ, & vindemia occupabit sementem, id est, vitam æternam, in qua comedemus panem in saturitate. Unde Psalm. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Ecce quanta bona facit confessio.

INTER



INTERPRETATIO  
MYSTICA  
IN  
LIBRVM NUMERORVM.

C A P V T P R I M V M  
IN NUMEROS.



OCVTVS est Dominus ad Moysen, tollite summam congregationis vniuersa filiorum Israel. Nota, quod filij Israel non fuerunt numerati donec egressi sunt de Ægypto, & donec transissent viam deserti, vbi manna comederunt; in quo spiritualiter datur intelligi, quod similia oportet homini facere antequam numeretur inter sanctos & electos. Primo, exire de Ægypto peccati. Secundo, transire mare contritionis. Tertio, ire per viam deserti pœnitentiæ & satisfactoris. Quarto, comedere manna Sacramentalis refectionis, tunc enim poterit inter filios Dei, & electos computari.

C A P. II.

Singuli per turmas, signa, atque vexilla & domos cognationum suarum castra metabuntur filij Israel, per gyrum tabernaculi fœderis. Ad Orientem Iudas liget tentoria, Isachar & Zabulon. Ad Meridianam plagam Ruben, & Simeon, & Gadir. Ad Occidentalem Ephraim, Manasse, & Benjamin. Ad Aquilonis partem Dan, Aser, & Nephtalim. Tabernaculum est corpus. Unde 2. Petr. 1. Iustum arbitror quãdiu sumus in hoc tabernaculo suscitare vos in commonitionem, certus quod velox est depositio tabernaculi, id est, corporis mei. Quatuor portæ ciuitatis vel quatuor partes huius tabernaculi sunt visus, auditus, gustus, & tactus. In Oriente visus designatur, quia sicut Oriens mundum, sic oculi totum corpus illuminant. Ad quorum custodiam debent poni Iudas, Isachar, & Zabulon. Iudas, qui in ingressu maris rubri, primus meruit principatum, de cuius tribu fuit Dauid & Christus, regalis animi significat dignitatem, qui omnem inhonesti & illiciti morus reprimat discursum. Isachar, qui merces interpretatur mercedem æternæ retributionis significat. Zabulon, habitaculum fortitudinis, significat propositum perseverantiæ finalis. De his tribus Deut. 33. Letare Zabulon in exitu tuo, & Isachar in taber-

2. Petr. 1.

Deut. 33.

naculis, qui vsque ad sui exitus finem in Domino perseverat, vere nunc exultat, quia ad æternæ mercedis brauium transmigrat. Si hæc tria, animi, scilicet, dignitas regalis, expectatio æternæ mercedis, & stabilitas perseverantiæ finalis in vnum conveniunt, oculos ab omni visu illicito defendunt. Animi regalitas inhonesta videre fastidit; expectatio mercedis inuisibilis oculum à visibilibus subtrahit; propositum perseverantiæ à peccatis claudit contagionem, quæ cum intrat per oculum, efforminat animæ propositum. In Meridie auditus designatur, meridies quasi medidies, id est, medius dies, vel quia tunc dies est purior, merum enim purum est: auditus est quasi medius inter visum & gustum, à longius video quam audio, & magis à remotis audio quam gusto. Gustare est quasi in postriuo, audire in comparatiuo, videre in superlatiuo. In auditu igitur debet figere tentoria Ruben, Simeon, & Gad. De Ruben, Deut. 33. Viuat Ruben, & non moriatur, & sit parvus in numero. In quo humilitas designatur. Esto, inquit, ut parvus in oculis tuis. Paruus est magnus in numeris. Simeon, interpretatur audiens mœrorem vel tristitiam. Gad, accinctus. Nota, quod tria sunt, quæ deprauant auditum nostrum, scilicet verba elationis, detractiois, & adulationis. Contra verba superbiæ sis paruus, id est, humilis, patiens. Optimum (inquit Philosophus) vincendi genus est patientia. Contra detractores sis audiens mœrorem vel tristitiam. Unde Prouer. 25. Venurus Aquilo dissipat pluias, & facies tristis linguam detrahentem. Contra adulatorem sis accinctus propriæ iniquitatis recordatione, plus tuæ conscientie credens, quam alterius linguæ. In Occidente gustus designatur, Occidens dicitur eo quod diem faciat occidere, abscondit enim lumen mundo, & tenebras superinducit. Nota quod tribus modis peccamus in lingua, scilicet adulatione, detractioe, cibi & potus ultra necessitatem assumptione, præsentia adulamur, absentia detrahimus, gulæ voluptati seruiamus, & ideo occidit nobis sol iustitiæ, & veniunt super nos tenebræ ignorantie. In hæc parte debent figere tentoria Ephraim, qui interpretatur oblitus. Benjamin, id est, filius doloris. Cum aliquem tua laude crescere & attollicupis, in reipso decrescis. Audi quid Ioseph dixit, Gen. 41. cum ei natus fuit Ephraim. Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ. Paupertatis, inquit, non adulationis. Vis crescere?

Deut. 33.

Prou. 25.

Gen. 41.

Deo






Marc. 10.

enim tantum prädicator loquitur & vita obmutescit, aqua de petra non exit. *Maledixit Dominus (Marc. 10.) ficulnea, in qua non inuenit fructus, sed folia tantum.* Tales vestes habuerunt exules paradisi. Loquitur ergo Moyse & Aaron, & exit aqua, & bibit multitudo populi, & iumenta, id est, tam clerici quam laici, tam spirituales, quam carnales satiabuntur aqua compunctionis.


CAP. XXII.

**O**rietur stella ex Jacob. Ex actiua ad contemplatiuam peruenitur, *Orietur ex luteo*, contemplatio. Sic Iacob post luctum vocatus est Israël, & non ante, sicut licet Esau esset prior qui pilosus & asper erat, Iacob tamen lenis obtinuit benedictionem; igitur vita contemplatiua actiuam concomitatur.



# INTERPRETATIO MYSTICA IN DEUTERONOMIUM.

CAP. I. PRIMVM  
IN DEUTERONOMIUM.



**T**A paruum ut magnum audieris, nec accipietis personam cuiusquam; quia Dei iudicium est. Vel nolite iudicare secundum faciem, id est secundum illa, quæ primo apparent. Iob 21. *Causam quam non noueram diligenter inuestigabam.* Nota, sicut amor Dei non est vnquam sine luce cognitionis, est enim ignis inflammans & illuminans; sic amor mundi nunquam sine cæcitate. Est enim ignis conformis igni infernali, qui inflammat, sed est tenebrosus & sine claritate, & ideo qui amori diuino non possunt iudicium discernere, sed iudicant solum secundum faciem quam assumunt, scilicet, peccati. Psal. *Facies peccatorum sumitis*, & quia non sufficit in iudicio declinare iniquitatem, sed oportet facere æquitatem, ideo subdit, *sed iustum iudicium iudicate.* Iustum namque iudicium est, quod solo æquitatis intuitu exercetur à natura regulam trahente.

CAP. XXIV.

**P**hinees accepro pugione confodit fornicantes in genitalibus. Phinees est prädicator, qui arrepto pugione, id est, verbo prædicationis, fornicatores in locis genitalibus debet effodere, & denudare, ut quasi in facie, obiecta eorum turpitudine de commisso scelere erubescant, *Reuelabo*, inquit Dominus, Naum. 3. *Pudenda tua in facie tua.* Psal. 82. *Imple facies eorum ignominia.*

CAP. XXXI.

**O**fferimus in donarijs periscelides, id est, ornamenta crurum & pedum signantia gressus promptitudinem obsequendi. Sic enim illi amici Iob dederunt ipsi in aurem vnâ auream, id est, obedientiam & promptitudinem obsequendi, & famulatum exhibuerunt.

CAP. II.

**N**unquid non ipse est Dominus Deus tuus, qui, &c. *Qui in calis est?* Deus est in seipso ut Alph. & Omega; in mundo, ut auctor & rector; in Angelis, ut sapor & dulcor; in electis, ut redemptor & ductor; in reprobis, ut horror & terror. Qui solem suum, id est, filium suum, secundum Augustinum; vel solem, id est lumen fidei; & pluuiam, id est, aduersitatem oriri facit super iustos & iniustos, ut sicut pœnas sustinent propter peccatores, sic peccatores bona suscipiant propter iustos, ut ait August. 1. de ciuit. Dei. Dicit autem quod ideo voluit Deus hæc omnibus esse communia, ut bona non accidius appetantur cum possint malis esse communia; nec mala turpius fugiantur, quibus etiam boni afficiuntur.

CAP. III.

**E**duxit de fornace ferrea Ægypti. In fornace ardent mali, & de ea fugiunt boni. Hæc est fornax ferrea Ægypti, de qua eduxit Dominus Israel. In hac remanserunt in Ægypto, ad ollas carniam

carnium feruientes Pharaoni in luto, & laterè, & paleis. Væ ergo eis qui desiderant redire ad fornacem Ægypti.

CAP. VI.

**L**igabis ea quasi signum in manu tua. Ostendebant recordationem diuinorum mandatorum, quasi haberent Deum iugiter ante oculos mentis, & propter hoc dilatabant Phylacterias suas, in quibus scribebant decalogum, & ponebant in frontibus suis & in manibus sinistris, designantes quod cor siue consideratio & meditatio, & etiam opera circa legem Domini versabantur. Iuxta illud: *Ligabis ea quasi signum in manu tua.*

Ioan. 15.

Gen. 1.

Deut. 7.

*Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruias. Ac per nomen illius, &c.* Per legem amoris & dilectionis erga proximum. Ioan. 15. *Hæc mando vobis, &c.* Legem rigoris & reprehensionis erga carnem, Gen. 1. *Replete terram*, scilicet; bonis seminibus & subiicite eam; &c. Legem horroris & deiectionis erga hostem, Deut. 7. *Non inibis cum eis fœdus, nec sociabis cum eis coniugia, neque misereberis eis.* Sed in veritate lex timoris conuersa est in legem superbiæ; lex amoris in legem diffidiæ & discordiæ, lex rigoris in legem laciuiæ: lex horris in legem concordiæ & strictæ amicitiae. Nemo igitur ex vobis facit legem concordiae & strictæ amicitiae. Nemo igitur ex vobis facit legem, ut merito à ligando lex dicatur, quæ enim nos debet ligare ex eius implerione, ligat nos cum hoste ex eius transgressione.

Matth. 6.

*Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua.* Quod vix diues potest facere, quia habet cor diuifum ad temporalia. Matth. 6. *Nemo potest duobus seruire.*

CAP. VII.

**F**iliam tuam non dabis filio eius, id est, peccato, quod est filius doli. Hæc vexatur dum à dæmonibus tentatione concutitur.

*Non poteris eas delere pariter.* Quare Deus noluit cito delere gentes & inimicos terræ promissionis? ne scilicet, leones, id est, dæmones per tentationes insurgerent, & terram conscientiarum facerent desertam.

CAP. VIII.

**R**ecordaberis itineris per quod adduxit te Dominus per desertum. Desertum est mundus, ab omni bono derelictus; in quo peregrinantur & affliguntur filij Israel, quia draco est adurens flatu superbiæ, scorpio luxuriæ, diplas auaritiæ.

CAP. XIX.

**Q**uid Dominus petit à te nisi ut timeas Dominum, & ambules in viis eius ut diligas Dominum Deum tuum? Præcipit Dominus amorem specialius quam præceptum aliud. Primo

ut dilectio sit tributum de omnibus bonis quæ nobis tradidit, qui hoc debitum non negat Deo dignus est omnibus creditis. Secundo, ne possit aliquis excusari, hoc est enim onus leue, & iugum suauis; leue est debitum, quia potest persolui ex omnibus, quæ videt homo & sentit si ex omnibus creaturis; quas videt, accenditur cor ad amorem creatoris. Tertio, propter vtilitatis nostræ compendium, quia omnia bona possumus nostra facere si amemus. Quarto, quia hoc mandato impleto omnia implentur. Romanorum decimo tertio. *Plenitudo legis est dilectio.*

Rom. 13.

CAP. XI.

**O**mnis locus quem calcauerit pes vester, erit vester. Duo pedes charitatis sunt patientia, qua suffert mala, & benignitas qua diligit bona, 1. Corinth. 13. *Charitas patiens est, benigna est.*

1. Cor. 13.

CAP. XII.

**N**on facietis ibi singuli, quod sibi rectum videtur. Non vult quemlibet ex populo hoc quod sibi rectum videtur, sed hoc quod sibi præscriptum est facere; nos quoque si hodie præscripta legis Dei, saltem custodire satageremus, minus superstitionis & sectarum haberemus, & sic Ecclesiæ paci consulit quantum potest.

CAP. XVI.

**O**mnis mendicus & indigens non erit inter vos. Mendicus significat peccatorem qui in agro pœnitentiæ torpore & acidia laborat. Prou. 20. *Propter frigus piger arare noluit: mendicabit in aestate, & non dabitur ei.*

Prou. 20.

CAP. XIX.

**T**res ciuitates seperabitis tibi in medio terra, quam Dominus Deus tuus dabit tibi in possessionem, sternens diligenter viam, & in tres equaliter partes totam terram tuam Prouinciã diuides, ut habeat è vicino, qui propter homicidium profugus est, quod possit euadere. Hæc erit lex homicidæ fugientis cuius vita seruanda est. *Qui percussit proximum nesciens, & qui heri & nondi stertit, nullum contra eum odium habuisse comprobatur; sed abiisse cum eo simpliciter in syluam, ad ligna cadenda, & in succisione lignorum securis fugerit manum, ferrumque lapsum de manubrio amici cum eius percussit & occiderit, hic ad vnâ prædictarum urbium fugere possit & euadere, ne si longior esset via, proximus eius cuius effusus est sanguis dolore stimulatus fugientem persequens interficiat, sicque moriatur.* Vbi locum terrosus prouidet construendum, quia tres ciuitates. Psal. 66. *Quis deducet me in ciuitatem munitam? quis deducet vsque in Idumaam?* id est, iustam, hoc est inflatam diuina dilectione. Hæc sunt in medio, id est, in corde, siue in mente; memoria ad

Psal. 66.

recognoscendum, intelligentia ad præcauendum, & voluntas ad diligendum, & ad ea quæ Deo contraria, detestandum. Via plana non scrupulosa. Hic vide actum virtuosum consequenter assumendum vel exercendum, quia debemus cum proximo, id est, cum spiritu iie in syluam, id est, in cor proprium, vbi ligna multa nascuntur. Similiter in sensualitatem, Iosue 12. *Ascende in syluam, & succide tibi spatia in terra Pheresai*, id est, tentationis, quia tentatio à Deo separat. Vide lapsum criminolium diligenter præcauendum, ne scilicet ferrum effugiat de manubrio, id est, ne rigor succedentis penitentiae effugiat ab opere, & sic perimat proximum, id est, spiritum, quia tepor operis spiritum perimit & extinguit. Illud quod cecidit de manu vnus filij Prophetarum, quarti Reg. 6. Vide cursum fructuosum diligenter assumendum, quia statim debet ad vnam ciuitatem prædictarum confugere. Psalm. *Quis deducet me in ciuitatem, &c.* Via breuis, quia non debet esse dilatio penitentiae, ne proximus occisi, scilicet Deus dolore stimulatus percutientem persequatur ne interficiat eum.

## C A P. XXII.

**S**I sponsus querat signa virginittatis in sponsa, ipsa tenebitur exhibere. Sunt autem quatuor signa in muliere, quæ sit virgo. Primum est, mamillarum duritia atque modicitas, corruptæ enim amplas & fractas ac molles habent mammas. Duæ sunt mamillæ in animas, cognitio & affectio. Hæ modicæ sunt quando cognitio non plus appetit sapere quam oportet, sed ad sobrietatem, & ad Deum tantum cogitandum & cognoscendum se restringit, non se diffundens ad terrenam sollicitudinem, & inanem scientiam; nam scientia inflat, id est, verba intumescere facit.

Item, quando affectio tantum Deum diligit, & desiderat. Psalm. *Domine ante te desiderium meum, & gemitus meus à te non est absconditus.* Non se per carnales concupiscentias dilans, vel per propriam voluntatem. De hac modicitate vberum dicit sponsus Cant. 8. *Soror mea parua est vbera non habet*, scilicet nisi modica & quantula paruulam virginem decet.

Item, dura debent esse per constantiam & perseverantiam in bono, vt intellectus de eo memoriter cogitet, & affectus ipsum fortiter & perseveranter amet. De hac duritate dicit sponsa, Cant. 8. *Ego murens, & vbera mea sicut turris*, id est, dura sicut turris. Nam animæ corruptæ grossa & mollia habent vbera dum affectus corrumpitur per peccatum. De grossiore, Ezechielis 16. *Vbera tua intumuerunt, & pilus tuus germinauit.* De mollitie, Ezechielis. 23. cap. *Dua mulieres vnus matris fuerunt, & fornicatae sunt in Aegypto. In adolescentia sua fornicatae sunt, Ibi subacta sunt vbera earum, & fracta sunt mammae puertatis earum.* Duæ istæ mulieres sunt cognitio & affectio, de quibus iam dictum.

Secundum signum virginittatis est, pecuniæ paupertas, si enim inuenirentur dona circa puellam, crederetur non esse virgo, sed ab impudico accepisse. Vnde vulgo dicitur. *Iste est pauper plusquam puella seu virgo.* In quo notatur vera paupertas, Christus enim sponsus noster Rex

est qui sponsam pauperem vult accipere, sicut Reges nihil accipiunt cum vxoribus, quia non indigent. Hinc est quod Rex Assuerus, Hester pauperem & nudam elegit sibi in sponsam, quæ non quaesierat sibi cultum, Hest. 1. Contra diabolus per munus rerum temporalium corrumpit animas. Vnde Ezech. 16. *Omnibus meretricibus dantur mercedes.* Sed verus Boos diues, id est, Christus, Ruth pauperem accipit in vxorem.

Tertium signum est, vocis gracilitas, dulcedo, & simplicitas. Corruptæ enim voces obrufas & grossas habent. Simplex est vox, quæ defectus suos pure confitetur; dulcis quæ ædificat & consolatur; gracilis quæ per deuotam orationem cælum penetrat & Deum iugiter delectat. Vnde sponsus, Cant. 2. *Sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis.* Et Cant. 8. *Quæ habitas in hortis, amici auscultant, fac me audire vocem tuam.* Sic vox grossa & rauca est vox de terra. Isai. 29. *De terra loqueris, & de humo audietur eloquium tuum. Et erit quasi Pythonis de terra vox tua.*

Quartum signum est, faciei reuelatio, & capitis nudatio, solent enim nuptæ & corruptæ velis & peplis capita obumbrare & tegere, sed virgines non. Vnde in die nuptiarum capillis expansis sine velamine aliquo benedicuntur, vbi puritas diuinæ contemplationis denotatur. Caput enim animæ mens est, quæ nuda est quando libere & aptè cælestia contemplantur. Sic virginem se probat Apostolus 2. Cor. 3. *Nos reuelata facie gloriam Domini speculantes in eandem imaginem transformamur.* Hinc sponsus Cant. 2. *Ostende mihi faciem tuam.* Sed Lazarus putridus & corruptus habet faciem ludario inuolutam, Ioan. 11. quia mens peccato corrupta erigere se non potest ad cælum contemplantum. Hinc Rex Geraræ, id est, diabolus dedit Sara velamen oculorum, postquam eam sciuit corruptam, & non virginem, Genes. 26. Hinc corruptas præcipit Apostolus esse velatas. Cor. 11. *Debet mulier velamen habere super caput suum propter Angelos.* Si te sic virginem esse probaueris, Christi sponsa eris.

Tribus vicibus per annum apparebit omne masculinum tuum in conspectu Domini Dei tui in loco quem elegerit, in solemnitate azymorum, id est, in pascha, & in solemnitate tabernaculorum, & in solemnitate hebdomadarum, & non apparebit ante Dominum vacuus, sed offeret vnusquisque secundum quod habuerit iuxta benedictionem Domini Dei sui quam dederit ei. Nota quod in triplici solemnitate triplex notatur status, scilicet status incipientium, proficientium, & perfectorum. In solemnitate azymorum notatur status, qui in azymis sinceritatis & veritatis debent Pascha celebrare, & agnum cum lactucis agrestibus, id est, suorum peccatorum amaritudine comedere. In solemnitate hebdomadarum in qua offerebantur duo noui panes primitiarum Domino, status proficientium, quorum interior homo renouatur de die in diem, qui novos panes, id est, mentis & corporis munditiam Domino offerunt. In solemnitate tabernaculorum quæ scenophegia, id est, erectio tabernaculorum dicitur, status perfectorum, qui vt dicit Isai. 32. *Sedebit in tabernaculis fiduciam.*

C A P.

## C A P. XXV.

**T**ollet mulier calceamentum, id est, velamen, de pedibus eius, id est, de inordinata effectione; & spuet in faciem eius, & dicit: sic fiet homini, qui non vult ædificare domum fratris sui in Israel. Hoc fit homini qui conscientiam noluit accipere coniugem, vt ex ea filios legitimos procrearet fratri suo, id est, Christo.

## C A P. XXVI.

**E**Legisti Dominum hodie vt sit tibi Deus. Quia ergo Dominus dilexit nos, diligamus eum inuicem his modis, primo prædestinando Deum diligimus, dum per fidem, spem & charitatem, ipsum nobis eligimus, & sic per amorem ei inhaeremus, nunc quidem expectatione, tandem autem re, & spem, id est, prædestinationem suam complebit in nobis. Secundo modo ipsum eligimus diligentes, si sicut ipse pro nobis exinanivit seipsum formam serui accipiens, sic pro ipso humiliemur, sic etiam, sicut pro nobis passus est, nos ipsi deuoti compatiatur. Tertio, ipsi quasi gratiam apponimus, & reponimus, dum de omnibus gratuitis donis, quæ nobis dedit ei gratias referimus, & ei totum attribuimus.

## C A P. XXVII.

**C**um transferis Iordanem in terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi, eriges ingentes lapides, & calce leuigabis eos, vt possis in eis scribere omnia verba legis huius, &c. Terra ista est proximus tuus, qui incidit in manus tuas quando te sciente peccauit. Debes igitur transferre Iordanem, id est, culpam abijcere, quam incurrit riuus iudicij: ædificare, in quo placeat Deus ipsi peccatori. Hoc altare est instructio siue reparatio conscientiae de lapidibus, quos ferrum non tetigit, id est, increpatione sine liuore & sine cruore confusionis, nam ferrum est frigidum, lucidum, & durissimum, & per consequens vulneris inflictiuum & sanguinis effusiuum. Igitur de his lapidibus & calce, id est, charitate linies & scribes ibi leges & mandata Dei, scilicet, informationem, & offeres hostias pacificas Deo. Et quia mente tranquilla sunt hæc omnia facienda, ne zelus incitet peccatorem: sed detractores ædificant de lapidibus tactis ferro altare diabolo, vt ibi sacrificent sanguinem, id est, famam peccatoris.

## C A P. XXVI.

**P**ercutiat te Deus egestate. Permittit enim Dominus percuti huius mundi diuitem egestate, quia semper eger; febre, quia de alterius felicitate torquetur, dolet frigore, id est, timore, ne acquisita perdat, ardore, vt non habita acquirat, astu gula aere corrupto, id est, mala fame, rubigine luxuriae.

*Eo quod non serueris Domina Deo tuo in gau-*

*dio cordis & latitia propter verum omnium abundantiam, serues inimico tuo, & pones iugum ferreum super cernicem tuam.* Eo quod Adam noluit seruire superiori suo, id est, inferius eius noluit seruire ei, imo ipse seruit inimico suo, id est, diabolo, vel carni suæ, quia non est efficacior hostis ad nocendum. Contra illos, qui fructum quem fecerunt, statim per ostentationem & vanam gloriam amittunt. Psalm. *Et dedit erugini fructus eius.* Deuteronomij vigesimo octauo. *Fructus terra tua & labores tuos comedat populus quem ignoras.*

## C A P. XXX.

**M**andatum hoc non supra te est, neque procul positum, nec in calo situm; vt possis dicere, quis nostrum valet ad cælum ascendere, vt deferat illud ad nos vt audiamus, atque opere compleamus? neque trans mare positum vt causeris & dicas, quis è nobis poterit mare transfretare? & illud ad nos vsque deferre, vt possimus audire & facere quod præceptum est? Sed iuxta est sermo valde in ore tuo & in corde tuo vt facias illum. In promptu enim est Deum diligere & amando adire, si enim amor tuus donandus est, non poteris eum melius collocare quam in Deo qui omni amore est dignissimus, & amantem se semper redamat; si est vendendus, multo pretio eme Deum, qui sanguine suo propter eum vos emit.

*Quod præcipio tibi tantum facito hoc, nec addas, nec diminuas.* Addiderunt igitur isti superstitiosas traditiones ad illud, Isaiæ primo. *Lauamini & mundi estote;* intelligebant carnaliter, &c. Vnde dicit Chrysostomus, quod isti loquentes statim seiplos confundebant, quia allegabant traditiones factas, quas fiendas Deus prohibuerat. Sic patet magis nequitia istorum, qui non potentes calumniare magistrum in se, in discipulos tam dementer insurgent. O quot sunt hodie tales scribæ, qui nullum aliud habent officium nisi quod notant & scribunt facta aliorum!

## C A P. XXXII.

**F**el draconum vinum eorum. Vtinam deficiat nobis vinum, nempe fel draconum, id enim est mundi & carnis gaudium.

*Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile.* Vinum eorum, id est, odium, & detractio peccatorum, quæ mentes inebriat, & intoxicat adientium, est fel draconum, & est venenum insanabile. Vnde Ecclesiastici decimo. *Si mordeat serpens in silentio, nihilominus habet, qui in occulto detrahit.* Et bene dicit insanabile, quia Ecclesiastici vigesimo octauo. *Plaga flagelli liuorem facit, plaga autem lingua comminuit ossa.* Nam plaga flagelli exterius liuorem facit, sed plaga linguæ detractio, virus ossa virtutum comminuit.

*Vt fugeret mel de petra.* Petra est duritia aduersitatis vel tribulationis, mel de petra fugit, qui aduersitatis duritiam in suauitate mētis recipit. Vnde in naturalibus apes sedent super aluearia,

lugunt quod est in fauis, & dicitur, quod si non facerent hoc, corrumperetur id quod est in fauis & generaretur ex eis aranea. Fauus est mel in cera: dictus quia comedere magis quam bibitur, *φαιν* græcè comedere latinè. Apes sunt viri iusti, qui sedent semper aluearia, id est, affligunt & humiliant corpora sua, & sugunt quod est in fauis.

Nota, quod sicut est in fauo mel & cera, sic in vita viri iusti est mel internæ delectationis, & cera exterior aduersitatis, quæ defluit & deficit à facie ignis, id est, præsentia diuini amoris. Sedeat obsecro apes super aluearia, & sugant quod est in fauis, ne per impatientiam & cordis amaritudinem corrumpatur mel internæ dulcedinis, & generetur aranea ab aère dicta, eo quod in aère fila generet & gerat, & significat superbiam cordis, quæ natione cælestis cælestium mentes nititur habitare. Proh dolor! cum mel corrumpitur, aranea generatur superbix, scilicet ex interna corruptione dulcedinis.

*Et vna eorum vna fellis.* Vineam fuit populus Iudaicus, seps eius Angelorum custodia, quibus agentibus protecti fuerunt, sicut patet in pugnis quas pro eis Dominus fecit. Turris fuit sublimitas legis, secundum quam si vigilare volebant poterant hostium infestationem prospicere. Torcularia sunt Prophetæ in quibus promissa varia exprimebantur, scilicet, variis verbis legis spiritualis, & mysticus intellectus passionis Christi. Quod addidit, peregrè profectus est, hoc dicit quia Deus postquã hanc vineam plantauit, eam reliquit arbitro proprio, &c. Fructum sibi pollicitus est, fructus huius vineæ, expectauit enim Deus tempus debitum, & tunc misit agricolas colligere vel accipere fructum. Misit autem nuntios quam plurimos, & isti fuerunt malectrati, quia quidam fuerunt lapidati, sicut Stephanus. Vnde Moyses, *Populus* (inquit iste Iudaicus) *dura cernicis est, &c.* quidam cæsi persecutionibus, quidam occisi, sicut Isaias & Ieremias. Secundo nuntios, scilicet, duodecim Prophetas, sed & illis fecerunt similiter. Nouissime & tertio, misit filium suum Christum, quem eiecerunt extra vineam, quia ad literam extra Hierusalem. Iterum extra vineam, quia dicebant ipsi, *Demonium habes, & Samaritanus es*, id est, transgressor legis, & occiderunt eum, volentes habere hereditatem. Vnde dixerunt, *Quid faciemus? quia iste homo multa signa facit, si dimittimus eum: omnes credent in eum, & tunc venient Romani, & tollent locum nostrum.* Ecce quomodo voluerunt habere hereditatem, & ideo hæc vinea fecit fructus amarus, sicut dixerat Moyses: *Vna eorum, vna fellis, biterus amarissimus.*

Magna peccatoris negligentia, quæ non obstantibus beneficiis quæ à Deo accepit multiplicibus, ad mundi vanitates se conuertit, iuxta illud, *Deum quite genuit dereliquisti.*

*Inuenit eum in terra deserta & loco horroris, & vasta solitudinis,* scilicet, mundi, qui est periculosus, & pænurius, & horridus. E contrario cælestis patria locus est amœnus, securus, & fecundus.

Luc. 12.  
Job 25.

*Homo putredo, & filius homini vermis* Deinde ubi simus, quia in periculo non euitabili. *Inuenit eum in terra deserta, &c.*

## CAP. XXXIII.

**I**nundationem maris quasi lac sugunt. Nota quod nemo potest aliquid sugere nisi labia comprimat. Qui habet os hians in pecuniæ acquisitione, in vanæ gloriæ negotiatione & populari fauore, non potest sugere inundationes maris, difficile enim lupi à cadauete, formicæ à grano, à melle mulcæ, meretrices à prostibulo, mercatores à foro separantur, Prouerbiorum vigesimo secundo. Adolescens iuxta viam suam etiam cum senuerit non recedet ab ea, soli verò humiles, qui labia sua comprimunt, id est, stringunt ab amore temporalium, inundationes maris quasi lac sugunt. O stella maris! ô humilitas cordis, quæ mare amarum & horridum conuertis in lac dulce & iocundum! O quam dulcis amaritudo! quam leuis tribulatio, quam electi sustinent pro Christi nomine! Lapidem Stephano, craticula Laurentio, Carbones ignis Vincentio dulces fuerunt, inundationes maris quasi lac pro Christo luxerunt. In hoc etiam verbo sugere, notatur auditas cum delectatione, sola enim humilitas cum spiritu auditate & delectatione nouit sugere tribulationem & dolorem.

*Nephtalim abundantia perfruitur, & plenus erit benedictione Domini, mare & meridiem possidebit.* Nephtalim interpretatur conuersus vel dilatatus, & significat pœnitentem, qui à via sua mala conuertitur, & bono opere dilatatur. Hic abundantia gratiæ in via perfruetur, & benedictione gloriæ adimplebitur, quæ ut adipsi mereatur, prius necesse est ut mare, id est, amaritudinem cordis, & meridiem, id est, feruorem possideat satisfactionis.

*Ferrum & as calceamentum eius scilicet, Afer.* Afer interpretatur beatus, & significat chorum Confessorum; qui re prædicationis & ferro constantiæ inuicibilis calceati calcauerunt super serpentes & scorpiones, id est, hæreticos & schismaticos.

*Qui dixerunt Patri suo & matri suæ, nescio vos, & fratribus suis, ignoro vos, & nescierunt filios suos, & custodierunt eloquium tuum, pactum tuum seruauerunt, & iudicia tuæ, ô Iacob, & legem tuam, ô Israel.* Sic enim Christus pro te tuos dimisit, Ierem. 12. *Reliqui domum meam, dimisi hereditatem meam.* Immo nec matris lachrymas reputauit, aut magni fecit quando morderetur pro te. Quot ergo parentes, possessiones, præbendas dimisit pro Christo, tot ferula eidem ministrasti!

*Omnes sancti in manu eius sunt.* Bene autem iusti in manu Dei esse dicuntur. Sicut enim quæ continentur in manu res parua est, ita pauci sunt beati respectu reprobiorum. Matth. 20. *Multi enim sunt vocati, pauci vero electi* Ecclesiast. autem 1. *Stultorum infinitus est numerus.*

Item, res in manu in promptu est, & ad voluntatem tenentis ducitur, sic sancti voluntatem suam voluntati diuinæ conformant.

CAP.

## CAP. XXXIV.


**N**on caligauit oculus meus, &c. Per Moysen, qui erat mitissimus super omnes homines qui habitabant super terram, *Cuius oculus non caligauit, nec dentes eius moti sunt*, patientiæ & misericordiæ mansuetudo intelligitur. Mansuetur dicitur quasi manu assuetus, ille vere tanquam filius, tanquam animal mansuetum manu diuinæ gratiæ est assuetus, cuius oculus, id est, ratio non caligat fuligine odij, nec obfusatur nubilo rancoris, cuius dentes non mouentur contra aliquem per murmurationem, nec mordent per detractionem.

*Moyses ascendit de campestribus Moab in montem Abarim, & ibi mortuus est coram Domino.* Moyses, id est, pœnitens, in campestribus

Moab, quæ interpretatur ex Patre, id est, conuersatione carnalium, quæ sunt ex patre diabolo, debet ascendere in montem Abarim, qui interpretatur transitio, id est, excellentia contemplationis, ut transeat de hoc mundo ad patriam.

*Populos ad montem vocabunt, & ibi immolabunt victimas iustitiae.* Ad montem, id est, ad fidem Dominicæ incarnationis Apostoli populos vocauerunt, & ibi, id est, pro ipsa fide dilatanda seipos victimas iustitiæ ut de iniustus iustos facerent, immolauerunt.

*Non caligauerunt oculi eius.* Tales ab honoribus excæcati diuinam sibi factam gratiam non attendunt, donec extingatur quod erit, quando fracta ceruice de sede honoris cadent in die mortis. Non fuit de talibus Moyses, de quo dicitur, quod usque ac finem vitæ non caligauerunt oculi eius, cum tamen fuisset factus dux populi.



# INTERPRETATIO MYSTICA IN IOSUE.

CAPVT SECVNDVM  
IN IOSVE.

**I**NGRESSI sunt domum mulieris meretricis nomine Raab. Raab interpretatur dilata, scilicet, anima, quæ debet meritis dilatari. Hæc habitauit in Hierico, id est, in defectuone huius mundi, quæ clamat:

Ego deficio. Psalm. 118. *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.* 2. Cor. 6. *Tanquam filius, dicit Apost. os nostrum patet ad vos ô Corinthij, cor nostrum dilatatum est.* Hierico interpretatur luna sine defectu. Eccles. 9. *Omne opus corruptibile in fine deficiet, & qui illud operabitur ibi cum illo.* Exploratores siue nuntij sunt inspirationes. Isti sunt nuntij quos Ozias, id est, fortitudo Domini, misit per omnes ciuitates Iuda. Iudith. 15. *Ut insequerentur fugientes milites Holofernis.* Item, quos misit Dominus ad Israel, 2. Paralip. vlt. Item, nota loca, quia qui in domo exaltari dicitur, hic suscipit nuntios, id est, inspirationes quas Iosue mittit ad explorandum terram, id est, cor peccatoris, quod Deus vult occupare. Abscondit sub humilitate in mente sua, ne diabolus eos perimat. Deinde mittit eos ad montana perfectionis, quando propositum adimplendi inspirat. Hic si vult euadere oportet quod ha-

beat per fenestram coccineum funem, quo ligantur corpora; & intelligitur amor quo ligantur mentes & animæ. Coccineus rubeus, id est, sanguis Christi. Sed hic funis non debet in domo teneri nec celari, sed appendi foris, quia debet ostendi operibus. Et vis bene videre fiduciam huius sanguinis? quia non clamant ut sanguis Abel, sed misericordiam.

*Misit duos viros exploratores, qui nuntiarent.* Nuntius bonus est, quando velox est, fidelis, verax, læta & vitia nuntians. Sic Evangelistæ veloces fuerunt, qui ad primam vocationem sequuti sunt Dominum, ut Mathæus qui etiam primus scripsit. Fuerunt fideles, quia non sibi attribuunt, sed Domino totum. Bern. fidelis es minister si de multa gloria Domini transeunte per te non exeuerte à te nihil manibus tuis adhærere contigerit. Læta & vitia nuntiauerunt, quia opus redemptionis nostræ. Item, veraces, Ioan. vlt. *Hic est discipulus iste, qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc, & scimus quia verum est testimonium eius.* Hi sunt nuntij quos Raab recipiens liberata est & salua facta.

Dixerunt exploratores Raab. *Innoxij erimus à iuramento quod adiurasti nos, si ingredientibus nobis terram, signum non fuerit funiculus iste coccineus in fenestra.* Qui est memoria Dominicæ Passionis in sensibus nostris, quam si non habuerimus, cum damnatis peribimus.

*Ite considerate terram, urbemque Hierico.* Hierico interpretatur luna, & significat defectiuam mundi prosperitatē, quia viri iusti exploratores

M m 3 missi



missi ad explorandam in ea non inuenient nisi amaritudinem & dolorem. Ex hac igitur exploratione defert aurum & argentum. In auro, conscientia depuratio, in argento laudis confessio, in elephorum dentibus sui accusatio, reprehensio. In simiis propriae fœditatis consideratio, in pauonibus, gloriae penitentis abiectio designatur.

## C A P. III.

**Q**ue inferiores descendunt in mare mortuum. Puteus est mundana concupiscentia, in qua continentur voluptates mundanae, quae sunt aquae mortiferae. Haec sunt aquae pessimae 4. Reg. 2. quae reddunt conscientiam sterilem.

## C A P. IV.

**Q**uid auri & argenti fuerit, &c. Sunt quatuor de quibus uoluit sibi fieri thesaurum Dominus, scilicet, aurum, argentum, uasa aenea, & ferrum. Aurum est doctrinae sapientiae. Prou. 16. *Posside sapientiam, quia auro melior est.* Argentum, quod percussioibus dilatur est tribulatio. Psalm. 4. *In tribulatione dilatasti mihi.*

Item, argentum percussum dulciter sonat. Sic uir iustus. Act. 5. *Ibant Apostoli gaudentes, quia digni habiti pro nomine Christi contumeliam pati.* Uasa aenea sunt opera misericordiae & redemptionis Christi in quibus nos quasi perditos recolligit. *Elegerunt bonos in uasa sua.* Ferrum quod omnia domat est fortitudo & potentia diuinitatis qua regit rebelles. Psalm. 2. *Reges eos in uirga ferrea.*

## C A P. V.

**L**apidauit eum omnis Israel. Achor lapidatus est, quia absconderat argentum & aurum quod sibi Dominus retinuerat. Auaros uiuos interrat seu sepelit. Unde tot aceruos terrae super eos iacit quot cogitationes de terrenis immittit; quot denarios, terras, vineas, &c. iniuste eos acquirere facit.

*Anathema in medio tui Israel.* Achor interpretatur peruertens, aut fratris ruina, & significat huius mundi diuitem, qui peruertit iustitiam, bona pauperibus auferendo, vel eis sua non reddendo, & sic est fratris ruina. Hic furatur, pallium, &c. In pallio coccineo pauperum hominum substantia multo sanguine & sudore acquisita. In ducentis siclis argenti, utriusque testamenti scientia; in regula aurea quinquaginta siclorum, omnium religiosorum designatur uita: pallium furantur milites & burgenses auari & usurarij, ducentos siclos furantur nostri temporis aliqui latrunculi praelati, scilicet, & clerici. Regulam auream quinquaginta siclorum falsi religiosi, huius mundi diuites, & potentes, pauperibus, quos suos villanos uocant, cum ipsi sint villani diaboli, substantiam pauperum, & sanguinem qualicumque modo potuerint, auferunt. *Nudos dimittunt homines, indumenta tollentes, quibus non est operimentum in frigore.* Iere-

miæ secundo. *Inuentus est in alis tuis sanguis pauperum.*

Item, utriusque testamenti scientiam, quae propter sui perfectionem & sonoritatem per ducentos siclos argenti significantur. Furantur Praelati cum eam non ut aedificent, sed ut laudes & honores sibi acquirant, addiscunt. Inde dicitur eis, Prou. 11. *Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra & fatua.* Mulier pulchra & fatua sunt aliqui clerici, quia molles & compri tanquam meretrices pro denariis se exponentes. Pulchra gloria uel sium, tria nepotum multiplicatione praebendarum, fatua, quia quod ipsi vel alij fantur non intelligunt, tota die in Ecclesia clamant, & quasi canes latrant, & seipos non intelligunt, quia corpus in choro, & cor in foro. Isti cum habeant circulum aureum scientiae & eloquentiae, non uerentur tanquam porci mittere ipsum in sterco luxuriae, & auaritia.

Item regulam auream furantur aliqui religiosi. Regula quasi mensura regens dicitur, vel quod distortum prauumque corrigat. Regula aurea est uita religiosorum, quae hominem distortum & prauum ad mensuram recte uiuendi corrigit, & modum rebus ponit. Hanc regulam plures religiosi furati sunt, quia ad ueritatem Euangelij non ambulant, secundum patrum instituta non uiuunt, sed distorti & simulatorie uitam suam ducunt. Regulam auream beati Benedicti Monachi furati sunt, regulam auream beati Augustini Canonici, & sic de singulis religiosi, qui sua, non quae Iesu Christi sunt, quaerunt. Haec regula dicitur stare quinquaginta siclis, quia omnium religiosorum uita consistit in penitentia, quae in quinquagesimo Psalmo, *Miserere mei Deus*, plenarie continetur. Omnes ergo isti, quia, ut dictum est furantur, ideo in die iudicij duris increpationibus lapidabuntur, & post igne aeterno comburentur, & sic erunt anathematizati, & in perpetuum a Christo separati.

## C A P. VI.

**P**reparate uobis cibaria, quoniam post diem tertium transibitis Iordanem, id est, riuum mortalitatis culpa perueniendo ad lumen gratiae.

*Leua manum ad clypeum, qui in manu tua est contra urbem Hay, quoniam tradam eam tibi, &c.* Clypeus in manu, est fides in opere, quam cum a terrenis eleuamus, Hay, quae interpretatur aceruus lapidum, id est, abundantia temporalium, capitur, & succenditur; capitur, ut pauperibus distribuatur, & succenditur cum seruore spiritus, quasi puluis & cinis reputatur. Clypeum manu leuat contra Hay, qui opere fidei adiuuat, quibus mundi superbiam & abundantiam contemnendo deuastat. Bene ergo dicitur, quia ibi abiectus est clypeus fortium, clypeus Saul, quasi non esset unctus oleo. Superbi & auari fidem Christi & gratiam Baptismi, qua sunt uncti, in sterquilinum abiiciunt, dum temporalia quaerunt.

## C A P. IX.

**G**abaonites audientes cuncta, quae fecerat Iosue, Hierico & Hay, timentes & callide cogitantes tulerunt cibaria, saccos ueteres asinis imponentes, & utres uinarios scissos atque confusos, calceamenta quoque perantiqua, quae ad iudicium uetustatis pitacis confuta erant; uerimentis quoque ueteribus induti, & panes quoque quos portabant duri erant & minutati in frustas; uenerunt ad Iosue, & composuerunt cum eo, dicentes se de longinquo uenisse, & tunc confederati cum ipso recesserunt, quos statim quinque Reges Amorrhæorum bello impetere coeperunt, ciuitates ipsorum acriter expugnantes, sed praesidio Iosue liberati sunt. Spiritualliter Gabaonites procliuus iniquitati significant peccatores, qui non solum sunt cum Propheta in iniquitate concepti, sed ad eam nimium inclinati: Isti timore uisionis diuinae perterriti, audientes quod Iosue, qui dicitur alio nomine Iesus, ad terram promissionis perducens subuertebat Hierico, id est, mundanè uiuentes, quomodo tradidit eos igni perpetuo cruciandos, & Hay, quae uita uallium, id est, peccatorum interpretatur, ad ipsum ueniunt in hac forma tria callide cogitantes, ut sic iram diuini iudicij euadere possint: ponunt namque cibaria in saccis ueteribus, id est, ut ait Gregorius, diuinam doctrinam in cordibus inueteratis, & hos asinis superponunt, dum scilicet doctrinam diuinam opere adimplere nituntur, quia sciunt nihil habere in corde sine opere Deo placere: utres uinarios, id est, cogitationes carnales & terrenas secundum Gregorium, in quibus uinum mundanae leuitiae rationem inebrians ponitur, qui bene concisi dicuntur, quia cogitationes huiusmodi mentem dispergunt, sed tunc confuuntur quando se conuertunt ad Deum, ut ibi uinum internae leuitiae, scilicet conscientiae reponatur. Calceamenta etiam antiqua recipiunt, id est, mortificationem cogitationum carnalium siue temporalium, uerimenta antiqua, id est, exempla sanctorum patrum, quibus suam induant nuditatem, id est, conuersationem, panes durissimos, id est, asperam & duram penitentiam, qua interior homo nutritur, Psalm. 41. *Fuerunt mihi lachryma mea panes, &c.* Qui panes bene dicuntur minutati, quando scilicet tot sunt punitiones quot sunt culpa, vel tot expressiones in confessione, quot circumstantiae in peccato, & isti bene debent se fateri de longe uenisse quia longè a peccatoribus salus Iesus idem est quod salus: sed quid? Isti (ut dixi) iniqui Reges Amorrhæorum, qui amari interpretantur sunt diaboli,

qui ad amaritudinem, primo culpa, dehinc poenae hominem nituntur inducere, contra hos Gabaonites conuersos insurgunt, ut quos tentatione superare nequeunt, saltem tribulatione frangant: sed quid debet tunc facere homo? recurrere certe ad subsidium ueri Iosue. id est, Iesu qui uerè nullum in tribulationibus derelinquit Psalm. *Cum ipso sum in tribulatione, ueripiam eum, &c.*


## C A P. X.

**C**epit Macedam, & percussit in ore gladij Regem illius, & omnes inhabitatores interfecit, non dimisit saltem paruas reliquias. Maceda interpretatur adustio, & significat peccatum de quo homo prius adurit per baptismum: hoc autem iteratum in penitentia capitur: Rex autem huius ciuitatis est praua uoluntas, quae percutitur in ore gladij, scilicet oris gladio per confessionem: habitatores Regis sunt obedientes sensus quinque, qui similiter per penitentiam sunt intercepti & interficiendi, id est, a peccato reuocandi. Reliquiae sunt rememoratio peccati, & nominatio, quae etiam ad delectationem dimittendae sunt.

*Percussit Iosue omnem terram montanam & meridianam, & campestem, & Aseroth cum Regibus suis: non dimisit in ea ullas reliquias, sed omne quod spirare poterat interfecit.* Terra montana, superbia, meridianam, cupiditas, campestris, luxuria, per quam quasi per campos equos effrenis, id est, luxuriosus euagatur. Aseroth pastura populi interpretatur, & significat omnem turpem imaginationem, quae pascit ignem peccati: haec omnia cum proposito nunquam relabendi in confessione deponamus, & pro his omnibus satisfaciamus dignè, ut quantum corpus se exaltauit in superbia, tantum ipsum in confessione humiliemus, & quantum in deliciis fuit, tantum illi demus tormentorum, panis scilicet & aquae, disciplinae & uigiliae.

## C A P. XI.

**S**ors filiorum Iuda ista fuit a termino Edom ad desertum Syn. Syn interpretatur mentura. Mensura est quicquid pondere capacitate, longitudine, animoque finitur: uera satisfactio in se habet quatuor ista; pondus doloris; capacitate dilectionis, qua capit in se longitudinem perseverantiae finalis; humanitatem in animo: ubi haec omnia concurrunt, praesto est misericordia.



# INTERPRETATIO MYSTICA IN LIBRVM IVDICVM.

## CAPVT PRIMVM IN IVDICES.



**M**nes vno Regis mandato con-  
tradixerunt, & remiserunt  
eius nuntios sine honore Deus  
si quando suscipiatur minus  
cito, ignominiose inde ex-  
pellitur. Mirum est quod ani-  
ma Deo tam sit ingrata, cum

omnibus quibuscumque vilibus mundi & car-  
nis nuntiis aperta, & ipsos tam diuigenter &  
sollicitè introducat, foueat, & conseruet.

## CAP. III.

**H**æ sunt gentes quas dimisit Dominus, vt  
herudiret in eis Israel. Dominus prælati  
semper aliquem defectum dimittit ad humili-  
ationem ipsorum; vt Paulo stimulum carnis,  
Angelum Sabana, qui ipsum colaphizet 2.  
Cor. 11.

2. Cor. 11.

## CAP. IV.

**Q**ua aperuit vt rem lactis, & dedit ei videre,  
&c. Lac quod est cibus infantium, &  
prædicatio in vitijs: hoc est lac quod occidit  
Sisaram, id est, diabolium.

## CAP. V.

**Q**uare habitas inter duos terminos vt audias  
sibilos gregum? Inter duos terminos habi-  
tas, qui non infelicem ingressum, nec misera-  
bilem egressum attendit, sed voluptatibus pro-  
prij corporis deseruit; & sic audit sibilos gre-  
gum, id est, subtilem & suauem persuasionem  
quinque sensuum Sensualitas autem videtur ha-  
bere vocem gregum, & eius suggestio sibilus est  
serpentum præterdens gregum innocentiam, &  
lupi tegens versutiam, & sic venena fundit ser-  
pentum in animam.

Sibilos gregum, id est, suauem suggestionem  
dæmonum. Inter terminos habitat vel accubat,  
qui ingressum & regressum vt itæ suæ non atten-  
dit, sed in carnis voluptate, & mundi vanitate  
requiescit.

CAP.

## CAP. XI.

**A**bimelech venit ad oppidum Thebes quam  
accepit: in qua turris alta ad quam confuge-  
rant ciues, &c. Abimelech, id est, patris mei re-  
gnum, diabolium, qui regnum Dei supplantare  
ninitur, fratribus intemptis, significat: hic op-  
pugnabit oppidum Thebes, qui facta mea, inter-  
pretatur, id est, anima vel conscientia, in  
qua facta & merita collocantur. Turris est pru-  
dentia siue discretio, ad quam oportet confu-  
gere, propugnaculum est circumspectio in qui-  
bus oportet homines commorari; si volunt pu-  
gnare cum dæmone. Mulier quæ fragmen molæ  
desuper iaciens illisit capiti Abimelech, & con-  
fregit cerebrum eius, est prudentia, quæ de-  
bet videre illa, quæ procul sunt, quæ scilicet  
ventura, vel quæ procul venire possunt, procul  
quidem, non prospera quidem, sed & aspera,  
&c. Igitur dum Abimelech nititur supponere  
ignem, id est, feruorem inordinati desiderij, &  
fumum facere, id est, vanam gloriam immite-  
re, quæ scilicet ad modum fumi cito euanes-  
cit, tamen interdum excæcat oculos sapien-  
tium: debet igitur hæc mulier molam, id est,  
Christum; vt exponit Petrus Damasc. in Epi-  
stola de continentia clericorum. Est enim vt  
idem dicit, lapis ille, desuper quem hic lapis  
cadet, confringet eum. Tunc autem mulier, id  
est, prudentia hunc accipit lapidem quando  
considerat seueritatem diuinæ sententiæ, & tunc  
percutit & frangit caput Abimelech, id est, dæ-  
monis, & sic oppidum liberatur, hoc est vinea sic  
murata.

*Vmbram montium vides quasi capita hominum.*  
Gloria huius mundi vmbræ similis est, quæ fu-  
gientem sequitur & fugit sequentem. Item vm-  
bra nec replet nec solidat, & ideo nulli sufficit  
suus honor, & hoc errore deciperis, id est, ima-  
gine vanitatis & nota falsitatis.

*Egrediatur ignis de Ramno, & deuoret Cedros  
Libani.* Ramnus est spinarum genus depressissi-  
mum & nimium molestum, figurat superbum  
spinis diuitiarum & peccatorum obicium, ex  
quo procedit ignis superbiæ deuorans omnes  
Cedros Libani, id est, omnia opera, quæ facit,  
scilicet ieiunio bis in Sabbato, &c. Greg. ibidem,  
quid prodest si tota ciuitas custodiatur, & vnum  
foramen per quod hostes intrant, relinquatur.  
Item cum quis de bonæ vitæ perfectione extol-  
litur, hanc non inchoasse monstratur.

*Accedens Abimelech iuxta turrim pugnabat  
fortiter, & appropinquans ostio ignem supponere  
nitatebatur. Et ecce mulier una fragmen mola desu-  
per iacens illisit capiti illius, &c.* Abimelech in-  
terpretatur Pater meus Rex, & significat illum,  
qui quasi Pater & Rex aliis vult præesse. Turris  
est altitudo dignitatis, ad quam expugnandam  
accedit, sed vt ipsam facilius apprehendere pos-  
sit, ignem, id est, marchas auri & argenti de  
quo Propheta: *ignis in domo impij*, supponit  
ostio, id est, illis qui ostium Ecclesiæ videntur  
esse, vt per ipsos tali igne adustos in turrim va-  
leat ascendere, vel ostio, id est, impiorum curiæ  
ostiaris & notariis, qui sunt pessimi emuncto-  
res, qui sanguinem pauperum emungunt, bur-  
sas euacuant, & suis nepotibus & fortè filiis di-  
stribuunt, impetrantes petitiones recipiunt, &  
pro eis auri & argenti pondera percipiunt. In-

felix Abimelech, qui præesse desiderat non vt  
prodesse valeat; iter accipit non cauens falla-  
ciam hostium, frigus Alpium, calorem Italicum;  
non discrimina Tusciæ, non latrones Romæ at-  
tendit, tamen ad ostium supponit ignem, exone-  
ratur auro, onefatur plumbo in pitacio suspen-  
so. Et quid huic infælici ascendere cupienti eue-  
niat? Videamus. *Et ecce mulier, &c.* Mulier ista;  
caro est; fragmen molæ quo confringitur cere-  
brum, est ambitionis sollicitudo qua eius mens  
dispertitur in præsentem, & postmodum ipse dissi-  
pabitur: percussione stricti iudicij.

Sequitur. *Qui vocauit cito armigerum suum  
& ait ad eum, euagina gladium tuum & percute  
me, ne fortè dicatur quod a femina interfectus sim;  
&c.* Armiger qui arma gerit & ipsis non pugnat;  
est hypocritis per quam infælix Abimelech ma-  
gis vult perire, quam per mulierem, id est, opera  
carnalia.

## CAP. XII.

**D**ixerunt ad Iephre, &c. Duo sunt; quæ mira-  
biliter debent pandere cor hominis, immo  
pordere; scilicet visus & loquela. Loquela igitur  
manifestat vnde homo sit, vtrum ex Deo, an ex  
diabolo: isti benè finaliter cognoscuntur, Iephre  
aperiens interpretatur, & signat Christum, qui  
omnia aperiet in iudicio. Ephraim crescens, non  
in merito sed in peccatis crescit per superbiam  
contra Dominum insurgens: Galaaditæ acruus  
est testimonij. Vnde Angeli interrogabant, vnde  
es tu? & tunc dicent, dic Sebboloth quod inter-  
pretatur spica, & miser peccator dicit Chebbe-  
leth, id est, palea.

## CAP. XIV.

**E**cce examen apum in ore leonis & fauus mellis:  
Quando Prælati benigni sunt boni & iu-  
sti, talis est vt in ore eius inueniatur mel.

*Si non arassetis in vitula mea non inuenissetis  
propositionem meam.* Samson est spiritus, vitula  
caro, in qua si aramus, id est, ipsam affigimus,  
inuenimus propositionem, quæ est, quid dul-  
cius melle, sc. diuinitatis, quid fortius leone, sc.  
de tribu Iuda, quid dulcius contemplatione;  
quid fortius leone, id est, prædicatione, ad cuius  
rûgitum omnes homines animales figere debent  
gressum, quid dulcius melle mansuetudinis, quid  
fortius leone seueritatis?

## CAP. XV.

**A**scenderunt Philistiæ & combusserunt tam  
mulierem quam patrem eius. Et Christus in  
ultimo aduentu venit tanquam sponsus zel-  
lum & furorem ostendens contra sponfas adul-  
teras dicens, nescio vos, & mittens eas in tene-  
bras exteriores, & charitate erga fideles, intro-  
ducens eas in thalamum æternæ beatitudinis,  
tunc enim venit vt exhibeat sibi gloriosam, Ec-  
clesiam sponsam suam, non habentem maculam  
neque rugam, Eph. 5. de zelo autem in adultè-  
ram dicitur, Prou. 16. *Zelus & furor viri non  
parcet in die vindictæ, nec acquiescet cuiusq; pre-  
cibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurimâ.*  
Vnde

Eph. 5.  
Prou. 16.

Vnde hic est Sampson, qui vxorem suam Phylisteam, quæ eo absente alteri se coniunxerat, rediens fecit à Phylistæis comburi.

*Percussit Sampson Philistæos ingenti plaga, et stupentes suram fœmori imponerent.* Sara est pars posterior: cum percutit Deus Phylistæos, id est, dæmones, liberat Israel, id est, animam de manu peccatorum: stupentes suram fœmori debemus imponere. In fœmore carnis delectatio, cui tunc suram superponimus cum exemplo peccatoris conuersi carnis delectationem afflictione reprimimus.

## CAP. XVI.

*Si septem nervicis funibus, nec dum sicca ligatus fueris, tunc infirmus ero ut ceteri homines.* Nota, nerui à carne procedunt: sic amor temporalis, sed quid facit Deus: de isto amore & de istis funibus te flagellat, quia ibi te percutit ubi timebas: sicut enim Deus virga indignationis

suæ percutit iniquos: sic flagello castigationis suæ percutit filios dissolutionis.


## CAP. XXI.

*Apuerunt sibi de his que ducebant choros Virgines.* Est duplex rapina, quæ nobis interdicitur & prohibetur, prima gloriæ quam superbi rapiunt, cum gloria propria sit solus Dei, *Isa. 42. Gloriam meam alteri non dabo, Tit. 1. Soli Deo honor & gloria.* Hanc voluit rapere Lucifer, qui rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. Sic & superbi, *Isa. 17. Rapietur sicut pulvis mentium à facie venti, & sicut turbo coram tempestate.* Et *41. Dominus odio habens rapinam in holocaustum,* vanam gloriam ex bonis operibus, secunda rapina est luxuriæ, *Gen. 34. Rapiuit & dormiuit cum illa, vi opprimens virginem, 1. Reg. 20. Fili mulieris ultro virum rapiens.* Hinc filij Benjamin, qui interpretatur alpinus rapuerunt sibi vxores de virginibus choros in Sion ducentibus. *Iudic. vltimo.*

Isa. 42.  
Tit. 1.

Isa. 17.

Isa. 41.

Gen. 34.  
1. Reg. 20.

# INTERPRETATIO MYSTICA

## IN LIBRVM RUTH.

## CAPVT PRIMVM.

## IN RUTH.



*NOLITE me vocare Noemi,* id est pulchram, sed vocate me mara, id est amaram, hæc est vox iustorum in præsentia, qui licet aliis pulchri sunt, sibi tamen videntur deformes.

*Nolite me vocare Noemi,* id est, pulchram, sed vocate me mara, id est, amaram, hoc poterit hodie dicere Ecclesia, quam quidem clerici bona Ecclesiæ tanto luxu dilapidantes affligunt misere: non tam bona Ecclesiæ quam pauperum fœde decoquendo & animas suas potissimum occidendo, mortuus est cui dicitur hodie, animam tuam reperent, & hæc quæ congregasti cuius erant?

*Quocumque perrexeris pergam, ubi morata fueris, & ego pariter morabor.* Beata illa anima, quæ potest dicere ad Iesum, quod dicit Ruth Noemi.

## CAP. II.

*Plenam mercedem recipias à Domino Deo Israel, ad quem confugisti & sub cuius alas venisti.* Extensis brachiis quasi duabus alis in cruce Christus suscipit ad se fugientes, & abscondit in abscondito vulnerum suorum à conturbatione dæmonum.

*Intinge buccellam tuam in aceto,* buccella est miseræ carnis momentanea delectatiuncula, quam debes intingere in aceto, id est, in amaritudine Passionis Domini.

## CAP. III.

*Quicquid præceperis faciam,* sic vere penitens debet facere, cum sacerdos sibi iniungit penitentiam, non autem eam sibi præteribere.


*Extende pallium tuum saltem parum,* ut saltem reliquias Passionis imitemur, vnde & Dominus noster cum comedit panem assum, dedit suis discipulis illius reliquias.

CAP.

## CAP. IV.

*Vocauerunt nomen eius Obed, hic est Pater Isai Patris David: Obed, id est, seruilis,*

Isai sacrificium siue incensum, David manu fortis siue desiderabilis: sensus est, nostrum seruitium esse verum sacrificium maximi esse meriti, maiora subinde impetrantis bona.



# INTERPRETATIO MYSTICA

## IN LIBRVM PRIMVM REGVM.

## CAPVT PRIMVM

## IN

## LIBRVM I. REGVM.



*HELCANÆ erant duæ vxores, Phenenna, & Anna: Phenenna fuerunt filij, Anna autem non erant liberi, &c.* Phenenna quæ interpretatur conuersio diuitem significat, cuius conuersio est non ad Deum, non ad

cælum, sed ad mundum & infernum. Anna quæ interpretatur gratia mendicum Lazarum significat, qui præuentus Dei gratia meruit transire in gloriam: cui gratiam & gloriam dedit Dominus. Phenennæ fuerunt filij: filius dicitur à philos quod est amor. Diues tot filios habuit quot ex carnis amore & mundi vanitate opera generauit. Vnde Iudicium 8. dicitur quod Hierobaal filius Ioas habuit 70. filios, eo quod plures vxores habuit. Nota quod Phenenna 7. filios habuit, & Hierobaal 70. qui numerus idem significat Hierobaal interpretatur Superior, Ioas temporalis interpretatur. Diues in hoc mundo fuit superior Lazaro, filius temporalis successus, qui ex superbia, gula, auaritia, & vana gloria quasi ex vxoribus vniuersaliter vitiis generauit: Annæ vero non erant liberi, quia sterilis, quia Lazaro viro iusto non sunt malorum operum filij: ideo est sterilis, id est, sine vilo fructu de quo dicitur Psal. 4. *A fructu frumenti, vini, olei, &c.* In frumento significatur diuitiarum opulentia; in vino, carnis luxuria; in oleo, gulæ lasciuia; ille sic multiplicatus in inferno est sepultus; ego vero (inquit Lazarus pauper) in pace in idipsum dormiam, & requiescam, scilicet in sinu Abraham. Nota quod quatuor mala Phenenna faciebat Annæ, affligebat, arguebat, exprobrabat, & prouocabat eam. Sic diues affligebat Lazarum, quia beneficium quod ei dare debebat, subtrahebat. Vnde Isa. 3. loquens iis qui res pauperum non dant pauperibus: *rapina pauperis in domo vestra, &c.* Arguebat, arguere est commoneare, vel ostendere: nullomodo

Iudic. 8.

Psal. 4.

Isa. 3.

plumbum ita conuincitur vel ostenditur esse vile sicut ex opposito auri, sic paupertas ex opposito diuitiarum, diuitis ergo abundantia arguebat mendicis inopiam; & exprobrabat, cum ante eum præ foribus iacentem purpuratus incedebat, & sic ipsum ad maiorem Dei amorem prouocabat. Vnde sequitur, *porro Anna flebat, & non capiebat cibum; Lazarus flebat pro huius exitu miseriam; & pro dilatione gloriæ, & non capiebat cibum, quia cupiebat saturari de mi. quæ ead. de mensa diuit.*

*Anna lactauit filium suum, donec amoueret eum à lacte, & adduxit eum secum postquam ab lactauerat in tribus vitulis & in tribus modis farine, & amphora vini.* Anna interpretatur gratia mea, & gratiam Spiritus sancti significat, quæ duobus vberibus, gratia scilicet præueniente, & subsequente penitentem lactat, donec à lacte concupiscentiæ carnalis, & mundanæ voluptatis omnino amoueat. Nota quod sicut mater, quæ filium suum vult amouere à lacte mamillâ iniungit succo amaro, ut dum infans, quærit dulcedinem, inueniat amaritudinem, per quam à dulcedine separetur: sic Spiritus sanctus gratia temporalium mamillam amaro tribulationis succo perungit, ut homo dulcedinem istam amaritudine resperam abhorreat, & veram dulcedinem quærat: vnde subditur, & adduxit eum secum postquam ab lactauerat, in tribus vitulis. Ecce quæ cibaria isti cœnæ sunt præparanda: gratia adducit penitentem cum tribus vitulis, in quibus triplex notatur oblatio, scilicet vitulus cordis contriti contribulati, Psal. 50. *Imponent super altare tuum,* scilicet huius cordis contritionem penitentes imponent vitulos, id est, sacrificia: vitulus lasciuas, & immundas cogitationes. Vitulus est index confessionis. Vnde in fine Osee, *Tollite vobiscum vitulos* (quod fit cum quod audiimus, adimplere satagimus) *& sic conuertimini ad Dominum, & dicite ei: Omnem aufer iniquitatem quam commisimus, & accipe bonum quod dedisti. Non nobis Domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam.* Et vitulos laborum, id est, confessionem criminis, & laudis reddam tibi: vitulus & vitula à viriditate dicti, carnem nostram significant, quæ viridi ætate inuenturis per captiue

Psal. 50.

Osee.

ptiue



præter præta licentiæ lasciuientis discurrit. Bene ergo dicitur & adduxit eum cum tribus vitulis & tribus modis farinæ: granum molitur, & comminuitur in farinam, quæ cum aqua commixta solidatur in panem, qui confirmat cor hominis. In hunc modum granum nostri operis est molumendum per discussionem, comminuendum per examinationem, ut ad modum farinæ purgetur: hæc autem examinatio debet esse triplex per tres modios designata. Examinandum est genus operis, origo, & finis, & post opus commiscendum est aquis lachrymarum, ut ploretur pro irriguo inferiori & superiori: aut enim opus offerimus pro redemptione mali operis præteriti, aut pro desiderio æterni gaudij. Quod in rurturibus duobus oblati in lege designatur, quorum vnus offerebatur pro peccato, alter cremabatur. Ex farina ergo & aqua panis compingitur, qui cor hominis confirmat, quia ex opere lachrymis commixto hominis conscientia saginatur. Sequitur: & amphora vini, quæ tres habet mensuras: in vino mentis hilaritas, quæ in tribus consistit, scilicet in refectione conscientiæ bonæ, in proximi profectu, in spe æterni gaudij. Cum his omnibus mater Anna, scilicet Spiritus sancti gratia adducit filium suum, virum iustum ad domum Domini in Silo, quæ interpretatur translata, scilicet in vitam æternam, in quam sancti de hac mundi peregrinatione sunt translati.

## CAP. I I.

**I**n vno die morientur ambo. Heli ascendens, scilicet inordinate & sine meritis Phinees, os mutum & os silens spiritu, scilicet nimis consentiendo operibus corporis, & contra tentationes minimè reluctando. Ophni tabernaculum significat corpus, Iob 8. Tabernaculum impiorum non subsistet. Contra hos pugnant Phylisiani, arcam Dei capiunt, id est, conscientiæ; moriuntur ambo filij, sc. spiritus per culpam, & corpus, per vitæ subtractionem, & sic Heli fracta ceruice, id est, prostrata superbia & ad inferos detracta de cella propriæ libertatis, in qua videlicet senex sedebat, cadit in obstinationem, ut mortuus non possit ampliùs pœnitere.

Veniebat puer sacerdotis habens fuscinulam tridentem, & tollebat carnes crudas. Sacerdos est venter, puer gulæ appetitus de quo Prou. 29. puer qui derelinquit voluntati suæ confundit matrem suam: si enim gulæ appetitus non refrænatur, sed relinquitur voluntati propriæ, matrem, id est, carnem suam confundit, quæ propter cibi immoderantiam aliquando ægritudinem incurrit, & quandoque ad laqueum inducit; iste puer habet fuscinulam tridentem, id est, trium dentium, in qua notatur triplex rapina gulæ; aut enim aliena deuorando comedit, aut sua prodige viuendo consumit, aut in cibis excessiuus tempus & modum non custodit: his tribus dentibus omne quod fuscinula leuat puer, sacerdos venter sibi vendicat, qui non carnem coctam sed crudam ut lupus sibi dari desiderat ut eam accuratius præparet.

Da mihi carnem ut tollam sacerdoti, &c. Dum ieiunamus tentat nos de gula in qua peccamus quinque modis. Vnde versus præproperè, lautè nimis, ardens, studiosè. Præproperè, id est

cum præuenitur hora; lautè, cum diuersis & variis salsamentis, speciebus, & ciborum lautitiis pruritus linguæ excitatur, & hebes irritatur appetitus: nimis, cum ultra corporis necessitatem cibaria sumuntur, dicunt enim quidam gulosi ieiunare tenemur, tantum, ergo semel comedamus, quod pro prandio & cœna recompen sare possimus. Isti sunt sicut brucus, qui arborem cui insidet, non relinquit donec totam arborem comedit: brucus dictus est eo quod in bucca totus est, & gulosus significat, qui in gula & in ventre sunt toti, & scutellam quam tanquam castrum obsident non dimitunt, donec totum quod in ea est, deuorent, aut enim crepabit venter, aut euacuabitur scutella. Ardenter, cum homo se effundit super omnem escam, & quasi magnum castrum oppugnaturus, brachia erigit, manus extendit, totus comedit, & est in mensa quasi canis, qui in coquina parem non desiderat. Studiosè, cum exquisita cibaria requiruntur, & magno studio præparantur.

## CAP. I V.

**A**rca fœderis Domini exercituum sedentis super Cherubim venit in castra, quæ capta à Phylisæis est. Arca est vir contemplatiuus in quo est manna suauitatis, tabulæ vtriusque legis, virga correctionis: hic dicitur Arca fœderis Domini, cum quo fœdus iniit ut ei seruiret in perpetuum: qui sedet super Cherubim: quod interpretatur plenitudo scientiæ, id est, super illam animam, quæ charitate repletur; plenitudo enim legis charitas: hæc Arca peccatis exigentibus abscondita facie Dei, à sanctis, scilicet egreditur in castra dum villam emit, qui præse cupit; & dum sic eleuatur, à dæmonibus capitur, & in Azotum quod interpretatur incendium, id est, concupiscentiæ carnalis ardor, ducitur.

## CAP. V.

**D**agon iacebat pronus in terra coram Arca Domini, caput autem eius & dua palmæ abscisse erant super limen, solus truncus remanserat in loco suo: Arca Domini est mendicus Lazarus, in quo sicut in Arca fuerunt tria, manna, tabulæ, & virga; manna patientiæ; tabulæ dilectionis geminæ; virga disciplinæ: hæc Arca requieuit in sinu Abraham, coram quo Dagon prostratus iacuit: Dagon qui interpretatur piscis hishliæ, est diues, qui fuit piscis perambulans semitas maris in hoc mundo, tristitiæ in inferno; cuius caput & dua palmæ manuum abscissæ erant super limen: in capite temporalis excellentia, in duabus palmis manuum potentia & abundantia, in superlimine ingressus vitæ & egressus mortis designatur, & sic ipse tanquam truncus solus, nudus, & vacuus sepultus est in loco suo, id est, in inferno. Bene ergo dicitur, cecidit Dagon, & mortuus est diues, caput honoris eius & excellentiæ, & suæ palmæ potentæ & abundantæ abscissæ ab eo remanserunt in super limine, id est, egressu vitæ, & sic ipse tanquam truncus mansit.

CAP.

## CAP. III.

**H**eli iacebat in loco suo, & oculi eius caligauerant, nec poterat videre lucernam Domini antequam extingueretur. Heli interpretatur extraneus, & significat prælatus mercede conductum, à regno Dei extraneum: hic iacet in loco suo, id est, carnis voluptate dissolutus, cuius oculi, id est, lumen rationis & intellectus caligine, id est, amore terrenorum obtenebrantur, & sic non potest videre lucernam, id est, gratiam Dei antequam extingatur, id est, non perpendit & non cognoscit se lumine gratiæ priuatum, nisi cum in eo lumen ipsius gratiæ fuerit extinctum, sunt enim multi, qui ita excæcantur ut gratiam Dei se amisisse non cognoscant cum ab ipsa gratia in mortali peccati cæcitate ceciderint.

## CAP. VII.

**I**ntonuit Dominus clamore magno super Phylisæos, &c. In tonitruo & gladio confessionis Phylisium, id est, dæmones exterriti caduntur à filiis Israël, id est, vere pœnitentibus.

## CAP. X.

**C**um veneris ad quercum Thabor, inuenient te isti tres viri ascendentes ad Deum Bethel, vnus portans tres hædos, alius tres tortas panis, & alius lagenam vini. Quercus Thabor, & mons Thabor significant sanctæ vitæ excellentiam, quæ bene dicitur quercus Thabor & mons: quercus, quia perstans & inflexibilis per finalem perseverantiam: mons, quia alta & sublimis per Dei contemplationem. Thabor, qui interpretatur lumen veniens, per boni exempli illuminationem, in sanctæ vitæ excellentia. hæc tria requiruntur, ut sit constans in se, contemplans ad Deum, illuminans proximum, cum ergo veneris, id est, venire vel ascendere dispueris ad quercum vel montem Thabor inuenient te tres viri ascendentes in Bethel, isti sunt Petrus, id est, agnoscens, Iacobus, id est, sui plantator, Ioannes, id est, Dei gratia, Petrus portans tres hædos, Iacobus tres tortas panis, Ioannes lagenam vini, Petrus, id est, ille qui se agnoscit peccatorem, portat tres hædos: in hædo notatur fœtor peccati: in tribus hædis tria genera peccatorum, per quæ principaliter peccamus, in cordis, scil. superbiæ, in carnis petulantia, in mundi auaritia, qui ergo vult in monte luminis ascendere, istos tres hædos debet portare, id est, in his tribus se peccatorem agnoscere, qui carnis vitia supplantat, & tres tortas panis portat, suauitatem mentis significat, quæ consistit in cordis humilitate, corporis castitate, & paupertatis amore, quam suauitatem nemo poterit habere, nisi prius vitia supplantauerit: tres ergo tortas panis, id est, triplicem mentis suauitatem portat, qui cordis superbiam reprimat: carnis petulantiam restringit, mundi auaritiam abiicit: Ioannes ille scilicet, qui gratia Domini præueniente & subsequente hæc omnia fideliter & perseveranter conseruat, vere

lagenam vini portat, vinum in lagena est gratia Spiritus sancti in bona voluntate.

## CAP. XI.

**I**ngressus Saül media castra filiorum Ammon in vigilia matutina percussit Ammon usque dum incalesceret dies. Saül significat pœnitentem oleo gratiæ inunctum: hic debet in vigilia matutina, id est, cordis contritione ingredi media castra filiorum Ammon, qui interpretatur aqua paterna, & significat motus carnis, qui à primo parente in nos tanquam aqua fluida deriuantur. Istos Saul debet percutere usque dum incalescat dies, id est, femor gratiæ mentem irradiet, & irradiatam calefaciat.

Ascendit Naas Ammonites, & pugnavit contra Iabes-Galaad. Sequitur: In hac feriam vabis cum fœdus, ut eruam omnium vestrum oculos dextros. Sequitur: Insiluit Spiritus Domini in Saül, &c. Naas interpretatur, serpens, quod bene conuenit diabolo, qui in serpente primos parentes decepit: Ammonites interpretatur populus mœroris vel comprimens vel coangustans: Naas ergo est Ammonitarum Pater, qui antiquus serpens, qui & Sathanas, principes malignorum, qui sunt in mœrore tristitiæ, qui secundum Apostolum mortem operantur: hi comprimant & coangustant vitam sanctorum: vnde quod fornax auro, quod lima ferro, quod flagellum grano, id tribulatio iusto, &c. Imprimis viuunt impiè, id est, ad vtilitatem pij, quia contubernia malorum, frivoria sunt iustorum: Naas ergo pugnat contra Iabes Galaad: Iabes interpretatur exsiccata: Galaad, acernus testimonij: hæc est anima, quæ prius à vitiis debet excicari, postmodum Dominica Passione repleri contra hos pugnat, Naas ut eruat oculos dextros, sciens quod oculo dextro eruto vnusquisque ad bellum minus vtilis existat: oculus dexter est visus discretionis, quem diabolus nititur eruere, & sinistrum, id est, amoris mundani respectum relinquere, sciens quod quæ æterna non desiderat, terrenam prosperitatem amat: si per terrena teneret quis, de facili in bello cadit, qui animam suam ab obsidione & infestatione diaboli voluerit liberari necesse est quod faciat quod Sequitur, Insiluit Spiritus Domini in Saül, &c. Saül interpretatur inunctus, qui in sui regni principio quo hanc ciuitatem liberavit, Dominus fuit, ideo virum iustum significat gratia Dei inunctum, in quem cum spiritus Domini, id est, contritio cordis insiluit, tunc peccatis suis præteritis irascitur, & sic vtrumque bouem in frusta concidit, qui oculos quibus illicita concupiuit, lachrymis conterit: vtrumque bouem occidit qui duas aures ne de cætero audiant detractionem vel adulationem, timoris diuini spinis sepit, & sic de cæteris sensibus, ut quot in se habuit oblectamenta, tot de se inueniat holocausta.

## CAP. XVII.

**L**eonem & ursum interfeci, ego seruus tuus. Dauid interpretatur manu fortis, & significat humilem, qui quanto magis humiliatur, N n tanto

tanto fortior efficitur, est enim humilis, sicut quidam vermis, qui dicitur intestinum terre, qui contrahit se ut magis se extendat: sic humilis se contrahit & humiliter ut fortius ad capienda bona cœlestia se extendat. De quo Ecclesiast. 11. *Exerit enim cum ab humilitate ipsius, & exaltavit caput eius a tribulatione, & mirati in eo multi.* Hic humilis & fortis David dicit: *Ego seruus tuus.* O margarita fulgens! ô narde redolens! ô humilitatis cinamomum aromatizans. Ego (inquit) seruus tuus; humilis seruum se reputat, seruum se nominat, omnium pedibus se subiicit, seipsum abiicit, minus de se sentit quam in se sit. Iste humilis seruus interfecit leonem superbiæ, & vrsam luxuriæ. Et nota quod prius leonem, & postea vrsam se didit interfecisse, quia nemo luxuriam in seipso potest mortificare nisi prius spiritum superbiæ de cordis sui atrio laborauerit expellere.

## CAP. XVIII.

**E**gressus est vir spurius de castris Philistinorum nomine Goliath altitudine sex cubitorum, & palmo, & cassis area super caput eius, & lorica hamata induebatur, &c. Goliath interpretatur transmigratio vel transfiguratio, & significat diabolum, qui se de virtutibus ad vitia, de gaudio transfiguravit ad pœnam: qui se quotidie in Angelum lucis transfiguratur: ut hominem decipiat. Et est de Geth, quod interpretatur torcular: diabolum enim homines in pressuris tribulationum premit, sicut premitur vva in torculari, ut boni quasi vinum in æternæ vitæ cellaria reponantur: mali vero tanquam acetum in sterquilinum æternæ damnationis proiciuntur: hic egreditur de castris Philistinorum, qui interpretantur portione cadentes: & significant peccatores, qui amore mundi inebriati, à gratia Dei cadunt in culpam: & à culpa postea ruunt in gehennam: in istorum castris moratur diabolum, hospitium enim diaboli est cor hominis pravi: vnde Glossa super illud Abacuc tertio, pro iniquitate vidi tentoria Æthiopiæ, qui diuitiis laborant, & honoribus, sunt hospitium dæmonum, qui debuerant esse Dei templum. Goliath spurius fuit: spurius dicitur ille, qui partim est nobilis, & partim ignobilis: sic diabolum nobilis est creatione, ignobilis quoad vitia: hic dicitur fuisse altitudine sex cubitorum & palmo. Legitur Ezech. 4. *Quod vir cuius erat species, quasi species aris habebat calamus mensura in manu: mensuravit templum: & calamus ille erat sex cubitorum & palmo.* Ecce qualis fuit mensura templi, talis & mensura Goliath, mensura templi consistit in diuersitate graduum in Ecclesiâ, & contra hos habet diabolum mensuram suam: per sex cubitos intelliguntur sex opera misericordiæ, scilicet opera vitæ actiue, per palmum contemplatiue, quæ vix prægustatur in hac vita: Ita bene palmus: & diabolum extendit se contra actiua & contemplatiua. Sequitur: *cassis area super caput eius.* Nota quod omnia arma Goliath fuerunt area: sic & arma diaboli, arma diaboli sunt illi, qui defendunt diabolum ne in malis interficiatur,

sunt area: quia fortes ad defendendum partes eius. Vnde Iob 40. *Offa eius veluti fistula eris, Iob 40.* quia habent sonum tantum & non sensum: sicut fistulæ verba dicunt: sed nulla bona faciunt: & sicut æs ad tactum resonat: sic isti ad iactum increpationis remurmurant: sicut autem offa carnem sustentant: sic offa diaboli sunt illi, qui alios in malo supportant: hi sunt velut fistulæ, quia sonum tantum habent ut supra. Et lorica hamata induebatur, & squama squamæ conferta erat: lorica diaboli sunt mali inseparabiliter ei connexi. Et ocreas habebat areas in cruribus: ocreas sunt excusationes luxuriæ: luxuriosus enim quasi quibusdam ocreis femora protegit: dum luxuriæ culpam ad maiorem suæ damnationis cumulum defendit. Vnde Iob 40. *Iob 40.* protegunt vmbra vmbra eius, id est, luxuriosi nigri & obscuro protegunt vmbra, id est, defendunt luxuriam eius, id est, diaboli: sub qua ipse dormit, & quiescit. Et clypeus æreas tegebatur humeros eius. Clypeus diaboli sunt illi, qui sagittas prædicationis à se repellunt. De quibus Dominus, Ezechiel. 2. *Fili hominis Ezech. 2.* mitto te ad filios Israël, ad gentes apostarices, quæ nolunt audire me. Hastilæ eius hastæ erat quasi liciatorium textentium. Liciatorij adiutorio fit tela: hæc est inquit, tentatio, cuius adminiculo diabolum textit iniquitates: diabolum enim textit telam sicut aranea: de qua libro naturalium sic scribitur: aranea prius fila extendit texture: & ponit ipsa in terminis, deinde textit in medio, inter istas extremitates etiam imponit texturam sufficientem, & præparat locum conuenientem venationi: & ipsa venit ad medium, quasi speculator alicuius bestiolæ, & si aliqua bestiola, vel aliquid tale, ut musca ceciderit, subito mouetur aranea, & de loco suo exit & incipit ligare, & inuoluere illam texturam quouique perueniat quod caputem est ad debilitatem: deinde fert ipsam ad locum in quo deponit quod deprehendit: & cum patitur sitim, fugit eius sanguinem vel humilitatem, & vita eius non est nisi in illa humiditate: sic diabolum cum hominem vult capere, prius extendit quædam fila subtilium cogitationum, & ipsa ponit in terminis, id est, in sensibus corporis, per quos subtiliter potest cognoscere cui vitio magis sit applicabilis: deinde textit in medio, id est, in corde & ibi ponit texturam sufficientem, id est, tentationem maiorem, & in ipso præparat sibi locum conuenientem venationi: & tunc ipse venit ad medium quasi speculator alicuius bestiolæ, diabolum in toto corpore hominis nullum membrum ita conueniens ad venandum, ad speculandum, ad decipiendum inuenit, sicut cor hominis quoniam ex ipso vita procedit, & si aliquam muscam, id est, si aliquem carnalem (qui verè musca dicendus est) viderit cadere in texturam suæ suggestionis, per cordis consensum, statim incipit eum ligare tentationibus diuersis, & inuoluere tenebris, quouique perueniat ad debilitatem, id est, effeminationem mentis: & sic fert ipsam muscam, id est, ipsum peccatorem ad locum in quo deponit quos deprehendit, locus in quo deponit quos deprehendit, locus proprius diaboli est perpetratio male operationis, in quo deponit quando texturam subtilis suggestionis deprehendit: & ita fugit humiditatem eius, id est, compunctiones anime,

quam

quam dum anima habet, diabolum ei nocere non potest: bene ergo dicitur: hastile autem hastæ eius erat quasi liciatorium textentium: ecce habes quibus armis armatur diabolum.

## CAP. XXIII.

**D**avid mansit in monte solitudinis Ziph. Desertum dicitur crux Christi in qua eo derelicto omnes fugerunt, immò & hodie fugiunt; videmus eum in cruce pendentem, & quasi subannando pertransimus. In hoc deserto visus est & Pater eum dereliquisse quando clamauit Christus, Matth. 27. *Deus Deus meus cur dereliquisti me?* Istud est desertum Ziph, qui interpretatur, florens, ferens; scilicet corpus floridum Christi Nazareni, id est, floridi, nulla enim sylua talem profert fronde, flore, germine: Vnde hic desertum floruit florido Christi & roseo sanguine tanquam rosas, Christi humanitate tanquam violis; munditia & puritate eius tanquam lilio. In hoc deserto Ziph latuit David, id est, Christi potentia, quia Baruch 2. *Abscondita est fortitudo eius.*

## CAP. XXIV.

**H**abitauit in locis tuisimis Engaddi. David manu fortis, est Christus, qui manibus in cruce affixis aereas potestates debellauit. Ecce quam mirabilis fortitudo ligatis manibus proprium deuincere inimicum, hic habitauit in deserto Engaddi, quod interpretatur oculus tentationis. Nota quod triplex est oculus vel modus tentationis, primus est gula: de quo Genesis tertio. *Vidit mulier quod bonum esset lignum ad vescendum.* Secundus est superbiæ & vanæ gloriæ: de quo Iob 41. *Loquens de diabolo omne sublime videt, & ipse Rex super vniuersos filios superbia.* Tertius, est auaritiæ: de quo Zachar. quinto. *Hic est oculus eorum in vniuersa terra:* Christus ergo habitauit 4. diebus & 4. noctibus in deserto Engaddi, in quo gulæ, vanæ gloriæ, & auaritiæ tentationem sustinuit à diabolo.

## CAP. XXV.

**A**bigail ascendit super asinam, & venit ad David. Abigail interpretatur Patris mei exultatio, & signat animam conuersam ad penitentiam. Vnde Luc. 15. *Gaudium erit coram Angelis Dei super vno peccatore penitentiam agente:* hæc super asinam ascendit dum corpus assigit, & rationi seruire cogit, & sic ad David, id est, Christum accedit.

*Erit anima Domini mei abscondita quasi in fasciculo.* Tres partes prudentiæ significantur per tres sapientes mulieres Iudith, mulierem Thecuitem, & Abigail: Iudith interpretatur contentens, scilicet pro peccatis, vel glorificans pro beneficiis. Nota de hac Iud. 3. per mulierem Thecuitem notatur intelligentia; quia ipsa bene intellexit quod fuit & vbi, quando dixit 2. Reg. 14. *Omnes morimur, & quasi aqua labi-*

*mur in terram:* hæc interpretatur tuba, vel percussio: per Abigail accipitur prouidentia, cum aduentum David ira cognoscens prudenter eum placauit & dixit 1. Reg. vigesimo quinto. *Erit anima Domini mei custodita quasi in fasciculo vinetium apud Dominum Deum tuum.* Ecce consideratio præmij; additur consideratio supplicij cum dicitur, porro inimicorum tuorum anima rotabitur quasi in impetu & circulo fundæ.

*Festinauit & surrexit Abigail, & ascendit super asinum, & quinque puella pedisequæ eius, & sequuta est nuntios David, & facta est illi vxor.* Abigail interpretatur Patris mei exultatio, & significat animam penitentem super qua gaudium est in cœlis: hæc super asinum ascendit, id est, carnem reprimat; & vadunt cum ea quinque pedisequæ eius, id est, quinque sensus, scilicet visus intelligentiæ, auditus obedientiæ, gustus approbationis, odoratus inuestigationis, tactus operationis, & sic sequitur nuntios David; id est, paupertatem, humilitatem, passionem Christi, quæ nobis annuntiant de eo qualis in hoc mundo fuerit, & ita fiet ei vxor annulo fidei formatæ subarrhata.

*Obtulit David centum ligaturas vna passæ, eo quod tali statui fructus centesimus deberetur:* vna est non passæ, virgo quæ in deliciis viuat.

## CAP. XXVI.

**T**ulit hastam David, & scyphum aquæ, quæ erant apud Saul, &c. Vbi est cibus, qui erat ad caput eius? David significat Lazarum, qui in tanta aduersitatis angustia fortis fuit, Saul diuitem, qui bonis sibi à Deo commissis abusus fuit: David Sauli abstulit hastam, id est, potentias diuitiarum, & Scyphum aquæ, id est, voluptates gulæ, & Lazarus transiit de angustia ad quietem, & sedet in vertice: vnde dicitur, cumque transisset David ex aduerso & sederet in vertice montis de longè, id est, requieuit in sinu Abrahæ; qui erat longè à pœnis diuitis: vnde eleuans oculos, &c. & esset grande intervallum inter eos, vnde, inter nos & vos chaos magnum, &c. Et clamauit David ad Abner, vide vbi sit hasta Regis, & scyphus aquæ: ô inquam diues vbi est nunc hasta diuitiarum, qua solebas percutere pauperes? Vbi scyphus aquæ, id est, voluptas gulæ?

## CAP. XXXVIII.

**Q**uarite mihi mulierem habentem Pythonem. Et ei qui villam terrenæ dominationis sibi acquirit necessitas exundi incumbit, qui cum liber esset se miserabili seruitute seruum fecit: sic Saul necessitate compulsus descendit ad Pythonissam, quæ erat in Endor villa, & Pythonissa idem significant. Endor interpretatur fons generationis per quem intelligimus Adam, qui fuit fons & origo humanæ generationis, qui dato paradisi pretio in suæ animæ dispendium villam dominandi emere voluit, cum falso audiuit, eritis sicut Dij. Illi ergo, qui dominari cupiebat

eupientes secundum hominem veterem, si non secundum nouum hominem Christum ambulat: Pythonem querunt: Pythonem quidam tradunt esse artem suscitandi mortuos. Heu! quantos Religiosos in mundo mortuos, in claustris sepultos à somno contemplationis, quieris, & pacis. Hæc Pythonissa, id est, amor dominandi suscitauit & in publicum eduxit.

*Dixit Saul ad mulierem Pythonissam diuinam mihi in Pythone, & suscita mihi quem dixeris, dixit mulier quem suscitabo? qui ait: Samuelem: dicitur à quibusdam quod spiritus malignus apparuit in specie Samuelis vel phantastice imago eius, credunt quidam quod permittente Deo, anima ipsius tantum consimili corpore induta apparuerit illi: alij quod tantum corpus suscitatum est spiritu viuifico, id est, vegetatio, quem habemus communem cum brutis, nos vero, qui sensus habemus tanquam seruos, Moysen audiamus & Prophetas, Christo à mortuis resurgenti ad dexteram Patris sedenti credamus, credentes diligamus.*

Vnde Isa. 28. *Audietur eloquium tuum eritque quasi Pythonis, de terra vox tua.* Ecce vilam ementi & Pythonissam consulenti & de sepulchro quietis egredienti quid eueniat, humiliaberis, id est, deiciaris, dum credis ascendere de terra, id est, de terrenis loqueris, qui prius

consueueras de cœlestibus; & de humo, id est, de ventre & gula, cibis & potibus humida. Audietur eloquium tuum, qui prius de mentis dulcedine & abstinentia gula eloquium ignitum solebas emittere; & erit quasi Pythonis de terra, id est, prælatura tua, cum prius solebas esse de abiectioe & humilitate, & de humo eloquium tuum viuificabit, id est, murmurabit, qui prius in silentio & spe fortitudinem tuam collocaueras: ecce quanta necessitas & peruerfitas.

## CAP. XXX.

**D**ereliquit me Dominus meus, quia agrotare. *capit.* Puer Ægyptius seruus viri Amalechitæ contemptus à Domino suo & dimissus agrotare cepit, quem Dauid inuenit, & paruit, & ducem itineris sui fecit: puer Ægyptius est amator sæculi huius, opertus nigredine peccatorum, qui quia in mundo corrente in mundanis operibus currere non potest, à mundo despectus & infirmus relinquitur, quem Christus inuenit, quia quos mundus despectos deserit, ipse in amorem suum conuertit, & cibo verbi diuini pascit, & ducem itineris sui facit, quia quandoque quod vile est peccatori, assumit.



# INTERPRETATIO MYSTICA

IN

## LIBRVM SECVNDVM REGVM.

### CAPVT PRIMVM IN LIBRVM II. REGVM.



**O**CANS unum de pueris suis ait, accedens irruit in eum, qui percussit illum, & mortuus est, &c. Dauid est vir iustus, pueri, affectus rationis per quorum unitatem debet interficere appetitum carnalem, qui paulo ante interfecerat Christum Domini, id est, animam inunctam sanguine Iesu Christi.

*Planxit Dauid planctu huiusmodi super Saul & Ionatham filium eius: montes Gelboe nec ros nec pluuia veniant super vos, &c.* Homo & Dauid penitentem significant, qui debet plangere super Saul & Ionatham, & super ouiculam perditam; id est, super primam innocentiam amissam: Saul interpretatur vnctus, id est, innocentia baptismatis, quæ datur per inuactionem

chrismatis: Ionathas interpretatur donum columbæ, & significat Spiritus sancti gratiam in baptismo collatam, quia ista duo homo perdidit, ideo debet plangere planctu huiusmodi. *Montes Gelboe nec ros, &c.* Gelboe interpretatur decursus, vel aceruus plenus, & significat superbiam, quæ semper est in decursu, quia superbia casum habet & diuitiarum abundantia, quæ tanquam aceruus lapidum in malum Domini sui congregantur, in his montibus nec ros nec pluuia agri primitiarum inuenitur, in rore contritio, in pluuia confessio, in agris primitiarum satisfactio designatur.

*Doleo super te frater mi Ionathas decore nimis & amabilis.* Ipsum diligamus sicut ipse pro nobis exinaniuit seipsum, formam serui accipiens: sic pro ipso humiliemur; sic enim sicut pro nobis passus est, nos ipsi deuoti compariamur, ut dicamus cum Dauid. *Doleo super te frater mi Ionathas decore nimis & amabilis.*

*Filia Israel super Saul flete, qui vestiebat vos coccino, &c.* O filia Israel, id est, animæ fideles, flete,

**F**lete super morte Saul, id est, Iesu Christi, quem Pater inunxit Regem, vt liberaret filios Israel manu Phylistarum, id est, dæmonum: hic vestit vos coccino charitatis geminæ in deliciis puræ conscientiæ, & ornamenta aurea cæterarum virtutum præbet ad decorem vestræ conuersationis. Quicumque sine hac veste in ultimo iudicio repertus fuerit, suæ damnationis sententiam suscipiet à Rege.

## CAP. II.

**T**enuit manu dextera Ioab mentum Amasæ quasi osculans eum: Ioab qui mundus interpretatur occurrit Amasæ, id est, homini peccatori, cui voce, id est, suggestione blanditur, dat ipsi osculum pacem promittendo, manu dextera tangit mentum, id est, falsum spondet prosperitatis obsequium, quo sic facto, gladio ferali cor vulnerat peccatoris dum ipsum trahit ad interitum.

## CAP. III.

**M**isit nuntios Abner pro se ad Dauid, &c. De Abner quem interfecit Ioab dolose, narra historiam: Quoniam Abner primo, erat inimicus Dauid pugnans contra eum, & quoniam ipsi misit nuntios de pace faciendâ cum ipso, & de recognoscendo ipsum pro Domino, cui Dauid acquiescere noluit nisi uxorem suam Michol quam ipse centum præputiis Phylistiim sibi desponderat, quæ tradita fuerat cuidam nomine Phaltiel, sibi adduceret, quod & factum est, quem Dauid benignè ad se venientem cum viginti viris suscepit, fecitque ei conuiuium, quo audito Ioab misit post eum nuntium, reduxitque eum de cisterna Syra ad medium portæ, vbi ad eum loquens in dolo interfecit eum: moraliter Abner gratificatione consurgens significat peccatorem, qui diuina gratia resurgit à peccato, Ioan. 2. *Subleuabis de corruptione vitam meam Domine Deus meus.* Hic prius inimicus Dauid, id est, Christi mittit ipsi bonum propositum, & amicitiam offert, quem Dauid libenter acceptat dum sibi Michol, id est, animam siue conscientiam reducit, Michol enim omnis aqua interpretatur, id est, omnis gratia. De sponsa autem Christi dicitur, Hester 2. *Facies tua plena est gratiarum,* quæ tradita fuerat mundo vel corpori, proponitur in matrimonium illicitum, & hoc per diabolum reducat, quod & fecit per penitentiam cum viginti viris, id est, cum obseruatione præceptorum & geminæ charitatis, cui & Dauid facit conuiuium: sed Ioab inimicus ipsum adducit à Cisterna Syra, quæ aula eius interpretatur, id est, à conscientia sua, quem iam intrauerat velut in cisternam, vbi Deus pluuiam, id est, gratiam voluntariam posuerat, in hac enim cisterna recolliguntur aquæ gratiæ, quæ pluunt de cœlo; inde reducit ipsum ad memoriam mundi, mittit namque ipsi nuntium, id est, suggestionem, vt ipsum reuocet à proposito, quo facto ipsum ad medium portæ reducit, scilicet cogitationum, vt sit vndique circumdatus, & hæc dicuntur Iob 38. portæ mortis; vel medium portæ est consensus in-

terius cuius est delectatio, exterius vero opera: sed medium est consensus, ibi moritur secundum beatum Gregorium vigesimo nono, libr. Moral. capite octauo, vbi dicit quod prauæ cogitationes, portæ mortis idcirco vocatæ sunt, quia profectio via ad meritum per iniquas semper cogitationes aperitur, & etiam, quia diabolus per istas ingreditur conscientiam; nam suggestio pulsatur, cogitatio aperitur, sed delectatio suscipitur, & tunc ibi percutitur ab inimico, & moritur.

*Quod Dauid erat proficiens, & semper in seipso robustior, domus autem Saul decrescens quotidie.* Dauid inquam, qui dicit, *ego autem mendicus sum & pauper,* quasi lux resplendens proficit & crescit, &c. Et seipso robustior fit, quia paupertas læta & voluntaria robur tribuit. Vnde, Isa. vigesimo quinto, *Spiritus robustorum.* id est, pauperum quasi turbo impellens parietem, scilicet diuitiarum, diuitiæ enim dissoluunt, & delicia euacuant. Vnde Ierem. trigesimo primo, *Vsq; quo deliciis dissolueris filia vaga?* Domus autem Saul, qui interpretatur abutens, id est, diuitum huius mundi, qui abutuntur bonis & donis Domini in voluntate, & voluptate sui corporis, quotidie decrescit.

*Percussit illum in inguine, Ioab occidit duos principes exercitus Israel, Abner filium Ner, & Amasam filium Gethei.* Abner interpretatur Patris lucerna, id est, Dei charitas, qua sedentes in tenebris illuminantur: per Amasam, qui leuans interpretatur, proximi charitas, quæ ipsius necessitatem subleuat, designatur. Hæc duo præcepta Ioab, qui inimicus interpretatur, id est, diabolus noster aduersarius tali modo interficit in nobis: primo, Dei, secundo, proximi charitatem. Adduxit Ioab Abner ad medium portæ: porta est ingressus, & egressus vitæ nostræ, cuius medium est mundi vanitas, diabolus enim non ad portam, sed ad medium ducit, quia excæcat peccatorem, vt miserabilem ingressum & egressum vitæ non consideret, sed vanitatem fallacem attendat, in qua dum ei loquitur in dolo, temporalia promittendo percutit eum in inguine, id est, voluptate & sic anima moritur, & Dei charitas perditur.

Item interfecit Amasam: sic porro Ioab vestitus erat, &c. tunica stricta diaboli (unt homines peruersi quibus inducit se & ad mensuram habitus sui sibi astringit, quia eorum malitiam suæ malitiæ æquare satagit, gladius in vagina est suggestio diaboli in peruersorum mente, & quia diabolus per adulationes & detractiones charitatem proximi solet interficere, ideo sequitur, *dixit itaque Ioab ad Amasam, salue mi frater, & tenuit manu dextera mentum eius.* Glossa ibi, mentum tenere manu dextera est quasi ex benignitate blandiri, sed sinistrum ad gladium mittit, qui latenter ex malitia percutit. Vnde Ecclesiastici duodecimo. *In labiis suis inducat inimicus, & in corde suo insidiatur, vt subuertat te.* In foueam ruere, est drachmam charitatis perdere, propter cuius amissionem fit illa imprecatio. *Non deficiat de domo Ioab fluxum seminis sustinens, &c.* Nota ista, fluxum feminis, leprosus tenens fulum, carens gladio & indigens pane, domus diaboli omnes iniqui, qui non habent charitatem,



Dei nec proximi, quia fluxum seminis semper sustinent, id est, variis desideriis & luxuriis fluunt, & leprosi fiunt, quia variis erroribus maculantur, tenent fufum, id est, volubilitatem temporalium, & postea cadent in gehennam, gladio enim diuinæ ultionis percussi fame & siti æternaliter erunt cruciandi.

## CAP. IV.

**C**ecidit, & claudus factus est. Miphiboseth claudus erat utroque pedis affectu, scilicet & effecta, quibus qui claudicant digni sunt æterna confusione. Pedes sunt affectus mentis, & operis effectus: his duobus pedibus Miphiboseth, qui dicitur vir confusionis, cecidit à mercede & effectus est claudus: per quem intelligimus peccatorem virum confusionis, qui per mortale peccatum cadit à mercede, id est, à Spiritu sancti gratia & efficitur claudus ex utroque pede.

## CAP. V.

**V**enerunt vniuersa tribus Israel ad David in Hebron dicentes, ecce os tuum & caro tua sumus. Tribus à tributo dictæ, vel quod à principio trifariè fuerunt dispersitæ à Romulo, id est, in senatores, equites, & plebeios: vniuersæ tribus Israel omnium pœnitentium congregationem significant, quæ tributa seruitutis cum officiis diuinis quotidie persoluit in tribus ordinibus, scilicet senatoribus, id est, contemplatiuis, equitibus seu militibus, id est, prædicatoribus, & plebeis, id est, actiuis. Hi omnes dicuntur conuenire mentis vnitate ad David, id est, Iesum in Hebron, quæ interpretatur coniugium, id est, in cordis contritione, in qua gratia Spiritus sancti, tanquam sponsus coniungitur animæ, quasi sponsæ pro peccatis contrita; & ex tali coniugio nascitur hæres vitæ æternæ. Ecce (inquit) nos os tuum & caro tua: sic pœnitens debet dicere Christo: miserere mei Domine, & dimitte peccata mea, quia os tuum & caro tua sumus: propter nos homines homo factus es, ut nos redimeres. Ex his enim, quæ passus es misereri didicisti: Angelo non possumus dicere, ecce nos os tuum & caro tua sumus, sed tibi Dei filio, qui non Angelos sed semen Abraham apprehendisti verè dicere possumus.

Proposuerat David in illa die premium ei qui percussisset Iebuzæum, id est, Christus dat ei premium vitæ æternæ, qui percussisset Iebuzæum habitantem terræ, id est, appetitum carnis & tetigerit domatam fistulas, quæ sunt canales ædificiorum, id est, imitatus fuerit exempla sanctorum; & abstulerit claudos & cæcos, id est, aliquos Prælatos & sacerdotes, qui utroque pedem, scilicet & effectum suum claudi, & utroque oculo vitæ, scilicet & scientiæ sunt cæci, odientes animam David, id est, animam Christi, quam tunc odiunt cum animam suam, pro qua ipse posuit animam suam, ponunt diabolo vanalem: cæcus & claudus non debet intrare in templum quibus ipsum templum hodie traditur ad custodiendum, quorum cæca custodia

multi exæcantur, & cum ipsis pariter in foueam damnationis inuoluuntur.

## CAP. VI.

**E**st humilis qui dicit cum David, *Ludam ante Dominum, & vilior fiam plusquam factus sum, & ero humilis in oculis meis.* De hoc ludo sapientia Patris, Prouerb. octauo, *Delectabar per singulos dies ludens coram eo omnitemporè, &c.* Filius Iesus cum Patre ludebat cum à discipulo tradebatur, ad columnam ligatus flagellabatur, cum ab Herode illudebatur, cum ipinis coronabatur, & cætera; ludebat cum etiam etiam exiret baiulans sibi crucem in eum locum, & cætera, ecce qualiter lusit & vilis fuit sapientia in orbe terrarum: ecce quales habuit delicias cum filiis hominum: huic ludo se coaptat pro posse verus humilis, qui quantum in se vilis, tantum coram Deo est sublimis.

*Extendit manum Oza ad Arcam Dei, & tenuit eam quoniam calcitrabant boues, & declinauerunt eam: iratusque est indignatione Dominus contra Ozam, & percussit eum super temeritate, qui mortuus est ibi iuxta Arcam.* Arca est anima; boues, corporis sensus; Oza qui interpretatur robustus, est aliquis de sua virtute confidens & aliis detrahens. Recalcitrantibus ergo bobus, id est, infestantibus & contradicentibus corporis sensibus anima aliquando maculatur, in alicuius consensu culpæ. Quod si præsumptuosus temeraria manu detractionis voluerit tangere, iudicium Domini se nouerit incurrisse, qui dixit, nolite iudicare.

## CAP. VIII.

**P**ercussit David Phylistiim, humiliavit eos, & tulit frænum tributi de manu, &c. Sequitur: *factusque est Moab seruiens sub tributo.* Ad litteram sic intellige, percussit David Phylistiim, & abstulit frænum, id est, potestatem tributi quam habebant in Israel, de manu eorum, & percussit Moab, & mensus est eos funiculo, id est, cui voluit dedit hæreditatem, coæuans eos terræ, id est, valdè humilians: & mensus est duos funiculos, vnum ad occidendum, & vnum ad viuificandum, id est, ad arbitrium suum quos voluit occidit, & quos voluit reseruauit. Moraliter, Phylistiæi interpretantur potione cadentes, & significant corporis sensus, qui potione mundanæ voluptatis inebriati cadunt in foueam peccati: dicuntur etiam duplex ruina, quia se & animam ruere faciunt. Vnde de hac ruina dicit Dominus, Matth. 7. *Qui audit verba mea & non facit ea, similis erit viro stulto, qui adificauit domum, id est, conuersationem suam, super arenam, id est, amorem temporalium: & ascendit pluuia, diabolica suggestio; & uenerunt flumina, concupiscentiæ carnalis; & flauerunt venti, mundanæ prosperitatis vel aduersitatis; & irruerunt in domum illam, & cecidit, quia data erat super arenam, Arena dicitur quasi arida, temporalia enim ab humore gratiæ sunt arida, & ita fuit ruina eius magna: David Phylistiæos percussit & humiliat cum pœnitens*

## CAP. XI.

**D**eprauatum est cor Salomonis, per mulieres. DO! quot cum istis mulieribus impudicis, bona sua dissipant & consumunt! Istæ namque mulieres sunt Sirenæ, quæ cecant oculos sapientum. Mundanæ, scilicet, & corporales voluptates, & gaudia terrena.

*Deprauatum est cor Salomonis per mulieres.* Adhæsit mulieribus alienigenis, id est, mundanis delectationibus, non mulieribus de populo Dei, quia illæ sunt delectationes virtutum. Vnus enim luxuriatur cum diuitiis, alius cum honoribus, alius cum vana gloria, & cum his dissipant omnia à Deo collata eis. Expendunt tempus, & expendunt cor per continuam cogitationem.

*David remansit in Hierusalem & non processit ad bellum.* Marcens otio, punitur adulterij vitio.

## CAP. XIV.

**M**ulier Thecuitis ingressa fuit ad Regem, ceciditque coram eo & dixit, *serua me Rex, quæruunt scintillam meam extinguere, quæ relicta est.* Nota omnia, Rex, est Christus, Mulier Thecuitis, anima pœnitens; vir mortuus, mundus; duo filij, ratio, & sensualitas; rixa, vtriusque discordia; mors vnus, mortificatio sensualis appetitus; cognatio, primi motus; scintilla, lumen rationis. Dicamus ergo, *Ingressa est mulier Thecuitis,* id est, anima pœnitens, quæ tuba confessionis dulciter sonat in aure sui creatoris. Nota quod tuba in veteri testamento, vocabatur ad tria, scilicet, ad bellum, epulum, festum. Sic tuba confessionis vocatur ad bellum demonum, Diabolus enim contemptus, per confessionem surgit in scandalum; ad epulum pœnitentiæ, & festum gloriæ: Sed nota, *Rex est Christus, qui regit gentes in virga ferrea, id est, in inflexibili iustitiâ.* Adhuc ingreditur anima, per spem, cadit coram eo per humilitatem, & adoratur per fidem, & dicit; *Serua me Rex, heu mulier vidua ego sum.* Heu dicit, quia dolet de peccato? mulier, quia mollis & fragilis; vidua, quia ab omni humano solatio destituta. Et ideo serua Rex dolentem, fragilem & destitutam, serua me, quia serua tua sum, tunc ei moritur, cum ipsa mundo moritur. Vnde dicit cum Apotolo, Galat. 6. *Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.*

**D**icit David ad Miphiboseth: *Ne timeas, quia faciens faciam tecum misericordiam propter Ionathan patrem tuum, & restituiam tibi omnes agros Saul patris tui, & tu comedes panem in mensa mea.* Vbi triplex misericordia ad proximum. Prima, ibi, *faciens & faciam, &c. propter Ionatham,* id est, Christum, qui dixit, *Pater ignosce illis, &c.* in te peccanti debes corde facere ore misericordiam, ut corde & ore illi ignoscas. Secunda, ibi, *restituiam tibi omnes agros patris tui Saul.* Ager dictus eo quod in eo aliquid agatur, gratiam in vnctione baptizati significat, quam ideo suscepit ut ipsam bonis operibus exerceret, sed cum Saul, id est, anima oleo fidei inuncta moritur: tunc possessio amittitur, quam tunc ei reddis cum ab errore via suæ conuerti faciet. Tertia, ibi, *Et tu comedes panem, &c.* Vnde Rom. *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit potum da illi.*

*Miphiboseph comedebat super mensam David, quasi vnus de filiis Regis, & habitabat in Hierusalem.* Miphiboseph intelligitur vir confusionis, & significat in hoc loco pœnitentem, qui de peccatis suis confunditur, quæ confusio adducet ei gloriam cum habitabit in cœlesti Hierusalem, & comedet super mensam Regis, quasi vnus de sanctis Apostolis, quibus dicit Dominus, Lucæ 22. *Ego dispono vobis regnum vt edatis & bibatis, &c.*

Sequitur. *Ancilla tua erant duo filij, id est, duæ partes ipsius anime, superior & inferior; ratio scilicet, & sensualitas, inter quas est maxima rixa, quia spiritus concupiscit aduersus carnem, & econtrario.*

Sequitur. *Et percussit alter alterum, & occidit eum.* Si à fratre recessisset, interfectus non fuisset, sic vir iustus ratione vtens, debet reprimendo interficere carnalem appetitum.

Sequitur. *Et ecce vniuersa cognatio surgens, &c.* Et cognatio praua atque peruersa sunt primi motus, qui cognitione sanguinis cõiuncti sunt cum sensualitate carnis. Isti videntes cognatum suum carnalem appetitum rationis discretæ sinceritate mortificatum, quotidie confurgunt, vo-

lentes cognati iniuriam vindicare, & scintillam rationis extinguere. Vnde & mulier Thecutes clamat ad Regem: *Serua me Rex, quia quarunt scintillam extinguere, quæ relicta est.* Nota quod scintilla est subtilis, agilis, & incendens. Scintilla est ratio, quæ subtilis in discernendo, agilis tentationes diaboli præueniendo, incendens a-nimum amore diuino. Hanc scintillam aqua concupiscentiæ carnalis, primi motus stulta cognatio & insipientis nituntur extinguere. Et bene dicit, quæ relicta est, post omnium enim perpetrationem semper relinquitur animæ peccatrici aliqua scintilla rationis, quæ ipsam remordeat & reprehendat de peccatis.

*Porro sicut Absalon erat vir pulcher in omni Israël, & decorus nimis, à vestigio pedis vsque ad verticem non erat in eo vlla macula.*

Sequitur. *Ponderabat capillos capitis sui ducentis siclis pondere publico.* Speciositas Absalonis, quæ à vestigio pedis incipit, & vsque ad verticem capitis ascendit illam speciositatem significat, quæ prouenit ex terrenis, in qua nulla macula esse reputatur, cum eius prosperitas nulla aduersitate impeditur. Speciositas autem quæ de vertice descendit speciositatem significat, quæ de cognitione supernorum contingit. Sicut dicitur in Euang. Luc. 24. *Quare cogitationes ascendunt in corda vestra?* Illæ enim cogitationes quæ ascendunt in corda, sunt de terrenis, quæ vero descendunt sunt de supernis.

Sequitur. *Semel in anno tundebar.* Capillorum tonsio est peccatorum in confessione depositio quam multi semel in anno faciunt, cum singulis diebus confessio esset utilis, cum natura hominum sit fragilis & ad peccandum labilis, & tot peccator sordes contrahat diebus singulis & memoria eius ita sit labilis quod vix de eo, quod fecit manè, vespere eiusdem diei recorderetur. *Quare infelix differt in annum?* imò cur differt in crastinum, cum nesciat quid dies crastina paritura sit: hodie es, & cras non eris. Sic ergo viue hodie quasi cras sis moriturus, nihil enim certius morte, nihil incertius hora. Qui ergo quotidie venenum peccati bibit, quotidie debet accipere theriacam confessionis. Dicit Philo sophus, non viuunt cui nihil est in mente vt viuat.

Sequitur. *Ponderabat capillos capitis sui ducentis siclis pondere publico.* Cum tamen deberet ponderare trecentis siclis, id est, triplici poenitentia, sed ponderabat ducentis, quia plurimi sunt, qui bene confitentur, sed in tertio siclo satisfactionis deficiunt, nec ponderant peccata sua pondere sanctuarij, id est, sicut Deus & sancti ea grauius iudicant, sed pondere publico, id est, sicut vulgi opinio paruipendit.

Hoc iudicium à Domino omni carni, quia mors nemini parcit. Eccl. 2. *Moritur doctus similiter vt indoctus, mors enim neminem distinguit. Omnes morimur, & quasi aqua dilabimur in terram, quæ non reuertuntur.*

*Vocatus Absalon intravit ad Regem & adorauit super faciem terra coram eo, & osculatus est Rex Dauid Absalon.* Absalon patris pax, significat in hoc poenitentem, qui cum patre, quem peccato, offenderat, poenitendo pacem fecit. Hic vocatus per cordis contritionem, intrat ad Regem per confessionem, terram suæ carnis affligendo, seipsum vilem & indignum reputando, & hoc coram eo, non coram hominibus, &

ita rex excipit poenitentem tanquam filium per reconciliationis osculum. Vnde de hac receptione siue reconciliatione dicit peccator in Introitu Missæ. *Respice me, scilicet, oculo misericordiæ, quo Petrum respexisti; & miserere mei, peccata dimittuendo; quia vnicus, vt tu vnicum, & solitarium comiteris: & pauper sum ego, id est, vacuus; vt tu vacuum impleas: Vide humilitatem meam, in confessione; & laborem meum, in satisfactione; & dimitte omnia peccata mea Deus meus.*

*Absalon semel tondebat cat illum in anno, quia grauabat eum casaries.* Absalon est Christus filius Dei patris, casaries affectus Dominicæ charitatis procedens. Itaque fuit ipse suspensus in ligno in nemore huius mundi, cui ligno ipsum imposuit mulus super quem insidebat, id est, sterilis populus Iudæorum cui insidebat per doctrinam. Hæc est illa casaries, qua mulieres Israël, id est, animæ fideles sua ornabant capita, quia Christi virtutibus, qui est caput nostrum, nostræ mentes ornantur. Hæc casaries ponderat ducentis siclis, quia continet perfectionem stolæ, & vtriusque vitæ, sic igitur hic Absalon patris filius fuit, Sic in omnibus mirabiliter speciosus. Proterea nullus ipsum potest arguere de peccato. Si igitur Christus ait: *Nullus me de peccato potest arguere, igitur filix Hierusalem, quæ vos in ea ornatis casarie, super vos flete, quia si oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam, quomodo tu plenus peccatis cum deliciis ingredi poteris aliena?*

## C A P. XVI.

**E**gressus Rex cum omni Israël, &c. Dauid manu fortis, & vultu desiderabilis signat virum in quo est strenuitas operum & perfectio, & formositas conuersationis. Contra hunc insurgit interdum Absalon, id est, luctus patris, id est, dæmon pellit à regno, & egredi compellit de ciuitate, qui volens saluari vadit ad desertum poenitentiae incedens cooperto capite, id est, mentis confusione. Psal. *Operuit confusio faciem meam, & nudis pedibus, id est, amota omni occasione & affectione peccati, ascendens montem oliuarnum, id est, recurrens ad latitudinem diuinæ misericordiæ; stens; scilicet, pro culpa commissa. Sed quid tunc Semei, id est, auditio mea, vir linguosus & procaz in verbo? maledixit ipsi dum detrahit, mittit contra eum increpationis & impropagationis lapides, & bene dicitur quod hic ambulat per iugum collis, id est, per altitudinem superbix & elationis.*

Isti tales non implent præceptum Domini, Deut. 27. *Cum transferis Iordanem in terram quæ Dominus Deus tuus dabit tibi, eriges ingentes lapides, & calce lenigabis eos, vt possis in eis scribere omnia verba legis huius, &c.* Dic historiam. Terra ista est proximus tuus, qui incidit in manus tuas, quando te sciante peccauit. Debes igitur transire Iordanem, id est, culpam abijcere, quæ incurrit riuus iudicij, edificare altare in quo placetur Deus ipsi peccatori. Hoc altare est instructio siue reparatio conscientix. De lapidibus, quos ferrum non tetigit, id est, increpatione, sine liuore & sine cruore confusionis, nam ferrum est frigidum, lucidum, & durissimum, & per consequens vulneris inflictiuum, & sanguinis effusum.

effusum. Igitur de his lapidibus & calce, id est, charitate, linies, & scribes ibi legem & mandata Dei, scilicet per informationem, & offeres hostias pacificas Deo. Et quia mente tranquilla sunt hæc omnia facienda, ne zelus incitet peccatorem. Sed detractores edificant de lapidibus tactis ferro, altare diabolo, vt ibi sacrificent sanguinem, id est, famam peccatoris.

*Semei maledixit Regi Dauid, dicens, egredere vir sanguinum.* Sequitur. *Dimitte eum vt maledicat.* Dominus enim præcepit ei vt malediceret Dauid, &c. Qui verborum contumeliis pressus virtutem patientiæ seruare non sufficit, factum Dauid ad memoriam reuocet, quem cum Semei vrgeret conuictis, & armati proceres vlcisci contenderent, ait, *Quid mihi & tibi filij Saruia?* Et paulo post, *dimitte eum vt maledicat iuxta præceptum Domini.* Quibus verbis indicat quod peccato Bersabeæ insurgentem filium contra se reduxit ad animum mala quæ fecit, & contumeliosa verba non tam conuicta, quam ad victoriam esse credidit, quibus se purgari sibi que misereri posse iudicauit. Tunc enim vitia illata bene toleramus cum in secreto mentis ad mala perpetrata recurrimus. Leue quippe videbitur quod iniuria percutimur, dum conspiciamus, quod peius meruimus. Sicque contumeliis gratia magis, quam ira debetur, quarum interuentu iudice Deo poena grauior declinatur.

## C A P. XVII.

**D**ixit Achitophel ad Absalon, &c. Nota historiam. Absalon patris amaritudo, vel patris luctus interpretatur, & significat peccatorem. Hic contra patrem erigitur, & regnare vult, dum scilicet, de sibi collatis beneficiis erigitur in superbiam, quia illa à Deo non recognoscit. Contra hunc nutu diuino procedit Ioab, qui inimicus interpretatur. Terga vertit Absalon, dum non viriliter resistit. Mulus est sterilis appetitus carnalis vel mundanus, qui nimis curit, hæret capillis, id est, cogitationibus, quercus, id est, infructuosæ mundanæ delectationis. Hæret autem proprie inter cælum & terram, quia adhuc vacillat, quia non sequitur adhuc ex toto mulum, id est, sterilem appetitum. Sed tunc Ioab insigit ipsi tres lanceas in corde; Prima est, delectatio inordinata, & ista sola mereretur quando est deliberata. Secunda est, consensus in opus; quia ex quo diabolus primam infixit, statim procurat secundam insigere. Tertia est, operis adimpletio, & tunc veniunt decem armigeri Ioab, id est, transgressiones decem præceptorum diuinorum, quæ sunt decem cornua bestix, & cumulant hunc Absalon in grauitate, peccatorum, ne possit amplius insurgere.

## C A P. XVIII.

**P**ræcepit Ioab, & Abisay, & Ethay dicens: *Seruate mihi puerum Absalon, de cuius morte & condemnatione contristatus, ascendit ibidem canaculum, & fleuit, &c.* Nota, non enim

de morte inimici gaudendum est, sed dolendum & plangendum. Sic Christus ascendit canaculum crucis, & ibi Adam cum omni posteritate sua à Ioab, id est, diabolo, tribus lanceis, scilicet, gula, vana gloria, & auaritia interfectum planxit, dicens: *Fili mi Adam, quis mihi det, vt ego moriar pro te! id est, vt profit tibi mors mea, quasi dicat: nullus voluit mihi dare, vt pro ipso morerer.* Magnum enim donum putat, quando peccator dat ipsi vt sua mors profit ei.

*Machir filius Amihel de Lodabar, & Berzelai Galaadites dederunt Dauid stratoria, & tapetia & vasa fictilia, frumentum & hordeum, & farinam, & polentam, & fabam, & lentum, & fruxum oleo cicer, & mel, & butyrum, oues & pingues vitulos, ad vescendum, ecce date audiamus & dabitur.* 2. Reg. 19. *Dixit Rex Dauid ad Berzelai, veni vt requiescas securus mecum in Hierusalem.* Moraliter, Machir vendens, Amihel populus Domini. Berzelai, fortitudo mea; Galaad, aceruus testimonij interpretatur: per istos duos viros omnes poenitentes intelligimus, quod sua vendunt, & pauperibus tribuant, qui sunt populus Dei, quem elegit Deus in hereditatem sibi, qui in fortitudine boni operis deuincunt tentamenta antiqui hostis, in quibus coaceruata sunt testimonia Dominicæ Passionis. Hi dant Christo stratoria, quæ sunt dormientium, id est, quietem puræ conscientix, in qua quiescit Christus cum anima, & tapetia diuersorum colorum, id est, varietates virtutum; & vasa fictilia, id est, seipos: dum se fragiles & de luto factos cognoscunt, humiliant. Frumentum, id est, doctrinam Euangelicam; & hordeum, id est, doctrinam, bonam farinam, id est, confessionem, per minutissimas omnium peccatorum circumstantias factam; & polentam, patientiæ; & fabam, abstinentiæ; & lentem, humilitatis propriæ; & fruxum oleo cicer, compassionis alienæ: mel & butyrum, vitæ actiue & contemplatiue; oues, innocentix; & vitulos pingues in pinguis carnis macerationem, si scilicet, hæc dederis, dabitur tibi, & audies verum Dauid tibi dicentem. *Veni vt requiescas securus in ciuitate Hierusalem.* Nota, hæc verba & concordantiam, cum illis verbis. *Dominus illuminatio mea, & salus mea quem, &c.* concordat cum hoc verbo veni, recte enim venire non posset, nisi prius illuminatus fuisset, & salus mea, concordat cum illo requiescas, vbi enim est salus, ibi requies. *Dominus protector vitæ meæ, &c.* concordat cum securus existit: *Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt, & ceciderunt:* concordat cum illo, mecum in Hierusalem, in qua cum fuerimus inimicos nos mundo tribulantes non timebimus, ipsi enim cadent in gehennam, & nos ibimus in Ecclesiam.

*Surrexit Dauid & sedit in porta, & omni populo nuntiatum est, quod Rex sederet in porta, & venit vniuersa multitudo coram Rege.* Dauid est Christus Rex Regum, qui nos liberauit de manu inimicorum nostrorum. Surrexit cum à sinu patris exiuit; sedit in porta, id est, humiliavit se, descendens in beatam Virginem Mariam.

## CAP. XX.

**A**masa conpersus sanguine; iacebat in via, quæ ducit ad perditionem. Amasa indignatio Domini, interpretatur.

## CAP. XXI.

**P**ercussit Adeodatus filius saltus, polymitarium Bethleemites Goliath Getheum. Dauid ad literam fuit à Deo datus populo Israel; filius saltus, quia pascebat oves patris sui in saltu. Vnde de post fœtantes accepit eum. Psal. Polymitarium, quia mater eius fuit de genere Bezeleel, qui fuit (vt dicitur Exod. 38.) Polymitarium, id est, artifex vestium. Polymita est vestis mixti coloris. Bethleemites, quia de Bethleem oriundus.

Allegorice. Tertium bellum fuit in Gob, &c. Nota, quod triplex bellum diabolus fecit Domino. In cælo, cum per superbiam voluit usurpare diuinitatis excellentiam. In paradiso, cum ad iniuriam creatoris falsæ promissionis blanditiis primos parentes decepit. In mundo, cum ipsum Deum & hominem tentauit in deserto & affligi fecit in crucis patibulo. Vnde de hoc tertio bello dicitur, Tertium bellum, &c. Gob interpretatur lacus, & significat mundum in quo est lacus miseræ & lutum faciis. Lacus dictus quasi aquæ locus. Stat enim nec profluit in hoc mundo aqua superbiæ & luxuriæ, & auaritiæ. Lacus qui nunquam profluit, immo quotidie crescit. In hoc lacu Dauid, qui interpretatur misericors, & est Christus cuius misericordiam non est numerus, qui est omne datum optimum: interfecit Goliath, qui interpretatur transfigurans; Getheum, qui interpretatur reformidans, & significat diabolum, qui transfiguratur se in Angelum lucis, in propria figura formidat deprehendi. Hunc interfecit Christus noster Dauid cum ei mundi dominium abstulit, & carcere inferni reclusit. Fuit filius saltus. Saltus dicitur eo quod in ipso arbores in altum saliant. Saltem fuerunt patres antiqui Patriarchæ & Prophetæ, qui spiritu Dei inspirati tanquam arbores in altum salientes de Dei filio incarnando prophetauerunt, de quorum genere accepit carnem, & ideo dicitur filius saltus.


## CAP. XXIII.

**I**rruperunt tres fortes castra Philistinorum. Cordis viri fortis sunt tres partes, aggressio arduorum, patientia aduersorum, equanimitas in frequenti & subita mutatione futurorum seu fortuitorum. Hi sunt tres fortes Dauid qui irruperunt castra Philistinorum & attulerunt aquam ad Dauid.

Dicitur etiam polymitarium, vestis polymita quandoque fit acu.

Nota, quod in acu duæ sunt partes, acuta, & retusa; In acuta diuinitas, in retusa humanitas designatur. de hac acu Matth. 19. *Non potest camelus gibbosus, diues pecuniosus transire per foramen acus*, id est, per paupertatem Christi vel in parte retusa mansuetudo misericordiam, quam habuit in aduentu. In acuta punctio iustitiæ qua perforabit in iudicio. Tali acu noster polymitarium facit tunicam polymitam variarum virtutum colore distinctam animæ fideli. Vnde Prou. 30. *Stragulatam vestem fecit sibi, &c. Vestis stragulata*, quæ est multiplici variata colore, byssus castitatis, & purpura Dominicæ passionis est indumentum animæ fidelis. Dicitur etiam Bethleemites. Bethleem interpretatur domus panis, ipse enim in domo Ecclesiæ refecit nos sui corporis pane. *Panis* (inquit Ioannis 16.) *quem ego dabo vobis, caro mea est pro mundi vita, &c.* Filius fuit saltus in prædicatione & passione, in prædicatione, quia elegit Apostolos tanquam arbores in altum salientes. Vnde ipse dixit Ioan. 15. *Ego elegi vos et eratis & fructum afferatis.* In passione, quia peccatorum nostrorum spinis coronatus. Fuit polymitarium in resurrectione, in qua tunicam polymitam, id est, carnem gloriosam de virgine Maria assumptam in ligno crucis pro nobis extensam clauis dilaceratam, lancea perforatam, acu suæ potentiam, & sapientiæ resarcit & immortalitati restituit. Bethleemites erit nobis in æterna beatitudine, in qua satiabimur cum eum videbimus facie ad faciem.

*Omnis vir subsistebat ad videndum eum.* Sicut vir bonus dum in peccatum cadit, multos à via bona retrahit. Exemplum de Amasa mortuo, super quem populus subsistebat. Exemplum de candela, quæ accensa illuminat, extincta verò ex suo fumo procurat abortiuum.



# INTERPRETATIO MYSTICA IN LIBRVM TERTIVM REGVM.

## CAPVT PRIMVM

IN  
LIBRVM III. REGVM.

**A**DONIAM filius Aggith eleuabatur, dicens; *Ego regnabo, fecitque sibi currum, & equites, & quinquaginta viros, qui ante eum currerent.* 3. Reg. 1. Per Adoniam

qui interpretatur Dominus dominans significatur iracundus, qui tanquam Dominus aliis vult dominari. Hic est filius Aggith, qui interpretatur meditatio. Ex meditatione enim peruersa nascitur iracundia, quia peccator eleuatur, dicens: *Ego regnabo.* Quanta stultitia! qui seipsum nondum bene regere nouit, aliis præesse cupit. Fecitque sibi currum, &c. Currus, linguam; Equites, verba; quinquaginta viri quinque corporis sensus significant. In maledicto volubilis linguæ curru, gladio subintrando, igne comburendo peccatoris animus effertur, cum ira succenditur, currunt & discurrunt verba tanquam equites impugnantia, obediunt quinque corporis sensus felle iracundiæ infecti. In oculis obscuritas, in auribus surditas, in manibus est crudelitas, & sic de reliquis.

**Homicida Zambri.** *Ingressus palatium succendit se cum domo Regiæ, & mortuus est in peccatis quæ fecerat.* Zambri interpretatur iste laescens vel amaricans, & significatur iracundus, qui se & domum regiam, id est, animam suam regio sanguine emptam in igne iracundiæ succendit, & sic peccans mortaliter moritur coram Domino. Vnde recte iracundus signatur per basiliscum, qui est serpens semipedali longitudine, singulare malum in terris, qui flatu suo extinguit herbas, necat arbores, & animalia cætera occidit & incendit. Ipsas etiam auras corrumpit, ita vt in aère nulla auium impune tranfuolet, & infecta spiritu pestilenti aura, sibilum eius etiam serpentes pauere facit, & cum acceperint fugam, omnia veneno inficit, & ab eo quicquid mortuum est occiditur, nec depascitur fera, nec atretat ales. A mustelis tamen vincitur, quas ideo homines inferunt cauernis in quibus delitescit. Sic iracundiæ veneno aliquis huius sæculi potens infectus, quasi basiliscus flatu suæ malitiæ extin-

quit herbas, id est, pauperes, necat arbores, id est, huius sæculi diuites mercatores & vsurarios; animalia, id est, suos domesticos occidit & incendit. Ipsas etiam auras, id est, vitam religiosorum corrumpit, ponit in cælo suum os, & lingua eius transit in terram. Sibilum eius etiam serpentes pauent, id est, amici & socij virus malitiæ consequi perhorrescunt, cuius cum incanduerit ira, quilibet fugam petit, quocumque loco etiam porcorum stabulo se abscondere properantes. Iste tam feruet, tam à seipso alienus, & spiritu diabolico inflammatus, à mustelis, id est, pauperculis spiritu qui eum non timent, quia nihil habent quod perdant, vincitur, quos homines humo pecuniæ onerati, illuc accedere non audentes, inferunt cauernis, in quibus delitescunt. Loquimini, inquit ei, quia nos non audemus.

## CAP. II.

**Interfecit eum, & mortuus est.** Per Semei qui maledixit Dauid, figuratur ille, qui dicit fratri suo Racha. Per Ioab, ille qui dicit fratri suo fatue, per Adoniam, eum qui irascitur fratri suo. Istos tres interfecit Salomon. Adoniam, qui repugnare voluit, ecce ira. Semei qui Dauid maledixit, ecce Racha. Ioab, quia meliores se occidit, ecce qui fratri suo fatue dixit, quem gladio linguæ percudit. Heu quam sæpe in his tribus mortaliter peccamus, & raro aut nunquam confitemur.

## CAP. III.

**Quia postulasti sapientiam ad discernendum, &c.** Nota quod cæcus accipit falsam monetam, comedit immunda pro mundis, & sic de aliis, incedit per cœnum, & in foueam cadit, & ideo cæcus non petit diuitias, non delicias, non honores, non vitam prolixam, sed visum quo regnum animæ suæ inspicere & dirigere valeat. Multum placet hæc postulatio Deo, sicut bene docuit 3. Reg. 3. de Salomone, qui non celebritatem victoriæ, non multitudinem diuitiarum, non vitæ prolixitatem à Domino postulauit, sed sapientiam.

**Venerunt due mulieres meretrices ad Regem Salomonem.** Merito ad illum meretrices venerunt.

INTER



runt, quem postmodum deceperunt. Quarum una ait: *Obsecro mi Domine, &c.* Date huic infantem viuum, & non occidatur, hæc est enim mater eius. Meretrices dictæ à merendo stipendia libidinis. istæ duæ meretrices duas significant vitas, vere pœnitentium, scilicet, & carnalium. Sed attende diligenter quod vitam pœnitentium dicimus per meretricem significari, non pro eo, quod meretrix fiat vel sit, cum iam ad maritum & sponsum suum sit conuersa, sed pro eo quod meretrix fiat dum diabolo adhæsit. Simile quid habes Marc. 14. *Cum esset Iesus in domo Simonis leprosi, non quod tunc leprosus erat, sed quia ante fuerat.* Hæc vitæ sunt illæ duæ virgæ, de quibus Zach. 12. *Assumpsit mihi duas virgas, unam vocavi decorem, & alteram vocavi funiculum.* Nota quod vita pœnitentium dicitur virga decora. Virga, quia sub disciplinæ rigore posita, decora, quia lachrymis ab omni lepra peccati mundata. Vita carnalium dicitur funiculum, quia peccatorum suorum funibus restricta. Quanta vero mala Cain, Abel, Esau, Iacob, carnaliter pœnitentibus vim inferant, ostenditur cum subditur, *Ego & mulier hæc habitabamus in domo una, &c.* Ecce duæ nauces stantes in stagno. Stagnum & domus mundum significant, in quo istæ duæ mulieres habitant pariter. Pœnitentes pariunt opera lucis, heredes vitæ æternæ in cordis amaritudine, de quorum partu Dominus dicit, *Pariunt & carnaliter opera tenebrarum filios gehenna in carnis gaudio.* De quibus Prou. 2. *Lasciantur cum male fecerint, &c.* Et hæc in tertio die. Ex adulterina diaboli suggestionem: primo, concipiunt in consensu mentis, deinde portant in proposito malæ voluntatis: tertio, protrahunt peccatum in affectu operis. *Et eramus* inquit *simul, nullæque alius nobiscum, &c.* In mundo enim simul habitant. Vnde Iob 30. *Frater fui draconum, & socius Struthionum.* In arca enim granum cum palea, in torculari vinum, & vinacea, oleum & amurca.

Sequitur. *Mortuus est autem filius mulieris huius, &c.* Opus carnalium moritur cum per subsequenter culpam suffocatur. Nocte prauæ intentionis, cæcitate mentis interficitur filius mulieris huius, dormiens quippe oppressit eum, 1. Thess. 5. *Qui dormiunt, nocte dormiunt, & qui ebrii sunt, &c.* Intempesta dicitur non opportuna, quando nihil potest agi, & omnia quieta sunt: nam tempestiuum est opportunum: vel intempesta nox alta, obscura, & media. Hanc auctoritatem sic exponit Gregorius de carnalibus doctoribus, qui dum quod dicunt facere negligunt, per somnum cordis auditores suos occidunt, & negligendo opprimunt, quos alere in verbo, lacte videbantur. Vnde dum reprehensibiliter viuunt, & habere discipulos laudabilis vitæ nequeunt, alios sic attrahere conantur, vt dum bonos se habere sequaces ostendunt, apud iudicia hominum exculant mala quæ agunt, & subditorum vitam tegunt per mortiferam negligentiam. Vnde mulier quæ proprium extinxit filium, quæsiuit alienum, sed matrem veram Salomonis gladius inuenit, quia cuius filius viuat vel intereat, extremo examine ira iudicis demonstrat. Et nota quod viuens filius diuidi prius præcipitur, vt soli postmodum matri reddatur, quia in hac vita quasi partiri conceditur vita discipuli, dum ex illa. alter apud Deum meritum, alter apud homines habere laudem

permittitur. Sed falsa mater quem non genuit, occidit non metuit; quia arrogantes magistri & charitatis ignari si plenissimum nomen laudis ex alienis discipulis consequi nequeunt, eorum vitam crudeliter insequuntur. Inuidia enim succensi nolunt alios viuere, quos se conspiciunt non posse possidere, vnde ait, nec mihi, nec tibi sit, sed diuidatur, quos enim sibi obsequi non vident ad gloriam temporalem, eos aliis inuident viuere per veritatem. Sed vera mater fatigat vt suus filius saltem apud extraneam sit, & viuat: quia concedunt veraces magistri, vt ex eorum discipulis alij magistri laudem habeant, si tamen integritatem vitæ non amittant. Per quæ pietatis viscera hæc eadem vera mater cognoscitur, quia omnino magistrum in examine charitatis approbatur. Sola totum recipere meruit, quæ quasi totum concessit, quia fideles præpositi, pro eo quod ex bonis discipulis non solum aliis laudem non inuident, sed etiam utilitatem profectus exorant, ipse integros filios & viuentes recipiunt, quando in summo iudicio ex eorum vita perfectam retributionem assequuntur.

## CAP. V.

**P**recepit Rex, scilicet Christus, vt tollerent lapides grandes, id est, altitudinem pœnitentiæ. Lapidem pretiosum, quorum pretium vita æterna in fundamentum templi, scilicet in quo Christus habitare desiderat. Hoc autem præceptum ipse Rex fecit quando dixit Matth. 3. *Pœnitentiam agite, &c.* Isti sunt lapides illi quos prouidit Dauid, 1. Reg. 17. Elegit de torrente transitoria pœnæ contra Goliath, id est, diabolum pugnaturus, qui dicitur quinque pro eo, quod quiaque sensuum voluntas est per pœnitentiam restringenda.

Misit Salomon ad Hiram. Salomon misit ad Hiram Regem Tyri vt ei auxilium præberet in templo Domini extruendo. Sic isti vocant carnales prædicationes, vt veniant, id est, recedant à mundi vanitate & eos adiuuant, id est, operibus pœnitentiæ intendant.

Ædificari cepit domus Domini, &c. Salomon ædificauit templum ex tribus, scilicet marmore, cedro, & auro. In marmore, B. Mariæ virginitas; in cedro, quæ serpentes odore suo fugat, humilitas; in auro eius paupertas designatur.

Marmor virginitatis vestitur & conseruatur & ornatur cedro humilitatis, quia superba virgo non est virgo; & ideo B. Maria quasi virginitatis oblita humilitatem præterdit, dicens: ecce ancilla Domini, & ita vt cedrus humiliatur. Decoratur auro paupertatis, solet enim ex diuitiarum adipe procedere iniquitas superbiæ.

## CAP. VII.

**F**ecit & bases decem, & iures decem super bases, & mare unum, & boues duodecim subter mare, &c. Mare æneum, id est, baptismum in introitu templi ponebatur, quia baptismum est ianua sacramentorum. Hunc Apostoli tanquam boues duodecim vbique portauerunt, quia per vniuersum mundum baptismum Christi prædicauerunt. Marc. vlt. & Matth. vlt. in fine, *Enites docete*

*docete omnes gentes, baptizantes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quæcunq; mandauimus vobis.* Boues ergo sunt Apostoli, 1. quia sicut boues bini mittebantur Act. 13. *Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus ad quod assumpsit eos.* 2. quia bos est animal forte & laboriosum, sicut Apostolus Paulus fuit in laboribus plurimis. 2. Cor. 11. & plus omnibus laboraui. 1. Cor. 15. & Act. 15. *Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.* Omni autem die non cessabant in templo & circa domos docentes & Euangelizantes Christum Iesum. Bouis autem fortitudo manifesta est per fructum; tantum, sc. quod totum mundum euerterunt & ad fidem conuerterunt. Prou. 14. *Vbi plurima apparent segetes, ibi manifesta est fortitudo bouis.* 3. Bos parum expendit, quanquam multum laborat. Vnde vnus eorum. *Habentis alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus,* 1. Tim. 6. Sed non ita aliqui prælati nostri temporis, qui multum expendunt, & parum laborant. 4. quia bos duo cornua habet; sic Apostoli doctrinam, & vitam. Vnde vnicornis est prædicator cum alterum tantum defert, & hoc cornu debent prædicatores & venatores animarum clamare, id est, doctrina bona in prædicatione, quæ sæpe perparum prodest nisi adit alterum cornu, scilicet bona vita. 5. Bos patienter & perseueranter vsque ad vesperam iugum portat, & tunc soluitur ad pascua. Sic Apostoli præsentem vitam habuerunt in patientia, & mortem in desiderio. Philip. 1. *Desiderium habens dissolui & esse cum Christo.* Idem Apostoli fuerunt per totam vitam in labore, & post mortem in requie. Ioan. 10. *Ingredietur, & egredietur & pascua inueniet.* Apoc. 14. *A modo iam dicit Spiritus, &c.* 6. Bos post laborem macatur. Sic Apost. in fine Domini per manus carnisferum immolabantur. Hi sunt tauri, per prædicationem & alacritatem ad contemplationem, ad cœnam diuitis occisa, Matth. 22. 7. In boue nihil est inutile, sic nec in vita Apostolorum, de corio bouis fiunt calcei, & de conversione Apostolorum exemplum sumitur, quod vt calceus pedes munit affectus. Cant. 7. *Quam pulchri sunt gressus in calceamentis!* Nota calcei leu solulares muniunt contra frigus, contra lutum, contra asperitatem viarum. Sic Apostoli contra frigus pigritiæ munimur consideratione sollicitudinis eorum. 2. Cor. 11. *Instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum.* Contra lutum auaritiæ consideratione paupertatis & humilitatis eorum. Math. 19. *Ecce nos reliquimus omnia, &c.* Contra asperitatem tentationum, consideratione laboris & martyrij eorum. Psal. 16. *Propter verba labiorum, &c.* De carne bouis fit cibus; carnes Apostolorum sunt dicta eorum, & facta carnalia, sicut Petrus carnaliter dixit, *Abstine à te Domine,* Matth. 16. Item, quod nimis eum carnaliter diligebant. Ex his enim pascimur ad cautelam. Fimo bouis terra impinguatur; fimus Apostolorum sunt peccata, ante conuersionem & post. Vnde negatio Petri, &c. Ex quibus impinguamur ad spem veniæ.

*In vasis templi erant sculpta Cherubim, leones, boues, & lilia dependentia.* Ad fabricam domus sustinendam conueniunt capitella, columnæ, & bases. Capitella dicta, quia capita columnarum fuerunt Prophetæ, de quibus ibi. *Capitella quæ erant super capita, &c.* Per liliam superna

claritas æternæ patriæ & immortalitatis floribus redolens paradisi designatur amœnitas, quam Prophetæ patres Apostolorum in suis Prophetiis nobis dederunt. Columnæ fuerunt Apostoli, de quibus Psal. 75. *Ego confirmavi columnas eius.* Vnde hic dicitur, *Salomon erexit columnas, unam vocauit Iachin, alteram Boos.* Iachin interpretatur firmitas. Boos, id est, robor: per has Apostoli designantur, qui bene duæ columnæ dicuntur, quia bis post Christi resurrectionem acceperunt Spiritum sanctum, 1. in terra vt diligenter proximus, 2. è cœlo vt diligenter Deus. In Christi resurrectione firmitatem; in sancti Spiritus missione robor indeficiens acceperunt. Bases sunt nostri temporis prælati & prædicatores, in quibus debent esse sculpta ista quatuor, Cherubim, leones, boues, & lora. In Cherubim scientia & doctrina & vita Angelica; in leonibus terror potentiæ; in bobus mansuetudo misericordiæ, in loris vincula disciplinæ designantur. Sint ergo sculpta obsecro in basibus scientia doctrinæ vt doceant, terror potentiæ vt corripiant; mansuetudo misericordiæ, vt sustentent; vincula disciplinæ vt restringant. De his quatuor clamabat Helizæus. 4. Reg. 2. *Pater mi, pater mi, currus Israel & auriga eius, pater mi ad corrigendum, currus ad sustentandum, auriga ad restringendum.*

## CAP. VIII.

**M**anus Domini facta est super Heliam, accinctisq; lumbis currebat. Manus, id est, munus, est gratia Dei, quæ cum sit super hominem, tale ac tantum ei confert munus vt scilicet, accinctis lumbis per castitatem currat paupertate. Nudum nudum, pauperem sequatur Christum.

## CAP. IX.

**R**ex Salomon adauit mulieres alienigenas, filiam quoque Pharaonis. Hæc est filia regis Egypti quæ infatuauit sapientiam Salomonis, & conuertit cor eius vt sequeretur Deos alienos. Sed heu quot hodie sapientes effœminatione meritis tepidi sequuntur mortalia peccata. Quot enim mortalia habes, tot Deos adoras.

## CAP. X.

**C**lassis Regis Salomonis, per mare ibat in Tharsis asferens inde aurum & argentum, dentes elephatorum, simias & pauones. Classis Salomonis & nauis Salomonis idem significant. Nauis dicta, quia gnauum, id est, peritum rectorem quærit, qui gubernare nouit, propter marina pericula præcautus. Vnde illud Prou. *Intelligens gubernacula possidebit.* Nauis, Ecclesia est Christi commissa curæ Petri, quæ per Petrum, non fatuum rectorem, non vastatorem quærit, vt se inter pericula defendere possit. Hæc est classis Salomonis, quæ per mare huius mundi vadit in Tharsis, id est, ad illos, qui gaudium mundi explorant, vt in ipso gaudeant. Per aurum humana sapientia, per argentum Philosophica eloquentia, dentes elephatorum doctores fortem paruulis cibum masticantes verbum Dei; per simias actus humanos imitantes, sed bestialiter viuentes, qui ad fidem ex gentibus veniunt, & fidem verbis tenere videntur, operibus autem negant. Per

pauones, quorum caro si siccata fuerit, imputribilis permanere dicitur: qui pennarum pulchritudine vestiuntur, significantur perfecti igne tribulationis decocti, ut adeo variis virtutibus decorentur & figurentur. Hæc de Tharsis, scilicet de variis maris fluctibus sæculi, per prædicatores Ecclesiæ ad Salomonem Iesum Christum deferuntur. Moraliter. Classis Salomonis est, mens pœnitentis; quæ per mare, id est, amaritudinem contritionis, vadit in Tharsis, id est, explorat, quæ commisit & omisit peccata & circumstantias, vnde venit, ubi est, & quo vadit, quantum ista caro misera sit & fragilis, & mundi prosperitas fallibilis & labilis.

Ex hac igitur exploratione defert aurum & argentum. In auro, conscientiæ depuratio; in argento laudis confessio, in Elephantorum dentibus sui accusatio & reprehensio; in simiis, propriæ fœditatis consideratio; in pauonibus, gloria pœnitentis abiectione designatur.

Habet argentum venarum suarum principia, & auro locus est in quo conflatur. Principium venarum est cor hominis, à corde ergo hominis, debet exire argentum, id est, confessio diuinæ laudis, sed dicit Ierem. 12. *Prope es tu Domine orieorum, & longe à renibus eorum.* Cor carnalium est in renibus & luxuriis, & laus Dei in labiis eorum, principium à quo debet defluere argentum longe à Deo; quomodo ergo argentum Dominicæ laudis dulce resonabit in aure Omnipotentis, qui dicit: Fili da mihi cor tuum. Et ad cor respicit Deus. Auro locus est in quo conflatur, id est, gloria conscientiæ deputatur in conflatorio examinationis propriæ. Hic est locus auro, non hominum lingua, in qua si aurum conflatur consumitur, miser est qui plus credit linguæ alienæ quam conscientiæ propriæ, plerique famam, conscientiam pauci venantur, quasi plus sit laudari quam esse laudabilem, de accusationis & reprehensionis dentibus, Iob 13. *Lacero carnes meas dentibus meis,* dentibus carnes lacerat, qui carnalitatem suam digna reprehensione accusat, & recte pœnitentes significantur per elephantem, quibus in clementiæ bonum; quia si per deserta vagabundum hominem viderint, ducunt ei vsque ad notas vias præbent, vel si confertis pecoribus occurrerint, viam ipsis blanda manu faciunt. Natu maximus ducit agmen, & ætate proximus cogit sequentes, flumen transitori minimos mittunt ante se, ne maiores ingressus aliorum atterant, & profundum gurgitem pressis vadis faciant. Simile est clementiæ bonum viris iustis, fratrem errantem ad viam reducant pecoribus, id est, simplicibus blanda & placita operationis manu viam per quam illi pergant, faciunt, exemplo & verbo duces aliorum fiunt: per flumen huius vitæ ad patriam transitori minimos mittunt ante se, quia incipientibus, qui adhuc ad robur sanctitatis non peruenerunt, misericorditer compatiuntur, ne si perfectorum austeritatis viam teneriores inceperint, ab huiusmodi incepto opere lassati deficient. Sicut autem simiæ cauda carent, quia peccata sua palliant, sed nude & aperte non hominum, sed solius Dei erubescens aspectum, turpitudinem quam commiserunt, detegunt. Item, in pauonibus gloria temporalis abiectione designatur. Vnde nota quod pauo eiicit suas pennas, cum prima arbore eiicente folia sua, & postnascitur ei pluma; cum arbores incipiunt primo

frondescere & fruticare: Prima arbor fuit Christus, quæ plantata fuit in horto voluptatis, id est, in vtero B. Virginis. Huius arboris folia sunt ipsius verba quæ cum prædicator in prædicatione eiicit, & peccator ipsam susceperit, pennas, id est, diuitias abiicit: in generali vero resurrectione qua omnes arbores, id est, omnes sancti incipient virefcere, pauo ille, qui mortalitatis pennas abiicit, immortalitatis pennas recipiet.

*Fecit Rex Salomon thronum de ebore grandem, & vestiuit eum auro, & habebat sex gradus, &c.* Nota quomodo hæc auctoritas tribus modis exponi potest; de Ecclesia primo, de anima secundo, de B. Maria tertio. De Ecclesia sic, solium Salomonis Ecclesia esse intelligitur, in qua pacificus noster regnans iudicia facere dignoscitur. Bene de ebore factum esse dicitur, quoniam elephas, cuius hæc ossa sunt, inter quadrupedis sensum plurimum valet, & temperatius miscetur feminæ suæ, & secunda coniuge non vitur. Hæc pudicis aptantur, qui per castitatem Christi præcepta sequuntur. Hoc vestiuit auro, quia splendorem gloriæ suæ in eo, scilicet Ecclesia per miracula clarescere fecit. Sex diebus fecit Deus ornamentum mundi, qui numerus perfectione sua perfectionem operum significat septimo die requieuit Deus. Vel quia sex ætatibus mundus constat in quibus licet operari, quisquis cœlestem patriam desiderat, bonis operibus festinet ascendere.

Rotunditas throni in posteriori parte significat requiem æternam, quando post hanc vitam sanctis est futura, & quisque his bene laborat mercede remuneratus per æni quiete perfruetur: manus tenentes sedile significant solatia diuinæ gratiæ, quæ Ecclesiam ad cœlestem regnū proevehunt: ideo duæ, quia in vtroque testamento hæc prædicant, quia non nisi diuino adiutorio aliquid boni perfici potest: per leones duos, patres vsque; testamenti significant, quia fortitudine animi sibi & aliis dominari didicerunt, hi iuxta manus stabant, quia sancti patris quidquid boni fecerunt, non sibi, sed Deo imputauerunt. Vnde, *Non nobis Domine, non nobis.* Per duodecim leunculos prædicatorum ordo Apostolicam doctrinam sequens significant, hi supra sex gradus hinc atque inde flant: quia bonorum operum gressus hinc & inde doctrinis & exemplis murum Ecclesiæ circundant. *Fecit Rex Salomon, &c.* Nota quod ad aliquid faciendum, duo sunt necessaria. Sapientia, scilicet & virtus: sapientia disponitur, virtute confirmatur. Iesus Christus, qui est Dei virtus & sapientia fecit sibi thronum, in quo requiesceret. Thronus est anima cuiuslibet iusti, quam sua sapientia creauit cum esset perdita. Fecit ergo thronum, ut in ipso requiesceret, quia anima iusti sedes est sapientiæ. Vnde Isai. 66. dicit. *Ad quam respiciam nisi ad pauperculum,* id est, humilem & contritum spiritu, & tremulentem sermones meos. Et Prou. 20. *Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo.* Sic Christus regnum sedet in solio, id est, requiescit in anima & dissipat omne malum, carnis, mundi, & diaboli, intuitu suo, id est, respectu suæ gratiæ. *Fecit, inquit, thronum de ebore,* Nota quid ebur aurum fuluū, quid summitas rotunda, quid pars posterior, quid duæ manus, quid sex gradus, quid duo leones, & duodecim leunculi, ebur à barro, id est, elephante dictum est. Nota inter elephantem

& dracones, id est, dæmones, est iugis discordia, quia dæmones pedibus, id est, affectibus iustorum infidias ponunt, quibus ipsos angues isti interficiunt, inde enim necantur, vnde venenum infundere quærent: ardens luxuria dæmonis castitati sanctorum nocere studet, quam tunc maxime inuadit, cum ipsos gula deditos viderit, per ipsam enim charitatis ignis languescit, oculos super omnia petunt, quia per ipsos nouerunt esse prima iacula luxuriæ, vel oculos, id est, rationem & intellectum, qui sunt oculi animæ, prius petunt ut ipsos eruant, & aures volunt obturare, ne verbum Dei possint audire. Fecit ergo thronum de ebore, quoad castitatem, grandem quoad contemplationis celsitudinem, vestiuit eum auro fuluo. Vestis animæ est fides, quæ tunc est aurea si charitatis claritate fuerit illuminata. De qua veste Sap. 18. *In veste poteris quam habebat Aaron, &c.* In veste fidei per dilectionem operantis debent esse quatuor elementa, ex quibus constat totus orbis, ignis scilicet charitatis, aer contemplationis, aqua compunctionis, terra humilitatis. Et habebat sex gradus; qui sunt, peccati abominatio, ipsius accusatio, illatæ iniuriæ remissio, proximi compassio, & sui & mundi despectio, finalis perseverantiæ consummatio. Et summitas throni rotunda erat in parte posteriori. Throni summitas est desiderium animæ, quo ardet videre Deum, quæ in posteriori parte, id est, in fine suæ vitæ erit rotunda, quia transibit de spe ad requiem, Psal. 67. *Posteriora dorsus eius in pallore auri,* id est, contemplatione diuinæ maiestatis, & duæ manus hinc, & inde, sedile, id est, scabellum, quod erat aureum, sedile est obedientia, quam tenent duæ manus, id est, memoria Dominicæ Passionis, & recordatio propriæ fragilitatis & iniquitatis: iuxta duas manus stant duo leones, spes scilicet & timor. Spes iuxta manum Dominicæ Passionis, cuius exemplo libenter obedit, per quam sperat habere quod credit: iuxta manum, id est, recordationem propriæ iniquitatis stat leo timoris, minans periculum si non obedit, æternæ mortis, & duodecim leunculi stantes supra sex gradus. Leunculi sunt illæ duodecim virtutes, quas numerat Apostolus Galat. 5. *Fructus, inquit, spiritus sunt, charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, &c.* Item tertio, thronus dicitur B. Maria Vnde Eccles. 24. *Ego in Altissimi habito, & thronus meus in columna nubis; Quasi dicat: Ego qui in Altissimi habito, apud patrem elegi thronum, &c.* in pericula matris. Et nota quod dicitur columna, quia nostram fragilitatem sustentat, nubis quia à peccato immunis. Hic thronus fuit de ebore, quia Maria fuit candida innocentia, frigida sine libidinis ardore, in ipsa fuerunt sex gradus, qui notantur in Evangelio, *Missus est.* Primus fuit verecundia, turbata est in sermone eius. Vnde illud, in adolescente verecundia, in iuvene hilaritas, in sene prudentia commendatur. Secundus prudentia, siquidem non statim affirmavit vel negavit: sed cogitare cepit. Vnde & cogitabat qualis esset saluator. Tertius modestia, ibi: *Quomodo fieri istud,* Quartus, constantia in bono proposito. Vnde, *quoniam virum non cognosco.* Quintus, constantia in bono proposito. Vnde, *quoniam virum non cognosco.* Sextus, humilitas. *Ecce ancilla Domini.* Sextus, obedientia; *Fiat mihi secundum verbum tuum.* Iste thro-

nus fuit vestitus auro paupertatis. O aurea paupertas gloriose Virginis, quæ Dei filium pannis inuoluiti; in præsepio collocaisti. Et bene dicit vestiuit, paupertas enim animam vestit virtutibus. Diuitiæ vero temporales expoliant, & summitas throni rotunda in parte posteriori B. Mariæ, summitas fuit charitas: ob cuius meritum in posteriori parte, id est, in æterna beatitudine summum tenet locum: sine & principio carentem, & duæ manus & sedile aureum, id est, scabellum fuit humilitatis B. Mariæ; quam tenuerunt duæ manus, id est, vita actiua & contemplatiua. Fuit enim quasi Martha, & Maria; Martha in Ægyptum iens, & inde denuo rediens, Maria quoniam conseruabat omnia verba conferens in corde suo. Duo leones, id est, Gabriel & Ioannes Euangelista, vel Ioseph & Ioannes, stabant hinc & inde iuxta manus. Ioseph iuxta actiuam, & Ioannes iuxta contemplatiuam, & duodecim leunculi, id est, duodecim Apostoli: hinc & inde venerantes & ei obsequentes. Vere tale opus non fuit in vniuersis regnis, quia nec primam similem visa est, nec habere sequentem. Multæ filia congregauerunt diuitias, sed Maria supergressa est vniuersas.

## C A P. XIII.

*Discavit murum per circuitum, &c.* Quia interdum modestia ipsum tutari non potest, idcirco post ipsam immediate positus est murus fortitudinis, qui frangi non possit, non fortitudinis temporalis, quæ habetur à bestiis, sed mentis & animæ, quæ non concutitur ex aduersis.

*Propheta quidem senex habitabat in Bethel. Propheta senex fefellit virum Dei, & reduxit eum secum in domum suam, & comedit panem, & bibit aquam.*

Sequitur. *Occidit eum leo in via, nec leo læsit asinum stantem iuxta cadauer.* Propheta senex est mundi vanitas, quæ semper falsa prophetat. Vnde Ierem. Thren. 2. *Propheta tui viderunt tibi Thren. 2. falsa & stulta.* Prophetæ nostri sunt mundi vanitas, & carnis voluptas, quæ si viderint nos mundum contemnere, carnem affligere, statim prophetant nobis egestatem & infirmitatem. Si omnia, inquit, dederis, vnde viues? si carnem affligeris in infirmitatem cades. Heu! quot deceperunt isti prophetæ, qui in nomine suo loquuntur & non in nomine Domini? Bene dicitur ergo quod Propheta senex fefellit virum Dei: & bene vanitas mundi dicitur, Propheta senex, à mundi enim principio vsque ad has sæculi faeces decipiendo duravit. In cuius domo vir Dei deceptus comedit panem & bibit aquam. Panis, gloriæ mundanæ excellentiam significat. De qua Prou. 20. *Suauius est homini panis mendacij, sed postea implebitur os eius calculo.* Panis mendacij est gloria mundana, quæ se mentitur aliquid esse, cum nihil sit. Augustinus. Omne quod sine claudendum, est pro transacto habendum. Hæc gloria quia suauius est homini, ideo os eius implebitur calculo, id est, lapide ignito, id est, pœna æterna, quæ non poterit transglutiri, nec euomi. Et biberit aquam, quæ est auaritia vel luxuria, quam qui biberit sitiet iterum. Qui hunc panem comedit & bibit aquam, à leone, scilicet diabolo occidetur. Et nota quod leo non læsit asinum, nec comedit de cadauere, quia

diabolus non curat de pecunia vel de corpore, modo tantum animas possit interficere.

*Dixit Hieroboam uxori sua, surge & commuta habitum ne cognoscaris, quod sis uxor Hieroboam: & vade in Sylo ubi est Achias Propheta. Sequitur: Ingredere uxor Hieroboam, quare te aliam simulat, &c.* Hieroboam interpretatur diuisio populi. Hic est falsus religiosus, qui in ouem & lupum diuisus diuisionem, & discordiam solet facere in claustris & capitulis, est enim quasi sathan inter filios Dei, iste est, ut dicit Psalm. *negotium ambulans in tenebris*, uxor eius est uoluntas lupina, quam vult habitu mutare, pelle, scilicet ouina. Sed Achias qui interpretatur quaestio vitae, & significat conscientiam hominis, semper reclamationem, & omnem cognoscit simulationem. Rom. 1. *Testimonium reddente illis conscientia & inter se iuicem cogitationum accusantium aut defendentium.* Et Proverb. 17. *Semper iurgia querit malus.*

Rom. 1.

Prov. 17.

## CAP. XVII.

**Q**uem diligentius intuens clara luce, deprehendi non esse meum quem genueram. Quot hac luce fulgent, qui si in clara luce viderentur sicut videbuntur, cognoscerentur non esse illi quos diuina gratia genuit, sicut dixit illa mulier quae venit ad Regem. Quem (inquit) intuens clara luce deprehendi, non esse eum quem genueram. In nocte huius mundi tales cognosci non possunt. Sed postea cognoscuntur finaliter, ubi erunt manifesta occulta, quem admodum in nocte squamam piscium lucent. Ibi sunt qui peccata accumulunt, puta superbi, qui sibi stipulam accumulunt in die irae, calamitatis, & miseriae, ubi vermis eorum non extinguetur.

*Pracepi mulieri vidua ut pascat te, &c. Reuertere igitur ad domum tuam, introduc Heliam, fac subcinericium panem, &c.* Hae vidua est anima in qua est Christus mortuus per peccatum. Vnde vidua quasi diuisa vel diuidua, ut ait Papias: Hae autem habitat in Sidone, id est, in mundi venatione, dum scilicet mundi voluptates venatur, & in Sarepta, quae morbus eorum interpretatur in infirmitate peccati & culpae, hae mulier erat egressa extra domum conscientiae, incuruata ad terrena, colligebat ligna. Ligna dicuntur quae sunt praecisa & absque fructu, quae solum igni deputantur. Hae ligna sunt opera mortua, quibus velut lignis siccis & aridis humore gratiae vel deuotionis anima est finaliter crucianda. Vnde Num. 15. *Hominem qui Sabbato ligna colligebat mandauit Dominus lapidari, id est, sententia inflexibili ad aeternam poenam, ubi puniatur, deputari.* Huic igitur occurrit Helias, qui Deus Dominus interpretatur, occurrit namque ipsi Deus ut glorificator per promissionem, & Dominus, ut condemnator per finalem punitionem. Hae sunt inspirationes quibus Deus peccatori occurrit volenti sibi fabricari panem mendacij. Suavis enim est panis mendacij, sibi (inquam) & filio, id est, corpori, ut postmodum aeternaliter moriatur. Et in veritate hic est modicus cibus, quia pugillus farinae, &c. compara ad totum caelum. Compara oleum ad balsamum poenitentiae, quam ingeris ne putrescas. Quid sicutur dicit tibi

Num. 15.

Deus? Vade, reuertere, scilicet ad conscientiam, accipe farinam de hydria, id est, cogitationes de corde, ut ait Gregorius quae sunt tritae inter duas molas, scilicet inter spem, & timorem ut idem dicit, & oleum deuotionis, & fac mihi panem poenitentiae subcinericium, scilicet humilitatis, & tunc tibi & filio facies postea; quia pascendo Deum pastu poenitentiae, pascas animam tuam & corpus in vita aeterna. Ne timeas, quia si illud facias Deo, id est, ad diuinam reuerentiam, nunquam deficiet usque in diem pluuiae, scilicet gloriae.

*Lauauerunt currum eius in piscina Samaria, &c.* Piscina humilitas est quae ex abiectione temporalium fit, & sicut aqua in hac piscina, quae abluat animam a peccato, & conuersationem a macula. *Lauauerunt currum eius in piscina Samaria*, id est, in custodia poenitentiae; sicut enim currus vehit, sic conuersatio portat.

*Hydria farina non deficiet.* Coeleste ferculum qui a pluribus comestum numquam diminutionis sustinet detrimentum. Hydria farinae, corpus delicatae humanitatis, lecythus olei, substantia est deitas.

## CAP. XVIII.

**S**i Dominus est Deus, sequimini eum. Verè ipse se sit Dominus Deus noster, qui ut nos redimeret, crucem ascendit. Sequamur ergo ipsum, crucem poenitentiae baiulantes.

*Helias ascendit in verticem Carmeli, & pronus in terram posuit faciem suam intra genua sua & dixit ad puerum suum, prospice contra mare, &c. & reuertere septem vicibus. In septima autem vice, ecce nubecula parua quasi vestigium hominis ascendebat de mari, &c. & facta est pluuia grandis, &c.* Nota ibi omnia ista, quid Helias, quid vertex Carmeli, quid pronus in terram, quid facies inter genua, quid puer, quid septem vices, quid nubecula & vestigium hominis, quid mare, quid nubes, & pluuia grandis. Helias est praedicator, qui debet ascendere in verticem Carmeli, qui interpretatur scientia circumcissionis, & significat sanctae conuersationis excellentiam, in qua homo bene scit in se omnia superflua circumcidere. Et pronus, ecce humilitas; in terram, ecce propriae infirmitatis recordatio, & posuit faciem suam inter genua sua, ecce pro iniquitate praeterita afflictio, & dixit ad puerum suum, ascende, & prospice contra mare. Puer a puritate, praedicatoris corpus significat, quod in puritate debet conseruari. Hic puer debet prospicere contra mare, id est, mundanos peccati amaritudine infectos. Contra hos tunc prospicit cum eorum vitiis in praedicatione contraria proponit. Sed septem vicibus debet prospicere, id est, septem fidei articulos proponere, qui sunt incarnatio, baptismus, passio, resurrectio, ascensio, sancti Spiritus missio, & aduentus ad iudicium, in quo peccatores iudicati mittentur in stagnum ignis ardentis ubi erit fletus, &c. In hoc septimo articulo quasi septima vice mundanis poenarum timore percussis, de mari, id est, eorum corde videbit peccator nubeculam, id est, quantulumcunque compunctionem quasi vestigium hominis, per quod gratia Christi significatur, quae cum mentibus peccatorum insigitur, tunc proculdubio

dubio nubecula compunctionis ascendit, & paulatim crescit, & efficitur nubes magna obtenebrans claritatem temporalium, post sequitur ventus & pluuia, ventus, scilicet confessionis omnia eradicans vitia; fit pluuia grandis satisfactionis, quae inebriat terram & germinare facit eam.

## CAP. XIX.

**A**ngelus Domini tetigit Heliam. Helias interpretatur ascendens vel robustus; & hic interdu dormit per culpam, Apostolus 1. Cor. 11. *Multi, infirmi & imbecilles inter vos & dormiunt multi.* Tangitur inspiratione, comedit panem praedicatione, in qua narrat exempla sanctorum.

1. Cor. 11.

Helias reperit Helisaeum filium Saphath arantem in duodecim iugis bouum, & ipse in duodecim iugis bouum arantibus vnus erat. Cumque venisset Helias ad eum, misit pallium suum super eum, qui statim relictis bobus cucurrit post Heliam, & ait, Osculer (oro te) patrem meum, & matrem meam, & sic sequar te. Dixitque ei, Vade & reuertere, quod enim meum erat feci tibi. Reuersus autem ab eo tulit par bouum, & maetavit illud, & in aratro bouum coxit carnes, & dedit populo, & comederunt.

Moraliter. Cum Redemptor noster descendit de caelo, diuino iudicio acquisiuit populum adhuc terrenis operibus inhabitantem, in quo salutem fecit, cum eum ad fidem conuertit. Helias enim interpretatur Deus meus; Sabaoth, indicans; Helisaeus Dei mei salus. Super quem Propheta misit pallium suum, cum Dominus populum suum fide catholica induit. Vnde qui in Christo baptizati estis (dicit Apostolus Galat. 3.) Christum induistis.

Sequitur, *Relictis bobus cucurrit post Heliam.* Quia electorum chorus audito, nisi quis renuntiauerit omnibus, statim cessauit lucris inhiare, saecularibus desideriis deseruire, & sic alius verbum vitae praedicauit. Hoc est enim osculari patrem & matrem, quoscumque potest, siue de Iudaeis, siue de gentibus, sermone velle corrigere. Tulit par bouum, & maetavit illud, &c. per quod carnem, & spiritum intelligimus, quorum carnes, id est, carnales concupiscentias in aratro, id est, in cordis contritione coquere debemus, & populo dare ut comedat, ut quos mala vita scandalizauimus, veram poenitentiae exemplo reficiamus. Diues cum dixit, ieiuno bis, &c. Mendax cum dixit, non sum sicut caeteri hominum. Hoc ipsum nostri Religiosi, diuites in sanctitatis apparentia, sed mendaces in mentis elatione, dicunt cum Holia, *Zelo zelatus sum pro Domino Deo, &c.*

*Custodi mihi virum istum, quasi si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius, aut talentum argenti appendes, &c.* Nota historiam. Quicumque

ad Religionem venimus ad praedandum contra malignos spiritus egressi sumus. In quo praedio vir vnus, id est animus noster fugit nos, sed gratia Dei adducit animum nostrum ad nos, qui nos redire facit ad ipsum, & vnicuique nostrum dicit: custodi virum istum, quasi si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius, aut talentum, &c. Ecce quid comminatur Dominus. Notabile verbum Poetae. *Labitur exiguus quod partum est tempore longo.* Ierem. Thren. 3. *Lapsa est in lacum vita mea.* Heu quoriam animus meus a quo vita procedit, labitur in lacum miseriae & in lutum faecis: Dicitur ergo, erit anima tua pro anima, id est, vita eius; aut talentum argenti appendes. Heu Domine Deus, animam habeo; talentum, id est, vitae puritatem in statera tui examinis appendere non valeo; ergo ne animam meam appendas pro isto dilapso. Vere Domine iudicia tua iusta, quia dignus sum suspendi, qui tuum depositum, cor meum, id est, vitam meam non custodiui, & ideo dignus vita priuari.

## CAP. XXI.

**C**um audisset Achab sermones istos, operuit cilicio carnem suam, &c. Achab, id est, fra-ternitas patris omnem hominem signat, qui adoptatus per fidem & gratiam ad regnum patriae ordinatur.

*Lapidatus est Naboth & mortuus est.* Abstineamus ergo a carnalibus desideriis, similes Naboth qui interpretatur conspicuus, & sicut ille maluit mori, quam haereditatem suam vendere, sic debemus malle quascumque poenas pati quam pro carnis desideriis, & deliciis aeternam gloriam dare.

*Iezabel scripsit literas nomine Achab.* Iezabel fluxus varius interpretatur, & significat mundi vel carnis concupiscentiam. Achab fratris pater, de quo dicitur in Evangelio Ioan. 8. *Vos ex patre diabolo estis.* Ecce bene hic Achab; hanc sibi desponsauit uxorem, ut perditionis filios generaret, vinea anima est; Naboth exclusio peccatorum significat, qui est exclusus a gratia, & finaliter excludendus a gloria; literae saluae sunt inscriptiones peccatorum siue superbiae, quae praemittunt gaudium. Et inducunt finaliter plantum & luctum, quaeuimus bona, & ecce tribulatio, hae finaliter contra peccatores producentur & ducuntur in testimonium extra portam. Hic quidem ducitur extra portam ciuitatis, dum scilicet, culpam extra committit & lapidatur obicenis operibus, ibi autem ducitur extra portam corporis, & ibi lapidabitur, & priuabitur vinea, dum scilicet fiet ex anima eius pomarium diaboli, quia sicut hic seminavit herbas pessimas quibus velcitur, sic ibi seminabit vitio-nem siue poenas; quibus nutrietur quantum ad exercitium odij.





stum. Reuertamur ad materiam, & dicamus, Benaadab Rex Syriæ obfidebat Samariam, facta est fames &c. Ecclesia vel anima à diabolo obfideatur, paulatim refectio gratiæ subtrahitur, qua subtracta fames magna, id est, ardens desiderium temporalium fit in Eccl. de qua fame, Gen. 40. descenderunt in Ægyptum vt emerent sibi frumentum, quia peccatis nostris exigentibus refectio gratiæ subtracta est mundo, omnes famefcunt, temporalia non animæ sed corporis refectio, non quæ Iesu Christi sed quæ sua in Ægypto quærentes. In tantum fames iam præualuit quod caput asini venundaretur 80. argenteis: octoginta argentei significant duplicem stolam, quæ s. beatitudinibus constat, quam in octaua resurrectionis sumus recepturi, corpus agilitatem, claritatem, subtilitatem, & immortalitatem, anima sapientiam, læticiam, concordiam, inter carnem, scilicet & spiritum, & amicitiam ad Deum, scilicet & proximum habebit. Istos argenteos dant infelices geccatores, vt emant caput asini, id est, stoliditatem asiniam, id est, huius mundi sapientiam, quæ est stultitia apud Deum. Et quarta pars cadi stercore columbarum pro quinque argenteis. Cadus græcè mensura quædam; columbæ sunt viri sancti, qui ad fenestras suas volant; stercore sunt temporalia. Quinque argentei sunt quinque virtutes, quæ per quinque libros Moyfi designantur: in Genesi, in quo omnium generatio describitur, innocentia baptismalis, qua secundum nouum hominem regeneramur. In Exodo, in quo filiorum Israel exitus de Ægypto describitur, pietas religionis qua de mundo egredimur: in Levitico, in quo sacrificia offeruntur, mentis deuotio & carnis afflictio: in Numeris, in quo numeratur populus, criminum confessio, in qua omnia peccata enumerantur: in Deuteronomio Dei & proximi dilectio, quæ est lex Euangelica, in qua pendent lex & Prophetæ. Istos quinque argenteos dant miseri peccatores, & emunt stercore columbinum. Ecce quam grauis est famis inedia, de qua dicit Euangelium, cum multa turba esset cum Iesu, nec haberet quod manducaret &c. Hæc turba turbata omnia conturbans cum Iesu nomine, non numine, verbo non merito, fide non opere erat: siquidem dicit misericors, qui miseris semper nouit misereri: misereor super turbam, quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducant: & hoc est quod dicit Heliseus. In tempore hoc cras modius similia statere vno erit, & duo modij hordei statere vno &c. Modius à modo dictus est mensura librarum 44. in sextario & 2. similia subtilissima & candidissima farina est faris: stater dictus eo quod tribus solidis stat appendens aureos tres: hordeum dictum eo quod præ cæteris generibus frumeti ante fiat aridum: modius similia perfecta mensura dininæ sapientia, quæ est in nouo testamento. Duo modij hordei sunt scientia legis, & Prophetarum, qui comparantur statere vno, id est, Catholica fide. In porta Apostolica prædicatio, per quam intratur in Ecclesiam, cessante enim turbine persecutionis, quæ sic hodie dabit Deus cras, id est, tempore futuro tranquillitatem, vt perfectè prædicatio impleatur. Aliter, in similia perfecta peccatorum remissio: in duobus modis hordei temporalium contemptus, & æternorum appetitus: in statere vno vera pœnitentia designatur

stater appendens tres aureos est pœnitentia, in tribus consistens. Hic stater inuentus est in ore piscis de flumine extracti hamo Petri, quo Christus & ipse liberatus fuit à tributo, Matth. 17. *Piscis est peccator, qui hamo prædicationis extrahitur de flumine mundana voluptatis.* In cuius ore inuenitur stater pœnitentiæ, quæ corpus & animam liberat à tributo culpæ & pœna gehennæ, peccator igitur datus 80. argenteis solebat emere caput asini & stercore columbarum; vino statere veræ pœnitentiæ potest emere modum similia, id est, gratiam remissionis. Ecce ergo quanta misericordia nostri redemptoris dicitur, misereor super turbam, quia iam triduo sustinet me: triduum & stater, idem significant.

*Benaadab Rex Syriæ congregauit vniuersum exercitum suum, & ascendit, & obsedit Samariam, factaque est fames &c.* Sequitur cap. 7. *Cras modius similia statere vno erit.* Nota quod Benaadab interpretatur filius spontaneus, & significat luciferam, qui creatione gratiæ illius spontanea miseria superbiuit, ideo irrecuperabiliter cecidit. Vnde Isa. 14. *Quomodo cecidisti Lucifer, &c.* id est irrecuperabiliter. Hic est Rex Syriæ, qui interpretatur sublimis, vel humecta, id est, illorum qui sunt in sublimitate superbiæ & humore luxuriæ. Ille cum exercitu suo obsidet Samariam: exercitus ab exercitatione belli dictus malignos spiritus significat, qui diuturna bellandi consuetudine exercitati animam impugnant: cum tali exercitu obsidet diabolus Samariam, quæ interpretatur custodia, id est, sanctam Ecclesiam vel fidelem animam, quæ dum legem custodit, ab ipsa custoditur.

## CAP. VIII.

**H**eliseus conturbatus, & vir Dei fleuit: cui *Asael: quare Dominus meus flet? at ille ait: quia scio quod facturus sis filiis Israel mala &c.* Asael est diabolus, ciuitates, id est, animas fidelium igne cupiditatis succendit: iuuenes, id est, virtutes, gladio suggestionis interficit: paruulos, id est, bona opera adhuc tenera elidit: prægnantes, id est, propositum bonæ voluntatis diuidit, & quis non flebit super tantis malis? sed falsi Prophetæ non curant, attendite ergo, id est, diligenter caute ab eis, falsus dicitur à fando; aliud quam verum sit, dicunt pax, pax: & non est pax. Vnde dicitur 3. Reg. 23. *Quod congregauit Rex Israel, sc. Achab Prophetas, & ait ad eos: ire ne debeo in Ramoth Galaad ad bellandum, an quiescere? Et sequitur, Dedit Dominus spiritum mendacem in ore omnium Prophetarum.* Achab huius sæculi auarum significat: qui vult ad bellandum contra Deum ascendere in Ramoth Galaad: Ramoth visio mortis: Galaad aceruus interpretatur: & significat huius sæculi dignitates & diuitias, in quibus est æternæ mortis visio: & coaceruata testimonia damnationis contra amatores illarum, cum ad has vult ascendere, cõsultat falsos Prophetas, an debeat ire: vnde nostri temporis sacerdotes dicunt, ascende, non est enim peccatum habere diuitias: acquirere dignitates, etiam in tali statu poteris saluari, & vti nam resurgeret Micheas Propheta Domini, qui istos suffurones, & ventriloquos, mendacium eos proferre confutaret, & os loquentium iniqua obstrueret auctoritate Christi dicentis,

Luc.

Luc. 6.

*Va vobis diuitibus, qui hic habetis consolationem, &c. & vos falsi Prophetæ dicitis, ascende non eis credatis ergo: sed attendite, &c.* Sequitur: *qui veniunt ad vos, in vestimentis ouium, &c.* quæ conuentio Christi ad Beliam? ouis ad lupum? ouis in veste: lupus in mente, simulata equitas non est equitas: sed duplex iniquitas: falsi Religiosi veniunt in vestimentis ouium.

*Cum finiti essent septem anni, scil. famis præterita, reuersa est de terra Phylistim mulier, & ingressa est vt interpellaret Regem pro domo sua, & pro agris suis, in quibus verbis attende: de uastitatem designari, animam destituentem, quia septem anni, id est, vniuersa peccata quibus anima fuerat peregrina à Deo, sanitatem inchoari macula abiicientem, & ideo reuersa est cum finiti anni essent, Ierem. 3. Reuertere peccatrix Israël (ait Dominus) & non auertam faciem meam à vobis. Et cap. 31. Reuertere virgo Israël, reuertere ad ciuitatem tuam.* Maiestatem implorari veniam elargientem, & ideo ingressa est, scilicet peccati vincula vt interpellaret Regem, scilicet Christum: libertatem postulari pœnitentiam restituentem, quia pro domo sua & agris, id est, conscientia & sensualitate, Thren. vltimo, *Hæreditas nostra versa est ad alienos, domus nostra ad extraneos;* petit enim vt à feruitute peccati eripiat, & sibi tradatur propria conscientia.

Ierem. 3.

Thren. vlt.

## CAP. IX.

**D**epinxit oculos suos stibio, & ornavit caput suum, & respexit per fenestram. Nota ista tria: lezabel interpretatur sterquilinum: sterquilinum, id est, locus plenus stercore, dictum quod stercore liniatur, id est, inficiatur. Significat hypocritam, qui stercore vanæ gloriæ linitur; & ideo ad ipsum muscæ morientes, quæ pereunt suauitatem odoris concurrunt. Stibium est idem quod cærulea vel cæruleus color quo mulieres faciem ornavit, & significat laudem populi, qua hypocrita oculos suos depinxit, cum enim à populo laudatur, oculi eius ridet, facies hilarescit. Caput ornat cum sua bona laudat, & sic respicit per fenestram, vt videat & videatur. Sed statum venit, venit spectetur & ipse.

## CAP. X.

**D**ixit Iehu, nunc igitur omnes Prophetas Baal, & vniuersos seruos eius, & sacerdotes vocate ad me: nullus sit, qui non veniat, &c. Iehu vir iustus in iram commotus, interpretatur enim commotus; contra seipsum enim debet commoueri cum se viderit in tentatione positum. Hic debet congregare omnes Prophetas Baal, qui interpretatur deuoratio, & est venter omnia deuorans, cuius Prophetæ sunt carnales affectus. Hos debet vir iustus in vnum congregare, & gladio pœnitentiæ interficere. Sequitur, *& protulerunt statuam de phano Baal, &c.* Phanum dicitur à phanæ, phanæ Græcè, apparitionis Latine. Baal est gula in qua piscium & carnum imagines solent apparere: statuam, id est, concupiscentiæ idolum debet vir iustus producere, fame & siti comburere, & diuersis abstinentiæ modis comminere. Sequitur, & destru-

erunt adem Baal. Ades ab edendo, id est, comedendo dicta, edendi inordinatam & velocem voracitatem significat, quam omnino debet destruere & de eius ade latrinas facere: latrina a lateo dicta fetorem peccati significat, cui cum prouidere voluerimus ad necessitatem, non voluntatem, stercore latrinam cogitemus, quam semper nobiscum infelices & miseri deferimus, eamque considerantes humiliari debemus: Michæas cap. 6. humiliatio tua in medio tui: medium tuum est stercore latrina: de cuius consideratione prouenit humilitatis ratio

## CAP. XIII.

**L**atrunculi autem de Moab venerunt in terram ipso anno, quidam autem sepelientes hominem viderunt latrunculos & proiecerunt cadaver in sepulchrum Helisei, quod cum tetigisset ossa Helisei renixit homo & stetit super pedes suos. Heliseus interpretatur Deus meus saluator, Moab de Patre, latrunculi demones quos interdum occurrentes homo dum sentit proicitur à timore in foueam Helisei, & sic reuiuiscit, &c.

*Dixit Heliseus ad Ioas, percute baculo terram, & percussit tribus vicibus, qui isto triduo Dominum sustinent, Dominus eos non dimittit ieiunos in domum suam, imò modio similia & duobus hordei reficit ne deficiant in via.*

## CAP. XX.

**A**ferre mihi massam sicorum, quam cum attulissent, & posuisset super vlcus Ezechia, curatus est: vlcus in carne est ferocitas in mente, massa sicorum, mansuetudo, & affabilitatis dulcedo, quæ ferocitatis curant vlcus. Vnde Prou. 25. *Patientia lenietur princeps, & lingua mollis confringet duritiam.*

*Dixit Ezechias ad Isaiam, quod erit signum quod Dominus me sanabit & quod ascensus sum, tertia die templum Domini! Sequitur: reuertatur umbra decem gradibus &c.* Acham interpretatur apprehendens fortitudinē vel conuersus: Horologium Acham est cor humile pœnitentis, quia conuersus à via sua mala apprehendit fortitudinē perseverantiæ vt apprehendat brauium gloriæ. In hoc sunt vel debent esse decem gradus humilitatis, per quos sol in animam gratia Dei illuminatam debet descendere, & iterum retrogradare. Primus gradus est secum pertractare ex quam vili & fetida natura sit procreatus. Secundus, est qualiter nouem mensibus in materni vteri tenebris fuit reclusus, & sanguine menstruo passus: vide ista duo in Euangelio, cæcus sedebat. Tertius, quomodo vteri tenebris plorans & euilians, nudus & immundus sit egressus, per hos tres gradus descendere Iob dicens cap. 14. *Quis facere potest mundum de immundo conceptum semine? & iterum, quare de vulua egressus sum vt viderem laborem & dolore, & consumerentur in confusione dies mei? Quartus quàm miserabilis & abominabilis sit huius exilij peregrinatio, in qua dolor & gemitus, angustia & planctus. Vnde Iacob, Gen. 47. *Dies peregrinationis vite meæ sunt parui & mali* Quintus, propriæ iniquitatis recordatio, quæ & quanta comisit & omisit, quia cum liber esset, gratis se diabolo vendidit, & quantum Deo ingratus extitit.*

Iob 14.

Gen. 47.

extitit. De quo gradu. *Ezechias conuertit faciem ad parietem, & orauit Dominum, & fleuit, paries, congeries est peccatorum, ad quam peccator se debet conuertere, id est, in amaritudine animæ suæ recogitare quanta commisit & omisit, & orare Dominum vt gratiam amissam infundat, & flere vt peccata dimittat: Sextus est mortis memoria omni amaritudine maior. Vnde Ecclesiast. 41. *O mors! quam amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis, in qua caro vermibus, anima dæmonibus (nisi pœnituerit) tradetur, substantia filiis, &c. Septimus gradus reuocare ad memoriam qualiter Dei filius caput diuinitatis inclinauerit se in vterum Virginis pauperulæ, quem cælum & terram capere non potest, &c. Octauus gradus, quantæ misericordiæ & benignitatis fuerit circa peccatores, quos dulcedine suæ prædicationis ad se trahebat, cum quibus vt ad pœnitentiam vocaret, comedebat; & quantæ compassionis fuerit, qui super ciuitatem apud quam crucifigendus erat, & super Lazarum amare fleuit. Nonus, quantæ consuetudinis fuerit, qui solus cum Samaritana loqui voluit, & à Magdalena peccatrice se tangi permisit, & qualiter sit virginitatis & alapis cæsus, spiritus illitus, &c. Decimus, est subtiliter in mente disquirere qualiter canet tuba excitatura eos, qui dormiunt in puluere, ad quam euigilabunt omnes alij in vitam æternam; alij in opprobrium, vt videant semper quomodo Christus humilis iudicatus, iudicaturus seuerus veniet. Per istos decem gradus debet anima pœnitentis ascendere, & descendere, quantum enim descendit tantum ascendit: & hoc erit verum signum quod Dominus sanauerit eam ab omni infirmitate peccatorum, & quod ascensura sit in cœlestis Hierusalem templum ex viuis lapidibus ædificatum.**

*Afferte mihi massam ficorum.* Per ficus significatur vita continentium, quæ suauis est per contemplationem, Prouerb. 28. *Qui seruat ficum comedit fructum eius:* hæc est massa ficorum, quæ vlcus Ezechiae sanauit, 4. Regum vigesimo, *Quia per continentiam æstus carnalis concupiscentiæ refranatur.*

## CAP. XXII.

*Quæ cum audisset verba legis Domini, scidit vestimenta sua, & percussit fœdus cum Do-*

*mimo, &c. Iofias interpretatur in quo est sacrificium, & significat pœnitentem, in quo est sacrificium Domino, spiritus scilicet contribulatus: hic cum audit gloriam perennem iustorum, & pœnam infimibilem peccatorum, scindit vestimenta sua, id est affligit membra sua quibus anima vestitur, & fecit fœdus cum Domino; vt si ei Dominus peccata dimittat, ipse ad ea de cætero non redibit, & proicit de templo Domini, id est, de corde suo in quo habitat Dominus, omnia vasa, quæ facta fuerant Baal, id est, omnes modos gulositatis quibus seruiebat Deo Baal, id est, suo ventri; & comburit in valle Cedron, quæ interpretatur mœror tristis, id est, in humilitate tristitiæ & mœroris: currus autem solis, id est, quinque sensus corporis quod quatuor rotis, id est, delectatione temporalium, quæ quatuor temporibus circunuoluitur, discurret in solem, id est, claritatem gloriæ transitorie, igne comburit pœnitentiæ, & aufert Pythones, id est, speciem auaritiæ, & ariolos, qui sunt dicti incantatores, eo quod circa aras nefarias preces emittunt, per quos hypocritas intelligimus & figuram idolorum, id est, imaginationes cogitationum turpium, & immunditias fornicationum, & abominationes verborum. Istis omnibus emundatis facit Domino phasæ, quod interpretatur transitus, quia transit de vitiis ad virtutes, vt conuertatur & sequatur Dominum, non dicendo, Domine, Domine, sed faciendo voluntatem Patris, vt ad ipsius regnum mereatur introire.*

*Linxerunt canes sanguinem.* Quot sunt canes in mundo, qui non sanguinem bestiarum sed pupillarum lambunt! Nota, quod canis habet linguam medicinalem; sed tales sunt peiores canibus, qui habent linguam serpentinam, Psalm. *Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso,* scilicet malignitatis & detractio- nis vitio.

## CAP. XXV.

*N*Abuchodonosor oculos Sedechie Regis effodit, vinxitque eum catenis, & duxit in Babylonem. Sic diabolus prius eruit oculos peccatoris, ne suam iniquitatem cognoscat, & postea ligat catenis malæ consuetudinis, & ponit in carcere obstinationis, ne exire valeat in lucem confessionis.

INTER

INTERPRETATIO  
MYSTICA  
IN  
LIBRVM II. PARALIPOMENON.

CAPVT XVI.  
IN  
PARALIPOMENON.



*EGROTAVIT Afa dolore pedum vehementissimo, &c. Afa qui sustollens interpretatur peccator, scilicet qui attollitur contra Deum, egrotavit dolore pedum vehementissimo, id est, peccato; quod peccatum in sola voluntate est designatum per pedem, & non recurrit ad Dominum, sed mortuus est, scilicet per culpam, & posuerunt eum in loco suo, scilicet, in delectatione peccati, & vixerunt eum vnguento meretricio, id est, turpitudine famæ: sed hoc vnguentum factum fuit ad corporis lasciuam vel delectationem, sicut debuit fieri ad salutem animæ, anima namque debet herbas peccatorum primo colligere per meditationem, secundo terere per discussionem: vel terere per contritionem doloris, tertio decoquere per ardorem, & hoc in olla cordis: istud vnguentum debet anima plagis peccatorum suorum apponere, est enim mortificatiuum peccati per dolorem, mitigatiuum per spem, sanatiuum culpæ.*

*Egrotavit Afa dolore pedum vehementissimo, & nec in infirmitate sua quæsiuit Dominum, sed magis in medicorum arte confisus est, dormiuitque cum patribus suis, & mortuus est.* Afa interpretatur attollens, & significat huius mundi diuitem, qui se attollit in diuitiis, & ambulat in mirabilibus super se attollit in diuitiis, & ambulat in mirabilibus super se: iste egrotat vehementissimo dolore pedum, anima duos habet pedes quibus sustentatur, spem scilicet, & timorem, quorum virtute huius mundi diues est priuatus; spem tantum suam point in transitoriis, quæ timet amittere, & sic magis confidit in arte medicorum, id est, industria, sagaci scientia & experientia carnalium affectuum, quam in Domino, i deo dormit in inferno.

## CAP. XXVIII.

*A*Dduxitque contra eum nempe Ahas, Thelgat Phanasar. Thelgat Phanasar Rex Assyriorum ascendit contra eum, & nullo resistente afflixit eum, qui Ahas nec sic reuersus est ad

Dominum, sed ipsi qui eum vastauerat misit munera, quæ tamen nihil ei profuerunt, immo adhuc auxit contemptum in Deum: nam Diis Damasci percussoribus suis obtulit sacrificium, insuper contractis omnibus vasibus, quæ pertinebant ad ministerium templi, quæ erant Domino consecrata, clausit ianuas templi, fecit que sibi altare idolorum in vniuersis angulis Hierusalem: in omnibus quoque vibibus Iuda extruxit aras ad immolandum idolis: & ideo venit finaliter diuina sententia super eum: nam percussus est vlcere, & propter scelera sua non est sepultus in sepulchris Regum Israël. Ahas, id est, conuersus visioni significat hominem, qui ad mundi apparentem gloriam est conuersus & à Deo est auersus, contra hunc ascendit Thelgat-Phanasar Rex, id est, dæmon, Phanasar enim interpretatur princeps cadens & ipse princeps iniquus de cælo cadens transmigravit in infernum: vnde bene dicitur quod descendit, quia inferius habitat. Nota, Rex Assyriorum bene vastat Regnum Ahas, id est, animam & conscientiam, quia cameram thesauri facit cameram fœcis, dum non diuinorum beneficiorum sed mundanarum delectationum homo memoratur, & facit de apotheca aromatum sterquilinum; de camera consilij, scilicet intellectus facit cameram mendaciæ & mundanæ prudentiæ, & versutiæ ad seducendum proximum: de camera conuiuij facit prostibulum &c. Vastat insuper, quia domum euertit ponendo inferius id quod debet esse superius, & è conuerso, scilicet rationem & curam subiugando, item dispergendo & amouendo charitatem, item amouendo portas vt fiat liber locus cuiuslibet immunditiæ, percutit eum fœdis operibus & peccatore vano non contradicente vastat liberè, immo peccatore consentiente: vnde mitti ipsi munera quando diabolo impugnante, iste ei mittit delectationem, delectationi addit consensum, & confesui opus; quod tamen ei non proderit in die iudicij: insuper & Diis Damasci, id est, dæmonibus, qui in cruore peccatorum delectantur Damascus enim interpretatur sanguis, facit sacrificium, dum scilicet dedicat cor suum insuper, ad contemptum Dei omnia vasa, id est, sensus & vires animi frangit & dissipat, dum scilicet absque fræno modestiæ siue absque reticulo liberè se exponit vitiis per contactum, per linguam verbis inhonestis, immo in angulis cordis construit altaria dolorum, dum scilicet quibuscunque vitiis vel cautelis, quæ sunt quidam anguli obscu-



ri studet perficere quod infudit, vel illicire lucrari, vel alium offendere, vel seipsum mactare; & in omnibus sensibus suis facit aras, dum in eis sacrificat inimico, sicque claudit ianuas templi, ne inspiratio ingrediatur, ne spurcitia peccati per confessionem expellatur; sed vide sententiam, percutitur à Deo finaliter, & tandem non introducitur sepulchris Regnum illorum, qui de mundo, carne, diabolo triumphauerunt, quia sepelitur in inferno, & non in sinu Abrahæ.


## CAP. XXXII.

**E**zechias congregauit plurimam multitudinem, & obturauerunt fontes & riuum, qui fluebat in medio terra, dicentes ne forte & veniant Reges Assyriorum, & inueniant aquarum abundantiam. Ezechias est vir iustus, qui debet congregare plurimam multitudinem, & multarum cogitationum bonarum, & obturare fontes iniquarum & peruersarum, & riuum concupiscentiarum, ne dæmones aquarum abundantiam inueniant, & per ipsam destruant ciuitatem animæ.

## CAP. XXXIII.

**P**rincipes & exercitus Regis Assyriorum cæperunt Manassen, & vincuntur catenis atque compedibus duxerunt eum in Babylonem, qui postquam coangustatus est, orauit Dominum suum, & egit pœnitentiam valde coram Deo Patrum suorum, & exaudivit orationem eius, & reduxit eum in Hierusalem, & cognouit quod Dominus ipse est Deus. Manasses interpretatur oblitus,

& significat peccatorem, qui Dei præceptorum eius prosperis succedentibus obliuiscitur. Vnde Gen. 40. dicitur quod succedentibus prosperis præpositus pincernarum oblitus est interpretis sui. Interpretis noster est Christus, qui nobis vitam æternam interpretatur; cuius obliuiscimur, cum prosperis transitoriis subleuamur, temporalia enim faciunt in obliuionem venire, & tunc ab Assyriis, qui interpretantur dirigentes, id est, dæmonibus, qui tentationis sagittas ab arcu malitiæ dirigunt vt animam interficiant, capimur in consensu mentis, & catenis malæ operationis, atque compedibus malæ consuetudinis vincimur, & sic in Babylonem, id est, excæcatæ mentis confusionem ducimur, sed quia maior est Dei misericordia quam quæuis peccatoris malitia, ideo peccator facere debet sicut fecit Manasses, de quo subditur 2. Paral. 33. *Orauit Dominum Deum suum, & egit pœnitentiam valde coram Deo Patrum suorum, deprecatusque est eum, & obsecrauit intentè.* Sic peccator ista quatuor debet opponere quatuor supradictis, debet orare Dominum vt se de manu dæmonum liberet, agere pœnitentiam vt à catenis malæ operationis dissoluatur, ipsum deprecari vt compedes malæ consuetudinis confringat, & obsecrare intentè, vt se de excæcatæ mentis confusione eripiat, & Deus misericors, cuius misericordiæ non est numerus, faciet quod sequitur: *Exaudivit orationem eius, Hierusalem in Regnum suum, & Manasses cognouit quod Dominus ipse esset Deus, id est, quod peccatoris, & contriti, & humiliati orationem exaudivit, & reduxit eum Hierusalem &c. quæ est ista Hierusalem nisi gratiæ infusio, peccatorum remissio, Dei & peccatoris reconciliatio, in qua est pacis visio, in qua regnat, qui de carcere & catenis dicitur: *Egressus est ad regnum.**



# INTERPRETATIO MYSTICA

IN

## LIBRVM SECVNDVM ESDRÆ.

CAPVT III  
IN II. ESDRÆ.


**E**t muros piscina Siloe &c. Piscina, quæ est in Hierusalem est pœnitentia, per quam homo pacificatur: de qua loquitur, Neem 3. *Piscina quæ grandi opere constructa est, scilicet à filio Dei verè grandi, qui grandia tollit, scilicet culpam & pœnam infinitam, & grandia confert, scilicet gloriam sempiternam.*

## IN LIBRVM III. ESDRÆ.

## CAP. IV.

**V**idebam Apennem concubinam Regis auferentem diadema de capite Regis, & imponentem sibi, & palmis cadebat Regem de sinistra manu. Quod faciunt, qui vel festa sanctorum vel Dominica frangunt, vel qui in eis Deum per ebrietates, iurationes, choreas, luxurias, & huiusmodi blasphemant

IN



# INTERPRETATIO MYSTICA IN LIBRVM TOBIÆ.

CAPVT PRIMVM  
TOBIÆ.

**T**obias ex tribu & ciuitate Nephtalim, quæ est in superioribus Galilea supra Naafon post viam, quæ ducit ad occidentem, in sinistro habens ciuitatem Zepeth. Tobias interpretatur bonus Domino; Nephtalim, latitudo: Galilæa; rota; Naafon, augurium: Zepeth, lucens vel pulchritudo. Tobias est quilibet iustus, qui bonum quod in se habet non suum, sed Domini credit esse, dicens cum Psal. 118. *Bonitatem fecisti cum seruo tuo Domine.* Et Isa. 26. *Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine.* Iste bonus Domino dicitur, esse de tribu & ciuitate Nephtalim, est enim filius, & vici latitudinis, id est, charitatis, Psal. 118. *Latum mandatum tuum nimis.* Christus testamentum condidit filiis tuis, hoc est, inquit, præceptum meum vt diligatis inuicem, &c. quod iustus tanquam filius iure hæreditario possidet, & in ipso quasi in ciuitate habitat semper: in hæreditate (inquit) Domini morabor, quia hæreditas mea præclara est mihi, & vbi est hæc ciuitas? In superioribus, inquit, Galilæa, supra Naafon: respice volatile ad superiora volans. Ego (inquit Christus Ioan. 8.) *de supernis sum, vos autem de deorsum estis, quasi rotam circuitis.* Rota dicta eo quod ruat de vitio in vitium & vos ruitis: ciuitas verò viri iusti boni Domino non in inferioribus, sed in superioribus est Galilæa, quia mundi rotam superat, superiora quærit, & inferiora relinquit, huiusmodi ciuitas est supra Naafon, quæ superiora auguratur, id est, cœlestia contemplatur.

*Dedit Dominus gratiam Tobia in conspectu Salmanasar Regis, & dedit ei potestatem quocumque vellet ire, habens libertatem quocumque facere voluisset.* Salmanasar interpretatur pacificans angustiatos, & significat rationem, quæ cum regnat, mentem angustatam pacificat, conscientiam clarificat, cor indulcat, aspera mollicat, graua alleuiat, cui si homo seruit gratiam inuenit, liber fit, habens potestatem ire quocumque, & facere quocumque velit, & libera seruitus, & serua libertas: non timor ser-

uum, non amor liberum, sed potius timor liberum & amor seruum facit.

*Mortuo Salmanasar rege, Sennacherib regnavit pro eo, qui cum filios Israel exosos haberet, in conspectu suo iussit Tobiam occidi, & tulit omnem substantiam eius: Tobias verò cum filio suo & uxore fugiens nudus latuit, quia multi diligebant illum.* Sennacherib interpretatur tollens desertam, & significat sensualitatem, id est, carnis concupiscentiam, quæ ab hominis mente tollit desertum pœnitentiæ: hic non regnat nisi cum moritur ratio, egressus enim virtutis ingressum vitij operatur.

*Post viam, quæ ducit ad occidentem in sinistro habens ciuitatem Zepeth.* Iustus retro relinquit viam spatiosam, quæ ducit ad occidentem, id est, ad mortem. Vnde Psal. *Fiant via illorum tenebræ, &c.* peccatorum via in præsentem est tenebrosa mentis cæcitate, lubricosa iniquitatis perpetratione, in morte verò Angelus malus erit persequens, & impellens quouique præcipiet in abyssum ignis ardentis, vir iustus in sinistro ciuitatem Zepeth, id est, litteræ vel pulchritudinis, quia scientiam falsi nominis sinistram & falsam deputat, & mundanam Philosophiam & pulchritudinem damnat.

## CAP. II.

**C**ontigit vt ex nido hirundinum dormienti cilli callida stercora inciderent super oculos eius, & fieret cæcus. Cæcus stercore hirundinum excæcatus, sed fille piscis curatus est Tobias; Tobias iustus tepidus; sepultura, pœnitentia; domus, carnis cura; paries, ipsius voluptas; obdormitio negligentia; torpor; nidus, effœminatæ mentis contentus; hirundines, dæmones; stercora, luxuria & gula: dicamus ergo, Tobias fatigatus à sepultura, &c. significat iustum tepidum. De quo Dominus Apoc. 3. *quia nec frigidus es timore, sc. pœnæ, nec calidus, amore gratiæ, sed quia es tepidus, ideo te incipiam euomere ex ore meo: sicut enim aqua tepida prouocat vomitum, sic tepiditas & negligentia à ventre diuinæ misericordiæ expellit otiosum & tepidum. Maledictus (inquit Ierem. c. 48.) qui opus Domini facit negligenter: hic fatigatus à sepultura venit domum, cum in labore pœnitentiæ in qua & sub qua debet abscondere mortua corpora, id est, peccata mortalia, vt sit de illis quibus dicitur, Ps. 118. *Beati**

P p

Beati

Psalm. 37.

*Beati quorum testa sunt peccata.* Tædio afficitur, & ad carnis suæ curam, quam contra Apostolum facit in desideriis, afficitur vel reuertitur: unde & subditur, iactauit se iuxta parietem: paries est carnis voluptas: sicut enim in pariete lapis, lapidi supponitur, & cæmento conglutinatur, sic in carnis voluptate peccatum visus peccato auditus, & peccatum auditus peccato gustus, & sic de singulis coniungitur, & cæmento malæ consuetudinis tenaciter colligatur, & sic obdormit negligentia torpore distolutus, & fit stercoreisatio hirundinum super oculos dormientis: hirundines propter citillimum volatum dæmones significant, quorum superbiæ super astra cæli ad altitudinem nubium, ad æqualitatem Patris, ad similitudinem Filij voluit aduolare, dæmonum nidus ad effæminatæ mentis consensus, plumis vanæ gloriæ & luto lasciuia confectus, ex tali nido cadunt stercore gulæ & luxuriæ supra oculos dormientis Tobia, & sic excæcantur oculi, id est, ratio & intellectus infidelis animæ: attendite charissimi, & caute vobis à tam infelici processu, à tædio enim sepulturæ, id est, pænitentia peruenitur ad domum carnalis curæ, quæ sub specie necessitatis collocat se iuxta parietem voluptatis, in qua dum somno negligentia deprimitur, stercore luxuriæ excæcatur: exurge ergo, ô Tobia tepide, ô luxuriose cæce, qui iaces secus parietem.

## CAP. III.

*Sara perrexit in superius cubiculum domus suæ, & tribus diebus, & tribus noctibus non manducauit nec bibit, sed in oratione persistens cum lachrymis deprecabatur Dominum.* Ecce Sara, quæ quasi auis pennata ascendit ad superiora, sic vir iustus in superiori cœnaculo mentis suæ orat: unde Christus in monte, Daniel in cœnaculo orat, Helisæus & Helias habent cœnacula, & Christus in cœnaculo Pascha celebrat. *Tribus diebus, &c.* in prosperitate & aduersitate ad sanctam Trinitatem vir iustus preces porrigit. Nota ordinem verborum: in superius cœnaculum, primò perrexit, non comedit nec bibit, in oratione persistit, lachrymas fudit: qui vult volare, debet hoc ordine procedere, primum enim à terrenis debet animum eleuare, deinde corpus affligere, & in oratione persistere, & lachrymas fundere: oratio enim vt dicit Glossa, Deum lenit, lachryma cogit; hæc vngit, illa pungit.

*Tobias ingemuit dicens, iustus es Domine, & omnia iudicia tua vera sunt, & omnes viae tue misericordia, veritas, & iudicium: & nunc Domine memor esto mei, &c. & tunc Domine secundum voluntatem tuam fac mecum misericordiam.* Anna sic, Benedictum est nomen tuum Deus Patrum nostrorum, qui cum iratus fueris, misericordiam facis, & benedictum nomen tuum in scœula. Quomodo autem istis se inuocantibus fueris suauis & mitis & copiosus in misericordia, patet cum subditur, in illo tempore exaudita sunt preces amborum.

## CAP. IV.

*Eleemosyna ab omni peccato liberat & à morte.* Eleemosyna etiam gratiam quasi pupillam conseruat propter acumen visus, & fuit corium quod est super pupillam valde tenue, & propter salutem oculi creatæ fuerunt palpebræ, & omne animal claudit oculum vt nociva non cadant super illum extrinsecus: & hoc non solum ex voluntate, sed etiam ex natura, & homo claudit oculos multoties, quoniam est tenuis cutis plus omnibus animalibus: auis quæ claudit oculos, non claudit nisi per palpebram inferiorem: sicut igitur palpebra pupillam cooperiendo conseruat, sic eleemosyna conseruat gratiam, quæ est quasi pupilla animæ per quam videt: hoc est quod dicitur. Eleemosyna ab omni peccato & à morte liberat, & non patitur animas ire in tenebras: sicut homo multoties claudit oculos vt eos conseruet, sic eleemosynam debet facere vt gratiam conseruet.

*Omnibus diebus vitæ tuæ semper in mente habeto Deum, & caue ne aliquando peccato consentias, & pratermissas præcepta Dei nostri.* O verbum dulcius super mel & fauam, semper in mente habeto Deum! ô mens omni beato beator, omni felici felicior, quæ habes Deum, quid tibi deest? quid tibi accrescere potest? omnia habes quia illum habes, qui omnia facit, qui solus te implet, sine quo omne quod est nihil est: semper ergo in mente habeto Deum. Ecce quale testamentum Tobias condidit filio suo, qualem ei possessionem dimisit, semper (inquit) in mente, &c. Iob 28. *Non appendetur aurum in commutatione eius.* Quomodo ergo te habere potero, ô Deus? quid ego vt te habeam dare debeo? da (inquit) te mihi, & ego dabo tibi me; da mentem, & habebis in mente; habe omnia tua tibi, tantum da mihi mentem, plenus sum tuis verbis, non indigeo tuis factis, tantum da mentem mihi. Nota quod dicit semper; vis Deum semper habere in mente? habe semper te coram te: vbi oculus, ibi rationes, habe semper oculum in terra pono, mentem, oculum, & te, si ergo vides te, habes Deum in te, vis semper habere Deum in mente? habeto te talem qualem te fecit, noli ire ad quendam alium, noli te facere alium ab illo quem ipse fecit, & sic semper Deum in mente habebis.

## CAP. VI.

*Apprehende bronchiam eius, & trabe eum ad te.* Apprehendit Tobias piscem, & traxit: piscis magnus est peccator magnis peccatis irretitus, quem Tobias, id est, Iesus Christus manu suæ miserationis apprehendit, & extraxit de profundo desperationis in siccum plenitudinis: siccum dictum quod sit sine succo, succus dictus quod sacco exprimitur, pænitentia est locus siccus, quia ibi succus gulæ & luxuriæ exprimitur sacco pænitentia. De qua Psalm. *In terra deserta, in iugis, & in aquosa, &c.* Hunc piscem exenterat

erat Dominus cum gladio sui timoris percutit, & tunc extrahit ab eo iecur, id est, amorem luxuriæ; fel, amaritudinem pænitentia in qua labor & dolor, quia cum labore acquiritur, cum timore custoditur, cum dolore amittitur, & ei aufert cor, id est, amorem superbiæ.

## CAP. VIII.

*Tobias protulit de cassidili suo partem iecoris, & posuit eam super carbones viuos: tunc Raphael Angelus apprehendit Dæmonium, & reliquit illud in deserto superioris Ægypti.* In iecore quo amamus, significatur Christi dilectio: in carbonibus viuis eiusdem passionis dolor & afflictio, ponamus ergo partem iecoris, est non totum iecur, super carbones viuos; recogitemus qualiter Dei filius, amor noster, & vt ita dicam, iecur nostrum sola dilectione pro nobis super carbones viuos, id est, crucem & acutissimos clauos fuit assatus in odorem suauitatis, credite mihi fratres, quia iste odor suauitatis, ista memoria Dominicæ Passionis omne eiicit dæmonium: & si hæc ferimus, tunc Raphael, qui interpretatur medicina, id est, ipse Christus, qui est medicina nostra, & magni consilij Angelus apprehendit Diabolum, & religabit in deserto superioris Ægypti, ne amplius nobis nocere possit.

## CAP. XII.

*Tempus est vt reuertar ad eum qui misit me.* Hoc dixit Raphael postquam dæmonium reliquit & Tobia oculos illuminauit, Raphael interpretatur medicina Dei, hic est Christus, qui theriacam de serpente carnis suæ in ligno affixæ vobis fecit, & sic diabolum reliquit, & humani generis oculos illuminauit; & tunc dixit, tempus est vt reuertar ad eum, qui misit me.

## CAP. XIII.

*Beatus ero si fuerint reliquie feminis mei ad videndum claritatem Hierusalem,* id est, humanitatis Iesu Christi, Reliquiæ feminis B. Tobia fuerunt Apostoli, semen cui benedixit Dominus. Ex quo Isa. sexto. *Semen sanctum erit quod steterit in ea,* id est, Ecclesia: hi fuerunt semen Tobia fide & patientia, & ideo videre meruerunt claritatem Hierusalem.


*Porta Hierusalem ex saphyro & smaragdo edificabitur, & ex lapide pretioso omnis circuitus murorum eius, ex lapide candido & mundo omnes plateæ eius sternerentur, & per vicos eius, alleluia, cantabitur:* si vis sic expone: *Et adde de portis.* In vtraque Hierusalem sunt nouem portæ: porta verus sunt sancti Angeli, qui dicuntur porta vetus propter prioritatem eorum, ad litteram, in Hierusalem fuit porta verus, quæ fuit in eâ ab eo tempore quo ciuitas dicta fuit salem, id est, pax: ita in sanctis Angelis abiecto Ange-

lo apostata pax firmata est: porta fontis Patriarchæ, quia per eos prima via ostensa est ad fontem Christum: unde Abraham, prima via tradendi dictus est: ad litteram, hæc porta ducebat ad fontem: porta nebulosa sancti Prophetæ, qui sub quadam nube litterarum viam veritatis docuerunt: ad litteram hæc porta sui altitudine nebulosa dicebatur præ sui altitudine, & Prophetæ præ altitudine intelligentiæ hoc nomine iure censetur: porta clausa est Virgo Maria. De hac Ezechelis quadragesimo quarto, *Porta hac clausa erit in æternum, & cætera, dicitur clausa porta, quia Virgo fuit ante partum, Virgo in partu, & Virgo post partum.* Vir non transibit per eam, ibidem, *quia Virgo Maria concepit, non opere viri, sed opere Spiritus sancti, clausa fuit principi, id est, ad honorem principis, id est, Filij Dei, princeps in ea sedebit, idem: sesso humilitatem notat, & Dei Filius, in ea se humiliavit, vt voluntatem Patris impleat, sicut ipse ait, meus cibus est, vt faciam voluntatem Patris mei.* Porta equorum sunt Apostoli: ad litteram, hæc porta fuit ante templum, vsque ad quam in equis ascendebatur: sancti ergo Apostoli sunt porta equorum, quia qui intrauerunt per hanc portam intrauerunt ad templum quod est Christus. Vsque ad portam, qui sederunt, sederunt in equis superbiæ, sed intraturi per hanc portam de equis superbiæ descenderunt, & humiles intrauerunt: porta sterquilini sunt martyres: ad litteram, sic dicebatur porta hæc, quia per hanc fordes ciuitatis effluebant: martyres verò dicti sunt porta sterquilini, quia corpora eorum tanquam stercorea reputata sunt, & sanguis eorum tanquam res vilis effusus est: porta scutariorum, sancti Prælati Ecclesiæ, Augustinus, Ambrosius, & alij: ad litteram, hæc est porta per quam de domo Regia intrabatur in templum, & in qua erant armati domum regiam custodituri: sancti ergo Prælati porta sunt scutariorum, quia per doctrinam eorum de domo Regia, id est, Ecclesia militanti transitur in cæleste templum: & ipsi sunt, qui domum Regiam clypeis auctoritatum sacræ scripturæ muniunt: porta piscium, sunt boni subditi claustrales, qui admodum piscium quibusdam pinnis virtutum se eleuant, ne iaceant in cæno vitiorum: porta vallis sunt Virgines, quæ dicuntur porta vallis, quia per vallem humilitatis significatur: unde beata Virgo solam humilitatem commemorat dicens, *quia respexit humilitatem ancillæ suæ.* Hæc sunt portæ in quibus sedebit ille vir nobilis, cum sederit cum nobilioribus senatoribus terræ, Prouerborum vltimo.

*Istud sequatur ad illud, contemplationis suauitas designatur.* Nota quod triplex Hierusalem est, allegorica, id est, Ecclesia militans: moralis, id est, anima fidelis: anagogica, id est, Ecclesia triumphans: de quarumlibet structura pertractemus, in dicta auctoritate Tobia quatuor lapides ponuntur, scilicet saphyrus, smaragdus, lapis pretiosus, lapis mundus vel candidus; per quos, militantis Ecclesiæ ordines intelligimus, scilicet Apostolos, martyres, Confessores, & Virgines: saphyrus cælo sereno similis Apostolos significat, qui terrenis contemptis meruerunt dicere: P p 2 .notata

nostra conuersatio in cœlis est, smaragdus qui tantæ viriditatis est vt omnem superet herbarum virorem, & aerem circumfusum, vel imagines aspiciantium virides reddat, martyres significat, qui sui sanguinis effusione animas in horto Ecclesiæ Apostolorum labore plantatas vt in fidei viriditate perdurarent, asperferunt. Ex saphyro ergo Apostolorum, & smaragdo martyrum ædificatæ fuerunt Ecclesiæ militantis portæ, vt per ipsos pateret introitus ad regnum. Item lapis pretiosus significat Confessores, qui contra hæreticos se mundum pro domo Israel opposuerunt. Lapis mundus vel candidus fuerunt Virgines, quæ munditia interiori & candore exteriori resplenderunt, quæ humilitate & martyrio Domino se prostrauerunt, quarum exemplo plateæ, quæ dicuntur à platos, id est, latitudine, id est, fideles dilatari charitate sternuntur, vt ipsi Domino se subiiciant: moraliter in saphyro contemptus visibilium, & contemplatio inuisibilium, smaragdo compunctio lachrymarum cum confessione criminum designatur. Ex his duobus ædificantur animæ portæ, per quas patet introitus Spiritus sancti gratiæ: per hæc etiam patet introitus & exitus ad gustandum suauitatem Dei, ad circumspectio-

nem sui, ad conculcationem mundi, in lapide pretioso patientia notatur, quæ est murus animæ muniens & defendens eam ab omni perturbatione: in lapide mundo & candido significatur castitas & humilitas, quibus debent animi cogitationes & affectiones mentis purgari & muniti: & tunc per vicos, id est, corporis sensus, *Alleluia*, id est, laus Dei cantabitur: est enim dulcis symphonia cum consonat operatio munditiæ & puritati cogitationum: anagogicè in saphyro trinitatis & vnitatis inenarrabilis contemplatio: in smaragdo, qui confert oculis, totius Ecclesiæ triumphantis iocunda visio; in lapide pretioso, cœlestis gaudij æterna fruitio; in lapide mundo & candido, geminæ stolæ, id est animæ & corporis glorificatio designatur, cum sancti omnia ista habuerint, tunc cantabitur per vicos Hierusalem, *alleluia*, per vicos Hierusalem intelliguntur mansiones, de quibus dicitur, Ioan. 14. *In domo Patris mei mansiones multe sunt.* In quibus, *alleluia*, laus & gloria voce indefessa à sanctis cantabitur, *benedictus Dominus Pater & Filius, qui exaltauit Hierusalem militantem*, id est, Ecclesiam triumphantem, quæ est regnum eius, *supra quam regnat in seculis seculorum.*



# INTERPRETATIO MYSTICA IN LIBRVM IVDITH.

## CAPVT PRIMVM IN IVDITH.



**N**ABUCHODONOSOR Rex Assyriorum, &c. Nabuchodonosor, qui interpretatur sedens in angustia, presumptuosus & ambitiosus significat, qui per sollicitudinem semper angustiantur,

vt ad statum altiore promoueantur, Thren. primo, *sedet in angustia Domina gentium*, id est, ambitio contra Arphaxat, id est, facit aliquod factum notabile, propter quod regnum Medorum, id est, aliquam dignitatem obtinet. & acquirit, non sufficit sibi quod Rex sit Assyriorum, & quod efficiatur Rex Medorum, id est, non sufficit sibi dignitas, quam ab antiquo habuit, vel quam de nouo acquisiuit, quinimo ad altiora accenditur, & altas dignitates & officia ambire & ea usurpare molitur, quod potissime fit, cum videt al-

quod beneficium vel officium vacare, quia scilicet tunc magis solet ad dignitatem aspirare.

*Gloriabatur quasi potens*, non verè, quia solus Deus verè est potens, sicut solus Deus bonus, Matth. 11. Et Ierem. 9. non gloriatur sapiens in sapientia sua, & non gloriatur fortis in fortitudine sua, & non gloriatur diues in diuitiis suis, sed in hoc gloriatur, qui gloriatur scire & nosse me.

## CAP. III.

**P**RACEPERAT Nabuchodonosor Rex, vt omnes Deos terræ exterminaret, vt ipse solus diceretur Deus. Nabuchodonosor ambitiosus & inuidiosus significat, qui solum voluntum Dei, Domini excellentes reputari, quapropter totis viribus laborant, quod alij qui potentes & famosi, eradicentur, vt solum ipsi apparere inter homines videantur.

## CAP. VII.

**D**VM Holofernes circuiret per gyrum, reperit quod fons, qui fluebat à parte australi extra ciuitatem dirigeretur, & incidi præcepit aqueductum. Holofernes interpretatur infirmans vitulum saginatum, & significat diabolum, qui huius mundi saginatum vitulum, id est, peccatorem, temporalibus inebriat, qui infirmatur febre acuta luxuriæ, scabie auaritiæ, vertigine superbiæ. Diabolus circuit per gyrum, quærens quem deuoret. Et tunc reperit quod fons, &c. Fons est Spiritus sancti gratia, aqueductus, mentis deuotio; pars australis, fides Christi: Deus (inquit) ab austro veniet: ciuitas est anima, fons ergo gratiæ per ductum aquæ deuotionis influit ab austro Dominicæ incarnationis in ciuitatem animæ fidelis: diabolus verò cum hic reperit mundi solitudinem, ductum mentis incidit, & sic anima, quæ prius solebat haurire aquas in gaudio de fontibus saluatoris, siti arida, gratia vacua in confinio mortis est posita: Vnde hoc iusto Dei iudicio, & suo merito sibi considerans euenisse clamat cum populo Bethuliæ, Iustus es Domine &c. *Factus est fletus & ululatus magnus in Ecclesia magna omnibus, & per multas horas homines vna voce clamauerunt ad Deum, dicentes, peccauimus Domine cum Patribus nostris &c.* Hoc enim intendebat Holofernes, id est, diabolus cum populum Bethuliæ tribulabat, vt in tribulationibus deficientes traderent sibi ciuitatem.

## CAP. VIII.

**V**IR eius Manasses, qui mortuus est in diebus messis hordeæ: instabat enim super alligantes manipulos in campo, & venit æstus super caput eius, & mortuus est. Manasses interpretatur oblitus, & significat cupidum & auarum, qui Dominicæ paupertatis oblitus dum manipulos diuitiarum & bonorum in campo colligeret, id est, multitudinem temporalium ligare nititur, æstus mundanæ prosperitatis super caput, id est, mentem eius, venit, & sic moritur.

*Erat Iudith relicta vidua iam annis tribus, &c.* Iudith constans & humilians humilem animam præfiguratur, quæ sui considerat miseriam, & Deo gloriam tribuit de beneficiis collatis, Psal. 113. *Non nobis Domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam.* Hæc relinquitur vidua, dum scilicet facit diuortium cum mundo, cui interdum anima desponsatur per culpam: tres anni sunt propositum bene operandi, scilicet principium, siue inceptio, perfectio, & perseverantia: sex menses sunt vitæ perfectio in senario designata: & aduertendum quod bene dicitur quod habebat multas diuitias quas vir eius reliquerat: quamdiu mulier est sub viri potestate, non habet diuitias nec Dominium, sed eo mortuo ipsi relinquuntur dotes &c. sic anima, quæ nubit mundano desiderio; quamdiu viuunt non habet diuitias: sed desiderio preempro tunc habet diuitias gratiarum & virtutum. *Hæc constituit sibi cubile quietum*, scilicet quie-

tem contemplationis & meditationis in superiori parte domus, dum scilicet se toto corde subtrahit à terrenis, & ad superiora se conuertit: *ieiunat omni tempore vitæ suæ*, dum scilicet cauet a gustu cuiuslibet inordinatæ voluptatis, sed cum Domino se delectat & epulatur: & ideo bene dicitur quod non ieiunabat in Sabbatis & neomeniis, id est, quod non ieiunabat à bonis operibus & à laude Dei: portat silicium, id est, iugem mortis memoriam; *habet multam familiam*, scilicet multa opera meritoria: *hæc in sublimitate procedit*, contra inimicum, contra populum Domini, & cum proprio mucrone, qui ad caput lecti pendet, perimit, dum scilicet gladium tentationis in caput hostis retorquet, & sic amputato capite, id est, subiectionis præciso principio, populus Dei scilicet anima, & eius operatio liberatur, & ciuitas conscientiæ, Bethuliæ, id est, domus parturiens Dominum saluatur.

Vel aliter Iudith, quæ constans interpretatur, hominem significat, qui statum assumit penitentis, talis namque Domino confitetur confessione laudis, Psal. 105. *Confitemini Domine quoniam bonus.* Item confitetur culpam factam: Iosue confitere & iudica quid feceris: hæc aliquando prosternitur per peccatum, Ierem. 2. *leua oculos tuos in directum, & vide vbi nunc prostratus sis*, sed quando commissa detestatur, tunc proprie surgere dicitur: *& ideo surrexit Iudith de loco in quo iacebat*, Iosue septimo, *surgere, quid iaces pronus in terra? vocauitque abram suam*, id est, famulantem rationem siue discretionem, quæ voluntati tanquam Dominæ in rego animæ famulatur, nam prius voluntas repulerat peccando, quia malitia excæcat voluntatem: de hac vocatione Iudith dicit abra suæ, *vt adstaret foris ante ostium cubiculi, & obseruaret*, id est, tentationibus præcaueret, ne voluntas impetum pateretur, quin libere perimeret inimicum: *descenditque in domum suam*: quamdiu est in statu peccati, tamdiu extra domum propriæ conscientiæ commoratur, Prou. 7. *Non est vir in domo sua, abiit via longinqua*, sed cum seipsum humiliter recognoscit, in domum suam descendit, Luc. 18. *descendit hic iustificatus in domum suam*: *abstulit à se animæ cilicium*, quæ se conuerterat ad instar cilicij, id est, ad opera, quæ sunt mortua & sepulturæ indicium, animæ, scilicet mortuæ per culpam, & in fouea vitiorum sepultæ. De cilicio lamentatur Ieremias, Thren. 2. *Virgines Hierusalem ciliciis accinctæ sunt*, Virgines (inquam) quia sine fructu meriti cuiuscumque. *Et exiit se vestimento viduitatis suæ*, id est, diuina offensione, quæ sponso repulso cum Diis alienis fecerat animam fornicari, Gen. 35. *Abiicite Deos alienos, qui in medio vestrum sunt, & mundamini, ac mundate vestimenta sua*, potest tamen per vestimenta, vitiosa conuersatio designari, in qua tanquam in vestimento cognoscitur anima esse cœlesti sponso viduata, *vnxitque se myrrho optimo*, id est, mortificante penitentia, qua anima præseruatur à corruptione peccati, Exod. 30. *Sume tibi aromata prima myrrhæ electa*: prima myrrha dicitur illa, quæ sponte progreditur: sic penitentia debet esse spontanea, quia plus valet; & electa, vt homo non spectet percussione-



Galat. 5.

extinctionem, qui est inimicus gentis Iudæorum. Ad Galat. 5. *Caro concupiscit aduersus spiritum.* Et tunc debet suspendi per macerationem pœnalem in ligno scientiæ; vt quod fuit sibi causa delectationis, sit sibi flagellatio castigatiōis. Et tunc Aman, id est, corpus morietur peccato, & Mardocheus, id est, spiritus viuificatur. Ad Rom. 4. *Si spiritum facta carnis mortificaueritis, uiuētis.*

Rom. 4.

## CAP. XIV.

**C**onfugit ad Dominum, pauens periculum quod imminabat, cumque deposuisset vestes regias stetit, &c. *Deprecabatur Dominum Deum Israel.* Sic anima cauens periculum mortis æternæ quod imminet peccatoribus, debet ad Domini misericordiam confugere, & vestes temporalis gloriæ exuere, & stetum & luctum suscipere, & pro vnguentis variis, id est, delectationibus carnis, cinere, id est, memoria fragilitatis, stercore, id est, recordatione propriæ iniquitatis debet caput mentis aspergere, & corpus suum humiliare, & omnia loca in quibus fuit delectata criminum laceratione replere, vt quot de se habuit delectamenta, tot de se inueniat holocausta.


## CAP. XV.

**S**tetit contra Regem eratque terribilis aspectu. *Cum eleuasset faciem, & ardentibus oculis furorē pectoris indicasset, Regina corruit, & in pallore colore mutato lapsam super ancillam caput*

*inclinauit.* Sed Prælatus sicut fecit Afluerus, virgam benignitatis auream debet porrigere, & vestimenta niuis induere vt quos paterna corripuit austeritas, piæ mentis consoletur benignitas. Vnde dicitur, *Verbera patris habens, vbera matris habe.* Prælatus debet esse sicut pelicanus, qui vt dicitur, pullos interficit, & postea sanguinem de proprio corpore extrahit, & super mortuos effundit, & sic reuiuifcere facit. Sic prælatus filios suos, id est, subditos suos quos flagello disciplinæ corripit & gladio asperæ increpationis interficit, suo sanguine, id est, mentis compunctiōe, & lachrymarum (quæ vt dicit August. sunt sanguinis animæ) effusione debet ad pœnitentiam, quæ est vita animæ, reuocare.

*Vultum roseo colore perfusa ingressa cuncta per ordinem ostia, stetit coram Rege.* Hæstet est anima pœnitens, cuius vultus in confessione debet perfundi roseo colore verecundiæ. Verecundia dicta eo quod vere timeat. Qui verè iudicia Dei timet sine dubio verecundiam, quæ gloriam adducit, in confessione habet: qui verò non erubescit, non timet. *Frons* (inquit Ieremiæ cap. tertio.) *mulieris meretricis facta est tibi, noluit erubescere.* Sed Hæstet tristem ac timore attractum habebat animum, quia pœnitens tristitia teritur in contritione & timore contrahitur in confessione, in qua habet gratos ac intentos oculos, lachrymarum scilicet perfusione, & sic ingreditur per ordinem cuncta ostia, enumerando scilicet, prout commisit peccata cuncta, quæ nobis claudunt tanquam ostia, vitæ æternæ introitum. Sed stetit sic ingressa coram Rege, scilicet Christo Iesu, coram quo stare non poteris, nisi prius, per ordinem cuncta ostia referaueris, & tunc poteris ei faciem tuam ostendere.

Ierem. 3.



# INTERPRETATIO MYSTICA IN LIBRVM IOB.

## CAPVT PRIMVM IN LIBRVM IOB.



**I**R erat in terra Hus nomine Iob, & erat vir ille simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo. In terra Hus id est, consilij, habitat vir iustus qui Domini consilia obiciuat vt ipsius præcepta. Hic est simplex in cordis puritate, rectus in animæ affectiōe,

Deum timens in virium naturalium ordinata exæquatione, recedens à malo in mentis soliditate hoc fac vt sis simplex, id est, sine plica fraudis, non tuam sed Dei laudem quærens.

*Ibant filij eius & faciebant conuiuia per domos, vnusquisque in die suo.* Filij per domos conuiuia faciunt, dum virtutes singulæ iuxta modum proprium mentem pascunt. Vnde bene dicitur, vnusquisque filij in die suo. Dies enim vnus cuiusque filij est illuminatio & illustratio vnus cuiusque virtutis, & præmissa distinctiōe donorum siue virtutum, & ostenso quomodo vnumquodque donum, siue vnaquæque virtus celebrat diem suum, subiungit sic. Sed illud in hoc filiorum

filiorum conuiuio perscrutandum video quod semetipfos inuicem pascunt; valde enim singula quælibet destituitur si non vna alij virtuti suffragetur. Minor quippe est si intellectu careat, & valde inutilis est intellectus si ex sapientia non subsistat. Virtutes naturales non solum mutù se inuitant, sed etiam vocant sorores suas tres, scilicet fidem, spem, & charitatem.

*Cum venissent quadam die filij Dei vt assisterent coram Domino, affuit inter eos & sathan.* Nota singula verba. Quadam, vt excludatur diuersitas, die, vt excludatur noctis successio. Cum filij gratiæ adoptione; Dei, spiritus paupertate, venissent deuotione; vt assisterent, corporis mortificatione; coram Domino, non coram mundo; affuit inter eos & sathan, vt discordiæ zizaniam seminaret.

*Ventus vehemens, id est, fortis tentatio, secundum Greg. à malignis spiritibus suscitata, quæ concutit angulos domus, id est, stabilitatem conscientiæ in quatuor virtutum dispositione, & ipsam subuertit.*

*Repete ventus vehemens irruit à regione deserti, & concussit quatuor angulos domus, quæ corruerunt oppressit filios Iob.* Ventus vehemens à regione deserti est repentina suggestio diaboli, quæ aliquando ita fortiter ex improuiso irruit, quod quatuor angulos domus, id est, quatuor principales virtutes animæ viri iusti à fundamentis excutit, & aliquando in mortale peccatum eum corruere facit, & sic filij Iob, id est, opera vel affectus viri iusti moriuntur.

Item vastitas de deserto veniens, est cupiditas quæ de deserto mundi bestiis pleno venit, & paupertatis diuitias in viro iusto pœnitens contritio vastare cupit.

*Scidit vestimenta sua, & tonsocapite corruit in terram.* Vestimenta sunt opera quæ nos tegunt, ne nudi erubescamus; quæ dum culpa flere facit, districtius quasi virata manu vindicamus, tunc enim omnis elatio & superfluitas cogitationum ab animo cadit, quod est tonso capite cadere, id est, repressis præsumptionis cogitationibus quam infirmus sit in se sentire. Difficile est magna agere, & de magnis apud se fiduciam non habere.

## CAP. II.

**P**ellem pro pelle, & omnia quæ habet homo dabit pro anima sua. Pellem, scilicet pompæ sæcularis pro pelle gloriæ cœlestis, id est, corpus illud pellicum & mortale dabit carnifici & tortori, & exponet gladio tyrannidis & mortalitatis. Nota quod pellis quanto magis abluatur tanto magis extenuatur & deturpatur; sic corpus nostrum quanto magis delicate nutritur, tanto magis perdit vires, senescit & rugatur.

*Testa saniem radebat sedens in sterquilinio.* In sterquilinio cum Iob dolente sedeat, & testa, id est, asperitate pœnitentiæ saniem culpæ abradas.

*Dicit Dominus: Per quam viam spargitur lux, diuiditur aënis super terram?* Via est Spiritus sancti gratia, per quam lux, id est, peccati cognitio spargitur, & tunc æstus, id est, ardor contritionis diuiditur super terram, id est, impium peccatorem facit diuidere corpus peccati, vt ipsum & eius circumstantias membratim diuidat.

Et sic dat cursum vehementissimo imbri, id est, compunctiōni lachrymarum, quarum vehementia culpæ & verecundiæ frangit obstacula. Et tunc dat viam sonanti tonitruo, id est, aperit viam confessioni, quæ tanquam tonitruum dæmones exterret. Vnde 1. Reg. 7. *Intonuit Dominus fragore magno super Philistæos, &c.* In tonitruo & gladio confessionis. Philistim, id est, dæmones exterriti cæduntur à filiis Israel, id est, vere pœnitentibus.

1. Reg. 7.

*Audientes tres amici Iob venerunt singuli de loco suo.* Sunt tres virtutes animæ, scilicet rationalis, concupiscibilis, irascibilis. Rationali, bona à malis discernimus; irascibili, mala detestamur; concupiscibili, ipsa bona desideramus. Has vires amiserunt effeminati, de quibus Iob 21. *Dulcis fuit glareis Coccyi, &c.* Prudentia humana trahit rationalem, voluptas carnis concupiscibilem, vana gloria irascibilem. Isti sunt tres amici Iob, scilicet Eliphath Themanites, Baldath Suites, & Sophar Naamathites. Eliphath, contemptus Domini; Themanites, auster interpretatur, & significat prudentiam humanam, quæ de austro calido, id est, mundi cupiditate prouenit, quia filij huius sæculi prudentiores sunt. Hæc sapientiam Domini contemnit, ideo oppressa contemnitur. *Isaiæ capite 33. Cum fatigatus deseris Isai. 33. contemnere, contemneris.* Baldath sola vetustas, Suites, loquens interpretatur, & significat carnis voluptatem, quæ à primis parentibus incepit, & per successionem generationum pellem filiorum veterem facit & vetustam. Hoc patrimonium vetus Adam nobis diuisit. Hæc vetustas à loquela serpentis orta fuit. *Psal. dicit pœnitens, A voce gemitus mei, id est, suggestiōe voluptatis, quæ est causa mei gemitus, adhaesit os meum, id est, ratio vel virtus mea, carni, id est, carnalitati meæ.* Sophar, interpretatur dissipatio speculi; Naamathites, decor, & significat vanam gloriam, quæ ex vano religionis decore oritur, quæ speculam contemplationis & totius boni operis dissipat. Receperunt (inquit) mercedem suam. Istis tribus tres animæ virtutes distribuuntur, & ideo necesse est vt beatus Iob, qui interpretatur dolens, id est, pœnitens, qui dolere dolore careat. Ideo dicit Iob, verbo sa amici mei non audiat, nec eis acquiescat. Vt ex omnibus verbis suis Dominum Deum suum diligat.

*Tres amici Iob, Eliphath, & Baldath & Sophar, qui beatum Iob verbis afflixerunt, & contumeliis affecerunt, Eliphath interpretatur contemptus mundi & significat hæreticos, qui Christi Ecclesiæ obedire contemnunt, Baldath sola vetustas, & significat falsos Christianos, qui dierum malorum sicut inueterati: Sophar dissipatio speculæ & significat simoniacos, qui Ecclesiasticæ dignitatis speculam dissipant dum ipsam pecunia emunt.*

## CAP. III.

**Q**ui parati sunt suscitare Leuiathan. Ille Leuiathan, id est, diabolus suscitatur, qui eum in sui cordis hospicio requiescere non permittunt. Sancti enim debent facere sicut apes, quæ (vt fertur) debent inspiciere super foramina aluearum, si aliquid extraneum intrare contingat, ipsum inter se permanere non patiuntur,

tiuntur, sed tandiu insequuntur quovsque extra aluaria propellunt. Apes dictæ eo quod pedibus se alligant, vel quod sine pedibus nascuntur, unde dicuntur ab ea quod est sine, & pes, & significant viros, qui pedibus charitatis, scilicet affectibus se alligant, non ex natura, de qua dicit Apostolus, *Omnes nati sumus filij iræ; sed ex sola gratia illi data.* Horum aluaria sunt corpora, quorum foramina sunt quinque sensus, & specialiter oculi, super quos sedere debent, & diligenter attendere ne aliquid extraneum, id est, diabolicum influat, & si forte aliqua diaboli suggestio vel cordis delectatio per ista intraerit, nullo modo vel pacto ipsam patiuntur intra se manere, quia mora trahit periculum, & ut quidam dicunt, morosa cogitatio est peccatum mortale. Cum enim ratio discernit quod cogitatio tendit ad illicitum, & ipsam prout potest non refrænat, hæc morosa dicitur esse cogitatio. Sed boni Christiani sicut apes statim debent insurgere, & aculeis contritionis & orationis insequi, & extra suorum corporum & cordium aluaria propellere, & sic sunt iusti parati Leuiatan suscitare, ne in eis requiem inueniat.

*Quasi effodientes thesaurum gaudent vehementer, &c.* In hoc agro fodiunt & inveniunt simplices doctrinam, tribulati patientiam, desperati misericordiam, contemplatiui sapientiam.

## CAP. V.

**V**ere stultum interficit iracundia, & paruulum occidit inuidia. Paruulus est qui appetit terrena, magnus qui æterna; paruulus ergo occiditur, quia nullus hac peste moritur nisi qui hæc terrena appetit. Qui liuoris peste carere desiderat, hæreditatem illam diligit, quam cohæres mentis non angustat, quæ in omnibus vna est, & singulis tota.

*Homo nascitur ad laborem & auis ad volatum.* Auis & homo, bonæ voluntatis propositum significant, quia auis volat contemplatione, homo laborat actione. Homini nasus debet esse inter genua, vt tam in mentis compunctione, quam in corporis afflictione media via discrete procedat, & oculi super genua, vt hilaris conscientie illuminatione omnia faciat, quia hilarum datorem diligit Deus.

*In vastitate & fame videbis,* id est, in abstinentia delectaberis, & bestias terræ non formidabis, id est, petulantiam carnis.

*Visitans speciem tuam non peccabis.* Species tua est alter homo, quem elemosyna tam spirituali, quam corporali debes visitare, & sic non peccabis.

*Visitans speciem tuam non peccabis.* Quidam sanctus dicebat, nunquam melius anima videbit per veritatem speciem suam supra se, quam si caro se inclinet per charitatem ad speciem suam infra se.

*Ingruedieris in abundantia sepulchrum sicut infertur aceruus tritici.* Monumentum est vita contemplatiua, in qua sicut in monumento, homo mundo mortuus absconditur, & sepelitur. Vbi iustus exsufflatis paleis temporalium, de mundo egrediens in abundantia diuinæ gratiæ ingreditur sepulchrum vitæ contemplatiuæ, in qua sicut aceruus tritici reponitur, quia cœlesti

dulcedine in contemplatione anima eius reficitur.

*Ingruedieris in abundantia sepulchrum, sicut infertur aceruus tritici in tempore suo.* Iustus in abundantia gratiæ collatæ sibi ingreditur sepulchrum vitæ contemplatiuæ, sicut aceruus tritici infertur in horreum. Exsufflatis enim paleis temporalium, eius mens in horreo cœlestis plenitudinis reponitur, repositaque ipsius dulcedine satiatur.

## CAP. VI.

**Q**uæ prius volebat tangere anima mea, nunc præ angustia cibi mei sunt. Pœnitenti enim præ angustia contritionis, quam sustinet pro peccatis vigiliarum instantia, lachrymarum abundantia, ieiuniorum frequentia, sunt quasi quidam delicatissimi, quæ priusquam rediret ad pœnitentiam, anima, id est, sensualitas eius temporalibus satiata tangere abhorrebat.

*Considerate semitas Theman, iuenera Sabba.* Theman interpretatur auiter tepidus. Hæc est fluxa & otiosa conuersatio viuendi, per quam tentat diabolus. Nam cum spiritus immundus domum inuenerit remissam & otio vacantem, intrat in eam. Vnde quia Dauid vt dicitur, 2. Reg. 11. *Remansit in Hierusalem, & non processit ad bellum,* marcens otio, punitur adulterij vitio. Sabba interpretatur rete vel captiua, & significat obligationem culpæ, quæ se bene tepiditati & otiositati coniungit, nam qui non districto iudicio, sed dissolutis & remissis gressibus vadit & fluxus actibus implicatur, & ad ea quæ Dei sunt impeditur: Sicelech ergo, quæ interpretatur adductio vocis defæcatæ, id est, anima quæ non balbutiendo sed recte loquendo debet annunciare peccatum suum, à parte australi, id est, à tepiditate & otiositate suæ vitæ à malignis spiritibus capitur, & igne iniquitatis succenditur, & quicquid virtutis est intra animam à minimo vsque ad magnum captiuatur.

## CAP. VII.

**C**utis mea aruit. Cutis aret & contrahitur cum bonum opus finalis perseverantiæ effectum denudat.

*Ego non parciam ori meo, loquar in tribulatione spiritus mei, confabulabor cum amaritudine animæ meæ.* Ecce breuis & perutilis forma confessionis. Ille ori suo non parcit, qui nude & aperte peccatum & circumstantias peccati confitetur. In tribulatione spiritus sui loquitur, qui corde contrito & spiritu contribulato seipsum accusat sibi ipsi imputat, sese iudicat, cum amaritudine animæ suæ confabulatur, qui nihil sibi referuat, sed iterum atque iterum dolorem suum innouat, se totum arbitrio sacerdotis exponens dicit cum Saulo, qui nunc Paulus Act. 9. *Domine quid me vis facere?*

*Quid est homo quia magnificas eum? scilicet beatificando, aut quid apponis erga eum cor tuum?* Pro eo moriendo, tunc enim viscera misericordie ostendit homini. Ideo enim in cruce latus suum voluit homini aperire, vt homo cor suum cordi eius insereret, *Visitans eum diluculo,* scilicet

cer gratiam infundendo; & subito probas illum, id est, approbas prædestinando, vel probas, id est, tentas eum castigando.

*Visitans eum diluculo.* Cum mens est in quietis silentio, tunc Iesus audit affectum cordis in ipsius ore loquentis & post interrogat flagello piæ correctionis. Hoc est quod dicit Iob. *Visitans eum diluculo.* Ecce auditio, & subito probas illum, ecce interrogatio. Hæc est consolatio mœrentium, id est, iustorum qui mœrent pro irriguo superiori in valle lachrymarum vt eos beatus Iob audiat, interroget, visitet & probet. Hæc est (inquit) consolatio mea vt affligeres dolore non pœna.

*Visitans eum diluculo, &c.* Si post virtutum munera animus nulla tentatione concuteretur, has habere à seipso gloriatur. Visitat igitur eum Dominus suæ beneficio gratiæ, & subito in certamine ipsum probat, nec tamen tentatum sic exponit vt in tentatoris manibus derelinquat, quinimo statim post commissionem molestiæ, seu pugnæ comitatur pro tentationis custodia.

## CAP. VIII.

**S**i diluculo confurrexeris, & ad Deum omnipotentem fueris deprecatus, si mundus & relictus incesseris, statim euigilabit ad te, & pacatum reddet habitaculum iustitiæ tuæ, in tantum vt priora tua sint pauca. Si diluculo, id est, cordis contritione confurrexeris, id est, simul mente & corpore surrexeris, & ad Deum omnipotentem in tui criminis & eius laudis confessione fueris deprecatus, si mundus & relictus pœnitentiæ satisfactione incesseris, statim euigilabit ad te, scilicet in diluculo contritionis; & pacatum reddet habitaculum iustitiæ tuæ in tui criminis confessione, qui enim se iuste iudicando accusat, vel accusando iudicat in confessione, pacatum possidet habitaculum sui corporis in mentis tranquillitate. In tantum vt priora tua sint pauca, &c. Ecce quod pœnitentia in præsentem gratiam augmentat, & in nouissimo gloriam accumulatur.

## CAP. IX.

**Q**ui præcipit soli & non oritur. In sole gratiæ illuminationis notatur, quæ tunc oritur cum menti infunditur. Vnde Dominus Exod. 33. *Misererebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi complacuerit.*

*Qui facit magna & incomprehensibilia,* in re-creatione, nobis mirabilia faciet in æterna beatitudine. Vel magna fecit, in sui incarnatione. Vnde beata Maria, *Quia fecit mihi magna qui potens est, &c.* Incomprehensibilia in sui natiuitate, in qua ipsum Dei filium virgo peperit. Mirabilia in miraculorum operatione.

*Sordibus intinges me, & abominabuntur me vestimenta mea.* Intelligentur schismatici, hæretici, & simoniaci, qui vestem Christi inficere volunt, quia vestis Iesu Christi inconsumibilis & desuper contexta per totum, est fidei ipsius Ecclesiæ vnitas, quam diuidere volunt hæretici & falsi Christiani. Hi sunt tres amici Iob, sci-

licet Eliphath, Baldath, & Sophar, qui beatum Iob verbis afflixerunt & contumeliis affecerunt. Eliphath interpretatur contemptus Dei, & significat hæreticos, qui Christi Ecclesiæ obedire contemnunt. Baldath, sola vetustas, & significat falsos Christianos, qui dierum malorum sunt inueterati. Sophar dissipatio speculæ, & significat simoniacos, qui Ecclesiasticæ dignitatis speculam dissipant dum ipsam pecunia emunt.

*Ignis,* scilicet temporalis & corporalis sollicitudo est usque ad consummationem demorans.

## CAP. X.

**E**t sempiternus horror inhabitat. Gehennæ flamma nequaquam reprobis lucet ad consolationis gratiam, & tamen lucet ad pœnam, vt damnatorum oculis supplicij ignis, & nulla claritate candeat, & ad doloris cumulum detenti qualiter crucientur ostendat.

## CAP. XI.

**E**xcelso cælo est, & facies profundior inferno, &c. Nota, cœli dicuntur Angeli; demones infernus; terra, iusti homines; mare, peccatores. Nec Angeli igitur eius altitudinem attingunt, & dæmonum alturas longe subtilius, quam putant iudicat, & iustorum longanimitatem patientia eius superat, & vbiq; facta peccantium præsentia eius occupat. Vel homo cœlum est contemplatione, infernus tentationum caligine, terra dum fructificat, mare dum mutabilitate agitur. Sed contemplatio hominis in Deo deficit, & si se in tentationibus discutit, subtiliora Dei iudicia timeret & opera eius retributio in fine superat, & quantumcunque, mens fluctus inquirendo distributionem futuram, non cognoscit.

Item habet latitudinem amando, longitudinem tolerando, altitudinem intellectus superando, profunditatem motus cogitationis illicitos iudicando. Subuertit cœlum dum contemplationem hominis destruit; infernum dum pauidum in tentationibus ad deteriora tandem cadere permittit; terram dum fructum boni operis per aduersa intendit; mare dum nostram titubationem terrore iudicij confundit. Cœlum & infernus simul coarctantur, cum eandem mentem & contemplatio subleuat & tentatio. Terra & mare simul coarctantur cum eandem mentem & certa fides de æternis roborat, & aliquantula mutabilitate aura dubietatis versat.

*Si iniquitatem qua est in manu tua abstuleris à te, & non manserit in tabernaculo tuo iniustitia, tunc leuare poteris faciem tuam absque macula.* Non sufficit ab vlturis abstinere, sed oportet superflua per elemosynam resecare. Quod facit qui ab omni iniquitate siue inæqualitate superfluitatis manum suam erga pauperes excutit.

## CAP. XII.

**Q**ui reuelat profundum de tenebris, & producit in lucem umbram mortis. Cum Dominus

minus transfuerberat animam gladio suæ passionis, tunc profunda, id est, vitia quæ procul sunt à fundo sufficientiæ (quia nunquam dicunt sufficit) sed semper affer affer, reuelat de tenebris, id est, cæcitate mentis in contritione cordis, vt homo ipsa cognoscat, & cognita in confessione aperiat.

## C A P. XIII.

**F**los egreditur & conteritur velut umbra. Dicitur temporalium iocunditas siue læticia umbra. Propter eius instabilitatem.

*Et redigentur in lutum ceruices.* Per ceruicem solet superbia designari, ceruix itaque in lutum redigitur, cum superbus quisque humiliatur in morte, & elata caro tabescit in putredine.

*Lacero carnes meas dentibus.* Dentibus carnes lacerat, qui carnalitatem suam digna reprehensione accusat.

## C A P. XIV.

**V**ocabis me, & ego respondebo tibi. Vocanti respondet, qui sibi præcipiendo ex animo obedit.

*Mons cadens defluit & saxum transfertur de loco suo. Lapidés excauant aqua, & ex alluione paulatim terra consumitur.* Nota quod duo sunt genera tentationum, vnum quod per euentum repentinum agitur, aliud quod paulatim in mentem venit, & lenibus suggestionibus animam inficit. Et est sensus, sicut hæc visibilia modo cito ruunt, modo paulisper infusa aquarum mollitie consumuntur, ita aliquis in alto constitutus vt mons vel subito tentationibus deiicitur, vt David cum Bersabee vidit; vel longa ac lenta consumitur, vt Salomon, qui immoderato vsu & assiduitate mulierum ad hoc vsque perductus est, vt templum idolis fabricaret, qui prius templum Deo construxerat. Saxum, id est, mens iusti fertur de loco, id est, de iustitia ad culpam nimio impulsu, & lapides, id est, fortitudinem mentis excauant aquæ, id est, assidua blandimenta libidinis.

*Lignum habet spem si præcisum fuerit rursus virefcit, &c.* Homo habet & habere debet spem quod lignum, id est, corpus eius postquam mortis securi præcisum fuerit, rursus in generali resurrectione virefcet.

## C A P. XV.

**O**peruit faciem eius crassitudo. Nubes aspectum solis impedit, & abundantia temporalium Dei cognitionem auertit. Vnde Iob. *Operuit faciem eius crassitudo diuitiarum,* scilicet crassitudo excæcat oculos.

*Tetendit aduersus Deum manum suam & contra omnipotentem, roboratus est; cucurrit aduersus eum erecto collo, & pinguicervice armatus est.* Os colli leonis est continuum, & non est in eo annulositas, & in eius ossibus non inuenitur medulla, & ossa leonis præcipue sunt dura magis, quam ossa aliorum animalium, & propter hoc quando colliditur vnum cum alio, emicat

ignis. A simili in collo superbi non est annulositas, id est, flexibilitas.

*Congregatio hypocrita sterilis.* Quia per hoc quod hypocrita agit, fructum recipere in æterna retributione non appetit. Sterile dictum eo quod stat quasi aridum, si enim bona non sit intentio, opus quod bonum videtur, perit. Candore lepræ totum inficitur quod humana opinione rectum cernitur, & non recta intentione agitur.

## C A P. XVI.

**T**erra ne operias sanguinem meum. Non solum autem facit nobis sanguis Christi signum amoris: verum etiam magnæ fiduciæ, dummodo ipsum per ingratitudinem non operiamus, Iob. *Terra ne operias sanguinem meum sed illum ponamus veluti signum in mente nostra.*

*Dicit ipse, sacco composui super cutem meam.* Sacco, scilicet nostræ naturæ fecit sibi tunicam Christus, quam acu, id est, opere Spiritus sancti subtili, & filo, scilicet fide beatæ Virginis consuit, se ipsum inducit sacco asperitatis.

Sequitur. *Et carnem meam operui cinere,* scilicet vilitatis & paupertatis quam assumpsit. Hoc lippus & maledictus oculi videre non possunt. Et facies mea intumuit. Heu facies Christi a lapis & lachrymis fuit tumida.

## C A P. XVII.

**I**n tenebris stravi lectulum meum. Vertit enim te miser peccator à latere in latus, id est, à peccato in peccatum, quia enim conscientiam habet tenebrosam, non videt diem, & sic in somno peccati detinetur.

## C A P. XVIII.

**N**onne lux impij extinguetur? nec splendebit flamma ignis eius? lux obtenebescet in tabernaculo illius, & lucerna, quæ super eum est extinguetur. Lux impij extinguitur, quia fugitiuæ vitæ prosperitas cum ipsa terminatur. Nec splendet flamma ignis eius. Ignis dicit feruorem temporalium desideriorum, cuius flamma est decor vel potestas exterior, quæ de interiori eius ardore procedit, sed non splendebit, quia in die exitus omnis exterior decor subtrahitur, lux obtenebescet in tabernaculo illius. Aliquando tristitiam, tenebras, & lucem, gaudium accipimus. Lux ergo in tabernaculo impij obtenebescet, quia in eius conscientia gaudium, quod de temporalibus fuerat, deficit. Et lucerna, quæ super eum est, extinguetur. Lucerna lucis testa est, lumen vero in testa, gaudium in carne. Lucerna ergo quæ super eum est extinguetur, quia cum malorum suorum retributio impij sequitur, in eius mente gaudium carnis dissipatur. Bene autem non quæ apud eum, sed quæ super eum est, dicitur, quia iniquorum mentem gaudia terrena possideat.

## C A P.

## C A P. XIX.

**R**eposita est hæc spes mea in sinu meo. Sinus est receptaculum aliquod, vt portus, & significat quietem vitæ æternæ, in quam sancti de tempestate huius mundi liberati quasi in quietem portus recipientur. Vel sicut filius paruulus plorans reuertitur ad sinum matris, & ipsa blandiens eius lachrymas tergit; sic sancti de huius mundi ploratu ad sinum gloriæ reuertuntur, in qua Deus absterget omnem lachrymam ab omni facie.

*Simul venerunt latrones eius, & fecerunt sibi viam per me.* Latro à latendo dicitur, quia corporis sensus dum sub specie necessitatis latitant insidias ponunt voluptari; qui simul vt facilius decipiant, veniunt, & per animam miseram viam latam faciunt, quæ ducit ad mortem, quibus nostri corporis tabernaculum in gyro est obfessum, vt anima inde cum voluerit exire in ipsos incidat, qui ipsam spoliant grauitatis, & vulnerant in naturalibus. *Semitam meam circumsepsit & transire non possum, & in calle meo tenebras posuit.* Spoliavit me gloria mea, & abstulit coronam de capite meo, &c. Animæ miseræ tunc semita est circumsepta cum corporis sensibus est dedita. Bona quæ agenda sunt videt, implere non potest. Tunc vero tenebræ ponuntur in calle, cum nec quæ agenda sunt præualeat discernere: gloria spoliatur cum spiritus sancti gratia denudatur, & corona aufertur, cum pura mentis intentione priuatur, & sic destructa perit, & est quasi arbor sine radice humilitatis auulsa vento diabolicæ suggestionis de terra æternæ stabilitatis cui non remanet spes diuinæ miserationis.

## C A P. XX.

**P**anis eius in utero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus. Panis in utero est satietas temporalis delectationis in mente, quo nutritur hypocrita, & in aliena laude delectatur honoribus, quia satietas temporalis delectationis in retributionis amaritudinem conuertetur.

*Caput aspidum fuget & occidet eum lingua vipera.* Aspis paruus serpens, est latens tentatio dæmonum; cuius caput, id est, initium in corde nascitur, quo capto post violentus trahitur. Vipera prolixioris corporis est, & sic nascitur vt violenter exeat. Caput itaque aspidis peccator fugit, & occidet eum lingua vipera, cum initium suggestionis occultæ libenter inscipit, & violentis se postmodum temporalibus deuietum tradit.

*Fugiet arma ferrea, & irruet in arcum æreum.* Arma ferrea sunt necessitates vitæ præsentis, quæ dure premunt. Ærea pœnitentia vel patria æterna, quæ quia ab iniquo non attenditur, iuste arcuni qui ex insidiis percutit comparatur. Quia ergo metuit præsentis necessitates per auariciam multa rapit, æterni iudicij se percussionibus opponit.

## C A P. XXI.

**V**irga Dei non est super eos. Patiens est & expectans ad pœnitentiam. Sap. 11. *Disimulans peccata hominum propter pœnitentiam, sed in iudicio quasi parturiens loquetur dissimulatum dolorem proferens.*

*Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.* Punctum à pungendo dictum breuissimum adeo, quod interuallo careat, quod ob incomprehensibilem breuitatem sui, in partes diuidi non possit. Punctum est vita hominis peccatoris, in qua est punctio conscientiæ, breuitas vitæ.

*Tenent tympanum & cytharam & gaudent ad sonitum organi.* Ducunt in bonis dies suos, & in punctis ad inferna descendunt. Tympanum quod est pellis extensa, tunc tenent superbi, nam erigunt oculos & palpebras in altum. De quibus Prou. 30. *Generatio cuius excelsi sunt oculi, & palpebra eius in alta surrect.* Vel luxuriosi extendunt oculos in pulchritudinem mulieris. Prou. 6. *Non concupiscat mulier emcor tuum, nec capiatis nuibus illius.* Tunc tenent tympanum, & cytharam, & gaudent ad sonitum, &c. Lingua detractoris vel adulatoris est quasi cythara, quæ dum percutit, sonum detractionis vel adulationis edit. Qui prurientes aures habent, gaudent ad sonitum organi, id est, propriæ laudis. Væ nobis miseris, qui gaudemus ad sonitum proprij organi: quod cum sonat, ridet oculus, hilarescit facies, gaudet auris, lingua tripudiat, cor exultat. Gaudent ergo, &c. *Vinum versa esset (vt dicit Iob 30.) in lactum cythara mea, &c.* Ecce qualiter tibicines male dicti carmen lugubre canunt. Sed credant mihi, quia in puncto, quod eos punget vsque ad interiora iecoris & pulmonis in infernum, vbi canitur carmen lugubre, scilicet stertus oculorum & stridor dentium, descendet.

*Et tamen simul in puluere dormiant, & vermes operient eos, &c.* In puluere dormire est terrenis desiderijs oculos mentis claudere. Vnde vnicuique peccanti & in sua culpa dormienti dicitur, Surge qui dormis, &c.

Nota, vermes qui de carne nascuntur eos simul operiunt, quia siue diuitis siue pauperis superbientis animum curæ carnales premunt. In rebus enim terrenis pauper & diues reprobis quamuis non pari prosperitate fulciantur, pari tamen anxietate turbantur; vel per vermes carnales scditates designantur secundum Greg. Moralium 16. cap. vltim. Superbientem igitur diuinis beneficijs Deus vermibus perimit, quia interdum Deus occultam superbiam per manifestam luxuriam, denudat.

## C A P. XXII.

**A**bstulisti pignus fratrum tuorum sine causa, & nudos expoliasti vestibus, aquam lasso non dedisti, & esurienti subtraxisti panem; viduas dimisisti vacuas, & laceratos pupillorum comministi; propterea circumdatus es laqueis, & conturbat te formido subita. At putabas te tenebras non visurum, scilicet, interiores; & impetum aquarum



aquarum inundantium, id est, tribulationum, non oppressum iri.

Dicit Eliphaz Themanites, si reuersus fueris ad Omnipotentem, edificaberis, &c. quasi dicat, o peccator! si à te in quo est subuersio, ad Deum à quo est ædificatio reuersus fueris, vere ædificaberis, destrue prius ædificium tuum in te, & ipse ædificabit super te suum.

Dabit pro terra silicem, quasi dicat, qui firmiter pro posse suo præcepta custodit, ad insuperabilem virtutum constantiam transmigrabit. Silex est durus lapis, dictus eo quod exiliat ab eo ignis, & significat virtutis constantiam, ex qua procedit ignis illuminans & incendens proximum ad amorem diuinum.

Eritque omnipotens contra hostes tuos, & argentum coaceruabitur tibi, quasi dicat, dum malignos spiritus à te repulerit, claritatem conscientie coaceruauerit, tunc super omnipotentem deliciis afflues, id est, in amore illius lucidæ conscientie epulis satiaberis.

## C A P. XXIII.

Et os meum implebo increpationibus. Coram Deo iudicium ponere est intra secretum mentis per fidei contemplationem ad intuendum examen illius oculos nostræ considerationis aperire. Os suum implet increpationibus, examen iudicis contra se contemplatur.

## C A P. XXIV.

Oculus adulteri obseruat caliginem, dicens, non me videbit oculus, & operiet vultum suum. Adulter dicitur alterius thorum violans, vel alienum vterum terens. Immunditia fornicationis caligans oculum rationis semper querit caliginosam opportunitatem loci, & eo securius committit, quo se videri non metuit.

Transibunt ab aquis nium ad calorem nium, quia in inferno est ignis inextinguibilis & frigus intolerabile.

Radix mea aperta est secus aquas, & ros morabitur in messione mea. In radice, puræ mentis cogitatio; in aquis, gratiæ infusio, in ore, gloriæ beatitudo; in messione animæ à corpore separatio designatur. Cum ergo puræ mentis cogitatio per deuotionem aperitur, cælestis gratiæ aqua infunditur.

Et ros morabitur in messione mea. Missio accipitur cum perfecte animæ corporibus subtrahatur redeunt velut maturæ segetes à terra dum ad cælestia horrea demigant, & tunc ros moratur in messione, quia suauitas æternæ visionis fociat animas electorum ad eius rotis suauitatem percipiendam.

## C A P. XXV.

Lij terminos transfulerunt, diripuerunt agreges & pauperunt eos, asinum pupillorum abegerunt, & abstulerunt pro pignore bouem vidua, &c. Istos diuina patientia tolerat, ad pe-

nitentiam expectat; ipsi autem thesaurizant sibi iram in die iræ.

## C A P. XXVI.

Prudentia ipsius percussit superbium. Prudentia non virtute percussus est antiquus hostis, quia dum audacter inuasit Christum in quo nihil competebar sibi iure, hominem quem quasi iuste tenebat, amisit.

## C A P. XXVIII.

Ad silicem extendit manum suam, scilicet, qui ad virtutum constantiam opera sua mittit.

Sapientia ubi inuenitur, &c. Miser peccator clamat tam corde quam opere, moriatur secundum legem, imo secundum leges iniquas. Nam lex lasciuia iudicat eum mori in carne, quia in ipsa perit; lex superbiæ in corde; lex auaritiæ in mente Iob. Sapientia vero ubi inuenitur? & quis est locus intelligentiæ? nescit homo pretium eius, nec inuenitur in terra suauiter uiuentium. Abyssus dicit, non est in me; & mare dicit, non est mecum.

Nota tres responsiones, scilicet maris, id est, superbiæ; abyssi, id est, auaritiæ; & in terra suauiter habitantium, id est, lasciuie. Istæ sunt leges iniquæ quas peccatores in se concludunt vel scribunt.

Non apprehendetur aurum in commutatione eius. Quomodo ergo te habere potero, o Deus! quid ego ut habeam dare debeo? Da, inquit, te mihi, & ego dabo tibi me.

Habet argentum venarum suarum principia, & auro locus est in quo conflatur, principium venarum est cor hominis à corde ergo hominis debet exire argentum, id est, confessio diuinæ laudis, sed dicit Ieremias duodecimo, Prope es Domine ori eorum, & longe à renibus eorum, &c. Cor carnalium est in renibus & luxuriis & laus Dei in labiis eorum, principium à quo debet defluere argentum longe à Deo, quomodo erga argentum Dominicæ laudis dulce resonabat in aure omnipotentis, qui dicit, Fili da mihi cor tuum, & ad cor respicit Deus. Auro locus est in quo conflatur, id est, gloria conscientie depuratur in constatorio examinationis propriæ, hic est locus auro, non hominum lingua, in qua si aurum conflatur, consumitur, miser est qui plus credit lingue aliene quam conscientie propriæ.

Qui fecit ventis pondus. Ventus dicitur eo quod sit vehemens & violentus. Natura humana ab adolescentia sua prona est in malum, & tanquam ventus leuis & violenta, & ideo Deus fecit ei pondus, id est, obedientiam prælatorum, ut ipsius pondere prægrauata inaniter sicut diabolus non eleuaretur super se, & sic miserabiliter caderet subtus se.

C A P.

## C A P. XXIX.

Vis mihi tribuat ut sim iuxta menses pristinos secundum dies quibus Deus custodiebat me quando splendebat lucerna eius super caput meum & ad lumen eius ambulabam in tenebris, sicut fit in diebus adolescentia mea, quando secreto Deus erat in tabernaculo meo, quando erat omnipotens mecum, & in circuitu meo pueri mei? Anima ab Hierusalem in Hierico descendens & in latrones incidens, videt se expoliatam & vulneratam, & considerans baptismi innocentiam, contemplationis dulcedinem, vitæ puritatem pristinam suspirans & plangens dicit: Quis mihi tribuat ut sim, &c. id est, vitæ perfectionem secundum dies, &c. id est, conscientie claritatem exempli illuminatione, quibus custodiebat introitum meum ad conscientiam, exitum ad proximi famam. Quando splendebat lucerna, id est, gratia eius super caput, id est, mentem meam, ad cuius lumen ambulabam per semitam iustitiæ. In tenebris, id est, falsis fratribus. Heu quis mihi tribuat ut sim sicut filij in diebus adolescentiæ meæ? id est, innocentie baptismalis & puræ vitæ. Quando secreto Deus erat. Plangitur simulatio, quando Deus est in publico, non in secreto. In tabernaculo meo, ut intus proficerem secreto. Postquam vero à secreto exij, in latrones incidi, dum enim eram in secreto, omnipotens erat mecum, & in circuitu meo pueri mei, id est, sensus corporis mei pure & fideliter ministrantes. Sed heu infelix, cum à Hierusalem descendi, à secreto exij, pueri mei facti sunt latrones mihi, qui me spoliant & vulnerant.

Lauabam pedes meos butyro, id est, affectus meos charitate impinguabam.

## C A P. XXX.

Radix iuniperorum erit cibus eorum. Iuniperus est arbor spinosa. Sed & hanc fodunt nostra, dum nihil aliud loqui sciunt, nihilque aliud capitent.

Radix iuniperorum erat cibus eorum. Nota, quod radix iuniperi est dulcis & comestibilis, sed habet spinas pro folijs. Sic luxuriæ delectatio quæ est cibus carnalis in presenti videtur dulcis, sed in fine parturiet punctiones æternæ mortis.

Faciem meam conspuere non verentur. Hoc autem passus est Christus, ut nos à culpæ fœditate mundaret.

Mærens incedebam. Vir sanctus eleuatus rebus & honoribus mærens incedebat, quia et si hunc prælatum hominibus gloriæ potestate ostendebat, interius tamen mærore suo sacrificium Domino contriti cordis offerebat.

## C A P. XXXI.

Si ambulabam in vanitate, & festinabat in dolo pes meus, appendat me in statera iusta, & sciat Deus simplicitatē meam. Scire Deidicitur

scire nos facere. Stateræ nomine mediator Dei & hominis designatur, in quo equa lance merita nostra pensantur, & in cuius præceptis agnoscimus, quia in nostra vita minus habemus. Et est sensus, si qua vnquam leuiter, si qua perniciose perpetravi, appareat mediator, ut in eius vita cognoscam, an ego veraciter simplex fuerim.

Si sequutus est oculus meus cor meum, & si in manibus meis adhaesit macula, seram & alius comedat, &c. Si deceptum est cor meum super muliere, &c. quasi dicat, nec videre volui quæ concupiscerem, nec videndo sequutus sum, quæ concupiui, nec adhaesit macula in manibus, culpa, scilicet in actionibus nostris, quia si qua illicita aliquando cogitauit, peruenire illa usque ad opera non permisit.

Sequitur. Ignis usque ad perditionem deuorans, &c. quia non tantum usque ad iniquitatem ignis luxuriæ maculat, sed usque ad perditionem deuorat, & omnia eradicat genimina, id est, animæ bonas operationes, quia si luxuriæ malo non resistitur, etiam illa pereunt bona quæ videbantur.

Ignis est usque ad consumptionem deuorans. Luxuria est ignis. Vnde dicitur in naturalibus, quod Salamandra viuunt in igne, scilicet luxuriosus in luxuria; ignis enim luxuriæ parit ignem gehennæ.

Si contempsi subire iudicium cum seruo meo, & ancilla mea, cum disceperent aduersum, &c. usque formauit me in vulua vnus. Ad iudicium famulis æqualis veniet, quia iudicium eius quod super omnia est metuit, quia sub vero Domino famulum se conspiciat.

Ideo per cordis altitudinem se super famulos non extollit. Qui iudicari cum seruis suis ancillisque non renuit, liquide iudicat quod contra nullum proximum timidus fuit, potentibus viris magna est virtus humilitatis.

Semper enim quasi tumentes super me fluctus timui Deum, & pondus eius ferre non potui. Qui extremi iudicij aduentum intente considerat, profecto videt quod tantus pauper imminet, quantum non solum tunc videre, sed etiam nunc præuidere pertimescat, consideratione namque tanti terroris metu anima palpitat, & intentionis suæ oculos declinans, intueri quod præuidet recusat. Et ideo bene dicit, ferre pondus eius non potui. Subdit autem ibidem Gregorius paucis adiectis, Sed inter hæc, pensandum est quod B. Iob ista de se loquitur, laudatus & flagellatus. Si igitur saltem ad meritum profectum ita percussus est qui sic timuerit, quomodo flagellandus est qui contemnit?

Si vidi solem cum fulget, & lunam incendens clarè, & cetera. Sol in splendore est bonum opus in manifestatione; luna incedens clarè est fama, quæ lucens in nocte huius mundi vel viræ ex bono opere voces accipit, & non est lætatum in abscondito eius, sunt enim qui suis præconiis extollunt se apud se & gaudent. Osculatus sum manum meam ore meo. Manus operatio; osculatio est. Manus ergo suam ore non osculatur qui laudat quod facit, quæ iniquitas est via, &c. quia auctoris sui gratiam negare conuincitur quisquis sibi tribuit quod operatur. Hoc fac, scil. ut solem boni operis &

lunam famæ lucentis non videas. Tunc tamen gaudeas, & quod dicis non laudes, sed totum creatori attribuas.

*Si expani ad multitudinem nimiam, & despectio propinquorum terruit me, non magis tacui, nec egressus sum ostium. Quasi dicat, turbatis erga me extrinsecis aliis, ipse in me inturbabilis mansi, & despectio propinquorum sunt, qui despici metuunt, & ij coguntur ostium egredi qui pulsati contumeliis dum de se quæ nesciebantur aperiant, tanquam per oris ostium egrediuntur, qui non timet despici, per linguam foras non exiit.*

*Librum scribat ipse qui iudicat, ut in humero meo portem illum, & circumdem illum quasi coronam mihi: per singulos gradus meos pronuntiabo illum, & quasi principi offeram eum.* Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio, qui veniens ad nostram redemptionem novum testamentum condidit. Erit quandoque auctor iudicij qui nunc est conditor libri, ut tunc districtus exigat quod nunc mansuetus iubet. Librum in humero portare est sacram scripturam operando perficere. Prius autem describitur in humero portari, & post sicut coronam circumdari, quia sacri eloquij mandata si bene circantur in opere, postmodum nobis victoriæ coronam exhibent in retributione. Per singulos gradus, &c. Incrementa virtutum vocat gradus, quoniam per ipsa ascenditur ut ad cælestia obtinenda veniatur, quasi per singulos gradus librum pronuntiat, quia percepisse se eius scientiam non per verba tantummodo, sed per opera demonstrat, & quasi principi offeram eum, quod offerimus manu tenemus; venienti ergo ad iudicium librum offerre est verba præceptorum eius in actione tenuisse.

## CAP. XXXVIII.

**Q**uis tetendit super eam lineam super quo bases illius solidatae sunt? Deus tetendit lineam dilectionis suæ super animam ut ipsa se extendat vsque ad dilectionem proximi. Super quo nisi super Iesu Christo bases, id est, animæ puræ intentiones, quibus tota fabrica virtutum innitur, sunt solidatæ? basis omnis intentionis nisi in Christo solidata sit, totius orbis fabrica minatur ruinam, & ruina illa erit magna.

*Quis conclusit ostiis mare? Responso. Circumdedi illud terminis meis, & posui vellem, & ostia, & dixi: huc vsque venies & amplius non procedes, & hic confringes fluctus tumentes tuos.* Quasi dicat, solus Dominus mare, id est, amaritudinem persecutionis, id est, diabolicæ tentationis quibusdam ostiis conclusit, ut cum ipsis placuerit recedant. Et cum tempestatem cessare facit, dicit: Hic confringes tumentes fluctus tuos.

*Nunquid tenuisti concutiens extrema terra? Dominus infirma terræ tenuit cum infirma & abiecta elegit, ut per ipsa fortia confunderet.*

Nota, pater tenet vna manu filium, & altera concutiens percutit ipsum. Tenet ne in præcipitium vadat, & percutit ne insolecat & superbiat. Sic & Dominus manu misericordiæ tenet virum iustum ne in peccatum corruat; percutit, ne superbiat & insolecat, neque paterna

gratia se eleuet. Vnde Apostolus secundæ Corinthiorum duodecimo. *Ne magnitudo reuentionum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ Angelus sathana qui me colaphizet, & cætera.*

Sequitur, *Excussisti impios ex ea.* Hoc erit in iudicio, quia tunc Dominus sicut puluis de saculo excutietur: sic de terra in qua peccauerunt excutiet eos in infernum, ipsa enim terra impios pondere peccatorum ipsorum aggrauata excutiet in infernum, in quo erit fletus oculorum in vanitate vagantium, & stridor dentium bona pauperum diripientium.

*Per quam viam spargitur lux, diuiditur æstus super terram? Via est Spiritus sancti gratia, per quam lux, id est, peccati cognitio spargitur, & tunc æstus, id est, arbor contritionis diuiditur super terram, id est, impium peccatorem facit diuidere corpus peccati, ut ipsum & eius circumstantia membratim diuidat, & sic dat cursum vehementissimo imbri, id est, compunctioni lachrymarum, quarum vehementia culpæ & vercundie frangit obstacula, & tunc dat viam sonanti tonitruo, id est, aperit viam confessioni, quæ tanquam tonitruum dæmones exterret.*

*Nunquid mittes fulgura, & ibunt reuertentia & dicent tibi, assumus.* Fulgura de nubibus exeunt. Sic mira opera ex sanctis prædicatoribus ostenduntur. Vadunt fulgura cum prædicatores miraculis coruscant, reuertentia vero dicunt, assumus, cum non sibi, sed Dei virtutibus tribuunt quicquid se fortiter egisse cognoscunt: vel mittuntur & vadunt cum à secreto contemplationis ad publica operationis exeunt, reuertuntur & dicunt: Deo assumus, quia post opera exteriora ad contemplationem recurrunt.

## CAP. XXXIX.

**Q**uis dimisit onagram liberum? Duo sunt genera onagrorum, vnum habet cornua, & est in Græcia. De hoc Iob, qui dimisit onagram liberum, & vincula eius quis soluit? Aliud est in Hispania, & de hoc dicitur Iob. 11. Vir vanus erigitur in superbiam, & quasi pullum onagri se liberum natum putat. Similiter in hoc mundo duo sunt genera onagrorum, id est, superbiorum. Quidam enim sunt qui de cornibus dignitatis superbiunt. Alij sunt qui sola mentis vanitate in superbiam erigunt se, & iugum obedientiæ à se excutiant. Gaudium enim onagri sunt pascua gregum, id est, pauperum, scilicet qui bona pauperum pascunt & diripiunt, à diabolo diripiuntur.

*Quis dimisit onagram liberum? id est, penitentem, circumspicit montes pascua sua, quæ sunt altæ contemplationes, internæ reflectiones, quas cum circumspicit, dolore & planctu se afficit, & virentia quaque perquirat, id est, despectis transitorij in æternum mansura desiderat, arentia quippe sunt omnia, quæ temporaliter condita ventura sine iucunditate presentis vitæ quasi æstiuo sole siccantur; virentia autem vocantur quæ nulla temporalitate siccantur.*

*Quis dimisit onagram liberum, & vincula eius quis soluit? cui dedit domum in solitudine & tabernaculum eius in terra saluginis, contemnit multitudinem ciuitatis, clamorem exactoris non audit, circumspicit montes*

*montes pascua sua, & virentia quaque perquirat.* Onager, id est, asinus agrestis, ab onos & agrios sic dictus, penitentem significat, eo quod in agro Ecclesiæ supportat onus penitentia: hunc liberum Dominus dimittit, & vincula soluit, cum à seruitute diaboli liberum & vinculis absolutum, scilicet peccatorum abire permittit. Vnde Ioan. 11. dicit Christus. *soluite eum, & sinite abire.* Huic dat Dominus domum in solitudine, scilicet mentis, & tabernacula vitæ actiue in quibus militat in terra saluginis, id est, mundanæ saluginis, & sic iste penitens contemnit multitudinem ciuitatis, de qua Dominus Malach. 3. *Ego Dominus & non mutor, & ciuitatem non ingredior.* Et Psalm. 54. *Vidi iniquitatem, quoad Deum, & contradictionem, quoad proximum, in ciuitate, & clamorem exactoris non audit.* Exactor est diabolus, qui semel nummum obtulit primo parenti; & illum quotidie cum vsura exigere non cessat; vocem exactoris huius non audit penitens cum eius suggestioni non acquiescit: vel exactor est venter, qui quotidie gulæ tributum cum clamore exigit. Sed hunc penitens non audit, quia ei non ad voluptatem, sed ad necessitatem tantum obedit. Hic onager circumspicit montes pascua suæ, quia in excellentia vitæ positus sacre scripturæ pascua circumspiciens inuenit, dicens cum Psalm. 22. *In loco pascua ibi me collocauit.* Et sic virentia quæque in deuotione orationis perquirat, ut de pascuis sacre Læctionis perueniat ad carpenda virentia deuotæ orationis.

Superbus vitæ suæ nidum collocare nititur in consortio sanctorum. Vnde Iob. *Penna struthionis, id est, hypocritæ, similis est pennis Herodij & accipitris, id est, viri iusti.*

*Penna struthionis similis est pennis Herodij & accipitris.* Struthio quæ pennas habet, sed propter corporis sui magnitudinem volare non potest, hypocritam significat, qui terrenorum amore & onere aggrauatus sub penna falsæ religionis se mentitur accipitrem velatum contemplationis. In mente falsi religiosi pascua sunt struthionis; & vide quam proprie dicitur pascua. Hypocritæ enim dum penna accipitris laudatur, ipsa sua laude pascitur. Facit enim sicut pauo, qui cum à pueris laudatur, plumarum suarum gloriam ostendit, & per caudam facit rotam, & eam faciendo turpiter posteriora discooperit. Sic hypocrita cum laudatur, sanctitatis quam videtur habere plumas, ostendit, & suæ conuersationis rotam facit, dicit enim, istud & istud feci, ita incepit, & dum sic se rotat, suæ turpitudinis scditatem demonstrat. Stultus enim displicet inde vne placere putat.

*Deridet equum, & ascensorem eius, scilicet struthio, in qua significatur ponderosa carnis delectatio, quæ deridet equum, id est, spiritum; & ascensorem eius, id est, gratiam, dum ipsum vult dirigere in viam vitæ ad capiendum brauium cælestis gloriæ, deridet inquam fragilitatem naturæ, & rigorem abstinentiæ, & asperitatem penitentia: ei obicit, & quod in ipsa perseuerare non possit, ostendit.*

*Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter expandens alas suas ad austrum? Aquila, & accipiter in hoc loco verum iustum significant, Et nota quod accipiter duo facit, præde capit & non capit auem nisi volantem, sic vir iustus pede affectus capit, & non capit bonum nisi vo-*

**S**aluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aqua usque ad animam meam. In aquis volutras carnis, quæ animam tanquam hostem in castro obsessam detinet, in abyssis profunda cupiditas, quæ ipsam animam vallat, ne in libertatem regredi valeat. In pelago superbia designatur, quæ operit caput, id est, mentem, ne possit cernere veritatem. Hæc tria ponuntur. *Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aqua usque ad animam meam.* Ecce primum: Infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Ecce secundum: dum infelix substantiam congregat transitoriam, amittit perpetuam. Bona est (inquit Ecclesiasticus cap. 13.) *substantia cui non est peccatum in conscientia.* Nota ista tria, infixus sum in limo profundi: limus dictus eo quod sit lenis: auarus infixus est cupiditate in limo delectatione, profundi desperatione. Vnde Salomon Prou. 18. *Impius cum in profundum venerit malorum, contemnit.* Vnde desperatio dicitur eo quod deficit spes progrediendi, quia dum quisque Peccatum amat, futuram gloriam non sperat. Item veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. Ecce tertium: altitudo maris altitudo est superbiæ, in qua est tempestas hominem demergens in abyssum gehennæ.

## PSALM. LXXI.

**D**eus iudicium tuum Regi da, &c. Regi, id est viro iusto Deus dat iudicium suum vt seipsum ipse iudicet, ne Deus inueniat in eo quod condemnet. Si nos (inquit Apostolus 1. Cor. 11.) *Diudicemus, non vti que iudicemus.* O Deus! mihi da tuum iudicium, vt de tuo faciam meum, & faciendo meum euadam tuum: horrendum enim est incidere in manus Dei viventis.

## PSALM. LXXII.

**D**efecit cor meum, id est, superbia cordis mei, & caro mea, id est, carnalitas mea. *Et fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis.* Nota, aliqui flagellantur & purgantur in nocte alterius vitæ, & in sero mortis, & isti sunt illi, qui in hoc mundo tranquillam vitam duxerunt, sed non sic viri iusti quia illi castigantur in die huius mundi antequam veniat nox.

*Defecit caro mea & cor meum.* Vbi repentio doloris significat vehementiam: facies in carnis maceratione attenuatur: vnde dicit, *defecit caro,* id est, opulentia carnis, & *cor meum,* id est, superbia cordis mei.



## PSALM. LXXIII.

**S**uperbia eorum qui te oderunt ascendit semper: Superbia dæmonis semper ascendit, & talis Deum continuè inhonorat.

## PSALM. LXXIV.

**C**um accepero tempus, ego iniustitias iudicabo. O Domine si iniustitias iudicabis, quid de iniustitia erit? ô peccator! Dominus accommodauit tibi tempus suum ad promerendum salutem, & tu fecisti tuum de accommodato, sed crede mihi, veniet dies eius, &c.

## PSALM. LXXVI.

**S**copebam spiritum meum. Ille spiritum suum scopit vel scopat, qui fordes immundæ cogitationis, & puluerem mundanæ vanitatis à facie suæ animæ scopam contritionis emundat.

*In mari via tua & vestigia tua non agnoscuntur.* In veritate fructus vitæ æternæ non vobis maturefcit nisi præuissis amaritudinibus & acerbitatibus multis, & quid mirum? quis etiam saluatori non aliter maturatus est. *In mari via tua, id est, in amaritudine, & vestigia tua non cognoscuntur.*

*Meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar, & scopebam spiritum meum.* Nota ista tria, meditari, exercitari, scopere: peccator in nocte peccati existens, debet meditari corde suo quod commisit, quid amisit, & quid sibi acquisiuit, commisit animæ suæ mortem, amisit gloriam, acquisiuit gehennam, & pro his debet se exercitare in contritione & amaritudine cordis, & scopare, id est, mundare factorem cordis peccati in confessione oris.

## PSALM. LXXIX.

**C**ibauit vos pane lacrymarum: & attende quod dicit cibauit, quia sicut panis materialis est cibus corporis, ita spiritualis vel diuini sermonis est cibus mentis, sicut dicit B. Greg. in quadam homilia: Verba (inquit) Dei, quæ aure percipis mente retine: cibus enim mentis est sermo Dei.

## PSALM. LXXX.

**A**peri os tuum & adimplebo illud. Eo quod hæc dilatatio fit ad formam vasis quod profundatione & distentione fit capacius: hæc distentio est bonæ vitæ continuatio: hæc profunditas est humilitatis, Greg. lib. 20. Moral. cap. 25. Affectus siue cor ad promerenda cælestia tantum fit capax quantum fuerit in expectando longanimis, & ideo alto consilio omnipotens Deus cum sancti eius, aduersariorum persecutionibus comprimuntur, cumque assiduis vt liberentur interpellationibus clamant, differre solet voces seu vota peccantium, vt merita patientium crescant, quatenus eo magis exaudiantur

tur ad meritum, quo citius non exaudiantur ad votum: ipse reuera dicit per Prophetam, dilata os tuum siue affectum, quod fit per longanimitatem patientiæ expectantis, & ego implebo illud.

## PSALM. LXXXI.

**F**acies peccatorum sumitis: qui amoris diuini non adhærent non possunt iudicium discernere, sed iudicant solum secundum faciem quam assumunt, scilicet peccati.

## PSALM. LXXXII.

**D**eus meus pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem veni. Notentur ista duo, rota, stipula: rota dicta quasi ruat; stipula dicta quasi vsta: superbos Deus quasi rotam ponit, dum eos de peccato in peccatum ruere permittit, & postea ponet eos quasi stipulam ante faciem ventis; quia illi tanquam stipula ab humore gratiæ fuerunt aridi, æternæ pœnæ igne erunt combusti.

*Cum cogitauerunt unanimiter simul aduersum te testamentum disposuerunt, tabernacula Idumæorum & Ismaelita.* Idumæi sanguinolenti, Ismaelitæ interpretantur obedientes, sibi supple, & non Deo, per hos luxuriosi, qui sanguine luxuriæ iniquantur & superbi, qui non Deo sed suæ voluntati obediunt, designantur: horum tabernacula, id est, conuenticula disponunt testamentum aduersus testamentum quod Dominus in monte condidit, scilicet beati pauperes, &c. De his tabernaculis fugiendum est ad tabernacula Cedar.

## PSALM. LXXXIII.

**P**rotector noster aspice Deus, & respice in faciem Christi tui: quasi dicat, si non vis aspiciere propter nos, saltem respice in faciem Christi tui propter nos alapis cælum, sputis illitum, morte pallidam, & quis est Pater, qui possit faciem filij mortui non respicere? Respice ergo in faciem Christi tui: respice ergo & tu in nos, quia propter nos: qui causa mortis eius fuimus, Christus filius tuus mortuus est.

## PSALM. LXXXIV.

**A**udiam quid loquatur in me Dominus. Toties spiritus loquitur quoties bona cogitamus. Vnde Propheta. *Audiam quid loquatur in me Dominus, & sic sursum mentem vehit.*

## PSALM. LXXXVII.

**N**unquid mortuis facies mirabilia: aut medici suscitabunt & consuebuntur tibi? Carnales affectus animam non suscitant à peccato, sed suscitam occidunt & sepeliunt in inferno. Quot molles & effeminati in his medicis vtriusque, scilicet hominis animæ & corporis omnem substantiam expen-

pendunt, & curari ab infirmitate animæ non possunt, immo deterius habent.

## PSALM. LXXXVIII.

**P**onam in mari manum eius, id est, spem, in fluminibus dexteram eius, id est, charitatem, spes, in pressuris, charitas in consolationibus.

*Visitabo in virga iniquitates eorum:* sicut enim Deus virga indignationis suæ percutit iniquos, sic flagello castigationis suæ percutit filios dissolutionis.

*Visitabo in virga iniquitates eorum:* quantum ad iniquos, & in verberibus peccata eorum quantum ad illos, qui suum amorem nimis in temporalibus ponunt.

## PSALM. XCII.

**M**irabiles elationes maris. Vnda est persecutio siue variabilis status mundi quò nunc deprimitur, nunc erigitur, nunc illiditur hic, nunc ibi, &c.

## PSALM. XCV.

**C**onfessio & pulchritudo in conspectu eius. Pœnitentia & obedientia confitentur & benedicunt: vnde David, confessio & pulchritudo in conspectu eius: quoad pœnitentem cuius confessio ipsius est pulchritudo.

*Cantate Domino canticum nouum.* Omnes scientiæ mundanæ & lucrativæ sunt canticum vetus. Canticum Babylonis: sola Theologia est canticum nouum in aure Dei dulce resonans & animum renouans, hæc debet esse canticum eorum, id est, prælatorum.

## PSALM. C.

**I**n matutino, contemplationis interficiebam, id est, reprimebam, vel repellebam omnes peccatores terra, id est, motus omnes carnis meæ.

## PSALM. CI.

**C**inerem tanquam panem manducabam. Cinerem, id est, reliquias peccatorum, tanquam panem manducabam, id est, pœnitendo consumebam, quia & tenuia & leuia peccata per pœnitentiam sunt consumenda, & potum meum, id est, temporalem iocunditatem, cum fletu miscebam.

*Misericordia & veritas procedent faciem meam.* In primo aduentu fuit misericordia, in secundo erit iudicij veritas: vnde Christus dicitur apud habens mel misericordiæ, & aculeum iustitiæ.

Dicit pœnitens à voce gemitus mei, id est, suggestionem voluptatis, quæ est causa mei gemitus, adhaesit os meum, id est, ratio vel virtus mea, carnis, id est, carnalitati meæ.

## PSALM. CIII.

**E**mitte spiritum tuum & creabuntur. Gratia spiritus sancti dat scire & velle: Vnde cantatur. *Emitte spiritum tuum & creabuntur* (tua scientia) & renouabis faciem terra (bona voluntate.)

*Confessionem & decorem.* Confessio mundat à lepra, & decorat gratia spiritus sancti: vnde. *Confessionem & decorem,* id est, pœnitentes, qui confessione mundantur & gratia decorantur, *Induisti.* Sequitur, sanctimonia & magnificentia opus quoad obedientem, quem Dominus sanctificat sanctimonia conscientiæ, in mortificatione voluntatis propriæ & magnificentia vitæ in executione iussionis alienæ. Latitudo charitatis ampliat cor angustum peccatoris. Vnde Psalm. *Psalm. 118. Latum mandatum tuum nimis,* id est, aqua charitatis latior Oceano.

*Hoc mare magnum, &c. Illic,* id est, in mundo reptilia quorum non est numerus, hoc mare magnum, id est, hic mundus, mundus amaritudine plenus, magnus diuitiis, spatiosus deliciis, quia spatiosa est via quæ ducit ad mortem: sed quibus non Christi pauperibus, qui intrant per angustam portam, sed vsurariorum manibus quibus totum mundum iam ceperunt propter eorum vsuras, Ecclesiæ depauperantur bonis suis, Monasteria denudantur, & ideo conqueritur Dominus Iocel. 1. gens ascendet super terram meam fortis & innumerabilis, dentes eius vt dentes leonis, &c. Sequitur, *illic reptilia, &c.*

Nota hic tria genera vsurariorum, sunt enim qui priuatim faciunt vsuras, & isti sunt reptilia, id est, latent reptilia quorum non est numerus: sunt alij, qui aperte faciunt, sed non in magna quantitate, vt misericordes videantur, & isti sunt animalia pusilla. Alij sunt perfidi, desperati, & apertissime vsurarij, qui ab omnibus palam quasi in foro recipiunt & faciunt, & isti sunt animalia magna ceteris crudeliora à venatore diabolo capienda, & securi mortis æternæ interficienda nisi malè ablata restituant, & postmodum pœnitentiam agant, & vt ipsam agere valeant, illic, id est, per medium ipsorum, naues, id est, prædicatores Ecclesiæ debent pertransire, & semen diuini verbi seminare, sed peccatis nostris exigentibus spinæ diuitiarum & ferocia animalia vsurariorum suffocant verbum tam assidue seminatum: & ideo pœnitentiæ non faciunt fructum.

*Posuisti tenebras, & facta est nox, in ipsum.* Cum nox, id est, obscuritas peccatorum fit in animas, tunc bestia, id est, dæmones per ipsam transeunt ipsam dilaniantes.

## PSALM. CVI.

**A**diuuit pauperem de inopia, humanum genus pauper erat, quia spoliatum gratuitis, vulneratum in naturalibus quod erat sine ope alicuius adiutantis: venit Christus, ei assistit, & id adiuuit cum peccata ipsius relaxauit.

*Vexati sunt à tribulatione malorum.* Prauitate vniversum genus nostrum non nimium vexatur.

## PSALM. CIX.

**D**E torrente, scilicet passionis bibit in via, peregrinationis, & ideo caput exaltauit, quod prius in cruce inclinauit cum spiritum tradidit.

*Dixit Dominus Domino meo.* Quomodo Dauid in Spiritu sancto non in corde tuo vocat eum Dominum dicens, dixit Dominus, id est, Pater, Domino meo, id est, filio. Istud dicere est, æqualem sibi filium generare. Domino non secundum quod de eo natus est, sed secundum quod de patre semper fuerit. *Sede à dextris meis*, id est, in potioribus bonis, donec (finitum pro infinito ponitur) ponam inimicos tuos, id est, inobedientes; scabellum pedum tuorum, id est, subiiciam tibi volentes & nolentes. Quod à Patre inimici subiiciuntur, non infirmitatem filij, sed naturæ unitatem significat, quia in altero alter operatur. Nam & filius subiicit inimicos Patri, quia Patrem clarificat super terram.

## PSALM. CX.

**F**idelia omnia mandata eius, scilicet illis, qui implent & non diffidunt de promissis, non enim fallit, sed reddit quod promittit, non tamen sperandum & expectandum sine operibus.

## PSALM. CXV.

**S**eruus tuus & filius ancilla tua. Nota, seruus & filius, quia enim seruus, ideo filius, ò suavis timor, qui de seruo facis filium, ò benignus & verax amor, qui de filio facis seruum! filius inquit ancillæ tuæ: ergo! ò homo, si vis libertate frui, collum tuum insere in torques eius, & pedes tuos in compedes eius, non est gaudium super gaudium libertatis, quam non potes assequi nisi collum elationis inclines in torquem humilitatis & pedes carnalis affectus in compedes mortificationis, & tunc poteris dicere ego seruus tuus.

## PSALM. CXVIII.

**B**eati immaculati in via: prius inquirenda est bona vita quam doctrina, quia improbitate cæcatus oculus mentis, & caligante sibi iniquitate, mysteria profunda inuenire nequit, vnde postquam dixit, *beati immaculati in via*, subiungit, *beati qui scrutantur testimonia eius.*

*Vias meas enuntiaui*, per confessionem, id est, peccata mea confessus sum, & exaudisti, me dimittendo ea, doce me iustificationes tuas, quibus perfectam consequar correctionem, pulcher est ordo, ad Dei iustificationes perueniendum putat, vt primum peccata sua confiteatur, ita enim ei dicitur, dic iniquitates tuas vt iustificeris,

*Viam iniquitatis amoue à me*: desiderium & concupiscentiam malam quibus tanquam per viam ad iniquitatem & peccatum itur & à te receditur, amoue à me, ne illam sequar.

*Deduc me in semitam mandatorum tuorum*: attende quod dicit viam mandatorum semitam, quia angusta via quæ ducit ad vitam, arcta est via vt non admittat timidum, ardua vt repellat pigrum.

*Ambulam in latitudine*, scilicet charitatis, quæ diffusa est in cordibus nostris, quæ tam lata est, vt vniuersam legem & Prophetas in se concludat, hæc autem charitas duobus illis mandatis tota atque integra continetur, id est, dilectione Dei & proximi, in quibus tota lex pendet & Propheta.

*Narrauerunt mihi iniqui fabulationes*, inanes & vanas locutiones, quæ in verbo tantum delectant, vt me à tramite veritatis remoueant, sed non conueniunt legi tuæ, in qua me magis delectat veritas: quæ verba illas vanas locutiones habent in diuersis sectis & professionibus, & litteræ sæculares, & Iudæorum & hæreticorum multa loquacitas.

*Increpasti superbos*: superbix crimen mentem pœnitentia aufert, atque adeo hominem totum perdit, Angelos superbientes è caelo deiecit, primos parentes è paradiso exlauit, Pharaonem & tyrannos omnes de sedibus suis proicere studet.

*Dormitabit anima mea præ radio*, dormire proprium est pigri, dormitat anima, quando à bono opere cessat, torpet, & malo obdurefcit, vnde orare deberemus cum Propheta, viam iniquitatis amoue à me & tolle pigritiam animæ meæ.

*Aspice in me & miserere mei*, frequenter aspicit Dominus iratus, & sapius intuetur vt perdat, sicut Sodomam respexit & Gomorrah: sicut castra Ægyptiorum: aspicit etiam propitius sicut in muneribus fecit Abel, respexit quoque super filios pauperum, & non spreuit preces eorum.

*Præueni in maturitate & clamauit*, qui in annis puerilibus anticipat modestiam senectutis, & ante facit grauissimam mentem, ante annorum multitudinem ille præuenit in maturitate, gloria est in iuuenibus, si in ipso seruore ætatis se temperent.

*Lucerna pedibus meis verbum tuum*, nota quod prius dicit pedibus, deinde semitis, quia cum verbum Dei audimus, prius corde clarificamus, vt postea rectis gressibus ambulemus.

*In veritate tua humiliasti me*: ò Pater in veritate, id est, in Filio humiliato, egeno, & peregrino humiliasti me, humiliato (inquam) in vtero virginis, egeno in præsepio pecoris, peregrino in patibulo crucis: nihil enim sic humiliat superbium peccatorem sicut humilitas humanitatis Christi.

## PSALM. CXXI.

**F**iat pax in virtute tua, per hanc sumus vnum, per hanc templum meremur esse creatoris, & quicquid nobis promittitur, ipsius consideratione præstatur, pax ista est quam nulla

nulla bella concutiunt, quam seditio nulla concutitur, sed sine sine possidebitur, quod tibi confertur Christi miseratione.

*Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in Domum Domini ibimus.* O digna exultatio, illuc ire, contendere, vnde nunquam aliquis velit exire: illa domus, quæ iustos tantum recipit, Angelos continet, & ipsum creaturarum omnium conspiciere meretur auctorem, domus desiderabilis, domus de viuis lapidibus fabricata.

## PSALM. CXXVI.

**V**anum est vobis ante lucem surgere, surgit ante lucem, qui in hoc sæculo desiderat beatitudinem promereri, cum vera lux, id est, Dominus noster multa pertulerit, & vsque ad crucis patibulum pro nostra salute dignatus fuerit peruenire, nam qui ante lucem surgit, adhuc in tenebris ambulat, & iter suum propter obscuritatem noctis expedire non præualerit, sic & illi sunt, qui hic degere sub securitate contendunt, antequam reurrectionis gaudia consequantur.

## PSALM. CXXX.

**N**on est exaltatum cor meum. Quod factum est à Pharaone quando præsumens in numerositate Gentis suæ Hebræos per Moysen torques prohibitus crudeliter affligebat: sequitur, neque elati sunt oculi mei: elati sunt oculi diuitis illius, qui in Euangelio legitur horrea sua parua cogitasse destruere & ad copiam congregandam ingentia fabricare voluisse: addidit, neque ambulauit in magnis, ambulauit in magnis Pilatus quando dixit Domino saluatori, nescis, quia potestatem habeo crucifigendi te. Neque in mirabilibus super me, ambulauit Simon Magus super se, quando Spiritum sanctum ab Apostolis Christi pecunia credidit esse redimendum, vt pretio mercaretur quod eius merita non habebant.

## PSALM. CXXXIII.

**Q**ui percussit gentes multas: gentes dicit vitiorum noxias cæteruas, quæ nos intus velut barbaræ semper affligunt, has percussas dicit quando satisfactione pœnitentiæ vulnerantur, nam quod nobis salus, illis vulnus est: occidit etiam in nobis Reges fortes, cum spiritus immundos peccatorum labe dominantis emundatione delictorum reddit extraneos.

## PSALM. CXXXVIII.

**M**ibi autem nimis honorati sunt amici tui Deus. Amici Dei dicuntur Apostoli propterea, quæ ad veros amicos pertinent, primo propter voluntatis conformitatem & cordium unitatem, quia amicitia vera est, idem velle & idem nolle, sic Apostoli erant amici Dei, quia

idem in omnibus volebant & nolebant cum eo, 1. Cor. 6. *Qui adheret Deo vnus spiritus est cum eo.* Secundo, propter secretorum reuelationem, quia omnia secreta sua reuelabant Christo, & Christus eis, sicut Ioanni in Apoc. & Paulo in raptu, vbi vidit, quæ non licet homini fari. Vnde dicit. 1. Cor. 2. *Nobis autem reuelauit Deus per Spiritum sanctum.* Et Ioan. 15. *Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcumque audiuì à Patre meo nota feci vobis,* propter bonorum communicationem, quia Apostoli omnia sua reliquerunt Christo & propter Christum, Matth. 19. *Ecce nos reliquimus omnia, &c.* Vnde Christus bona sua restituit eis, ibidem dicens, omnis qui reliquit domum vel fratres aut sorores, aut patrem aut matrem aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. *Centuplum* (inquit) accipiet in presenti, & in futuro vitam æternam.

## PSALM. CXXXIX.

**O**bumbrasti super caput meum in die belli, id est, mundanæ prosperitatis, quæ valde impugnat Christi pauperes, qui Dominicæ paupertatis obumbraculo caret, sol æstuat super caput eius, & moritur.

*Cognoui quia faciet Dominus iudicium inopis*, qui elirit iustitiam, quærit & pulsat ipsum ditando diuitiis spiritualibus, & æternis, beati enim, qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur, & faciet etiam vindictam pauperum spiritu, & humilium, non relinquens eorum iniuriam impunitam, sed puniens oppressores eorum, quos tunc mala perducunt ad perditionem, & si boni modo affliguntur, & pressuras patiuntur, apparebit gloria eorum cum apparuerit caput ipsorum.

## PSALM. CXL.

**D**irigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Nota quod thus ab Arabia sola mittitur, quæ interpretatur sacra, in qua est arbor quæ Libanus dicitur, cortice & folio lauro similis, succum amygdali modo amittens, qui bis in anno colligitur, autumnus, scilicet & veres, sed autumnalis collectio paratur inciso cortice in ætatis seruore & profliente spuma, quæ concreta densatur vbi loci natura poscat, hoc est thus candidum. Secunda vindemia præparatur hieme incisis corticibus; rubrum hoc erit, nec comparatum priori nouellæ arboris candidus, sed veteris odoratus. Quicumque dominium illius Arabici nemoris tenent sacri vocantur, quicumque loca ista vindemiant vel incidunt; non funeribus intersunt, non congressibus foeminarum polluuntur. Arabia est mens viri iusti sacra, in qua debet esse libanus, quæ interpretatur candidatio, id est, munditia vitæ, de qua procedit thus orationis puræ. Vnde Ecclesiastici 24. *Quasi libanus non incensus vaporauit habitationem meam.* Libanus, significat illos quorum tota vita in oratione consistit. Libanus non incensus debent esse omnes Religiosi, præcipue vt eorum mens non

fit diuisa in oratione, vt aliud non habeant in ore, & aliud in corde, quia mens diuisa non impetrat. Laborare ergo debent vt sint integri & lingua consonet cordi, & tunc vere dulcis erit melodia in auribus Deo Sabaoth. Collectio thuris in autumno significat deuotionem orationis proficientium, vindemia thuris in vere significat orationem incipientium nouiter, scilicet conuersorum: tam isti quam illi inciso cortice gummi emittunt, quia compuncta eorum corda Deo orationem reddunt: sed illi in aestatis feruore, isti in hieme inciduntur, illi candidum, isti rubrum thus emittunt, proficientes enim in feruore caelestis desiderij deuotionem candidam orationis cum lachrymis compunctionis emittunt: incipientes vero hyeme propriae tentationis, frigore demoniacae suggestionis adhuc afflicti dolorosam & quasi sanguineam cum amaritudine lachrymarum, & suspiriorum emittunt orationem. Philosopho enim contemptus surgit in scandala. Nouellae arboris thus candidum, scilicet candor vitae debet precedere & subsequi arboris veteris odoratus, scilicet odor bonae famae. Quicumque ergo thus orationis voluerit colligere & Deo offerre, caueat ne interfuit funeribus rancoris & odij, quia qui fratrem suum odit homicida est, ne congressibus foeminarum polluat, nec etiam cogitationum malarum.

## PSALM. CXLIV.

**Q**uoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum. Postulatio est cura obtinendi tem-


poralia & necessaria huius vitae, in qua Deus postulantis quidem approbans bonam voluntatem, facit tamen quod melius ipse iudicat & dat libertatem ei, qui bene postulat, ipsa est de qua Dauid. *Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum.* In postulationibus pie ac fideliter orandum est: sed non illis pertinaciter inhaerendum, quia nescimus, sed Pater qui est in caelis quid in temporalibus istis necesse sit nobis.

## PSALM. CXLVI.

**Q**ui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum. Coruus vero si in pullis suis plumarum candorem subcrescere viderit, eos derelinquit, & a nido proicit: coruus est diabolus: filij coruorum sunt peccatores in peccato mortali existentes, paternam nigredinem imitantes.

## PSALM. CXLVII.

**E**mittet verbum suum, & liquefaciet ea. Verbum scilicet, discite a me quia mitis sum & humilis corde, &c. *Et liquefaciet ea,* scilicet corda superborum.




# INTERPRETATIO MYSTICA

IN

## LIBRVM PROVERBIORVM.

## CAPVT I.

IN LIBRVM PROVERBIORVM.



**I**NTELLIGENS gubernacula possidebit. Nauis, Ecclesia est Christi, commissa curae Petri, quae per Petrum non factuum rectorem non vastorem quat, vt se inter pericula defendere possit.

*Sapientiam atque doctrinam stulti despiciunt. Ille solus doceri aspernatur, qui sapientem*

se reputat, vix enim aut nunquam corrigitur talis.

## CAP. II.

**V**ino torcularia redundabunt. Torcular est cursus mercationum, e quo exprimat vinum deliciarum, & multarum commoditatum.

## CAP. III.

**L**ongitudo dierum in dextera illius. Dextera dicta dans extra, sinistra sumens extra. Christi sunt duo aduentus, in primo habuit merces, scilicet paupertatem & humilitatem, quas

quas in nundinis nobis proposuit vt eas emeremus, sine quibus diuites esse non possumus. Proposuit etiam & gloriam, quae est in tribulatione laetitia, in persecutione patientia. Ad has nundinas venerant Apostoli, in quibus mirabiles merces lucrabantur, cum ibant gaudentes a conspectu concilij, &c. Super hoc Prouerb. 20. Malum est, malum est, dicit omnis emptor, & cum recesserit, tunc gloriabitur. Si ad nundinas tribulationum in quibus venduntur verae diuitiae venire disponis, vide prius an habes in bursa cordis pretium patientiae & laetitiae quo emere possis. Alioquin non consulo tibi quod accedas, quia vacuus redibis. Si vero confidis de pretio, accede, non cures si difficiles sunt diuitiae, si malum, id est, amarum est bibere calicem tribulationis, cum enim recesseris tunc gloriaberis, quia de sinistra ad dexteram in qua est longitudo dierum, transibis; fructus sapientiae pretiosior est cunctis opibus. Fructus sapientiae est amor Dei, cuius dulcedine degustata anima sapit quam suavis sit Dominus. Quid ergo eo pretiosius, quid desiderabilius? Huic nec opes nec gloria rerum valent comparari, & sicut in oleo nihil est ex aqua & terra, sed ex aere; sic in Dei amore nihil carnalitatis, nihil terrenitatis debet admisceri, sed tantum aer, id est, puritas mentis & conuersatio caelestis.

*Via illius pulchra, & omnes semitae illius pacificae: Via,* scilicet prosperitatis, quae sunt laetae, & semitae aduersitatis, quae sunt strictae, tamen sunt breuiores vel ad terminum te adducunt citius.

## CAP. V.

**C**erua charissima; & gratissimus hinnulus. *V*bera eius inebriant te omni tempore, & in amore eius delectare iugiter. Nota, quod cerua (vt dicitur in naturalibus) parit in via trita, sciens quod lupus viam tritam euitat propter homines. Cerua charissima est Beata Maria, quae in via trita, id est, in diuersorio, hinnulum gratissimum, quia gratis & grato tempore datum nobis paruulum filium peperit. Vnde Luc. 11. Peperit filium suum, & pannis cum inuoluit, vt stolam immortalitatis reciperemus, & reclinauit eum in praesepe, quia non erat ei locus in diuersorio. Glossa ibi, in diuersorio, eget loco, vt nos plures in caelis habeamus mansiones.

## CAP. VII.

**Q**vandiu est in statu peccati, tandiu extra domum propriae conscientiae commoratur. *Non est vir in domo sua, abiit via longinqua.* *Turris fortissima nomen Domini.* Ad ipsam confugiet peccator, & saluabitur. Domine nomen tuum in desiderio animae *Et nomen,* inquit, *virginis Mariae.* Oleum effusum nomen tuum. Nomen Mariae iubilus in corde, mel in ore, melos in aure.

*Statim eam sequitur quasi bos.* Moraliter qui per boues intelliguntur, dediti mundi delectationibus; & qui solum de consolationibus, curant corporis animam negligentes. Et isti sunt per il-

los stultos mercatores figurari. De quibus Luc. 14. *Iuga bouum emi quinque.* Emunt boues ij quot probat stultos esse mercatio, quia dant conscientiam & animam suam pro pretio Mulier, id est, sensualitas pretiosam animam vici rapit. Isti ad morem bouum semper arant terram caelum negligentes, quia ad morem ralphae excavat in terrenis versantur, nec vnquam mentem suam erigunt ad superna, & certe puluis terrinae affectionis excavat eorum oculos, &c. Et isti semper palcas comedunt, de quibus fornax inferni est succendenda.

Funis est amor quo mundo puta diuitiis vel consanguineis ligaris, *Textui funibus lectulum meum,* id est, cordis mei quietem.

*Intextui funibus lectulum meum.* Funes ligantes sunt iuuenta, sanitas, nobilitas, prosperitas, diuitiae, deliciae.

## CAP. VIII.

**D**electabar per singulos dies ludens coram eo omni tempore, &c. Filius Iesus cum patre ludebat cum a discipulo tradebatur, ad columnam ligatus flagellabatur, cum ab Herode illudebatur, cum spinis coronabatur, &c. Ludebat etiam cum exiret baiulans sibi crucem in eum locum, &c. Ecce qualiter ludit, & vilis fuit sapientia in orbe terrarum. Ecce quales habuit delicias cum filijs hominum.

*Frater, qui adiunatur a fratre quasi ciuitas fortis.* Nota, quod regnum animae non potest desolari nisi prius in seipso diuidatur appetitus, scilicet, contra rationem Nam dicitur, *Frater qui adiunatur a fratre quasi ciuitas fortis.* Frater, id est, cor & spiritus, vel affectus & intellectus. Ecclesiast. 4. Melius est duos esse quam vnum, quia vnum, ens & bonum conuertitur; sed verbum istud, *Frater qui adiunatur a fratre,* &c. posset ad litteram intelligi, quia tales construunt ciuitatem supernam ex quadris lapidibus, prudentia, temperantia, iustitia, & fortitudine, cuius fundamentum est fides vel humilitas, caementum charitas.

## CAP. IX.

**S**apientia edificauit sibi domum, excidit columnas septem, immolauit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suam, misit ancillas suas vt vocarent ad arcem & ad moenia ciuitatis. Sapientia, Dei filius, edificauit sibi domum suae humanitatis in vtero B. Virginis, quae domus fuit suffulta septem columnis, id est, septiformis gratiae donis. Idem & fecit nuptias filio, immolauit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam. Hoc illud est, ecce prandium meum paratum, &c. Misit ancillas suas hoc est, misit seruos suos. Et nota quod Dominus vocat & inuitat peccatores ad tres nuptias, quae in arce & moenibus ciuitatis designantur. In arce humilitas incarnationis Domiticae, in moenibus, id est, in muris opera poenitentiae, per quae quis ascendit ad ciuitatem caelestis gloriae. Vocat (inquam) per Praedicatores, qui sunt ancillae, propter curam sollicitam, quam gerunt circa animas, sicut ancillae, circa Domi-



Luc. 17.

nam suam. Psal. 122. *Sicut oculi ancille in manibus dominae suae, & serui propter humilitatem.* Luc. 17. *Serui inutiles sumus, fecimus quod facere debuimus.* Ad istas tres nuptias referuntur quae ponuntur in Euangelio & in Prouerb. scilicet. Ecce prandium meum paravi in nuptiis vnionis. Vnde ibi Gloss. Prandium est paratum, scilicet mysterium incarnationis impletum. Ad quod vt inuitati auidius conuenirent, immolauit victimas. Victimam apud veteres dicitur sacrificium post victoriam, vel quia vincita ad aras ducebatur. Victimae fuerunt Apostolorum & sequaces, qui corpora sua tradiderunt ad supplicia, vt ad Dominicæ Incarnationis nuptias populos inuocarent: Vnde de eis dicit Moyses in fine Deuter. populos ad montem vocauerunt, & ibi, id est, pro ipsa fide dilatanda seipso victimas iustitiae, vt de iniustis iustos facerent, immolarunt. *Iustus*, inquit Apostolus Hebr. 10. *ex fide viuit.*

Hebr. 10.

Item, tauri mei occisi sunt, in nuptiis iustificationis, id est, poenitentiae. Tauri occiduntur cum superbi peccatores in poenitentia mortificati humiliantur, qui tunc sunt Domini cum non sunt sui, suus est qui sua, & non quae Iesu Christi quaerit. Vnde Ioan. 1. *Sui eum non receperunt.* Dum taurina ceruix est erecta, dum oculi sunt torui ira suus est homo, sed cum ceruix in lectum redigitur, id est, superbia in sui vilitatis recordatione humiliatur, & poenitentiae mortificatione occiditur, tunc non suus, sed eius est, qui eum misit. In his nuptiis sapientia miscet vinum, cum carnis & mundi gaudium temperat amaritudine lachrymarum. Vnde Isai. 24. *Amarum est potio bibentibus illam.* Potio mundani gaudij dum lachrymis poenitentiae miscetur, amara est bibentibus, id est, poenitentibus.

Ioan. 1.

Isai. 24.

Item, altaria mea occisa sunt, & omnia parata sunt in nuptiis gloriae caelestis. Altaria dicuntur ab alendo, & significant viros perfectos interna charitate, qui penna contemplationis superna petunt. Hi dicuntur occisi, quia per mortem carnis iam in requie suut positi. In his nuptiis sapientia mensam proponit.

## C A P. X I.

**Q**ui abscondit, id est, subtrahit, frumentum id est, dilectionem, a proximo maledicetur in populis, scilicet in illa generali resurrectione in qua omnes astabunt ante tribunal iudicis.

*Circulus aureus in naribus suis mulier pulchra & fatua*, sunt aliqui clerici, quia molles & compti tanquam meretrices pro denariis se exponentes, pulchra gloria vestium, turba neporum, multiplicatione praebendarum. Fatua quia quod ipsi vel alij fantur non intelligunt, tota die in Ecclesia clamant, & quasi canes latrant, & seipso non intelligunt, quia corpus in choro, & cor in foro. Isti cum habeant circulum aureum scientiae & eloquentiae, non verentur tanquam porci mittere ipsum in sterco luxuriae, & auaritia.

## C A P. XIII.

**R**edemptio mihi propria diuitiae, id est, virtutes. Virtus de procul, vitia familiaria, quia a nobis; virtutes de sursum.

## C A P. XIV.

**V**bi non sunt boves, praesepe vacuum est; ubi autem apparent plurima segetes, ibi manifesta est fortitudo bovis. Nota, bos iugo collum subiicit, & corpus exhibet immolanti; sic isti in saecularibus occupati debent in obedientia & voluntaria poenitentia & fatigatione perfecti inueniri.

## C A P. XV.

**R**esponso mollis frangit iram. Humili responso statim mens elata prosternitur. Sicut enim dicit sapiens, e contrario sermo durus excitat furorem.

## C A P. XVII.

**Q**ui moderatur sermones suos. Linguae, quae quali meretrix garrula est, & vaga, debemus dominari, ne vt dicit Iacobus cap. 3. *Maculelet totum corpus, & inflammet rotam natiuitatis nostrae.*

*In facie prudentis relucet sapientia*, scilicet increata quae Deus est.

## C A P. XVIII.

**Q**ui altam facit domum suam quaerit ruinam. Redige te ad parua, ne cadas. Peccator cum in profundum venerit, contemnet. Anima peccato in quo labitur non potest esse contenta dum quotidie ad deteriora deiecitur, quasi in puteo quo cecidit fundum non inuenit quo figuratur.

## C A P. XIX.

**P**estilente flagellato stultus sapientior erit. Stultus, scilicet animus sapientior erit, quod non delicijs, sed lachrymis inebriabitur; pestilente, id est, corpore flagellato.

Item, ibidem, *Stultitia alligata est in corde pueri, & virga disciplinae fugabit eam.* Puer est corpus puerilia agens, poma & flores temporalium quaerens, in cuius corde alligata est stultitia, id est amor temporalium, quam virga poenitentiae fugat

## C A P.

## C A P. XX.

**R**ex qui sedet in folio iudicij dissipat omne malum intuitu suo. Sic Christus Rex Regum sedet in folio, id est, requiescit in anima, & dissipat omne malum; carnis, mundi, & diaboli, intuitu suo, id est, respectu suae gratiae.

*Rex qui sedet in folio iudicij dissipat omne malum intuitu suo.* Solium dictum quasi solidum. Cum Rex, id est, cor hominis sedet in folio, id est, soliditate constantiae, tunc dissipat omne malum, id est, omnem corporis malitiam intuitu suo, id est, discretionem suam. Hic Rex habet quinque speciales ministros, quinque videlicet sensus, ex quibus duo sunt viciniore & specialiores ei, aures scilicet & lingua. Per aures audit exteriora, per linguam promit interiora. Vnde Ruth ad Boos. *Loquutus es ad cor ancilla tua.* Et Isai. 40. *Loquimini ad cor Hierusalem.* Sed si aures fordibus obrurantur, & cordis lingua ligatur, quid Rex, quid cor faciet? Destructum est eius regnum, per quos regni negotia, secreti consilia, iura regalia agebantur destructi. Quid ergo agendum? vnum solum consilium restat, scilicet vt ad Iesum, surdum & mutum ducas, & eum roges vt imponat ei manum. Rex est hominis Spiritus; aures, obedientia; lingua, confessio.

sai 50.

*Propter frigus piger arare negligit, mendicabit in aestate.* Frigus statum peccatorum signat multipliciter, primo ratione frigiditatis pigritiam inducentis.

Secundo ratione sterilitatis, quia tunc in terris noui generatur, imo si quid natum mortificatur, sic mortificantur hyeme, nullum apparet vestigium aetatis. Sic in peccatore nullum vestigium apparet pristinae bonitatis seu conuersationis imo quanto aetas mollior fuerit, tanto postmodum quando ad hyemem venit, peior apparet.

Prou. 21.

## C A P. XXI.

**N**on satiant sed accedunt, & quomodo aut deficiunt nobis, aut vos ipsis. Vnde August. lib. Confess. *Fecisti nos Domine ad te, &c.* Dicitur etiam Prou. 21. *Qui diligit epulas, in egestate erit.*

*Qui custodit os suum & linguam suam custodit animam suam.* Quilibet suae natiuitatis memor debet manum superponere ori suo ne delinquat in lingua sua.

## C A P. XXII.

**P**auper, & diues obuauerunt sibi, vtriusque operator est Dominus. Pauper, id est, humana natura, & diues, id est, diuina coniuncta sunt in Christo, vt absolueretur homo pauper poenis, & culpis obligatus.

*Ecce descripsisti eam triplieiter.* Teste Salomone tres libros Deus nobis proponit, scilicet librum conscientiae in corde, librum scripturae in aere, librum naturae in facie.

## C A P. XXIII.

**N**on intuearis vinum quando flauescit, cum splenderit in vitro color eius, ingreditur blande, & in nouissimo mordebit vt coluber. Nota quod vitrum vile est in materia, fragile in substantia; gloriosum in splendore. Vitrum est caro hominis, quae vilis est in materia, quia de foetido humore procreata. Fragilis in substantia, quia quasi flos egreditur & conteritur. In hoc ergo vitro cum splendet vinum mundi, scilicet gaudium, non intuearis, id est, cum arriserit tibi mundi prosperitas, carnis voluptas, non in ea delecteris, ingreditur enim blande, sed in nouissimo mordebit vt coluber.

*Fili, praebe mihi cor tuum.* Qui ergo Deo dat cor suum, vere Christus est, gratiae inunctus, & filius Dauid. *Ne desideres de cibis eius in quibus est panis mendacij.* Panis carnalis & mundanae conuersationis.

## C A P. XXV.

**F**ili mi inuenisti mel, id est, dulcedinem contemplationis, *Comede quod sufficit tibi, ne forte satiatus euomas illud.* Ille mel euomit qui non contentus gratia gratis sibi data, humana ratione contemplationis dulcedinem indagare cupit.

Isa. 57.

*Aqua frigida anima stienti, nuntius bonus de terra longinqua.* Hoc proprie conuenit Euangelistis. Nam Euangelista, bonus nuntius interpretatur. Aquae ergo dicuntur Euangelistae, primo, quia aqua non est tetminabilis proprio termino, semper enim fluere, bene autem alieno. Sic Euangelista maxime Mathaeus, qui diu persequutus est proprias concupiscentias, Isai. 57. *Cor impij quasi mare feruens quod quiescere non potest.* Ideo dicitur Eccl. 18. *Post concupiscentias tuas non eas & a voluntate tua auertere. Sed bene terminatus est alieno, scilicet Christi, quando dixit ei. Math. 19. Sequere me, id est, ad me termineris.*

Eccles. 18. Matth. 19.

Secundo, quia sol aquae humorem ad se attrahit quandoque ad sui refocillationem; Et quod liquidius est transit in ignem, quod grossius in pluuiam. Sic Christus sol iustitiae Euangelistas sibi attrahit ad nutrimentum fidei suae, & verba illorum fundit in terram per praedicationem. Tertio, quia aqua dulcis mare intrat, & amara facta iterum per subtiles meatus dulcis efficitur. Sic Euangelistae dulces fuerunt in principio loquentes de natiuitate & infantia Christi; sed in medio amari, tractantes de laboribus & passione eius. Et iterum dulces in fine, agentes de resurrectionis gloria, de Ascensionis triumpho, & Spiritus sancti missione. Vnde Euangelium eorum significatur per librum, qui in ore Ioannis dulcis, sed in ventre, id est, in medio amarus fuit. Quarto, Aqua fordes lauat. Sic Euangelistae docent lauare se, abluere originale peccatum per baptismum, de quo loquuntur Mathaeus & Marcus cap. vlt. Et mortale per poenitentiam, Math. & Luc. 3. *Agite poenitentiam, & cetera. Reliquias peccati per contritionem luendum.* Matth. 6. *Beati qui lugetis.* Veniale per orationem. Matth.

Matth. &amp; Mar. cap. vltim. &amp; Luc. 3. Matth. 6. Matth. 9. Luc. 11.

Matth. 7. Luc. 11. Sic ergo vas vitæ, Pa-  
ter noster, &c. Quotid. Aqua plantæ rigat ad  
fructificationem. Sic Evangelista totam Ecclē-  
siam per doctrinam suam fructificare fecerunt.  
Vnde significantur per quatuor flumina paradisi.  
Nota adaptionem. Hæc aqua dulcis est, &  
applica eam antequam sitentibus est appetitus frigi-  
di, & humidus, & dulcissimus. Evangelista ergo  
apertè fuerunt ad fructum amare extirpandam,  
quia fuerunt frigidus abique calore laxatus, hu-  
midus sine aciditate amaritatis, & dulces sine a-  
maritudine & austeritate inopitibus. Nota, talis  
debet esse, qui vult esse potabilis Deo.

Nota, item, mundities hominis est quando calor  
est, fidelis, verax, letus & vultu mansuetus. Sic E-  
vangelista veloces fuerunt, qui ad primam vo-  
cationem se properant sunt Dominum, ut de vitiis  
qui etiam prius scilicet fuerunt sicut es, qui  
non sibi attribuerunt, sed Dominum totum. Do-  
minum. Fidelis es ministrus si multa gloria Do-  
mini tibi manifestante per te, non exerceat in re,  
nihil manibus tuis a habere contingit. Luc. 11.  
Vultu mansuetum, quia opus redemptionis  
mostrat.

Item veraces. Item, vultu est de vultu, ubi  
quintessimum perhibet de his & scriptis hanc  
sermo quia verum est testimonium dicit.

CAP. XXVIII.

Quis operatur remanens suam vultu, qui  
vultu, qui vultu sicut vultu, qui vultu  
egressus. Panibus gratia in presentia & gratia  
in futuro laudabitur, qui scilicet vultu  
vultu operatur suam vultu. Qui vultu  
vultu, id est, vultu vultu.

Qui servum suum comedit fructus eius. Per  
hoc significatur vita continentium, qua vultu  
est per contemplationem.

CAP. XXIX.

Per qui de reliquit voluntati suae confundi  
vultu suam. Si enim quis appetitus non  
reframatur, sed relinquit voluntati proprie,  
vultu, id est, carnem suam confundit, quæ  
propter cibi inmoderantiam aliquando agri-  
tudinem incurrit, & quandoque ad liquorem  
perducit.

CAP. XXX.

Quis nunquam dicit, sed qui dicit, affert aff-  
fer. Ignis, id est, avaritia, per amorem & concu-  
piscitiam. O Domine aufer avaritiam istam. Avaritia  
est aliquibus vultu, qui sicut praelatis, qui sicut  
parimonio, quod est acquiritur, id est, in  
in monte dignitatis sicut in agribus.

Deus sicut sicut sicut, & nunquam dicit  
sicut. Mundus est in terra, id est, quia avaritia  
est in terra. Et dicit omnis qui bibit in  
aquam vitæ puræ (per quam dicitur & dicitur  
transmissus intelligimus) sicut iterum.

Per vultu vultu, & quatuor sicut iterum.

non per se per se, per se, per se, per se.  
vultu vultu sicut iterum, & per se, per se.  
vultu vultu sicut iterum, & per se, per se.  
vultu vultu sicut iterum, & per se, per se.

Per se, per se, per se, per se, per se.  
vultu vultu sicut iterum, & per se, per se.  
vultu vultu sicut iterum, & per se, per se.

Per se, per se, per se, per se, per se.  
vultu vultu sicut iterum, & per se, per se.  
vultu vultu sicut iterum, & per se, per se.

Per se, per se, per se, per se, per se.  
vultu vultu sicut iterum, & per se, per se.  
vultu vultu sicut iterum, & per se, per se.

Per se, per se, per se, per se, per se.  
vultu vultu sicut iterum, & per se, per se.  
vultu vultu sicut iterum, & per se, per se.

Per se, per se, per se, per se, per se.  
vultu vultu sicut iterum, & per se, per se.  
vultu vultu sicut iterum, & per se, per se.

Per se, per se, per se, per se, per se.  
vultu vultu sicut iterum, & per se, per se.  
vultu vultu sicut iterum, & per se, per se.

Per se, per se, per se, per se, per se.  
vultu vultu sicut iterum, & per se, per se.  
vultu vultu sicut iterum, & per se, per se.

Per se, per se, per se, per se, per se.  
vultu vultu sicut iterum, & per se, per se.  
vultu vultu sicut iterum, & per se, per se.

struunt. Item secundo, Generatio quæ munda  
sibi esse videtur, sunt religiosi falsi & ficti hypo-  
critæ similes sepulchris dealbatis, de quibus  
B. Bernadus, Si possent exterius sine nota viue-  
re, salua sibi omnia arbitrentur.

Item tertio, generatio cuius exelli sunt ocu-  
li, sicut superbi, qui extento collo nutibus ocu-  
lorum vadunt, quorum palpebræ gressus non  
præcedunt, sed in altum se erigunt; contra quos  
dicitur, Psalm. 130. Domine non est exaltatum  
cor meum, neque elati sunt oculi mei, &c.

Item quarto, Generatio quæ pro dentibus  
gladium habet, & commandit molaribus suis,  
ut comedat inopes de terra, & pauperes ex ho-  
minibus, &c. Sunt amari & vlturarij, quorum  
dentes arma & sagittæ, qui pauperes deuorant,  
& substantias aliorum sibi acquirunt. Omnes  
isti sunt filij huius sæculi, qui filios lucis stultos  
reputant, se autem prudentes, quorum pru-  
dentia mors est.

Leo fortissimus bestiarum ad nullum pauebit  
occursum. Per leonem signatur Prælati: nam  
sicut leo animalia sibi subdita diligenter custo-  
dit & defendit, sic bonus prælatus suos, Ec-  
clesiastici septimo. Noli querere fieri index ni-  
si valeas virtute irrumperè iniquitates. Lucæ  
secundo. Pastores erant vigilantes super gre-  
gem suum.

Item, leo benignus est humilianti se ei, &  
crudelis rebellibus. Sic ad Prælatus pertinet  
parcere subiectis & debellare superbos, secun-  
dæ Timothei 4. Argue, increpa, obsecra, primæ  
Thessalonissenium 5. Corripue iniquos, conso-  
lare pusillanimes.

Sed quando Prælatus benignus est, bonus &  
iustus, talis est vi in ore eius inueniatur mel,  
Iudicum 14.

Item, Leo rugitu suo factum mortuum susci-  
tat id est, ad vitam excitat: sic Prælatus mor-  
tuos per prauitatem, vel negligentiam, vel in-  
iustitiam, vel tristitiam & acidiam exhortatio-  
ne sua & oratione viuificat. Hinc Christus  
Ioannis. 11. Super Lazarum mortuum clamans &  
fremens resuscitauit eum. Sic rugiebat Apo-  
stolus ad Galat. 4. Filioli mei quos iterum parturio.  
Hinc Helisæus super puerum resuscitandum  
clamabit, 4 Reg. 4.

Item, leo vestigium suum cauda delet ne à  
venatoribus capiatur: sic Prælatus considera-  
tione supremi finis bona sua debet occultare à  
vana gloria, & quasi annihilare. Nam Prælati

maxime occasiones habent elationum, sed Lu-  
cæ 17. dicitur, Cum feceritis omnia quæ præ-  
cepta sunt vobis, dicite serui inutiles sumus, quod  
deuimus, fecere facimus. Ideo Apostolus 1. Co-  
rinthiorum decimo quinto. Ego sum minimus  
Apostolorum.

Item, ad retardandam feritatem leonis de-  
dit ei natura febres quartanas: Sic Dominus  
Prælati semper aliquem defectum dimittit,  
ad humiliationem ipsorum, ut Paulo stimu-  
lum carnis Angelum Sabana, qui ipsum cola-  
phizet. 2. Corinth. 12. Iudicum 3. Hæc sunt gen-  
tes quas dimisit Dominus ut erudiret in eis  
Israëlem. An, non quasi febris fuit Petro negati-  
o sua, & dubitatio Thomæ?

Stellio manibus nititur. Salamandra dicta eo  
quod contra incendia valeat. Hæc si se arbori  
erexerit, omnia poma illius venenat, & ideo  
solum non vitur incendio, sed illud extinguit.  
Hic dicitur stellio, de quo Salomon Prover-  
biorum trigesimo. Stellio manibus nititur, &  
moratur in adibus Regum. Stellio à colore dictus  
est. Est enim corpore pictus lucentibus guttis  
in modum stellarum. In Salamandra vir con-  
templatiuus designatur, qui solo igne charitatis  
viuit. Vnde Ecclesiastici 48. dicitur, Surrexit  
Helias Propheta quasi ignis, &c. Quia opus & ver-  
ba viri iusti ardent charitate. Vnde recte dicitur  
stellio, quia stellis, id est, charitate in claritate  
boni operis lucidus; Hic nititur manibus, id  
est, operibus quoad proximum, & moratur in  
adibus Regum, scilicet contemplatione quo-  
ad Deum.

CAP. XXXI.

Gustauit & vidit quod bona est negotiatio  
eius. Nota ista duo, gustauit & vidit mu-  
lier fortis, id est, anima. Tunc enim gustat  
dulcedinem celestis gloriæ sentit sano palato,  
pro cuius amore regnum mundi & ornatum se-  
culi contempnit, & sic processu temporis oculo  
illuminatæ rationis videt & intelligit quod bo-  
na est negotiatio eius, vendere, scilicet, om-  
nia quæ habet, & dare pauperibus, ut nudus  
nudum sequatur Iesum.

Mulier timens Deum ipsa laudabitur. Mulier  
ista tam prouida anima est in qua timor Dei  
qui sapientiæ principium, collocatur.

INTER

Psalm. 130.

Eccles. 7.  
Luc. 2.

2. Tim. 4.

Indic. 14.

Ioan. 11.

4. Reg. 4.

Luc. 17.

1. Cor. 15.

2. Cor. 12.  
Iudic. 3.

Eccles. 48.



# INTERPRETATIO MYSTICA

## IN LIBRVM ECCLESIASTICI.

### CAPVT PRIMVM IN LIBRVM ECCLESIASTICI.



**G**ENERATIO praterit,  
& generatio aduenit,  
terra autem in aeternum  
stat. Generatio, id est,  
amor carnis praterit, &  
generatio, id est, amor  
mundi aduenit; terra,  
id est, Dei amor in  
aeternum stat, quia vt

1. Cor. 15. dicit Apostolus 1. Corinth. 13. *Charitas nunquam excidit.*

*Oritur sol, & occidit.* Mundana, scilicet prosperitas, quæ est in continua reuolutione. Diuina autem nescit occasum, procedit vsque ad perfectum diem.

Nota, sol dupliciter dicitur occidere; vel in se, & sic ad literam occidit omni die; vel quoad nos, & sic occidit nobis quando aliquis mors, vel aliquid aliud interponitur; sic potest nobis sol diuinæ gratiæ occidere. Secundo modo sol mundanæ prosperitatis in se & in nobis occidit, quando scilicet iam non montem terrenum interponimus, sed ad lumen cælitus occultatur. Ad lumen, scilicet diuinæ illuminationis.

*Omnia flumina intrant mare, & mare non redundat: ad locum unde exeunt flumina reuertuntur.* Nota quod duplex est amaritudo, scilicet culpæ, & mortis corporalis. Omnia ergo flumina id est, omnes populi exeunt à mari, id est, amaritudine culpæ originalis. Vnde Psal. 50. *Ecce in iniquitatibus conceptus sum, &c.* Et Apostolus Ephes. 2. *Erasmus natura filij ire sicut & cateri.* Et 1. Cor. 15. *Omnes in Adam moriuntur.* Et in mare, id est, in amaritudine mortis corporalis reuertuntur. Vnde Eccles. 40. *Grane iugum super filios Adam, &c.* De his dicit Dominus peccatori, Genes. 3. *Puluis es (per immunditiam) & in puluerem reuertis, per incinerationem.* Beati ergo qui seminat super aquas. Semen (vt dicit Christus) est verbum Dei. Vt ergo inter bonos benedici merear, seminabo super vos in nomine Iesu Christi.

*Vidi cuncta que sunt sub sole, & ecce uersa uanitas & afflictio spiritus.* Sub sole est

vanitas, super solem veritas: anima ergo quæ est sub sole per amorem temporalium, & non est supra solem per contemplationem supernorum, quid aliud debet facere nisi flere & gemere? Et bene coniunguntur vanitas & afflictio. Vbi est vanitas scilicet terrenæ, ibi afflictio mortis æternæ. Sub sole, ubi falsitas & vanitas, calumniæ potentum contra egenos, & violenta iudicia contra pauperes. Si hæc anima misera videret, utique fletet.

*Ad locum à quo exeunt flumina reuertantur, vt iterum fluant.* Sicut si aqua fluminis stare cœperit, cito putrescit; sic plane gratiarum cessat discursus, ubi non fuerit recursus.

### CAP. II.

**R**isum, id est, temporalia, reputauit errorem, quia à via veritatis errare faciunt, & gaudio, scilicet carnis, dixi, quid frustra deciperet? *Moritur doctus similiter vt indoctus, mors enim neminem distinguit.*

### CAP. III.

**T**empus belli scilicet cum hoste, & tempus pacis, scilicet cum Deo reformandæ. Cultoribus aptum ad amputandum. Tempus enim putationis aduenit.

*Tempus plantandi, scilicet virtutes, & tempus euellendi quod plantum est, id est, amputandi vitia & peccata per confessionem & penitentiam.* Mercatoribus aptum ad cumulandum.

*Ibidem, Tempus acquirendi, & tempus perdendi.* Perdendi inquam pecuniam & eleemosynam pro proximo.

### CAP. IV.

**V**æ soli, quia cum ceciderit, non habet subleuantem se. Si spes ruat, numquam eleuatur, nisi per timorem.

*Melior est puer pauper & sapiens, quam Rex senex & stultus, qui nesciuit sibi providere in posterum.* Sapientiam sibi datam inter Angelos non seruauit, quia conditori suo subiici noluit, cuius membra non efficiuntur, qui iugo obedientiæ pro obedientis vsque ad crucem nomine subiici reuolunt. Toties apostatæ Angelos similis

similis efficeris quoties tuo superiori contumax obedire contemnis; non hominem, sed Deum contemnis, homines super capita hominum posuit.

*De carcere catenisque interdum quis egreditur ad Regnum.* Quia igitur sancti corpus suum carcerem reputant, ideo vigilijs & abstinentijs ipsum domant & macerant, vt citius exeat in carceratus spiritus, scientes quod exitus eius erit ad liberationem & gloriam.

*Funiculus triplex difficile rumpitur.* Nota quod peccator in confessione tria debet fugere, scilicet de peccatis dolere, firmum propositum non relabendi habere, sui confessoris præceptis in omnibus obedire. Si tali funiculo manus mea ad signum crucis Dominicæ alligata fuerit, nequaquam abrumpi poterit.

### CAP. IX.

**E**st ciuitas parua, & pauci in ea viri. Venit contra eam Rex magnus, & vallauit eam, extraxitque munitiones per gyrum, & perfecta est obsidio, inuentusque est in ea vir pauper & sapiens, & liberauit urbem per sapientiam suam. Ciuitas est Ecclesia, quæ dicitur parua respectu malorum, qui multiplicati sunt super numerum bonorum, quia peruersi difficile corriguntur, & stultorum infinitus est numerus. Et pauci viri in ea. Viri, id est, virtuosi in Ecclesia multæ sunt scemina, id est, molles & effæminati: sed heu pauci in ea viri, id est, virtuosi. Mulieres, id est, molles Prælati; ait Dominus per Isai. 3. *Mulieres Dominae sunt eis.* Et Prou. 8. *O viri! ad vos clamato.* Sapientia ad viros, non ad sceminas clamat, quia sapor internæ dulcedinis illum afficit, quem virtute strenuum, prouidentia circumspexit viderit. Sed pauci in ea viri, qui scilicet saporis cælestis dulcedinis degustare possint. Omnes enim sunt quasi scemina mentis effæminatæ in pretiositate vestium, in lautitijs ciborum, in lasciuia seruientium, in ædificijs domorum, in phaleris equorum aperte ostenditur vtrum sint scemina an viri. Non tales Apostoli, quibus Dominus Ecclesiam suam regendam commisit.

*Sequitur, Venit contra eam Rex magnus, &c.* Rex magnus est diabolus, qui est Rex super filios superbiæ, Iob 40. Hic tria facit; vallat, extrahit munitiones, & sic perficitur obsidio. Vallum fit de palis acutis. Munitiones, quæ vallo sunt munitæ vel muris, opera heretici sunt quasi palliati oculis fidelium miseri. Munitiones sunt omnes falsi Christiani. Vallo hæreticorum, & munitione falsorum Christianorum diabolus obsidet Ecclesiam; in qua sunt pauci viri, sed nolite timere, pusillus grex, istam obsidionem, quia faciet Dominus cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere.

Vnde sequitur, *Inuentus est in ea vir pauper & sapiens, & liberauit.* Vir pauper est Christus, vir secundum diuinitatem, pauper secundum humanitatem. Et vide quod bene concordant singula singulis. Ille dicitur vir, & illi viri, iste pauper, & illi pauci. Sapiens contra astutiam diaboli liberauit urbem à vallo hæreticorum & munitione carnalium. Sic per sapientiam suam destruet omnem munitionem. Sed valde dolendum est, quod sequitur, *Et nullus recordatus est*

*hominis illius pauperis; immo (quod peius est) dicunt ei illud Iob 21. Recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus.* Et (quod his est deterius) ipsum negantes clamant. Tu videris; nolumus hunc, sed Barrabam. Hic est diabolus, qui propter seditionem quam fecit in cælo, missus est in infernum: istum latronem sibi dari expectant, & Dei filium qui eos liberauit crucifigunt. Et ideo, væ animæ eorum.

Moraliter. Ciuitas est anima, quæ bene dicitur parua, quia fere iam ipsam omnes deserentes ad planitiem, id est, corporis voluptatem inhabitandum descendunt. Vnde Genes. 13. Diuisus ab Abraham moratus est in oppidis, quæ erant circa Iordanem, & habitauit in Sodomis. Loth declinans; Iordanis descensus; Sodoma, pecus silens interpretatur. Miser homo est Loth cum ab anima sua diuiditur, in oppidis, id est, sensibus corporis, qui sunt iuxta Iordanem, id est, descensum fluxibilem temporalium. Moratur & habitat in Sodomis, quia tanquam pecus carni deditum efficitur. Sic silet à laude creatoris, & à confessione sui criminis.

*Sequitur, Et pauci viri.* Viri animæ sunt rationis affectus. De quibus Ioan. 4. *Quinque viros habuisti, & nunc quem habes non est tuus vir.* Affectus rationis dicuntur quinque viri, pro eo quod debeant regere quinque corporis sensus, quos cum infelix anima perdit, non virum sed adulterum recipit, qui eam corrumpit.

Ideo sequitur. *Venit contra eam Rex magnus, qui est carnalis appetitus vel sensus.* Ille Rex magnus vallat animam acutis palis prauorum motuum, extrahit per gyrum munitiones prauarum cogitationum & carnalium delectationum, & sic perficitur obsidio. Ecce vt dicitur 4. Reg. 6. & 7. Sancta Ecclesia vel fidelis anima à Benadab Rege Syria obsessa tenetur, sed veniat verus Heliæus, & liberet eam. Veniat vir pauper, id est, sancti Spiritus gratia, quæ dicitur pauper, quia cum pauperibus spiritualiter habitat, & cum simplicibus sermocinatio eius liberet attritam graui obsidione animam. Sed valde dolendum est, si quod sequitur, & nullus deinceps recordatus est illius pauperis.

*Melior est canis viuus leone mortuo.* Id est, humilis. Publicanus, superbo Phariseo. Et nota, quod os colli leonis est continuum, & in eo non est annulositas, & in eius ossibus non inuenitur medulla, & ossa leonis præcipue sunt dura magis quam ossa aliorum animalium, & propter hoc quando colliditur vnum cum alio, emicat ignis. A simili in collo superbi non est annulositas, id est, flexibilitas.

*Omni tempore sint vestiment tua candida, pro virginitate, & oleum de capite tuo non deficiat, pro charitate.*

### CAP. X.

**V**æ tibi terra, cuius Rex puer est, & cuius principes mane comedunt. Nota quod appetitus carnalis dicitur magnus, & puer. Magnus, quia magna & impossibilia aggreditur. Puer, quia sine deliberatione & discretionem. Et ideo. Væ terræ, id est, corpori, quod habet regem, cuius principes quinque sensus mane comedunt, id est in pueritia, gula, & luxuria inebriari incipiunt.



Cor sapientis in dextera eius. Id est, in æternis. Cor stulti in sinistra illius, id est, in bonis transitoriis quibus occidimur, vel nobis deficiunt.


C A P. XII.

**F**lorebit amygdalus. Ante alias arbores floret, & significat eleemosynarium, qui compassione & misericordia floridus ante omnia florem eleemosynæ debet emittere. Vnde Isaia 27. *Florebit & germinabit Israel*, id est, vir iustus florebit eleemosyna, & germinabit. Nota cum germen prius sit in flore, non præmisit, germinabit sed florebit, & germinabit. Hac, scilicet ratione, quia cum vir iustus floret, debet germinare compassione, quia non tantum manu, sed etiam cordis affectu ipsam debet

pauperibus porrigere ne eleemosynam deleat auaritia. *Florebit ergo amygdalus, impinguabitur locusta.* Sicut enim tempore frigoris locusta torpescens vires amittit, sed adueniente calore quasi hilarescit & salit, sic pauper tempore famis, frigore necessitatis vires amittit, corpore frigescit, fame pallefcit, sed adueniente calore beneficij, eleemosynæ munere vires recipit, & de collato sibi beneficio, Deo & danti gratias reddit, & sic dissipabitur capparitis, id est, auaritia. Auaritiæ dissipatio, eleemosynæ distributio.

C A P. XI.

**D**ulce nomen & delectabile est oculis, scilicet mentis, *videre solem*, id est, considerare diuinæ pietatis claritatem,



# INTERPRETATIO MYSTICA IN LIBRVM CANTICORVM.

## CAPVT PRIMVM IN LIBRVM CANTICORVM.



**S**CIETVR me osculo oris sui. Oculum hoc est fœdus perpetuæ pacis, dum enim motus animæ & sensualitatis sunt ordinati inter se, & saporem suum infundit Deus animæ, tunc est anima perfectio.

*Nigra sum, sed formosa filia Hierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. Nolite me considerare quod fusca sim, quia decolorauit me Sol.* O filia Hierusalem! id est, virtutes Angelicæ vel fidei animæ. *Nigra sum*, cinere & ieiunio, ieiuniis & vigiliis exterius; *sed formosa*, mentis puritate, fidei integritate interius. *Nigra sum sicut tabernacula Cedar*, quæ interpretatur mœror. Habito enim in tabernaculis, quæ de loco ad loca transferuntur, à quibus mites impugnant & impugnantur, quia non habeo hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirō: Et dum pugno, impugnor, & in his omnibus non est nisi mœror & dolor. *Sed formosa sum sicut pelles Salomonis*, quæ fuerunt hyacinthinae mentis puritas & contemplatio gloriæ cælestis; in rubricatis fidei integritas, &

martyrij vel afflictionis asperitas designatur. *Nolite me considerare quod fusca sim, quia decolorauit me sol.* Sol eclipsum, id est, defectum patiens omnia decolorat. Sic verus sol Christus qui cognouit occasum suum, eclipsum mortis in cruce patiens, omnes colores, omnes varietates, omnes glorias fallaces, omnes honores decolorat. Ideo dicit anima pœnitentis, *Nigra sum fusca sum, quia decolorauit me Sol.* Dum enim oculo fidei Deum meum, sponsum meum Iesum Christum in cruce pendentem, clauis confixum, felle & aceto potatum, corona spinea coronatum video: omnis decor, omnis gloria, omnis honor, omnis pompa transitoria in pallorem vertitur, & à me nihili aestimatur.

*Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur.* Anima Christi dilecti filij, patris sponsa facit sibi fasciculum myrrhæ ex tota vita dilecti sui; recolit enim qualiter præsepio reclinatus, &c.

Nota processum vitæ & passionis, ex his omnibus in vnum collectis & vinculo dilectionis & deuotionis fortiter colligatis, facit sibi fasciculum myrrhæ, id est, amaritudinis & doloris, & ponit inter vbera vbi est situs cordis. Super cor sponsæ talis debet esse fasciculus myrrhæ. Et nota quod sicut cor modicum declinat ad sinistram mamillam, sic compassio & deuotio cordis debet declinare ad amaritudinē Dominicæ Passionis. Vnde Magdalena prius super pedes Domini in quibus ipse passio designatur, lachrymas & vnguentū effudit. Super pedes Domini stes, qui ei compatitur patienti, utrumque enim

enim passioni Iesu Christi debemus, dolorem scilicet & deuotionem; & sicut cor tuum est in superiori parte pectoris, sic ipsius cogitatio & voluptas sit in superiori gloria. Vbi est thesaurus tuus Iesus Christus in vna aurea, ibi ergo & cor tuum debet esse, & sicut cor tuum non est magnum nec eius forma magna, sed declinat modicū ad rotunditatem, sic nec tu sis magnus elatione, longus cupiditate, sed rotunde & perfecte viuas. Quod enim rotundum est diminutione caret. Etiam sicut extremitas cordis est stricta & acuta, stricta quia oportet te transire per strictissimum foramen, per quod aliquid tecum non poteris deferre præter peccata tua, quæ non sunt substantia; acuta, quia timor iudicis te perforabit, horror pœnæ te stimulet.

*Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, &c.* Prædicatio de virtutibus est læta, sed his vberibus apponuntur interdum vnguenta amara & myrrhina. Et hæc licet amara, sunt vtilia, vt quando incutiunt timorem inferni & horrorem peccati. Sic enim amaris vnguentis solent inungitur, vt puer ablactetur.

*Murenulas aureas faciam tibi vermiculatas argento.* Murenulæ sunt catenæ quæ virgulis auri & argenti rexuntur. Murenulæ Ecclesiæ fuerunt humilitas & paupertas, quas habuit tempore Apostolorum & Martyrum; quæ vt decora magis essent, ipsorum sanguine quasi argente fuerunt vermiculatae, id est, subricatae. Argentum cum auro sanguis Martyrum in quo stolas suas dealbauerunt cum humilitate & paupertate Apostolorum, mentis nostræ oculis mirabilem exhibent pulchritudinem.

C A P. II.

**L**æua eius sub capite meo & dextera illius amplexabitur me. Amplexabitur enim sinistra per promissionem, & dextera, per gloriæ fruitionem.

*Tempus putationis aduenit, vox turturis*, id est, confessionis pœnitentis, *audita est in terra nostra.*

*Ostende mihi faciem tuam, &c.* Facies dicta eo quod notitiam faciat hominis, & ideo bene designatur in ipsa confessio, quæ hominem facit notum Deo qui nouit viam iustorum. Iustus (inquit) in principio accusator est sui. Ostende ergo faciem tuam si vis vt ostendam tibi faciem meam. Facies tua decora, quæ est confessio verecunda. Pulchra est permixtio confessionis & ruboris.

C A P. III.

**Q**uæ est ista quæ ascendit quasi aurora, pulchra vt Luna, electa vt Sol. Luna dicta quasi lucentium vna. Vnde anima iusti cum ab huius miseræ incolatu ascendit, beatitudinem ingreditur, in qua est pulchra vt luna, quia sanctorum animarum lumini in beatitudine quasi vna ex ipsis associatur, & est electa vt sol, quia totius splendore Trinitatis illuminatur.

*Vniuscuiusque ensis super femur suum propter timores nocturnos.* Timores nocturni sunt carnis & diaboli suggestiones occultæ, propter quas vitandas omnis qui lectum veri Salomonis, id est, conscientiam suam, in qua requiescit Christus, vult custodire, debet habere enses mor-

tificationis super femur, scilicet carnis.

*Sicut liliū inter spinas, sic amica mea inter filias.* Hoc dicit sponsus, vt si sponsa gaudeat se esse liliū, timeat de vicinitate spinarum. Est autem liliū subter spinas, virginitas impugnata tentationibus. Liliū supra spinas, virginitas supra omnes tentationes. De primo, Deut. 32. *Foris vastabit eos gladius.* De secundo, Thren. 1. *Sacerdotes eius gementes, virgines eius squalida.* De tertio, Apocal. 14. *Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt.* Primum liliū representant fatuæ virgines, quæ foris fulgentes lampades virginitatis habuerunt sed charitatis oleum intus non receperunt, & ideo moram faciente sponso dormierunt: cum autem oleum empturæ irent, venit sponsus & clausula ianua, exclusæ sunt, nec postea admittentur. Secundum liliū, representant virgines adhuc contra vitia militantes. Tertium liliū, virgines sapientes, quæ oleo charitatis in lampadibus accepto, vocante sponso surrexerunt, & intrauerunt cum eo ad nuptias. Math. 25. Vnde iam sunt supra omnes tentationum spinas. Primum liliū fuit puellæ saltantis filiæ Herodiadis. Marc. 6. Secundum beatæ cuiuslibet virginis, quæ passionem sustinuit ne seruiret; copulæ nuptiali ac subiugali. Tertium liliū fuit Beatissimæ Virginis, Virginum Regiæ, quæ sic supra spinas per gratiam fuit, vt nullum senserit libidinis aculeum. Liliū flos, sex folia habet candida, quæ incorruptam struunt castitatem, quæ sunt sobrietas victus, operatio, cultus asperitas, custodia visus, raritas sermonum, vitatio opportunitati peccandi, id est, loci, temporis, & personæ.

De primo, 2. Petr. 5. *Sobrius estote.* Hoc folium lacerat spinâ gulositatis & ebrietatis, quæ via sunt ad luxuriam, vt patet in Loth, qui inebriatus perpetravit incestus nequitiam. Genes. 19. Vnde Apostolus Rom. 13. *Non in comestationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitis.*

De secundo, Ioan. 9. *Me oportet operari opera eius, qui misit me donec dies est.* Hoc folium lacerat spina otiositatis, quæ item via est ad luxuriam. Ezech. 16. *Hæc fuit iniquitas Sodoma sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius, & filiarum eius.* Propter quod dicitur Eccles. 34. *Seruo maleuolo tortura & compedes, &c.*

De tertio, Matth. 6. *Ne sitis solliciti corpori vestro, quid induamini, &c.* Hoc folium pungit spina nimie compositionis & curiositatis in vestibus, quæ itidem via est ad luxuriam. Vnde Moabitides ornauerunt se vt filios Israël traderent ad fornicandum: quod factum est Num. 25. Ideoque Apostolus, 1. Timoth. 2. *Similiter & mulieres in habitu ornato cum verecundia & sobrietate ornantes se, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa.*

De quarto dicitur Proverb. 4. *Oculi tui recta videant, & palpebra tua præcedant gressus tuos.* Isa. 33. *Quis habitabit ex vobis cum ignibus semperpiternis?* Hoc folium lacerat spina curiositatis videndi vana vel audiendi noua; quæ etiam via est ad luxuriam vt patet in Dina, Gen. 34. De quinto Ierem. 9. *Docete vias vestras lamentari.* Vnde dicitur Eccl. 22. *Quis dabit ori meo custodiam &c.* Hoc solum dirumpit loquacitatis spina: quæ etiam via est ad luxuriā. Quod patuit in

Prov. 7.  
Cor. 15.  
1. Tim. 5.

muliere fatua, quæ irretiuu iuuenem multis sermonibus. Prouerb. 7.

Item, Corinth. 15. *Corrumpunt mores bonos colloquia mala.* De sexto dicitur 1. Timoth. 5. *Adolescentiores viduas deuota.* Iterum inter lilia sex sunt grana aurea, quæ significant charitatem, quia tribus modis diligendus est Deus, & tribus cordibus diligenter ex toto corde, sapienter ex tota anima, fortiter ex tota virtute. Diligenter, propter temporalia quæ tribuit: Sapienter propter spiritualia quæ infundit; & Fortiter propter cœlestia quæ promittit Ierem. 5. *Non dixerunt in corde suo mutamus Dominum Deum nostrum.*

Ierem. 5.

## CAP. IV.

**D**entes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro. Grex tonsarum est congregatio pœnitentium qui sunt temporalibus tentationibus, qui ascenderunt de virtute in virtutem, de lauacro lachrymarum quibus super niuem dealbantur. Sint ergo, o frater! dentes tui sicut grex tonsarum, id est, ita reprehende te, ita pœnitentiam age, sicut faciunt & illi.

*Omnes gemellis fœtibus.* Animæ sponsus Spiritus sanctus, dum ipsam sibi vnit, castam & fecundam reddit, castam mentis puritate, fecundam boni operis prole. *Omnes gemellis fœtibus,* id est, geminæ dilectionis, & actiua, & contemplatiua vitæ operibus, & sterilis non est in eis.

*Vulnerasti cor meum in vno oculorum.* Vnitas oculorum est concordia prelatorum, quia sicut oculus totum corpus illuminat, ita totam Ecclesiam illuminare debet. *In vno crine colli tui.* In crinibus qui de capite pendent significantur vniuersi Christo adherentes tanquam capiti. Amoris ergo vulnere vulneratur, vt Ecclesiam diligat cum in ea videt vnitatem prelatorum cum subditis concordantem.

*Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, &c.* Viuæ sunt aquæ pœnitentiæ, quia viuificant plantas virtutum emortuas, imò statim producunt flores & fructus, emittunt radices, stiperem dilatant.

## CAP. V.

**E**go dormio, & cor meum vigilat, id est, quiescit ab amore temporalium, & cor meum vigilat in contemplatione cœlestium.

*Vinum meum bibi cum lacte meo.* Quare non dixisti Domine Iesu, bibi acetum meum cum lacte meo? virginalibus enim vberibus lactatur, felle & aceto potatur, dulcedo lactis conuersa fuit in amaritudinem fellis, vt eius amaritudo nobis æternam dulcedinem propinaret.

*Aperi mihi soror mea, quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctis,* quasi dicat: O animal! si radicem tuæ mentis mihi aperueris, ex capite meæ diuinitatis infundâ tibi rorem cœlestis gratiæ quæ te refrigerabit in nocte tribulationis. Et bene dicit guttas, gratia enim in presenti est quasi gutta respectu æterni præ-

mij. Gutta est quæ stat, stilla vero quæ cadit, gutta dicta quasi glutinosa. Ille habet guttam, qui vt gratiam recipit non amittit, ille verò stillam qui ad tempus credit, & in tempore tentationis recedit.

*Digiti mei pleni myrrha probatissima.* Nota, myrrha est amara, tamen seruat à corruptione; sic asperitas pœnitentiæ licet sit amara, seruat tamen à corruptione peccati & finalis iudicij.

*Nuntiate dilecto quia amore langueo.* Anima postquam gratia Dei grauidatur, fit ad malum debilis, priora vitia fastidit. Vnde sponsa: *Nuntiate dilecto quia amore langueo.* Homo languidus, debilis est, & vitia ante acta fastidit.

*Nuntiate dilecto quia amore langueo.* Anima sancta pro peccatis propriis & alienis, pro incolatu huius miseræ & dilectione patriæ assidue flens in seipsa præ dolore deficcit & tabescit.

*Dilectus meus candidus & rubicundus.* Sic tu si vis esse candidus intus per castitatem contra luxuriam, sis exterius rubicundus per corporis afflictionem.

*Caput eius aurum optimum.* Aurum est purum & lucidum, nam charitas debet esse pura ad Deum, lucida ad proximum.

*Caput eius aurum optimum.* Aurum sunt Prælati qui debent alios excolere, & ductiles esse per charitatem & mansuetudinem.

*Manus tornatiles Christi Domini aureæ, plene hyacinthis,* clauis sunt confixæ.

*Oculi tui sicut columbæ desuper riuulos aquarum, quæ lacte, &c.* Nota, in tribus prouidentia vigil designatur. Columba in aquis præuidet accipitrem se rapere machinantem; & nos præuidere in riuulis transitoriæ dulcedinis debemus incensorem, quia incensor culpæ, exactor erit & pœnæ. Lac quo nihil gratius datur, significat hilaritatem conscientiæ de spe diuinæ misericordiæ. Fluenta plenissima sunt effusiones lachrymarum. Anima ergo tanquam columba residens super fluenta aquarum plenissima, confidens de Dei misericordia debet præuidere vigilanti cura vt sibi caueat fallaciam transitoriæ dulcedinis, & malitiam diaboli suggerentis.

## CAP. VI.

**D**ilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum, id est humilitatem, quæ est procreatrix virtutum cæterarum.

*Quæ est ista,* nempe anima pœnitens, quæ ascendit quasi aurora consurgens?

*Descendit dilectus in hortum suum ad areolam aromatum.* Hortus dilecti est mens pœnitentis dicta diminutiue areola ab area propter humilitatem, quæ humilitas est procreatrix virtutum & aromatum.

*Descendit dilectus meus in hortum suum. Ego dilecto meo, & cætera.* Hortus dictus eo quod semper ibi aliquid oriatur. Nam cum alia terra semel in anno aliquid creet, hortus nunquam siue fructu est; hortus est anima viri iusti, quæ continue fructificat. Ad hunc dilectus descendit, cum Dei filius ipsi gratiam infundit, in cuius interiori & exteriori munditia requiescit. Ego, dicit anima iusti viri, sum appropriata dilecto meo, & ipse mihi.

Descendit

*Descendit dilectus meus in hortum suum, &c.* Hortus dilecti est anima iusti, in qua sunt duo aureola aromatum, id est, humilitas procreatrix cæterarum virtutum, & lilia, id est, duplex continentia, & ideo in talem hortum descendit, & pascit. Nota, quod quadruplex est hortus, scilicet, nucum, pomorum, vinearum, aromatum. Septem sunt dona Spiritus sancti, scilicet Spiritus timoris, scientiæ, pietatis, consilij, fortitudinis, intellectus, & sapientiæ. Anima iusti per spiritum timoris fit hortus nucum, quæ in se habent tria, scilicet amaritudinem in corio vel pelle, duritiam in testa, suauitatem in nucleo. Hortus nucum est pœnitentia quæ habet amaritudinem in pelle, duritiam tribulationis in mentis longanimitate, suauitatem spiritualis lætitiæ in præmij expectatione.

Item, per Spiritum scientiæ & pietatis fit anima hortus pomorum, quæ habent dulcedinem misericordiæ.

Item, per Spiritum consilij & fortitudinis fit hortus vinearum habens feruorem charitatis.

Item, per Spiritum sapientiæ & intellectus fit hortus aromatum emittens odorem in portis.

*Anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab,* qui interpretatur spontaneus vel vrbanus, & significat corpus nostrum, quia sponte sua se impellit in temporalia, in quibus vrbane & delicate semper vult viuere. Quadrigæ Aminadab sunt sensus corporis, dum circumuoluuntur per lulum, & stercois temporalium. Anima, id est, animalitas vel sensualitas conturbat rationem tumultu malarum cogitationum.

*Pulchra es & decora filia Hierusalem, terribilis ut castrorum acies ordinata.* Filia Hierusalem cælestis est anima pulchra fide, & decora charitate, quæ tunc erit terribilis spiritibus immundis, si affectus rationis & cogitationis mentis ordinauerit, sicut acies militum contra hostes pugnatura, est ordinata.

## CAP. VII.

**S**oror nostra, id est, primitiua Ecclesia, parum. *Sla est,* numero fidelium; & *vbera non habet* quibus filios suos lactet. Nondum enim fuit grauidata Spiritu sancto. Et ideo dicebant ibidem, *quid faciemus sorori nostræ,* in die Pentecostes, quando alloquenda est? allouitione Spiritus sancti.

*Nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascum.* Vbi quatuor sunt notabilia verba, scilicet nasus, turris, Libanus, & Damascus. In naso discretio, in turre humilitas, in Libano castitas, in Damasco diaboli malitia vel malignitas. Nasus igitur anime est virtus discretionis, per quam tanquam per nasum odorem à fœtore; vitium à virtute debet discernere, & res etiam longe positas, id est, diaboli venturas tentationes præsentire. Vnde de viro iusto Iob 39. Procul odoratur bellum, exhortationes ducum, & vlulatum exercitus. Anima enim fidelis naso, id est, virtute discretionis præsentit bellum carnis, & exhortationes ducum, id est, suggestiones vanæ rationis, quæ per duces intelliguntur, ne sub specie sanctitatis cadat in foueam iniquitatis. Et vlulatum exercitus, id est, acclamationes dæmonum, qui tanquam bestię vlulant. Vlulare

Iob. 39.

proprie est bestiarum. Iste nasus sponsæ debet esse sicut turris Libani, id est, candoris & castitatis, in humilitate enim cordis & castitate corporis maxime consistit virtus discretionis. Et bene humilitas dicitur turris castitatis, quia sicut turris defendit castrum, sic humilitas cordis defendit castitatem corporis à iaculis fornicationis. Si talis fuerit nasus sponsæ, bene poterit respicere contra Damascum, quæ interpretatur bibens sanguinem, id est, diabolum, qui cupit bibere sanguinem animarum nostrarum, eiusdem subtilitatis malitiam deprehendo.

*Quam pulchra es & decora charissima in deliciis, statura tua assimilata est palma, & vbera tua botris.* Quam pulchra es mente, & quam decora corpore, mater mea, sponsa mea, cerua charissima, in deliciis, id est, vitæ æternæ præmiis, *Statura tua assimilata est palma.* Nota quod palma inferius corticibus est aspera, superius visu & fructu pulchra, & vt dicit Isidorus, facit fructum centesimum. Sic B. Maria fuit in hoc mundo cortice paupertatis aspera, sed in cælo pulchra & gloriosa, quia Angelorum Regina, & fructu centesimum, qui datur virginibus, ipsa virgo virginum super omnes virgines meruit adipisci.

*Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis filii principis,* id est, Iesu Christi principis Mater & fuit B. Maria, cuius gressus & mentis affectus fuerunt pulchri in calceamentis, scilicet hyacinthinis, id est, gloriæ cælestis desiderijs. Vnde Ezech. 16. *Calceauit te hyacinthis,* id est, desiderio supernorum. Et Iudith. 10. Induit sandalia pedibus suis. Iudith quæ interpretatur confitens, est B. Maria, quia confessa est Dominum dicens, *Magnificat anima mea, &c.*

*Nasus tuus sicut turris Libani.* Turris est prudentia, vulgariter enim prudentia est lux directiua, &c. & est discretio. Hæc est turris Libani, quæ candidatio interpretatur. *Quia candida & clara est prudentia & nunquam marcescit.* Contra Damascum, id est, contra peccati tentationem. Damascus interpretatur propinans sanguinem, id est, peccatum, & est tentatio quæ peccatum generat, vt Damascus sanguinis poculum, &c.

*Quam pulchra es & decora charissima in deliciis! Statura tua assimilata est palma, & vbera tua botris.* Hic commendat Christus sponsam suam à quinque, quæ in qualibet sponsa necessaria sunt vt perfecte diligatur. Primum, est exterior corporis pulchritudo & honesta conuersatio, quæ notatur ibi. *Quam pulchra es!* Secundum, morum & virtutum interior plenitudo, ibi, *quam decora!* Decor enim dicitur quia decus cordis. Tertium, sponsæ ad sponsum lynxera dilectio, & è contrario, ibi *carissima in deliciis.* Quartum est contra carnis & mundi lenocinia, fortitudo, ibi. *Statura tua assimilata est palma.* Quintum, filiorum spiritualium fecunda conceptio, ibi, & *vbera tua botris.* Pulchritudo ergo exterior in duobus est, in candore substrato, ac immixto rubori. Candor est virginitas, rubor martyrium, quæ duo fuerunt in hac virgine. N. Hæc sunt duæ decentię corporis glorificati, quia aureola debetur corpori pro virginitate & pro martyrio. Pulchra etiam fuit in exteriori conuersatione, quia in omnibus irreprehensibilem se exhibuit. Sequitur, & *quam decora* scilicet interior, Psalm. 25. *Dilexi decorem domus tuæ,* id est, cordis. Decor domus in tribus, quando munda, ornata, luminosa,

Ezech. 16.

Iudic. 10.

Psal. 25.

Fuit ergo domus huius virginis munda à peccatis per conscientiam puritatem, ornata per virtutum pulchritudinem, clara per humilitatem, quæ cæteras virtutes conferuat & illustrat. Superbus enim excæcatur, sed humilis se cognoscit.

Sequitur, *charissima*, vbi notatur mutua charitas. Sicut enim dicitur amica ab amore, quo amat quamvis non redametur, sic charissima per vtrumque, id est, per mutuum amorem. Charissima autem est anima Deo, quia ei chara fuit in creatione, charior in redemptione, sed charissima in glorificatione. Sic etiam anima charitate, quæ diligit Deum, dicitur chara diligendo eum dulciter, charior diligendo specialiter, & charissima diligendo perseveranter. De his tribus in fine Cant. Fortis est vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio, hoc refertur ad perseverantiam. Lampades eius vt lampades ignis, hoc ad discretionem. Atque flammarum, hoc ad suavitatem. Hæc enim flamma non vrit, sed vngit.

Sequitur, *in deliciis*, supple tribus, scilicet munditiæ corporis, supernæ contemplationis, & mundanæ tribulationis. De primis, 2. Cor. 1. *Gloria nostra hæc est testimonium conscientie nostræ.* Eccl. 30. *Non est oblectamentum supra cordis gaudium.* Hest. 15. *Præ delictis & nimia teneritudine corpus suum ferre non sustinens.* Hi sunt qui ita delicatam habent conscientiam vt de necessitatibus corporis multum sibi subtrahant. De secundo dicitur. *Qua est ista que ascendit de deserto deliciis affluens innixa super dilectum suum?* De tertiis Iob 6. *Et hæc mihi sit confortatio vt affligens me dolore non parcat, nec contradicam sermonibus sancti.* Rom. 5. *Gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, &c.* In primis deliciis est anima chara, in secundis charior, in tertiis charissima.

Sequitur, *Statura tua assimilatur palma*; quia sicut palma solida est & inflexibilis, sic hæc virgo.

Item sicut palma non facit fructum vsque ad annos centum, sic hæc virgo in præfenti fructificare noluit, scil. filios procreare, sed fructum centesimum expectavit à Domino meliorem filiis & filiabus.

*Quæ pulchri sunt gressus tui in calceamentis!* Nota, calcei seu sotulares muniunt contra frigus, contra lutum, contra asperitatem viarum. Sic Apostoli; contra frigus pigritiæ munimur consideratione solitudinis eorum. 2. Cor. 11. *Instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum:* Contra lutum auaritiæ; consideratione paupertatis eorum & humilitatis. Math. 19. *Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te.* Contra asperitatem tentationum, consideratione laboris & martyrij eorum. Psal. 16. *Propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras.*

*Videamus vtrum floruerunt mala punica.* Per malogranatum quod despectum corticem habet exterius, & tamen grana habet interius dulcia, quæ cibus sunt infirmorum, significatur vita coniugatorum, quæ tribulationem carnis habet exterius, 1. Cor. 7. *Vnde debet cum operibus misericordie in opibus subuenire.* Et ideo quærit sponsa. *Vtrum floruerunt mala punica,* scil. per opera misericordie.

*Poma noua & vetera seruaui tibi.* Poma noua ex Virgine filij Dei natiuitas & paupertas, nouæ stellæ missio, miraculorum operatio. Poma vetera fuerunt sputa, alapæ, acerum, clauis, & lancea, quæ nos ab antiqua verustate spoliauerunt, quia vetus homo noster simul crucifixus est cum eo. Qui ergo vult viuere, odore istorum pomorum viuat; & in suæ peregrinationis exilio ne in via deficiat, ista poma secum deferat, vt eorum olfactu alatur.

CAP. VIII.

*Vbera mea sicut turris.* Per quæ intelligitur prædicatio de altitudine & securitate paradisi. Nota, quædam animalia vbera habent in pectore; vt rationalia; quædam in ventre, vt catæ, & sues; quædam inter crura, vt equæ. Sic quidam prædicant Christum & Euangelium tantum ex affectione charitatis, & hi sunt rationales vbera habentes in pectore; alij propter temporalia per occasionem auaritiæ, vt ventri consulant, & hi in ventre habent vbera. Alij propter inanem gloriam vel adulationem, & hi habent ea inter crura vbi viget delectatio & luxuria. In pectore autem non in ventre nec inter, crura se vbera habere gloriatur Apostolus 1. Thess. 1. *Ista loquimur non quasi hominibus placentes, sed Deo qui probat corda nostra,* quia vbera habuit in pectore. Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis; neque in occasione auaritiæ (quia vbera non habuit in ventre.) Nec quærentes ab hominibus gloriam, quia non habuit ea inter crura.


*Aqua multa non potuerunt extinguere charitatem.* Omnia amara dulcia facit amor; & cum extinguere possunt, quasi nulla.

*Sub arbore malo suscitauit te.* Aperi os tuum, & attrahe spiritum Christi, qui captus est, ligatus, & crucifixus, propter peccata nostra. Sub cuius arboris, id est, crucis vmbra, de qua Cant. hic. *Sub arbore malo suscitauit te,* & sub vmbra illius, &c. debes requiescere ab æstu vitiorum fallente sub arbore mundanæ prosperitatis; & sic in gemitibus, id est, inter tentationes carnis diabolique, viues odore incarnationis & passionis ipsius refectus.

INTER

INTERPRETATIO  
MYSTICA  
IN  
LIBRVM SAPIENTIE.

CAPVT III.  
IN LIBRVM  
SAPIENTIE.



*ISTORVM anima in manu Dei sunt.* Nota, solent nobiles in manibus septem gestare, scilicet anulum, chirothecas, accipitrem, speculum, virgam ad corrigendum, florem vel pomum ad odorandum, & sceptrum ad dignitatem ostendam. Sunt autem iustorum animæ in manu Dei tanquam hæc omnia, scilicet anulus per fidem. Vnde annulo fidei suæ subarrhauit me, Osee 2. *Sponsabo te mihi in fide:* iustus enim anulus est spes de cælestibus in fide fundata, sed quia fides sine operibus mortua est & ad vitam æternam non valet, ideo Ier. 22. *Si fuerit Iechonias filius Ioachim Regis Iuda, annulus in manu mea dextera, inde euellam eum.* Quia scilicet condigna opera fidei non faciebat.

Item in manu Dei debent esse iusti tanquam chirothecæ per opera misericordie, cooperit enim manum Domini, qui libenter eleemosynam dat pauperibus, sed nudam relinquit, qui immisericors est, quod enim ponis in manum pauperibus ponis in manum Dei, Matt. 25. *Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Quinque thecæ digitorum sunt quinque; quæ in eleemosyna exiguntur, scilicet quod sit prompta & velox Eccl. 4. *Cor inopis ne afflixeris, & ne protrahas datum angustianti.* Secundo, quod larga, Tob. 4. *Si multum tibi fuerit, abundanter tribue; si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter imperituri stude,* Eccl. 4. *Non sit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta.* Tertio, quod de melioribus & electioribus, non sicut Cain, qui deteriora obtulit Gen. 4. Vnde Mal. 1. *Maledictus qui habet masculum in grege suo, & votum faciens immolat debile Domino.* Quarto, quod pura, id est, de iuste acquisito, Eccl. 34. *Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui vidimat filium in conspectu patris sui, &c.* Quinto quod discreta, debet enim fieri tantum indigentibus, Luc. 14. *Cum facis prandium aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos, neque diuites, ne forte ipsi*

*re reuident, & fiat tibi retributio, sed cum facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos & cæcos, & beatus eris, quia non habent retribuere tibi.* De his quinque dixit Zachæus, Luc. 19. *Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus.* Per ecce, notatur promptitudo; per dimidium, largitas; per bonorum, de melioribus, per meorum, de proprio; per hoc quod pauperibus, discretio. Iuxta illud, cui des videto, non mimis, non meretricibus, non diuitibus, sed quia opera misericordie parum profunt nisi facta fuerint in charitate, ideo.

Tertio sicut accipitres debemus esse in manu Dei. Accipiter est cor Deo charitate plenum. Vnde omnia tam bona quam mala proximorum pede affectus sibi accipit, & inde utilitatem suam facit, sc. bona diligendo, & malis compatiendo, & illata sibi tolerando, Deut. 11. *Omnis locus quem calcauerit pes vester, vester erit.* Duo pedes charitatis sunt patientia, qua suffert mala, & benignitas, qua diligit bona 1. Cor. 13. *Charitas patiens est, benigna est.* Nota quod quidam sunt milui & corui tantum & cadaueribus inhærendo, Thren. 4. *Amplexati sunt stercora:* sed accipiter tantum nobilem prædam rapit.

Item, nota quod accipiter sine chirothecis ferri non debet, quia charitas sine exhibitione bonorum exterius, scil. misericordie non valet, quia probatio dilectionis, exhibitio est operis, Eccl. 7. *Non te pigeat visitare infirmum: ex his enim dilectione firmaberis,* 1. Ioan. 3. *Qui habuerit substantiam huius mundi & viderit fratrem suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?* Quia igitur charitas de corde puro & conscientia bona debet præcedere 1. Tim. 1. ideo.

Quarto, sis in manu Dei sicut speculum per conscientie puritatem, vt sit anima tua filia Sion, quod interpretatur speculum, & speculum sine macula Dei maiestatis; & imago bonitatis illius. In quo Deum per imaginem & similitudinem suam apertè videat. Sed nota tria vel plura, quæ apediunt ne possit imago in speculo resultare, scilicet puluis superbiæ, inspectus mulieris menstruatæ, id est, carnalis concupiscentiæ: lutum scilicet auaritiæ, vt in speculo barbarorum, quod luto pedum transeuntium maculatur. Item rubigo rancoris & iræ. Item anhelitus detractionis, &c. Item, quia ex puritate conscientie à peccato exurgit ad gaudia contemplationis, quia beati mundo corde,



de, quia ipsi Deum videbunt, Matth. 5.

Quinto debemus esse in manu Dei tanquam flos vel pomum odorandum: de anima enim quasi de pomum vel flore odor erit, & tota ipsius affectio, cogitatio, & delectatio in Deo quiescit, ut dicat cum Psal. 37. *Domine ante te omne desiderium meum.* Et illud Cant. 1. *Cum esset Rex in accubitu suo, natus mea dedit odorem suum:* curremus in odore unguentorum tuorum: de tali anima potest dicere sponsus illud Cant. 3. *Qua est ista qua ascendit sicut virgula fumi ex aromatibus?* Sed quia quidam ita sibi solum intendunt per contemplationem quod curam negligunt proximorum, ideo sexto excitatur anima à contemplatione, ut sit virga in manu Domini ad corrigendum alios. Sicut Paulus 1. Cor. 4. *Vultis in virga veniam ad vos, an in charitate & spiritu mansuetudinis?* Sed nota, virga vertitur in serpente & in baculum, sicut virga Moysi, dum qui corrigit modum excedit, Isa. 10. *Va Assur virga furoris mei & baculus ipse est.* In manu eius indignatio mea, quia qui deberet esse virga, factus est baculus. Modo sancti sunt ut virga mollis & tenella reprobos peccantes cum mansuetudine arguentes, sed in iudicio erunt virga ferrea reprobos sine misericordia iudicantes: quando iudicabant sancti nationes: qui si in presenti fuissent in manu Domini ut virga, essent septimo in manu Domini in futuro, ut sceptrum ad dignitatem ostendendam, Isa. 62. *Eris diadema regni in manu Domini Dei tui,* Psal. 44. *Virga directionis virga regni tui.* Quando iuste per eos iudicabit, Matth. 19. *Sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.* Sic ergo sunt iustorum animæ in manu Dei.

*Tanquam aurum in fornace probavit illos, & quasi holocausti hostiam accepit illos, & in tempore erit respectus illorum.* Auro merito Martyres comparantur, propter quatuor proprietates auri. Aurum enim primo in igne à scoria purgatur, sic virtute Martyrij peccata dimittuntur: sic enim baptismus fluminis omnia lauat, sic & baptismus sanguinis, Tob. 3. *In tempore tribulationis peccata dimittis.* Aurum ergo non sunt, sed ferrum quod per nigredinem non amittunt nec liquefiunt; qui tribulationes patiuntur, ne tamen se à vitis emendant, Ezech. 24. *Multo labore sudatum est, & non exiit de ea anima rubigo eius, neque per ignem.*

Secundo, aurum est ductile, & percussione dilatur & glorificatur, sic gratia Dei crecebat per patientiam in martyribus ex tolerantia passionum, Psal. 4. *In tribulatione dilatasti me,* Exod. 1. *Quanto magis opprimebantur filij Israel, tanto magis multiplicabantur & crecebant.*

De hoc fabro Eccl. 38. *Faber ferrarius sedens iuxta incudem, & considerans opus ferri, id est, demones iuxta carnem. Vapor ignis vret carnes eius in passione, & in calore fornacis concertatur (quando in agonia sudavit) vox mallei in aurem eius (quando audiuit, crucifige, crucifige eum) quod nonne ei nouum, qui prius audire confluere laudes Angelorum? Cor suum dabit in consummationem operum (quando dixit, consummatum est, & quando in fine latu suum sibi permisit aperiri, ut nobis daret cor suum) hic ergo faber de auro martyrum protulit vas in opus suum quando ad exemplum eius martyrium pertulerunt. Qui igitur in tribulationibus patientiam non habet nec in gratia di-*

latatur, aurum non est, sed pecus, quod percussum horride sonat. Et est vnum de ossibus Behemoth, cuius ossa fistulae aris Iob 40. *Fistula aris vacua est interius, & exterius percussa remurmurat & quassatur: sic vacuum à gratia se ostendit, qui à percussoribus & persecutoribus tactus impatiens est & desperat: si charitatem non habeam, factus sum sicut æs sonans, aut cymbalum tinniens: olla & dolium percussa si vacua sunt remurmurant, sed si plena, non.*

Tertio aurum rubri coloris est, & cætera metalla colorat & decorat, sic martyres super cæteros omnes sanctos intensius colorati sunt, quia in cælo secum signa martyrij habent, scilicet aureolam. Vnde canitur; rubri nam fluido sanguine, &c. Apoc. 7. *Hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione & lauarunt stolas suas.* Aurum ergo est, qui per bonum exemplum suos proximos illuminat & colorat. Quod fit quando proximi videntes bona opera alicuius glorificant Patrem eius, qui in cælis est. Ergo aurum non est, sed stannum aut plumbum quod fetet & tangente inquinat, qui malo exemplo suos corrumpt.

Quarto aurum inter metalla est pretiosissimum, sic martyres pretio charitatis super cæteros se esse ostendunt ubi pro fide Christi se morti exposuerunt, Ioan. 15. *Maiorem hac dilectionem nemo habet quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* Ideo proprie de eis dicitur, pretiosi in conspectu Domini mors sanctorum eius. Quia quanto anima est charitate feruentior, tanto est in conspectu Dei pretiosior, quia per mensuram anima mensuretur. Non est ergo anima aurum per charitatem, sed plumbum, quod ponderosum est & vile, contaminansque amorem suum deprimit in carnalibus per luxuriam, & terrenis per avaritiam, Exod. 15. *Submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.* Simus ergo in fornace Domini tanquam aurum, non plumbum, ferrum, æs, & stannum sicut dictum est.

*Tanquam aurum in fornace probavit illos.* Quinque sunt fornaces in quibus ponuntur diuersi, est enim fornax siue caminus temporalis pœnæ, culpæ, gratiæ, gloriæ, & gehennæ. In prima examinantur tam boni quam mali. Sed in hac purgantur boni, & consummantur mali. Vnde signantur per fornacem Babylonis, id est, mundi, Dan. 3. In qua incenduntur Chaldaei, id est, mali per rapinam & desperationem, & purgantur tres pueri Dei per spem & gratiarum actionem. Angelus enim Domini, id est, diuina consolatio fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem,

In secunda fornace ardent mali, & de ea fugiunt boni; hæc est fornax ferrea Ægypti de qua eduxit Dominus Israel, Deut. 4. In hac remanserunt in Ægypto ad ollas carniū feruientes Pharaoni in luto, & latere, & paleis. Væ ergo eis, qui desiderant redire ad fornacem Ægypti. In tertia: probantur tantum boni & suauiter calefiunt. Est autem duplex fornax, gratiæ scilicet paupertatis, quæ ordinat exteriora, & humilitatis, quæ ordinat interiora. De prima fornace, Isa. 48. *Eligite in camino paupertatis.* De secunda, Eccl. 2. *Homines receptibiles (scilicet Deo) in camino humiliationis. Qui igitur pauper est exterius in corpore, & perfectæ humilitatis interioris in corde, in fornace Domini approbatur;*

è contratio duas fornaces habet diabolus in qui bus suos fabricat & imonetat, scilicet cupiditatem, & superbiam: sicut enim fornax fabricæ est, quasi radix omnium operum fabri, sic hæc duo vitia radices sunt omnium vitiorum. In quarta ardent feliciter tantum beati. Vnde de eis in prosa, & vnus ardor cordium. Isa. 31. *Cuius ignis in Sion & caminus in Hierusalem.* Nonne huic camino bene proximus Seraphinus, qui interpretatur totus ardens? Igniculus ergo in Sion, id est, fornax gratiæ in presenti, qua in venit Dominus mittere in terram, & voluit ut vehementer arderet. Caminus in Hierusalem est abyssus gloriæ in futuro, Zach. 2. *Et ego ero ei (ait Dominus) murus ignis in circuitu, & in gloria ero in medio illius.* In quinta vtuntur aternaliter reprobi. Apoc. 9. *Ascendit fumus putei sicut fumus fornacis in igne,* Matth. 13. *Separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis.*

*Et quasi holocausti hostiam accepit illos, &c.* holocausti hostia proprie fuerunt martyres. Nota quod de quatuor fiebat sacrificium in veteri lege, scilicet de animalibus, ut de bobus & ouibus &c. De liquidis, ut de vino & oleo: de aridis, ut de thure & similia: de auiibus: ut de turture & columba. Tanquam hæc omnia fuerunt sacrificium Domini martyres, qui corpora sua propter Deum ad supplicia tradiderunt. Nam in corpore humano quatuor sunt, scilicet caro, quæ significatur per animalia, sanguis, qui significatur per liquida: ossa, quæ per arida: & spiritus, qui per aues seu volatilia. Moraliter carnem Domino sacrificat, qui continentiam & abstinentiam ei exhibet; sanguinem, qui avaritiam à se omnino remouet: sanguinem pro Deo effundit, qui alienum restituit nam quod quisque habet de alienis, sanguis pauperum est, quem labore & sudore acquisitum attribuit, & in eius seruitio expendit Spiritum, qui voluntatem suam in omnibus voluntati diuinæ conformat, ut dicat, *In manus tuas Domine, commendo spiritum meum.*

Item, nota quod triplex fiebat sacrificium in lege, scilicet in sartagine, in craticula, & in clibano, Leu. 2. Per primum significatur zelus martyrum & aliorum sanctorum cõtra peccantes. De quo Greg. Nullum ita acceptum est Deo sacrificium sicut zelus animarum. Hæc oblatio præcipitur fieri de similia absque fermento diuisa minutatim & aspersa oleo, Leu. 2. per quam notatur quod zelus peccatorum debet esse purus, discretus, & pius; purus, ne rancor aut vindicta se admisceat, ut persequatur vitia, non personam: & hoc connotat, absque fermento. Item discretus, ne per immoderantiam excedat correptio modum culpæ, imo ad exemplum Domini citra condignum puniamus: & hoc est diuidere minutatim. Item pius, ut iis quos corrigimus ex corde compatiatur: & hoc est oleum superinfusum, Psal. 89. *Quoniam superuenit mansuetudo, & corripiemur,* Galat. 6. *Huiusmodi instruite in spiritu lenitatis.*

Per sacrificium super craticulam significatur temporalis tribulatio, quam homo vel sibi infert per penitentiam, vel Deus homini per infirmitatem, vel proximus per iniuriam: & hæc particularis sicut in craticula particularim vritur: hoc autem debet esse de similia per puritatem conscientiæ resperfa oleo patientiæ & charita-

tis. 1. Cor. 3. *Et si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* Per sacrificium de clibano in quo ignis vndique inuoluit, significatur persecutio mortis & martyrij, Eccl. vlt. *Liberasti me à pressura flamma, qua circumdedit me.* Hoc est de similia, quæ absque fermento fieri debet & resperfa oleo, ut non culpa sua patiatur quis, quia martyr em non facit pœna, sed causa; oleum charitas est. Ideo Ioan. 15. *Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* Sed martyres triplex hoc sacrificium de se Domino obtulerunt; nec fuit mirum, quia ipse Dominus pro eis id fecit. Primo, quando flagello facto de funiculis eiecit vendentes & ementes de templo, sicut scriptum est, Ioan. 11. *Iuxta id quod scriptum est, zelus domus tua comedit me.* Secundo, quando circumibat ciuitates & castra; prædicans, & patiens crebro famem & sitim, lassitudinem, &c. Idque particulatim tunc, sed in passionis clibano fuit igni charitatis totus inuolutus, quando fluctus pœnarum inducti sunt vndique super eum, Thren. 1. *Attendite & videte, sicut est dolor sicut dolor meus.* Nota, quomodo omnia membra eius vniuersaliter in hoc clibano passionis habuerunt dolorem suum.

## C A P. IV.

**F**ascinatio nugacitatis obscurat bona, & inconstantia concupiscentiæ transuertit sensum sine malitia. Ista est laus adulationis, & deceptio mundanæ prosperitatis, quæ obscurat bona spiritalia, & inconstantia concupiscentiæ carnalis, quæ transuertit animam.

## C A P. V.

**S**pes impij tanquam lanugo, qua à vento tollitur, & tanquam spuma gracilis, qua à procella dispergitur, & tanquam fumus, qui à vento diffusus est, & tanquam memoria hospitis vnius diei prætereuntis. Voluptas quæ speratur & abundantia terrenorum volatilis est ut lanugo dicta quasi lana super poma: vel est fructus cannæ inanis & superficialis, ut spuma. De quo Osee 10. *Transire fecit Samaria Regem suum quasi spumas super faciem aque.* Samaria est dignitas, quæ transire fecit Regem, id est, Prælatum suum sicut spumam, per quam intelligitur superbia, quæ citò tollitur procella infirmitatis, voluptas enim tanquam fumus mentis oculos turbat, Stercorat, id est, immunditias peccati relinquit: tanquam hospitis prætereuntis.

## C A P. VI.

**C**andor est lucis aternæ & speculum sine macula. Sicut videmus quod speculum clarificatur sputo, sic Christus fuit Iudæorum sputo clarificatus & contemptu & contumelia. *Spiritus sanctus benignus est, humanus, stabilis.* In obediente & patiente sunt hæc tria: est benignus, id est, benè ignitus ad obediendum Prælati, humanus ad compatiendum proximo, stabilis

stabilis in proposito, obediens verè non eris, si patiens non fueris: nam vidua est obedientia quam non patientia firmat.

*Attingit ubique propter sui munditiam, vapor est enim virtutis Dei, & emanatio quedam est charitatis omnipotentis Dei sincera, & ideo nihil inquinatum in eam incurrit. Candor est enim lucis aeternae & speculum sine macula, &c.* Attingit ubique, scilicet in caelo, sua visione Angelos fatians, in terra peccatores misericorditer ad poenitentiam expectans in inferno daemones & desperatos peccatores crucias. Attingit (inquam) propter suam munditiam, quia lux est, & tenebrae in eo non sunt vllae: vapor est calefaciens frigus infelicitatis nostrae, exiitens eiusdem virtutis cum Deo Patre, & emanatio, id est, splendor gloriae consubstantialis, aequalis, coaeternus: quaedam, id est, quodammodo emanat à claritate omnipotentis existens vnus claritatis cum omnipotente sincera, quia summo bono non appropinquat malum, & ideo nihil inquinatum in illam incurrit, quia semper simplex bonum est. Candor est lucis aeternae speculum in quo videtur Pater. Vnde, qui videt me, videt & Patrem meum. Ioan. 14. *Sine macula, quia peccatum non fecit, nec inuenit &c.* 1. Petri 3. *Et imago bonitatis illius*, plena representatio existens eadem bonitas cum illa. Et eum sit vna, scilicet cum Patre, omnia potest, quia omnipotens & permanens immutabilis, omnia innovat regendo & ordinando. Non ergo mirum si potuit eicere vendentes & ementes templo, et si illi sacerdotes & Leuitae resistere non poterant: aliter, sapientia Dei Patris fuit vapor calefaciens in sua incarnatione, tunc hyems infidelitatis transiit; imber daemoniace persecutionis abiit, flores aeternae promissionis apparuerunt in terra nostra, fuit emanatio claritatis in miraculorum operatione, candor lucis aeternae in sua resurrectione, speculum sine macula erit nobis in aeterna beatitudine, in qua eum speculabimur sicut est.

## CAP. VIII.

*Intrans in domum meam conuiescam cum illa, non enim habet amaritudinem &c.* Homo spiritualis rediens à temporalium sollicitudine, à cogitationum inquietudine, & intrans in domum propriae conscientiae, & clauso ostio quinque sensuum, conuiescit cum sapientia, diuinæ scilicet contemplationi vacans, in qua supernae dulcedinis quietem degustat: conuersatio sapientum non habet amaritudinem, id est, peccati delectationem; palatum enim quod ei afficit nullum venenum interficit, nec habet tedium conuictus ipsius, spirituales enim deliciae augent desiderium, & cum magis sumuntur audius amantur, in quibus est lætitia & gaudium, beata illa domus, felix illa conscientia quam sapor sapientiae afficit, in qua ipsa sapientia requiescit, quæ dicit, *Domus mea domus orationis vocabitur*. Nota, quod domus ex tribus consistit, scilicet fundamento, parietibus, & tecto. In fundamento humilitas; in parietibus, virtutum congeries; in tecto, charitas notatur. Vbi ista conueniant, ibi domus quiescit.

## CAP. IX.

*Terrena habitatio deprimit sensum multa cogitantem.* Licet anima sit spiritus ad sublimia comparata, scandere nihilominus non potest, quia prægrauata corpore inferius detinetur ne ascendere queat: corpus quod corrumpitur aggrauat animam, at verò gratia ipsam facit ascendere. Vnde dicebat Saluator, Ioan. 4. *Aqua quam ego dabo fiet in in ea fons aquæ salientis in vitam aeternam, &c.* Nam nulla opera nostra sufficere possunt, nedum ad obtinendam gloriam, verum etiam nec ad placandum Deum de continuis offeasis. At gratia diuina facit nos dotem gloriae promereri. Et ideo dicit Hieronymus quod ipsa ducit nos ad tranquillitatem vitæ. Vnde ad Rom. 6. *Stipendia peccati mors, Rom. 6. gratia autem Dei vita aeterna.* Ostendit etiam nobis vt Christi sequamur vestigia.

*Patiens est expectans ad poenitentiam, Sap. 11. Sep. 11.* dissimulans peccata hominum propter poenitentiam, sed in iudicio quasi parturiens loquitur dissimulatum dolorem proferens.

## CAP. X.

*Viam deduxit Dominus per vias rectas.* Hoc dicitur de viro iusto, cuius nota quindecim vias per quas directè deduxit eum Dominus: per quas significantur quindecim perfectiones in anima, quibus meremur ascendere in regnum caeleste, scilicet profectus septem in donis Spiritus sancti, & octo in virtutibus quibus promittit Dominus beatitudinem apud D. Matth. *Beati pauperes, mites, &c.* De profectu sanctorum, Psalm. *Ibunt sancti de virtute in virtutem, &c.* Hinc est quod quindecim gradus secille legitur Salomon, quibus ascendebat in templum, quorum mysterium continent quindecim gradus psalmorum. Hinc est quod Bethania domus obedientiae significat obedientiam in profectu virtutum & donorum, quæ simul sunt quindecim, & perducunt Hierusalem, id est, ad visionem pacis. Hinc est quod ad emendationem vitæ & profectum vitæ dati sunt Ezechiae à Domino anni quindecim. De his quindecim dicit, Eccles. 11. *Da partes septem, nec non & octo.* Eccl. 11.

## CAP. XI.

*Omnia disposuit in numero, pondere, & mensura,* id est, omnem animæ salutem, propter quam omnia, quæ fiunt debent fieri, & ad quam omnia, quæ facit homo debet referre: disposuisti in mensura poenitentiae. Quæ vt vera sit necesse est vt habeat numerum & pondus: numerum confessionis, vt omnes peccati circumstantiae ad vnguem numerentur; pondus satisfactionis, vt peccata culpæ aequa iter ponderentur.

*Omnia Deus disposuit in numero, pondere, & mensura,* tamen suam misericordiam his legibus & terminis noluit includi, immo omnia ipsa includit, omnia circumdedit, vbique est misericordia eius, etiam in inferno: quia non tantum punit quantum culpa delinquentis exigit. Misericordia

cordia Domini (inquit) plena est terra, & nos omnes miseri de plenitudine eius accepimus. Misericordia Domini sum, scire, quia nihil sum. O Domine! si tuam subtrahas misericordiam, cado in aeternam miseriam; misericordia tua caeli & terræ est columna, quam si subtraxeris, omnia subuertuntur.

## CAP. XII.

*Vm aqua,* id est, vana delectatio) *deleret terram,* id est, subuerteret, habentes terrenos affectus, *sanant iterum sapientia,* scilicet increata, quæ nobis de salute voluit prouideres per contemptibile lignum, id est, per poenitentiam quæ à multis contemnitur.

*Florebit amygdalus impinguabitur locusta, &c.* Quanto antiquior est amygdalus tanto citius florebit; sic peccator quanto magis est in culpa, tanto magis deberet florere in poenitentia, &c.

## CAP. XIV.

*Pes orbis terrarum ad ratem confugiens* (id est, ad poenitentiam) *si remisit saeculo semen nativitatæ suæ,* id est, innocentiae in qua creati sunt, ad hanc redeunt & reuertuntur.

*Exiguo ligno credunt homines animas suas.* Nota, *exiguo,* quia parua est poenitentia respectu peccatorum, quæ commisimus, tormentorum quæ meruimus, laborum quæ pro mundo toleramus, præmiorum quæ expectamus.

## CAP. XVI.

*Panem de caelis præstitisti eis sine labore, &c.* Est Christus panis viuificans reuertentes,

Ioannis sexto, *Ego (inquit) sum panis viuus qui de caelo descendi.* Est etiam panis lætificans poenitentes. *Panem de caelis præstitisti eis sine labore, omnem delectationem in se habentem, & omnis saporis suauitatem.*

*Omne delectamentum in se habentem.* Vnicum ferculum huius vitæ non habet nisi vnicum saporum, & delicatitas epulorum quærit diuersitatem saporis, & ideo necessaria est diuersitas ferculorum. Non autem tale est illud, nempe corpus Christi, quia in se varietatem habet, & ideo sufficit. *Paratum panem de caelo præstitisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem.*


## CAP. XVII.

*Vm putant se latere in obscuris peccatis.* Velari voluit, vt velamen culpæ & ignorantiae à cordibus nostris auferret: hoc est illud velamen quo se operiunt peccatores? Vt detestatur, dum putant se latere in obscuris peccatis tenebroso obliuionis velamento dispersi sunt pauentes horrende, & cum admiratione nimia perturbati.

## CAP. XVIII.

*Venit à Regalibus sedibus,* id est, à sinu Patris durus bellator. *Et in mediam exterminij terram,* quam diabolus exterminauerat, iunctis duobus pedibus, humanitatis & diuinitatis profiliit, & sic liberauit eos, qui timore mortis (vt dicit Apostolus ad Heb. 2.) *per totam vitam obnoxij erant seruituti.*





# INTERPRETATIO MYSTICA

## IN LIBRVM ECCLESIASTICI.

### IN LIBRVM ECCLESIASTICI.

#### CAPVT I.



**N**E accesseris ad eum duplici corde. Nota quod natura non patitur monstra in corde, quia est membrum quod est vitæ principium. Et ideo sicut homo non potest habere duas vitas corporales eiusdem speciei, sic nec duo corda potest habere. Et tamen peccator vt fictus hypocrita, qui confitetur cum proposito redeundi ad vomitum, vel qui mentitur in confessione, vel peccata partim dicit, partim celat, hic geminat cor. Psalm. *Labia dolosa in corde; & corde loquuti sunt, &c. & ideo duplici contritione contreretur.*

#### CAP. II.

**V**A peccatori terram ingredienti duabus viis. Fluvius qui in multos riuos diuiditur, a suo alveo desiccatur. Animus distinctus per multa, multis laceretur curis necesse est.

*In igne aurum & argentum, id est, fornace, homines vero receptibiles in camino humilitationis.* Nota, multi alij modi sunt quibus homines purgantur siue clarificantur. Primo quidem sicut panni, lotione, & conculcatione: sic anima lachrymarum effusione & corporali afflictione per abstinentiam, addendo humilitatem per mortis memoriam, in qua veluti in cineribus aqua lachrymarum depuratur, & vim contrahit abluturiam, Marc. 9. *Vestimenta eius facta sunt splendida velut nix, qualia fullo super terram facere non potest.* Secundo, per operis exercitium: vasa enim argentea vsu continuo magis elarent, & similiter moneta. Tertio, per quietem contemplationum, Thren. 3. *Sedebit solitarius, & tacebit.*

#### CAP. IV.

**N**E accipias faciem aduersus faciem tuam. Quomortalia committis, tot facies diaboli diuinae faciei superponis. De quibus Psalm. 81. *Iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum sumitis.* Vt enim vultum Domini perditum inuenire valeamus, lucernam accendamus, diligenter domum euertamus, donec perditum inuenimus, id est, pro peccatis conteramur, angulos conscientiae in confessione perferetumur, operibus misericordiae insistamus, & sic tandem vultum perditum inuenire poterimus, & exultantes decantabimus, signatum est super nos lumen vultus tui Domine &c. quia vultus Domini charitate reformatur, & finaliter confecturatur.

*Fili eleemosynam pauperis ne defraudes.* Bene dicit, ne defraudes, cum fraus sit in aliena re, iuxta illud, aliena rapere conuincitur qui sibi ultra necessaria retinet. Eleemosyna dicitur ab Eli, quod est Deus, & Moyse, quod est aqua, inde eleemosyna quasi Dei aqua: vel quod eleos Graece, misericordia Latine.

#### CAP. VI.

**V**erbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos. Qui loquitur in bono proximum roborat, & in aduersis consolatur: blandè enim loquendo plurimum excitat ad perficiendum.

#### CAP. VII.

**S**apientia confortat sapientem saper decem principes ciuitatum. Sapientia est amor & contemplatio Dei; qui confortat sapientem, id est, animam que amoris saporem degustat; super decem principes ciuitatis, id est, super omnem delectationem quinque sensuum corporis. Illa enim verè fatiat, ista totum euacuat; illa indulcat, ista amaricat; qui illi seruit liber est; qui isti, miser & seruus.

*Noli querere fieri index, nisi valeas virtute irumpere iniquitates.* Sicut leo animalia sibi subdita diligenter custodit & defendit, sic bonus Prelatos suos.

*Non te pigeat visitare infirmum.* Infirmus est, dum scilicet nostram infirmitatem assumptit, & vult visitari gratitudine ac tanti beneficii recognitione.

#### CAP. XV.

**C**ibavit illum pane vita & intellectus, & aqua sapientia salutaris potavit illum. Dicit ergo, potavit illum, scilicet virum fidelem, virum humilem, virum mundi contemptorem, virum Dei amatorem. Talem enim cibavit Deus pane vitæ, pane sapientiae, & pane gratiae, Psalm. *Cibabit vos pane lachrymarum.* Et attende quod dicit cibavit, quia sicut panis materialis est cibus corporis, ita spiritalis vel diuini sermonis est cibus mentis, sicut dicit Beatus Gregorius in quadam homilia. Verba (inquit) Dei quæ aure percipitis, mente retinete; cibus enim mentis est sermo Dei. Quasi autem lassescere stomacho cibus reicitur, cum auditus sermo in ventre memoriae non tenetur: panis enim doctrinae mentem sanat; animam roborat, mentem illustrat; nam sicut fames carnis est subtractum subsidium corporis, ita fames mentis est silentium diuinae locutionis, quia dum humanam mentem diuina allocutio deserit, contra eam carnis tentatio inualecit: mentem etiam illuminat, sicut dicit Prophetas: *declaratio sermonum tuorum illuminat.* Cibavit ergo illum pane vitæ & intellectus, quia diuinum eloquium illuminat intellectum; quantum Spiritus sanctus illuminat affectum, sicut dicit Beatus Gregorius vigesimo nono Moral. capite decimotertio, in persona sapientiae increatae: dum dura (inquit) mollio, dum aspera mitigo, dum rigida inflecto, dum frigida accendo, dum vaga stabilio, dum nutantia confirmo, dum debilia corrobore, intuerè si vales incorporaliter veniens quibus meatibus ea illustro. Cibavit ergo illum pane vitæ & intellectus.

*Et aqua sapientia salutaris potavit illum.* Attende quod signanter dicit sapientiae salutaris, quia est quadam sapientia salutaris, quadam damnabilis, quadam mundanorum, quadam iustorum. Huius mundi sapientia est cotinuationis tegere, sensum verbis celare, quæ vera falsa ostendit; quæ falsa sunt veracia demonstrare: hæc nimirum prudentia vsu a iuuenibus scitur, hæc a pueris pretio discitur; hæc qui sciunt, ceteros superbiendo despiciunt; hæc qui nesciunt, subiecti & timidi in aliis monstrantur: hæc sibi obsequentibus præcipit bonorum culmina querere; adempta temporalis vitæ vanitate gaudere; irrogata ab aliis mala multipliciter reddere; cum vires suppetunt nullis resistens cedere; cum verò virtutis possibilitas deest, quicquid per malitiam explere non valet, hoc in pacifica bonitate simulare: ista est sapientia plena tumiditate, plena vanitate, plena calamitate. Vnde Augustinus: *Sapientes in naturis vestrum sulti facti sunt in Deo.* Sapientia iustorum laudabilis imitabilis, iustorum enim sapientia est nihil per ostensionem fingere, sensum verbis aperire; vera vt sunt diligere, falsa deuitare; bona gratis exhibere, mala libentius tolerare quam facere, nullius iniuriam querere; & pro veritate contumeliam pati lucrum purare. Hæc est sapientia plena charitate, plena sanctitate, digna æterna felicitate. Vnde Iacobus cap. 3.

#### CAP. IX.

**M**ulier fornicaria quasi stercus in via: Seruus dictum, quia stratum in agris. Mulier fornicaria sunt omnes mundani, qui conculcantur à demonibus tanquam stercus à transeuntibus.

*Melior est canis viuus leone mortuo.* Vbi dicit Glossa, melior est humilis publicanus superbo Pharisæo; qui quanto plus se humiliavit, tanto magis exaltatus fuit. Quo profundius fundamentum humilitatis iacis, eo ædificium altius consurget. Humilitas ceteris virtutibus nobilior, quæ sua nobilitate ignobilia & inhonestia humiliter sustinet.

*Oleum de capite tuo non deficiat, & faciem tuam laua,* id est, conscientiam quæ est principalior & maior pars capitis, quæ si munda fuerit, diuinam imaginem representat.

#### CAP. X.

**Q**ui dissipat sepem, id est, destruit legem, mordebit eum coluber, id est, diabolus, qui colit umbras, id est, peccatores.

*Cum morietur homo hæreditabit bestias,* id est, bestiales filios hæredes habebit, & serpentes, id est, demones & vermes.

#### CAP. XI.

**M**ane semina semen tuum: mane, id est, tempore gratiæ quod expellit tenebras peccati: o prædicator, semina semen tuum, id est, tibi creditum.

#### CAP. XII.

**N**on credas inimico tuo in æternum. Nempe diabolo, qui est impugnandus viriliter, videlicet quia nunquam cum eo debes inire fœdus. 1. Petr. 5. *Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens, &c. cui resistite fortes in fide.* Hoc dicit, quia vt ait Ioannes, 1. Ioan. 4. *Nolite omni spiritui credere;* mundo, qui est contemnendus & spernendus totaliter; Iacobi 4. *Si quis vult amicus esse sæculi huius, inimicus Dei constituitur.* Carni seu corpori, & iste inimicus est opprimendus, & salubriter macerandus & pœnaliter, Hester 7. *Inimicus noster pessimus ipse est Aman, &c.*

*Deum time & mandata eius observa.* Mandata dicta quasi manu data, digito enim Dei fuerunt data & scripta mandata Decalogi: & mandata Evangelij fuerunt data Apostolis manu Iesu Christi: ergo digna sunt obseruari, quæ data sunt manu Dei: ideo ad eorum obseruantiam tenetur omnis homo.



Inc. 3.

*Que (inquit) desursum est sapientia primum pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia, & fructibus bonis, iudicans sine simulatione. Aqua ergo sapientiae salutaris petauit illum.*

## C A P. XVIII.

**A**ntequam loquaris discere. Prædicatio diuini verbi requirit scientiam & sapientiam. Sapientia autem & scientia requirunt meditationem, est enim meditatio mater scientiæ, vt ait Hugo de Arcamystica. Meditatio autem sollicitudinem requirit: sedebit solitarius & tacebit, quia leuauit se super se, vt dicitur, Thren. 3.

Thren. 3.

## C A P. XIX.

**E**leemosyna viri quasi sacculus cum ipso, & gratiam hominis quasi pupillam conseruabit. Eleemosyna dicitur sacculus, quia quod in ea reponitur postmodum in vita æterna innenitur. Ideo Eccl. 11. *Mitte panem tuum super transeuntes aquas* (id est, pauperes qui ostiatim transeunt de loco ad locum) & post multa tempora (id est, in die iudicij) inuenies illum, id est, retributionem pro illo.

Eccl. 11.

## C A P. XXI.

**F**lli peccasti, non adicias iterum, sed & de pristinis deprecare, vt tibi dimittantur: quasi à facie colubri fuge peccata, dentes leonis dentes eius interficientes animas hominum: quasi romphea bis acuta hominis iniquitas, &c. Nota ista tria.

Colubrum,

In colubro luxuria.

Dentes leonis,

In dentibus leonis auaritia.

Rompheam,

In romphea superbia designatur.

Coluber dicitur eo quod colat umbras vel quod sit lubricosus, ceruum fugit, leonem interficit, & significat luxuriam, quæ colit umbras, id est, habitat in illis, qui sunt umbrati, id est, tepidi & otiosi: de facili lubricat in animam nisi caput eius conteratur, ergo principiis obsta: ceruum, id est, humilem penitentem fugit, quia ipse fugit: fugite (inquit Apostolus) fornicationem, sed leonem, id est, superbium interficit. Nam ante ruinam luxuriæ exaltatur cor superbia, quæ est initium omnis peccati: dentes dicuntur quasi cibos diuidentes: horum primi dicuntur præcisores, sequentes canini, vltimi molares. Nota quod triplex est auaritia & rapina auarorum, quidam enim præcidunt, quia non totum sed partem auferunt: quidam sunt vt dentes canini, vt pote aliqui Legistæ & Decretistæ, qui pro pecunia tanquam canes latrant in causa: Quidam sunt sicut molares, vt pote potentes & vsurarij, qui pauperes molunt, sed dentes peccatorum & molas leonum confringet Dominus. Item Romphea est gladius ex utraque parte acutus, quam vulgo spatam vocant: hæc est superbia duplici morte interfi-

ciens animam: fuge ergo colubrum luxuriæ, dentes auaritiæ, rompheam superbiæ.

*Splendidum in panibus benedicens labia multorum, & testimonium illius fidele. Qui panem verbi Dei fideliter despiciat, & testimonium veritatis non occultat, in presenti & in futuro benedicetur. O quot sunt hodie splendidi in verbis, in factis vero leprosi!*

## C A P. XXII.

**S**upra mortuum plora, defecit enim lux eius, & supra fatuum plora, defecit enim sensus. O quot intuper sunt, qui horreicunt esse cum mortuo, qui mortuus fuerit in statu penitentiae de quo probabiliter deberent credere quod sicut animam, sic & corpus bonus Angelus præseruat à maligno spirita: & tamen non horrent stare cum illo, videlicet publico peccatore, de quo sunt certi quod habeat secum dæmonem.

## C A P. XXIV.

**E**go in Altissimis habito, & thronus meus in columna nubis. Quasi dicat, Ego qui in Altissimis habito apud Patrem elegi thronum, &c. in pauperula matre. Et nota quod dicitur; columna, quia nostram fragilitatem sustentat; nubis, quia à peccato immunis Sic Thronus fuit de ebore, quia Maria fuit candida innocentia, frigida sine libidinis ardore.

*Quasi Cedrus exaltata sum in Libano, quæ interpretatur candidatio. Cedrus suo odore fugat serpentes: in Libano igitur, id est, in corpore casto anima exaltatur quasi Cedrus, quia odore sanctæ conuersationis fugat serpentes dæmoniacæ suggestiõnis & concupiscentiæ carnalis.*

*Quasi palma exaltata sum in Cades, quæ interpretatur translata vel mutata, quia homo non potest proficere sine Spiritus sancti gratia, sicut palma non fructificat sine vapore maris, & ideo homo sine gratia non est aptus diuino seruitio.*

*Quasi balsamum non mixtum odor mens, scilicet puræ deuotionis, quam non corrumpit duplicitas mentis.*

*Spiritus meus super mel dulcis, & hereditas mea, &c. Spiritus, scilicet paupertatis, & hereditas, id est, Passio Christi, sunt dulciora super mel & fauam cordi vere amantis.*

## C A P. XXV.

**I**n tribus beneplacitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo & hominibus, concordia fratrum, amor proximorum, & vir & mulier sibi consentiens. Ex hac triplici pace Deo, & Angelis eius, gaudium, & hominibus oritur iocunditas.

*Nonne lachryma vidua ad maxillam descendunt. De maxilla enim ascendunt vsque ad ceruicem; & Dominus exauditor non delectabitur in illis? Animas ergo penitentium lachryma passionis suæ inebriat, cum clamore valido & lachrymis obtulit se Deo Patri. Inebriat (inquit) vt temporalium obliti ad ea quæ ante sunt se extendant.*

Tres

## C A P. XXX.

**N**on est oblectamentum super cordis gaudium. Nihil est in quo tantum delectatur cor sicut in societate conscientiæ nostræ mundæ. Non est oblectamentum super cordis gaudium.

## C A P. XXXIV.

**Q**uasi qui apprehendit umbram, & persequitur ventum: sic & qui attendit ad vana mendacia, id est, ad temporalia, quæ habent apparentiam, & non existentiam. Dicitur autem temporalium iocunditas siue lætitia, umbra. Primum propter instabilitatem, Iob 13. *Flos egreditur & coneritur, & fugit velut umbra*, Sap. 5. *Tranferunt omnia sicut umbra*. Secundo, quia sicut quanto magis crescit umbra, tanto magis Sol à Zenith nostri capitis elongatur: sic amor terrenorum quanto plus crescit, tanto magis à mente nostra Sol diuinæ gratiæ elongatur & abscedit, Ierem. 6. *Ve vobis, quia declinauit dies, scilicet gratiæ, & lumen interioris & naturalis cognitionis, quia longiores facta umbra vespere tendente lumine ad occasum*. Et vere tendente vita nostra ad occasum, frequenter vt in pluribus, hæc umbra, id est, terrenorum crescit affectus. Tunc enim videntes homines sibi vires deficere, appetunt viuere. Tertio, quia umbra sequitur fugientem, & fugit sequentem: sic facit mundana gloria, Eccl. 11. *Si sequentem fueris, non apprehendes; & non effugies si percurreris*. Gloria huius mundi umbræ similis est, quæ fugientem sequitur, & fugit sequentem. Item umbra nec replet, nec solidat: & ideo nulli sufficit suis honor, Iudic. 9. *Umbram montium vides quasi capita hominum, & hac errore deciperis*, id est, imagine vanitatis, & nota salutaris, Iob 12. *Producit in lucem umbram morti*, id est, prohibet diuinum aspectum, diuinum splendorem, & diuinum calorem, Iob 3. *Obscurent eum tenebra & umbra mortis*.

Iob 13.

Ierem. 6.

Eccl. 11.

Iudic. 9.

Iob 12.

Iob 3.

## C A P. XXXV.

**S**peciosa est misericordia Dei in tempore tribulationis, quasi nubes pluuie in tempore siccitatis. In tempore tribulationis, id est, dum anima tribulatur pro peccatis, infunditur pluuia gratiæ animam refrigerantis & peccata dimittentis. Speciosa, quia processu temporis dilatat se in operibus bonis. Vnde Psal. 25. *Quoniam misericordia tua ante oculos meos est, & complacui in veritate tua*: q-d. quia displicuit mihi iniquitas mea. Pretiosa, in vitæ æternæ deliciis.

Psal. 25.

*Non despicit preces pupilli*, id est, penitentis & humilis, qui dicit, *Pater meus & mater mea*, id est, mundus & carnalis concupiscentia dereliquerunt me; Dominus autem assumpsit me, nec nudam, id est, ipsius penitentis animam, quæ diabolo & vitio iam est viduata, si effundat lachrymam gemitus.

*Tres species odiuit anima mea, & aggrauor valde animo illorum, pauperem superbium, & diuitem mendacem, & senem fatuum & insensatum. Superbus dicitur superuadens; mendax, qui mentem alterius fallit; senex eo quod se nesciat, delirat enim propter nimiam ætatem, vel sensuum dimutionem eo quod iam per verustatem desipiat. Physici enim dicunt senem, & puerorum ætatem conuenire, in pueris enim sanguis nondum calidus est, senibus iam frigidus. Nota, quod istæ tres species Deo odibiles, in Pharisæo & quolibet superbo reperiuntur; Pharisæus enim pauper est, quia per foramen quod apertum reliquerat, latrones intrauerant, & omnia eius bona furati fuerant. Superbus qui supra se vadens se meliori protulit, superbus pauper est, quia caret diuitiis humilitatis, quia qui caret in summa miseria est: superbus fuit diues mendax: diues cum dixit, ieiuno bis &c. mendax cum dixit, non sum sicut ceteri hominum. Hoc ipsum aliqui Religiosi, diuites in sanctitatis apparentia; sed mendaces in mentis elatione, dicunt cum Elia, zelo zelatus pro Domino &c. 3. Reg. 19. Fuit etiam Pharisæus senex fatuus, quia sensum perdiderat, & quod loquebatur non intelligebat; ascenderat enim in templum vt oraret, non vt se laudaret; à laude incepit propria, qui incipere debuerat à laude & exaltatione Dominica. Tres igitur species odiuit anima mea.*

3. Reg. 19.

*In tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo & hominibus, concordia fratrum, amor proximorum, vir & mulier sibi consentientes. Fratres sunt quinque corporis sensus. De quibus Gen. 49. Iuda te laudabunt fratres tui, qui sunt.*

Gen. 49.

Ruben,

Iudas est princeps, quem quinque corporis sensus, si inter eos concordia fuerit laudant, id est, laudabilem faciunt. Ruben interpretatur visio, ecce sensus visus.

Simeon,

Simeon, auditus, ecce auditus. Leui, assumptus, ecce olfactus, per eum enim ærem assumimus, per quem viuimus. Ysacar diuinum memorans, ecce lingua per quam confessione criminis &amp; laudum Dei penitens debet esse memor.

Leui,

Ysacar,

Zabulon.

Zabulon habitaculum fortitudinis, ecce tactus. Istorum fratrum concordia coram Deo & hominibus est placita, concordia dicitur à corde vno, concordare est vnus cordis fieri. Sequitur, *amor proximorum*. Proximi sunt affectus mentis, quibus nullum nobis propinquius: inter hos si est amor Dei, & affectanter ipsum diligunt, tunc beneplacitum est Deo. Sequitur, *& vir & mulier consentientes*: vir est ratio; & mulier, sensualitas, qui si in timore & dilectione Dei consenserint, quicquid petierint fiet eis.

## C A P. XXVIII.

**P**laga flagelli liuorem facit, plaga autem lingua comminuet ossa. Nam plaga flagelli exterius liuorem facit; sed plaga linguæ detractionis intus ossa virtutum comminuit.

## CAP. XXXVI.

**I**n noua signa, & immuta mirabilia, glorifica manum & brachium dextrum, excita furorem, & effunde iram &c. Innouauit Pater signa, & immutauit mirabilia in filij sui natiuitate, signum est quando in hoc quod videtur aliud intelligitur, dictum quod aliud significet. Primus, Adam de terra virgine factus fuit, in quo signabatur quod secundus Adam de benedicta terra Maria Virgine erat nasciturus. Mirabile fuit quando ignis ardebat, & non comburebatur rubus, cum virga Aaron sine flore fructus protulit. Rubus & virga est beata Maria, quæ illæso virginitatis pudore Dei filium parturuit sine dolore. Bene ergo dicitur, *innoua signa, & immuta mirabilia, glorifica manum, in prædicatione, & brachium dextrum*, id est, filium tuum, per quem omnia fecisti, in miraculorum operatione. Vnde dicitur, Ioan. 17. Clarifica me Pater, excita furorem, & effunde iram, in diabolum in tua passione, extolle in tua resurrectione aduersarium, id est, naturam humanam, & sic affliges eius inimicum diabolum. De nullo sic inimicus affligitur, sicut cum videt aduersarium suum in gloria sublimatum: *Festinat tempus, ut cito venias ad iudicium*, reddens vnicuique quod iustum est: festina tempus, ut tuis des pacem Domine.

*Confundimini & erubescite.* Debet enim induci confusio supra confusionem peccati. Eccl. 4. *Est confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam*; sed hæc confusio non potest esse sine die cognitionis.

## CAP. XXXVIII.

**M**emorare timorem Domini, & non irascaris. Memorare testamentum Altissimi (qui dicit dimitte, & dimittetur tibi) & despicere ignorantiam proximi tui. Ignorantiam despiciat proximi, qui non malitiæ sed ignorantie imputat, illatam iniuriam dissimulat, & dissimulans in corde non reseruat.

*Altissimus creauit de terra medicinam, & vir prudens non abhorrebit illam.* Altissimus qui est Christus, de terra, id est, de carne sua creauit medicinam, scilicet humilitatis, quæ sanauit humanum genus: vel de terra creatur medicina, quia per afflictiones corporis sanantur vulnera mentis.

*Ante pedes curuabit virtutem suam.* In pedibus humanitas, in virtute diuinitas designatur: ante pedes ergo humanitatis curuauit, id est, humiliavit virtutem diuinitatis.

*Figulus sedens ad opus suum &c.* Figulus iste Christus est, qui sedet, id est, humiliavit se; ad opus suum, id est, humani generis salutem, & pedibus suæ humanitatis conuertit rotam humanæ naturæ, quæ currebat ad mortem, ut curreret ad vitam, qui in sollicitudine semper

positus fuit pro nobis, donec opus suum consummauit. Vnde in fine dixit, *consummatum est.*

## CAP. XXXIX.

**P**erde pecuniam propter fratrem & amicum, & non abscondas illam sub lapide in perditionem. Perde (inquam) id est, distribue: vnde subdit, conclude eleemosynam in corde, id est, in sinu pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo.

## CAP. XL.

**O** mors! quam amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis. In quacaro vermibus, anima dæmonibus (nisi penituerit) tradetur, substantia filiis &c.

## CAP. XLIII.

**T**ripliciter sol exurens montes, radios igneos exufflans, & resurgens radiis suis obsecrat oculos. Sol dictus quasi solus appareat obscurans suis splendoribus cætera sydera; depingitur autem cum quatuor equis, & secundum illos habet quatuor naturas; nam quando oritur splendens est, eum ascendit calens, quando est in meridie ardens, cum declinat in occasum tepescens. Sol est Christus, qui habitat lucem inhabitabilem & inaccessibleem, cuius loci omnis lux tenebræ, cuius iustitiæ omnis sanctorum iustitia comparata est sicut pannus menstruæ: huius Solis quatuor equi sunt quatuor Euangelistæ. Matthæus fuit quasi equus splendens cui attribuitur facies hominis, quia de homine exorsus est scribere, *Liber generationis Iesu Christi.* Marcus equus calens, cui attribuitur facies leonis, qui calidæ est naturæ, sic enim ait, *vox clamantis in deserto* &c. Ioannes ardens, cui facies Aquilæ, eo quod irreuerberatis oculis tanquam Aquila super seipsum eleuatus perspexit Solem, cum ait, *In principio erat Verbum.* Lucas tepescens, cui facies vituli attribuitur, qui in sacrificio occiditur, quod Lucas præcipue exequitur. Christus fuit Sol splendens in sua natiuitate, calens in sua prædicatione, in qua rugit sicut leo, *agite inquit penitentiam* &c. ardens in miraculorum operatione, in quibus apparuit quod verus esset Deus, tepescens in sua passione, velut vitulus Patri immolatus, occidit in mortem: iste Sol cum peccatori oritur fit ei splendens in peccati cognitione, calens in ipsius dolore, ardens in satisfactionis feruore, tepescens in vitiorum mortificatione. De hoc Sole dicitur, tripliciter *Sol exurens non temens* dictus quasi non habens motum; montes sunt huius sæculi superbi, *Plam. Sicut cera fluxerunt a facie Domini*, quod fit cum ipsos exurit tripliciter, scilicet contritione, confessione, & operis satisfactione.

INTERPRETATIO  
MYSTICA  
IN  
ISAIA M.

IN  
ISAIA M.  
CAPVT I.



**C**OGNOUIT BOS POSSESSOREM SUUM. Boues significant statum penitentium, qui vomere fidei proscindunt terram proprii corporis, ut rudificent scientias virtutum, &c.

*Va genti peccatrici, peccato superbiæ; populo graui iniquitate auaritiæ; semini nequam, gula: filijs sceleratis, luxuriæ.* Ecce quibus vinculis noster spiritus captus tenetur: mundi enim vanitas consistit in auaritia & superbia; voluptas carnis in gula & luxuria.

*Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me: cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepè domini sui, Israël autem me non cognouit, & populus meus non intellexit.* Bos, id est, latro in cruce, possessorem suum agnouit dicens *mento mei: & asinus, id est, centurio, præsepe domini sui: populus autem meus, id est, laici, Israël autem, id est, clerici &c. spreuerunt me.*

*Si fuerint peccata vestra rubra ut coccinum, quasi nix dealbabitur.* Nota hæc duo, coccinum & nix: coccinum est quidam pannus, qui habet colorem ignis & sanguinis: nix est frigida & alba: in igne ardor peccati, in sanguine ipsius immunditia; in frigiditate niuis, Spiritus sancti gratia: in albedine, mentis munditia designatur: dicit ergo Dominus, si fuerint peccata vestra ut coccinum &c. q. d. si ad me conuersi fueritis, ego gratiam sancti Spiritus infundam, & ardorem peccati extinguet, & etiam immunditiam ipsius abluet. Vnde ipse dicit, *Exech. 36. Effundam super vos aquam mundam, &c.* Vestimenta ergo, id est, membra corporis nostri sunt alba sicut nix, ut & ardorem peccati extinguat frigiditas niuis, id est, compunctio mentis, & peccati immunditiam abluat albedo sanctæ conuersionis.

*Erubescetes super hortis, quos elegeratis, cum fueritis velut quercus defluentibus folijs, & velut hortus absque aqua & erit fortitudo vestra ut fanilla super.* In fine vitæ (ux erubescunt carnales super hortis gula & luxuriæ quos sibi ele-

gerunt dum viuerent: & erunt nudi & aridi velut quercus, defluentibus folijs, id est, diuitiis & delicijs, & velut hortus absque aqua, quia omnis delectatio cessabit: amplius enim per canales sensuum non decurret aqua mundana voluptatis ad inebriandum concupiscentiam carnis. *Et tunc erit fortitudo, id est, superbia eorum, quasi fanilla, id est, nullius momenti, & succedet, a dæmonibus vtrumque, id est, fortitudo superbiæ, & opus auaritiæ, & non erit qui extinguet.*

## CAP. II.

**R**epleta est terra auro & argento, & non est finis thesaurorum eius. Ecce auaritia. *Et repleta est terra eius aquis, & innumerabiles quadrigæ eius: Ecce superbia. Et repleta est terra eius idolis: Ecce luxuria.* His maledictis aquis repleta est omnis terra; & quod periculosius est & deterius, montes plures excelsi, id est, plures Ecclesiæ Prælati istis aquis sunt operati: sed Arca Noë, ist est, anima viri spiritualis, fertur super aquas, quia omnia reputat tanquam stercorea.

## CAP. IV.

**T**abernaculum erit in umbraculum diei ab aestu, & in securitatem & in absconsionem a turbine & a pluuia. Dei filius cum accepit ex beata Virgine corpus, in quo quasi in tabernaculo peregrinus & hospes fuit, tunc quasi umbraculum, contra aestum diei, id est, mundana prosperitatis nobis fecit.

*Apprehendent septem mulieres virum unum in die illa, dicentes, panem nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur, tantummodo innocetur super nos nomen tuum, aufer opprobrium nostrum.* Septem mulieres sunt septem dona Spiritus sancti, quæ mulieres dicuntur, quia nemo generatur Deo nisi per Spiritum sanctum: vir est Christus, vnus, id est, sine peccato solus; quem apprehendunt mulieres septem, id est, dona Spiritus sancti, ut firmiter teneant, & non dimittant. Omnes hæc transcunt vsque ad Christum, nullum apprehendunt. Non est enim homo qui non peccet, in omnibus alijs habet spiritus hospitium tribulationis, non mansionem quæ eris

potentiæ traxit aspidem & regulum, id est, diabolum de foramine vel cauerna, id est, peccatorum conscientia.

## CAP. XII.

**E**Xulta, scilicet corde, & lauda, ore, habitatio Sion, id est, Maria, quia magnus in medio tui, Sanctus Israël, in prælepio, in medio duam animalium. Vnde ipsemet Isaias. 1. Cognouit vos possessorum suum, &c. In patibulo, Ioan. 19. Crucifixi verunt cum eo, scilicet Iesum, & alios duos.

## CAP. XIII.

**S**uper montem caliginosum leuate signum. Mons caliginosus est diabolus, mons per superbiam, caliginosus per suggestionis caliginem, quam menti infert. Super quem peccatores tunc signum leuant, cum eum crucis virtute victum prædicant. Exaltant vocem cum opportune agunt, obsecrant, increpant. Leuant manum quando quod prædicant voce, exercent opera.

## CAP. XIV.

**S**copabo in eam in scopa terens, dicit Dominus Deus exercituum. Babylonem Dominus scopat cum animam peccatis confusam confessione à peccatis emundat, in scopa terit cum satisfactionis flagellis percutit.

Ascendam in calum, &c. id est, ad æqualitatem patris; & ero similis Altissimo, id est, filio. Et dum sic alte cantaret; & cordis venæ intumesceret, irreparabiliter cecidit, cuius superbiam firmamentum sustinere non potuit.

## CAP. XV.

**I**n cunctis capitibus, id est, Prælati, eius, id est, Ecclesiæ, erit caluitium, & omnis barba radetur. Ex longa infirmitate & senectute solent capilli defluere & fieri caluitium in capite. Heu caput nostrum, id est, plures Prælati nostri, ex longa infirmitate vitiorum, & inueteratione dierum malorum amiserunt comam Spiritus sancti, scilicet gratiam. Et omnis barba, id est, omnis boni operis vigor & fortitudo in eis est rasa, & sic effecti sunt debiles & effeminati.

Per ascensum enim Luith flens ascendet, & in via Oronaim clamoris contritionem leuabunt, Luith interpretatur genæ. Per ascensum ergo Luith, id est, genarum, flens ascendit ad Dominum. Oronaim interpretatur foramen mæroris, & significat oculum, per quem egreditur clamor luctus ascendens ad Dominum.

Aque Nemrim deserta erunt, quia aruit herba, defecit gramen, viror omnis interiit, &c. Nemrim interpretatur pardus, bestia ferocissima, quæ citata præceps fertur ad sanguinem, & saltem in montem ruit. Dicitur in naturalibus quod pardus quando comedit venenum, quærit stercus humanum, & ipsum comedit, & prop-

ter hoc ponunt venatores illud stercus in vase super arborem, & cum ad arborem venit saltat ad accipiendum, & sic interficiunt ipsum. Pardus huius mundi superbum variis peccatorum maculis respersum significat. Sic veneno diabolicæ suggestionis inflammatus stercus temporalium quærit vt comedat ipsum, & sibi incorporet. Omnia, inquit Apostolus Philippens. 3. reputaui vt stercora Et Ezech. 4. Dicit Dominus, Stercore quod egreditur de homine panem tuum operies. Panis, id est, cogitatio & actio peccatoris, cooperta est stercore quæ & luxuriæ, superbiæ & auaritiæ, quem viator, id est, diabolus, vt facilius capere possit, stercus in arbore ponit. Arbor à robore dicta est temporalis dignitas, quæ dum firma radice stare creditur, à vento mortis diuellitur, & in manum inferni projicitur. Vnde Iob 5. Vidi stultum firmam radice, & maledixi, &c. In hac arbore statim ponit diabolus stercus quasi etiam, ad quam capiendam cum superbus saltat, vt stercus gula, luxuriæ, & huiusmodi etiam pecuniæ comedat, a diabolo interficitur. Aquæ ergo Nemrim deserta erunt. Super hoc 2. Macha. dicitur, Quod Antiochum qui superbia repletus ignem spirabat, &c. propter intolerantiam factoris portare nemo poterat. Ecce qualiter aquæ Nemrim deserta. Tunc herba gloriæ temporalis ardet; germen filiorum, nepotum, & parentum deficiet, & omnis viror carnalis delectationis, gula scilicet & luxuriæ interibit.

## CAP. XVI.

**V**enter meus ad Moab, qua cythara sonabit, & viscera mea ad murum cocti lateris. In ventre mens, in cythara vel tibia prædicationis melodia, quæ debet sonare ad Moab, id est, peccatorem, qui ex parte diabolo est, qui ædificat murum cocti & fictilis lateris, id est, abundantiam temporalium, cocti, quia igne cupiditatis indurati; fictilis, quia cito casuri.

Audiui mus superbiam Moab, superius est valde. Suberbia eius & arrogantia eius, & indignatio eius plusquam fortitudo eius. Plus enim audeat quam possit, ideo cito ululabit Moab, scilicet in inferno.

Inebriabo te lachrymis meis Efebon, quod interpretatur cingulum tristitiæ vel cogitatio mæroris. Hæc est caro quæ spiritum vndique angit tristitia & mærore; sed inebriatur lachryma, quando ardor carnalis concupiscentiæ penitentia lachrymis extinguitur, sicut aqua extinguuntur ignis.

## CAP. XIX.

**I**n die illa erunt quinque Ciuitates in terra Ægypti loquentes lingua Chanaan, &c. Ciuitas solis vocabitur vna. Ægyptus interpretatur mæror vel tenebræ: Terra Ægypti, id est, caro Christi fuit in mærore. Vnde Hebr. 5. Cum lachrymis & clamore valido offerens exauditus est pro sua reuerentia. Et Psal. 142. Collocauit me in obscuris, sicut mortuos sæculi. In hac terra fuerunt quinque ciuitates, id est, quinque vulnera, quæ sunt ciuitates refugij, ad quæ qui confugerit, liberabitur. Fuge ergo ad ciuitates munitas, extra quas qui inuentus fuerit, occidetur.

In die illa erunt quinque ciuitates in terra Ægypti loquentes lingua Chanaan. Ciuitas solis vocabitur vna. Ægyptus interpretatur tenebræ vel mæror, & significat corpus hominis, quod est terra tenebrarum & mæroris. Tenebrarum, quia caligine ignorantia & malitiæ obscurata: mæroris, quia doloris & tristitiæ plena; in hac terra Ægypti sunt quinque ciuitates, id est, quinque fenius corporis; ex his quinque, ciuitas solis vna sola vocatur. Ciuitas solis sunt oculi, sicut enim sol totum mundum illuminat; sic oculi totum corpus illuminant. In die ergo illa quando fortior humilitas intrauerit & spiritum superbiæ deuicerit, & cæcitatem mentis expulerit, tunc quinque ciuitates in terra Ægypti, quæ prius loquebantur lingua Ægyptiaca, id est, carnali concupiscentia, loquentur Chanaanæ lingua, id est, commutata, quæ de vitiis ad virtutes, de superbia ad humilitatem commutabuntur. Et tunc apparebit in oculis humilitas & simplicitas. In ore resonabit veritas & benignitas, ab auribus remouebitur omnis detractio & adulatio. In manibus puritas & pietas, in pedibus reperietur maturitas.

Mærebunt piscatores, & lugebunt omnes in flumen mittentes hamum, & expandentes rete super faciem aquarum emarcescent, confundentur, qui operabuntur linum, plectentes & texentes subtilia. Piscatores sunt huius mundi amatores solliciti, & curiosi circa diuitias & delicias. In flumen mittentes hamum, sunt mercatores falsi, qui quasi elca falsæ pulchritudinis cooperiunt hamum suæ mentis, vt capiant eum, qui emere cupit. Expandentes rete super faciem aquarum sunt maledicti vsurarij, qui in rete vsuræ magnos & paruos comprehendunt. Qui operantur linum plectentes & texentes subtilia, scilicet argumenta, sunt aliqui Legistæ, & Decretistæ; & Aduocatis hi omnes in fine vitæ cum iam non poterunt villicare, lugebunt, quia diuitiis, quas tam sollicitè acquisierunt, ardentè amauerunt, ita miserrime denudabuntur, marcescent, quia eorum anima è corpore egressa dæmonibus tradentur æternaliter puniendæ. Confundentur in die iudicij coram Domino & Angelis eius.

## CAP. XXI.

**C**ecidit Babylon, id est, hominis caro, & omnia sculptilia domorum eius, id est, delectationes sensuum eius, contrita sunt in terram, quia terra es & in terram reuerteris.

Custos quid de nocte? Custos qui non curat de nocte peccatorum: quid ad te de peccatoribus sic in malitia obstinatis & obtenebratis? Sed respondit Venit mane, in ortu, sc. lucis mæx; quia ego sum lux mundi, in quo mane hæ tenebræ possunt expelli, sed postmodum veniet nox futura, & ideo si queritis quærite, sc. quando dies est, & conuertimini, & venite.

Et dixit custos venit mane & nox, si queritis quærite, conuertimini & venite. Custos à cura dicitur, mane à mano. Manum antiqui bonum dicebant. Quid autem melius luce? Dominus custos noster est, vbi dicit Petrus, Cura est de nobis illis qui dicunt Domine Domine. Ideo dicit, venit mane, id est, gratia illuminatio.

Sicut turbines ab Africo veniunt, & de deserto

vastitas venit, de terra horribili visio dura nuntiata est mihi, propterea repleti sunt lumbi mei dolore, & angustia possedit me, sicut angustia parturientis. Nota omnia verba, in turbine diaboli suggestio, in vastitate mundi cupiditas in visione dura carnis tentatio intelligitur. Turbines ergo ab Africo venientes sunt diaboli suggestiones animam penitentis turbantes, & tribulantes.

## CAP. XXII.

**C**ongregasti aquas piscine inferioris, & car. Quot sunt mundi sapientes, qui sciunt inuenire veritates infinitas, & tamen de diuina notitia nihil sciunt. Hæc reuera est piscina diaboli vbi eius sacrificia adhibentur, ne aliquid retineant boni vel meriti, quam hic testatur dicens: Congregasti aquas piscine inferioris, & domos Hierusalem numerastis, & destruxistis domos ad muniendum murum, & lacum fecistis inter duos muros, scilicet odium Dei, & dilectionem sui, & aquam piscine veteris, & non suspexistis ad eum qui fecerat eam.

Recedite à me, amare flebo, nolite incumbere vt consolemini me super vastitate filia populi mei. Sic debet dicere penitens immundis spiritibus. Recedite à me amare flebo, &c. Sicut fumus expellit apes, sic amara & lachrymosa compunctio expellit dæmones, qui circundant animam sicut apes fauum. Et nolite incumbere, scilicet per carnalitatem affectus vt consolemini me, quia vt dicit Iob 16. Consolatores onerosi omnes vos estis, renuit consolari anima mea, consolatione, sc. vestra. Va vobis qui habetis consolationem vestram. Ideo Psal. 93. Consolationes tua Domine letificauerunt animam meam. Nolite ergo incumbere vt consolemini me super vastitate, id est, afflictione filia, id est, carnis quæ est filia populi mei, id est, populositatis quandoque sensuum meorum.

Figam illum paxillum in loco fideli, Paxillus dicitur modicus palus, in quo humilitas satisfactionis designatur, qua vita iusti sustentatur. Figam illum paxillum in loco fideli. Hic in loco fideli figitur, cum in sancta Ecclesia vita iusti in humilitate conseruatur.

## CAP. XXIII.

**P**ost septuaginta annos erit Tyro quasi cantica cum meretricis, sume tibi cytharam. In quo prompta designatur voluntas confitendi, sc. sume, non coacta, non extorta. In cythara autem omnis peccati circumstantia & confessio. Sume ergo cytharam, id est, voluntarie confitere sanus & viuus.

Nota quod sicut in cythara extenduntur chordæ, sic in confessione debent extendi peccatorum circumstantiæ, quæ sunt, quis, quid, vbi, per quos, quoties, cur, quomodo, quando. Omnia ista tam in femineo, quam in masculino sexu discrete & diligenter perquire.

Sequitur. Circuui ciuitatem. Ciuitas est vita hominis, quam homo ipse debet circuire, quia tempus & ætatem, peccatum & modum peccandi, locum & personas cum quibus peccauit, & quas exemplo malo verbo vel facto peccare fecit;



fecit; vel peccantes si potuit à peccato non retraxit: omnia nude & aperte (vt dixi) debet confiteri. Sic faciebat Propheta dicens Psal. 26. *Circuiui & immolauit in tabernaculo eius hostiam vociferationis.* Circuiui totam ciuitatem, id est, totam vitam meam ad modum strenui militis, qui circuit suum castrum, ne aliquod sit ibi foramen per quod hostes ingrediantur & immolauit in tabernaculo eius, id est, in Ecclesia coram Sacerdote, hostiam vociferationis, id est, confessionis; quæ bene dicitur vociferatio, quia peccator non debet semiplene & mediocriter quasi balbutiens, sed aperto ore quasi vociferans peccata sua confiteri.

Sequitur dicto loco Isaiæ. *Bene cane,* te ipsum, non diabolum, non fratrem tuum vel aliquem alium accusando. Vel bene cane, omnia peccata tua vni Sacerdoti confitendo, non per plures diuidendo. Bene ergo cane, frequenta canticum confessionis, iterum, atque iterum te ipsum accusando. Et quare hoc? vt memoria tui sit in conspectu Dei & Angelorum eius, vt peccata dimittat tibi, & gratiam infundat, gloriamque æternam conferat.

## CAP. XXIV.

**C**onfractioe confringetur terra, contritione conteretur terra, agitatione agitabitur terra, sicut ebrius. Quomodo enim ebrius nescit quid agat, sic nec omnes qui versantur in terra malorum magnitudine ebrii erunt & stupebunt ad omnia. Terra hic quater posita, quatuor generum hominum significat, scilicet superbos, luxuriosos, auaros & iracundos: superbi confringentur. Vnde Psal. *Molas leonum confringet Dominus,* luxuriosi conterentur. Vnde Ier. 17. *Duplici contritione contere eos Domine,* vt qui in anima & in carne peccauerunt, in vtroque puniantur. avari commouebantur. Vnde Iob 21. *Erunt sicut palee ante faciem venti, & sicut fauilla quam turbo dispergit,* iracundi agitabantur. Vnde Iob 4. *Vidi eos qui operantur iniquitatem, & seminant dolores & metunt eos, flante Deo perisse & spiritu ira eius consumptos.*

*Amara est potio bibentibus illam.* Potio mundani gaudij, dum lachrymis pœnitentiæ miscetur, amara est bibentibus, id est, pœnitentibus.

## CAP. XXVI.

**V**rbis fortitudinis nostræ Sion, Saluator ponetur in ea murus & antemurale. Murus à munitione dictus eo quod munit interiora vrbs. Sion, id est, Ecclesia sancta est vrbs fortitudinis nostræ, extra quam non est salus, in qua Saluator noster fuit positus murus & antemurale, Diuinitatis est murus, antemurale est ipsius humanitas. Sic enim muro verbi incarnati Ecclesia munita permanet secunda.

*Ad faciem tuam Domine,* Quam scilicet ad nos clementem vertis. Psal. *Ostende faciem tuam & salui erimus.* Concepimus per voluntatem, & quasi parturimus per delectationem, & peperimus spiritum salutis, spiritum videlicet timoris, qui est initium sapientiæ.

*Expergiscimini & laudate qui habitatis in puluere, quia ros lucis ros tuus.* Sicut ros refrigerat ardorem: lux fugat tenebras, sic abstinentia gula ardorem & vitiorum refrigerat, & mentis tenebras fugat. Hæc clamat parturiens dum ingemiscit pro culpa commissa ad gratiam.

*Nomen tuum & memoriale tuum in desiderio anime.* Anima mea desiderabit in nocte, sed & spiritus meus in precordiis meis. De mane vigilo ad te. In nocte scilicet aduersitatis ipsum desiderare, & in mane prosperitatis ad ipsum vigilare debemus, cuiusque passionis memoriale retinere.

## CAP. XXVII.

**M**edius est in spiritu suo duro per diem. Medius, id est, suæ passionis, in spiritu suo duro, id est, inflexibili ad sustinendam passionem, meditatus est dum penderet in cruce, qualiter diabolus damnaretur, humanum genus de eius potestate eriperetur, & peccatoribus obstinatis pœnam æternam infligeret.

## CAP. XXVIII.

**P**edibus conculcabitur corona superbie ebriorum Ephraim. Ephraim interpretatur frugifer; & significat abundantiam temporalium: Ebrii sunt luxuriosi inebriati aureo calice Babylonis, id est, abundantia temporalis; Corona superbia in capite, id est, elata cogitatio, in polluta mente. Hic pedibus demonum conculcatur, dum de polluta mentis cogitatione peruenitur ad ebrietatem luxuriæ.

*Pedibus conculcabitur corona superbie ebriorum Ephraim.* Ephraim, id est, fructiferi, sunt diuites huius mundi superbia & luxuria inebriati. Corona, id est, gloria pedibus pœnitentiæ conculcatur, cum vino compunctionis inebriatur.

*Sola vexatio intellectum dabit auditui.* Hoc enim debet considerare anima prudens, quod hæc vexatio ab onere commissa culpæ procedit, & ideo ad Dominum pro salute consequenda confidentius debet accedere, maxime quia egreditur, eius iustitiam relinquendo, scilicet Christi, cum ipse sit iustitia.

*Coangustatum est stratum, ita vt alter decidat, & pallium breue vtrumque operire non potest.* Religio (inquam) stratum est, quæ si bene fuerit coangustata, tanquam semita, solum suscipiet sponsum castitatis & obedientiæ spiritum; & expellet adulterum fornicationis, & inobedienciæ vitium. Et breue pallium paupertatis vtrumque id est, proprietarium, & spiritu pauperulum operire non potest; quæ enim conuentio Christi ad Belial? Quæ conuentio pauperuli, & proprietarij, qui est quasi Belial, inter filios Dei?

## CAP. XXIX.

**E**ritque repente, confestim à Domino Deo exercituum, & visitabitur in tonitruo & in commotione terra, & voce magna turbinis & tempe-

*statis & flammæ ignis deuorantis.* Elementa vindicabunt auctorem, calamitas damnatorum erit repente. Vnde 1. ad Thessal. 5. *Dies Domini sicut fur in nocte, ita veniet.* Cum enim dixerint pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus. Confestim, vnde Apoc. 22. *Ecce venio cito, ibidem.* Veni Domine Iesu, & tunc peccator visitabitur in tonitruo de cælo, & in commotione terræ, quæ pondere peccatorum illius excutiet ipsum à se & à voce magna turbinis de aère, tempestatis de mari; quo ergo fugiet miser? vbi se abscondet? si in cælum voluerit ascendere, tonitruo pulsabitur; si in aërem, turbine conteretur; si in terra remanere voluerit, timorem non poterit sustinere, quia vt dicitur Iob 20. *Terra aduersus eum coulurget, si in mare intrare voluerit, fluctibus eius repelletur.* Quid ergo restat misero cui non est inuentus locus in toto mundo, nisi vt cadat in abyssum flammæ ignis deuorantis?

## CAP. XXX.

**V**æ filij desertores qui ambulatis vt descendatis in Egyptum, & os meum non interrogastis, sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis; qui nudans siue expoliens interpretatur, id est, diaboli habentes fiduciam in vmbra Egypti. Et ideo audite quid inferat. *Et erit, inquit, vobis fortitudo Pharaonis in confusione, & fiducia vmbra Egypti in ignominiam.* In hac nempe vmbra cubat ipse Pharaon.

*Onus iumentorum austri in terra tribulationis, & angustia.* Terra est caro quæ spinas, & tribulos tribulationis & angustia nobis germinat. Hoc est onus iumentorum, id est, quinque sensuum, iumenta Austri, id est, mundani gaudij. In hac terra tribulationis & angustia, quam iumenta conculcant & suffocant, sunt leuæ luxuriæ, leo superbiæ, vipera iræ, & regulus volans inuidia & vanæ gloriæ. O Domine Iesu ruant omnes bestia ista & iumenta, vt peccator euidentius simul corruat, & corruens spiritalis resurgat.

*Dabit tibi Dominus panem arctum, & aquam breuem.*

Item ibidem. *Pulli asinorum,* id est, pœnitentes, qui operantur terram, id est, affligunt carnem suam, *commixtum migma comedent.* Migma est hordeum cum palea, in quo cibi asperitas designatur.

*Erit lux luna sicut lux solis, & solis lux erit septemplex sicut lux septem dierum, in die qua alligauerit Dominus vulnus populi mei, & percussuram plagam eius sanauerit.* Notentur ista duo, vulnus, quoad animam, & plaga quoad corpus. In vulnere animæ immunda cogitatio; in plaga, mors corporis notatur: Sed in die generalis resurrectionis quando sol & luna (vt dicit Isidorus in libro creaturarum) mercedem sui laboris accipient. Et quando sol in Oriente septemplex qui modo fulget, immobilis fulgebit & ardebit, ita quod eos qui in inferno erunt cruciabit & luna persistens in Occidente ea claritate lucebit, qua modo lucet, tunc vere alligabit Dominus vulnus animæ nostræ; quia vt dicit Propheta Isa. 35. *Nulla bestia, id est, nulla mala cogitatio, ascendet per eam,* scilicet Hierusalem cœlestem. Immo vt dicit Ioan.

Apoc. 21. *Erit ciuitas, id est, anima nostra; aurum mundum simile vitro mundo.* Quid clarus auro? quid mundus vitro? & quid obsecro in generali resurrectione erit clarus & mundus anima hominis glorificati? Tunc percussuram plagæ nostræ, qua propter inobedientiam primi hominis percussi sumus, sanabit Dominus cum mortale hoc induerit immortalitatem.

*Preparata est enim ab heri Tophet à Rege, preparata & dilatata, &c.* Tophet interpretatur latitudo, id est, infortis, qui absque villo termino dilatavit animam suam, ab heri, id est, ab æterno à Rege Iesu Christo, cui omne præteritum est præsens, cui est quod fecit ab æterno sicut nobis heri factum. Hæc infortitas dicitur profunda & dilatata. Profunda, quia procul à fundo, id est, sine pœnarum. Dilatata, ad suscipiendas animas damnatorum. Vnde infernus dicitur eo quod animæ igni inferuntur, cuius nutrimenta sunt ligna multa, id est, animæ peccatorum; & flatus, id est, ira Domini, sicut torrens sulphuris qui ardet, sceleret, & succendet eam: quasi arserit igne auaritiæ, & coquinatus fuerit scetore luxuriæ, æternaliter succendetur.

## CAP. XXXI.

**T**ransi terram tuam quasi fluum sibiriam, quia non est cingulum vltra tibi. Anima misera dicitur filia maris, quæ quasi à mamilla diaboli, mundi fugit voluptatem, quæ dulcedinem sapit, sed generat amaritudinem sempiternam. Vnde Iacob. 5. *Concupiscentia cum conceperit, parit peccatum; peccatum verò cum consummatum fuerit generat mortem.* Hinc dicitur, transi terram quasi fluum, quasi dicat, succinge te cingulo confessionis, & restringe vestimenta tua ne defluant ad immunditias. Nec eliges transire per abundantiam terrenorum bonorum, vbi periclitati sunt multi, sed per tenuitatem & angustiam paupertatis. Nam per riuium cum securitate transitur, sed animæ peccatrici non est cingulum, quia non est firmamentum confessionis.

## CAP. XXXII.

**E**rit desertum in Chermel, & Chermel in saltum reputabitur. Chermel interpretatur cognitio circuncisionis. Desertum ergo, id est, Religio erit in Chermel, id est, in circuncisione, quoad substantiæ renunciationem & substantiæ circuncisionem. In saltum quoad non habitandi voluntatem.

*Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiducia, & in requie opulenta.* Populus pœnitentium est populus Domini, & oues pascuæ eius. Qui modo stat in certamine, sedebit in pulchritudine pacis. Pax est tranquilla libertas à pamo dicta. Posteriori vero sumitur pax cum fœdus primum inicitur. Qui modo fœdus reconciliationis inicit cum Domino, postea sedebit in pulchritudine pacis in cœlesti regno. Pax temporis & pectoris huius quod polluitur, scilicet pax æternitatis pulchra permanebit in tabernaculis fiducia, tunc non erit qui extretat,

exterrat, sed habitabit confidenter & in requie opulenta aeternae sarietatis.

*Beati qui seminatis super omnes aquas, immetentes, alias immittentes, pedem bouis & asini.* Super aquas seminat, qui & orationi & compunctioni lachrymarum ieiunium superaddit. Et sic innectit vinculis, scilicet praeceptorum, pedem, id est, affectum, bouis, id est, spiritus, & asini, id est, corporis. Vnde Christus Matth. 17. & Marc. 9. Hoc genus demoniorum non eiicitur (id est, cordis immunditia & carnis luxuria non potest eici) nisi in oratione & ieiunio. Oratione enim cor à polluta cogitatione mundamus; ieiunio carnis petulantiam refranamus.

Matth. 17. & Marc. 9.

*Erit opus iustitiae pax, & cultus iustitiae silentium & securitas usque in sempiternum.* Opus iustitiae, id est, illorum qui sunt iam per gratiam iustificati, est pax; fundamentum totius boni operis ponunt in pace mentis. Et sic cultus, id est, exterior actus & habitus est silentium. Cum homo interior quiescit in pacis domo, homo exterior sedet in quodam honestatis & securitatis silentio: secum taliter quiescenti & habitanti securitas erit in sempiternum.

#### C A P. XXXIII.

*Obturat aures suas ne audiat sanguinem.* Id est, qui peccatis suadentibus non praebet consentium, & claudit oculos suos ne videat malum, id est, illud quod renitenti aduersum est, non approbat, iste in excelsis habitat secundum virtutem, licet secundum carnem inferius teneatur munimenta saxorum sublimitas eius, id est, operis stabilimentum, quia iam terrena desideria vitæ calcavit. Panis ei datus est, id est, refectio spiritualis, immo specialis gratiae.

#### C A P. XXXIV.

*Tabesceat omnis militia caelorum, & complicabuntur sicut liber, calii.* Aer iste igne inuoluetur, & plicari videbitur sicut liber. Postquam enim omnia peccata aperta fuerint & reuelata, complicabuntur libri qui aperti fuerant, ut ultra in eis non scribantur delicta.

*Gladius Domini repletus est sanguine, incrassatus est adipe de sanguine agnorum & hircorum, & de sanguine medullatorum arietum.* Victima enim Domini in Bosra & interfectio magna in terra Edom. Et descendent unicornes cum eis, & tauri cum potentibus. Inebriabitur terra eorum sanguine, & humus eorum adipe pinguium; quia dies ultionis Domini, annus retributionis iudicij Sion. Et conuertentur torrentes eius in piscem ardentem nocte & die, non exstinguetur in sempiternum. Ascendet fumus eius à generatione in generationem, id est, in die iudicij. Gladius est potestas Domini vlciscens de inimicis. Repleta sanguine & incrassata adipe, id est, puniet peccata & opulentiam carnalium. De sanguine agnorum, id est, hypocritarum, qui cum sint lupi, agnos se simulant. Et hircorum, id est, libidinolorum & medullatorum arietum, id est, aliquorum pinguium Abbatum & Priorum, qui sunt daces gregis. Victima enim, id est, vltio

Domini in Bosra, quæ interpretatur munita, scilicet discordia & dissoluta claustralium congregatione, quæ est exterius munita muris, sed interius omni transeunti vitio exposita. Vnde Isa. 51. Posuisti ut terram corpus tuum & quasi viam transeuntibus, & interfectio magna in terra Edom, qui interpretatur sanguineus vel terrenus, id est, in clericis, qui sanguine luxuriæ & terra pecuniæ sunt coinquinati. Et descendent unicornes eius, id est, Imperatores & Reges huius mundi. Omnes isti qui veram penitentiam de peccatis non egerunt descendent cum potentibus, id est, huius sæculi principibus & potestatibus in infernum, quæ est terra morientium, quæ eorum sanguine & adipe, id est, malitia & superbia inebriabitur.

*Dies ultionis in corde meo.* Autumnus resurrectionis; in qua exufflatis paleis pœnalitatis & puluere mortalitatis, illa humanitas verbi gloriosa & immortalis reposita est in cellario, id est, ad dexteram Dei patris.

*Erit cubile draconum & pascua struthionum, & occurrent demonia, onocentauris & pilosus clamabit alter ad alterum, ibi cubauit lamia & inuenit sibi requiem, & ibi habuit foueam ericius & enutriuit catulos, & circumfodit & fouit in umbra eius.* Nota quod in hac auctoritate ponuntur septem genera bestiarum, quæ sunt draco, struthio, onocentaurus, id est, asinus & centaurus, pilosus, lamia, ericius. Per has bestias septem genera peccatorum intelligimus, quæ omnia & sibi similia plenarie debent denudari in confessione, sicut fuerunt petra tracta in mentis consensu & operis effectu. Dicit ergo, *Erit cubile draconum, &c.* In dracone, notatur odij & detractionis venenosa malitia; in struthione, hypocrisis & fallacia; in asino, luxuria; in centauro, superbia; in piloso avaritia & usura; in lamia, hæretica superbia; in ericio verba peccatoris excusatio. Dicamus ergo sic: *Erit cubile draconum, &c.* Mens vel conscientia peccatoris est cubile draconum per odij, & detractionis venenum. Vnde in Cantico Moyssi, Deuter. 32. *Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile.* Et bene dicit insanabile, quia Eccles. 28. *Plaga flagelli linorem facit; sed plaga lingua detractionis intrus ossa virtutum comminuit.* Bene ergo dicitur, *Erit cubile draconum.*

Sequitur. *Et pascua struthionum.* Struthio, quæ pennas habet, sed propter corporis sui magnitudinem volare non potest, hypocritam significat, qui terrenorum amore, & onere agrauatus sub penna falsæ religionis se mentitur accipitrem volatu contemplationis. Penna, inquit Iob 39. *Struthionis similis est pennis Herodij & accipitris.* In mente falsi religiosi pascua sunt struthionis. Et vide quod proprie dicitur pascua, hypocrita enim dum penna accipitris laudatur, ipsa sua laude pascitur. Facit enim sicut pascua, qui cum à pueris laudatur, plantam sitarum gloriam ostendit, & per caudam facit rotam, & eam faciendo turpiter posteriora discooperit. Sic hypocrita cum laudatur, sanctitatis (quam videtur habere) plumas ostendit; & suæ conuersationis rotam facit. Dicit enim, istud & istud feci, ita incepti, & dum sic se rotat, suæ turpitudinis sceditatem demonstrat. Stultitia enim displicet inde, vnde placere putat.

Et accipit

*Et occurrerunt demonia, &c. Onocentaurus, Onos græcè, asinus latinè, per quem luxuriosus intelligitur.* Asinus enim stolidus est, piger, & timidus: sic luxuriosus stolidus, quia amisit veram sapientiam quæ sobrius hominem facit. Et sic carnis luxuria expellit, & stolidum facit. Est etiam piger & timidus sicut asinus. Dicitur in naturalibus quod animal habens magnum cor est timidum, & habens mediocre est magis audax. Et occasio quæ accidit huic animali ex timore non est nisi quia calor cordis est medicus, & non potest implere ipsum, quia calor paruus in cordibus magnis debilitatur, & efficitur propter hoc sanguis frigidior. Corda autem magna sunt in leporibus, ceruis, asinis, & muribus, & sicut ignis modicus calefacit minus in domo magnâ quam in parua, ita est calor in istis. Sic & luxuriosus habet magnum cor ad cogitandum, & committendum magnam nequitiam & magnâ luxuriam, sed parum vel nihil habet de calore & amore Spiritus sancti. Ideo timidus, instabilis, & inconstans in omnibus viis suis.

Psal. 21.

Per centaurum, superbus designatur. Vnde per Porphetam conqueritur Dominus, Psal. 21. *Tauri pingues obsederunt me, id est, superbi pingues opulencia temporali obsederunt me, tanquam Iudæi iterum volentes me crucifigere.* Onocentaurus, ergo, id est, luxuriosus & superbus demonia occurrent in hora mortis, ut egredientes animas abripiant, & secum ad pœnas æternas trahant, ut quos habuerunt in centores in culpa, habeant tortores in pœna.

*Et pilosus clamauit alter ad alterum.* Pilosus sunt auari & usurarij, qui bene dicuntur pilosi, id est, pecuniosi. Auaritia clamat usuram, & usura avaritiam, illa inuitat istam, & ista illam. Proh dolor! clamor istorum pilosorum iam impleuit totum mundum. Hos significat pilosus Esau, qui interpretatur quercus. Et auari & usurarij sunt pilosi in accipiendo, & quercus, id est, duri & inflexibiles in reddendo.

*Ibi cubauit lamia, & ibi inuenit requiem.* Lamia quæ, ut dicitur, est bestia faciem habens humanam, sed in bestialem desinens caudam, hæreticos significat, qui ut facilius decipiant, humanitatis sumunt faciem, & verba suauia prærendunt. Vnde de eis Thren. 4. *Lamia nudauerunt mammam, lactauerunt catulos suos.* Mammam hæretici denudant, dum in illa perfidia nutriunt suos credentes perfidos. Qui bene dicuntur catuli, & non filij, quia nihil aliud noverunt, ut pote rustici, sutores, pelliparij, nisi contra Ecclesiam latrare, & eius Catholicos blasphemare.

Thren. 4.

*Ibi habuit foueam Ericius.* Nota quod Ericius est totus spinosus, quem si quis capere voluerit, totum intus se abscondit, & efficitur quasi Sphæra in manu tenentis, Caput & os habet inferius, & intra os habet quinque dentes. Ericius est peccator obstinatus, spinis peccatorum vndique obfitus. Hunc si de peccato perpetrato redarguere volueris, statim intus se recolligit, & culpam quam commisit, excusando abscondit. Et sic caput & os habet inferius vel inferius. In capite mens, in ore locutio designatur. Dum peccator se de perpetrata nequitia excusat, quid aliud facit, nisi quod mentem & verba inferius ad terram inclinat: vnde dicitur etiam habere quinque dentes in ore, qui sunt quinque modi excusationum in ore obstinati

Cum enim redarguitur, aut se excusat ignorantia, aut fortuna, aut diaboli suggestionem, aut carnis suæ fragilitate, aut proximi occasione, & ita enutrit (ut subdit Isaias) catulos, id est, motus suos, & circumfodit, & fouet in umbra suæ excusationis. Hæ septem bestie, sub quarum numero peccatorum omnium genera comprehendendi possunt, in deserto nostræ confessionis debent abundanter & plenarie apparere, ut nihil sacerdotem lateat, vel confitentem subter fugiat, quin omnia ad vnguem peccata & circumstantias peccati confiteatur.

*Pilosus clamabit ibi, alter ad alterum.* Hodie in Ecclesia pilosus, id est, simoniaci pecuniosi saltant & ludunt, & vnus simoniacus accusat alium tota die, sunt in causis, & curis, clamoribus, vexationibus, & dilaniationibus.

#### C A P. XXXVI.

*Ecce confidis super baculum arundineum confectum istum; super Aegyptum, cui se innixus fuerit homo, intrabit manum eius & perforabit eam.* Abundantia rerum mundi & sanitas corporis sunt quasi arundo quæ radicem habet in luto, interius vacua & exterius pulchra. Hæc arundo si super illam homo innititur, in morte confringitur, confracta vulnerat animam, quæ vulnerata cadit in gehennam.

Sequitur. *Non erubescam.* Vere qui dum viuunt, in Domino confidit, in hora mortis non erubescit.

#### C A P. XXXVII.

*Comede hoc anno quæ sponte nascuntur, & in anno secundo pomis vescere. In anno autem tertio seminare, & metite, & plantate vineas.* Nota, quod triplex est status bonorum, qui in hoc triplici anno designantur, scilicet incipientium, proficientium, & perfectorum. Incipientes gratia gratis data præuenti comedunt, quæ sponte nascuntur. Hoc est quod dicit Dominus Osee 14. *Diligam eos spontaneæ, nullis enim meritis præcedentibus, sed sola Dei benignitate & gratia reficiuntur.* Proficientes quasi in secundo anno pomis bonorum operum vescuntur, ut bona voluntas quæ prius erat in affectu, sit in effectu. Perfecti vero sunt quasi in tertio anno affluentes omnimoda copia beatitudinis, & plenitudinis. Vnde Psal. *Benedices corona, id est, vitæ iustorum perfectæ, anni benignitatis tuæ, & campi tui implebuntur vbertate.*

Osee 14.

*Venerunt filij usque ad partum, & virtus est parienti.* Quod sit cum peccatum est in ore, sed præ confusionem non aperitur in confessione. Et sic moritur infelix anima, quæ si doleret & laboraret, proculdubio de partu gauderet, sed quia quietem & tepiditatem habet, ex qua congregatur in ea multarum malarum cogitationum superfluitas, ideo eius dispositio peioratur, & in partu periclitatur. Vnde dicit Hieron. *semper aliquid agendum est, ne manu cessante ager nostri peccatoris malarum cogitationum sentibus occupetur.* Et Isidorus. *Gratius libido vrit quem inuenit otiosum.* In anima vere penitenti est dolor & labor. Et ideo partus

confessionis leuis & facilis. Nam labor consumit superfluitates, & est ex eis quæ faciunt evaporare multum.

*Ponam circulum in naribus tuis, & frenum in labiis tuis, & reducam te in viam per quam venisti.* Circulus dicitur eo quod in circumdatione currit. Significat Christum, qui sicut circulus est regressus vnde egressus: Nam egressus est à patre, excursus vsque ad inferos, recursus ad sedem Dei.

Circulus igitur positus est in naribus diaboli; quia sapientia Dei incarnata est vt nos veram doceret sapientiam, & sic per sapientiam ab eo doctam diaboli insidias, quæ in naribus designantur, annihilaret. Nares dicitur eo quod per eas aer vel spiritus manat insidiarum calliditatem significant. Nam coniecturis exterioribus & hominum complexione quasi per odoratum narium præsentit & odorat diabolus ad quæ vitia vnusquisque sit magis applicabilis, & ibi laqueos tendit: sed Dei sapientia eruditus istos laqueos si voluerit, euitabit.

Sequitur, *Et ponam frenum in labiis tuis.* Frenum est crux Christi, quia diabolus infranatus tanquam equus non potest nos deuorare sicut consueuerat.

## CAP. XXXVIII.

**C**onuertit faciem suam ad parietem, scilicet ædifici, quia ad remplum ire non poterat ægritudine grauatus. *Orat Dominum & dicit, obsecro Domine, &c.*

Et sequitur, *Et fleuit fletu magno.* Glossa, quia moriebatur sine filiis, & promissionem factam patribus suis tenebat perituram pro peccatis suis.

Sequitur, *Ecce ego adiuciam super dies tuos quindecim annos, &c.* Nota, paries dicitur à parilitate, est humanitas Christi, in cuius vita nulla fuit inæqualitas. De quo pariete sponsa Cant. 2. *En ipse stat post parietem nostrum.* Isai. 25. *Spiritus robustorum,* id est, Iudæorum, quasi turbo impellens parietem, id est, infans: non subuertens parietem, id est, Iesum in passione immobilem. Ad huic ergo parietem o peccator qui animæ tuæ infirmitate detineris te ipsum conuerte, contritione, scilicet cordis & veritate confessionis quam debes facere cum fletu magno, & finalis perseverantiæ proposito. Et sic petitiones tuæ innolescent apud Deum. Adiciit enim super dies tuæ patientiæ vel penitentiarum annos gloriæ, & de manu Regis Assyriorum, id est, diaboli & eius ministrorum eruente, & ciuitatem, id est, animam & corpus proteget & defendet.

*Audisti orationem tuam, & vidi lachrymas tuas.*

Item, Isai. 16. *Inebriabo te lachryma mea Eschbon & Eleale.* Eschbon interpretatur cingulum tristitiæ vel cogitatio mæroris. Eleale consensio interpretatur, & significat animas penitentium, quæ cingulo tristitiæ & mæroris accinguntur, vt expediti valeant conscendere ad domum Domini.

*Qui infirmus cecidit in lectum, & conuersus ad parietem qui remplum Domini respiciebat fleuit;* cui conceditur salutis vita quindecim annorum proles qua priuabatur, & sol retrocessit,

noc non de manibus eripitur Regis Assyriorum, & ciuitas liberatur. Ezechias. Auxilium peccatorum significat, cui diuinum auxilium præstatur, infirmitas peccatum cui debet mors secunda succedere. Hic diuinam sententiam considerans ad parietem se conuertit. Paries, peccatum: iniquitates enim nostræ diuiserunt inter nos & Deum, & dicitur hic paries à parando.

Item, paries vilitas proprii corporis, quod corpus separat à Deo, cum teneat animam incarceratam. Apostolus Rom. 7. *Infelix ego homo quis me liberabit à corpore mortis huius!* Plorat igitur Ezechias dum detestatur & ingemiscit culpam commissam, & ideo conceditur ipsi vita spiritus per gratiam, proles operum, liberatio de manu hostium. Sol etiam qui ad occasum ei per decem gradus accesserat, id est, per decem præceptorum transgressionem, retrocedit per misericordiam. Quindecimanni vitæ sunt requies animæ. Per septenarium enim, quod est numerus perfectus significatur requies animæ, & per octonarium resurrectio corporum, quia Christus primitiæ resurgentium surrexit die octauo.

*Recogitabo tibi omnes annos meos.* Memoria debet esse de duobus, scilicet de peccatis. *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.* Et de Dei beneficiis, Thren. 3. *Recordare paupertatis & transgressionis meæ, absinthij & fellis. Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea.*

## CAP. XL.

**V**ox clamantis in deserto. Nota, ista vox est prædicatio: clamans, Christus; desertum, ipsius crux: vox est in aere, & prædicator totus debet esse æreus, id est, cælestis, vt eius conuersatio sit in cælis. Vnde Exod. 24. dicitur, *Quod sub pedibus Domini erat quasi opus lapidis Saphyri, & quasi cælum quod serenum est.* Saphyri colorem habet æris, opus lapidis Saphyri est vita iusti prædicatoris, qui mentis humilitate est subiectus pedibus Domini: Incarnationis, & in aere suspensus contemplatione cælestis beatitudinis. Vnde alibi ait. *Qui sunt isti qui vt nubes volant & quasi columba ad fenestras suam?* Prædicatores sancti dicuntur nubes, id est, leues quasi nubes exoneratæ terrenis; pluunt verbis, intonant minis, coruscant exemplis, volant in cælum virtutum pennis: Et quasi columbæ simplices stant ad fenestras, custodientes quinque sensus corporis sui, ne mors intret domum suæ mentis. O Domine! si talem vocem audirem cum Adam, clamarem, Vocem audiui tuam, & timui, vox talis non hominis, sed quasi sublimis Dei. Sonet ergo vox tua in auribus meis, à tali voce contremuerunt labia mea.

## CAP. XLI.

**S**piritus sapientia & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientia & pietatis, & spiritus timoris Domini. A quolibet autem horum debet homo duci in vnum desertum, nam in primū desertum i. cælum debet homo duci à spiritu sapientiæ per contemplationem cælestiū,

vt nobis figuratum est, Exod. 3. Vbi dicitur quod Moyses minabat oues, id est, sensus & cogitationes ad interiora deserti, id est, ad contemplationem gaudiorum paradisi. Ibi vidit diuinam apparitionem, ibi audiuit supernam allocutionem, ibi aspexit diuinam incarnationem, ibique accepit sui populi diuinam liberationem. In secundum debet homo duci à spiritu intellectus per considerationem, & peccatorum discussionem. Sic dicitur intelligere quasi intus legere, Ierem. 2. Vide vias tuas in conualle, id est, in culpabili deiectione tui: scito quid feceris, scilicet per diligentem discussionem, & intus in corde tuo, & in libro conscientie tuæ omnem vide iniustitiam quam tibi conscripsisti. Psalm. *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.*

De isto deserto habemus figuram Gen. 21. vbi dicitur quod Ismaeli erranti apparuit in solitudine Angelus Dei, aperuitque ibi fontem vt biberet, quo recreatus factus est sagittarius & habitauit in deserto Pharan. Ismael enim vir adiutus interpretatur, vel assumens exauditionem Domini, & signat peccatorem qui à Deo exauditur, & à diuina gratia adiutus, Psalm. *Cum clamarem ad Dominum exaudivit me, & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.* Huic Deus fontem misericordiæ aperit, & tandem habitat in deserto Pharan, id est, corde frugifero, quia fruges meritorum à corde oriuntur. Pharan frugifer interpretatur & efficitur vir sagittarius, dum scilicet motus bestiales insurgentes in corde venatur & insequitur, ipsosque iaculat & perimit, sagitta Dei salutis contra Syriam, videlicet contritione & detestatione.

Tertium desertum est penitentia. In hoc debet homo duci à spiritu consilij, quia penitentia de sacerdotis consilio est habenda, Matt. 3. *Ite & ostendite vos sacerdotibus.* Et dicit vos, non alios. Homo enim sola peccata propria non aliena confiteri debet.

De hoc deserto Num. 10. dicit Moyses ad Heliab, aut Obab filium Raguel: veni nobiscum, & noli nos relinquere: tu enim nosti in quibus locis per desertum castra ponere debeamus, & eris ductor noster. Heliab interpretatur diuina paternitas, & sacerdotem merito præfiguratur, qui pater est spiritualis. Raguel vero pastor. Est enim sacerdos pastor populi, sed filius illius pastoris, qui dicit Ioan. 10. *Ego sum pastor bonus.* Ad hunc spectat ducere populum per desertum penitentiarum, & designare loca vbi populus castra, id est, stationes debeat collocare, puta superbi in valle humilitatis, desperati in monte fiducia, lasciuui in loco aspero & aultero, & sic de aliis. Quartum desertum, id est, religionis professionem ardua vita aggreditur, ideo talibus professoribus dictum est, *Estote fortes in bello,* nam nemo mittens manum ad aratrum, &c.

In quintum desertum, id est, in cruce debet homo duci à spiritu pietatis & compassionis. Nam ad ipsam curialiter inuitat nos, Threnorum 1. *O vos omnes qui transitis per viam, &c.* Et Psalm. *Respice in faciem Christi tui,* 2. Machab. 3. Iam vero qui viderat vultum mente sacerdotis vulnerabatur. Facies enim & color immutatus declarabat internum animi dolorem; circumfusa enim erat mælitia quædam viro, &

horror corporis, per quem manifestus aspicientibus dolor cordis efficiebatur. Istud est desertum Sur. Exod. 15. quod angustia suæ acerbissimæ interpretatur. Vbi erant aquæ penitentiæ amarissimæ. De quibus filij Israël bibere non poterunt quousque verus Moyses lignum misisset in eas, & tunc in dulcedinem sunt conuersæ. Sicut patet in B. Andræa dicente, *O hanc crux diu desiderata, &c.* In sextum desertum, id est, mundum debet homo duci à spiritu scientiæ; vt scilicet videat quomodo oporteat eum caute ambulare in medio nationis prauæ & peruersæ, Eph. 5. *Videte quomodo caute ambuletis. Nam quasi vulpes in deserto Prophetæ tui Israël.* Ezech. 13. Et bene quasi vulpes, quia omnia quæ sunt in mundo tibi fraudulenter propheterant, videlicet caro falsas delicias, mundus altas siue densas potentias, oculus vanas diuitias. In septimum desertum & vltimum, sc. in infernum debet homo duci à spiritu timoris, vt consideret, quod ibi, vt Matth. 22. *erit fletus & stridor dentium.* Sic contremiscat pauore, Psalm. *Timor,* scil. animi, & tremor, sc. cordis. *venerunt super me.* Malach. 1. *Posui montes eius, id est, superbiam rectorum & vanam fiduciam in solitudinem, & hæreditatem eius, id est, portionem eius in draconem deserti.*

## CAP. XLII.

**Q**uis cæcus nisi qui venundatus est? & quis cæcus nisi seruus Domini? qui vides multa, nonne custodies? Qui sunt hodie cæci, id est, superbi, nisi illi qui vocantur serui Domini, & videntur seruire Domino, id est, religiosi & clerici? Qui sunt cæci & superbi nisi illi qui multa vident in scripturis & nihil custodiunt?

*Dominus sicut fortis egredietur, sicut vir præliator suscitabit zelum,* id est, vltionem. *Vociferabitur & clamabit, super inimicos suos confortabitur.* Tacui, semper silui, patiens fui, sicut parturiens loquar, dissipabo & absorbebo, simul desertos faciam montes & colles, & omne germen eorum exsicabo. Tacuit Dominus tanquam ouis ad passionem ductus. Silet modo ad flagella. Vnde Iob 21. *Virga Dei non est super eos.* Patiens est expectans ad penitentiam, Sap. 11. *Disimulans peccata hominum propter penitentiam.* Sed in iudicio quasi parturiens loqueretur dissimulatum dolorem proferens. Tunc dissipabit congregationes diuitiarum, & absorbebit potentiam eorum, desertos faciet montes & colles; id est, superbiam Prælatorum & subditorum, & omne germen gulæ & luxuriæ eorum exsicabit.

## CAP. XLIV.

**E**fundam super sientes aquas & fluentia super aridam, effundam spiritum meum super semen tuum, &c. Sitiens & arida est anima ante baptismum. Nam eramus (inquit Apostolus Ephes. 2. filij iræ natura. Sed Dominus effundens aquam baptismalem effudit spiritum & suam gratiam vt de filiis iræ faceret filios gratiæ. *Et sim semen & spiritus,* id est, filij sanctæ Ecclesiæ, & germinent herbas, id est, sanctos, quasi



quasi salices, id est, in fine virtutibus inhærentes. *Iuxta præterfluentes aquas*, id est, charismata gratiarum.

*Efundam aquam super sitientes.* Aquam salutari sapientiæ sitiunt hodie pauperes simplices, idiotæ, rustici, & vetulæ. Ciues vero Babylonæ qui ebriantur aureo calice meretricis magnæ, sapientes & consiliarij Pharaonis, qui (vt dicitur Iob 32.) pleni sunt sermonibus, & coarctat eos spiritus vteri eorum, & venter eorum quasi multum asque spiraculo quod lagunculas nouas dirumpit; credite mihi quia non tales, sed soli pauperes euangelizantur.

*Qui dico profundo desolare, & flumina tua arefaciam: qui dico Hierusalem adificaberis, & templo fundaberis.* Profundum dictum quasi procul à fundo est abyssus cogitationum malarum; quæ si fuerint desolatæ, & flumina concupiscentiarum, quæ fluunt per carnalem sensum fuerint arefacta, tunc populus, id est, mens fundabitur in saphiris, id est, vitæ æternæ desiderijs; & Hierusalem, id est, cælestis conuersatio adificabitur cum propugnaculis, scilicet paupertatis, obedientiæ, & humilitatis.

## CAP. XLV.

*Qui contradicit factori suo, testaque est de Samijs terra*, id est, fictilibus. Samos ciuitas in Samo insula, vbi figulorum ars est reperita. Testa dicta quasi tosta, est falsus Christianus. Testa, quia sine deuotione; fragilis opere; fictilis creatione. Qui contradicit factori suo, Christo; qui eum manibus in cruce affixis, nisi per ipsum stetit, in primæ dignitatis honorem restituit: quare ergo infelix contradicit factori suo? vir malæ vitæ redemptori suo?

*Labor Egypti & negotiatio Aethiopia & Sabaim viri sublimes ad te transibunt & tui erunt, &c. vsque deprecabuntur.* Egyptus interpretatur tribulatio coangustans, ecce concupiscentia carnis, quæ coangustat & tribulat animam. Aethiopia tenebræ vel caligo, ecce concupiscentia auaritiæ, quæ obtenebrat oculos sapientum. Sabaim, captiui, ecce seruitus dura diaboli, scilicet sublimitas superbiæ. Contra ista tria Dominus apouit remedia, scilicet vitæ innocentiam contra carnis laborem. Spiritus paupertatem, contra auaritiæ concussionem vel negationem sui sanguinis passionem vel effusionem contra superbiæ sublimitatem. Vnde cum Dominus in se tibi ostendit ad incitandum, requiem à labore Egypti, à concussionem vel negationem Aethiopiæ, à seruitute diaboli & sublimitate superbiæ per suæ passionis humilitatem tibi dedit requiem, plenius daturus cum hoc mortale induet immortalitatem. Et tunc fumus parabolum contra Regem Babylonis, id est, carnis famulum; vel mundum, vel diabolum: Et dices, quando cessauit exactor, id est, carnis tyrannus, qui quotidie exigebat denarium voluptatis, contriuit Dominus baculum, id est, dignitatem impiorum, & virgam, id est, superbiam, & virgam, id est, superbiam dominantium; quæ cedebat populos, subiiciebat gentes, persequabatur crudeliter: tunc terra, id est, caro nostra conuiescet, id est, simul eum spiritum quiescet à labore tentationis; silebis à concupiscentia mundanæ voluptatis;

gaudebit & exultabit à seruitute diabolicæ elationis.

## CAP. XLVI.

*Ego feci, scilicet hominem, ego feram, & ego portabo, & saluabo.* Nota, ego feci hominem, ego feram in humeris meis, tanquam ouem errantem & lassam, & ego portabo sicut nutrix, quæ portat infantem in brachijs. Et quid pater respondere potest nisi vt dicat, & ego saluabo?

## CAP. XLVII.

*Descende, sede in puluere virgo filia Babylon.* Nota singula verba, ô anima peccatrix, quæ diceris virgo propter boni operis sterilitatem, filia propter effæmationem: Babylon, propter peccati confusionem; descende à tui cordis elatione; sede, per humilitatem. In puluere, propter tuæ vilitatis confusionem. Hæ sunt inferiores partes terræ, ad quas considerandas si prius descenderis, post ascendere poteris.

## CAP. XLIX.

*Ecce in manibus meis descripsi te.* Ad scribendum tria sunt necessaria, sc. charta, atramentum & penna. Manus Christi fuerunt quasi charta, sanguis quasi atramentum, clauis quasi penna. Descripsit ergo Christus nos in manibus suis propter tria. Primo vt patri cicatrices vulnerum, quæ pro nobis sustinuit, ostenderet, & sic eum ad misericordiam inuiteret. Secundo vt nostri nunquam obliuisceretur. Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum?

Sequitur. *Ego non obliuiscar tui, ecce descripsi te.* Tertio, quales esse & quid credere debeamus, scripsi in manibus suis.

*In vacuum laboravi, sine causa & vane fortitudinem meam consumpsi.* In vacuum laboravi, dicit, quia cum peccamus mortaliter, quantum in nobis est laborem quem pro nobis sustinuit vt nos recrearet, vacuum, id est, sine effectu alicuius utilitatis facimus, & fortitudo diuinitatis quasi consumpta fuit in infirmitate humanitatis.

## CAP. L.

*Rigit mane, mane erigit mihi aurem vt audiam quasi magistrum.* Erige ergo, ô surde tanquam ceruus aures, & audi magistrum tuum, & sic cognosces diabolum, vel diaboli venatoris astutiam, sed si aures depresseris & obedire contempseris, crede mihi quod interficietis.

*Faciem meam non auerti ab increpantibus & conspuentibus in me, & ideo non sum confusus, id est, in me nulla est inuenta macula confusionis.*

*Posuit faciem meam vt petram durissimam.* Petra enim cum percutitur non repercutit, nec contra se frangentem remurmurat. Sic Christus cum malediceretur, non maledicebat, &c.

*Posuit faciem meam vt petram durissimam, & scio, &c.* Verba illa sicut Christi in certami-

ne

ne positi in quibus ostendit in se documentum summæ perfectionis, & duo ponit. Primo, fortitudinem triumphantis patientiæ, ibi, *Posui faciem meam vt petram durissimam.* Et sic compleatur in eo illud Ezech. 3. *Ecce dedi faciem tuam valentiorum faciebatur eorum & frontem tuam duriorum frontibus eorum, vt adamantem & siliem dedi faciem tuam.* Secundo, rectitudinem perleuerantis innocentiam, ibi, *& scio quoniam non confundar, scilicet, in innocentia condemnantis.* Vnde Psal. *In te Domine speravi, non confundar in æternum.* Dicit ergo *posui faciem, &c.* In quo insinuat fortitudinem & rectitudinem, scilicet patientiæ & innocentiam, quia terroribus perstitit aduersa non fuit flagellis attonita, nec conuictis consternata.

## CAP. LI.

*Leuare, eleuare, consurge Hierusalem.* O anima! eleuare à carnis tuæ illecebra, eleuare à mundi concupiscentia, consurge ad æterna gaudia. In mortis articulo securus erit; qui ita animam suam leuauerit.

*Consurge, consurge, induere fortitudinem brachium Domini.* Consurge sicut in diebus antiquis, &c. Dicit ergo brachium Domini, id est, ô fili! quies brachium patris, consurge de folio paternæ gloriæ, consurge carnem assumendo, induere fortitudinem diuinitatis contra mundi principem, vt fortior fortem eiicias. Consurge genus humanum redimendo. Sicut in diebus antiquis populum Israeliticum à seruitute Egyptiaca liberasti. O fili! tu percussisti superbium, id est, diabolum, ipsum de cælo expellendo. Vulnerasti draconem in tua passione eidem dominium auferendo. Tu siccasti mare scilicet rubrum, &c. Quasi dicat, Dominus mare & aquam abyssi vehementis siccauit, cum potentiam diaboli, quæ in mari, & ipsius fallaciam, quæ in abyssi designatur, destruxit, & sic posuit profundum inferni, scilicet viam vt transiret liberati.

## CAP. LIII.

*Exite de medio eius, id est, peccati; & mundamini qui fertis vasa Dei.* Principium medicine est causam doloris & languoris incidere, ne diutius ea quæ nocent, ad incrementum ægritudinis ministrantur. Cessante enim incentiuo culpæ atque delicti, simul tutus atque indefessus vigor animæ se transfundit.

*Quasi absconditus vultus eius.* Et bene dicitur absconditus. Hamus enim diuinitatis absconditus fuit in esca humanitatis, vt (sicut dicit Isaias cap. 27.) occideret cetum, id est, diabolum, qui est in mari, id est, in mundo falso & amaro.

## CAP. LIV.

*Disciplina pacis nostra super eum, & linore eius sanati sumus.* Disciplina dicta est, quia addiscitur plena. Dei filius pro nobis suscepit passionis disciplinam, vt per sanguinem suum

pacificare, & quæ in cælis & quæ in terris. Deo patri scilicet genus humanum reconciliando.

*Fundabo te in saphiris, & ponam lapidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos.* lapis viridis est coloris, & dicitur fugare phantasias; & significat paupertatem, quæ in viridi fide hominem conseruat, & phantasias, id est, diuitias quæ homines deludunt, fugat. Fides enim spernit temporalia, quæ qui diligit, fidem abiicit, si ædificium nostræ conuersationis ædificatur cum propugnaculis paupertatis, non sunt timendæ sagittæ antiqui hostis. Portæ sunt quinque corporis sensus, quos Dominus tunc in lapides sculptos ponit cum oculi lachrymarum effusione, manus eleemosynarum largitione pedes infirmorum visitatione sculptantur. Et tunc dum talem sculpturam cælat Deus in portis sensuum, iniquitatem corporis nostri auferit.

*Ego creavi fabrum flantem in igne prunas, proferentem vas in opus suum.* Quod auro ignis, quod luna ferro, hoc facit tribulatio homini iusto, quia dapiferi nostri ministrant nobis ferula patientiæ, & mansuetudinis, vnde filij Dei efficiamur.

## CAP. LV.

*In latitia egrediemini, scilicet à corpore, & cum pace deducemini, ad patriam cælestem.* Montes, id est, Angeli, & colles, id est, Apostoli, cantabunt coram vobis laudem, & omnia ligna regionis, id est, animæ sanctorum plaudent manibus de vestro consortio, exultantes & Dei filium collaudantes.

*Pro saliuca ascendet abies, & pro vrtica crescet myrtus.* Saliunca est auaritia amara & infructuosa. De qua cum Dominus gratiam menti infundit, abies cælestis contemplationis ascendit. Vrtica dicta eo quod tactus eius, corpus adurat; est enim igneæ naturæ, significat carnis luxuriam. Pro qua fecit Dominus ascendere myrtum continentiam. Stat ergo Dominus inter myrteta, id est, inter illos qui virtute munditiæ; odore bonæ famæ in profundo humilitatis Deo seruiunt.

## CAP. LVI.

*Non dicat Eunuchus, id est, qui se propter regnum cælorum castrauit, id est, continentiam promisit. Ecce ego lignum aridum. Quia hac dicit Dominus Eunuchis. Qui custodierint Sabbata mea, id est, cordis munditiam, quæ est peccatoris, & elegerint quæ volui, id est, continentiam cordis. De qua dicit Apostolus 1. Thess. 4. *Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra, vt sciat unusquisque vas suum possidere; id est, corpus suum, in honore & sanctificatione. Et tenuerunt, sedus quod peccigerunt mecum, scilicet in baptismo. Dabo eis in domo mea, in qua mansiones multæ sunt, & in muris meis.* Vnde Ioann. Apoc. 21. *Erat structura muri eius ex lapide iaspide, qui viridis coloris est, in quo eterne viriditatis iocunditas designatur. Locum, de quo Ioan. 14. *Vado parate vobis locum, & nomen melius id est, excellentius. Et filijs & filiabus nomen scripseris***

Apo. 3.

num. De quo Apoc. 3. Scribam super eum nomen meum, & nomen civitatis novae Hierusalem, quia pacifica. Nomen ergo sempiternum dabo eis quod nulla obliuione delebitur.

Sequitur de obedientia. Germinans germinabit, exultabit letabunda. Nota, quod vera obedientia in se habet quinque, quae in his quinque verbis designantur. Vera obedientia est humilis, deuota, festina, iocunda, & perseverans. Humilis in corde, haec est germinans. Germinans est initium floris: deuota, in voce, haec germinabit. Ex humilitate enim cordis procedit deuotio vocis: festina in iussione, ideo exultabit. Exultauit, inquit Psalm. et gressus ad curendam viam iocunda. in turbatione, haec est letabunda, perseverans in precepti adimplerione, & tunc erit laudans, quia in fine omnis laus canitur. O Religiosi! tale debet esse vestrae religionis desiderium, ad quod de mundi vanitate exitus incolendum.

Omnes bestiae agri venite ad deuorandum. Vniuersa bestia saluus. Speculatores eius caeci omnes, nescientes vniuersi, canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes & amantes somnia, & canes impudentissimi nescierunt saturitatem. Ipsi pastores ignorauerunt, unusquisque ad auaritiam suam a summo ad notissimum. Venite sumamus vinum & impleamur ebrietate, & erit sicut hodie sic & cras, & multo amplius. In bestiis agri, demones, in bestiis saltus motus carnis designantur, qui Ecclesiam & animam fidelem deuorant. Sed quare? quia speculatores Ecclesiae plures sunt caeci, vitae & scientiae lumine privati, canes muti, ramunculum diaboli in ore habentes, & ideo contra luxum latrare non valentes. Vident vana, quia praedicant pro pecunia, curantes contritiones animarum cum ignominia, dicentes, pax, pax, & non pax. Dormiunt in peccatis, amant somnia, id est, temporalia, quae suos amatores deludunt sicut canes impudentissimi, quia frons meretricis facta est eis, & ideo erubescere nolunt, nesciunt saturitatem, semper dicentes affer, affer, & nunquam sufficit. Ipsi pastores se ipsos pascentes nescierunt intelligentiam, de qua Psalm. 100. Intelligam in via immaculata. Omnes in via sua, non in via Christi, declinauerunt unusquisque ad auaritiam suam. Haec est via illorum tenebrosa & labricosa a summo usque ad nouissimum, a dominio porco usque ad porcellum. Isti se inuitant, venite vt sumamus vinum, scilicet cibum luxuriae. Sed credite, 1. Machab. 2. dicitur. Gloria peccatoris steruus & vermis. Hodie extollitur, & cras non inuenitur, quia conuersus est in ruinam, & congregatio perit.

Victimae eorum placebunt mihi. Dicit victimas in plurali, quia haec debet esse duplex. Interior, Psalm. Cor contritum & humiliatum Deus, &c. Exterior, scilicet carnis, ad Rom. 2. Obsecro vos per misericordiam Dei vt exhibeatis corda vestra hostiam sanctam, &c. Viuent; quia mortui peccato sunt viui iustitiae.

CAP. LXII.

Vitam manus tua inuenisti, propterea non rogasti, pro quo, id est, pro diuitiis custodiendis, sollicite tenuisti, quia mentita es, &c. Sequitur. Venient haec duo subito, scilicet ste-

rilitas abundantiae temporalis, & viduitas concupiscentiae carnalis.

Impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest, & redundant fluctus eius, &c. Cor impij quasi mare feruens tumet superbia, feruet luxuria, & sic fluctus malarum cogitationum redundant in conculcationem & luctum.

CAP. LXIX.

Alpimus sicut caeci parietem, & quasi absque oculis tractauimus. Impegimus meridie, quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui. Rugiemus quasi vrsi omnes. Nota ista quatuor verba, parietem absque oculis, in meridie quasi vrsi in pariete, temporalium abundantia; in oculis, vita & scientia; in meridie, Ecclesiastica dignitatis excellentia; in vrsi gula & luxuria designantur. Isti ergo palpant parietem, id est, diuitias quasi molle quid, cum sint spinae pungentes, & cum sint sine oculis vitae & scientiae ipsas attrahant, ipsas suae vitae ducem constituunt rationes ducata carentes. In meridie, id est, Ecclesiasticae dignitatis luce quasi in tenebris impingunt, quia inde excacant vnde illuminari debuerunt. Et tanquam vrsi, quia gulosi & luxuriosi rugiunt ad mel, id est, dulcedinem temporalium. Vrsus dicitur eo quod ore suo formet factus quasi ore caesus. Nam aiunt eos informes generare trigesima die partus suos. Vnde euenit vt praecipitata fecunditas informes tres pariat. Carnes paucillulas edunt, quibus color candidus, oculi nulli, praefestina immaturitate totum tegit sanies exceptis vnguium lineamentis: has lambendo sensim figurant & interdum ad corcas fouent, vt assiduo incubitu calefaciendo naturalem trahant spiritum. Et multa alia vide libro de proprietatibus rerum, si vis. Nostri temporis vrsae, id est, aliqui Praelati effeminati, carnes mortuas, id est, carnales filios parturiunt, quibus est color candidus, veluti monumentis plenis omni spurcitia, sed oculi nulli quibus Deum & proximum contemplantur. In his nulla forma virtutum, nulla species morum, sed tantum fomes peccatorum, exceptis lineamentis vnguium, quibus rapiunt bona pauperum. Has carnes vrsae lambendo, id est, adulando sensim figurant. Illi scilicet figura de qua dicitur, 1. Cor. 7. Praterit figura huius mundi. Quorum assiduo exemplo mali calefacti animalem trahunt spiritum. De quo Apostolus 1. Cor. 2. Animalis homo non percipit ea quae spiritus Dei sunt, & sic animalia cum animalibus, caeci cum caecis in foueam cadunt. Hi cum gustauerunt mandragoras moriuntur. Mandragora est herba aromatica, poma eius sunt optimi odoris in similitudine pomi naturalis, significant opera iustorum, quorum vitae odore vrsi rugientes moriuntur, quibus, vt ait Apost. 2. Cor. 2. aliis sunt boni odor mortis in mortem.

Iniquitates vestrae diuiserunt inter vos & Deum. Specialiter tamen peccatum superbiae, quia ab illo omnis perditio sumpsit initium, vt dicitur, Tob. 4. Vnde ipsa est virgo & principium separandi vos a Deo. Eccl. 10. Initium superbiae hominis apostatare a Deo vos fecit.

CAP.

CAP. LX.

Gloria Libani a te veniet, & abies, & buxus, & pinus simul ad ornandum locum sanctificationis meae. Gloria Libani est castitas corporis, de qua gloriatur anima in Eccl. 24. Quasi Cedrus exaltata sum in Libano, quae interpretatur candidatio. Cedrus suo odore fugat serpentes: in Libano igitur, id est, in corpore casto anima exaltatur quasi Cedrus, quia odore sanctae conuersationis fugat serpentes daemoniace suggestionis, & concupiscentiae carnalis. De hoc etiam Isa. 4. Semper omnem gloriam protectio. Vbi gloria castitatis, ibi protectio diuinae miserationis omnia opera conseruantis. Item abies dicta, eo quod praeter ceteris arboribus altior eat: humilitatem significat, quae praeter ceteris virtutibus altius se extollit.

Erit, inquit Dominus, in lucem sempiternam, & complebuntur dies luctus tui, quia obliuioni tradita sunt angustiae luctus tui, quia abscondita sunt ab oculis, scilicet eorum, qui in hac vita degunt in sanctitate & iustitia, expectantes eum venturum ad iudicium. De quibus dicitur: Etenim vniuersi, qui te expectant non confundentur: immo in sempiternum exultabunt. Vnde de eorum gloria & malorum poena dicitur. Ecce serui mei comedent, & vos esurietis; bibent, & vos sitietis, letabuntur, & vos confundentur. Ecce serui mei laudabunt praer exultatione cordis, & vos clamabitis praer dolore cordis, & praer contritione spiritus ululantes.

Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi columba ad fenestras suas? Profectus Apostolorum volatui nubium columbarum merito comparatur, quia tota vita eorum, in eorum cordibus fuit in praedicatione & in contemplatione: quasi ergo nubes per mundum volauerunt, imbre praedicationis corda populi fecundando, & quasi columbae ad fenestras suas caelestia contemplantur: merito autem comparantur nubibus & columbis, quia vtraque gregatim volant: in quo notatur concordia & vnanimitas Apostolorum sc. rerum, corporum, animarum, doctrinarum. De tribus primis, Actuum 4. Multitudinis autem credentium erat cor. vnum, & anima vna, & erant illis omnia communia &c. De quarto, Matt. 23. Vnus est magister vester: omnes autem vos fratres estis &c. Ergo & vna doctrina debet esse, & ad hanc vnitatem exprimentam in festo vnius omnes reliqui congregantur vt patet in officio eorum: nubes ergo fuerunt, quia alti & suspensi fuerunt per contemplationem. Vnde vnus eorum, nostra inquit conuersatio in caelis est, Phil. 3. Item, quia leues per paupertatem. Matt. 19. Ecce nos reliquimus omnia, &c. Item, quia sicut nubes a mari quidquid hauriunt super terram fundunt: sic Apostoli quidquid a Christo hauerunt, in omnem terram fuderunt. Iuxta illud, Psalm. 11. Si repleta fuerit nubes super terram fundent imbrem. Vnde Actuum 1. Repleti sunt omnes spiritu sancto, &c. Item sicut nubes terram rigando germinare faciunt & fecundant, Iob 37. Frumentum desiderat nubes, Isa. 45. Rorate caeli desuper, & nubes pluant iustum, &c. Item sicut nubes a vento ducuntur, & circumferuntur vbique: sic Apostoli a Spiritu sancto, Matt. 10. Non enim vos estis, qui lo-

Eccl. 24.

Isai. 4.

Act. 4.

Matt. 23.

Philip. 3. Matth. 19.

Psalm. 11. Act. 1.

Iob 37. Isai 45.

Matth. 10.

quimini, sed spiritus vester, qui loquitur in vobis? Act. 8. Et Actuum 8. Dixit spiritus Philippo: & Spiritus Domini rapuit Philippum &c. Iob 37. Nubes spargunt lumen suum quae lustrant cuncta per circuitum quocumque ea voluntas gubernantis duxerit ad omne quod praecipit illis super faciem orbis terrarum. sive in vna tribu, sive in terra sua: & ibidem, numquid nosti semitas nubium, magnas & perfectas scientias. Vnde perduxerunt Thomam ad Indos, Petrum ad Romanos &c. Item sicut nubes feruorem solis temperant: sic Apostoli in iudicio iram Domini. Matt. 19. Sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel, Luc. 21. Videbunt filium hominis venientem in nube, Gen. 19. Arcum meum ponam in nubibus &c. Iudicariam sententiam: haec est nubes obumbrans, quae introduxit in terram promissionis, Exod. 13. Haec est nubecula qua 3. Reg. 18. Primo apparuit parua sed septima vice, id est, in septima aetate, quae modo est magna, quia in fine mundi Apostoli viri multiplices sunt. Nota quomodo per has proprietates nubium debet esse quilibet nubes spiritualiter, vel fac septem proprietates nubis contra septem peccata mortalia &c. de his nubibus effluerunt beneficia, quod patet praecipue in Apostolo Paulo. Primo ros blandae consolationis tribulationum in passionibus, Heb. 11. Recogitate eum qui talem sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt non fatigaretur animis vestris deficientes. 2. Cor. 4. Id enim quod in praesenti est, momentaneum & leue tribulationis nostrae supra modum sublimitate aeternum gloriae pondus operatur in nobis &c. Secundo pluuia eruditionis simplicibus 1. Corint. 11. Tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi non escam. Tertio lux gratiae permissionis iustis proficientibus, Phil. 3. Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostrae configuratum corpori claritatis suae. Quatto virga iustae correptionis 1. Cor. 4. Vultis in virga veniam ad vos, an in charitate & spiritu mansuetudinis? Quinto minae punitiomis duris & rebellibus, Galat. 3. O insensati Galatae, quis vos fascinauit non obedire veritati? 2. Cor. 25. Praedico his qui peccauerunt, & ceteris omnibus, quoniam si venero iterum non parciam. Sexto fulgur excommunicationis obstinatis & contemnentibus, quoniam tradidit fornicatorem Corinthium satanae 1. Cor. 5. Septimo fulgur aeternae damnationis finaliter impoenitentibus 2. Cor. 12. Luceam multos ex iis, qui ante peccauerunt; & non egerunt poenitentiam &c.

Act. 8.

Iob 37.

Matth. 19. Luc. 21. Gen. 19.

Exod. 13. 3. Reg. 18.

Heb. 11.

2. Cor. 4.

1. Cor. 11.

Phil. 3.

2. Cor. 4.

Galat. 3. 2. Cor. 25.

1. Cor. 5. 2. Cor. 12.

CAP. LXI.

Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Domino: e contrario consistentibus in mundo comminatur, Isa. 1. Erubescetes super hortis quos elegeratis, cum fueritis velut quercus defluentibus foliis, & velut hortus absque aqua: & erit fortitudo vestra vt fauilla strappa. In fine vitae suae erubescant carnales super hortis gulae & luxuriae quos sibi elegerunt dum viuerent: & erunt nudi & aridi velut quercus defluentibus foliis, id est, diuitiis & deliciis, & velut hortus absque aqua, quia omnis delectatio cessabit. Amplius enim per canales sensuum non

Act. 8.

Iob 37.

Matth. 19. Luc. 21. Gen. 19.

Exod. 13. 3. Reg. 18.

Heb. 11.

2. Cor. 4.

1. Cor. 11.

Phil. 3.

2. Cor. 4.

Galat. 3. 2. Cor. 25.

1. Cor. 5. 2. Cor. 12.

decurret aqua mundanę voluptatis ad inebriandum concupiscentiam carnis: & tunc erit fortitudo, id est, superbia eorum quasi fauilla, id est, nullius momenti & succendetur a demonibus vtrumque, id est, fortitudo superbię, & opus auaritię, & non erit qui extinguet.

*Induit me vestimento salutis, & indumentum iustitię circundedit &c.* Dominus pœnitentem vestem salutis induit in contritione, & indumento iustitię circundat in confessione, & quasi sponsam decoris corona ornat, id est, operis satisfactione, qui debet procedere ex mentis puritate.

## CAP. LXII.

**T**erra tua non vocabitur amplius desolata, sed vocaberis voluntas mea. Cùm peccator conuertitur: terra, id est, mentis eius gratia inhabitatur: & sic voluntas Domini, quę est vita, inuenitur.

## CAP. XLIV.

**V**tinam dirumpes cęlos, & descenderes, a facie tua montes defluerent; sicut exustio ignis tabescerent, atque arderent igni. Vide quanto desiderio arserat, qui cęlos dirumpi optat: vbi inuisibilem, in carne visibilem videre valeat: dirumpatur cęlum, descendat verbum a cuius facie defluat superbia montium, a facie (inquit) tua, id est, tuę humilitatis, & humanitatis pręsentia defluerent montes. Quis tam superbus, arrogans, & inflatus, si bene attenderes Dei maiestatem exinanitam, potentiam infirmatam, sapientiam balbutientem. Nonne cor eius sicut cera a facie ignis deflueret? Ideo propheta, in virtute tua, id est, in filio tuo, humiliasti nos (vel me) & sicut exustio ignis, id

est, lignum; stipula avari tabescerent. Quis tam avarus considerans Dei filium pannis inuolutum, pręsepio reclinatum, qui non habuit vbi reclinarer, nisi vbi inclinato capite tradidit spiritum; vt non ab amore terreno tabesceret; & omnis eius pecunia sicut exustio ignis in cinerem redigeretur? Et aquę luxuriosi, qui quotidie lapsibus suis contendunt in infernum, arderent igne Spiritus sancti, qui exsiccat humorem luxurię, & confert gratiam continentię.

## CAP. LXVI.

**O**mnia hac manus mea fecit. Manus dicta quasi munus: extende ergo Domine manum pro munere, quę extensa fuit clauo in cruce, & leprosum tange: quicquid enim ea tetigeris, mundabitur & sanabitur.

*Antequam parturiret peperit.* Nota quod beatę Marię duplex fuit partus, vnus in carne, & alter in spiritu: partus carnis fuit virgineus & omni gaudio plenus, quia virgo peperit sine dolore gaudium Angelorum. Vnde dicitur cum Sara Gen. 21. *Risum fecit mihi Dominus, quicquidque audierit congaudebit mihi.* B. Marię debemus correre & congaudere in filij eius natiuitate: debemus & ei condolere in filij eius passione, cuius animam pertransiuit gladius: & tunc fuit secundus partus dolorosus & omni amaritudine plenus: nec mirum, Dei filium, quem Spiritu sancto cooperante, Virgo conceperat, Virgo pepererat, videbat ligno clauis affigi, inter latrones suspendi.

*Quomodo si inferant filij Israel munus in vase mundo in domum Domini.* Filij Israel, id est, fideles, munus, id est, fidem verbi incarnati, in vase mundo, id est, corde mundo debent inferre in domum Domini, id est, in sanctam Ecclesiam.

# INTERPRETATIO MYSTICA IN IEREMIAM.

## IN IEREMIÆ

## CAPVT I.



**V**id tu vides Ieremia, & dixi, virgam vigilantem ego video: & Dominus ad me, bene vidisti, quia vigilabo ego super verbo meo vt faciam illud. Virga a viriditate, vel virtute, vel quod ea viri regantur, sic dicta, significat Christum, qui est Dei virtus, qui secus decursus aquarum, id

est, abundantiam gratiarum plantatus, viridis, id est, ab omni peccato immunis permanet: qui de ipso dicit Luc. 23. *Si in viridi ligno hac faciunt, in Christo quid fiet?* Cui dixit Pater, *Reges eos in virga ferrea,* id est, in inflexibili iustitia: Hęc virga vigilauit super verbo suo vt faceret illud, quia quod verbo prędicauit, facto compleuit & ostendit. Super verbo suo vigilat, qui quod verbo prędicat, opere exercet: vel Christus dicitur virga vigilans, pro eo quod sicut fur de nocte vigilans virga in qua est vincinus, res de domo dormientium extrahendo furatur; sic Christus virga suę humilitatis & humanitatis & vincino suę crucis animas diabolo est

furatus. Vnde dicit, *cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum,* vincino scilicet crucis. *Dies enim Domini* (ait Apostolus 1. Thess. 5.) *Sicut fur in nocte veniet.* Et Apoc. 3. *Si non vigilaueris cito, veniam ad te tanquam fur.* Item Christus dicitur, virga nucę vel amygdalina. Nota quod in nucę vel amygdalo est nucleus dulcis, testa solida, cortex amarus: in nucleo dulci designatur Christi diuinitas: in testa solida, eius caro, quę amaritudinem sustinuit passionis. Hic vigilauit super verbo Patris, quod dicere potest suum, quia vnus cum Patre est, vt faceret illud. Vnde dicit, *Sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio.*

## CAP. II.

**S**cito & crede quia malum & amarum est reliquisse te Dominum. Peccatum relinquendum est propter tria: propter damnositatem, quia facit Dei, & bonorum Ecclesię a se separationem, & facit mitti in pœnas æternas. Propter vilitatem, quia peccatum facit animam de filia Dei meretricem diaboli. *Quam vilis facta es nimis iterans vias tuas.* Si scirem Deum ignosciturum & homines ignoraturos nolle peccare propter peccati vilitatem: propter breuitatem, quia momentaneum est quod delectat, æternum quod cruciat.

*Vide vias tuas in conualle,* id est, cognosce peccata tua in duplici humilitate: humilitas ostendit homini seipsum. Vnde Isa. 19. *Cognosce tur Dominus ab Egypto, & cognoscent Egyptij Dominum, & e conuerso, & sic seipsos.* August. da mi Domine cognoscere te & me.

*Vide vias tuas in conualle,* id est, in culpabili deiectione tui; scito quid feceris, scilicet per diligentem discussionem, & intus in corde tuo & in libro conscientię tuę omnem vide iniuriam quam tibi conscripsisti.

*Sanguis, innoxius, inuentus est, & in alis tuis, & in ornamentis, & in vestimentis tuis, quibus volas per mundum per vanam gloriam. Sanguis Domini, qui de male acquisitis, &c.*

## CAP. III.

**L**ena oculos tuos in directum, & vide vbi num prostrata sis. Heu quam pauci sũnt, qui in directum leuant oculos, omnes ferę in obliquum veluti strabi respiciunt. Ille proculdubio in directum oculos leuat, qui suam iniquitatem pro vt commisit cognoscit; & sicut se habent, ad punctum & ad vnguem directę confitentur. *Lena ergo oculos tuos in directum,* non obliquum, non verecunderis, non timeas: hęc enim duo solent impedire directionem oculorum: dicunt esse quandam auem, quę si recto & directo oculorum intuitu aspexerit infirmi faciem, liberabitur infirmus: si verõ ab ipsius infirmi facie auis oculorum suorum intuitum auerterit, vel in obliquam partem aspexerit, infirmus omnino non liberabitur: sic peccator si oculos suos in directum leauerit, & peccata sua ciderit & cognouerit, crede mihi, quia vita viuet, & non morietur: si verõ in obliquum aspexerit, id est, simulatorię vel palliatę peccata sua confessus fuerit, signum & iudicium est

æternę damnationis. *Lena ergo oculos in directum, & vide,* id est, cognosce, vbi, in quanta miseria viuas; quę ante eras Domina gentium, id est, vitiorum; princeps prouinciarum, quinquę sensuum: *vbi prostrata sis,* quia facta es sub tributo diaboli & peccati.

*Ploratus & ululatus mulius.* Ideo Rachel, quę interpretatur ouis, id est, anima pœnitens simplex plorat filios suos, id est, opera sua, quę peccati perpetratione fuerunt mortalia, & non vult consolari, quia non sunt, ita bene viua, sicut erant prius antequam essent mortalia.

## CAP. VI.

**V**i loquar & quem contestabor vt audiat? *Ecce incircumcisę aures eorum, & audire non possunt: ecce verbum Dei factum est eis in opprobrium, & non suscipiunt illud: ecce adducę malum super populum istum, fructum cogitationum eius, quia verba mea non audierunt, & legem meam proiecerunt: vt quid mihi thus de Saba affertis & calamum suauolentem de terra longinqua?* Saba interpretatur rete vel captiua; in thure oratio, in calamo criminis vel laudis confessio designatur. Qui verba Dei non audit & laudę eius (quę charitas est, quia plenitudo legis est dilectio) proicit; hic frustra thus orationis de Saba, id est, mundi vanitate quia irretitus & captiuus tenetur; & calamum confessionis suauolentem (supple si in charitate fiat) de terra longinqua, id est, mentis immunditia, quę hominem separat a Domino Deo. Afferte holocaustomata vestra, id est, abstinentię vestrę quibus offertis corpora vestra mihi non sunt accepta; & victimę, id est, elemosynę vestrę non placuerunt mihi dicit Dominus, *eo quod charitatem a vobis proiecistis.* Quid plura? omnia opera nostra quoad vitam æternam sunt inutilia, nisi balsamo charitatis condiantur.

*Filia populi mei accingere cilicio, & conspergere cinere: luctum vnguenti fac tibi plantum amarum.* Nota hic quatuor, quia in cilicio asperitas pœnitentię & abominatio culpę proprię; in cinere humilitas & vtilitas conditionis nostrę; in luctu dolor compunctionis intimę, in plantu lachrymarum effusio abundę designatur. Dicit ergo Christus, o anima quam nimio dolore Passionis parturiri, quę ex fide filia es populi mei, id est, Ecclesię militantis, accingere cilicio, id est, asperitate pœnitentię, vt caro quę læta duxit ad culpam, afflictā reducat ad veniam; & quę prius sensit peccati delectationes, ipsius habeat abominationem. Et nota quod dixit accipere, non inducere: in quo duo inuuantur, scilicet luxurię refręnatio, & diabolica suggestionis impugnatio. Vnde Psalm. 44. *Accingere gladio tuo super femur tuum.* Cilicium & gladius idem significant, carnis scilicet afflictionem, quę femur, id est, luxuriam restringit. Vnde Cant. 3. *Vnius cuiusque ensis super femur suum propter timores nocturnos.* Timores nocturni sunt carnis & diaboli suggestiones oculę, propter quas vitandas omnis qui lectum veri Salomonis, id est, conscientiam suam in qua requiescit Christus, vult custodire, debet facere ensẽ mortificationis super femur, scilicet, carnis. Sequitur, *& conspergere cinere,* scilicet, illius maledictionis memor: cinis es, & in cinerem reuerteris:



reuerteris: cinis ex incendio dicitur, ex quo factus est Adam cum sua posteritate; igne cupiditatis accensus, flatu fallæ promissionis fuit incensus, & ideo in cinerem mortis reuersus. *Luctum vnigeniti fac tibi.* Luctus dicitur eo quod sit congruo cordi quasi vulnus pungens cum sanando consolationes adhibentur, & significat contritionem, quæ est vulnus cordis, cui debet adhiberi consolatio vt speres de misericordia redemptoris. Nota quod dicit luctum vnigeniti; quia sicut non est dolor super dolorem mulieris, quæ solum vnigenitum quem super omnia diligit, cum ipse moritur, perdit; sic non debet esse dolor super dolorem animæ pœnitentis, quæ cum vnico haberet filium, scilicet fidem per dilectionem operantem, per mortale peccatum ipsam perdidit amissa claritate, quæ animam viuificat. Et ideo quia animam fidei amisisti luctum vnigeniti fac tibi. Placitum amarum: contritioni cordis debet adiungi lachrymarum effusio cum amaritudine, vt anima seipsam defleat, & vnicum mortuum resuscitet, quia Dominus fleuit super Lazarium & super ciuitatem Hierusalem. Flere est vbertim lachrymas fundere, quasi fluere; plorare verò est cum voce; lugere autem cum dictis aliquibus miserabilibus.

*Defecit sufflatorium in igne, consumptum est plumbum frustra conflauit conflator, malitie enim eorum non sunt consumptæ: argentum reprobum vocate eos, quia Dominus proiecit illos;* In conflatorio diuinitas, in sufflatorio prædicatio; in argento, animæ nostræ designantur, in fornace ignis argentum plumbo purgatur & clarificatur. Ad purgandum argenti scorium, id est, animarum nostrarum malitiam conuenerunt Deus & homo, & ipsius prædicatio: sed frustra conflauit conflator, & vane consummavit fornacem, sufflatorium defecit, & plumbum in igne passionis consumptum fuit: & sic in vanum sine effectu laborauit, quia malitiæ nostræ consumptæ non sunt, & ideo argentum reprobum proicitur in gehennæ sterquilinum, quia animæ peccatorum mittentur in stagnum ignis ardentis.

*Va vobis quia declinavit dies, scilicet gratiæ, & lumen interioris & naturalis cognitionis, quia longiores facta umbra vespere tendente lumine ad occasum, & vere tendente nostra vita ad occasum, frequenter, vt in pluribus hæc umbra, id est, terrenorum crescit affectus.*

## C A P. VII.

*N*unquid spelunca latronum facta est domus ista in qua inuocatum est nomen meum in oculis meis? Hominis conscientia fit latronum spelunca, cum euenit ei quod dicit. *Requiescent ibi bestia, & replebuntur domus eorum draconibus, & habitabunt ibi struthiones, & pilosi saltabunt ibi, & respondebunt ibi vlula in sedibus suis, & sirena in delubris voluptatis.* Bestiæ à vastando dictæ sunt, quæ mortu vel vnguibus læuiunt: draco serpens maior cunctis animantibus sine pedibus dictus, qui à speluncis transfertur in aërem, concitatur propter eum aër, vim non in dentibus, sed in cauda habet. Draco marinus aculeum in brachiis habet ad caudam spectantem: struthio Græcè marinus nomine dicitur, eo quod animal in similitudinem auis

pennas habet, de terra non altius eleuatur, oua fouere negligit, sed non proiecta tantummodo pulueris fœtu animatur: pilosi, qui & incubi: horum forma ab humana effigie incipit, sed in puluerem terminatur, à græcis panes vocantur. Vnde pagani dixerunt pilosum esse barbarum rubicunda facie, caprinis pedibus: vlulæ sunt aues nocturnales dictæ ab vlulatu vocis quam efferunt, quas vulgo cariones vocant. Sirenes (vt fertur) sunt animalia mortifera in mari, quæ à capite vsque ad vmbilicum figuras humanas habent, extremas verò partes vsque ad pedes, volatiles; dulcissimum melodice cantum vel carmen canunt, ita vt per suauitatem vocis auditus hominum à longe nauigantium ad se trahunt, & graui somno sopitos dilaniant. Secundum veritatem meretrices sunt, quæ transeuntes ad se ad egestatem deducunt. Alas & vngulas habuisse dicuntur, quia amor luxuriæ volat, & vulnerat. Nota quod in bestiis superbia & rapina; in draconibus ira & inuidiæ venenosa malitia; in struthionibus hypocritarum fallacia; in pilosis auaritia & simonia; in vlulis detractio & adulatio; in sirenis gula & luxuria designatur. Superbi raptores; pauperes, pupillos, & viduas quasi bestiæ deuastant. Vnde Ezech. 19. *De tali potente superbo loquitur.* Tulit vnum de leunculis suis, id est, filius, & factus est leo, & didicit prædam capere, homines deuorare, viduas facere, & ciuitates earum in desertum adducere, & desolata est terra & plenitudo eius à voce rugitus illius. Iracundi & inuidi quasi dracones à propriæ conscientiæ spelunca tracti (non possunt enim continere se) aërem verbis implent, clamoribus concitant, blasphemias fœdant, quorumvis malitiæ non tantum in dentibus quoad blasphemiam, sed maxime est in cauda quoad vindictam & iniuriam quam inferunt manualementem. Item hypocritæ tanquam struthiones habent similitudinem sanctitatis; sed prægrauati amore gloriæ temporalis, à terrenis non possunt eleuari. Oua fouere negligit struthio, quia hypocrita filios quos per prædicationem acquisiuit, in terrenis perituros deserit.

## C A P. VIII.

*M*ilvus in celo cognouit tempus suum, turtur, & hirundo, & ciconia custodierunt, id est, obseruauerunt aduentum sui temporis; *populus autem meus non cognouit iudicium Domini.* Quod scilicet nunc imminet, quia nunc iudicium est mundi: sed in veritate non est mirandum si populus Domini iudicium non cognouerit, quia vt ait, *Psalm. Oculos statuerunt declinare in terram:* sed non sic miluus, immò oculos suos in cælum leuauit; & ideo in celo cognouit tempus suum ad obtinendum gloriam dotis, quam quæsiuit.

## C A P. XI.

*O*liuam vberem, pulchram, fructiferam, speciosam vocauit Dominus nomen tuum, ad vocem loquela grandis ignis exarsit in ea, & combusta sunt fructeta eius. Oliua est humana natura, quæ ante peccatum fuit oliua in agro Damasceno creata,

## C A P. XVII.

*E*t cor hominis inscrutabile, & quis cognoscet illud? mirabiles elationes maris. Cum superbia inflatur, per ambitionem ultra terminos dilatatur, per tristitiam obnubilatur, per cogitationes vanas perturbatur, per luxuriam & gulam spuma generatur.

*Custodite animas vestras, & nolite portare pondera in die sabbati, nec inferatis per portas Hierusalem.* Sabbatum est requies; Hierusalem, anima; portæ, quinque sensus. Illi ergo pondera in die sabbati portant & per portas Hierusalem inferunt, qui inquietudine temporalium implicati, pondera peccatorum, sarcinas sæcularium curarum per portas quinque sensuum ad animas intromittunt, & ideo à peccatis ipsas non custodiunt.

*Derelinquerunt venam aquarum viuientium Dominum:* venam aquarum viuientium dicit dereliquisse, quia ad instar aquæ fons dicitur gratia viuax quando fonti continuatur à quo oritur.

*Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & à Domino recedit cor eius.* Reuera qui viribus propriis vult inniti ac relinqui propriæ voluntati, in expertus vt qui nescit adhuc quid sit cum dæmone dimicare, & qui propriis viribus innititur, à Deo recedit & maledicitur.

## C A P. XVIII.

*N*unquam deficiet nix de petra agri. Ager est Ecclesia, petra agri religio supra petram fidei fundata: nix est munditia mentis & corporis, quæ nunquam debet deficere de religione: sed heu quantæ scissuræ! quanta schismata! quantæ diuisiones & dissensiones sunt in petra, id est, religione; super quam si ceciderit diuini verbi semen, non fructificat, quia non habet humorem gratiæ spiritus, qui non in scissuris discordiæ, sed in veritatis habitat mansione.

*Surge & descende in domum figuli, & ibi audies verba mea.* Ille surgit, qui timore correptus dolet fecisse quod fecit; & in domum figuli descendit, cum se lutum esse cognoscit, timens ne tanquam vas figuli confringat eum Dominus.

## C A P. XXI.

*A*ducam eos per torrentem aquarum in viam rectam. Hoc est torrentem pœnitentiæ, quæ per eos tranfire debet, *Psalm. 123. Torrentem pertransiuit anima nostra. Aquarum, pœnitentia enim non fit cum multis lachrymis.*

## C A P. XXX.

*P*laga inimici percussit te castigatione crudeli, dupliciter Deus hominem flagellat. Primo quidem vt parcat, *Ap. 3. Ego quos diligo corrigo.* Secundo scilicet perdendo ne parcat, quando scilicet homo ex correctione non emendatur.

## C A P.

creata, sed in paradiso voluptatis (vt ita dicam) plantata, vber, id est, fertilis in gratuitis, pulchra in naturalibus, fructifera in deliciis, speciosa in dotibus: sed heu ad vocem loquela grandis, scilicet diabolicæ suggestionis diabolica promittentis: eritis Dij, ignis vanæ gloriæ & auaritiæ exarsit in ea. Et sic combusta sunt fructeta eius, id est, omnis posteritas ipsius.

*Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, speciosam vocauit Dominus nomen tuum.* Per quæ notantur quatuor bona, quæ ex misericordia sua confert nobis Dominus: bona videlicet naturæ, gloriæ, fortunæ, & gratiæ. Per hoc enim quod dicit speciosum, notatur bonum naturæ: homo enim inter creaturas præcipue speciosus est, & animæ species dignissima. Primum ergo bonum quod fecit nobis Deus est quod fecit nos homines, non bruta, non lapides, &c. Per hoc quod dicit fructiferam notatur bonum gratiæ quando vocauit nos per gratiam ad faciendam dignos fructus pœnitentiæ: per hoc quod dicit vberem notatur vbertas fortunæ seu bonorum temporalium, quam nobis quotidie confert, licet pauperes simus nihil habentes, & tamen omnia possidentes. *2. Cor. 6.* Per hoc quod dicit, pulchrum, signatur bonum gloriæ qua nihil pulchrius: vnde pulcher dicitur quasi polcher, id est, pluries salutandus, scilicet salutatione qua salutauit Dominus seruum suum in gloria.

## C A P. XIV.

*A*, a, a Domine Deus, Prophetæ dicunt non videbitis gladium, & fames non erit in vobis, sed pacem veram dabit. In loco isto cum carnales affectus sic loquuntur, non restat nisi gemendum & dicendum. *A, a, a, Domine Deus.* In quo triplici, a, notatur triplex dolor, scilicet cordis, oris, & operis vel corporis.

## C A P. XV.

*V*æ mihi mater mea, quare genuisti me virum rixæ, virum discordiæ, vt vniuersa terra, non fœnerauit, nec fœnerauit mihi quisquam, omnes maledicunt mihi dicit Dominus. Nota, quod duplex est væ, culpæ & pœnæ, væ pœnæ Christus habuit, sed non culpæ, væ mihi ergo mater mea, quare ad tantam pœnam genuisti mihi virum rixæ, virum discordiæ? rixæ est quæ inter multos committitur, inde rixosus à rictu canino sic dictus, eo quod ad contradicendum semper est paratus: discordia dicta quasi diuersa corda, discordare est habere cor diuersum: sic inter Iudæos propter verba Christi erat rixæ, qui semper erant parati quasi canes ad latrandum & contradicendum, & diuersum cor habebant: quidam enim dicebant bonus est, alij vero non, sed seducit turbas: non fœnerauit, nec fœnerauit mihi quisquam: fœnerator dicitur & qui dat mutuum, & qui accipit; ergo Christus non inuenit de Iudæis cui suæ doctrinæ pecuniam accommodaret & ei non fœnerauit quisquam, quia numerum doctrinæ noluerunt bono opere multiplicare, imo omnes maledicebant ei dicentes: Samaritanus es & dæmonium habes.

2. Cor. 6.

Ezech. 19.

Psalm.

Psalm. 123.

Apoc. 3.

## CAP. XXXI.

**V** Squequo dissolueris deliciis filia? Molles (inquit Apostolus 1. Corinth. 6.) Regnum Dei non consequentur. Cùm caro nostra deliciis mollescit, fides Christi in nobis torpescit: & sic anima in puppi oculos claudit, quia deliciis inrenta suæ vitæ miserabilem exitum non attendit.

*Virgo Israel adhuc ornaberis tympanis tuis & egredieris in choro ludentium.* In tympano quod est pellis mortua, in ligno extensa carnis mortificatio, in choro ubi voces resonant unitæ concordia designatur, anima ergo tympanis ornatur & in choro ludentium egreditur, cum carnis mortificatione & virtutis concordia decoratur.

*Omnis homo, qui comederit uam acerbam, obstupescet dentes eius.* Vna autem acerba est, quæ soli non exponitur; & sic virginitas minus apta, est quæ laboribus & tribulationibus non exercetur.

## CAP. XXXVIII.

**A** Bdemelech tulit veteres pannos, & antiqua vestimenta, qua computruerant, & submisit ea ad Ieremiam in lacum per funiculos, & extraxit eum. Veteres panni sunt paupertas & humilitas Christi, qui pannis fuit inuolutus; qui benedicuntur panni veteres, solemus enim pannos veteres aliis dare, paupertatem & humilitatem Christi non nobis retinere, non nos inducere; sed aliis libentius volumus dare, aliis prædicare. Vnde hodie quilibet prædicator nititur alium ornare paupertate & humilitate, & utinam ipse nudus non remaneret: alium vult informare, sed videat ne ipse deformatus existat. Vestimenta putrida sunt exempla sanctorum, quæ bene dicuntur putrida, quia in facibus nostri operis tanquam res putrida sunt abiecta & despecta: vetera aliis damus, putrida proiicimus. O peccator, de lacu miseræ & de luto facis nunquam poteris extrahi, nisi panniculis humilitatis & paupertatis Iesu Christi induaris.

## CAP. XLVI.

**V** Itula elegans & formosa Ægyptus, stimulator ab Aquilone veniet ei. Ægyptus, quæ interpretatur tenebræ, est auarus tenebris ignorantia circumdatus: hic dicitur vitula propter duo cornua, scilicet carnis lasciuam, & mentis instabilitatem, propter possessionem & vestium pulchritudinem: hinc vitulæ venit stimulator, id est, diabolus, ab Aquilone, à quo (vt dicitur, Ierem. 1.) pandetur omne malum. Et stimulatio auaritiæ stimulat ipsam vt currat & discurrat ad

congregandas spinas, id est, diuitias; quia vt dicitur Isa. c. 33. Spina congregata comburentur igne.

## CAP. XLVIII.

**C** Or meum ad Moab quasi tibi àeris resonabit: & cor meum ad viros muri fictilis dabit sonitum tibi arum. In ventre mens, in cithara vel tibia prædicationis melodia, quæ de sono, ad Moab, id est, peccatorem, qui est ex patre diabolo, qui ædificat murum costi & fictilis lateris, id est, abundantiam temporalium. Costi, quia igne cupiditatis indurati: fictilis, quia cito casuri.

*Relinquitte ciuitates & habitate in petra.* Nota quod in mundo sunt tres ciuitates, scilicet concupiscentiæ carnis, concupiscentiæ oculorum, & superbiæ vitæ: & omnium illorum ciuium Dominus est dæmon, cui peccator adhæret. *Relinquitte ciuitates, & habitate in petra,* id est, in Christo: habitatores Moab, id est, de Patre, scilicet, dæmone.

## CAP. XLIX.

**E** Cce quibus non erat iudicium vt biberent calicem, bibentes bibent; & tu innocens relinqueris; non eris innocens, sed bibens bibes, quia per metipsum iurauit, dicit Dominus, quod in solitudine, & in opprobrium, & in derisum aliter in desertum) & in maledictionem erit Bofia. Sancti quibus non est iudicium vt bibant calicem iustitiæ huius sæculi, bibentes cordis amaritudinem, bibunt corporis dolorem: dolent etiam & gemunt super cunctis abominationibus, quæ fiunt in medio vniuersæ terræ: & tu Babylon mater fornicationum quasi innocens relinqueris; non eris innocens, sed bibens in hoc sæculo vinum gaudij, bibes in alio acetum inferni, Greg. si tanta est vitæ mortalitas vel mortalitas infirmitas, vt nec iusti quidem, qui in cælo coronandi sunt, hic sine laboribus propter innumerum humanæ miseræ cumulum transeant ad vitam, quanto magis hi qui à cælesti gloria sunt exsortes, certum perpetuæ damnationis exitum expectant?

## CAP. LI.

**C** Omedit me, deuorabit me Rex Babylonis eiecit me, &c. Per mortem Martyres deuorabantur; sed tamen ipsi Tyranni quasi ex morte eorum occidebantur, & Apostoli quasi viui ab eis euadebant, quando mors eorum redibat ad augmentum fidei & honorem Christi. Vnde vox Ecclesiæ primitiuæ. *Comedit me, deuorabit me Nabuchodonosor Rex Babylonis, absorbit me quasi draco, repleuit ventrem suum teneritudine mea, & eiecit me,* scilicet quasi viam exercendo.

INTERPRETATIO  
MYSTICA  
IN  
THRENOS.

IN THRENOS,  
CAPVT I.



**D** E excelso misit ignem in ossibus meis, & erudiuit me. Pater de excelso, id est, Filio misit hodierna die ignem, id est, Spiritum sanctum in ossibus meis, id est, Apostolis, dicit Ecclesia, & per ipsos erudiuit me vt sciam & velim.

*Posuit me desolatam, & tota die mærore confectam.* Desolatam, id est, solatio temporalium destitutam, mærore confectam; optima confectio cum ex tribus electis speciebus contritionis, confessionis, & satisfactionis, & balsamò diuinæ miserationis conficitur opere apothecarij, id est, Spiritus sancti electuarium animæ penitentis.

*Dederunt pretiosa quaque pro cibo ad refocilandam animam.* Pretiosa quaque sunt virtutes, quas carnales vendunt pro cibo, id est, carnis delectatione, quæ non satiat, sed aliquantulum videtur animam refocillare.

## CAP. II.

**P** Lauferunt super te manibus omnes transeuntes per viam, sibilauerunt & mouerunt capita sua super filiam Hierusalem, &c. Ab hac irrisione securi erunt in fine vitæ suæ illi, qui in Domino sunt confisi.

*Effusum est iecur meum.* Quod fit cum in terrenorum amore effunditur à luxuriæ delectatione.

## CAP. III.

**C** onclusit, scilicet diabolus; vias meas, id est, venas & meatus per quos debeat ingredi lumen gratiæ, lapidibus quadris, id est, obfustinatione peccati.

*Bonum est ergo viro, cum portauerit iugum Domini ad adolescentia sua, &c.* Cùm te supponis aliis humiliter, tunc te eleuans super te miserabiliter.

*Sedebit solitarius.* Sedebit in contemptu tui: solitarius, à sæcularium cogitationum tumultu; & tacebit, à verbo venenato.

*Sedebit solitarius & tacebit,* quia leuauit se

super se, scilicet per contemplationem cælestium.

*Non ex corde Deus humiliavit & abiecit filios hominum.* Ostendit se inuitum damnare reprobos.

*Oculus meus deperadatus est animam meam.* Oculi impudici cordis nuntius: & ideo deprimendi sunt oculi, vt dicit Gregor, quia sunt quasi quidam latrunculi, qui furati sunt puellam de terra Israël, id est, mentem viri iusti Deum videntis.

## CAP. IV.

**Q** uomodo obscuratum est aurum? mutatus est color optimus. Sol, & aurum, & aër, & color idem significant: splendor solis & auri est obscuratus, aër & color mutatus est. Et videtur quod proprie dixit obscuratus & mutatus: sumus enim cupiditatis obscurat splendorem religionis, & infumat optimum colorem cælestis contemplationis. In qua facies animæ mixtim perfunditur optimo colore, candido, scilicet & rubicundo: candido, scilicet dominicæ incarnationis, rubicundo passionis: candido, eburnæ castitatis, candore rubicundo ardenti desiderio cælestis sponsi. Iste optimus color heu hodie mutatur, qui à fumo cupiditatis infumatur.

*Qui nutriuntur croceis, amplexati sunt stercorea.* Crocus in Oriente nascitur, & colorat & saporat. In croceis igitur nutriuntur, qui in initio conuersionis suæ interius sapore virtutum reficiuntur; exterius exemplo boni operis colorantur: sed ij qui sic in croceis nutriuntur amplexantur stercorea, dum post opus pietatis & continentia reuocat eos ventris cura. Et fit quandoque vt qui in domo sua ante conuersionem sobriè vixerunt, postmodum in monasterio gulosi fiant.

*Gaude & latare filia Edom, qua habitas in terra Hus: ad te quoque perueniet calix, inebriaberis arque nudaberis.* Edom filia, est mens carnalium effœminata, vel populositas. Hinc ironice Ierem. loquitur, *Gaude, & latare:* Gaudet in sæculi abundantia, lætatur in carnis luxuria. Hæc habitat in terra Hus, quæ interpretatur consilium. De quo Isa. 19. *Sapientes huius mundi dunt consilium inspiens:* quærere, scilicet temporalia, fugientia apprehendere, falsæ mundi promissioni credere. Istiusmodi consilio filia Edom decepta calice aureo mundanæ gloriæ inebriatur, & postmodum denudatur: huius

etiam sæculi amatores post temporalium ebrietatem nudabuntur ab omnibus bonis, & nudati damnabuntur pœnis æternis.

*Cecidit corona capitis nostri, & nobis quia peccauimus.* Corona de capite cadit cum intentionem puram quis amittit, & ideo vix ei.

*Magna est velut mare contritio tua.* Ponit autem exemplum de mari, quia mare quatuor fa-

cit: habet enim generare dolores capitis, immittere turbationem in stomachum, prouocare vomitum, auferre appetitum: sic certè signum est quod Deus ciuitatem animæ nostræ intrauit quando est dolor in mente, conturbatio in conscientia, quæ vult reicere peccatum, vomitus confessionis, & nausea siue extinctio appetitus inordinati.




## LIBER BARVCH.

### CAP. IV.



*Vis ascendit in cælum, & eduxit eam, &c.* Aduerte quod homo per seipsum ascendere non potest, nedum ad gloriam obrinendam, verumeriam ad gratiam promerendam, ait enim Baruch. *Quis ascendit in cælum, & assumpsit eam, scilicet gratiam, & eduxit illam de nubibus stillantibus; scilicet rorem cœlestem; quasi dicat nullus; nullus igitur per seipsum ascendere potest.*

*Exue te Hierusalem stola luctus & vexationis tua, & induere te decore & honore, quæ à Deo tibi sempiterna est gloria, &c.* Stola luctus & vexationis est peccatum mortale; in quo est luctus & vexatio. Luctus dictus eo quod sit humano cordi quasi vulnus vel vlcus, cui sanando consolationes adhibentur: sicut enim vulnus vel vlcus corpus, sic peccatum vexat animam, cui dicitur, *Hierusalem exue te in confessione stola luctus & vexationis tua, indue te decore virtutum & honore gloria, quæ est puritas conscientiæ vt ad sempiternam gloriam valeas peruenire.*



## INTERPRETATIO MYSTICA IN EZECHIELEM.

### IN EZECHIELEM,

#### CAP. I.



*De medio ignis quasi species electri.* Electrum fit ex auro & argento, vnde per electrum confessio, quæ procedit de medio contritionis, quæ per ignem notatur. Hoc electrum non habet mutus.

*Hac erat visio discurrens in medio animalium: splendor ignis, & de igne fulgur, &c.* In splendore ignis fides quæ illuminat, designatur. Vnde fides tua te saluum fecit, id est, te illuminauit. *Quid (inquit) tibi vis fieri? Raboni, vt lumen videam.* De hoc egreditur fulgur boni operis: & sic animalia, id est, sancti erunt in contemplatione, & reuertentur ad actionem, quia ibi diu esse non valet propter aliorum fructificationem. *In similitudinem fulguris coruscantis.*

Quia per eos ad contemplationem ascendentur, & bonis operibus insistentes cœleste lumen alijs spargunt. Vnde B. Greg. tunc alta charitas mirabiliter surgit, cum ad ima proximorum se misericorditer attrahit; & quæ benignè descendit ad ima, valenter recurrit ad summa.

*Erat visio discurrens in medio animalium, splendor ignis, &c.* Splendor ignis est compassio charitatis, quæ ascendit, & illuminat, de qua egreditur fulgur operationis: hæc visio, quæ vere videre facit, debet discurre in medio animalium, id est, Christianorum. Et bene dicit discurrens, id est, per diuersa currens: veræ compassioni non sufficit prouidere necessitati corporis, nisi prouideat animæ, & è conuerso.

*Animalia ibant vbi erat impetus, nec reuertebantur cum ambularent.* Quandiu prædicator potest extra fructum facere, vix aut nunquam propter quietem temporalem vel spiritualem reuerti debet.

*Ibant in similitudine fulguris coruscantis.* In fulgure notatur velocitas, caliditas, & claritas. Hæc tria debent maximè Prædicatori cōuenire, velocitas

Prou. 6.

Isa. 60.

Luc. 10.

Isa. 18.

Ecclef. 32.

Act. 13.

Matth. 5.

citatio quando mittuntur ad officium prædicationis peragendum, Prou. 6. *Fili mi si sponderis pro amico tuo, discurre, festina, suscita amicum tuum.* Vnde velocitas eorum volatui nubis & columbæ comparatur, Isa. 60. *Qui sunt isti, qui vt nubes volant & quasi columba ad fenestras suas?* Vnde ad velocitatem intimandam præcipit eis Dominus, Luc. 10. *Nolite portare sacculum, neque calceamenta, & neminem per viam salutaueritis.* Vt scilicet sine onere sint expediti, nec salutanda immorentur. Hinc Isa. 18. *Ite Angeli veloces ad gentem conuulsam & dilaceratam, sc. peccatis.* Et Ecclef. 32. *In omnibus tuis operibus esto verax.* Vnde officium prædicationis in Ioanne Baptista vocatur cursus, Act. 13. Vbi dicitur, *cum impleveret cursum suum, dicebat, quem me arbitramini esse, non sum ego, &c.* Item calidi debent esse per feruorem charitatis. Vnde in Apostolos missus est Spiritus sanctus in forma ignis vt eos calefaceret, ad alios incendendos, quia qui non ardet non incendit. Item lucidi debent esse per doctrinam, exemplum, & famam, Matth. 5. *Vos estis lux mundi. Sic luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est.*

*Eleuabantur pariter rota, Spiritus enim vita, &c.* Nota, humilitas tenet hominem firmum, licet sit rota inter prospera, & aduersa: inter prospera, quia nec humana laude extollitur: etenim sicut aurum probatur in fornace: sic virtus humilitatis ore laudantium non euaporat fumum vanæ gloriæ. Nam omnia liquabilia sunt vaporabilia præter aurum. Inter aduersa similiter, quia verus humilis non habet ventum superbiæ, & ideo non crepat in fornace incrementis.

#### CAP. II.

Ierem. 3.

*Fili dura ceruice & indomabili corde sunt, ad quos ego mitto te: omnis quippe domus Israel attrita fronte, & dura ceruice.* Ille habet attritam frontem, qui dum corripitur, non solum correptionem contemnit, sed etiam de peccato non erubescit. Cui improperat, Ierem. cap. 3. *Frons mulieris meretricis facta est tibi non listi erubescere.*

#### CAP. III.

*Exasperans est, Debet redire prædicator à prædicatione ad contemplationem, propter incorrigibilitatem auditorum, quia multi sunt infidiantes.*

#### CAP. IV.

*Et tu fili hominis sume tibi laterem, & scribes in eo ciuitatem Hierusalem.* Later significat cor pœnitentis propter quatuor proprietates quas habet. Primo inter duas tabulas formatur, ad latitudinem ducitur, igne solidatur, rubicundus efficitur. Cor enim peccatoris inter duas tabulas formatur vtriusque testamenti. Inter medium enim montium, id est, duorum testamen-

torum. Vt dicit Propheta, Psalm. 103. *Pertransibunt aquæ, scilicet doctrinales: & benedicit, formatur, peccator enim peccato deformatus formam recipit vtriusque testamenti prædicatione.* Item ad latitudinem ducitur: latitudo enim charitatis ampliat cor angustum peccatoris. Vnde Psalm. 118. *Latum mandatum tuum nimis, id est, aqua charitatis latior oceano.* Item igne solidatur, Aug. Tribulationis enim igne mens humorosa & dissolubilis solidatur, ne effluat in amorem temporalitatis. Quia vt Salomon, Sap. 3. de iustis dicit, *Tanquam aurum in fornace probauit illos.* Quod fornax auro, lima ferro, quod flagellum grano, hoc facit tribulatio viro iusto. Item rubicundus efficitur: in quo notatur sancti zeli audacia. De quo Psalm. 68. *Zelus domus tuæ comedit me.* Domus, scilicet Ecclesiæ vel fidelis animæ. Et Elias 4. Reg. 19. *Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum.* In latere ergo ista tria notantur, vtriusque testamenti scientia ad proximum instruendum: charitatis abundantia ad ipsum diligendum tribulationis patientia ad opprobrium pro Christo sufferendum.

*Et tu fili hominis sume tibi frumentum quod mo-ritur, cum in terram prauicitur.* In quo nostræ voluntatis mortificatio, lentem quæ est minima & parui valoris, in qua consideratio nostræ infirmitatis, milium quod frequenti indiget cura, in quo exercitium vitæ actiue: hordum quod tenacem habeat paleam, in quo rigor disciplinæ, fabam, quæ est cibus abstinentium, in qua virtus abstinentiæ. Item viciam, quæ in altum tendit, in qua contemplatio cœlestis gloriæ designatur.

#### CAP. VIII.

*Verum eorum in sterquilinum erit.* Verè quando discutietur in fornace iudicij, tunc videbitur quod non sit aurum, sed fax.

*Violabunt arcanum meum, & introibunt in illud emissarij, & contaminabunt illud.* Emissarij proprie dicitur equus ad coitum equarum deputatus: emissarij, sunt clerici superbi & luxuriosi, qui arcanum Domini, id est, corpus Christi violant, & quantum in se ipsis est conculcant, & sanctam contaminant Ecclesiam. Et ideo subdit Dominus, *procul recedant a sanctuario meo.*

#### CAP. VIII.

*Et adhuc conuersus videbis abominationes maiores, & dixit, fode parietem. Et cum fudissem parietem, apparuit ostium vnum, & ingressus vidi, & ecce omnis similitudo reptilium, & animalium abominatio, & vniuersa idola domus Israel depulsa erant in pariete, in circuitu per totum, & septuaginta viri de senioribus Israel, & Iechonias filius Saphan stabat in medio eorum stantium ante picturas, & unusquisque habebat thuribulum in manu sua, & vapor nebula de thure consurgebat, & dixit ad me, certe vides fili hominis, quæ seniores domus Israel faciunt in tenebris, unusquisque in abscondito cubiculi sui: dicunt enim, non videt Dominus nos, dereliquit Dominus terram.* Orandum nobis est ne seniores isti domus Israel septenarium numerum qui sanctus est, per septem deades multiplicantes, stent in erroribus suis.



& adorent picturas idolorum, id est, vitorum suorum, vaporque sacrificij ascendet resistens Deo. Nostri temporis Religiosi dicuntur septuaginta viri pro eo quod septiformem gratiam Spiritus sancti, in operum perfectione debent habere: sed infamati quid faciunt: stant ante picturas, & in medio eorum Iechonias (vt ibi dicit Interlinearis) regione amissa in templo Dei colebat idola. Pictura in pariete sunt phantasmata superbia, gula, & luxuriæ in mente, vt simulatio hypocrisis in religione, vel amor carnalis parentum, & forte filiorum in Religioso. Si designantur in abominatione animalium, id est, in immunditia fornicationum, in idolis depictis parentes & amici. Ecce quales picturas adorant: & quod deterius est Iechonias, id est, Abbas vel prior filius Saphen, quod interpretatur iudicij, id est, mortis æternæ, qui prohibere debet, in medio eorum stat, & eadem picturas adorat, & vnusquisque habebat thuribulum in manu sua. Thuribulum in manu est facultas monasterij, quæ data fuit intuitu elemosynæ & sacrificij, & in manu præpositi: sed isti socij Iudæ oculos habentes, in thuribulo elemosynæ, & in thure sacrificij pro defunctis oblatis subfumigant suas picturas, id est, bona monasterij, quæ sunt pauperum dant suis parentibus & aliis personis, de quibus non est dicendum per singula.

Sequitur de tertia abominatione, *Et dixit Dominus ad me, adhuc conuersus videbis abominationes maiores quas isti faciunt, & introduxit me per ostium portæ domus Domini quod respiciebat ad Aquilonem, & ecce ibi mulieres sedebant plangentes Adonidem, &c.* Ibi Glossa Hieronymi, quod Hebræi, & Syri Adonidem vocant Chamur, quod interpretatur pulcherrimum, per quem intelligitur prosperitas mundi, quæ est amica vêtis & luxuriæ: mulieres plangentes sunt omnes illi qui de amissa prosperitate dolent. Heu quanti hodie effœminati de amissa prosperitate, & non voluntaria paupertate plangunt: & multoties fidem perdunt! vere isti à villa dicuntur villani, serui diaboli, non de nobili Sanguine Iesu Christi, qui non tantum habita relinquere, sed etiam de amissis præcipit & in paupertate gaudere.

Sequitur de quarta, *Adhuc conuersus videbis abominationes maiores: & ecce in ostio templi Domini inter vestibulum & altare quasi viginti quinque viri dorsa habentes, contra templum, & facies ad orientem, & adorabant ad ortum solis, &c.* Dorsum contra templum Domini habere est creatorem contemnere, mortem Christi obliuisci, vitam æternam postponere faciem ad Orientem: faciem ad Orientem & adorare ad ortum solis, est in claritate dignitatis exaltari, gloriam mundi quærere, & pro ipsa adipiscenda hominem adorare.

*Ecce vides fili hominis, quæ seniores faciunt Israël in tenebris.* Multi autem sunt, qui in die, non in nocte ieiunant: nolunt enim in luce malefacere, ne opera eorum arguantur, sed in occulto malicias operantur.

Nota quod quadruplex notatur idololatria, per idola quæ vidit, Ezech. cap. 8. per quæ significatur vniuersitas peccatorum. *Vidit enim in ipso introitu idolum zeli Baal,* qui interpretatur vetustas vel superior, per quod significatur superbia, quæ supra alios esse appetit; & vetustum

est, quia fuit primum omnium peccatorum. Item quia prima venit, & vltima recedit: & ideo bene dicit hic Propheta, *in ipso introitu, quia est initium omnis peccati,* Eccl. 10. Secundo vidit similitudinem reptilium & nantium, & idola vniuersa domus Israel depicta in pariete in circuitu per totum: per hoc notatur peccatum luxuriæ, per reptilia luxuria cogitationis: per idola depicta in pariete in circuitu per totum, gestus & ornatus exteriores: hæc idola celebrant seniores domus Israel. In quo notatur quod luxuria in senioribus maximè Deo fœtet, vt patet in senibus, Daniel. 1; *Vnusquisque eorum thuribulum habebat in manu, & vapor nebula de thure ascendebat.* In quo notatur quod peccatum luxuriæ detestabilius est, tamen placentius quam cætera, & ita tenacius, & propter hoc periculosius, Osee 5. *Non dabunt cogitationes suas vt reuertantur ad Dominum, quia spiritum fornicationum in medio eorum, & Dominum non cognouerunt.* Tertio vidit mulieres plangentes Adonidem. In quo notatur peccatum auaritiæ: mulieres sunt corda mollia & effœminata, quæ terrena tantum appetunt. Adonis amasius Veneris est prosperitas mundi, quæ amica est luxuriæ & fomentum, Ezech. 16. *Hæc fuit iniquitas Sodome sororis vestra superbia, saturitas panis, & abundantia & otium ipsius, & filiarum eius, &c.* Vnde, non habet vnde suum paupertas pascat amorem, Psal. *Prodiit quasi ex adipe iniquitates eorum.* Adonis etiam alio nomine dicitur Thanir, quod pulcherrimum sonat. Vnde successum temporalium significat: hunc ergo mortuum plangit; qui de prosperitate mundi sibi subtracta inconsolabiliter dolet, Psal. 58. *Si vero non fuerunt saturati, & murmurabunt.* Et Psal. 48. *Confitebitur tibi cum bene feceris.* Quarto & vltimo vidit homines dorsum habentes ad templum & adorare, versa vice ad Orientem, & applicantes ramum ad nares. In his intelligitur peccatum consuetudinis & contemptus, quod est omnium malorum consummatio & abyssus, Prou. 18. *Impius cum venerit in profundum peccatorum contemnit:* Sed sequitur eum ignominia, & opprobrium. Contemnit quidem ita quod bonam voluntatem habere non volet dimittendi, Ierem. 9. *Vertunt ad me tergum & non faciem.* Hi adorant ad ortum solis quia prosperitatem mundi tantum desiderant. Contra quos, Iob 31. *Si vidi solem cum fulgeret, & lunam incendentes clare, &c.* Hi etiam ad occasum non respiciunt, quia mortem suam non desiderant. Tales insuper ramos ad suas nares applicant ne peccatorum suorum fœtorem sentiant, scilicet dum adiuentiones delectationum quærunt, & excusationes in peccatis. Hi sunt qui gloriantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis, cum gloria peccatoris sic sicut sterco & vermis. *Quia erit pro suauis odore fœtor,* Isa. 3.

## C A P. IX.

**D**ixit Dominus ad virum, qui erat indutus lineis, *Transi per mediam ciuitatem in medio Hierusalem, & signa Tau super frontes virorum gementium & dolentium super cunctis abominationibus, &c.* Vir vestitus lineis est Christus, nostræ carnis lino indutus. Huic præcepit Pater vt Tau, id est, signum crucis suæ

& memoriam passionis signaret super frontes id est, montes penitentium, qui gemunt in contritione, & dolent in confessione super cunctis abominationibus quas fecerunt, vel quas alij faciunt.

*Transite per ciuitatem, scilicet conscientiam, sequentes eum, & percutite.* Vbi nota quod Christus nihil vult in sua camera de alio retinere. Omnia autem sua signata sunt suo sigillo, quia ad penitentiam inducunt, vel in ea fundantur. Hoc est quod sequitur, *Non parcat oculus vester, neque misereamini senem,* id est, inueteratam consuetudinem, *adolescens,* id est, magis nouam; *Virginem,* id est, quæ possit esse occasio pariendi peccatum, *paruulum,* id est opus inceptum; *mulierem,* id est, opus diminutum & imperfectum; interficite vique ad interuersionem.

## C A P. X.

**I**n firmamento quod erat super caput Cherubim quasi lapis saphirus. Super caput, id est, mentem: *Cherubim,* id est, iustorum; qui sunt pleni scientia, quæ sola scit scire, sola scientes facere. Et nota quod Ezechiel appellat in principio quatuor animalia, hic autem Cherubim. Ideo autem nomine Angelorum appellat animalia, quia pennata erant. Vnde sciendum quod nec pedes nec rostrum auium, sed alas tantum habere describuntur. Iusti enim viri non habent sicut aues vngues curuos, rapinæ & violentiæ: nec rostrum laniationis & detractionis fraternæ, sed tantum alas contemplationis diuinæ, ad quod designandum natura non curuos, sed planos vngues dedit homini. Dicitur in naturalibus quod aues curuorum vnguium, cum viderint pullos suos posse volare, percutiunt eos, & iiciunt eos à suis nidis; & quando vngues eorum completi fuerint, non sunt solliciti super ipsos: sic quidam auari & immisericordes faciunt, qui vt viderint pauperes & infirmos aliquando conualescere, & quod peius est, in ipsa infirmitate à domo propria eiiciunt: *semper ergo caput Cherubim est lapis saphirus,* quia mentem iustorum decorat & illuminat contemplationis beatitudo.

*Ille qui sedebat dixit ad virum qui indutus erat lineis, indredire in medio rotarum, quæ sunt sub Cherubim, & imple manum tuam prunis ignis, quæ sunt inter Cherubim, & effunde super ciuitatem.* In lineis corpus gloriosum Christi designatur, quod de terra virgine accipiens, vt nuditatem nostram teget, se induit; cui dixit Pater, ingredi in medio rotarum. Rota ab eodem puncto quo incipit in idem reuertitur; & ideo significat nostram naturam, cui dictum est, *terra es, & in terram reuertis: Ingressus est ergo Dei filius in medio rotarum &c.* Cum à Deo descendit humanam naturam assumens in terris visus est & cum hominibus &c. Et habitu inuentus vt homo. *Quæ sunt sub Cherubim,* quia minoratus est paulo minus ab Angelis. Et sic impleuit manum suam prunis ignitis, *quæ sunt inter Cherubim,* id est, duo testamenta, & effudit super ciuitatem, id est, sanctam Ecclesiam, vel prunas ignitas effudit super ciuitatem sui timoris & amoris. Carboes gaudium mundi & carnis desolantes immittit super animam, vt

accensa & illuminata conualescat de infirmitate.

## C A P. XIII.

**Q**uasi vulpes in desertis Propheta tui erant. Et bene quasi vulpes, quia omnia quæ sunt in mundo tibi fraudulenter prophetant; videlicet caro falsas delicias, mundus altas siue deas potentias, oculus vanas diuitias.

## C A P. XVI.

**T**uisti vasa decoris tui, & de auro meo, in quo seruator charitatis, & de argento meo, in quo splendor veritatis; primum in affectu; secundum in aspectu siue intellectu; *quæ dedi tibi: & fecisti tibi imagines masculinas,* id est, confidentiam, quasi posset de illis fructum concipere, & mentem tam volens fecundare; *& fornicata es in eis,* id est, in his inuidia & insana concupiscentia adhæristi: hæc igitur vasa de consensu miseri peccatoris aufert Nabuchodonosor de templo.

## C A P. XVIII.

**S**i fuerit iustus, & fecerit iudicium & iustitiam, *Sin montibus non comederit, & oculos suos non leuauerit ad idola domus Israel, & uxorem proximi sui non violauerit, & ad mulierem menstruatam non accesserit, & hominem non contristauerit, pignus debitori reddiderit, per vim nihil rapuerit, panem suum esurienti dederit, & nudum operuerit vestimento, ad usuram non commodauerit, & amplius non acceperit, ab iniquitate auerterit manum suam, & iudicium verum fecerit inter virum & virum, & in præceptis meis ambulauerit, & iudicia mea custodierit vt faciat veritatem, hic iustus est & vita viuet, ait Dominus.*

Quid sit esse iustum plenarie per quindecim gradus iustitiæ, qui hic assignantur, ab Ezechiele, declaratur. Primus igitur gradus iustitiæ est facere in Deum iustitiam, scilicet per penitentiam, & de seipso iudicium, Ierem. vigesimo tertio, *Suscitabo David germen iustum, & faciet iudicium & iustitiam in terra, & cætera.* Sed quia multi opera penitentiae faciunt vt laudentur & ab hominibus videantur. Ideo secundo sequitur: *Et in omnibus non comederit.* In monte enim comedit, qui de pulchritudine bonorum vana in gloriam delectatur, vt Phariseus ille, qui stans de multitudinem bonorum operum suorum gloriabatur, Luc. decimo octauo, Ita exponit Glossa, hinc est quod, Gen. trigesimo primo, *Laban inuitabat Iacob ad comedendum in monte Galaad super acerum lapidum,* id est, diabolus viro iusto suggerit vt ianariter glorietur de multitudinem bonorum operum. Hinc est quod toties conqueritur. Dominus in libris Regum quod adhuc populus immolabat & adolebat in excelsis.

Sed quia non sufficit de peccatis penitentia agere, nisi & sequatur, stenda nõ ite u comittete.

Ideo terribiliter additur, *Et oculos non leuarit ad idola domus Israel.*

Jerem. 51.

Apos. 19.

Psal. 119.

Leu. 15.

Matth. 9.

Exod. 22.

Rom. 12.

Exod. 22.

Eph. 4.

Matth. 5.

Eccl. 28.

Isa. 42.

Tit. 1.

Isa. 17.

Isa. 61.

Gen. 37.

1. Reg. 10.

... in Sion ducentibus, Iudic. vlt. *Hinc pulchritudo & sandalia Iudith rapuisse dicuntur oculos Holophernis, Iudith 16. Tertia rapina est pecunie siue auaritiæ, Isa. 30. Rapina pauperis in domo vestra est. Hinc de auaro dicitur, Iob 20. Deum rapuit, & non edificauit eam, Prou. 1. Semita omnis auari animas possidentium rapuit. Et Prou. 11. Rapiunt non sua, & semper in egestate sunt. Hinc in laude sanctorum dicitur. Hebr. 10. Rapinam bonorum operum nostrorum cum gaudio suscepistis. De hoc triplici genere rapinæ dicitur 1. Cor. 6. Neque idolis seruientes, neque adulteri, &c. neque rapaces Regnum Dei possidebunt, Gen. 49. Benjamin lupus rapax &c. Quia verò non sufficit aliena non rapere, nisi etiam studeamus propria indigentibus ministrare.*

Ideo nonò additur. *Panem suum esurienti dederit, id est, subsidium temporale vel corporale. Vnde Isa. 58. frange esurienti panem tuum. Quoniam autem non tantum curam corporum proximorum habere debemus, sed multo fortius animarum,*

Ideo decimò sequitur, *nudum vestimento operuerit. Nudus enim est, qui virtutibus caret. Hinc Adam nudus apparuit post peccatum, Genesis 3. & Apoc. 16. Beatus qui custodit vestimenta sua, &c. Item operit nudum, qui exemplo virtutum suarum calefacit, & doctrina exhortationis suæ instruit. Estque ornamentum aureum prudenti doctrina, Eccl. 2. Ideo imprecatur sibi, Iob 31. dicens, Se despexit praterentem eo quod non habuerit indumentum & absque operimento pauperem; si non benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ovium mearum calefactus est, Isa. 58. Cum videris nudum, operi eum, &c.*

Sequitur undecimus gradus, *ad usuram non commodauerit, & amplius non acceperit. Contra quod facit usurarius ad litteram, id est, qui de bono opere non tantum gloriam æternam quærit, sed insuper laudem humanam vel commodum temporale habere intendit: talis est usurarius, qui de bono opere quod facit, vtrumque se mereri credit, cum dicat Christus Apostolis Matth. 6. Receperunt mercedem suam. Item, qui ieiunat, & die sequenti nimis delicatè, & superfluè se procurat & reficit; vel quod ad matutinas surgit, & postredie prolixius dormit, vt quidam. Vnde Ecclesiastici vigesimo, dicitur, Hodie sceneratur quis, & cras repetit, & odibilis est homo huiusmodi. Itaque quinquagesimo octauo, Ecce in diebus ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes deteriores vestros repetitis. Sed quia non sufficit ab usuris abstinere, sed oportet superflua per eleemosynam relecare.*

Ideo duodecimo sequitur, *Ab iniquitate auerterit manum suam. Quod facit, qui ab omni iniquitate seu inæqualitate superfluitatis inanium suam erga pauperes excutit, Iob 11. Si iniquitatem, que est in manu tua abstuleris à te, & non manserit in tabernaculo tuo iniustitia, tunc leuare poteris faciem tuam absque macula, Isa. 37. Qui excutit manus suas ab omni munere, ille in exelsis habitat. Decimus tertius gradus est, Si iudicium verum fecerit inter virum, & virum, &c. Quod est contra malos iudices, & prælatos; similiter contra eos, qui mala iudicia habent. De proximis per falsas suspiciones; Roman. duodecimo quarto, Tu quis*

Ioan. 5.

Iob 19.

Matth. 10. 1. Cor. 1.

Esdra 4.

Ezech. 18.

*es, qui alienum seruum iudicas, &c. Pater omne iudicium dedit filio. Ioan. 5. & Psal. Deus iudicium tuum regi da, id est, Christo. Sed hoc aufert ei detractor dum male iudicat proximum. Vnde audita est in vitis patrum vox Domini conquirentis, tulerunt à me homines iudicium. Vnde Iob 19. Spoliauit me gloria mea, absulit coronam de capite meo, scilicet iudicium.*

Decimus quartus gradus est, *Si in præceptis meis ambulauerit. Non enim sufficit prædicta custodire, nisi studeamus de virtute in virtutem in præceptis Domini ambulando assidue proficere, vt dicamus cum Psal. Viam mandatorum tuorum curri. Licet quantumcumque quis currit in virtutibus proficiendo, per se ad brauium pertingere nequeat. Sed citra terminum viæ deficiat; qui solus perseverauerit usque in finem saluus erit. Matth. 10. & Apost. 1. Cor. 9. Omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium, scilicet perseverans; sic ergo currite vt comprehendatis.*

Ideo decimoquinto & vltimo ponitur, *Si iudicia mea custodierit, & faciat veritatem. In quo perseverantia notatur, quæ iudicia Dei vsque in finem custodit, & in veritate vitæ in æternum perfruit. Vnde in Psal. Veritas Domini manet in æternum. Hinc est quod 3. Esdræ 4. Veritas dicitur fortior præ omnibus, & præualeat in sæcula sæculorum. Qui hæc 15. habet, vt Ezech. 18. concluditur, hic iustus est, & vita viuat, ait Dominus Deus.*

C A P. XXI.

**E**T tu fili hominis Propheta, & percutere manum ad manum, & duplicetur aut triplicetur gladius interfectorum. Hic est gladius interfectionis magna qua obstupescere eos facit. Cum vir iustus audit vocem Prophetarum, sibilos gregum, murmura carnalium desideriorum, statim debet percutere manum ad manum, & duplicare aut triplicare dolorem, vel gladium doloris, quo interficiat falsos Prophetas, & obstupescere faciat eorum appetitum.

*Ecce ego ad te, & eiciam gladium meum de vagina sua, &c. Vagina dicta quasi bagina, eo quod in ea gladius baiuletur. Gladius in vagina est diuinitas in humanitate, de qua eiciet pater gladium, & vibrauit ipsum, vbi nota, gladius vibratus duo facit, scilicet splendorem, & umbram tremulam. Pater in die sua vibrauit gladium, id est, filium suum, quia omne iudicium dedit ei, qui splendorem sanctis, & umbram tremulam damnatis ostendet impiis.*

C A P. XXII.

**O**Mnes istas & stannum, & ferrum, & plumbum in medio fornacis scoria argenti facti sunt. Per quæ significantur quatuor genera peccatorum.

C A P. XXIII.

**O**blitus es mei, & proiecisti ne post corpus tuum. Dominum post corpus proiecit, qui eius corpori, amaritudinem oblitus delectationi corporis intendit, pro cuius amore gulæ & ventris fit seruus.

C A P. XXVII.

**H**iacinthus & purpura facta sunt operimentum tuum. Hyacinthus qui est coloris cælesti, significat puritatem & munditiam, per quam cælestibus conformantur; vel referendo ad diuinitatem prout est vestimentum regium, byssum vero ad humanitatem.

C A P. XXVIII.

**E**zechias munivit ciuitatem suam, &c. Vbi attende diuinam excellentiam existentem; Ezechias munivit ciuitatem suam, supernam influentiam imbuentem: *Et induxit in medio eius aquam, id est, gratiam in cor. in terram displicentiam conterentem. Et fodit ferro rupem, perfectam obseruantiam defendentem; Et edificauit in ea puteum. Ezechias interpretatur auxilium Domini, vel confortatus à Domino. Psal. Manus enim mea auxiliabitur illi, &c. Et inducit in medio eius aquas, sc. deuotionis vel spiritualis doctrinæ & consilij, quæ facit salire in vitam æternam, Ioan. 10. & fodit ferro, id est, pœnali contritione pertransiuit animam eius; rupem, id est, cordis duritiam; & edificauit in ea puteum, profundæ humilitatis, vt ibi aquæ gratiæ vltorius scaturirent, quia Deus humilibus dat gratiam.*

C A P. XXXIV.

**V**isitabo pastorem unum qui pascat gregem suum, seruum meum Dauid, id est, Iesum filium meum, qui pascet, & ipse erit eis in pastorem; Cui Isa. 40. Sicut pascet gregem suum pascet. Loquitur ad modum pastoris, qui cum gregem suum ad pascua dicit, agnos paruulos qui non possunt sequi gregem in brachio suo congregat; & in sinu suo portat, & scetas, id est, quæ grauidas & fessas, scetas aliquando plena, aliquando vacua & liberata dicitur. Sic Christus doctrinis Euangelicis & Ecclesiæ Sacramentis, quotidie nos pascit, & in brachio suo in cruce extenso nos congregauit. Vnde Ioan. 11. Vt filios Dei qui erant dispersi congregaret in unum. Et in sinu suo, scilicet misericordiam leuauit, scilicet nos sicut mater filium. Et scetas, id est, animas pœnitentium hæredes vitæ æternæ grauidas ipse portat. Vnde ipse dicit Exod. 19. Vos ipsi vidistis quid fecerim Aegyptiis, id est, demonibus, quomodo portauerim vos super alas aquilarum, & assumpserim mibi, & submerserim, peccata mortalia, in mari rubro, id est, amaritudine pœnitentiæ lachrymarum effusione, sanguine rubricatæ. Pœnitentes super alas aquila-

rum portat, cum terrenis despectis ad cœlestia subleuat, vt solum iustitię irreuerberatis oculi contemplantur.

## CAP. XXXVII.

**F**acta est super me manus Domini, & eduxit me in spiritu, & dimisit me in medio campi qui erat plenus ossibus, &c. Nota historiam. Ossa arida, sunt peccatores, qui sunt aridi ab humore gratiæ, quorum cor aruit, quia obliui sunt comedere panem omnem saporem & omne delectamentum habentem. De quibus Iob 40. *Ossa eius, scilicet Behemot quasi fistula aris.* Peruersi quia in malitia duri sunt quasi ossa diaboli, quia sustentant carnales tanquam ossa carnem; sunt tanquam fistulæ aris, quia ad modum aris sagittas prædicationis à se repellunt, & ad dictum increpationis stridorem murmurationis emittunt. Verbis etiam consentitur Christum, ecce fistula; factis autem negant. ecce aris duritia. Ideo addidit, *Ego intromittam in vos spiritum, & uiuetis.*

Nota ista quatuor, spiritum, neruos, carnem, & cutem. In spiritu, gratiæ præuenientis inspiratio; in neruis, bonarum cogitationum concatenatio; in carnibus, erga proximum compassio; in cute, finalis perseverantiæ extensio designatur. Intromittam in vos spiritum, & uiuetis. Genes. 11. dicitur, *Spirauit in faciem eius spiraculum uitæ. Et dabo super vos neruos,*

Genes. 11.

Multitudo neruorum est caput, manus, pedes & costæ & generationes spiritualium; & ossa, quæ coniunguntur ad inuicem sunt ligata cum neruo, in cuius circuitu est humiditas, quæ ex illa generatur & nutritur. Cum intromittit Dominus spiritum in peccatorem, tunc in eius corde oritur humiditas compunctionis ex qua generatur & nutritur neruus bonæ affectionis & voluntatis, quæ coniungit & ligat totum corpus boni operis, quæ succrescere faciunt carnes. Ideo Ezech. 36. *Auferam à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum;* quod scilicet compunctum doleat compassione proximi, quia caro & frater noster est. O cor lapideum! quod nulla moueris compassione circa proximum. Dicis enim illud Gen. 4. *Nunquid custos fratris meis sum ego?* Noueris quod in custodiendo illum sit multa retributio. Dicitur 1. Reg. 35. *Quod emortuum est cor Nabal intrinsecus, & factus est quasi lapis, noluit enim compari Dauid dicens, & quis est filius Isai?* Hodie increuerunt serui qui fugiunt dominos suos.

Ezech. 36.

Gen. 3.

1. Reg. 35.

Luc. 22.

Iob 7.

Sequitur ibidem, *tollam ergo panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum meorum, quæ occiderunt foribus meis, & dabo vobis quos nescio unde sint.* Hodie hæc & his similia auari & usurarij habentes cor lapideum dicunt pauperibus Christi, &c. *Et super extendam in vobis cutem.* Extensio cutis est perseverantia finalis. Vos estis (iuxta Christum Luc. 22.) *qui permansistis mecum in tentationibus meis; sed va iis qui perdidit sustententiam.* Vnde Iob 7. *Cutis mea aruit.* Cutis aret & contrahitur cum bonum opus finalis perseverantiæ effectum denudat.

## CAP. XL.

**E**cce vir cuius erat species quasi species aris, & funiculus lineus in manu eius, & calamus mensuræ in manu eius; stabat autem in porta. Vir iste pœnitentem significat, cuius species est quasi species aris. In ære sonoro & durabili est sonus confessionis, & perseverantiæ finis: quæ duo quilibet pœnitens debet habere. In funiculo lineo, satisfactionis afflictio; in calamo mensuræ, doctrina significatur. Calamus mensuræ est in manu cum operatio mensuratur. Hæc omnia si vir habuerit, recte potest stare in porta, id est, confidere de Dei misericordia.

*Vir cuius erat species quasi species aris habebat calamum mensuræ in manu, mensuravit templum, & calamus ille erat sex cubitorum & palmo.* Ecce qualis fuit mensura templi, talis & mensura Gloriæ. Mensura templi consistit in diuersitate graduum in Ecclesia. Et contra hos habet diabolus mensuram suam. Per sex cubitos intelliguntur sex opera misericordiæ scilicet opera vitæ actiuæ. Per palmum contemplatiuæ, quæ vix prægustatur in hac vita. Et ita bene palmus. Et diabolus extendit se contra actiuos & contemplatiuos.


## CAP. XLIV.

**P**orta hæc clausa erit in æternum &c. Dicitur clausa porta, quia virgo fuit ante partum, virgo in partu, & virgo post partum. *Vir non transibit per eam.* Ibidem, quia virgo Maria concepit non opere vitæ, sed opere Spiritus sancti. *Clausus fuit principi,* id est, ad honorem principis, id est, filij Dei. *Princeps in ea sedebit,* Ibidem. Sessio humilitatem notat, & Dei filius in ea se humiliavit, vt voluntatem patris impleat, sicut ipse ait. *Meus cibus est vt faciam voluntatem patris mei.*

*Sedebit in porta vt comedat panem coram Domino,* id est, humiliabit se in virgine ad hoc vt faciat voluntatem patris. *Hic est panis, quem qui manducauerit, non morietur in æternum;* Caro, id est, carnis voluntas non prodest quicquam; panis verò voluntas Domini confirmat cor hominis. Vnde Exod. 16. *Vespere comedetis carnes, & mane saturabo panibus, &c.* Vespere cum occidit sol gratiæ, peccatores comedunt carnes scilicet eorum.

## CAP. XLVII.

**A**que istæ, quæ egrediuntur à tumulo sabuli Orientalis, & descendunt ad plana deserti, intrabunt mare. Cumulus significat contemplationem, in qua vt in tumulo mortuus sepelitur & absconditur; vir contemplatiuus, mortuus mundo, id est, contemplatione hominum absconditur & absconditur. Vir enim contemplatiuus mundo mortuus à conturbatione hominum sepelitur.



# INTERPRETATIO MYSTICA IN DANIELEM.

## CAPVT PRIMVM IN DANIELEM.



**I**t Rex Asphanes, vt introduceret de semine Regio pueros, &c. Rex Babylonis, dæmon qui est Rex confusio- nis. Asphanes, securitas gratiæ, id est, præsumptio de diuina misericordia, Et hic est princeps Eunuchorum, id est, nolentium opera misericordiæ producere. Huic igitur mandat Rex vt introducat de semine Regio, scilicet superbiæ & vanæ gloriæ mundanæ & tyrannorum; Pueros qui in hoc modo pueriliter viuunt & nutriuntur de mensa Regis, scilicet de vino mundanæ concupiscentiæ; & de cibis, id est, operibus prauis, vt eruditi, lingua mundana, & sapientia stulta & reprobata huius sæculi, possint stare coram Rege, id est, se dæmonis obsequiis mancipare.

*Ait Rex ad Asphanes,* qui humus interpretatur, *introduc de semine Regio,* Introduc ( sine deliberatione ) de semine Regio, superbiæ, & tyrannorum, arrogantia, pueros, non antiquos.

## CAP. II.

**H**uius statua caput ex auro optimus erat, pedes autem & brachia de argento, &c. Nota historiam, statua illa allegorice est sancta Ecclesia, quæ in Apostolis habuit caput aureum. Cant. 5. *Caput eius aurum optimum.* Brachia & pedes in quibus maior est virtus, habuit Ecclesia de argento tempore martyrij, quia in certamine fortes perstiterunt. Vnde eidem Ecclesiæ sponsus ait: Cantic. 1. *Murenulas aureas faciam tibi, vermiculatas argento.* Murenulæ sunt catenæ quæ virgulis auri & argenti texuntur. Murenulæ Ecclesiæ fuerunt humilitas & paupertas, quas habuit tempore Apostolorum & Martyrum, quæ vt decoræ magis essent, ipsorum sanguine quasi argento fuerunt vermiculata, id est rubricata. Argentum cum auro, sanguis martyrum in quo stolas suas dealbauerunt cum humilitate & paupertate Apostolorum mentis nostræ oculis mirabilem exhibent pulchritudinem.

Cant. 5.

Cant. 1.

Item, Ecclesia æs & ferrum habuit in Confessoribus, qui sono suæ prædicationis prauitatem hæreticam confregerunt. Vnde Moyles Deut. 33. *Ferrum & æs calcamentorum eius,* scilicet Afer. Afer interpretatur beatus, & significat chorum Confessorum, qui ære prædicationis & ferro constantiæ inuincibilis calceati calcauerunt super serpentes, & scorpiones, id est, hæreticos & schismaticos.

Deut. 33.

*Ecce vna statua grandis, &c.* Statuam quæ habebat caput aureum, pedes partim ferreos, & partim fictiles & ita luteos. Sic homo videtur caput habere aureum, sed pedes luteos, quia in ortu eius est gaudium matri, quia natus est homo in mundum; & ideo plures celebrauerunt diem natiuitatis suæ, vt Herodes: sed in morte est pes luteus, quia vile cadaver relictum.

## CAP. III.

**A**dorauerunt statuam auream quam constituerat Nabuchodonosor in campo Dura, quod interpretatur pulchritudo vel loquela. Statua aurea est huius mundi fallax gratia, quæ in pulchritudine exteriori & loquela fallæ promissionis à diabolo est constituta. Ostendit gloriam, id est, promittit pulchritudinem, & sic omnes gentes cadentes à vana gloria adorant transitoria; & in ipsi diabolum. Vnde Matt. 4. *Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me.* Qui ergo vult veniam impetrare, non coram statua cadat, sed coram Iesu & procidat.

Matt. 4.

*Ministri Nabuchodonosor non cessabant succendere fornacem naptæ, stupa, pice, & malleolis.* Naptæ sunt ossa oliuarum. Stupa dicta eo quod ex ea stipentur rimæ nauium. Pix à pino arbore de qua fit. Malleoli sunt sarmenta vinearum. In naptæ auaritia quæ caret oleo misericordiæ, in qua est amurca pecuniæ; elice oleum, remanet amurca tolle oleum à patientia, & remanet incendium mortis æternæ. In stupa vana gloria, quæ cito transit in fauillam; in pice quæ teretrum emittit fumum luxuria, quæ coinquinat animam & corrumpit famam; in malleolis superbia designatur. Superbi enim à vera vite, id est, Christo sunt præcisi. His quatuor fomentis succenditur fornax Babylonis, & ardet totus hic mundus, in qua sunt tres pueri scilicet Sydrach, Misach, & Abdenago. Sed Angelus Domini extinguit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis quasi ventum toris flantis, &c. In his tribus pueris tres virtutes designantur, quas



quas qui habuerint, à fornace mundi exhibunt illati. In Sydrac qui interpretatur decorus meus castitas, Cant. 6. *Pulchra es & decora*, interiori scilicet & exteriori castitate, filia Hierusalem. Et Gen. 49. *Filius accrescens Ioseph & decorus aspectu*. Iterum Genes. 24. *Rebecca puella decora nimis, &c.* Et de Rachele, Gen. 29. *Rachel decora facie & venusto aspectu*. In Misach, qui interpretatur quis ut risus, patientia; quæ ridet in tribulatione. In Abdenago, qui interpretatur seruus tacens, obedientia designatur; quæ seruit amico, & tacet à propria voluntatis verbo. Qui has tres virtutes habent per Angelum magni consilij, & per ventum roris flantem, id est, gratiam Spiritus sancti ab igne fornacis, id est, incendio vitiorum huius mundi liberantur.

Et non cessabant ministri Regis succendere fornacem, napta, stupa, pice, & malleolis. Napta est amurca siue fax olei, quæ magis ignem accendit, & significat eos, qui propter tribulationem immixtam peccare non desinunt, nec ob hoc ad cor redeunt. Jerem. 2. *Frustra percussisti filios vestros, disciplinam non receperunt*. Stupa quæ arida est, & cito succenditur, significat impatientes, qui in tribulatione omnino deficiunt, & Deum blasphemant desperantes. Matth. 13. *Facta tribulatione & persecutione propter verbum continuo scandalizatur*, Apoc. 16. *Et astuerunt homines estu magno, & blasphemauerunt nomen Dei, neque egerunt penitentiam ut darent isti gloriam*. Eccl. 21. *Stupa collecta synagoga peccantium, & consummatio illorum flamma ignis*. Pix quæ nigra est exterius & tangentem maculat, illi sunt qui per malum exemplum alios inficiunt Eccl. 13. *Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea, & qui communicauerit superbo, induet superbiam*. Per malleolos, i. sarmenta vinearum significantur illi, qui per peccatum à charitate Dei & proximi sunt excisi. Ioan. 15. *Manete in dilectione mea*. Sicut palme non potest facere fructum nisi manserit in vite, ita nec vos nisi in me manseritis, nihil vilius & inutile est ligno vitis amputato. Ezech. 15. *Quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorum, quæ sunt inter ligna sylvarum? Nunquid tolletur de ea lignum ut fiat opus? aut fabricabitur de ea paxillus, ut dependeat in eo quodcumque vas? Ecce igni datum est in escam; & utramque partem eius consumpsit ignis, & medietas eius redacta est in favillam*: Simus ergo tanquam aurum in fornace Domini, non sicut napta, stupa, pix, malleoli in fornace diaboli.

## C A P. I V.

**V**igil & sanctus descendit de celo, & clamavit fortiter, succidite arborem, &c. Cum rami prædicantur, id est, cum rami diuitiarum & gloriæ temporalis prædicantur, & folia verborum leuium excutuntur; iam cessant verba, quia ventum est ad verbera, & fructus, id est, opera eius maligna disperguntur; quia portæ corporis quibus infelix anima solebat egredi ad videndas mulieres regionis illius, iam clauduntur, & bestia, id est, vastatores & raptores & homicidæ, qui sub vmbra eius solebant defendi, ipso mortuo fugiunt. Et volneres, id est, superbi, qui in eius ramis solebant habitare,

fugiunt. Talis arbor in ignem mittetur, qui paratus est diabolo & Angelis eius.

*Fœnum ut bos comedes, & rora cæli perfunderis; septem quoque tempora mutabuntur super te, donec scias quod Dominus excelsus sit super regnum hominum*. In quibus verbis sanctus ille Daniel iuducit in isto tempore quem libet peccatorem ad delendam maculam carnis quam commisit. Fœnum (inquit) ut bos comedes, Isa. 14. dicitur, *Quod omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri*. Istud enim fœnum est, quod apud illam mysticam Rebeccam nondum à vero Isaac assumptam in connubium copiosis habebatur. Gen. 24. *Palearum & fœni*, ait ipsa, *est plurimum apud nos, & locus spaciosus ad manendum*. Vere locus spatiosus, quia lata est via quæ ducit ad perditionem. Matt. 7. Multumque est in ea operum carnalium ac mundanorum; quæ velut fœnum & paleæ æternis concremantur ignibus. Igitur fœnum ut bos comedes, id est, detestationem commissorum carnalium operum, spirituale suscipiens nutrimentum. Vnde bene dicitur Matt. 14. quod Deus præcepit turbæ discumbere super fœnum. Ad reuocandam gratiam ducis quam perdidit, & ideo dicitur, *Rora cæli perfunderis*. Isa. 26. *Ros lucis, ros tuus, &c.* Ros scilicet diuinæ gratiæ humectantis, illustrantis, fecundantis, & dulcorantis internam mentem. Gen. 27. *In rora cæli desuper erit benedictio tua*. Et idem paulò ante, *det tibi Deus de rora cæli, &c.* Ad resumenda opera artis quam amisit. Ideo dicit, septem quoque tempora mutabuntur super te; per siquidem septem tempora artes liberales intelligo; liberales inquit ab effectu, non illas quæ liberare habent hominem à seruitute peccati, & eum propriæ tradere liberati. Quæ utique licet possint vniuersitatè perfectorum operum designare in vniuersitatis numero signatorum & in septenario, signant tamen specialiter opera misericordiæ. Atque ad literam tempus illud, sc. vernale quod nunc imminet, deputatur, siue ad septem dicitur aptum fore. Sicut enim sunt septem horæ priuilegiatæ quæ ad imminens nunc concurrerit, ut dictum est supra; sic istud tempus ad septem opera est singulariter aptum. Est enim tempus istud principibus aptum ad dimicandum. Ad literam enim istud est tempus, quo, ut dicitur, 2. Reg. 11. solent Reges ad bella procedere, ut Rex noster Christus prius baptisate veluti armis cælestibus præmunitus à Spiritu sancto ductus est hodie in campum certaminis in desertum, scilicet à Diabolo tentaretur, ibique ob tenta victoria hostem prosterneret. Vbi mystice humanum genus ad Hierusalem in Hierico, id est, in miseræ defectum descendens nudatum gratuitis, ceciderat vulneratum. Igitur bene est tempus aptum ad dimicandum. Propter quod Apostolus in suæ Epistolæ exordio, ne sinistra diuina arma susciperemus ad dimicandum nos hortatur, dicens: Hortamur vos ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. De quo tempore Eccl. 3.

*Tempus belli, scilicet cum hoste, & tempus pacis, scil. cum Deo reformandæ, cultoribus aptum ad amputandum*. Tempus enim putationis aduenit, ut dicitur Cantic. 2. Vnde Eccl. 3. *Tempus putandi, scilicet virtutes, & tempus euellendi, quod plantatum est*, id est, amputandi vitia & peccata per confessionem & penitentiam. Mercatoribus aptum ad cumulandum. Ibidem,

*Tempus*

*Tempus acquirendi, & tempus perdendi, perdendi inquam pecuniam & eleemosynam pro proximo, Eccl. 29. Perde pecuniam propter fratrem & amicum tuum. & non abscondas eam sub lapide in perditionem*. Vnde dicitur in Evangelio, dic ut lapides isti panes fiant, id est, fructuosa ædificia in vsum & cibum pauperum conuertantur. Igitur tempus perdendi, sed istud perdere est acquirere thesaurum indeficientem in cælo, ubi nec ærugo nec tinea demolitur, Matth. 6. &c. Languentibus aptum ad liberandum, quia Eccl. 3. ut supra, *Tempus occidendi, scilicet concupiscentias insurgentes, & tempus sanandi, scilicet languores & febres, & vlcera maculantium peccatorum*. Stillantibus aptum ad lachrymandum. Lachrymantibus enim congruunt montes & arbores, sic reuera tempus est lachrymationis peccatorum, amputatione præmissa confessionis, est enim penitentia (ut ait August.) præterita mala plangere, & plangenda vltierius non committere. De huiusmodi vtrique planctu dicitur ut supra Eccl. 3. *Tempus fletu & tempus ridendi, quia secundum eundem Augustinum, debemus de peccato dolere, & de dolore gaudere*. Viuentibus aptum ad generandum; Sole enim ad nostrum centrum aliquid appropinquante omnia viuunt, arbores, homines, volucres, & bestia incipiunt ad generationem disponi, Eccl. 3. *Tempus nascendi, scilicet per gratiam, & tempus moriendi, scilicet mundo & iniustitiæ, ut mortui mundo & peccato iuste viuamus*, 1. Petr. 2. *Volucris aptum ad cantandum, represso enim humore melancholico, & incipiente sanguineo dominari, aues ad alacritatem & cantum singulariter disponuntur*. Sic aues, id est, contemplatiui, ad alta, scilicet conuolantes nunc ab illicitis abstinentes colloqui debent continuo diuinis laudibus occupari, Eccl. 3. *Tempus tacendi, & tempus loquendi*: Ergo bene præmissa tempora super quælibet virum iustum debent tempore quadragesimæ immutari.

*Cor eius ab humano commutetur, & cor fera detur ei*. Fera à feriendo dicta, eo quod crudeliter feriat; sic peccator non potest ferire crudelius quam ferire seipsum, & perimere in anima.

## C A P. V.

**I**ubente Rege indutus est purpura Daniel, & circumdata aurea torques in collo eius, & prædicatum est de eo quod haberet potestatem tertius in Regno, &c. Nota ista quatuor, Daniel, purpura, torques aurea, tertius in Regno. Daniel interpretatur cautus Dei vel iudicium Dei. Causa est animi impulsus ad aliquid agendum. Causa dicta à casu quo venit, cui origo est materia iudicij, quæ cum proponitur, causa est; cum discutitur, iudicium; dum finitur, iustitia. Causa etiam dicitur à Chaos, quod fuit principium omnium rerum. Causa dicitur origo vniuscuiusque rei. Daniel penitentem significat, qui timore & amore Dei causam, iudicium, & iustitiam de seipso facit. Hæc sunt illa tria, purpura; torques aurea, & tertius in Regno. Causa agit in contritione, quæ est origo vniuscuiusque rei iustæ, & quæ est animi impulsus ad bonum agendum. Iudicium in confessione, in qua se

discutit & examinat. Iustitia in satisfactione, in qua vnicuique quod suum est tribuit, Deo orationem, sibi ieiunium, proximo eleemosynam. In his tribus consistit satisfactio. Rex ergo Regum Iesus Christus, iubet ut Daniel induatur purpura.

*Circumdata aurea torques in collo eius*. Purpura, quæ sanguinei est coloris, contritionem significat cordis, de qua procedit sanguis lachrymarum. Vnde 4. Reg. 2. dicitur, *Orto sole, ex aduerso aquarum viderunt Moabita e contra aquas rubras quasi sanguinem, dixeruntque, sanguis gladij est*. Ad literam sic intellige. Cum Moabita vidissent ex aduerso aquas torrentis in Sole repercussas, suspicati sunt infectas sanguine, & dixerunt inuicem, cæsi sunt hostes.

Moraliter. Cum sol iustitiæ oritur in mente, tunc aquæ rubræ lachrymarum quasi sanguis gladij veniunt per viam Edom, id est, oculos penitentis. Et vere ista aquæ sunt sanguis gladij. Cum enim mens peccatoris vulneratur gladio contritionis, effundit lachrymas sanguinis. Bene dicitur quod iubente Rege indutus est purpura Daniel.

Sequitur, *Circumdata torques aurea est in collo eius*. Torques sunt circuli aurei à collo ad pectus descendentes. Torques aurea in collo est circulus puræ confessionis in aure peccatoris, de qua Dominus Ezech. 16. *Dedi torques circum collum tuum*. Et bene confessio dicitur torques vel circulus aureus, quia sapientia attingit à fine vsque ad finem, &c. Et peccator conuersus à primo vsque ad vltimum peccatum in circulo confessionis, omnia circumgyrando debet omnia includere. Sicut faciebat Plal. 26. dicens. *Circumui & immolauit, &c. In tabernaculo, id est, sancta Ecclesia, hostiam vociferationis, id est, confessionis*. De quo circulo Dominus Isa. 37. *Ponam circum in naribus tuis, & redut am te in viam per quam venisti*.

Nota quod tribus modis mortale peccatum quod est via diaboli venit ad animam, scilicet suggestione diaboli, delectatione carnis, consensu spiritus; in primis duobus est veniale, in tertio mortale. Cum peccator in confessione, quæ opponitur suggestioni, conteritur pro consensu spiritus, & affligitur in satisfactione pro delectatione, tunc Dominus ponit circum in naribus, id est, subtilitate & astutia diaboli, & reducit eum per viam per quam venit. Contrario enim contrarium purgatur.

Sequitur, *Et prædicatum est de eo quod haberet potestatem tertius in Regno*. Regnum Christi est vita iusti. Regnum, inquit Ioan. 18. *meum non est de hoc mundo*. Vita iusti in tribus supradictis consistit. Tertius in regno, quis est? qui vitam suam penitentia vel satisfactione regit. In hoc tertio signo deficiunt Magi Pharaonis, scilicet huius mundi sapientes, qui satisfacere nolunt pro peccatis, scilicet verus penitens ut cælestis Regni mereatur esse particeps, studet esse tertius in Regno illius.

Sequitur, *Mane, thechel, phares. Mane, narrauit; Thechel, appendit; Phares, diuisit*. In iudicio ista tria sunt, scilicet peccatorum discussio, bonorum omissorum exprobratio, sententiæ executio. Et tunc diuisum erit Regnum Babylonicum, id est, synagoga peccantium, à regno iustorum, & dabitur Medis, id est, demonibus suffocantibus.

Balthasar fecit grande conuiuium optimatibus suis, & temulentus inuit affert vasa, quae pater suus transtulerat de Hierusalem & de templo, & bibit Rex in eis, & optimates, & uxores, & concubinae, & laudabunt deos suos, &c. Moraliter Balthasar interpretatur capillus, qui habet cordis leuitatem, qui agitur omni vento, & est insensibilis diuinam inspirationem non capiens.

Item interpretatur abscondens diuitias, quibus scilicet abutitur gratis sibi datis: Hic facit conuiuium, dum scilicet seipsum conuertit ad peccatum, id est, inebriatur vino, scilicet delectationis prophanæ.

Hoc est conuiuium quo filia Loth, Gen. 19. inebriauerunt eum, cum egressus de Segor mansit in monte in spelunca, &c. Ita quod de vna suscepit Moab, & de alia suscepit Ammon: Loth interpretatur declinans, & significat hominem rectitudinem iustitiæ declinantem, siue viam mandatorum. Hic exiens de Segor qui interpretatur parua, id est, de humilitate diuinæ obedientiæ, & ascendit in montem superbiæ, & ibi quasi in spelunca latitans, id est, in tenebris peccati & ignorantia: de duabus filiabus, id est, suggestioni diaboli, & concupiscentia carnis, de vna generat Moab, qui interpretatur superbia, ex alia generat Amon qui interpretatur luxuria turbatus, quia actus est faculentus.

De hoc vino Eccles. 31. *Multos enim exterminauit vinum.* Hic iubet afferri omnia vasa, quia omnes sensus, & cor, & mentem; inebriat optimates, id est, voluntatem.

Item, uxorem, id est, rationem.

Item, concubinas, id est, carnem vel sensuallitatem, sectando, scilicet passionem.

Hæc sunt vasa quæ ad templum Dei pertinent secundum Apostolum, quæ pater eius Nabuchodonosor, id est, diabolus abstulit.

Primo quidem de paradiso & de templo Dei, quibus nunc iste abutitur; nunc autem aufert quotidie de templo Dei & Ecclesiæ militantis per demeritum, ut iam sint vasa non gratia; sed contumeliæ & peccati, Ezech. 16. *Tulisti vasa decoris tui, & de auro meo,* in quo feruor charitatis; & *de argento meo,* in quo splendor veritatis; primum in affectu, secundum in aspectu, siue intellectu, *qua dedi tibi; & fecisti tibi imagines masculinas,* id est, confidentiam, quasi posses de illis fructum concipere, & mentem tuam valeant fecundare; & *fornicata es in eis,* id est, in his inuidia & infana concupiscentia adhaesisti. Hæc igitur vasa de consensu miseri peccatoris aufert Nabuchodonosor de templo, cum tamen dicat Apostolus 1. ad Cor. 3. *Si quis templum violauerit, disperdet illud Dominus.* Sed audi diuinam sententiam & ultionem; statim affuerunt tres digiti illi, scilicet quibus Isa. 40. molem tetra, id est, grauedinem peccatorum appendebat. Tres isti digiti sunt sapientia in discernendo; iustitia in determinando & sententiando; & potentia in puniendo & flagellando. Isti tres digiti scribebant, scil. propter perpetuam rei memoriam, Abac. 2. *Scribe visum & explana eum super tabulas, & percurrat qui legerit eum.* Et aduerte quod ex scriptura facta est contra candelabrum, ut scil. omnibus esset clara, 2. Reg. 12. *Tu fecisti in abscondito, ego autem faciam in oculis solis huiusmodi.*

Item facta est in superficie parietis, ut re-

cta foret litera, & posset omnibus reuelari; quia nihil occultum quod non reuelatur. Dicitur Matth. 10. In aula regia, ut omnes conuenirent ad iudicium. Sicque data est sententia contra eum, & stylo ferreo in vngue adamantino.

Scribit autem primus digitus, id est, diuina sapientia. *Mane,* id est, numeratit Deus facta sua, Iob 31. *Nonne ipse considerat vias meas, & omnes gressus meos dinumerat?*

Secundus, scilicet iustitia; scribit, *Thechel,* id est, appensus es in statera, iudicia Dei sunt.

Tertius, id est, potentia, scribit, *Phares,* id est, diuisum est regnum tuum; quia corpus ab anima miserabiliter separatur; & datum est Medis & Persis. Medi mensurantes interpretantur, & significant demones, qui poenam culpæ mensurant, Isa. 13. *Ego suscitabo super eos Medos, qui argentum,* id est, eloquentiam, non quarant; nec aurum, id est, sapientiam velint, quia nec allegatio, nec astutia in præsentia liberabit. Et ideo bene sequitur; *sed sagittis,* id est, stimulis punitionum paruulos, qui stultitiam dilexerunt, interficiant morte secundâ. *Perfæ,* id est, dissoluentes latera, sunt vermes quibus datur corpus in escam, & anima demonibus, donec tandem infœlici commercio copulentur.

## C A P. VII.

**A**spiciebam in visione noctis, & ecce in nubibus, id est, Prædicatoribus, cæli quasi filius hominis veniebat, & usque ad antiquum dierum peruenit. Quia à summo cælo egressio eius, &c. qui est per omnia patri cœqualis. Qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Rationem ponit qui merita cuiusque examinat in hoc mundo, quæ districtius trutinantur in futuro.

Vnde super hoc sequitur. *Aspiciebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit; vestimentum eius quasi nix candida, & capilli capitis eius quasi lana munda. Thronus eius flamma ignis, rota eius ignis accensus, fluius igneus rapidusque egrediebatur à facie eius. Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei, &c.* Vbi glossa, Angeli & omnes electi Dominum in iudicio comitabuntur, & erunt throni Dei, quia in illis sedebit. Vnde Matthæi 25. *Cum venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes Angeli cum eo, &c.* Qui ut ibi dicit Glossa. testes sunt humanorum actuum, sub quorum custodia bene aut male egerant. *Et antiquus dierum sedit,* scilicet pater. Licet enim (ut ibi dicit Glossa) persona filij in iudicio appareat, non deerit tamen Pater & Spiritus sanctus, & pater est à se, Filius à Patre, & quicquid habet imputatur ei à quo est. Vel dicitur antiquus dierum, id est, seuerus iudex & verus, Antiquus dicitur. Vnde dicit Ioan. 8. *Antequam Abraham fieret, ego sum.* Sedens autem & vestitus vestimento antiqui dierum dicitur Deus, ut æterni iudicis habitus demonstraret. Senex quoque describitur, ut maturitas sententiæ comproberetur. *Vestimentum eius quasi nix candidum.* Saluator transfiguratus in monte & gloriam diuinæ maiestatis assumens in candidis vestibus videtur, in iudicio

cio enim vestimentum eius erit candidum; in quo purum ostenditur sincerumque iudicium, & nullam personam in iudicio recipiens. Vnde Petrus Actuum decimo. *In veritate comperi quia non est acceptatio personarum apud Deum, &c.*

Nota quod nix à nube. Vocata est; Vnde Diuus Ambrosius. Quamplurimumque glacialibus flatibus rigentes aquæ solidantur in nubem. Rupto aëre nix funditur. Nix est candida & frigida. In iudicio erit candor quoad bonos, & frigus quoad damnatos. Candor erit, in *Venite benedicti Patris mei, &c.* Frigus, in *Ite maledicti in ignem æternum, &c.* Et capilli capitis, &c.

Thronus quasi flamma ignis. Thronus Dei (ut ibi dicit glossa Origenis) sunt Eremitæ & Monachi, & alij qui in vno loco degentes Deo militare student, nec per loca discurrent, quorum quietis cordibus insidet Deus. Qui bene flamma ignis dicuntur, quia dilectione Dei & proximi desiderio cælestis patriæ inflammantur.

Sequitur, *Fluius igneus rapidusque,* id est, cum impetu currens, egrediebatur à facie eius. In fluuio, poenæ perpetuitas; in igneo, iudicij seueritas; in rapido, peccatorum subita in gehenna attributio designantur. *Millia millium ministrabant, &c.* De quibus Psalm. sexagesimo septimo. *Currus Dei decem millibus, &c.* Duplex est officium Angelorum. Gregorius aliud est assistere, aliud ministrare: Assistentur qui ad annuntiandum hominibus non exeunt; ministrant vero hi qui ad explenda officia rutione diuina non recedunt: & quia plures sunt qui ministrant, quam qui præsentialiter assistunt, assistentium numerus quasi definitus, ministrantium vero indefinitus ostenditur. Iudicium sedit, id est, ordo iudicantium, & libri aperti sunt, id est, conscientia & opera singulorum in vtraque parte vel bona vel mala omnibus reuelantur. Bonus liber est viuendum; malus qui in accusatoris manu, qui & inimicus iudex.

Iudicium sedit, & libri aperti sunt, scilicet libri conscientia. O quid dicent & quid facient miserabiles peccatores, certi de sui damnatione, qui nec bene agere, nec poenitentiam in hoc mundo facere voluerunt! Tunc enim fient eis omnia quæ fecerunt, manifesta. Ratio autem est, quia sicut lux corporalis manifestat picturas & figuras corporum turpes vel pulchras iuxta qualitatem ipsorum colorum; sic lux illa infinita ex suo splendore manifestabit quicquid vnquam fuerit in cordibus bonum siue malum:

## C A P. VIII.

**V**idi arietem cornibus ventilantem contra Occidentem contra Aquilonem, & contra Meridiem, & omnes bestia, non poterant resistere ei, nec liberari de manu eius, fecitque secundum voluntatem suam, & magnificatus est. Arius iste spiritum superbiæ significat, qui cornibus elationis ventilat contra Occidentem, Aquilonem, & meridem. In Occidente pauperes & minores, in quibus deficit calor superbiæ & potentia;

In Aquilone æquales. *Ponam,* inquit diabolus, *sedem meam ad Aquilonem, & ero similis,* id est, æqualis Altissimo. Isaia 14. In meridie maiores, *Isai. 14.* in quibus feruet calor dignitatis & potentia intelliguntur.

Aries ergo cornutus, id est, cornuta superbiæ spiritus: ventilat contra Occidentem, id est, conculcat pauperes & minores. Et contra Aquilonem, quia contemnit æquales; & contra Meridiem, quia subannat & deridet maiores. Et omnes, inquit, *bestia non poterant resistere ei, nec liberari de manu eius.* O cornuta superbia! quis de manibus tuis poterit liberari? Cum Luciferum signaculum similitudinis, *Cuius cooperimentum,* ut dicit Isa. 14. *fuit omnis lapis preciosus,* in tantæ elationis altitudinem eleuasti, cælestis es natione, & ideo mentes cælestium inhabitare consueuisti, latens sub cinere & cilicio. Ab istius bestia cornibus Dauid Propheta liberari & saluari desiderabat cum dicebat Psalm. 21. *Salua me ex ore leonis & à cornibus unicornium humilitatem meam.*

## C A P. X.

**E**go Daniel lugebam trium hebdomadarum dies, panem desiderabilem non comedebam, & caro & vinum non introierunt in os meum: sed neque vnguento vinctus sum donec complerentur trium hebdomadarum dies. Nota quod ex nimio fletu oculus obscuratur, caput conturbatur, facies attenuatur. Sic vere poenitentis oculus, quia deprædatur animam eius, obscuratur, ne videat mulierem ad concupiscendum eam, & clauditur ne mors intret per fenestras eius. Caput, id est, mens pro commissis conturbatur. Figura de filio Sunamitidis, 4. Regum 4. dicente. *caput meum doleo.* Et Dauid Psalm. 72. *Defecit caro mea & cor meum.* Vbi repetitio doloris significat vehementiam. Facies in carnis maceratione attenuatur. Vnde dicit, *Defecit caro,* id est, opulentiæ carnis; & *cor meum,* id est, superbia cordis mei. Hæc sunt tres hebdomadæ quibus lugeat poenitens. Vel trium hebdomadarum diebus lugeat, qui in tribus, scilicet corde, ore, & opere sanctam Trinitatem offendit.

Sequitur in Daniele, *Panem desiderabilem non comedebam.* Glossa. A cibus delicatis abstinuit, quod nobis faciendum est multo magis tempore ieiunij: qui enim vtuntur illicitis, abstinere debent etiam à licitis, vel panis desiderabilis est pompa sæcularis, quam plures desiderant. De qua Salomon Prouerbiorum 20. *Suauius est homini panis mendacij,* id est, pompæ sæcularis, quæ se mentitur esse aliquid, cum nihil sit; *Postea implebitur os eius calculo,* id est, poena æterna. Vnde Iob vigesimo. *Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum.*

Hunc panem non comedit poenitens, imo dicit Psalm. 101. *Cineream tanquam panem manducabam.* Glossa. Cineream, id est, reliquias peccatorum, *tanquam panem manducabam,* id est, poenitendo consumebam, quia & tenuia & leuia peccata per poenitentiam sunt consumenda, & populum meum, id est, temporalem iocunditatem cum fletu miscebam.

Vnde subdit Daniel, *caro & vinum* (in quibus notatur carnis concupiscentia; & mundi gloria).

non introierunt in os meum, caro dicta quasi cado; vinum dictum eo quod potatum venas cito repleat. Neque vnguento vnctus sum, super his habes concord. Amos 6. Va qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti, qui canitis ad vocem psalterij, bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuiti, &c. Omnia illa non facit pœnitens donec compleantur trium hebdomadarum dies, id est, donec plenarie pro peccatis satisfaciatur, & à sancta Trinitate remissionem accipiat.

Ex die primo quo posuisti cor tuum ad intelligentiam vt te affigeres in conspectu Domini Dei tui, exaudita sunt verba tua, & ego veni propter sermones tuos. Postquam cœpisti lachrymis, ieiunio, & orationibus inuocare misericordiam Dei, ego orationem accepi, vt prote oraturus ingrederer in conspectu Domini.

In diebus illis, tacet de noctibus, quia in lumine iustorum nihil erit noctis. Prou. 14. Iustorum semita quasi lux splendens procedit & crescit vsque ad perfectum diem. Ego Daniel lucebam. Matth. 5. Beati qui lugent, &c. Quis actualiter infirmus, certus de morte, conscius de crimine, incertus de venia, dubius de sententia ridere debeat nisi Phreneticus? Et ideo Eccles. 7. Cor sapiens vbi tristitia est, cor stultum vbi latitia est.

Trium hebdomadarum dies. Septem enim sunt vitia capitalia quibus homines peccant contra naturam, contra rationem, & contra conscientiam. Vnde 4. Reg. 4. Lauate septies in Iordane, & mundabitur caro tua. Iordanis fluitans iudicantis & pœnitentis, 1. Cor. 11. Quod si non in te ipsos diiudicauerimus, non vti que diiudicauerimus. Panem desiderabilem non comedi, id est, panem mandacij, quem lapides, id est, rigorem pœnitentiæ, fraudulentus hostis Dominum conuertere suadebat. Et caro, Glossa Gregor. id est, culpa iuxta illud ad Rom. 8. Si secundum carnem vixeritis moriemini. Et 1. ad Corinth. 15. Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt. Et vinum, id est, inepta & mundana lætitia, quæ facit animam ebriam, & mœcham cum mundo vel cum hoste. Ad Ephes. 5. Nolite inebriari vino in quo est luxuria. Et Prouerb. 22. Ne intuearis vinum quando flauescit, cum splenduerit in vitro color eius; ingreditur blande, nouissime mordebit vt coluber. Non introierunt in os meum, id est, in cordis appetitum, iuxta beatum Greg. Psal. Os iusti meditabitur sapientiam, donec compleantur dies trium hebdomadarum, id est, plena satisfactio culpæ, vel septenarius referatur ad totam vitam, ternarius ad fidem. Die autem vigesima quarta ( quia impleto decalogo præceptorum & gemina charitate, & doctrina quatuor Euangeliorum ) eram iuxta fluuium magnum qui est Tigris, id est, iuxta fluentia gratiarum quæ ad mortem fluunt cum impetu Psal. Fluminis impetus, &c. Tanta enim est gratiarum copia apud fontem vitæ increatæ quæ exuberant affluenter, & cum impetu maximo se diffundunt. Vnde Fluius ingens rapidusque egrediebatur à facie eius. Rapidus si bene pertingat ad hominem. Imo homo si eius imperium non fugiat per ipsum capitur à terrenis, sicut Paulus quem rapuit ad tertium cœlum. ) Et leuaui oculos &c. Leua oculos tuos in circuitu & vide, & vidi, & ecce vir, primi Regum vigesimo sexto. Nunquid non vir es tu? Et quis alter similis tui in Israël? Vnus, &c.

Virum dicit ex millibus vnus inueni. Vnde Eccles. 19. Vnus est; & secundum non habet. Vestitus lincis, carne mundissima stola claritatis & glorificationis assumptæ, ad quam tamen ad modum lini multis tunctionibus & percussuris peruenit. Apocal. 3. Qui vicerit sic vestietur vestimentis albis. Et renes eius accincti auro obrizati, id est, erat in prima puritate consistens, id est, in charitate ad propagandos filios spirituales. Apocal. 1. Accinctus corona aurea ad mamillas, vt in pectore amor charitate circuncinctus. In mamillis dulcor charitatis lactans paruulos. Et facies eius velut species fulguris, quia resplenduit facies eius velut sol: vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Marc. 9. dicitur. Qualia fullo non potest facere super terram. Et bene vitumque commemorat scriptura. In niue natura operatur candorem, in vestimentis fullo. Vestimenta autem sunt fideles. Ecl. 5. Omnibus his velut ornamento vestieris. Sicut Apostolus, Quicumque baptizati estis Christum induistis. Allegorice loquendo denotatur hic in niue candor innocentie, in fullo vero candor pœnitentiæ. Vtrumque candorem habuit: sed hic dicitur, vestimenta eius sicut nix, quia ibi erat candor innocentie naturalis & puritatis in fide. Videtur autem qualia fullo non potest facere, quia nullius vita, nullius doctrina, nullius pœnitentiæ, ad illum niueum candorem peruenire potuit.

C A P. XIII.

Voluit lauare in pomario suo. Quæ noluit castitatis præseruatiua, scilicet pœnitentiæ apponere nisi prius præmissa lotionem. Vbi attende quod hæc Susanna deuotam animam nobis significat multiplici ratione, quadri plerumque quantum ad præsens. Primo, quia desponsata generosa arra Dominicali vel subarra: quia nata generose. Et ideo dicitur quod erat vxor Ioachim. Expone quomodo Ioachim, id est, Domino præparatus vel Domini resurrectio signat Christum. Venustata gratiose, & decorata speciose forma singulari. Et ideo dicitur quod erat pulchra nimis. Et hic dicas quomodo hanc pulchritudinem cum honestate viro suo cui illam dicauerat studebat obseruare; & idcirco ingrediebatur pomarium pœnitentiæ, vbi plantantur bonæ plantæ, & vnde extirpantur herbæ malæ, & inferuntur herbæ bonæ & fructiferæ. In herbis imbecilles, in arboribus fortes ad pœnitentiæ intellige. Licet per hoc pomarium possit intelligi diuina prædicatio. Vtrumque tamen est vicinum domui, quia coniunctum Ecclesiæ. Ingrediebatur autem istud pomarium cum duabus puellis claudens super se osium vt lauaretur & inungeretur contra æsum, &c. Impugnata bellicose sinenoxa criminali. Et ideo duo iniqui senes, ecce vir. Liberata virtuosè palma triumphali. Ideo dicitur, erat vir habitans in Babylone, ad literam in confusione mundi. Atramen electus, cui nomen Ioachim, id est, Christus præparatus Domino Psal. 116. Paratum cor meum Deo, &c.

Item resurrectio Domini; quia ipse est quem Deus suscitauit à mortuis solutis doloribus inferni.

Et

Et accepit vxorem animam, quam in fide sponsauit, vt ex illa filios, id est, meritorum opera procrearet, quæ notant gloriam, & hæreditatem caelestem nomine Susannam, quæ obtentus liliij interpretatur, quæ scilicet optimè nitet candore puritatis, decore honestatis, honore sanctitatis ad modum liliij. Cant. 2. Sicut lilium inter spinas, candet, redolet, & floret, sic, &c. Filiam Helchiæ, id est, à sancto proposito genitam, quæ nihil præter sponsum desiderat habere. Helchia pars Domini vel vendicatus Dominio dicitur. Thren. 3. Pars mea Dominus, dicit anima mea. Num. 18. Ego Dominus ero pars eorum. Pulchra nimis tam in naturalibus quam in gratuitis. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Cant. 4. Et timentem Deum, & ideo præcauens omne malum, quia in timore declinat omnis à malo, vt dicitur in Psal. Iterum procurans merita, Eccles. 2. Qui timent Dominum præparabunt corda sua Domino, & in conspectu ipsius sanctificabunt animas suas. Prouerb. 31. Mulier timentem Deum ipsa laudabitur. Erat autem Ioachim diues valde, ad literam, Mecum sunt diuitie & gloria, dicit Dominus. Psal. 112. Gloria & diuitie in domo eius. Et erat ei pomarium, videlicet Ecclesia militans tanquam paradysus voluptatis, vicinum domui; quia Ecclesia militans vicina est Ecclesiæ triumphanti. Et ad ipsum confluebant Iudæi, id est, Christum fide, opere, & ore confitentem, Psal. Inroite portas eius in confessione. Eo quod esset honorabilior omnium, videlicet cui præcisè debetur honor. Timoth. 1. Soli Deo honor & gloria. Apoc. Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, &c.

Hæc igitur, Susanna ingressa est cum duabus puellis vt lauaret se in pomario. Pomarium est conscientia propria, quæ debet esse hortus conclusus. Vnde istud pomarium est paradysus voluptatis. Nam in ipso ponit Deus hominem, &c. Hæc duæ puellæ sunt duæ considerationes quas debet habere anima secundum peccatum. Debet enim in se cogitare quam vilis sit in se ipsa, & quam pretiosa in conspectu Domini. Vi-

lis siquidem est ex seipsa, quia ad nihilum iam reducta. Est enim orta in peccatis, offuscata tenebris, irretita illecebris, pruriens concupiscentiis, obnoxia passionibus, impleta illusionibus, prona semper ad malum.

Item debet cogitare quam sit pretiosa in conspectu Domini. Licet enim vilis sit in seipsa, est tamen magni pretij apud Deum, quia pretioso Christi pretio & commercio redempta. Iob 7. Quid est homo, quia magnificas eum, aut quid apponis erga eum cor tuum? Vnde Bern. Scio Domine quia vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Et addit, Quomodo ô Domine! nihil fumus, si thesaurus tuus fumus? Sic igitur cum his duabus puellis, id est, cum hac duplici consideratione ingredi debet Susanna, id est, anima pœnitens; pomarium, id est, conscientiam, ad lauandum se, scilicet per confessionem, & vngendum per pœnitentiæ: contra æstum vitiorum, & contra culparum incendium.

Et sequitur, Quod ingressa dicit puellis quod afferent vnguentum & ostia pomarij clauderent. Consideratio propriæ fœditatis & nihilitatis. Est illa quæ parat & adducit vnguentum pœnitentiæ, quæ sanat vulnus peccatorum; sed consideratio pretiositatis, quam scilicet sit pretiosa anima in conspectu Dei, est illa quæ claudit ostia sensuum ne thesaurus Domini surripiatur, & sic dicit quod anima lauit se, & postea vnxit; præmittendum igitur baptisma & ablutio per confessionem antequam ponatur vnguentum pœnitentiæ.

C A P. XII.

Gressa est iniquitas à senioribus iudicibus qui videbantur regere populum. Illi fuerunt illi duo senes antiqui in peccatis, pleni iniqua cogitatione, qui voluerunt Susannam ( quæ interpretatur gaudium gratiæ ) id est, Ecclesiam, vel Christi humilitatem, vxorem Ioachim, qui fuit exaltatus in cruce.

Yy 2

INTER





# INTERPRETATIO MYSTICA

IN

## PROPHETAS MINORES.

### OSEAS.

#### CAPVT SECVNDVM IN OSEAM.



**V**ADAM post amatores meos qui dant mihi panes, & aquas meas, & lanam meam, & linum meum, oleum, & potum meum. Vxor fornicaria est quæ libet anima spiritualiter fornicans, quæ post amatores suos vadit. Cum carnis sensibus obedit. Per panem intelligitur delectatio & prosperitas secularis. Vnde Iob 33. *Abominabilis sit ei in vita sua panis.* Per aquam luxuria. Iob 40. *Sub umbra dormit, in secreto calami & locis humentibus.* Per lanam innocentia in superficie. Vnde Leuit. 13. dicitur, *quod candor in cute lepra est.* Per linum subtilitas decipiendi. Vnde Isaia 19. *Confundentur qui operabantur linum, plectentes & texentes subtilia.* Vnde dicitur, *quod linum molle sit & lene.* Per oleum adulatio. Vnde Psal. 140. *Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.*

Vadam post amatores meos, &c. Amatores sunt dæmones, vel affectus carnales, post quos vadit quando eis consentit; qui dant ei panes, & aquam, & lanam, & linum, & oleum, & potum, &c. In panibus gloriæ temporalis pompa; in aquis luxuria & gula; in lana, hypocrisis & fallacia; in lino, pecuniæ amor; in oleo, adulationis nitor; in potu, dignitatis ardor significatur. De panibus Prouerb. 20. *Suauius est homini panis mendacij, id est, pompæ secularis, quæ se mentitur aliquid esse cum nihil sit.* Sed postea os eius implebitur calculo, id est, pœna æterna. De aquis, Naum. 2. *Quasi piscina aquarum aqua eius, scilicet, Niniues, quæ interpretatur spatiosa, in qua caro hominis figuratur: cuius aquæ, id est, gula luxuria carnis non siccabitur.* De lana Matth. 7. *Attendite à falsis Prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, &c.* De lino, Exod. 9. *Grando leset linum.* Grando est iræ diuinæ sententiæ. Ite, scilicet, maledicti, &c. Lædet & destruet auaritiam & vsuram. De oleo, Psal. 140. *Oleum peccatoris non impinguet caput meum.*

Vadam post amatores meos, qui dant mihi panes,

aquas meas & lanam meam & linum meum, oleum meum, & potum meum. Nota, dum videt sponsus munuscula adulteri, diaboli sunt delectationes in superbia, in inuidia, in hypocrisi. Munuscula alterius adulteri, qui est mundus, sunt complacentiæ in superfluitate vestium, in adeptione honorum sine merito & utilitate, in magistratibus, in pompis, & in operibus auaritiæ, vt rapinis, furtis, spoliis, vsuris, lucris per fraudem, & in similibus. Munuscula carnis, quæ more adulteri corrumpit animam, sunt oblectamenta gulæ & ebrietatis, incitamenta ad luxuriam, comestiones, crapulæ, vestium & lectorum mollietis, otia & similia quæ inuenerit Dominus in sponsa suarepudiat eam, qui talem non intro ducit in cellaria sua.

Vadam & reuertar ad virum meum priorem, quia tunc bene mihi erat.

Et sequitur. *Vocabit me vir meus, &c. Usque dormire eos faciam fiducialiter.* Vita enim animæ est Spiritus sancti gratia, quia ipsum ad pœnitentiam vocante interna inspiratione, totius vitij inutilis est vocatio. Vnde ait, *Non vocabis me vltra Baalim*, qui interpretatur superior aut deuorator, & significat vitium superbiæ, quod superior esse appetit, & vitium gulæ & luxuriæ, quæ omnia deuorant. Quorum nomina auferunt de ore pœnitentis. Recedant vetera de ore nostro, vt non tantum peccatum, sed & circumstantias peccati, & imaginationes de corde & ore deponat. *Et in die illa, id est, gratiæ infusione qua anima illuminatur percussio fœdus eius, id est, conciliatur peccatoribus; scilicet cum bestia agri, id est, auaris prædonibus & raptoribus; cum volucre cæli, id est, superbis; cum reptili terra, id est, gulosis & luxuriosis. Et tunc conterit de terra, id est, mente peccatoris arcum diaboli cæ suggestionis; gladium fulgentem, mundanæ prosperitatis, & bellum carnis; & sic eos fiducialiter facit dormire, & fiducialiter nuptias celebrare, quasi sit sponsus cum sponsa in thalamo conscientiæ puræ.*

Arcum gladium, & bellum conteram de terra, & dormire eos faciam fiducialiter. In arcu, diaboli suggestio dolorosa. In gladio, cordis cogitatio tumultuosa. In bello sensuum delectatio lasciuens & vaga designatur. Hæc Dominus de terra tunc conterit, cum turbam tumultuantem de

de domo conscientiæ eiicit; qua eiecta intrat, intrans pacificat. Et hoc est dormire, id est, requiescere eos faciam fiducialiter.

Eccles. 33.

Et sponsabo te mihi in sempiternum; & sponsabo te mihi: in iustitia & iudicio, & in misericordia & miserationibus. & sponsabo te mihi in fide, & scies, quia ego Dominus. In iustitia & iudicio, ecce primum, quia tunc directione & iudicio iustitiam exercere de carne non prodest. Eccles. 33. *Si est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua; verum sine iudicio nihil factus graue, scilicet contra eum.* Seruus fidelis est corpus quod non inclinat ad aliquid mortale.

Sequitur, *In misericordia & miserationibus, Ecce secundum, quia ad proximum. Misericordia est in compassione cordis; misera. tio in exhibitione operis. Quod additur, & sponsabo te mihi in fide, pertinet ad tertium.*

#### CAP. IV.

**L**igauit spiritus eum in alis suis. Alæ sunt intellectus, & affectio. Intellectus volat per campum veritatis, affectio per dilectionem boni, sed vtrumque ligat spiritus vanæ gloriæ.

Isai. 59.

Non est veritas in terra. O veritas splendida! splendida & luminosa, quæ à miseris sic miserabiliter reprobatur. Isai. 59. *Corruit veritas in plateis. Vbi iustitia non potuit ingredi vt eam subleuare posset.*

#### CAP. V.

**F**ornicatus est Ephraim, id est, Laici, contaminatus Israël, id est, Clerici. Non dabant cogitationes suas vt reuertantur ad Dominum suum, quia spiritus fornicationum est in medio eorum, & Dominum non cognouerunt.

Audite hæc Sacerdotes, quia vobiscum est iudicium, quoniam laqueus facti estis speculationi, & sicut rete expansum, sic Thabor, & victimas declinastis in profundum. Nota ista tria, laqueus, rete, declinastis. In quibus negligentia, auaritia, gula, & luxuria Sacerdotum notantur. Negligentia ibi, laqueus facti estis estis speculationi. Sacerdotes sunt dati ad speculandum, sed eorum negligentia subditi incidunt in laqueum diaboli. Auaritia ibi, sicut rete expansum, sic Thabor; in monte Thabor transfiguratus est Christus, & interpretatur lumen veniens, & significat altare in quo fit transfiguratio, id est, transsubstantiatio de specie panis & vini in corpus Christi & sanguinem; per quod Sacramentum venit lumen in animas fidelium. In hoc monte Thabor aliqui Sacerdotes nostri temporis, & (vt verius dicam) mercatores expandunt rete suæ auaritiæ ad congregationem pecuniæ. Celebrant enim Missas propter denarios, quos si se recepturos non crederent, minime Missam celebrarent, & sic Sacramentum salutis vertunt in finem cupiditatis. Gula & luxuria ibi, *Declinastis victimas in profundum.* Victimæ sunt oblationes fidelium, quas in profundum, quod dicitur procul à fundo, id est, gula & luxuria declinant. Victima dicta eo quod icteru percussa cadat. Oblationibus enim fidelium quos excoriant, eorum iumenta;

pulli, & focariæ filij impinguntur. Præceptum fuit in lege Deuter. 23. *Vt manser, id est, de scorto natus non ingrederetur in templum Domini.* Et ecce filij meretricum non solum ingrediuntur, sed etiam bona domus Domini comedunt.

#### CAP. VI.

**I**n die tertia suscitabit nos, & viuemus in conspectu eius, sciemus sequemurque vt cognoscamus Dominum. In his quatuor Verbis, quatuor glorificationi corporis dotes inrelligimus. *Viuemus*, ecce immortalitas; *sciemus* ecce subtilitas; *sequemur*, ecce agilitas, vt *cognoscamus Dominum*, ecce claritas.

Erit nubes matutina, & sicut ros matutinus præteriens, sicut puluis turbine raptus ex area, & sicut adueniente figantur & consumuntur, puluis vero rapitur, fumus in tenues auras dissoluitur, sic adueniente rore mortis temporalium abundantia fugiet & deficiet, & carnalis concupiscentia, & omnis vana gloria euanescent. Væ ergo illis, qui per huius vitæ modicam abundantiam momentanei delectamenti umbraculum æternitatem vitæ perdididerunt.

#### CAP. VII.

**A**lieni, id est, dæmones, comederunt robur eius, id est, verbi Dei virtutem.

Factus est Ephraim quasi columba seducta non habens cor. Nota, columba nificat quolibet mente. Mens dicitur à mente quod est defectus. Sic stulti nificand & pullificant in defectu, & semper idem pullificant, nisi vident sibi auferri merita; sicut columbæ dum vident sibi auferri oua.

#### CAP. VIII.

**I**n aranearum telas erit vitulus Samaria, quia ventam seminabunt, & turbam metent. Sicut tela araneorum vento dissoluitur, sic vitulus Samariæ, id est, Clericorum petulantia in nihilum redigetur. Sicut ventus turbinum mouet puluerem eleuando, ita amor temporalium, qui est quasi quidam ventus, mouet & ducit turbam elationis & damnationis æternæ, & non per spiritum meum.

In gutture tuo sit tuba quasi aquila super domum Domini pro eo quod transgressi sunt fœdus meum, & legem meam. Notentur ista, guttur, tuba, aquila, domus. Tuba prout scribitur Num. 10. *Ad tria conuocabat, scilicet, ad bellum, epulum, & festum: Tuba est Prædicatio.* Vnde Amos 3: *Si clanget tuba in ciuitate, quis non expauescet?* Signum est magnæ obdurationis, cum populus audit prædicationis tubam, æternam mortem comminantis, & non expauescit. Sunt enim tales sicut aspis surda, quia vnam aurem infigunt terrenis, & alteram obturant cauda concupiscentiæ carnalis, ne audiant vocem tubæ terribiliter cantantis.

## CAP. IX

**E**phraim quasi auis auolauit, &c. multi hodie sunt qui quandiu sunt implumes, id est, pauperes & ignobiles, stant in nido humilitatis, sed cum habent alas & plumas, id est, diuitias & dignitates, auolant & superbiunt, & gloria eorum in alis, cum deberent omnes attendere quanta fuerit miseria eorum in conceptu & nutritione & educatione.

## CAP. X.

**T**ransire fecit Samaria Regem suum quasi spumam super faciem aqua. Samaria est dignitas, quæ transire fecit Regem, id est, Prælatum suum quasi spumam, per quam intelligitur superbia, quæ cito tollitur procella infirmitatis. Voluptas enim tanquam fumus, mentis oculos tarbat.

Erit quasi nubes matutina, & sicut ros matutinus præteriens, sicut puluis turbine raptus ex area, & sicut fumus de fumario. Nubes matutina & ros sole adueniente fugantur & consumuntur, puluis vento rapitur, fumus in tenues auras dissoluitur. Sic adueniente ardore mortis temporalium abundantia fugiet & deficiet, & carnalis concupiscentia & omnis vana gloria euanescent. Væ ergo illis, qui per huius vitæ modicam abundantiam momentanei delectamenti vmbraculum, æternitatem vitæ perdiderunt. In huius infelicis exilij die septenario septem vitiis sunt irretiti, & ideo bibent de septem phialis iræ Dei.

## CAP. XI.

**C**hanaan in manu eius statera dolosa, calumniam dilexit. Chanaan negotiator interpre-

## IOEL.

## CAP. I.

**D**emolita sunt horrea, id est, aliqua claustra Canoniorum, dissipata sunt apotheca, id est, aliqua Abbatia Monachorum, quoniam confusum trituum. In tritico quod albet interius, & ruber exterius, notatur castitas, quæ munditiam ad se, vel charitas, quæ amorem Dei ad se conseruat & ad proximum. Hoc triticum ideo confusum, quia cecidit supra petram, & natum aruit, quia non habebat radicem humilitatis, nec humorem gratiæ septiformis, ecce habes quod ex confusione tritici, id est, defectu charitatis destruitur apotheca totius religionis.

Ignis comedit speciosa deserti, & flamma succendit omnia ligna regionis. Ignis, id est, cupiditas, comedit, id est, deuorauit, speciosa deserti, id est, Prælatos & ministros Ecclesiæ, qui in deserto huius sæculi sunt constituti, & ad spe-

tatur & significat Ecclesiæ mercenarium, qui sæcularibus negotiis implicitus curam non habet de Dei ouibus, dicit Hieronymus. Idem est negotiatio in clerico, quod vsura in laico. In huius manu est statera dolosa, quia aliter prædicat, & aliter viuit; aliud agit & aliud ostendit; paupertatem prædicat cum sit auarus; castitatem cum sit luxuriosus; ieiunium & abstinentiam, cum sit gulosus: onera grauiam & importabilia imponit humeris hominum, digito autem suo non vult ea mouere. Hæc est statera dolosa.

## CAP. XII.

**A**dimpleti, ecce diuitiæ & auaritia, & saturati sunt, ecce gula, & eleuauerunt cor suum, ecce superbia & vana gloria, & obliuiscuntur, ecce luxuria. Vnde Ezech. 23. Oblitus es mei, & proieisti me post corpus tuum. Dominum post corpus proicit, qui eius passionis amaritudinem oblitus delectationi corporis intendit, pro cuius amore gula & ventris sit feruus. Ideo Oleas. Ero eis dicit Dominus quasi leua, contra adimpletos, sicut paradus in via Assyriorum, contra saturatos, occurrat eis quasi vsura rapistaculis, & dirumpam interiora rectoris eorum, id est, superbiorum, quia eleuauerunt cor suum. Iecore amamus, in quo amor terrenorum designatur, quem qui habet, Dominus interiora eius dirumpet.

Sequitur. Et consumam eos ibi quasi leo. Bestia agri, id est, diabolus, scindet eos, gladio æternæ mortis, vt quem habuerunt incensorem in culpa, habeant tortorem in pœna.

Sequitur. Perditio tua Israël ex te est, quasi dicat, si perditus fueris, culpa tua est, sed auxilium tuum tantum in me, non ab alio, sed ex me qui custodio Israël.

## CAP. II.

**Q**uasi hortus voluptatis terra coram eo & post eum solitudo deserti. Terra à tero teris dicta est mens hominis pro peccatis attrita, quæ tunc est coram Deo, cum nihil boni à se, & in se, & per se existimat se habere, sed totum Deo attribuit, qui totum est bonum & summum bonum, à quo quasi à centro omnes lineæ gratiarum directo tramite ad circumferentiam protenduntur. Hæc dum est coram eo, scilicet eius beatitudinem contemplando & dulcedinem degustando vere est hortus voluptatis, quia in ipsa est rosa charitatis, viola humilitatis, liliu castitatis.

De

De hoc horto dicit sponsa. Descendit dilectus in hortum suum ad areolam aromatum. Hortus dilecti est mens pœnitentis, dicta diminutiue areola ab area propter humilitatem, quæ humilitas est procreatrix virtutum & aromatum.

Sequitur. Et post eum solitudo deserti. Sed cum infelix homo coram eo non vult stare, sed post eum, id est, posteriora vult aspicere, hortus voluptatis efficitur solitudo deserti: posteriora Domini sunt temporalia. Ideo posteriora Domini tantum videt, & non faciem, qui in his temporalibus transitorijs delectat.

Nolite timere animalia regionis, quia germinauerunt speciosa deserti, quia lignum attulit fructum suum, ficus & vinea dederunt virtutem suam: & filia Sion letamini in Domino Deo vestro, quia dedit vobis doctorem iustitiæ & descendere faciet ad vos imbrem matutinum & serotinum sicut in principio: & implebuntur area frumento, & redundabunt torcularia vino & oleo: & reddam vobis annos quos comedit locusta, bruchus, & rubigo & eruca. Animalia regionis sunt peccatores conuersi, qui de regione longinqua dissimilitudinis conuersi sunt ad misericordiam Dei Patris. De quibus Psal. 67. Animalia tua habitabunt in ea, id est, Ecclesia sancta, quæ est regio similitudinis. Istis ne de agritudine desperent dicitur, nolite timere, quia germinauerunt speciosa deserti. Desertum dicitur derelictum à frequentia hominum; vel quia non feritur, & significat pœnitentiam, quæ hodie raro à vero pœnitente colitur. Habitatores deserti sunt viri pœnitentiæ, qui germinant in contritione: sicut enim germen est initium floris, sic ipsi semper incipiunt, & de die in diem se renouant. Nolite ergo timere animalia regionis, quia sicut illi, ita & vos eritis speciosi.

Vnde sequitur: lignum attulit fructum suum. Nota ista tria, lignum, ficum, vineam. In homine tria sunt membra, à quibus quidquid intus vel foris agit procedit, scilicet cor, lingua, & manus: cor pœnitentis est quasi lignum faciens fructum contritionis, Isa. 27. Iste est omnibus fructus vt auferatur peccatum eius. Contritionis dicitur omnis fructus, pro eo quod omne peccatum aufert: ita tamen vt habeat firmum propositum consistendi.

Vnde statim sequitur ibidem: Cum posuerit omnes lapides altaris sicut lapides cineris allisos, non stabunt viri & delubra. Altare dicitur, ara alta, ara eo quod ibi ardeat victima: altare est superbia, luxuria, & auaritia, quæ quærunt alta & in quibus ardet infelix anima: hoc est altare Baal, qui interpretatur superior aut deuorator, quod bene altaris ethymologiæ concordet. Lapidem ergo altaris sunt peccata superbiæ, luxuriæ & auaritiæ, quæ confitens debet ponere coram sacerdote quasi lapide cineris allisos, vt omnia distincte & subtiliter tam peccata, quam circumstantias peccati confiteatur. Et sic non stabunt vici, id est, imaginationes, & delubra, id est, peccati delectiones. Lignum ergo attulit fructum suum.

Sequitur: Ficus & vinea de &c. Ficus à fecunditate dicta linguam significat, quæ est fecunda verbis. Circa hanc ficum debemus stercora, id est, confessionem peccatorum ponere, vt virtutem suam scilicet confessionem valeat dare. Vineam est manus, quæ digitos tanquam palmites extendit: digitus dicti, quia decem sunt,

vel quia decenter iuncti existunt. Extendat ergo manum operationis pœnitens ad præcepta decalogi, quæ decenter sunt iuncta. In prima enim tabula præcepta, quæ ad Dei dilectionem pertinent erant scripta: in secunda, quæ ad proximum, quæ enim sibi in simul coniunguntur, valde idonea existunt. Et ideo pœnitentes, qui estis filij Sion, id est, Ecclesiæ, exultate corde, & letamini opere in Domino Deo, non in alijs rebus, quia dedit vobis doctorem iustitiæ, id est, spiritum gratiæ, qui docet vos facere iustitiam de vobis ipsis, & descendere faciet ad vos imbrem matutinum & serotinum. Vbi dicit Glossa, matutinus imber est fides; serotinus perfectio operum: vel imber matutinus est cognitio Dei, quæ post fidem datur; serotinus, plenitudo eiusdem cognitionis. Et implebuntur area frumento. Per areas significantur mentes, vbi fit separatio peccatorum, id est, vitiorum, & sic abundant frumento bonorum operum, & per pressuram quam sustinent abundant oleo misericordiæ & vino consolationis. Et reddam vobis annos, &c. Locusta dicta eo quod pedibus sit longa vt hasta: bruchus quasi in bucca totus; rubigo, vitium quo pereunt segetes Eruca ab hærendo dicta frondium vermis, quæ suo incessu pruriginem excitat in carnem. In locusta superbia, in brucho gula, in rubigine ira & inuidia, in eruca luxuria significatur. Hæc sunt quæ deuorant bona opera nostra, quæ facta fuerant in charitate: sed cum ad pœnitentiam redimus, Dominus reddet nobis annos, id est, vberitatem bonorum operum: quia opera quæ facta fuerant in charitate; sed per sublequentem culpam mortificata, reuiuiscunt in pœnitentia, ad cuius epulum conuocans tuba vocat.

Dabo prodigia in caelo sursum, & signa in terra deorsum sanguinem & ignem & vaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem. Allegorice, Dominus dedit signa in terra per sanguinem & ignem cum misit in Apostolos Spiritum sanctum. Et sic ascendit fumus compunctionis. Vnde Actuum 2. Compuncti sunt corde & dixerunt ad Petrum & reliquos Apostolos, quid faciemus viri fratres? & Petrus, pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum, in nomine Iesu Christi, &c. Morter, in sanguine, maceratio carnis; in igne ardor charitatis; in vapore fumi, compunctio cordis. Hæc signa dat Dominus in caelo, id est, iusto; & terra, id est, peccatore.

## CAP. III.

**C**lamate hæc in gentibus, sanctificate bellum, suscite robustos, ascendant, accedant omnes viri bellatores: concidite aram vestram in gladiis & ligas vestros in lanceas, infirmus duat, quia ego sum fortis. Cum Dominus interna inspiratione loquitur in predicatoribus, tunc ipsi clamant in gentibus, id est, gentiliter viuentibus: sanctificate bellum. Quod fit cum quis prius vitia deponit: & post contra spiritualia nequitiae tela in cælestibus certamen assumit. Qui enim discernit, sentit, robustos suscitatur, qui firmum propositum non relabendi habet: viri bellatores tunc ascendunt, cum quandoque corporis sensus, qui prius erant quasi scæminæ animam effeminantes, modo tanquam viri bellatores ascen-

dunt castris & castitatis moribus, qui prius solebant descendere in profundum vitiorum. Aratra in gladios & ligones, in lanceas concidunt, qui linguam detractionis qua veluti aratro vitam aliorum solebat fulcare, veitit in gladios confessionis & propriae accusationis, & ligones terrenae sollicitudinis & priuati amoris vertit in lanceas charitatis: & sic qui infirmus fuerat & effœminatus, potest dicere, fortis ego sum & potens ascendere ex auerso, & stare in bello in die Domini.

*Hierusalem sancta, & alieni non transibunt amplius per eam.* Post diem iudicij Hierusalem con-

stans ex Angelis & hominibus erit absque vlla contaminatione quam prius contraxerat ex commixtione malorum. *Et alienus*, id est, diabolus vel aliqua praua cogitatio non reperiet viam, in iustis habentibus Dei pacem.

*In die illa fons de domo David egredietur, & irrigabit torrentem spinarum*, id est, refrigerabit abundantiam miseriarum nostrarum, quibus hodie pungimur & vulneramur.

*Alieni non transibunt amplius per Hierusalem*, id est, dæmones non tentabunt iustum: & *mala bestia*, id est, carnis concupiscentia non tranlibit per eam.

## A M O S.

## CAPVT I.



**S**UPER tribus sceleribus Edom, & super quatuor non conuertiam eum &c. vsque ad Bosre. Primum peccatum est mala cogitare: secundum, consentire: tertium, complere: quartum, non pœnitere. Qui in

tribus prioribus peccat, si pœnitet, conuertitur cum Dominus ad vultum clementiæ suæ: si verò non pœnitet, auertitur ab eo vultus clementiæ. Edom ipse qui & Esau & Seir: iste persecutus est Iacob, ita vt timore eius fugeret in Mesopotomiam, & non seruauit in eo viscera misericordiæ. Et odium quod fuit in patre seruauerunt Idumæi geniti ab eo contra filios Iacob, vt egredientibus de Ægypto ne pertransitum quidem in terram sanctam concederent; in hoc violantes misericordiam vt fratres esse nescirent: hoc totum faciunt illi, qui odiunt fratres suos, qui non sunt pauperes spiritu: & ideo mittet Dominus ignem gehennæ in Theman quod interpretatur auster, id est, in illos, qui timore mundanæ prosperitatis dissoluntur, & deorabit ædes Bosra quod interpretatur munita, id est, illos qui excusationibus se muniunt vt remaneant in peccatis.

Moraliter, Edom interpretatur sanguineus, & significat carnem nostram, quæ gloriæ & luxuriæ sanguine delectatur. Hæc persequitur in gladio concupiscentiæ fratrem suum Iacob, id est, spiritum nostrum, & vult violare misericordiam eius à Deo debitam: & ideo orat ad Dominum, dicens Genes. 32. *Erue me de manu fratris mei Esau, quia eum timeo, &c.* Spiritus carnem timet: & ideo de eius concupiscentiæ manu erui orat; quæ si ad consensum perueuerit, percutierit matrem cum filiis, id est, rationem cum affectibus, vel ipsam animam cum bonis opetibus.

Gen. 32

## CAP. III.

**S**I clanget tuba in ciuitate, quis non expauescet. Signum est magnæ obdurations, cum populus audit prædicationis tubam æternam mortem committantis, & non expauescit: sunt enim tales sicut aspis surda, quia vnam aurem infigunt terrenis, & alteram obturant cauda concupiscentiæ carnalis, ne audiant vocem tubæ terribiliter sonantis.

## CAP. V.

**V**irgo Israël proiecta est in terram, non est qui suscipiet eam. Virgo Israël est anima: Virgo per fidem, Israël per spem: quæ tunc proiecta est in terram suam, cum suæ miseræ carnis consentit concupiscentiæ.

## CAP. VIII.

**Q**uid tu vides Amos? Et dixi, vnicinum pomorum ego video: & dixit mihi Dominus, veni finis super populum meum Israël, non aduciam vltra vt pertransiam eum. Nota quod in pomis tria sunt, scilicet sapor, color, & odor: poma sunt viri iusti in quibus est sapor contemplationis, color sanctitatis, & odor bonæ operationis. Hæc poma Dominus trahit ad se quotidie vnicino suæ crucis; quam cum ascendit, finis venit super nos, quia finita est miseria nostra, qui nos non pertransiit, sed potius cum ipso transibimus in gloriam.

## CAP. IX

**I**n die illa suscitabo tabernaculum David quod ceciderat & edificabo operuras murorum eius. Per David hic significatur diuinitas; per tabernaculum, corpus ipsius Christi, in quo quasi in tabernaculo fuit diuinitas. Hoc cecidit per passionem & mortem: per operuras murorum intelliguntur vulnera manuum & pedum & lateris. *Istare edificauit Dominus in resurrectione.*

ABDIAS.

## A B D I A S.

## CAPVT I.



**S**I exaltatus fueris vt aquila, inter sidera posueris nidum tuum, inde detraham te, dicit Dominus. Aquila cæteris auibus altius volans superbum significat, qui duabus alis arrogantia, & vanagloria omnibus altior appetit videri. Hinc dicitur, si inter sidera, id est, inter sanctos, qui in hoc loco caliginoso tanquam sidera in firmamento lucent, posueris nidum, id est, vitam tuam, inde te detraham dicit Dominus: superbus enim vitæ suæ nidum

collocare nititur in consortio sanctorum. Vnde Iob 39. *Penna Strutionis* (id est, hypocritæ) *si-lob 39. milis est pennis Herodij, & accipitris*, id est, viri iusti. Nota quod nidus tria habet in se, plumis mollibus interius componitur, duris & asperis exterius construitur, in incerto loco vento exposito collocatur, sic vir superbus quandam molliem, id est, carnalem delectationem habet interius, sed spinis & lignis aridis, id est, opetibus mortuis est circumdatus exterius. In incerto loco vento etiam vanitatis exposito collocatur, quia nescit an fero an mane de medio tollatur. Et hoc est quod subditur, *inde te detraham*, id est, deorsum ad inferos traham, dicit Dominus.

## I O N A S.

## CAPVT II.



**S**UBLEVABIS de corruptione vitam meam. Ionas significat peccatorem, qui diuina gratia resurgit à peccato in quo iacuerat.

## CAP. IV

**P**arauit Deus vermem ascensu diluculi in crastinum, & percussit hederam, & exaruit. Hede-

ra quæ in altum per se eleuari non potest, sed alicuius inhærens ramis arboris altiora petit, significat diuitem huius mundi, qui non per se, sed pauperum elemosynis quasi quibusdam brachiis in cælum eleuatur. Vnde Luc. 12. *Facite Luc. 12. vobis sacculos, qui non veterascunt.* Et illud Luc. 16. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, id Luc. 16. est, inæqualitatis, vt cum defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula.* Hedera in ascensu diluculi, id est, in ortu gratiæ vel cordis contritione dente vermis, id est, considerantis se terram ipsa sibi crescat & vilescat, dicens cum Psal. 72. *Defecit cor meum, id est, superbia cordis mei, & Psal. 72. caro mea.*

## M I C H E A S.

## CAPVT I.



**D**ole & satage filia Sion quasi parturiens, in Geth nolite annuntiare, lachrymis ne ploretis, in domo pulueris puluere vos conspergite. Geth interpretatur torcular, & significat huius mundi superbos & auaros, qui tanquam torcularia opprimunt & emungunt pauperes & inopes.

*dole & satage filia Sion quasi parturiens, quia nunc egredieris de ciuitate, & habitabis in regione, & venies vsque ad Babylonem, ibi liberaberis, ibi te redimet Dominus de manu inimicorum tuorum.* Christus Rex, tegit animam ne oberret, consiliarius consultit vt de misericordia speret, cum dicit *dole & satage*, id est, satis age in satisfactionis labore vt pœna respondeat culpæ, quia nunc egredieris: de ciuitate, id est, sanctorum congregatione quod fit pœnitentibus in capite ieiunij, nam leprosus extra castra habitabat, & habitabis in regione dissimilitudinis in qua filius prodigus patris substantiam expendit viuendo luxuriose, habitabis inquam vt videas dissimilitudinem tuam, & Dei similitudinem, secundum quam formata es; recipias, & venias vsque ab Babylonem, id est, peccati confusione, vt de peccato tuo confusus, peccatum agnoscas, agnitum desleas, deslens gratiam recipias, ibi liberaberis, quia si tu agnoscis, Deus ignoscit, ibi redimet te Dominus de manu inimicorum, quia peccati confusio dæmonum est expulsiõ.

## CAP. IV.

**D**ole & satage filia Sion quasi parturiens. O filia, o anima, quæ es & debes esse filia Sion, id est, cœlestis Hierusalem, dole in contritione, & satage, id est, satis age quasi parturiens in confessione: & bene dicitur quasi parturiens, sicut enim parturiens laborat & dolet, sic peccator laborate & dolere debet in confessione.

*Nunquid Rex noster tibi aut consiliarius tuus perit, quia comprehendit te dolor sicut parturientem;*

CAP.



## CAP. VI.

**I**ndicabo tibi homo, quid sit bonum & vrique facere iudicium, ex quo timor, & facere misericordiam, id est, opera misericordiae, ex quo spes, & sollicitè ambulare cum Deo tuo. Ibi glossa in his nihil aliud præmij quæras nisi vt Deo placeas & cum Deo ambules sicut Enoch, & per eum cum Enoch transferaris. Vbi timor & spes, ibi sollicita conuersatio est Deo.

Indicabo tibi o homo quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te: vrique facere iudicium, ecce primum; & diligere misericordiam, ecce secundum; & sollicitum ambulare coram Deo tuo, ecce tertium, scilicet fidem seruare.

Humiliatio tua in medio tui. Medium nostri est

venter thesaurus stercorum, in cuius consideratione superbia nostra humiliatur, arrogantia deprimatur, vana gloria exsufflatur.

Adhuc ignis in domo impij, thesauri iniquitatis & mensura minor. Malitia auari denotatur, quia alia mensura vendit, alia emit.

## CAP. VII.

**Q**ui optimus est in eis quasi Paliurus & qui rectus quasi spina de sepe. Vere hodie omnis hypocrita est Paliurus simulans quod non est. Paliurus herba est spinosa incautos pungens, sicut hypocrita se simulans mollem verbis, pungens factis, spina transeuntes vulnerat, vt laudes hominum sumat, sanguinem emungit.

## NAV M.

## CAP. I.



**B**onus est Dominus & confortans in die tribulationis: qui pro peccatis suis, vel proximi, vel pro miseria huius exilij luget, à Domino consolatur, qui matrem suam de passione sua lugentem consolatus est.

## CAP. II.

**F**acies omnium sicut nigredo olla. Olla ex fumo & igne nigredinem contrahit; facies sunt opera per quæ tanquam per faciem cognoscitur homo. A fructibus eorum cognosce is eos, Matth. 7. Opera ergo peccatorum sunt sicut nigredo ollæ, quia igne diabolicæ suggestionis & fumo carnalis concupiscentiæ denigratur. Thr. 4. Denigrata est super carbones facies eorum.

Matth. 7.

## ABACHVC.

## CAP. II.



**S**uper custodiam meam stabo. Quod fit, cum quis omni diligentia custodit cor suum, super munitionem gradum figit, qui sensus carnis reprimit cum proposito perseverantiæ finalis, & sic contemplatur, vt videat qui dei dicatur.

Iustus ex fide sua sua vivit. Iustus dicitur quia iura custodit: iustus refertur ad se, ex fide ad Deum; vivit ad proximum, qui iustus est in se-

ipso iura custodiens, seipsum iudicans, & condemnans: ex fide Dei vivit in amore proximi: Qui verò non diligit (vt dicitur. Ioan. 3.) manet in morte. 1. Ioan. 3.

Lapis de pariete clamabit, & lignum quod inter iuncturas adificiorum est, respondebit. Clamabit (inquam) pro pauperibus in necessitatibus positus, apud Deum querimoniam faciendo.

## CAP. III.

**E**gressus es in salutem cum Christo tuo, id est, cum christmate & dulcedine pietatis & clementiæ, non rigore austeritatis & iustitiæ.

SOPHONIAS.

## SOPHONIAS.

## CAP. I.



Psal. 118.

**N** tempore illo scrutabor Hierusalem in lucernis, &c. Nota quod sunt quatuor lucernæ, prima est verbum Dei; Psal. 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum &c. Et nota quod prius dicit pedibus, deinde semitis, quia cum verbum Domini audimus, prius corde clarificamur, vt postea rectis gressibus ambulemus. Secunda lucerna est bono-

rum operum. De qua Luc. 12. Sint lumbi vestri luc. 12. praeincti, & lucerna ardentes in manibus vestris. Tertia intentionis, quæ illuminat cognitionem bonorum operum. De qua Matth. 6. Luc. 6. Lucerna corporis tui est oculus tuus, id est, intentio tua. Quarta, humilitas Iesu Christi, Luc. 15. Luc. 15. Quæ mulier habens drachmas, &c. Dicit ergo Dominus, in tempore iudicij scrutabor Hierusalem, id est, quemlibet Christianum inuestigabo, in lucernis, id est, si secundum verbum prædicationis quod audiuit, vitam suam reformavit, & tunc visitabit super viros, id est, confidentes in viribus sensus defixos in facibus, id est, iniquitatibus,

## ZACHARIAS.

## CAP. I.



**E**vavi oculos meos & vidi & ecce quatuor cornua & quæ ventilauerunt Iudam, Israël & Hierusalem. Ista quatuor cornua sunt quatuor vitia, quæ sunt superbia & luxuria in oculis, pruritus audiendi in auribus, detractio in lingua, rapina vel yfura in manibus: hæc sunt quæ ventilauerunt omnem ventum mundanæ vanitatis. Iudam, id est, laicos, & Israël, id est, clericos, & Hierusalem, id est, Religiosos: in istis cornibus corporis, scilicet sensibus cantant carmen lugubre, id est, mundi gaudium in morte animæ nostræ.

## CAP. II.

**E**go ero ei murus ignis in circuitu, & in gloria ero in medio eius &c. Christus est murus defensionis suæ, ignis comburens aduersarios & in medio gloria refrigerans iustos.

Leuavi oculos meos & vidi, & ecce vir, & in manu eius funiculus mensorum, & dixit ad me vt metiar Hierusalem, & videam quanta sit longitudo eius, & quanta sit latitudo eius. Vir est Christus, de quo Zacharias, vir oriens nomen eius: Iesus & vir bene consonant: Iesus Saluator, ecce vir qui virtute sua saluum fecit populum, Christus à christmate dicitur: ecce oriens qui illuminat sedentes in tenebris, illius viri manus ipsius est misericordia. De qua Marci 7. Deprecabantur eum vt imponeret illi manum. Sequitur funiculus mensorum, qui est confessio peccatorum. Vnde Salomon, Eccl. 4. Funiculus triplex difficile rumpitur. Nota quod peccator in confessione tria debet facere, scilicet de peccatis dolere, firmum propositum non relabendi habere, sui confessoris præceptis in omnibus obedire. Si tali funiculo manus mea ad lignum crucis dominicæ alligata fuerit, nequaquam abrumpi poterit. Iste fu-

Mar. 7.

Eccl. 4.

## CAP. III.

**I**n lapide vno, id est, penitente, qui debet esse lapis per constantiam, & vnus per fidei vnitatem. Erant septem oculi, quorum primo debet videre præterita vt deflat: secundo futura vt caueat: tertio, prospera ne eleuent: quarto aduersa, ne deprimant: quinto superiora, vt sapiant: sexto inferiora, vt desipiant: septimo interiora vt sibi in Deo placeant.

Super lapidem vnum septem oculi sunt, id est, in viro constanti septiformis gratiæ dona.

## CAP. IV.

**V**idi candelabrum aureum, id est, animam, quæ tota dicitur aurea, id est, quantum ad imaginem & similitudinem Dei facta, & lampas eius super caput ipsius. Lampas est iustitia gratiæ qua anima illuminatur. Vnde de viro iusto hac lampada illuminato dicit, Iob 13. Dixerunt iusti

iusti

*iusti simplicitas, lampas contempta apud cogitationes diuinitum parata ad tempus statutum.* Greg. iusti simplicitas & lampas dicitur contempta; lampas, quia interius lucet in conscientia; contempta, quia apud mentes carnalium abiecta existimatur: & à duplicibus quasi fatuitas reputatur, quasi mortuose reputant quos non secum carnaliter vine-re pensant. Statutum contemptæ lampadis tempus est æterni iudicij dies predestinatus, quo iustus quisque, qui nunc despicitur quanta potestate fulgeat demonstratur.

*Septem lucernæ, & septem infusoria.* Septem lucernæ sunt septem beatitudines, septem infusoria sunt septem verba Christi prolata in cruce, quæ omnia ad inuicem concordemus. Beati pauperes spiritu, &c. Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Beati mites, &c. Amen dico tibi quia hodie mecum eris, &c. Beati qui lugent, &c. Mulier ecce filius tuus. Deinde dixit discipulo, ecce mater tua. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, &c. Heli heli la-zamabathani hoc est Deus meus, &c. Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequuntur. Sitio. Beati mundo corde, &c. Consummatum est. Beati pacifici, &c. Pater in manus tuas commendo spiritum, &c. Qui paupertate spiritus ducitur verè cum Christo pro se persequentibus potest orare dicendo, Pater ignosce illis quia, &c. Qui spiritu est humilis in se delinquenti ignoscit, preces fundit.

*Manus Zorobabel fundauerunt domum istam & perficient eam.* Zorobabel interpretatur iste magister Babylonis, significatque Iesum Christum, qui venit mundum restaurare, Luc. 19. Filius, inquit, hominis venit saluum facere quod perierat. Cuius misericordiæ manus templum fundat, cum dat nosse velleque, proficit cum dat posse & velle proficit cum dat posse.

## CAP. V.

*Leua oculos tuos* (inquit Angelus) & vide quid est quod egredietur: & dixit, hic est oculus eorum, &c. Per amphoram intelligitur auaritia, cuius os non clauditur, sed semper est apertum in habitu temporalium. Hic est oculus in vniuersa terra, quia omnes scientes sunt & cognoscentes auaritiam, & ad illam habent oculos. Comes auaritiæ est massa plumbi siue globus in ore, scilicet pœna æterna quæ, nec transgitari nec eici potest: duæ mulieres sunt rapina & furtum. Rapina attenditur in altis personis, furtum in minoribus: hæ dicuntur habere alas milui, qui rapinæ intendit: millius dicitur quasi mollis auis, & viribus & volatu rapacissimus, & domesticis insidiatur auibus, & ideo significat rapacem elatum. Ista amphora leuatur inter cælum & terram, quia auarus nec in cælo cum Angelis, nec in terra cum hominibus, sed in aëre cum Iuda proditore & dæmonibus elegit sibi locum. Hæ mulieres non dimittunt auarum donec constituant in campum Sennaar, id est, in locum foetoris, id est, in infernum. Sennaar interpretatur foetor.

Item, qui pro peccatis suis vel proximi vel miseria huius exilij vel dilatione regni luget, à Domino consolatur, qui matrem suam lugentem de passione sua, consolatus est, dicens, mulier ecce filius tuus. Vnde Naum 1. Bonus est Dominus & confortans in die tribulationis, & sciens sperantes in se.

## CAP. VI.

*Leuaui oculos meos, & vidi, & ecce quatuor cornua, & qua ventilauerunt Iudam & Israël & Hierusalem.* Ista quatuor cornua sunt quatuor vitia, quæ sunt superbia, & luxuria in oculis. pruritus audiendi in auribus, detractio in lingua, rapina vel vfura in manibus: hæc sunt quæ ventilauerunt omnem ventum mundanæ vanitatis. Iudam, id est, laicos, & Israel id est, clericos; Hierusalem, id est, Religiosos. In istis cornibus, scilicet corporis sensibus content carmen lugubre, id est, mundi gaudium in morte nostræ animæ.

## CAP. IX.

*Dispergam quadrigam ex Esau, & equum de Hierusalem, & dispersabitur arcus belli.* Quadriga quæ quatuor rotis voluitur est abundantia aliquorum clericorum, quæ consistit in quatuor, scilicet in latitudine possessionum, in multiplicatione præbendarum & reddituum, in lautitia ciborum, & in lasciuia vestium: hanc quadrigam Dominus disperdet, & ascensorem eius proiciet in mare infernale: & disperget equum, id est, superbiam spumantem & effrenem Religiosorum, qui sub habitu religionis sub prætextu sanctitatis magnos se putant: sed magnus & potens Dominus, qui humilia respicit & magna depunit, istum equum proiciet de Hierusalem cælesti, in qua nullus intrabit nisi qui se humiliauerit vsque ad mortem, mortem autem crucis.

*Dominus est oculus hominis & omnium tribuum Israël.* Dum primus homo obediuit in paradiso, Dominus eius oculus fuit. Vnde Gen. 1. Formatis cum his animantibus terra & volatilibus cæli adduxit ea ad Adam ut videret, id est, videre faceret quid vocaret ea. Sed cum inobediens exitit, non Dominus sed diabolus eius oculus fuit excacutiens. Vnde Gen. 3. Vidit mulier quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, &c. Omnes tribus Israel sunt pœnitentes, qui dum ex corde suis prælatis sunt obedientes, tunc verè sunt Israel, id est, Deum videntes.

## CAP. XI.

*Pastor & idolum derelinquens gregem: gladius super brachium eius, & super oculum dextrum eius.* In brachio virtus cooperatiua vel cooperationis, in oculo lumen rationis designatur. Dicit ergo, o Pastor & idolum: & correctiuè ponitur, quasi dicat non Pastor, sed idolum, tam sceleratus es, ut non solum cultor idolorum, sed idolum verum eris. Idolum nomen habet Dei, sed non est, ita in rebus, Pastor derelinquens gregem, quia eius oues non sunt propriæ. Et ideo gladius, id est, furor Domini super brachium & oculum dextrum eius erit, ut robur eius, & iactantia fortitudinis eius ariditate gratiæ & bonorum operum sicetur; & lumen rationis terrenis tenebris obscuretur, quia impotens ad operandum & obtenebratus ad discernendum iusto Dei iudicio efficietur.

## CAP. XII.

*Assumpsi mihi duas virgas, vnam vocavi decorem, & alteram vocavi funiculum.* Nota quod vita pœnitentium dicitur virga decora, virga, quia sub disciplinæ rigore posita: decora, quia lacrymis ab omni lepra peccati mundata: vita carnalium dicitur funiculus, quia peccatorum suorum funibus constructa.

## CAP. XIII.

*In die illa erit fons patens domui David, in absolutionem peccatoris & menstruata.* O fons pietatis & misericordiæ, qui natus fuisti de terra benedicta, virgine scilicet Maria, quæ fuit de homo David & familia, ablue sordes peccatoris & menstruata.

## CAP. XIV.

*Erit ruina equi & muli & cameli & asini, & omnium iumentorum quæ fuerunt in castris illis.* In equo superbia. Vnde Ier. 8. Omnes conuersi sunt ad cursum suum quasi equus imperu vadens. In mulo luxuria Psal. 31. Nolite fieri sicut equus & mulus. In camelo auaritia. Inde Matth. 19. Non potest camelus, id est, auarus, per foramen acus, id est, paupertatem, transire, scilicet Christi: In asino torpor negligentia, quæ est sentina omnium vitiorum. Vnde dicitur asinus quasi alta sinens. Torpor enim negligentia non alta conscendere, sed per plana semper vult ire. Vnde Gen. 22. Dixit Abraham ad pueros suos, expectate, qui expectant cum asino torpore & tarditate. In iumentis voluptuosa quinque sensuum delectatio designatur. Hic cum asino, pueri sunt pueriles & carnales affectus.

*Erit ruina qua percutiet Dominus omnes gentes, quæ non ascenderunt ad celebrandam festiuitatem tabernaculorum.* Nota quod tria sunt tabernacula. Primum tabernaculum Dominicæ Incarnationis. De quo Isa. 4. Tabernaculum erit in vmbra culum dei

## MALACHIAS.

## CAP. I.

*Os vi montes eius, id est, superbiam rectorum & vanam fiduciam, in solitudine & hereditatem eius, id est, portionem eius in draconem deserti.*

## CAP. IV.

*Orietur timentibus nomen meum sol iustitiæ.* Diuina scriptura Christum solem commemorat: & hoc rationabiliter, propter multa; specialiter tamen, quia sicut latus solis in curriculo obliquo ut dicunt tam Doctores Catholici quam etiam mundi sapientes, facit mutationem in rebus per suum recessum, Humiditas arborum

ab aestu, & in securitatem & in absconsonem à turbine & à pluuia. Dei filius cum accepit ex beata Virgine corpus, in quo quasi in tabernaculo peregrinus & hospes fuit, tunc quasi vmbra culum contra æstum diei, id est, mundanæ prosperitatis nobis fecit. Vnde Psal. 139. *Obumbrasti super caput meum in die belli, id est, mundanæ prosperitatis, quæ valde impugnat Christi pauperes.* Qui dominicæ paupertatis vmbra culum caret, sol æstuat super caput eius & moritur. Vnde Iudith 8. *Vir eius Manasses, qui mortuus est in diebus messis hordeaceæ, instabit enim super alligantes manipulos in campo, & venit æstus super caput eius, & mortuus est.* Et 4. Reg. 4. *De filio Sunamitis, qui dixit caput meum doleo &c.* Manasses interpretatur oblitus, & significat cupidum & auarum, qui dominicæ paupertatis oblitus, dum manipulos diuitiarum & bonorum in campo colligeret, id est, in latitudinem temporalium ligare nititur, æstus mundanæ prosperitatis super caput. i. mentem eius venit, & sic moritur: hoc idem de puero, id est, carnali appetitu & luxurioso. De quo Isa. 65. *Puer centum annorum morietur, id est, peccator: & pœna, nequitia est, quæ te non sinit esse senem: est etiam humanitas Christi nobis in securitatem.* Vnde Psal. *Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo* Et in absconsonem, vnde, *sub vmbra alarum tuarum protege me: à turbine diabolicæ suggestionis & à pluuia carnalis concupiscentiæ.* Item, secundum tabernaculum est pœnitentiæ. Item, tertium tabernaculum est cælestis gloriæ. Vnde Psal. 83. *Quam dilecta tabernacula tua Domine, &c.* Quicumque ergo ad istorum tabernaculorum festiuitatem celebrandam non ascenderit, ruina mortis æternæ percutiet eum Dominus. Primi tabernaculi festiuitas celebratur in fide & humilitate: secundi, in cordis contritione: tertij, in contemplationis dulcedine.

*In die illo exhibunt aqua viua de Hierusalem.* Id est, corde pœnitentis, medium earum ad mare orientale: ecce irriguum superius, & medium earum ad mare nouissimum: ecce irriguum inferius; mare orientale est amaritudo pro splendore lucis æternæ; mare nouissimum est amaritudo pro perpetratione proprii peccati.

congelatur ne fluat, & ideo in hyemè videntur quasi mortuæ, non solum priuatæ floribus & fructibus; verum etiam frondibus: per eius autem accessum humor congelatus liquescit, & fluit in folia, flores, & fructus; sic rectè ille sol iustitiæ quando per culpam à mente hominis elongatur, humor deuotionis constringitur & tepescit, & in gelu acidiæ conuertitur, in tantum quod rami charitatis arefcunt, folia honestæ conuersationis seu locutionis defluunt: flores odoriferæ conuersationis vel orationis perimuntur, & fructus meritorij operationis misericordiæ perduntur. Et forte ista est causa quare hodie verba prædicationis non fructificant, quia semen aliud cecidit in terram bonam, aliud inter spinas &c. At vero hoc sole iustitiæ appropinquante, anima virefcere incipit, ac etiam pullulare.



# INTERPRETATIO MYSTICA

IN LIBRUM PRIMVM

## MACHABÆORVM.

IN LIBRVM

I. MACHABÆORVM.

CAPVT I.



**I**OVVTVS est ad eos verba pacifica in dolo, & crediderunt ei, & irruit super ciuitatem repente, &c. Dichanc figuram, si vis, quomodo diabolus irruit super ciuitatem, id est, animam quando dolose loquitur vt credamus; percutit eam plaga magna, dum scilicet ipsam fauciat culpa, quæ plaga nisi per supernum medicum curari non potest: vel vulnerat conscientiam, perdit populum multum, quia omnia præcedentia opera annihilat; accipit spolia, quia ipsam spoliat gratia; succendit eam igni, id est, quasi feruorem mali desiderij excitat: destruit domos, id est, habitaculum conscientiæ: dissipat muros, id est, diuina præcepta, quibus ab hostibus tuebatur; captiuat mulieres, id est, opera misericordiæ; natos, id est, stabilitatem; pecora, id est, simplicitatem cordis: vel domos destructas possumus intelligere exempla sanctorum in quibus debet homo habitare, quæ omnia exciduntur à corde. Ista omnia miser peccator attendit, & tamen ab eius dominio separari non potest, sed potius ei credit.

CAP. II.

**S**VREXIT Matathias, & ascendit in montem Modin, & habebat filios quinque, qui sunt Iudas, Simon, Ionathas, Ioanna, Eleazarus. Matathias interpretatur donum Dei, & significat pœnitentem, qui dono Dei à peccato resurgit, & in montem Modin, qui interpretatur iudicium, ascendit: dicit Augustinus ascendit tribunal mentis tuæ, sit ratio iudicans, conscientia accusans, timor carnis, & dolor crucians, locum testium obtineant opera. Hic est mons Modin in quo qui sedet, vere à peccato surrexit: huic Matathiæ, id est, pœnitenti sunt quinque filij, scilicet Iudas, id est, confitens: Simon obediens: Ionathas columba: Ioanna gratia: Eleazarus Dei auxilium interpretatur, huiusmodi pœnitentis sunt filij, cui

datur donum Dei, ex quo hæc omnia procedunt. Iudas mundat: Simon ædificat: Ionathas renouat: Ioanna ornat: Eleazarus protigit & conseruat. Iudas templum mundat, quia confessio mentem à vitiiis purgat. Vnde dicitur, Iudicum primo, *Consuluerunt filij Israël Dominum dicentes, quis ascendet ante nos contra Chananeum: & erit dux belli. Dixitque Dominus: Iudas ascendet, &c.* Chananeus interpretatur Zelotypus: & significat diabolum, qui animam peccatoris quasi Zelotypus ardentem diligit: at re ad Christum conuertatur, astutus satagit: contra hunc pœnitens in confessione debet ascendere, & eum de terra mentis suæ extirpare, & ipsam à vitiiis expurgare. Simon ædificat, quia ad hoc obedientia laborat: vt ædificium boni operis in altum crescat. Vnde de eo dixit ibidem Matathias, *ecce Simon frater, scio quod vir consilij est*, quia propriam voluntatem, quæ est via ad infernum, docet mortificare: & alterius voluntatem, quæ est via ad cælum implere: de cuius ædificio dicit Gregorius obedientia sola est virtus, quæ alias virtutes sibi inserit, insertasque custodit. Ionathas, sancta non desinit renouare, quia columbina simplicitate ædificauit, quod calliditas antiqui hostis quotidie destruit, & in primo homine destruxit. Vnde Genes. 8. *Venit columba in vespere ad Noë*, id est pœnitentem: in Arcam, id est, in ipsius mentem venit: & hoc est in vespere, id est, quoniam iam sol mundanæ prosperitatis & calor concupiscentiæ carnalis in ipso tepuit: & tunc ramum portat oliuæ, &c. Et sic Ionathas innouat, quod perierat: item Ioanna faciem templi coronis aureis ornat, quia Spiritus sancti gratia pura intentione opera nostra decorat. Vnde Isa. 61. *Induit me vestimento salutis: & indumento iustitiæ circumdedit me.* Dominus pœnitentem veste salutis induit in contritione, & indumento iustitiæ circumdat in confessione, & quasi sponsam decoris corona ornat, in operis satisfactione: quæ debet procedere ex mentis puritate: sed quia hæc omnia nihil proficiunt, nisi adiuu Dei auxilium, adiungitur quintus frater Eleazarus, Dei enim auxilio incepta augmentantur: augmentata conseruantur: conseruata, pœnitentem conseruant: & vitæ æternæ præmiis ornant.

*Exclamauit Matathias voce magna in ciuitate, dicens, omnis qui zelum habet legis statuens testamentum, veniat post me: & fugit ipse, & filij eius in montes, & reliquerunt quæcumque habebant in ciuitate: tunc descendebant multi*

*multi quærentes iudicium & iustitiam in deserto, & sederunt ibi ipsi & filij & mulieres, & pecora eorum.* Matathias interpretatur donatus à Domino, vel donum, & signat virum iustum & religiosum, specialiter tamen religionis fundatorem, vt B. Franciscum: talis namque ex speciali dono Dei datus est Christianis ad liberandum de manibus inimicorum. Vnde humilis Franciscus intellexit se ad hoc missum à Deo, vt animas luctaretur quas diabolus conabatur auferre: propter quod ipse tanquam alter Matathias destruxit aras mundanæ vanitatis, in quibus peccatores dæmonibus immolabant: circuncidit per reuocationem ad vitæ veritatem & puritatem illos, qui habebant præputium peccatorum. Legem in super abolitam operibus instaurauit. Hic igitur Matathias virum religiosum signat, qui habebat filios quinque, id est, sensus, quos mundum fugiens ad montem perfectionis Euangelicæ secum ducit. Reliquit in ciuitate huius mundi, quæ iniquitate & contradictione plena est, omnia quæ videbatur temporaliter possidere: hunc igitur tanquam iustum & robustum pastorem & principem multi sequuntur, descendentes per humilitatem vitæ, statuentes testamentum quod in mortuis, id est, in religione, quærentes iudicium, scilicet mundi, corporis & mentis facere, & iustitiam, & vitæ consequi perfectionem.

CAP. IV.

**D**icit Iudas Machabeus, *ascendamus nunc mundare sancta & renouare: & congregatus est exercitus omnis, & ascenderunt in montem Sion, & viderunt sanctificationem desertam, &c.* In hac auctoritate comprehenditur qualiter anima destruitur, & qualiter reædificatur. Iudas, id est, pœnitens congregato exercitu omni, scilicet cogitationum & affectionum, debet ascendere in montem Sion, qui interpretatur specula, id est, mentem suam, ex qua potest speculari Orientem suæ natiuitatis, Occidentem suæ mortis, Aquilonem aduersitatis Meridiem mundanæ prosperitatis: primum se humiliet, secundum se plangat, tertium fortis existat, quartum se non eleuet. Et quia amissa bona homo tunc agnoscit cum mala commissa rectè prius aspiciat, ideo sequitur, *& viderunt sanctificationem desertam.* Sanctificatio tunc deserta est, cum anima aqua baptismatis sanctificata, peccat mortaliter, & sic à Spiritu sancti gratia efficitur deserta, & altare profanatum; quod fit cum fides destruitur: *portas exustas*, quod fit cum sensus cordis igne concupiscentiæ dissipantur. *In atrijs virgulta nata sicut in saltu.* Quod fit cum in corde superfluarum cogitationum multitudo generatur. *Et pastophoria diruta.* Pastophoria græcè dicuntur thalami vel cubacula in quibus Leuitæ excubabant in atrijs domus Domini, quorum commemoratio fit in vltima visitatione Ezech. pastophoria ergo dirimuntur, cum secreta mentis per desideria illicita dilaniantur: ecce qualiter anima destruitur: Sed videamus quomodo reædificatur. *Sciderunt vestimenta sua, & cætera.* Nota ista quatuor verba, sciderunt, planxerunt, impofuerunt, ceciderunt. In scissione vestimen-

torum cordis contritio; in planctu magno lachrymosa confessio; in impositione cineris super caput, humilis satisfactio; In casu super faciem, super terram, vltimæ resolutionis recordatio. Vnde dictum est primo homini, terra es, & in terram ibis.

*Intulerunt candelabrum & altare incensorum, & mensam in templum.* Nota, triplex est templum, scilicet vterus virginalis, anima fidelis, Hierusalem cœlestis; in quorum quolibet sunt candelabrum, altare incensorum, & mensa. De vteri virginalis templo dicitur 3. Reg. 6. *Salomon* 3. Reg. 6. *ædificauit templum ex tribus*, scilicet marmore, Cedro, & auro: in marmore, beatæ Mariæ Virginitas; in Cedro quæ serpentes odore suo fugat, humilitas; in auro, eius paupertas designatur, marmor virginitatis vestitur & conseruatur & ornatur Cedro humilitatis, quia superba Virgo non est Virgo; & ideo beata Maria quasi virginitatis oblita humilitatem præterdit, dicens, *ecce ancilla Domini*: & ita vt Cedrus humiliatur, decoratur auro paupertas, solet enim ex diuitiarum adipe procedere iniquitates superbiæ: in hoc templum fuerunt illata candelabrum, altare incensorum, & mensa: sicut in diuinitate tres sunt personæ, & vna substantia: sic & in Christi humanitate tres sunt substantiæ, & vna persona. Iesus Christus est Deus & homo, quia ex anima & carne consistit: in candelabro diuinitas: in altari incensorum ipsius anima: in mensa, ipsius caro significatur, quæ fuit plena omni odore virtutum: ex carne reficimur & satiamur in altaris sacramento: benedictum est gloriosum istud templum quod candelabro æterni luminis illuminatur, altari incensum odoriferum redditur, mensa propositionis satiatur.

Item de secundo templo quod est anima Apostolus 1. Corinth. 3. *Templum Dei sanctum est quod estis vos.* In hoc templum acerbamus inferre candelabrum charitatis, altare incensorum, id est, deuotionem mentis; mentem propositionis, id est, verbum sanctæ prædicationis. De candelabro dicitur, Exod. 25. *Vbi loquitur Dominus ad Moysen, dicens, facies candelabrum ductile de auro mundissimo, scyphos, & sphaeras, & lilia ex ipso procedentia, sex calami egredientur de lateribus, &c.* Ductile dicitur eo quod malleo producat: candelabrum charitatis percutitur malleo tribulationis, vt ipsa producta crescat non in se, sed in mente hominis. Vnde Aug. super Epistolam Ioannis, perfecta charitas est hæc, vt quis paratus sit etiam pro fratribus mori: sed non quid mox vt nascitur cum fuerit nata nutritur, cum fuerit nutrita roboratur, cum roborata perficitur, cum ad perfectionem venerit: dicit cupio dissolui, & esse cum Christo: hic aperte progressus & perfecta charitas insinuat: fit etiam candelabrum charitatis de auro mundissimo: nullius enim vitij recipit admixtionem, quæ sicut aurum cæteris metallis, sic præeminet cæteris virtutibus. Ex isto candelabro debent procedere scyphi, sphaerulæ, lilia: in scypho qui sua concauitate infusa retinet & propinat, designatur humilitas cum compunctione mentis: concauitas enim infusorum est receptiua; timor vero infusa repellit: in sphaerula vero, quæ circumuoluitur, sollicitudo erga proximi necessitatem: in liliis munditia castitatis. Tu ergo qui charitatem ha-



bes, habero scyphos, quoad Deum: sphaerulas, quoad proximum; & lilia, quoad ipsum. Nota etiam quod candelabrum habet sex ramos, id est, charitatis sex brachia, tria à dextris, & tria à sinistris, quibus amplectitur Deum & proximum. Tria quibus amplectitur Deum sunt peccatorum abominatio, temporalium conculcatio, caelestium contemplatio. De primo Psalm. 118. *Iniquitatem odio habui & abominatus sum.* De secundo Apostolus Philipp. 3. *Omnia reputavi tanquam stercore, ut Christum lucrifacerem.* De tertio idem 2. Corinth. 4. *Non contemplantibus nobis, ut dentur, sed quae non videntur.* Item tria brachia quibus amplectitur proximum sunt, delinquenti parcere, errantem corrigere, esurientem reficere. De primo Luc. 23. *Dimitte eum quia nesciunt quid faciunt.* De secundo Iacobi 5. *Qui conuerti fecerit peccatorem à via sua errore, saluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum.* De tertio Rom. 12. *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum &c.* Si tali candelabro altare deuotionis & mensa sanctae praedicationis in animam fuerint illata, vere tunc erit templum sanctum in quo habitat Deus. Item de templo caelestis Hierusalem Psalm. 5. *Introibo in domum tuam, scilicet Ecclesiam militantem, adorabo ad templum sanctum tuum, scilicet triumphantem; & in utroque confitebor nomini tuo.* Vnde dicitur, Dan. 6. *Ingressus est Daniel domum suam, & fenestris apertis in caenaculo suo contra Hierusalem tribus temporibus flectebat genua sua, & adorabat, confitebaturque coram Domino.* In hoc templo est candelabrum luminis. Vnde Apocal. 21. *Claritas Dei illuminat eam & lucerna eius est agnus.* Ibi est altare incensorum. Vnde ibidem dicitur, *Venit Angelus & stetit ante altare, habens thuribulum, &c.* Hoc est quod dicit Raphael Tob. 12. *Quando orabas cum lachrymis & sepeliebas mortuos, & dereliquisti prandium tuum, ego obtuli orationem tuam Domino.* Est etiam ibi mensa, Luc. 22. *Ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater, ut edatis & bibatis super mensam meam in Regno meo.*

## CAP. V.

**D**ixit Timotheus principibus exercitus sui, cum appropinquaret Iudas & exercitus eius ad torrentem aquae, si transierit ad nos prior, non poterimus sustinere, &c. Timotheus interpretatur beneficium, & significat diabolum, qui suis delectationibus beneficia, quae sunt veneficia praestare videtur. Vnde potius veneficus quam beneficium debet appellari. Hic valde timet ne Iudas, id est, praedicator fluiuium praedicationis transeat, ut scilicet de ripa verborum transeat ad ripam operum. Quod si fecerit, ipsum Timotheum cum suo exercitu effugabit.

Iudas Machabeus cum tribus ordinibus bellatorum Timotheum inuasit, qui terram inuasit Iudaeorum, & populum peremerat & captiuauerat, multisque de populo Timothei interemptis ipsum fugauit. Quo facto Timotheus iterum populum congregauit, assumens sibi Arabes; & sic contra Iudam processit, deditque populo suo victoriam vel ruinae signum, dicens, si Machabeus transierit torrentem potens poterit aduersum vos; quod si non fuerit ausus transire, sed timuerit, tradetur Iudas in manus nostras. Iudas

confessor interpretatur. Machabeus protegens vel percussus nuntium. Tres ordines, tres partes poenitentiae, scilicet detestationis in corde, accusationis in ore, & castigationis in opere. His enim tribus perimitur populus peccatorum usque ad octo millia. Octonarius est numerus solidus, millenarius est ultra quem egredi non potest nisi per replicationem. In octo, peccati firmitatem, in millia, multitudinem, quae omnis per tres ordines perimitur; qui sunt iteratio, exercitatio, tentatio post confessionem. Ad quam assumis Arabes, quae regio interpretatur humilis, id est, occultae suggestionis.

Item, interpretatur insidiatores & occidentales; & signat mundana solatia, quae cito occidunt, & animae insidiantur, vel faciunt animam occidere à lumine gratiae, Ierem. decimo quinto, *Occidit sol cum esset dies, Iudicum decimonono, Occubuit enim sol cum esset iuxta Gabaa.* Quae procliuus est interpretatur torrens, peccati terminus, quem si transierit Iudas, habet victoriam in manu; si non, tradetur in manum inimici.

Nota, quod Timotheus beneficium interpretatur, & significat daemone: per contrarium sic est dictus, quia promittit tibi beneficia facere, vel quia est occasio beneficij, quo homines excitantur ut mereantur vitam aeternam.

## CAP. VI.

**R**efulsit sol in clypeos aureos, &c. Quod fit quando proximividentes bona opera alicuius glorificant Patrem eius, qui in caelis est.

## CAP. XII.

**V**idit Ionathas, quia tempus eum inuat. Dum igitur tempus habemus, operemur bonum ad omnes, Gal. sexto, *Sic enim & ille sanctus Ionathas Machabeus, qui columba veniens interpretatur, mystice voluit obseruare: videns enim quod tempus ipsum inuabat ad Romanos, qui excelsa interpretantur tonitrua, id est, ad superbas virtutes, quae super peccatores in extremo iudicio tonantes diuinam scientiam fulminabunt, electos nuntios, id est, electa opera destinauit.*

## CAP. XIII.

**T**ryphon quidam proditor iuit ad quendam principem Arabiae, qui nutriebat quendam adolescentulum paruulum nomine Antiochum, & duxit illum secum & intrauit Regnum Demetrii, & congregauit exercitum, quem Demetrius à se repulerat, & effugauit Demetrium de Regno suo, & imposuit sibi Diadema ut regnaret. Quem Antiochum ut se crederet esse firmum in Regno, idem Tryphon peruenit dolo sibi imponens diadema Asiae, & fecit eadem maximam hominum. Tryphon proditor & homicida

homicida diabolus figurat &c. Hic Tryphon ducit Antiochum de Arabia, quae humilitas interpretatur ubi nutriebatur Antiochus, qui pauper interpretatur: hunc adolescentulum & inexpertum Tryphon adducit ad Regnum Demetrii, qui interpretatur robustus virgam deiicere, Deum significans, qui est potens &c. hic intrat regnum Demetrii, dum scilicet arrogat dona Dei: colligit exercitum à Demetrio repulsum dum sibi congregat ingratitude vitia: pugnat cum demetrio & de regno suo

pellit dum Domino de suis beneficiis pugnam suscitatur: quo pacto imponit sibi diadema superbiae, sed dum credit esse tuus, idem Tryphon, id est, daemone in dolo ipsum perimit; dum scilicet à Deo per detestabilem culpam interficit, sibi ipse imponit diadema Asiae, id est, diuinæ plasmationis. Et tunc miser homo subditur eius potestati, tunc Tryphon facit eadem magnam, dum scilicet omne bonum dissipat in corde hominis, & mittit eum ad porcos custodiendos.



# INTERPRETATIO MYSTICA IN LIBRUM SECUNDUM MACHABÆORVM.

IN LIBRUM

II. MACHABÆORVM.

CAP. I.



**N**on inuenerunt ignem sed aquam crassam. Moraliter, euntes in transmigrationem Babylonis signant peccatores, qui à diabolo captiuntur & vinculantur per culpam, & in confusionem Babylonicam adducuntur, Thren. 1. *Migravit propter afflictionem & multitudinem seruitutis.* Nota vero quod homo fuit impugnatus tentatione, expugnatus consensu, captiuatus opere, ligatus delectatione, abductus consuetudine. Puteus peccati profunditas, Psalm. *Neque vergeat super me puteus os suum.* Hic est puteus in quo 1. Machab. 8. *Bachides, qui vetusta interpretatur, id est, antiquus hostis quosdam de populo machans, scilicet per culpam in puteum magnum, id est, peccati profunditatem proicit. Ignis factus est charitas, de quo praecipuum fuerat, Leuit. 6. Quod non deberet diuino altari, scilicet cordis iusti deficere.* Hic ignis in puteum ponitur, dum scilicet charitas per peccatum extinguitur, & etiam sepelitur. Redeuntes de Babylonia sunt poenitentes, qui Deo & Ecclesiae reconciliantur; & isti vadunt ad puteum commissorum delictorum per considerationem & poenitentiam & detestationem. Hauriunt inde aquas, scilicet confessionis: haec est aqua expiationis de qua Num. 19. *Quicumque tetigerit humana anima mortuum, & aqua aspersus non fuerit, peribit de populo Israel.* Sed hoc non dicit propter peccata venalia & propter pueros, qui poenitentia non indigent, nubes peccati intelligentiam offuscabat, & diuinam lucem siue radium expellebat siue effugabat. Igitur dum ex aqua

aspergitur sacrum altare, sol resurgit, qui prius erat in nubilo; quia Christus suae clementiae oculos ad te conuertit, quos propter peccatum à te auerterat.

CAP. IX.

**S**uperbe locutus est se venturum Ierosolymam & congeriem sepulchri eam facturum. De Antiocho, qui volebat de Hierusalem facere sepulchrum Iudaeorum, ipsam destruendo, & Iudaeos interficiendo, & dissipare templum; & ascendit currum suum; sed à Deo percussus est, & coeperunt erumpere vermes à corpore, & doloribus interioribus cruciari, cadensque de curru collisus est, & in tantum angustiatus, quod propter carnis factorem seipsum tolerare non poterat, & ob hoc diuinam sententiam in se recognoscens dicit, *Iustum est subditum esse Deo, & mortalem non parua Deo sentire.* Antiochus interpretatur pauper, scilicet meritis, silens, quia nec habet verbum confessionis, nec praconium laudis: immò si quid habet, sibi attribuit, & nihil à Deo recognoscit, & in hoc erigit se contra Deum; conatur destruere Hierusalem suo malo exemplo; interdum etiam alios à suo bono proposito retrahendo; & vult in Deo confidentes ibi sepelire; per culpam destruere templum conscientiae propriae; ascendit currum affectionis quem impetuosis daemone trahit; sed & eadit ex nimio impetu dum plura ambit quam consequi valeat, vel cadit interdum per desperationem: scaturiunt vermes conscientiae stimulantis, interius factores fiunt graues sibi ipsi, & tunc Deum recognoscere cogitur, sed interdum tardè, sicut de isto ad litteram legitur.

nouum hominem per confessionem innouati, vt refrenemus ieiuniis effrenem ardorem gulæ, & refrenemus confessionis humanitate, altitudinem superbiam & vanæ gloriæ, & conculcemus cordis contritionem, densum lutum auaritiæ. Beati (inquit Dominus Matth. 5.) pauperes spiritu, scilicet tribulato corde & contrito, quoniam ipsorum est regnum cælorum.

Nota quod sicut diabolus tentauit Dominum de gula in deserto, de vana gloria in templo, de auaritia in monte; Sic nos tentat quotidie de gula in deserto ieiunij. De vana gloria in templo orationis & officij. In monte dignitatis, de auaritia multiplici.

Dum ieiunamus tentat nos de gula, in qua peccamus quinque modis. Vnde versus. Præpropero, laute, nimis, ardentem, studiose. Præpropero, id est, cum præuenitur hora. Laute cum diuersis & variis salamentis, speciebus, & ciborum lautitiis, pruritus linguæ excitatur & hebes irritatur appetitus. Nimis, vt cum ultra corporis necessitatem cibaria sumuntur. Dicunt enim quidam gulosi: Ieiunare tenemur, tantum ergo semel comedamus, quod pro prandio & cœna recompensare possimus. Isti sunt sicut Brucus qui arborem cui infidet non relinquit, donec totam arborem comedat. Brucus dictus est, eo quod in bucca totus est, & gulofos significat qui in gula & in ventre sunt toti, & scutellam quam tanquam castrum obsident non dimittunt, donec totum quod in ea est, deuorent. Aut enim crepabit venter, aut euacuabitur scutella.

Ardentem cum homo se effundit super omnem escam, & quasi magnum castrum oppugnaturus, brachia erigit, manus extendit, totus comedit, & est in mensa quasi canis, qui in coquina parem non desiderat.

Studiose, cum exquisita cibaria requiruntur, & magno studio præparantur. Sicut legitur 1. Regum 2. de filiis Heli qui non carnem coctam, sed crudam volebant arripere, vt eam studiosius & accuratius præpararent.

Item tentat nos Diabolus in templo de vana gloria, dum sumus in oratione, officio & prædicatione, vanæ gloriæ iaculis à Diabolo impetitur, & multoties heu, heu vulneramur. Sunt enim quidam qui dum orant, & genua flectunt, & suspiria emittunt, volunt videri. Sunt & alij qui dum in choro cantant & voces frangunt, & in gutture citharizant, desiderant audiri. Sunt & alij qui dum prædicant, dum vocibus intonant, dum auctoritates multiplicant, & ad sensum suum glossant, & se circumgyrant, appetunt laudari. Omnes isti mercenarij (credite mihi,) receperunt mercedem suam, filiam suam ponentes in prostibulo.

Ductus est Iesus. Volens Euangelista ad salubrem pœnitentiam quemlibet inducere, hortatur ad sui Saluatoris exemplar ex quatuor in his verbis contentis, mouere, videlicet ad diligenter expiandum laboris iniquationem ibi. Ductus est. Ad patienter portandum carnis castigationem ibi: & cum ieiunasset. Ad prudenter ferendum hostis impugnationem ibi, tunc accessit ad eum. Ad affluenter impetrandam mentis recreationem, ibi: & ecce Angeli ministrabant. Dixit autem tunc, scilicet cum primùm exiit à Ioanne baptizatus. Præmisit enim, ad litteram eius ieiunio baptisimum Christi: sic moraliter debemus pœni-

tiæ nostræ mentis abluionem præmittere, quæ fit per confessionem, in qua homo noster interior baptizatur à Ioanne, id est, à diuina gratia. Purgata autem per confessionem conscientia offerre debemus Deo in ieiunio & fletu de corpore nostro sponte oblationem mundam & acceptabilem.

## CAPVT V.

**B**eati pauperes spiritu. Hæc beatitudo habet duas partes, rerum, scilicet, abdicationem, & spiritus contritionem, vt etiam bonus se inutilem, & cæteris reputet inferiorem. Pauperes spiritu ad nulla alta se erigunt, sed ea quæ timoris, & veræ humilitatis sunt, excolunt.

*Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum, &c.* Ibi ad tria hortatur. Primo ad abundantiam virtutalem, ibi: *nisi abundauerit iustitia vestra, &c.* Secundo ad modestiam salutarem, ibi: *Ego autem dico vobis. Omnis qui irascitur, ibi: Si affers munus, &c.* Si saluauerit, in quo saluetur, Sal in hoc loco significat vanam gloriam, quæ omne opus sterile reddit. Anima hæredem vitæ æternæ paritura, si sal vanæ gloriæ comederit, fœtus, id est, eius opus, vngulis, id est, finali perseverantia & cælesti gloria carebit.

*Solem suum oriri facit super bonos & malos, &c.* Gratia diuina habet mentem & animam nostram illustrare quo ad cognitionem, ideo dicitur *solem*. Colligare quo ad contextionem, quia vnit animam Deo, ideo dicit *suum*. Fœcundare quo ad operationem: ideo dicit *super bonos & malos*. Sicut enim præsentem sole terra fœcundatur & germinat, sic præsentem gratia diuina, anima fœcundatur.

*Beati mitis*, Mitis est quem mentis asperitas vel amaritudo non affert: sed simplicitas fidei ad omnem iniuriam sustinendam instruit patienter, vnde mitis dicitur quasi mutus illatæ iniuriæ non respondens.

*Beati qui lugent*, vnde Iob 16. *facies mea intumuit à fletu, & palpebræ meæ caligauerunt, & cap. 3. mœrens incedebam.* Ibi Gregorius vir sanctus eleuatus rebus & honoribus mœrens incedebat, quia etiam hunc Prælatum hominibus gloria potestatis ostendebat, interius tamen mœrore suo sacrificium contriti cordis offerebat.

*Beati mundo corde.* Iob 31. si secutus est oculus meus, cor meum, si deceptum est cor meum super muliere q. d. nec videre volui quæ concupiscerem, nec videndo secutus sunt quæ concupitui, nec adhæsit macula in manibus. Culpa scilicet in actionibus nostris, quia si illicita aliquando cogitauit peruenire. Illa vsque ad opera non permisit sequitur ignis vsque ad prædicationem deuorans, quia non tantum vsque ad iniquationem ignis luxuriæ macular, sed vsque ad perditionem deuorat, & omnia eradunt genimina, id est, animæ bonas operationes. Quia si luxuriæ maculæ non resistitur, etiam pereunt illa bona quæ videbantur.

*Beati pauperes, beati mitis.* Hæc duæ virtutes omnino destruunt regnum mundi, quod habet duas prouincias, scilicet cupiditatem acquirendi, & auaritatem retinendi, paupertas ergo destruit cupiditatem amplius acquirendi. Pauper enim spiritus est cui sufficit, id quod habet: mansuetudo

mansuetudo seu mititas contra auaritiam retinendi, qui enim mansuetus est ad proximos, nihil contra eorum indigentiam charum habet. Vnde in adeptione virtutum & donorum in gloria mansuetudo & pietas sociantur. Hinc mansuetus solet dici, quasi manu suetus vel affuetus, scilicet elemosynæ pauperi tribuendæ.

*Beati qui lugent, beati qui esuriunt.* Hæc duo euerunt regnum carnis, quod duas prouincias habet gulam & luxuriam. Luctus enim opponitur contra luxuriam. Hinc luxuriam carnis destruxit, in se Magdalena per multitudinem luctus. Vnde Iesai. 16. *Inebriabo te lachrymis meis, Essebom*, quod interpretatur cingulum tristitiæ vel cogitatio mœrore, hoc est caro quæ spiritum vndique angit tristitia & mœrore: sed inebriatur lachryma, quando ardore carnalis concupiscentiæ, pœnitentiæ lachrymis extinguitur. Sicut ignis extinguitur aqua. Esuries & sitis contra gulam, vnde Iob, *In vastitate & fame videbis*, id est, in abstinentia delectaberis, & bestias terræ non formidabis, id est, petulantiam carnis.

*Beati misericordes, beati mundo corde.* Hæc duo in nobis regnum diaboli dirunt. Regnum diaboli duas habet prouincias, superbiam & gloriam inanem, quoad se, & malitiam quoad superbiam, scilicet inuidiam, iram & odium. Vera autem misericordia omnem repullat malitiam quoad proximum: vera enim misericordia est quæ miseras alienas suas facit per compassionem, & misericors qui est miserorum cor. Quæ est manifeste contra inuidos & iracundos. Cordis autem munditia, quæ Deum videre facit, superbiam & inanem gloriam eliminat: nam superbia cor contaminat, & excæcat, ne mens Deum videre possit, & immundum corde facit.

*Beati pacifici, beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.* Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud, scilicet per pacem, & persecutionis tolerantiam. Qui ergo veram pacem habet in se per sanctam conscientiam, ad Deum per sinceram dilectionem, ad proximum, per omnimodam innocentiam, & insuper patitur à proximis, quos sic amat, & infirmitates à Deo missas gaudenter recipit, & acceptat à seipso pœnitentiæ austeritatem, quam sibi sponte sua iniungit; talis proculdubio violenter rapit regnum Dei. Scilicet qui omnimodam pacem habet interius, & persecutionem omnimodam tolerat exterius. Talis enim potest dicere: In pace amaritudo mea amarissimè.

*Nisi abundauerit Iustitia vestra plusquam Scribarum & Phariseorum.* Iustitia est qua rectè iudicando sua cuique tribuantur, dicta quasi iuris status. In quinque tenetur quilibet exhibere iustitiam: Deo honorem, sibi ipsi cautelam, proximo dilectionem mundo contemptum, peccato odium. Si domino exhibueris honorem, ipse erit fortitudo tua; Si tibi ipsi cautelam pro posse tuo adhibueris, profecto in salutem tibi erit. Si proximum dilexeris, saluum teipsum facies. Si mundum contempseris, tibi benedicet, quia es eius hæreditas. Si peccatum oderis, te reget.

*Audistis quia dictum est antiquis: Non occides.* Inauditum Christi non est legi contrarium, sed latius in se legem continens, qui occidens non

irascitur, non occidit. Tolle iram, & homicidiam non fit. Ira est omnis malus motus ad nocendum; subitus autem motus cui non consentitur, est passio accedente consensu, passio subsequente effectu est mors in domo.

*Omnis qui irascitur fratri suo.* Gradus sunt in istis peccatis. Primò irasci, & hunc motum in animo retinere plus est, si dixerit fratri suo *racha*, quod est de vindicta cogitare, sed modum certum non definire. Plus verò si dixeris fratri tuo, *fatue*, quod est crimen definire, quia certa vituperatione increpauit. Similiter gradus sunt in pœna; non minus est quando adhuc cum reo agitur, & est defensionis locus plus consilium, quando iudices inter se conferunt, pro supplicio damnatur, quam constat esse damnatum. Plus etiam est gehenna vbi nulla sententiæ dilatio, & ita quod propriis & certis modis exprimi non potuit, quibusdam similitudinibus dictum est, his enim tribus iudicio, consilio, gehenna, diuersæ mansiones in æterna damnatione pro modo peccati, singulariter exprimitur.

*Qui irascitur fratri suo.* Nota quod inter iram & iracundiam hoc distat. Ira est præfens, & ex causa nascitur. Iracundia verò vitium naturale, vel perpetuum. Iracundus dictus, eo quod accenso sanguine in furorem compellitur. Ira enim Græcè flamma dicitur, & ira in flamma est. *Racha* verbū Hebræum est, & interpretatur Græcè *canos*, id est vacuus aut inanis, quem vulgata iniuria absque cerebro possumus dicere. Qui ergo hoc dixerit fratri suo, qui de Spiritu sancto plenus est, luiturus est pœnam sanctorum iudicio. Iudicium vnus est, qui quod ipse vel alij sentiunt, intelligit. Stultus vero habes corpore.

*Si offers munus tuum, &c.* Nota quod quadruplex est altare, superius & inferius, interius & exterius. Superius est Trinitas, de qua Exod. 20. *Non ascendes ad altare meum per gradus, ne reueletur turpitude tua.* In Trinitate enim non sunt faciendi gradus, vt Pater maior Filio, vel Filius maior patre, vel Spiritus sanctus maior credatur vtroque, sed æqualiter & simpliciter est credendum. Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus sanctus. Ne reueletur turpitude tua, sicut fuit de Achar, qui effulsis visceribus finiuit turpiter vitam suam, eo quod ad altare per gradus ascendere voluit. Altare inferius, est Christi humanitas. De quo ipse dicit Exod. 20. *Altare de terra facietis mihi.* Altare de terra Christo facit, qui eum veram carnem de Virgine Maria, quæ fuit terra benedicta, credit accepisse. Altare interius, est deuotio mentis. Altare ergo, id est, mentis deuotio debet habere rectam operationem in longitudinem perseverantiæ quo ad se, in latitudinem charitatis quoad proximum, in altitudinem contemplationis quoad Deum, duos cubitos, id est duplicem perfectionem quoad Deum, vt perseverantiæ longitudinem, charitatis fraternæ latitudinem ad ipsum referamus, à quo est omne bonum quod habemus. Hoc altare debet vestiri auro purissimo.

Vestis deuotæ mentis est munditia aureæ castitatis, vestis dicta eo quod statum hominis proprium vehit. Sic munditia castitatis vehit statum mentis, per inflexibile enim castitatis cognoscitur rectitudo mentis. Ab hoc altari ascendit fumus incensorum intra sancta Sanctorum vbi est arca recondita. Ex compunctione enim

mentis ascendit fumus thimiamatis, id est pura orationis ad cœlum, ubi Christus est in dextera Dei sedens. Item altare exterius est carnis afflictio.

*Si ergo offers munus tuum ad altare, &c.* Nota quod sicut est quadruplex altare, sic quadruplex frater noster & quadruplex munus. Est munus orationis, fidei, pœnitentiæ, & eleemosynæ. Frater noster dicitur quilibet proximus, Christus, Angelus, noster spiritus. Si ergo offers munus tuum orationis ad altare Sanctæ Trinitatis, & ibi recordatus fueris quod frater tuus, id est proximus habet aliquid aduersum te, si ipsum dicto vel facto læsisti, vel si quicquam mali in animo contra ipsum geris, si remotus est, vade non pedibus, sed animo humili te ei profernas in conspectu illius cui oblaturus es. Si vero præfens est, vade passibus pedum veniam petendo. Item si offers munus fidei ad altare humanitatis Christi, credis eum veram carnem de Virgine accepisse, & ibi recordatus fueris quod ipse frater tuus qui tuam naturam pro te accepit, habet aliquid aduersum te, id est recordaris quod es in mortali peccato, dum ei confiteris vocis sono, relinque ibi munus tuum, id est noli confidere de fide mortua, sed vade prius reconciliari per veram pœnitentiam fratri tuo Iesu Christo.

Item si offers munus pœnitentiæ ad altare, id est carnis macerationem, & ibi recordatus fueris, quod frater, id est spiritus tuus habet aliquid aduersum te, id est corpus affligens recordaris quod spiritus tuus aliquo vitio est maculatus, relinque ibi munus tuum, id est noli confidere de carnis afflictione, nisi prius mundaueris spiritum tuum ab omni iniquitate, & sic veniens offeres munus tuum. Item si offers munus eleemosynæ pauperibus, & ibi recordatus fueris, quod frater tuus, id est Angelus gratia creationis frater, qui vt tu creatus, est tibi à Deo commissus, vt orationes & eleemosynas tuas deferat in cœlum, habet aliquid aduersum te, id est conqueritur aduersum te, quod de bonis quæ tibi suggerit, aurem obedientiæ auertis, relinque ibi munus tuum, id est noli confidere de tua eleemosyna ficta, sed prius vade passibus amoris, reconciliari per obedientiam angelicæ admonitionis, qui datus est tibi in custodem, & tunc veniens offeres munus tuum per manus ipsius Deo acceptabile. Rogemus ergo, &c.

## CAPVT VI.

*Vobis scriba & Pharisei hypocrita, qui circuitis mare & aridam, id est, totum orbem, vt faciatis vnum profelytum.* Profelyti sunt de gentibus in Synagogam recepti. Et cum factus fuerit, facitis eum filium gehennæ in duplo quam vos. Dum enim videt vitia vestra, reuertitur gentilis factus, & in præuaricatione maiori pœna dignus est.

*Clauso ostio orapatrem tuum in abscondito.* Natura posuit duplex ostium ante linguam, scilicet dentes & labia, ne meretrix semper praua diligens, egrediatur in plateam garrula, &c. claudit ergo dentes comprimendo labia, ne meretrix egrediatur ad lupanar.

*Nemo potest duobus Dominis seruire.* Tria hic declarantur. Primò, Christus vendicat sibi no-

strum totale seruitium, & ideo ipsi est famulandum singulariter, quia. *Nemo potest duobus Dominis seruire.* Secundò, restringit nostrum mentale studium, quia de ipso sperandum est fideliter, ibi. *Ne solliciti sitis, &c.* Tertio, iubet nos tantum querere regale solium, ubi est viuendum perenniter, ibi. *Primum querite regnum Dei.*

## CAPVT VII.

*Ata est via, qua ducit ad perditionem.* Multumque est in ea operum carnalium ac mundanorum, quæ velut scœnum & paleæ æternis concremantur ignibus.

*Qui audit verba mea, & non facit ea, similis erit viro stulto qui edificauit domum, id est, conuersationem suam, super arenam, id est, amorem temporalium, & descendit pluuia diabolicæ suggestionis, & venerunt flumina concupiscentiæ carnalis, & flauerunt venti mundanæ prosperitatis vel aduersitatis, & irruerunt in domum illam, & cecidit, quia fundata erat super arenam.* Arena dicitur quasi arida, temporalia enim ab humore gratiæ sunt arida: Et ita fuit ruina eius magna.

*Arcta est via que ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam.* Hoc est foramen petræ per quod meruit Moyses videre Dei gloriam, Exod. 33. Hæc est via colubri super petram, quæ difficilis visa est Salomoni, Prouerb. 33.

*Misit digitos in auriculas eius.* Tunc tibi digitos in auriculam mittit, quando Sacerdos imponit tibi pœnitentiam, & tu humiliter audis, & obedienter suscipis.

## CAPVT VIII.

*Ascendente Iesu in Nauiculam secuti sunt eum discipuli eius, &c.* Ista nauicula est crux Christi, hæc est nauis insistoris, in qua nundinas suas exponendo merces gloriosas, scilicet patientiam, indulgentiam, mansuetudinem, sustinendo à Iudæis damna rerum, contumeliam verborum, & cruciatum omnium membrorum, &c. Huius nauis beneficio ad littus cœlestis patriæ peruenimus. Et nota quod sicut Nauis in Principio & in fine est stricta, in medio verò lata: sic Crux in Principio & in fine, scilicet manuum & pedum affixione, & spiritus emissionem, stricta & angustis plena fuit. Media verò lata fuit, cum pro crucifixoribus exorauit, latroni regna promisit, matrem discipulo commendauit, quodammodo lata fuit.

*Sanatus est puer ex illa hora.* Gratia diuina tria habet facere in anima. Culpam expiare, ideo sanatus. Vitam renouare, ideo puer, mentem confirmare, ideo ex illa hora.

*Cum descendisset Iesus de monte, secuta sunt eum turba.* Quid mons, quid Iesus, quid descensio significant, videamus. Mons est gloriæ cœlestis æternitas, de qua Psalm. 3. *Quis ascendet in montem Domini? Qui à seipso descendit & humiliavit se sicut paruulus ipse, qui de monte descendit.* Eius descensio fuit humiliatio in carne: Inclinauit cœlos & descendit, cœlos diuinitatis, & descendit in vterum Virginitis.

*Et ecce Leprosus veniens adorabat eum dicens, &c.* Leprosus iste peccatorem significat, lepra mortalis peccati infectum. Nota quod his tribus verbis, venit, adorabat, & dixit: Domine, si vis, potes me mundare, notatur contritio, confessio

fio & fides, quæ cuilibet peccatori sunt necessaria. Primò cum contritione debet venire ad eum. *Qui audit, dicat veni.* Apocal. 22. Qui audit, scilicet tibulum auræ tenuis in mente per internam inspirationem, debet dicere peccatori, veni per contritionem: Leprosus ergo veniens adorabat eum. Ecce humilitas confessionis. De qua apertius dicitur. Marc. 1. *Veni ad eum deprecans, & genuflexo dixit, si vis, &c.* Sic peccator cum venit ad confessionem debet flectere genua coram Sacerdote Vicario Christi, qui ei ligandi atque soluendi tradidit potestatem. In cuius officij dignitate tantam debet habere fidem confitens, vt ei dicat. *Domine, si vis, potes me mundare, & à peccatis meis ablueré.*

## CAPVT IX.

*At Paralitico surge, tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam, &c.* Nota ista tria, surge, tolle, vade. Paralitico surgit quando peccator vitia in quibus iacuerat, deserit &c. Ergo dicit Dominus: *surge, tolle grabatum, &c.* Glossa. Lectum tollere est carnem à carnalibus desideriis ad voluntatem spiritus attollere, vt quod fuit testimonium infirmitatis, sic probatio sanitatis. Tolle ergo lectum tuum, id est, carnem per continentiam spe cœlestium à terrenis segregata. *Vade in domum tuam.* In domum suam ire, est in paradysum, quæ propria domus hominis fuit, redire, vel ad internam sui custodiam, ne iterum peccet.

## CAPVT X.

*Stote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columba, &c.* Nota, duos hostes habent Apostoli, scilicet Hæreticos & Tyrannos. Duo ergo erant eis necessaria, scilicet prudentia serpentina contra hæreticos. Serpens autem præ omnibus membris caput defendit, sic Apostoli fidem Christi. Et simplicitas columbina, quia in patientia vestra possidebitis animas vestras.

## CAPVT XI.

*Venite ad me omnes qui laboratis.* In Egypto, in luto luxuriæ, & latere auaritiæ, & onerati estis, iugo superbiæ, & ego reficiam vos, id est, requiescere faciam.

## CAPVT XII.

*Abitur ei signum Iona Propheta.* Diuinam gratiam debet homo omni tempore implorare, triplici ratione, videlicet quia homo inuitatur ad ipsam benigniter, dabitur ei. Ad ipsam vtiliter regulatur, signum. Etiam mentaliter expiatur vel consecratur, Iona, qui interpretatur columba.

*Generatio mala, per inuidiam & nequitiam, & adultera per Idololatriam, &c.*

## CAPVT XIII.

*Sole autem orto stauerunt.* Et quia non habebant radicem, aruerunt, semina sunt bona opera, quæ sole vanæ gloriæ aestuante, arcescunt; quicquid enim propter vanam gloriam facis, totum amittis.

*Exiit qui seminat seminare semen suum.* In hoc sex sunt notabilia: seminator, semen, via, petra, spinæ, & bona terra. Seminator est Christus, vel prædicator ipsius. Semen, est Verbum Dei. Via, luxuriosi. Petra, falsi Religiosi. Spinæ, auari & vsurarij, bona terra, pœnitentes & Iusti.

## CAPVT XVII.

*Vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem qui primus ascenderit, tolle, & aperto eius ore inuenies staterem, illum sumens, da eis pro me & pro te.* Piscis est Christus, in hoc mari magno & spatio moratus, qui primus ascendit, id est, morti pro redemptione nostra se obtulit, vt illud quod in ore eius. in confessione fuerat, inuentum, pro Petro & pro Domino daretur, & bene illud pretium sed diuisum, quia pro Petro quasi pro peccatore datum: pro Christo autem vt pro Iusto. Deus enim peccatum non fecit. Stater habet duo didrachmata, vt ostenderetur similitudo carnis, dum eodem pretio Dominus & seruus liberantur. Vel stater in ore Christi est misericordia & Iustitia.

*Duxit illos in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos.* Gratia Spiritus sancti est nobis necessaria propter tria, videlicet, quia ipsa habet viam dirigere: ille enim solus recte incedit quem diuina gratia præcedit, ideo dicit, *duxit.* Mentem erigere & subleuare, ideo dicit, *in montem excelsum.* Lucem ostendere & explicare: ideo *transfiguratus est.*

## CAPVT XVIII.

*Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum.* Saluator hic aliquid supponit quod est infirmitatis: *si peccauerit.* Aliquid imponit quod est charitatis, *vade & corripe.* Et aliquid exponit quod iniquitatis: *inter te & ipsum.* Supponit enim quod frater tuus peccauerit, quia humanum est peccare. Nec est enim homo qui non peccet, dicitur 3. Reg. 7. supponit insuper quod peccatum sit notum simpliciter, vel ex violenta suspitione, non ex quacunque leui. Sed ubi peccatum quis non commisit, vel si commisit correptor non habet aliud quam suspitionem, ad quid corripiet? Respondeo sic facit modicus, qui non solum dat medicinam infirmitatibus eminentibus, sed etiam dat purgationem præseruatiam ab imminentibus. Item potest videre signa, & tunc dicere, calor vel vrina sic indicat, &c. Sic videns vitæ signa non bona, dicit, timeo &c. ante languorem adhibe medicinam. Quantum ad hæc duo, dicit, *si peccauerit in te frater tuus.* Peccare autem potest in te, tripliciter intelligi. Vno modo si tibi aliquam offensionem intulit frater, vel personæ vel rerum temporalium. Alio modo scandalizando malo exemplo. Tertio dum vtroque modo. Imponit autem actum charitatis, scilicet proximi correctionem, ideo dicit, *vade, corripe eum, &c.* quod dupliciter potest intelligi. Vno modo ad literam, vade, & corripe, Chrysost. vade ad eum: quia ad te venire verendatur. Alio modo dicit, vade, ad designandum quid debeat te mouere, quia charitas ista debet te portare, & vtilitas proximi attrahere.



## CAPVT XIX.

**E**cce nos reliquimus omnia: & secuti sumus te, &c. Discipuli gloriantur se omnia reliquisse; scilicet tria: peccatum, mundum, seipsum. Relinquere peccatum pertinet ad incipientes: relinquere mundum ad proficientes, & relinquere seipsum, ad perfectos: peccatum relinquendum est propter tria. Propter damnositatem, quia facit Dei & honorum Ecclesia à se separationem. Propter utilitatem, quia peccatum facit animam de filia Dei, meretricem diaboli. Propter breuitatem, quia momentaneum est, quod delectat, æternum quod cruciat. Mundus relinquendus propter suam fraudulentiam, quia totus in maligno positus est. 1. Ioan. 5. propter periculositatem. In mundo pressuram habebitis, Ioan. 16. Nos ipsos relinquere debemus, scilicet, propriam voluntatem, & proprium amorem. Vt viam Christo recompensemus, qui se pro nobis reliquit. Vt ab ipso in omnibus prouideatur nobis. Reliquerunt ergo Apostoli omnia. Primò se, vt se totos Christo impenderent, & eiliberius deseruient. Secundò vt sufficienter ostenderent quod de Deo diffidit, quia temporalia retinet. Tertiò vt ei vicem prompte rependerent. Ipse enim omnia dimisit propter nos. Quartò, vt Christum facilius comprehenderent: videbant enim Christum vt gigantem currentem, quem sequi nequibant, nisi exonerati. Quintò, vt hæc omnia contemnenda docerent. Hæc omnia contempsit Christus vt contemnenda doceret, vilia sustinuit, vt sustinenda doceret.

## CAPVT XX.

**E**cce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur, &c. His Dominus duo dicit, ascensionis locum, quia Hierosolymam. Et ascensionis modum, quia filius hominis tradetur. Attendite igitur ascensionis locum, quia Hierosolymam, id est, ad pacem conscientia, & ad pacem patriæ. Et hic aduerte quod omnes nuncios quos tibi Dominus mittit, siue prosperitatis, siue aduersitatis &c. ad pacem huiusmodi te perducant. Ascendimus igitur Hierosolymam. Ecce locus ascensionis: sed hic aduerte quod homo per seipsum ascendere non potest, nedum ad gloriam obtinendam. Verum etiam ad gratiam promerendam. Nullus ergo per seipsum ascendere potest. Vt igitur te non valeas excusare, ecce quod dicit tibi Deus. Ascendimus, quia tecum ascendam, aliter ascendere non vales: immò quod plus est semper quadiu volueris; ipse exhibebit se præsentem. Sequitur ascensionis modus, quia filius hominis tradetur, &c. Vbi aduerte quod homo potest dupliciter considerari. Vno modo quantum ad esse naturæ, & sic continet in se duo, scilicet animam secundum quam est filius Dei, & secundum illam est à Deo præcisè: & continet ipsum corpus secundum quod est ab homine propter propagationem. Alio modo quantum ad esse meriti, & sic continet duo, videlicet opus meritum, & secundum illud est à Deo, quia non sumus sufficientes cogitare &c. & opus peccati, & illud est ab homine, à nobis enim est (vt ait Anselmus de libero arbitrio) quod possumus deficere & peccare. Igitur

si vis ascendere, oportet vt filius hominis tradatur secundum vtrumque intellectum: traditur enim primò in contritione, quia ibi peccata expellere ignominiosè & verecundè quod cum delectatione susceperunt. Secundò traditur in confessione, dum publica voce detegitur secretum, quod ante in domum tuam vocaueras, nunc eiciendo accusas. Tertiò flagellatur in satisfactione, cum scilicet delectatio in pœnam conuertitur, & quod fuerat in solatium fit in onus & pondus. Quartò conspuitur, dum scilicet detestatur continuè. Quoties enim ad memoriam reuocatur, toties Deo aut sibi debet exprobare peccator scelus commissum detestando & horrendo. Quintò occiditur, quando omnis occasio amputatur, & quando ex toto omnis inclinatio & incitatio amouetur.

## CAPVT XXI.

**C**um appropinquasset Iesus Hierosolymam misit duos discipulos suos, scilicet Petrum & Philippum. Petrus interpretatur agnoscens, in quo scientia. Philippus os lampadis, in quo doctrina cum operibus exemplaribus; misit autem duos multiplici ratione, videlicet propter geminam charitatem. Propter duplicem humilitatem, scilicet cordis & oris. Propter testimonium veritatis: quia in ore duorum &c. Et propter mysterium fidei, quia omnes articuli aut sunt de Christi ciuitate, aut de eius humanitate & sic sunt de duobus.

Et dixit eis; Ite in Castellum quod contra vos est. Duo notanda dicit. Primum est, quod vocat Ierusalem Castellum, & hoc multiplici ratione. Primò quidem, quia in eis non erat vinculum charitatis, sicut narrat Iosephus. Secundò, quia tanquam Castrum munitionis contra dominum se munierant. Tertiò quia iam mortem sui Pontificis tractauerant. Secundum quod dicit, quod contra vos est. Contra inquam erat, quia contraria vitæ Euangelicæ & Apostolicæ perfectioni. Et statim inuenietis asinum & pullum, qui ad portam ciuitatis, &c. aliter. Castrum corpus est, asina concupiscentia; pullus cor dissolutum. Hoc vinculo peccatorum maculantur duo discipuli continentia & abstinentia. Dicitur quod Dominus huius opus habet, & confestim dimittent, quia modica est virtus tentationis contra imperium virtutis & gratiæ.

## CAPVT XXII.

**A**beuntes Pharisei consilium inierunt, vt caperent Iesum in sermone, &c. Nota quod Pharisei interpretantur diuisi, & significant superbos Ecclesiæ Prælatos, & de illis dicitur abeuntes Pharisei. Vt caperent eum in sermone. Sic hodie capere nituntur Iesum prædicantem in sermone ad populum. Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis. Erat ergo seditio in populo, vt ibi dicit Glossa, aliis dicentibus dari tributa dedere pro securitate & quiete, cum Romani pro omnibus militent, Phariseis contradicentibus non debere populum Dei, qui decimas soluit, &c. quæ lex dicit, humanis legibus subiacere. Et Phariseorum discipuli cum Herodianis coniunguntur, quia discipuli diuisionis cum à vera gloria diuiduntur, fere inani gloriæ & transitorie coniunguntur. Magister, scimus quia

quia verax es. Magister dicitur, quia maior statione. Nam steron Græcè statio dicitur Latine. Magistrum vocant, quasi laudatus mysterium cordis simpliciter aperiat, eosque velit habere discipulos. Cognita autem nequitia eorum, Iesus ait, quid me tentatis hypocrita? qui aliud in corde, aliud habetis in ore.

## CAPVT XXIII.

**S**uper Cathedram Moysi sederunt Scriba & Pharisei, &c. In hoc Euangelio tria innuuntur, videlicet acceptare præconium veritatis, super Cathedram. Deuitare ludibrium vanitatis, ideo nota opera sua procurare plantarum paruitatis vel humilitatis. Vos autem nolite vocari Rabi. Detur igitur quantum ad primum acceptare & auscultare veritatis præconium, dicens, super Cathedram Moysi, &c. Vbi inducit ad aliquid obiterandum, quia eruditionem certam, scilicet, legi, super, inquit, ad aliquid relinquendum, quia conuersationem prauam. Secundum autem opera eorum &c. alligant enim &c. Vbi docet declinare quid erat in istis Prophetis, quia videlicet ostendebant austeritatem vitæ, quæ tamen non erat in eis. Imponebant enim onera grauius pœnitentiæ, & importabilia hominibus, & ipsi nedum humeros illis supponere, verum etiam digitos ad mouendum nolebant extendere. Chrysostomus melius est de misericordia rationem reddere quam de crudelitate. Nam vbi Paterfamilias est largus dispensator non debet esse tenax. Christus namque misericorditer liberauit & absoluit, & nullum onus aliud imposuit: sicut pater in multis. Ostendendo recordationem diuinorum mandatorum quasi haberent eum iugiter ante oculos mentis, & propter hanc dilatant phylacterias suas, in quibus scribebant decalogum, & ponebant in frontibus suis, & in manibus sinistris, designantes quod cor, siue consideratio & meditatio & etiam opera, circa legem Domini versabantur. Nota quod isti hoc ordine procedebant ad iudicium excipiendum: quia portabant ligata diuina mandata in frontibus, quia scilicet ea cognouerunt, & in manu sinistra, quia ea non impleuerunt, vel cum sinistra intentione. In sinistra autem non est robur. Et magnificabant sibi simbrias, quæ scilicet erant in quatuor angulis palliorum: sicut præceperat Iudæis, vbi ponebant pannum hyacinthinum: & vbi Pharisei ponebant spinas, &c. Sequebantur præterea carnis delicias, quia desiderabant primos accubitus in mensa: vbi scilicet melior portio ponebatur. Sequebantur auaritiam, quia conabantur habere primas Cathedras in Synagogis, vt scilicet, essent præcipui in oblationibus, quæ eis fiebant: sed & nunc fit illis qui sunt in capite chori tempore sepulture: quibus scilicet dantur cerei grossiores, &c. Desiderant reputari sapientes, & haberi in reuerentia, scilicet salutari in foro & vocari Rabi. Hæc autem omnia erant signa arrogantia & superbia, quæ occupauerant ipsorum corda.

Vos autem nolite, &c. Ibi docet extirpare superbiam & plantare humilitatem. Vult autem

quod homo sibi factum non attribuat scientia, quia scientia inflat, secundum Apostolum Nec etiam culmen potentia & præsidentiæ & ponit rationem huius, quia ista solum Deo attribuenda sunt, qui est Magister & Dominus, nos autem sumus discipuli & filij & fratres, & per consequens pares inter nos. Producti ab eodem principio temporali Adam vel Noë, & hoc quantum ad corpus. Deputati eidem seruitio, scilicet Dei quantum ad animam. Redempti eodem commercio, scilicet præioso sanguine; fruituri eodem stipendio, scilicet vita æterna. Et debet nos ad fugiendam superbiam & sectandam humilitatem inducere.

## CAPVT XXIV.

**D**iem autem illum nemo nouit. Propter hanc incertitudinem debet homo amplius fortificari in timore & præparari. Sed hic cadit quæstio vtrum aliquo modo possit sciri dies? Respondeo breuiter quod nescit ut dies, nec sciri potest nisi per diuinam reuelationem. Vnde etiam Angeli nescire possunt. Cuius ratio, quia dies non venit nisi impleto numero prius saluandorum, qui debet æquari numero illorum Angelorum qui in patria remanserunt, vt perficiantur ordines Angelorum, & cum hoc fiat decimus ordo, scilicet illorum qui non erant perfecti, vt ad Angelorum ordines assumi possint, sed facient decimam drachmam, sicut venditur sentire laus &c. cur Deus homo. Et Rabanus lib. 1. cap. vlt. vbi sic dicit. Ad supernam illam ciuitatem tantos ordines ascensuros homines quantos illic electos Angelos remansisse. Hoc idem videtur sentire Beatus Aug. 22. de Ciuitate Dei cap. 1.

Qui in recto est, non descendat aliquid tollere de domo sua. Ibi Glossa qui excedit carnem animo, non redeat ad aliquos actus pristinae conuersationis. Hoc est, nullo affectu inclinetur ad carnem.

## CAPVT XXV.

**C**um venerit filius hominis, &c. Quatuor hic tanguntur, videlicet, conuocatio singulorum ad comparandum citius. Cum venerit. Situatio citatorum ad distinguendum aptius. Et separabit, &c. Disquisitio meritum ad iudicandum rectius. Tunc dicitur. Retributio præmiorum ad persoluendum largius. Et ibunt, hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam.

Statuet oves quidem à dextris, hædos autem à sinistris, &c. Nota quod per hædos signat peccatores, per bonas oves & fœtos, bonos. Ratio autem similitudinis est argumentum medicorum, dicunt enim quod omnis fœtus de humida matre natus, quanto est ventri propinquior, tanto est deterior, & è conuerso natus de sicca, & ideo hædus in iuuenta sua est melior, quanto autem plus crescit, tanto deterior efficitur. Sic rectè peccatores, &c.

Et dicunt Domine, quando vidimus te, &c. Respondet. Quandiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Non simpliciter minimis, quia non ei qui nequiter se humiliat, & cuius

interiora plena sunt dolo : sed dicit minimis meis , quos mihi charitas copulauit. Sequitur tandem. *Tunc dicit & is qui à sinistris erunt, &c.* Vbi ponitur damnatio reprobatio reprobatorum, & damnationis causa subiungitur. *Discidite, &c.* Vbi aduertendum est amarum repudium quo sic expelluntur. *Discidite à me.* Clamabunt siquidem damnandi dicentes : Domine aperi nobis , ostium videlicet tuæ misericordiæ , ne patiaris à Patre filius miseris separari vel elongari. Sed Dominus respondet. Recedite , qui scilicet ad me venite & accedere pertinaciter recusastis , dum quotidie vocarem vos , & diem ; venite filij , audite me. Post illatum conuictum quo sic confundentur , maledicti , audientes damnandi amarum repudium seu diuortium quo

cogentur à Domino separari , clamabunt & dicent , id est , heu Domine , si omnes à te ipso cogis recedere , saltem nobis beneficium tuæ benedictionis impende. Sed è contratio Dominus clamabit : recedite maledicti. Acerbum supplicium ad quod transmittuntur , in ignem , scilicet &c.

## CAPVT XXVIII.

**I**Te, baptizate gentes in nomine Patris, & filij, & Spiritus sancti. In nomine utique ait , non in nominibus , ut vnitas essentia ostendatur. Per tua nomina quæ suppositi , tres esse personas ostendit. In illa enim Trinitate summa origo est omnium rerum , & perfectissima pulchritudo, & beatissima delectatio.



# INTERPRETATIO MYSTICA IN MARCV M.

## CAPVT I.



**V**ENIT ad eum deprecans , & genuflexo , dixit si vis , &c. Sic peccator cum venit ad confessionem debet flectere genu coram sacerdote Christi Vicario , qui ei ligandi atque soluendi tradidit potestatem. In cuius officij dignitate tantam debet habere fidem confitens , ut ei dicat : Domine , si vis potes me mundare , & à peccatis meis abluere.

*Et erat omnis ciuitas congregata ad ianuam.* Id est , in penitentia , quæ est ostium ut exponit Hieronimus , quod si nunc non feceris , ipse in die iudicij ibi in desertum locum , nec tecum voluerit commorari , quinimo dicet aliis ciuitatibus , vbi , scilicet , sunt ciues celestes , &c.

## CAPVT II.

**A**postoli filij tonitru. Hoc tonitruum quasi vox viua pulsauit , quando dilectionem mundi vertit in insipiditatem. Circa tonitruum notentur quatuor , præcedit enim id est , prius apparet coruscatio , sequitur tonitruum , deinde fulgur , postremo pluuia. Hinc notatur processus Apostolorum , id est , Prælatorum erga malos. Debet enim præcedere coruscatio blandæ admonitionis , ut resipiscant , postea tonitruum asperæ comminationis & increpationis , nisi se emendent ,

deinde fulmen excommunicationis & vindictarum , ircontemnant , ac demum pluuia compassionis , ut executionem vendictæ inferentes ipsi condoleant.

## CAPVT IV.

**E**T erat ipse in puppi super cervical dormiens. Christi dormitio fidei torpor. Puppis , vitæ nostræ finis. Cervical , mollities carnis. Torpor in carnis mollitie , &c.

## CAPVT VII.

**E**Xiens Iesus de finibus Tyri & Sidonis &c. A finibus Tyri exeundum , & ad mare Galileæ veniendum est. Hæc est via vitæ , semita iustitiæ. Tyrus angustia , Sidon venatio. iustitiæ interpretatur. Venit ad mare Galileæ per Sidonem. Galileæ transmigrationis , mare Galileæ amaritudo penitentia.

*Inter medio fines decapolis.* Quæ dicitur à decas quod est decem , & polis quod est ciuitas , inde decapolis ciuitas decem urbium , vel regio. Nota quod istæ decem ciuitates sunt illæ decem virtutes quas enumerat sapiens Eccles. 50. *In laude Simonis filij Onie, &c.*

## CAPVT VII.

**E**T suscitauerunt quod superauerat , &c. Septem sportæ vitos iustos Sancti Spiritus septiformi gratia repletos significant. Fiunt enim sportæ de iuncis & palmarum folijs. Iuncus nascitur super aquas , dictus , eo quod radicibus iunctis hæreat. Palma victoriæ datur. Sancti quoque

quoque , ne ab humore æternitatis arecant , in ipso vitæ fonte se collocant , & æternæ retributionis palmam expectant. Vel septem sportæ sunt septem primitiæ Ecclesiæ , quas Dominus septiformis gratiæ inspiratione repleuit.

## CAPVT IX.

**H**Oc genus dæmoniorum non eicitur ( id est , immunditia & carnis luxuria non potest eici ) nisi in oratione & ieiunio. Oratione enim cor à polluta cogitatione mundamus. Ieiunio , carnis petulantiam refrænamus.

## CAPVT X.

**C**œperunt quidam velare faciem eius , &c. Nota quod Christus voluit faciem suam primò velari , ut nos ablueret à velamento ignorantia. Secundò conspu , ut nos abstergeret ab inquinamento nequitia ; tertio cædi , ut nos dirigeret emolumento iustitiæ. Voluit primo faciem suam velari ad modum latronis qui debebat in cruce suspendi. Hanc velationem præfigurauit facies Moyfi Exod. 34. *Impletis sermonibus posuit velamen super faciem suam.* Vnde si quæris ignorans quare Deus permisit ? Certè ut te à velamine ignorantia liberaret. Voluit secundo Christus conspu facere , ut sic dignatione ostenderet quod pro nobis passus est se stolidum reputari , & vilissimum irrideri. Vnde Euangelista : cœperunt quidam conspuere in faciem eius. Nam propriè illi conspuuntur qui stolidi & viles reputantur ; hoc autem passus est Christus , ut nos à culpæ fœditate mundaret. Voluit tertio cædi in faciem , secundum illud Euangelistæ : velauerunt eum , & percusserunt faciem eius , & id quidem quasi faciem insani & blasphemii , ut sit facies eius tota liquefacta alapis Iudæorum , vnde nobis ostenderet exemplum iustitiæ.

## CAPVT XVII.

**M**aria Magdalene , & Maria Iacobi , & Salome emerunt aromata , &c. In his tribus mulieribus tres animæ virtutes designantur , scilicet , mentis humilitas , mundi contemptus pacis iucunditas. Primum in Magdalena , à Magdalo sic dicta , quæ interpretatur turris. In Maria Iacobi minoris matre , quæ supplantatrix , mundi contemptibilitas designatur. In Salome , quæ interpretatur pacifica , Ioannis Euangelistæ matre , pacis iucunditas. Hæc dicuntur Maria quæ interpretatur illuminatrix. Quæ etiam virtutes mentem hominis illuminant , in qua habitant. De prima scilicet Magdalena , hæc est mentis humilitas , quæ tanquam turris in altum se exaltat dum se nihil reputat. Vnde dicitur quod Maria Magdalena stabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fletet , inclinavit se & prospexit in monumentum ; & vidit duos Angelos. Nota singula verba. Monumentum dictum

eo quod mentem moneat ad recordationem , scilicet defuncti , nostræ mortis memoriam , & Ecclesiasticæ sepultura recordationem significat , quæ nos monent mente dolere , & operibus penitentia insistere. Maria ergo stabat ad monumentum , quia humilis ad memoriam mortis suæ stat sollicitus , ut cum venerit Dominus ipsum inueniat vigilantem. Sed qualiter stabat ? certè foris plorans , non intus. Foris nihil aliud est nisi ploratus & vlulatus multus. Ideo Rachel , quæ interpretatur ouis , id est anima penitens , simplex , plorat filios suos , id est opera sua , quæ peccati perpetratione fuerunt mortalia , & non vult consolari , quia non sunt , ita benè viua , sicut erant prius antequam fuissent mortalia.

*Sed dum fletet inclinavit se , & prospexit in monumentum.* Ecce vera humilitas penitentis. Nota fletet , in quo contritio ; inclinavit , ecce confessio ; prospexit , ecce satisfactio. Dum ergo vere intentè oculum dirigit ad monumentum suæ mortis , videt duos Angelos , unum ad corpus , alterum ad pedes. Isti duo Angeli , qui interpretantur nuncij , moraliter significant nostræ vitæ miserum ingressum & egressum , qui benè dicuntur Angeli , quia nobis annuntiant nostri corporis fragilitatem , huius mundi necessitatem. Recte ergo per Magdalenam humilitas. Cui Maria Iacobi associatur , quæ omnia transitoria tanquam lutum pedibus conculcat , & veteris conuersationis fermentum expurgat. His duabus adiungitur tertia , scilicet Salome. Hæc est pacis iucunditas , &c.

*Et venientes vngerent Iesum.* Nota. Mulieres sabbatho siluerunt , quia mandatum erat ut sabbathi silentium à vespera in vesperam seruetur. Ideo religiosæ mulieres sepulto Christo cum licuit operari , in vnguentis præparandis occupantur. Ideo à parascæue vsque ad solis occasum. Cumque præ angustia temporis non explere potuissent , mox transacto sabbatho in solis occasu , ut operandi licentia rediit , festinanter emerunt aromata , ut venientes vngerent mane corpus Iesu.

*Et valde mane vna sabbathorum , &c.* Mane , id est , in ortu gratiæ , sine qua nox est in anima. Vna sabbathorum sanctæ animæ veniunt ad monumentum. Apertè dicitur quod vna sabbathorum ; quia nisi à sollicitudine temporalium animus quiescat , ad Dominum non appropinquat.

*Dicebant adinuicem : quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti ? & respicientes viderunt reuolutum lapidem.* Erat quippe magnus valde. Allegoricè lapidis reuolutio reseruacionem Sacramentorum Christi , quæ velamine literæ legis tectæ erant , insinuat. Lex enim in lapide scripta est , cuius ablato tegmine gloria resurrectionis est ostensa , & abolitio mortis antiquæ , & vita nobis speranda perpetua toto cœpit orbe prædicari. Moraliter. Lapis tunc reuoluitur , cum per gratiam pondus peccati tollitur. Quomodo autem hoc fiat , & quomodo debet se habere , ut fiat innuitur. Genesios vigesimo nono. *Mos erat ut cunctis ouibus congregatis deuoluerent lapidem de ore putei.* Si ergo vis ut deuoluatur lapis peccati qui te

premit; ne surgas, congrega oues, id est, innocuas cogitationes in Christo. Item moraliter: ad monumentum vadit qui in aliquo Monasterio vel Religione pœnitentiam agere promittit, sed considerans lapidis magnitudinem, id est, religionis asperitatem, dicit, quis reuoluet mihi lapidem? Lapis magnus, ingressus difficilis, vigiliarum instantia, ieiuniorum frequentia, ciborum parsimonia, vestis aspera, disciplina dura, paupertas voluntaria, obedientia prompta. Et quis reuoluet nobis lapidem? O mentes fœmineæ! accedite & respicite, nolite diffidere, & videbitis reuolutum lapidem. *Angelus* (inquit Matthæus cap. 28.) *Domini descendit de celo, & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum.* Angelus est gratia Spiritus sancti, quæ lapidem ab ostio monumenti remouet, fragilitatem confortat, omnem asperitatem mollificat, & omnem amaritudinem sui amoris balsamo dulcificat.

*Et introeuntes in monumentum viderunt iuuenem, &c.* Moraliter, monumentum est vita contemplatiua, in qua sicut in monumento homo mundo mortuus absconditus sepelitur. Iuuenis dictus, eo quod iuuate paratus, est

Dei filius, qui tanquam iuuenis paratus est nos iuuate. Vnde bene dicitur: sedebat in dextris. Dextera dicta quasi dans extra. Bene nos iuuit, cum diuinitatem nobis dedit, & humanitatem accepit, vt qui eramus extra, essemus intra vt nos intraremus vnde exiuit, & stola candida, id est, carne sine omni macula, se cooperuit.

*Dixit illis. Nolite expauescere, &c.* Radix amara euauit crucis, flos vitæ cum fructibus erupit, id est, qui iacuit in morte surrexit in gloria. Vesperis sepultus est, mane surrexit, vt adimpleretur illud Psal. 29. *Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum letitia.* Sepultus est ergo sexta sabbathi quæ vocatur parasceue, circa vesperam, sequenti nocte & die sabbathi cum sequenti nocte in monumento positus, die tertia, id est, mane prima sabbathi surrexit. Etiam bene vna die, & duabus noctibus iacuit in sepulchro, quia lucem vnius mortis, nostræ duplæ mortis tenebris adiunxit. In morte enim animæ & spiritus tenebamur, vitam ad nos suam, id est, carnis mortem attulit, & duas nostras soluit, vnam suam duplæ nostræ contulit, & duplam nostram motiens abstulit.



# INTERPRETATIO MYSTICA IN LVCAM.

## CAPVT I.



**V**OCABIS nomen eius Iesum. Hoc est nomen quod est super omne nomen, quod dedit cæcis visum, surdis auditum, claudis gressum, sermonem mutis, vitam mortuis; totamque diaboli potestatem ab obsessis corporibus effugauit.

## CAPVT II.

**C**VM factus esset Iesus annorum duodecim, &c. Hic est duodenarius annorum viri iusti, qui desiderat ascendere Ierusalem cum puero Iesu. Ascendentibus illis, scilicet parentibus Iesu, Ioseph & Maria. Ioseph augmentum, Maria mare amarum interpretatur, non quia amatum pœnitentiæ habuit gemitum, sed quia in filij passione, quodam quasi prælagio nomen amaritudinis est sortita. In his duobus, spes & timor designatur, qui sunt quasi parentes viri iusti. Spes est bonorum expectatio futurorum, quæ exprimit humilitatis affectum,

& sedulum obsequium seruitutis. Ecce Ioseph humilis & sedulus minister. Spes autem vocata, quia sit pes progrediendi, ecce augmentum. E contrario dicitur desperatio, cuius nulla progrediendi est facultas. Quia dum quisque peccatum amat, futuram gratiam non sperat. Et ne spes præsumptione corrumpatur, debet timor coniungi, qui est initium sapientiæ: ad cuius saporis dulcedinem nullus potest peruenire, nisi prius degustet timoris amaritudinem. Cum istis parentibus vir iustus debet ascendere in Ierusalem, in qua vitæ excellentia, mentis tranquillitas, contemplationis suauitas designatur.

*Et post triduum inuenerunt illum in templo &c.* Triduum est propriæ iniquitatis cognitio, fraternæ necessitatis compassio, diuina pietatis admiratio & consideratio. Quicumque hoc triduum profecerunt, Iesum inueniunt, & in templo inuenire poterunt. Templum dictum quasi testum amplum, est mens viri iusti, quæ est testum, quia regit compassione necessitatem proximi. Amplum cognitione sui & Dei. In Itali templo post tale triduum inuenitur Iesus. Sed quid ibi facit? Cerrè tria: sedet in medio Doctorum, audit, & interrogat. In mente viri iusti sunt doctores, id est, mentis

## CAPVT III.

mentis affectus, qui docent quid cauendum, quid agendum. In quorum medio Iesus sedet, cum mentem pacificat, in mente pacificata quiescit, quiescens omnia suauiter disponit. Hoc est quod dicit Iob 29. Cum federem quasi Rex circumstante exercitu, eram tamen mœrentium consolator. Ecce consolatio, audire & interrogare, cum mens est in quietis silentio, tunc Iesus audit affectum cordis in ipsius aure loquentis, & post interrogat flagello piæ correctionis. Hæc est consolatio mœrentium, id est, iustorum qui mœrent pro irriguo superiori in valle lachrymarum, vt eos beatus Iob audiat, interroget, visitet & prober.

*Descendit cum eis, & venit Nazareth, & erat subditus illis.* Nota ista tria. Descendit, Nazareth, & subditus. Descendat & sedeat in puluere virgo filia Babylon, quia Dei filius descendit. O rigida superbia! quæ super altitudinem nubium moliris ascendere, super astra cœli solium tuum exaltare, in monte testamenti sedere. Descende obsecro, quia Iesus descendit. Et tu Capharnaum vsque ad cœlum exaltata antequam demergaris ad infernum, descende cum Iesu, qui emissionis tuæ, (inquit Salomon Cant. 4.) paradifus. O meretrix! quæ sedes super bestiam coccineam plenam blasphemiam, Apocal. 17. descende cum Iesu. Erubescat iam infrænata superbia. Concidat rurgida arrogantia, quia patientia Dei descendit. Miser homo manibus & pedibus reptans ad honores, sui dedecoris gradum, nititur ascendere. Et bonus Iesus ad interrogationem piæ matris, dicentis. *Fili, quid fecisti nobis sic?* Vsque ad triginta annos negorium ditulit, quod inceperat duodennis, & de templo in quo in medio doctorum sedebat, descendit. *Et venit Nazareth.* Nazareth locus humilis, interpretatur flos, & significat humilitatem, quæ bene dicitur flos: in quo tria notantur, pulchritudo coloris, suauitas odoris, & spes fructus. Sic in humilitate nostra est pulchritudo honestatis. Vnde Ecclesiast. 24. Flores mei fructus honoris. Suauitas bonæ opinionis. Sicut enim flos spirat odorem, non corrumpitur; sic verè humilis non eleuatur cum de bonæ vitæ odore laudatur; verum (inquit Bernardus) humilis vult vilis haberi, & non humilis prædicari. Item spes fructus percipiendi ab vbertate domus Domini. Cum video florem, spero fructum. Sic cum video humilem, spero ipsum beatum in cœlis affuturum. Ideo venit Iesus Nazareth. Et erat subditus illis. Liquefiat omnis superbia, diffluat omnis contumacia, humiliet se omnis inobedientia; cum audit quod Iesus erat subditus illis. Quis non est subditus illi, qui solo verbo creauit omnia ex nihilo? Iste talis ac tantus erat subditus illis. Quibus illis? fabro & pauperulæ virginis. O primus! ô nouissimus! ô Angelorum prælatus; & hominibus subditus! Cœli Creator subditur fabro. Deus æternæ gloriæ subditur virginis pauperulæ. Quis audiuit vnquam tale? Et quis vidit huic simile? Non ergo dedigneret obedire & subdi philosophus piscatori: Sapiens simplici, Literatus idiotæ, filius Principis ignobili.

**F**actum est verbum Domini super Ioannem Zacharia filium in deserto. Ioannes prælatum vel prædicatorem sanctæ Ecclesiæ significat: qui debet esse filius Zachariæ, qui interpretatur memoria Domini: vt semper habeat in memoria quasi in quodam memoriali passionem Domini.

*Et venit in omnem regionem Iordanis:* Iordanis interpretatur humilis descensus, in quo compassio circa Christum designatur. Prælatum vel prædicatorem descendat, vt proximum iacentem erigat. Quam necessaria sit prædicatio, colligitur ex Euangelio, cum dicitur: Prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Hoc est quod dicit Isai. 1. *Lauamini, mundi estote, &c.*

*Sicut scriptum est in libro sermonum Isaiæ Prophetæ. Isai. 40. Vox clamantis in deserto.* Nota, ista vox est prædicatio; clamans, Christus; desertum, ipse Iesus. Vox in aëre, & prædicator debet esse totus aëreus, id est, vt eius conuersatio sit in cœlis. Vnde Exod. 24. dicitur, quod sub pedibus Domini erat quasi opus lapidis saphyri, & quasi cœlum quod serenum est. Saphyrus colorem habet aëris. Opus lapidis saphyri est vita iusti prædicatoris, qui mentis humilitate est subiectus pedibus Dominicæ Incarnationis: & aëre suspensus contemplatione cœlestis beatitudinis.

*In deserto.* Desertum fuit crux eius, in qua fuit derelictus, nudus, & spinis coronatus. Ibi clamauit vt Leo. Vnde Amos 2. Mouetur in sonitu Moab, in clangore tubæ; Moab est diabolus, qui mortuus fuit in clangore tubæ, scilicet prædicationis dominicæ, & in tonitu clamantis in cruce. Pater, in manus tuas commendo spiritum meum.

*Parate viam Domini, dicit Isai. 9. Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, & terra Nephthalim, & nouissimo aggrauata est via maris.* Hoc est triduum de quo Exod. 3. *Ibimus viam trium dierum, &c.* Primo tempore, id est, gratiæ infusione, quæ primo præuenit peccatorem; terra, id est, mens alleuiatur in contritione, peccati onere; & tunc est terra Zabulon, quæ interpretatur habitaculum fortitudinis. Quem enim inhabitat gratia, fortitudine constantiæ corroborat, alleuiatur in confessione, cum peccatum & peccati circumstantias deponit: Et tunc est terra Nephthalim, quæ interpretatur, dilatata mens peccatoris dilatatur in confessione: sicut dixit Dominus ad Iacob, Gen. 25. Dilataberis ad orientem & occidentem, septentrionem & meridiem: hæc est via per quam Dominus venit ad animam.

*Rectas facite semitas eius.* Dicit Isai. 24. *Semita iusti reueta est.* Rectus callis iusti ad ambulandum. Semita dicta quasi semi, id est, medium iter. Semita est quælibet religio quæ voto paupertatis & continentiæ se coarctauit, & coangustauit. Vnde Isai. 28. Coangustatum est stratum: ita vt alter decidat, & pallium breuè vtrumque operire non potest. Religio, inquam, stratum est, quæ si bene fuerit coangustata tanquam semita, solum suscipiet sponsum, castitatis & obedientiæ spiritum, & expeller adulterium fornicationis & inobedientiæ vitium. Et breue pallium paupertatis, vtrumque, id est, proprietarium &



spiritu pauperulum operire non potest. Quæ enim conuentio Christi ad Belial? quæ conuentio pauperuli & proprietarij, qui est quasi Belial inter filios Dei? rectas ergo facite semitas Dei nostri.

*Omnis vallis implebitur.* Hoc est quod dicit Isai. 66. *Ad quem respiciam, nisi ad pauperulum & contritum spiritum, & trementem sermones meos?* Vallis est humilitas mentis, de qua Ieremias cap. 2. *Vide vias tuas in conuallibus, id est, cognosce peccata tua in duplici humilitate: humilitas ostendit homini seipsum.* Vnde Isai. 19. *Cognosceat Dominus ab Aegypto, & cognoscent Aegyptij Dominum in die illa.* Scilicet in claritate humilitatis: Aegyptij, id est, tenebrosi superbi, cognoscent Dominum, & è conuerso & sic se ipsos.

*Et omnis mons & collis humiliabitur,* dicit Isai. cap. 14. *Detrahta est usque ad infernos superbia tua, &c.* Nota ista duo mons & Collis. Mons superbia est in corde, collis superbia in opus. Illa maior ista.

*Et erunt praua in directa.* Tunc cor prauum fit directum, cum præuicator redit ad cor; & dicit Isai. cap. 49. *Redite præuicacores ad cor, id est, ad intellectum, qui quasi bestie vixistis.*

*Et aspera in vias planas.* Aspera sunt fortium corda, qua tunc sunt in vias planas, cum efficiuntur mollia & mansueta. *Et videbit omnis caro salutare Dei,* id est, omnis homo videbit in Iudicio Christum; quem Impij videbunt ad sui confusionem, in quem transixerunt.

## CAPVT IV.

**I**esus plenus Spiritu sancto regressus est à Iordane, & agebatur in spiritu in deserto. Illo scilicet spiritu quo erat plenus, utpote Spiritu sancto, ab ipso fuit ductus. De quo ipse dicit Isai. 61. *Spiritus Domini super me, eo quod unxerit me.* Et eo spiritu quo præ suis participibus inunctus.

*Singulis manus imponens curabat omnes.* Secundum quod ait Beatus Gregorius lib. 9. Moral. cap. 38. nisi nos superna visitatio vel ad amorem compungendo viuificet, vel ad timorem flagellando restauret, repentino lapsu mens funditus tota destruitur. Et in veritate hoc non est mirum, quia etiam nobis diuina gratia assistente præsidio propter fragilitatem, & miseriam nostram stare frequenter non possumus quin cadamus, multo minus mortificati, vel infirmati per culpam, vitam & salutem consequi possemus, nisi nos eius aut amore compungendo, aut timore concutiendo reduceret. Misericorditer igitur prouidit ut iuxta quantitatem delicti & culpæ quosdam, videlicet inspirando, quosdam comminando vel percutiendo reducat. Et hoc bene nobis insinuat Euangelium ostendens quod Dominus super socrum Simonis stetit, quod significat amotis signaculum, quod supponitur cordi. Alios autem infirmos tangendo, scilicet manu suæ castigationis curauit.

*Exibant autem demonia à multis, clamantia & dicentia, quia tu es filius Dei.* Et increpans non sinebat ea loqui. Tacere iubentur eieccta demonia. Primum ad confutandum iniquos Phariseos qui dicebant eum in Beelzebub Principe dæmo-

niorum eiecere dæmonia. Secundò ad amouendum ipsorum fallaciam, quia semper vera, aliqua falsitate fermentabant. Tertio ad dicendum nobis exemplum, quia ipse Dominus est superiorum & inferiorum, & noluit dæmonum obsequium, nec per consequens nos debemus velle.

*Facta autem die, &c.* Mystice facta die resurrectionis suæ. Hæc dies quam fecit Dominus, &c. Reprobata Iudæa transiit ad gentes per desertum signatas, & tunc certè requirebant eum per fidem, & veniebant usque ad ipsum per spem, & retinebant ipsum per charitatem; quibus ille dicebat, quia & aliis ciuitatibus, id est, mouendo dicebat, ut aliis prædicarent, ut fidem quam susceperant, diuulgarent factis & verbis.

## CAPVT V.

**C**um turba inuenit in stagnum, ut audiret Verbum Dei, & ipse stetit super stagnum Genesareth, &c. Genesareth dicitur à proprietate loci quasi auram genensans, quia exspantibus vndis de se auram emittit stagnum: Stagnum lacus qui non fluit, sed aqua ibi stat, præiens sæculum significat, in quo sunt ebullitiones, quæ generant auram mundanæ laudis breuiter transeuntem. Vnde Psalm. 9. perit memoria eorum cum sonitu, id est, plausu & fauore mundanæ. Et sicut in stagno aquæ coequebantur ut non effluant, sic in mundo libertas peccantium restringitur, ut non quantum velint in deliciis delectentur: Stabat ergo secus stagnum, id est, hoc sæculum, ut sæculi amatoribus verbum Dei prædicaret: Secus stagnum stetit, quia in sæculo existens sæculi gloriam non quæsiuit, quæ est tanquam lacus absorbens, immo continere docuit.

## CAPVT VI.

**E**stote misericordes sicut pater vester misericors est. Misericors à compatiendo alienæ miseriam est dictus; hinc & appellata est misericordia, eo quod cor miserum faciat dolendo alienam miseriam. In Deo verò sine cordis miseriam est misericordia. Dicitur autem miseratio, quasi misericordie actio. Et nota quod sicut Patris triplex est misericordia circa te ipsam, sic triplex debet esse tua circa proximum. Patris misericordia est speciosa, spatiosa, pretiosa. Speciosa est, quia purgat à vitis. Vnde Eccl. 35. *Speciosa est misericordia Dei in tempore tribulationis,* id est, dum anima tribulatur pro peccatis, infunditur pluuia gratiæ animam refrigerantis & peccata dimittentis. Spatiosa, quia processu temporis dilatat se in operibus bonis. Vnde Psalm. 25. *Quoniam misericordia tua ante oculos meos est, complacui in veritate tua.* q. d. quia displicuit mihi iniquitas mea. Pretiosa, in vitæ æternæ delictis: de qua Anna Tob. 3. *Certum habet omnis qui colit te, quia vita eius si in probatione fuerit, coronabitur.* Misericordia etiam tua debet esse triplex circa proximum. Si in te peccauit, ei dimitte. Si à via veritatis errauerit, instrue. Si esurit, refice. De prima, Prouerb. 15. *Per fidem & misericordiam.* De secunda, Iacob. 5. *Qui conuersi fuerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam*

## CAPVT VII.

*nam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum.* De tertia, Plal. 40. *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem.* Bene ergo dicitur, estote misericordes.

*Nolite iudicare, & non iudicabimini.* Ibi Gloss. De apertis malis quæ bono animo fieri non possunt, permittitur nobis iudicare. Sunt autem quædam media, & incerta quomodo fiunt, quia bene & male possunt fieri, & de illis non licet iudicare. Neque de homine viuente, nescimus enim qualis futurus sit qui nunc est malus, de cuius correctione desperare, cumque abiectum reprehendere, temerarium est. *Dimittite & dimittentur.* 2. Regum 16. Semei maledixit Regi Dauid, dicens: *Egrederet vir sanguinum.*

*Dimittite ut maledicat, Dominus enim præcepit ei ut malediceret Dauid, &c.* Notat Gregorius Qui verborum contumeliis pressus virtutem patientiæ seruare non sufficit, factum Dauid ad memoriam reuocet, quem cum Semei vigeat conuiciis, & armatis procetes vlcisci contendere, ait: quid mihi & tibi, fili Saruizæ? & paulo post. *Dimittite eum ut maledicat iuxta præceptum Domini.* Quibus verbis indicat quod peccato Beisabea iniurgentem filium contra se fugiens reduxit ad animum mala quæ fecit, & contumeliosa verba non tam conuicia quam ad victoriam esse credidit, quibus se purgari sibi que misereri posse iudicauit. Tunc enim conuicia illata bene toleramus, cum in secreto mentis ad mala perpetrata recurrimus. Leue quippe videbitur quod iniuria percutimur, dum conspiciamus quod prius meruimus. Sicque contumeliis gratia magis quam ira debetur, quarum interuentu iudice Deo pœna grauior declinatur.

*Mensuram bonam, & confertam & coagulatam, & superfluentem dabunt in sinum vestrum.* Eadem quippe mensura qua mensi fueritis remetietur vobis. Nota. Mensura est triplex, scilicet pœnitentiæ, fidei & gloriæ. Mensura fidei est bona in Sacramentorum perceptione conferta, id est, plena, in boni operis executione, coagulata, in tribulationis vel martyrij constantia pro nomine Christi, superfluens in finali perseverantia, de qua mensura Apostolus Roman. 12. *Vnicuique sicut Deus diuisit mensuram fidei.* Mensura pœnitentiæ est bona in contritione, in qua Dei bonitas cognoscitur, conferta in confessione quæ plenarie debet fieri, coagulata in satisfactione, superfluens in totius culpæ remissione, & mentis puritate. De hac Sapient. 11. *Omnia disposuit in numero pondere & mensura.* Id est, omnem animæ salutem, propter quam omnia quæ fiunt debent fieri, & ad quam omnia quæ facit homo debet referre; disposuisti in mensura pœnitentiæ, quæ ut vera sit, necesse est, ut habeat numerum & pondus; numerum confessionis, ut omnes peccati circumstantiæ ad vniuersam numerentur, pondus satisfactionis, ut peccata culpæ æqualiter ponderentur.

**E**cce mulier qua erat in ciuitate peccatrix. Nota quod ecce est aduerbium admirationis, quia ipsa mirabiliter erat peccatrix, vel fuit inimum de eius conuersione. Nota hinc ponuntur transgressiones & satisfactiones multiplices. Quia transgressa erat primo à peccatorum diurnitate, & ideo dicitur *qua erat*, quia diu in peccato permanerat. Secundò à famositate, *quia in Ciuitate*, ita quod peccata eius non occulta, sed manifesta erant. Item in Ciuitate, vbi multos traxerat ad peccatum. Tertio, à multiplicitate, quia non tantum in vno peccato fuerat, sed (ut ait Gregorius) in vniuersis vitis fuit. Nota, non ponitur hic nomen, quia peccatores quandiu sunt in peccato, de libro Domini sunt deleti, sic de diuite epulone, Lucæ 16. cuius nomen subicitur. Satisfactiones etiam ponuntur multiplices, videlicet primò in admiratione conuersione. Ecce, nam sicut fuit mirabilis in transgressione, ita mirabilis in conuersione. Secundò in properatione vel festinatione, quia statim ut audiuit, accessit, *ut*, inquit, *cognouit.* Tertio in propinquatione, quia quandiu à Domino fuerat elongata, *steris*, in quo notatur confidentia. Quarto in exhibitione, quia omnia quæ prius dedicauerat mundo, voluit Domino integraliter dedicare. Nam *attulit alabastrum unguenti*, ingressa est conuiuium, non erubuit, stetit quæ diu male ambulauerat, vel in face iacuerat, retro, quia ante præverecundia accedere non audebat. Item retro, quia eius vestigia imitari proponebat, lacrymis rigauit, &c.

*Ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris suæ.* Defunctus dicitur qui compleuit vitæ officia, vel vitam finiuit, quæ defuncti est ab officio cessare vel finire. Defunctus qui coram multis extra portam effertur, significat criminaliter peccantem, & peccatum non cubiculo cordis tegentem, sed iudicio corporis vel locutionis quasi per ostia aliis suæ ciuitatis propalantem. Porta qua defunctus effertur est aliquis de sensibus quo quis de peccato in peccatum corruit, & maxime visus. Porta dicta quia per eam potest portari vel exportari aliquid. Per oculos exportatur anima, ad videndas mulieres, & falsas delectationes regionis istius, & per ipsos importatur mors ad occidendum virtutes ipsius. Et nota quod Ciuitas Naim, id est, corpus nostrum, quatuor habet portas, scilicet, orientalem, meridionalem, occidentalem, aquilonarem, per quas anima defuncta effertur. Ne vero efferatur, hæc portæ sunt obfirmandæ, & custodibus muniendæ. Istæ quatuor portæ Ciuitatis sunt quatuor sensus, visus, auditus, gustus & tactus. In oriente, ut visus designatur, quia sicut oriens mundum, sic oculi totum corpus illuminant. In meridie, auditus designatur, merides dictus quasi medius dies, id est, medius dies, vel quia tunc dies est purior. Merum enim purum est. Auditus est quasi medius inter visum & gustum. A longius video quam audio & magis à remotis audio quam gusto. Nota quod tria sunt quæ deprimunt auditum nostrum, scilicet, verba elationis, detractionis, & adulationis. Contra verba

superbiae sis paruus, id est humilis, patiens. Optimum, inquit philosophus, vincendi genus est patientia. Contra detractores sis audiens merorem vel tristitiam. Vnde Prouerb. 25. *Ventus aquilo dissipat pluuias, & facies tristis linguam detrahentem.* Contra adulationes sis accinctus propriae iniquitatis recordatione, plus tuae conscientiae credens, quam alterius linguae. In occidente, gustus designatur, occidens dicitur eo quod diem faciat occidere. Abscondit enim lumen mundo, & tenebras superinducit. Nota quod tribus modis peccamus in lingua, scilicet adulatione, detractone, cibi & potus ultra necessitatem assumptione. Praesenti adulamur, absentem detrahimus. Gulae voluptati seruimus. Et ideo occidit nobis sol iustitiae, & veniunt super nos tenebrae ignorantiae. In Aquilone significatur tactus. Aquilo dicitur est, quasi aquas ligans. Iniquitas ligat manus, ne extendas eas ad bonos actus. Nota quod in tactu manuum peccamus tribus modis, scilicet inhonesta & turpia tangendo, aliena auferendo, nostra pauperibus non elargiendo. Contra primum fac iudicium de te ipso. Contra secundum, sis contentus eo quod iuste habes. Magnae enim diuitiae sunt laeta paupertas, & sibi sufficere quod habet; contra tertium, dilata te ipsum, extende manum pauperi, ut suscipias duplicia de manu Domini.

## CAPVT XI.

**E**Rat Iesus eiciens demonium, & illud erat mutum, &c. Attende diligenter, quod sicut iste daemoneus in tribus sensibus principalioribus, & caeteris nobilioribus amisit virtutem naturalem, scilicet videndi, audiendi, & loquendi. Sic peccator, quia a diabolo per mortale peccatum possidetur, in tribus animae suae sensibus caeteris principalioribus & nobilioribus, videndi, loquendi & audiendi, amittit virtutem spiritualement. Et nota quod in visu cognitio, in loquela confessio, in auditu obedientia designatur. Ille clare videt qui malitiam suam cognoscit. Ille recte loquitur qui malitiam cognoscit nudè & aperte confitetur. Ille recte audit, qui voci sui confessoris voluntate obedit.

## CAPVT XII.

**I**gnem veni mittere in terram, & quid volo nisi ut ardeat, &c. Attende quod in terram non aliò se dicit ignem mittere, & bene. Venerat enim contraria contrariis curare. Nota quod in igne sunt tria, scilicet calor, splendor, leuitas. In terra sunt tria, scilicet frigiditas, obscuritas, ponderositas. Et ista tria sunt opposita primis tribus. Ignis est amor Dei, in quo sunt tria, scilicet calor humilitatis, splendor castitatis, leuitas paupertatis: In terra, id est, terrenis, sunt tria, scilicet frigiditas, superbia, obscuritas luxuria, ponderositas auaritia. Venit ergo ignem mittere in terram: quia opponit calorem humilitatis frigiditati vel gelicidio superbiae, Psalm. 147. *Emittet verbum suum & liquefaciet ea,* scilicet corda superborum. Splendorem castitatis obscuritati luxuriae. Act. 12. *Angelus Domini astitit, & lumen resulsit in habitaculo carceris,*

*percussio, &c.* In Angelo qui natura virgo est, gratia castitatis significatur, cuius lumen illustrat habitaculum carceris, id est, cor peccatoris tenebris luxuriae excacati. Carcer dicitur mundus, quo & arceris. Luxuriosus enim a se arcerit quicquid luxuriam extinguere potest. Sed cum Angelus percutit eius latus lancea timoris, & ab ipso educit humorem libidinis, tunc excitat a somno mortis, & admonet ut surgat per contritionem, velocius per confessionem, & tunc catena malae consuetudinis cadunt de manibus, id est, operibus. Item opponit leuitatem paupertatis, ponderositati auaritia. Vnde Matth. 19. *Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, &c.* & Ierem. 2. *Cursor leuis explicans vias suas.* Cursor, id est, pauper spiritu currens cum gigante geminae substantiae. Quanto pondere se alleuiat, qui nihil amat, & ideo vias suas explicat. Ignem ergo veni mittere, &c. & ideo mirabile est in oculis nostris.

## CAPVT XIII.

**D**omine dimitte eam & hoc anno, dum sodiam circa illam, & mittam stercorea. Ficus est anima, fossio contritio. Stercoratio peccatorum confessio, quae sterilem fructificare facit. Et cum ventus superbiae vel vanae gloriae in cerebro, id est mente multiplicatur, per visum discretionis & prudentiae subito egreditur.

## CAPVT XIV.

**H**omo quidam fecit cenam magnam, &c. Vbi tria tangenda. Primum est cenae praeparatio, & vocatio, in principio. Secundum, inuitatorum excusatio. Tertium, pauperum & debiliu introductio. Nota quod duplex est cena, poenitentiae scilicet & gloriae, & sine prima non venit ad secundam. Ideo primum praeparamus, & cibaria quae necessaria sunt videamus. Ecce quae cibaria isti cenae sunt praeparanda. Gratia adducit poenitentem cum tribus vitulis, in quibus triplex notatur oblatio scilicet vitulus cordis contriti contribulati. Ps. 50. *Imponent super altare tuum vitulos,* scilicet huius cordis contritionem, poenitentes imponent vitulos, id est, sacrificabunt lasciuas, & immundas cogitationes, vitulus est index confessionis. Vnde in fine Osee vlt. *Tollite vobiscum vitulos;* quod fit cum quod audiuius, adimplere satagimus, & sic conuertimini ad Dominum. Et dicite ei: *Omnem aufer iniquitatem quam commisimus,* & accipe bonum quod dedisti. *Non nobis Domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam.* Cena dicitur a coitione vescentium, quia antiquitus semel in die, scilicet vesperi communiter comedebant. Cena aeternae vitae refectioem significat. Nota quod in illa cena cibaria magna comedemus, scilicet fructus illos quos filij Israë (vt dicitur Num. 13.) attulerunt de terra promissionis, vvas scilicet & ficus & malogranata; In vva, ex qua exprimitur vinum, significatur gaudium, quod habebunt sancti de visione Verbi Incarnati: Habacuch 3. *Ego autem exultabo in Domino, & in Iesu meo,* qui vt me saluaret, de me carnem meam accepit, & super choros Angelorum eleuauit. Item in ficu

ficu, quae a fecunditate dicitur, & caeteris pomis est dulcior, dulcedo quam Sancti de totius Trinitatis visione habebunt, designatur; de qua Psalm. 30. *Quam magna multitudo dulcedinis tua Domine, quam abscondisti timentibus te!* Vt scilicet feruentius quaereretur, & inuenta dulcius amaretur, amata aeternaliter possideretur. Item in malogranato triumphantis Ecclesiae vnitas, & praemiorum vniuersitas designatur. Malogranata dicuntur eo quod habent intus granolentia, & sicut in ipsis omnia grana latent sub vno cortice, & tamen quaelibet grana habent per se distinctas cellas, sic in vita aeterna omnes sancti habebunt vnam gloriam, & vnusquisque secundum proprium laborem magis vel minus recipiet mercedem. Vnde ipse Christus dicit Ioann. 14. *In domo Patris mei mansiones multae sunt.* Ecce cellae distinctae. Ecce qualia cibaria comedemus in cena magna. Ille homo est Christus Deus & homo, qui fecit cenam etiam poenitentiae, ad quam vocauit multos per se, sed multi venire renuerunt: De qua Isai. 22. *Vocabit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum,* (scilicet contritionis) & planctum (confessionis) & caluitium (scilicet abrenunciationis temporalium) & cingulum sacci (scilicet satisfactionis.) In his quatuor vera poenitentia consistit. Ad hanc autem non solum vocam per se, sed etiam per ordines praedicantium.

*Et misit seruum suum hora cena, &c.* Vbi Glossa. Hora cenae finis est saeculi. Vnde 1. Corinth. 10. *Nos sumus in quos fines saeculorum deueniunt.* In hoc fine mittitur seruus, id est, ordo praedicatorum ad inuitatos per legem & Prophetas, vt repulso fastidio ad gustandum cenam se praeparant, quia iam omnia parata sunt. Christo enim immolato introitus regni patet. Regni apertio est passio Christi, per quam Ecclesia vel vir iustus in primam cenam ingressus, & in secundam ingressurus, dicit, factus est Dominus protector meus.

*Et ceperunt se omnes simul excusare. Primus dixit: villam emi, &c.* Villa a vallo dicta, id est, aggerre terrae vel fossa, est amor dominandi: De quo Bernardus. *Non ignem, non gladium sic timeo, sicut libidinem dominandi.* Ambitione qui ardent, stipati sic vallo diuitiarum & honorum incedunt. Haec est villo Gethsemani, in qua Dominus fuit traditus & ligatus: In villa ergo Gethsemani, id est, in illis qui aliis praesse & non prodesse cupiunt, qui in valle, id est, carnis voluptate requiescunt, stercoreibus temporalium tanquam porci impinguntur, traditur Christus, id est, destruitur fides Christi. Fides enim temporalia abiicit, dominari non appetit, subesse cupit, contumeliis crescit. Haec villa Gethsemani emittitur, quae vti nam nec gratis haberetur, quia qui emit complectitur exire ab intrinseca Dei contemplatione ad exteriorem sollicitudinem: Qui emit villam terrenae dominationis ad Cenam Domini venire non potest, vel non venit, sed falsam praetendens excusationem dicit: *Rogo te, habe me excusatum.* Humilitas sonat in voce, ibi, *Rogo te, & superbia est in affectione, cum venire contemnit.*

*Iuga bouum emi quinque, & eo probare illa, &c.* Quinque iuga sunt quinque corporis sensus. Sicut enim boues in iugo combinantur: ita duo

instrumenta sensus nobis seruiunt. Duae enim sunt aures, duo oculi, duae nares: in gustu etiam duo instrumenta, lingua & palatum: in tactu duae manus.

*Et alius dixit: vxorem duxi, &c.* Multos non matrimonium, sed abusus matrimonij abducit & attrahit a cena Domini. Nam non propter proles fecunditatem, sed propter carnis desideria contrahunt matrimonia. Vnde notandum quod tribus de causis debet vxor duci. Primo pro prole creanda. Gen. 1. *Crescite & multiplicamini:* Secundò, causa adiutorij. Vnde Gen. 2. *Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi.* Tertio, causa incontinentiae nubat tantum in Domino. Qui alia de causa ducit vxorem, va illi. Notandum quod in hoc loco per vxorem, carnis luxuria designatur, quam non emisse, sed duxisse dicitur, quoniam vnusquisque peccator, peccatum carnale ab exordio suae natiuitatis secum traduxit. Sed quare duo primi rogauerunt excusationem, tertius vero non? Ad quod dicitur, quod voluptas carnis ita detinet hominem in deliciis, quod nec ad delicias aeternas venire desiderat, nec excusari curat, & per hoc patet quod Deum non diligit, qui precibus Patrum veteris testamenti ad desponsandum sibi naturam humanam inuitatus benigne descendit.

*Tunc iratus Pater familias dixit seruo suo: Exi cito in plateas & vicus ciuitatis, & pauperes ac debiles, & caecos & claudos adduc huc.* Tribus primis recusantibus venire ad Cenam Domini, mittitur seruus vt introducat caecos, pauperes, debiles, & claudos: raro enim delinquant, quibus peccandi illecebrae desunt, & citius conuertuntur ad Deum, qui non habent in mundo vnde delectentur. Vnde felix est miseria, quae ducit ad meliora, & felix nigredo, quae candorem parit. Destituti enim a mundanarum rerum abundantia, vt pauperes; a corporis sanitate, vt debiliores, caeci & claudi, quibus peccandi deest illecebra, facibus introducuntur ad Cenam Domini. Et nota quod istos quatuor non sine causa specialiter nominauit. Pauper dicitur, quia parum imperans, vel parum habens. Debilis dicitur eo quod peribilem factus est fragilis. Bilis enim est humor fellis afficiens corpus. Vnde debilitare, id est, debilem reddere. Caecus dicitur eo quod visu caret, qui vtroque oculo non videt. Claudus dicitur, eo quod clausus est eundo. Per haec quatuor genera hominum quatuor vitia quibus irretiti sunt, significantur: Auarus est pauper, qui non pecuniae, sed ipsi pecunia imperat, non possessor est, sed possessus, qui cum multa habeat, parum se credit habere. Vnde Philosophus. Cui sua non videntur amplissima, etiam si Dominus totius mundi sit, miser est. Idem Philosophus. Non puto pauperem cui quantumcunque superest, satis est. Debilis est iracundus, qui fellis amaritudine aspersus accenditur ad iram, quam dum habet, iustitiam Dei non operatur, vel operari potest: De quo Iob 5. *Virum stultum interfecit iracundia.* Luxuriosus est caecus, qui visu gratiae caret, scilicet vtroque oculo, id est, ratione, & intellectu priuatus. Superbus est claudus, qui rectis gressibus per viam humilitatis non potest

potest incedere. De his & similibus vitiis dicit Philosophus. Fugienda est omnibus modis, & scindenda igne & ferro totoque artificio, langor à corpore, imperitia ab animo, luxuria à ventre, seditio à ciuitate, ab homine discordia. Istos quatuor peccatores in plateis, id est, carnis voluptate, & vicis, id est, mundi vanitate detentos, misericors Dominus & Pater Sanctæ Ecclesiæ vocat ad cœnam cœlestis Patriæ.

Nota etiam quod tertio dicitur seruo: *Exi in viam, & sepes, & compelle intrare, &c.* Per hos qui compelluntur intrare, signantur illi qui per flagella & aduersitates compelluntur intrare ad Cœnam Domini. Vnde Dominus Osee 2. *Ecce ego sepiam vias tuas spinis, & sepiam eas maceria.* Animæ enim peccatricis vias, id est, actiones prauas, per quas sequebatur amatores sui, id est, dæmones, Dominus sæpè aduersitatis & maceria infirmitatis claudit; vt ad ipsum vitum priorem se conuertat, cuius amoris dulcedinem experta tunc cum eius perfruebatur copulatione, melius longe melius dicit sibi fuisse, quàm nunc dum miseræ carnis abutitur voluptate.

## CAPVT XV.

**E**Rant appropinquantes ad Iesum publicani & peccatores, &c. Pœnitentes debent facere sicut apes, quæ cum Rex cœlum volat extra aluearium, volant cum ipso, & cum magno stipatu, & ipse est in medio, & apes circumquaque, & quando Rex nequit volare, tunc fert ipsum turba apum & si moriatur, moriuntur & ipsæ. Christus Rex noster extra aluearium, id est, sinum Patris ad nos volauit, quem nos tanquam bonæ apes debemus sequi & volare cum ipso, & ipsum, id est fidem ipsius, in medio, id est, in corde nostro collocare, & magno stipatu virtutum munire, & si in aliquo membro suo in peccatum ceciderit, & prædicatione & oratione debemus eum supportare & subleuare, & cum ipso mortuo & crucifixo debemus mori, membra nostra cum vitiis & concupiscentiis crucifigentes. Et murmurabant Pharisei, & Scribæ, quia se iustos putant cum sint superbi, & alios reos cum iam pœniteant; *Hic peccatores recipit & manducat cum illis. Et ait ad illos parabolam, &c.* Quia Dominus in hoc Euangelio peccatores ad se appropinquantes instruxit qualiter perdita restantur, restaurata conseruarent, & de commissis pœnitentiam agerent, ideo quid ouis perdita, & in humeris reportata moraliter significet, videamus. Homo iste quemlibet pœnitentem significat, qui secundum nouum hominem ambulat, & se humanum reputat: habuit enim centum oues; centenarius numerus perfectionem significat: Oues dona gratuita, & naturalia significant, quæ qui habet, perfectus est, perfectione scilicet viæ. Et benè dona gratuita & naturalia dicuntur oues, quia sicut oues sunt animalia simplicia, innocentia, & quæta, sic dona gratuita, & naturalia faciunt hominem simplicem, id est, sine plicis fraudis ad proximum, innocentem ad se ipsum, quietum ad Deum.

*Et si perdidit vnâ ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem, &c.* Ovis perdita primam innocentiam significat, quæ collata est in baptisimo homini. Vnde hæc innocentia significatur per illa duo quæ baptizato conferuntur. Datur enim ei à sacerdote alba tunica, à lumen, seu candela. In tunica alba innocentia, in lumine exemplum bonæ vitæ. In his consistit tota innocentia. Hanc ouem perdidit homo, cum tunicam baptismalem polluit, & lumen candelæ extinxit, & ideo valde homini est dolendum, cum talem ouem perdit.

*Aut que mulier habens drachmas decem, si perdidit drachmam vnâ, nonne accendit lucernam & evertit domum, & querit diligenter, donec inueniat eam.* Mulier hæc significat animam. Drachma est nummus certæ quantitatis, habens imaginem Regis. Nota quod per drachmas decem, decem decalogi præcepta designantur, quæ mulier, id est, anima suscepit à Domino obseruanda, quæ si obseruasset, vtique permanisset. Vnde interroganti quid faciendo vitam æternam haberet, respondit Dominus Matthæi 19. *Serua mandata.* Mandatorum obseruatio est ad vitam ingressio. Sed quia refriguit charitas, & abundauit iniquitas, ideo sequitur. Et si perdidit drachmam vnâ. Drachmam perdit, qui charitatem dimittit, in qua est imago sui Regis, sine qua ad octauam beatitudinem peruenire poterit nullus.

## CAPVT XVI.

**H**Omo quidam erat diues qui habebat villicum, &c. Iste homo diues, est Christus, Homo propter humanitatem, diues propter diuinitatem, quidam, propter singularitatem. Habebat villicum. Villicus propriè dicitur villæ custos, sed ponitur hic pro œconomo, id est dispensatore, qui vniuersam substantiam domus dispensat. Iste villicus quemlibet hominem significat, cui Dominus commisit triplicia dona, scilicet naturalia, gratuita, & temporalia. Sed infelix, duo prima dissipat, mortaliter peccando. Tertium, malè expendendo, & malè congregando. De ista dissipatione qualiter fiat, habetur Prouerbiorum 10. *Per tria mouetur terra, & quartum est quod sustinere non potest, per seruum cum regnauerit, &c.* Terra à superiori parte qua teritur dicta; mentem hominis significat, quæ multis & variis cogitationibus teritur, trita mouetur, mota dissipatur, dissipata gratuita spoliatur, & in naturalibus vulneratur. Mouetur inquam per seruum, &c. Seruus regnans, est corpus recalcitrans. *Et vocauit illum.* Villicum tunc Dominus vocat, quando incutit timorem æternæ damnationis. *Et ait illi: quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuæ, id est, dum viuus, cogita qualiter debes operari. Iam enim in tempore (scilicet mortis) non poteris villicare. Ait autem villicus intra se (scilicet timore perterritus) quid faciam (vt pœnas euitem) quia Dominus meus aufert à me villicationem? Fodere non valeo, &c. Peccator cum considerat omnia temporalia cum vita ista esse sibi deferenda, magis de acquirendis amicis, quàm de congregandis diuitiis pertractat, intelligens finita*

finita ista vita non esse ei locum vt terram mentis suæ fossorio deuotæ compunctionis fodiat ad ferendum fructum, vbi etiam erit confusibile mendicare, eo modo quo virgines fatuæ mendicabant.

*Conuocatis itaque singulis debitoribus, &c.* Vtque in generatione sua. Cados græcè, dicitur amphora latinè, continens vnas tres. Cadus nidiis triginta impletur. Simpliciter potest sic accipi. Quisquis indigentiam pauperis, vel ex dimidia, vel ex quinta alleuiat parte, parte misericordiarum suarum donandus est. Moraliter. Isti duo debitores significant omnes fideles, qui duo præcepta charitatis qua Deum & proximum, debent diligere, debent obseruare. In centum cadis olei, Dei charitas. In centum coris tritici, dilectio proximi designatur. Oleum est charitas, quia liquor superenatur, & hæc est causa, quoniam in pinguedine nihil est ex aqua & terra, sed ex aère, & propter hoc natat super aquam, quoniam aër qui est in oleo, deserit ipsum quasi esset in vtre, & ista est leuitas eius. Sic amor Dei omni amori debet supernaturare. Et sicut in oleo nihil est ex aqua & terra, sed ex aère, sic in Dei amore, nihil terrenitatis debet admisceri, sed tantum aër, id est, puritas mentis, & conuersatio cœlestis. Talis amor superenaturat. Bene ergo dicitur quod oleum amoris diuini supernaturat omni liquori. In centum cadis olei summa perfectio diuini amoris intelligitur. Villicus ergo, id est, Ecclesiæ Prælati vel Sacerdos debet dicere cuiuslibet fidei qui debitor est Dei, quantum debes Domino meo? Id est, quantum teneris diligere Dominum? Respondet. Centum cados olei, id est, omnem perfectionem amoris ei debeo, quia ex toto corde, & ex tota anima & ex omni virtute eum diligere teneor. Sed quia homo sum peccator, ideo ad illam perfectionem peruenire non possum. Tunc Ecclesiæ Prælati sibi & illi prouidens debet dicere: accipe cautionem tuam, & sede citò, & scribe quinquaginta. Cautio à cauendo dicta, est breue recordationis chirographum. Nota hic tria, in quibus est vera pœnitentia. Accipe cautionem, id est, præparatam vitam ad agendam pœnitentiam, & sede in cordis contritione, citò, quia tempus est breue, scribe, in oris confessione, quinquaginta, in operis satisfactione.

*Deinde dixit alio. Tu verò quantum debes? qui ait: centum coros tritici, &c.* Triticum est dilectio proximi; dicat ergo villicus: Quantum debes? id est, quantum debes diligere in Deo proximum tuum? Respondet. Centum cados, id est, amicū & inimicum in Deo, & propter Deum teneor diligere, & pro ipso si necesse fuerit, animam meam ponere. Sed quia carnalis & debilis sum, ideo ad tantam proximi dilectionem non valeo peruenire. Tunc villicus debet ei dicere, quia nondum pro fratre animam morti vales ponere, interim accipe literas tuas. Litera dicta quasi legitima, eo quod iter præstet legentibus, vel eo quod in legendo iteratur. Accipe ergo literas. i. prepara mentis iter ad diligendum proximum, & scribe octoginta, id est, doce eum ne erret, refice ne deficiat, doce animam quatuor Euangeliorum doctrinis, refice corpus eius quod consistit ex quatuor elementis subsidio beneficij temporalis, & sic scribe octoginta. Has literas præ oculis debes semper habere, vt quoties proximum vides, toties in eum octoginta scribas, &

scribendo legas, & legendo iteres, & sic tibi legenti ista literæ præstabit iter quod peruenies ad brauium rapiendum. *Et laudauit Dominus villicum, &c.* Prælati vel Sacerdos quia malè viuendo bona Domini sui dissipat, ideo iniquus dicitur, eo quod non sit æquus, sed prauis operibus maculatus. Sed quia peccatoribus consultò Verbum Domini proponit, & quid Deo & proximo quilibet secundum posse suum debeat reddere, ostendit & prudenter instruit, à Domino laudatur. Filij enim huius sæculi, &c.

*Et ego dico vobis, facite vobis amicos de mammona iniquitatis, &c.* Mammona syra lingua, diuitiarum, iniquitatis, quia de iniquitate collectæ sunt. Si ergo iniquitas benè dispensanti vertitur in iustitiam, quanto magis diuitiarum diuini sermonis, in quo nulla est iniquitas, bonum dispensatorè leuant in cœlum? Amicus dictus quasi animi custos vel animo. Amicitia est voluntas inter aliquos rerum bonarum illius qui diligit, cum eius qui diligitur pari voluntate, consensusque mutuus & affectus. Huius mundi diuites qui mundanas diuitias de iniquitate, id est, in æqualitate congregant, nullos habent propinquiores amicos, si benè cognoscerent, quam pauperes, manus quorum Christi sunt gazophylaciū. Greg. Vt in sua manu diuites post mortem aliquid inueniant, eis ante mortem dicitur, in quorum manibus diuitias suas ponant. O diues da Christo de his quæ tibi dedit? Habuisti largitorem, habe debitorem, posside fœneratorem. O diues non manum aridam obsecro ostende pauperi, & quæ prius erat atra auaritia, floreat tunc elemosyna.

*Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura & bysso, &c.* Iste diues quasi ignotus apud Deum nomine non designatur. Dignum vtique est vt nomen eius non scriberetur in hoc Euangelio, quod nunquam erat scribendum in vitæ æternæ libro. Ideo ad eius exprobrationem dicitur, homo quidam, de eo enim quem reprobamus vel nescimus, solemus dicere: homo quidam. Iste homo quidam omnis hominis mundani, carnalis, & venundati sub peccato personam gerat. Induebatur purpura, in qua sæcularis dignitas notatur, in bysso, vestium preciositas, in epulis, gulæ voluptas. Purpura color regij habitus est conchis maximis ferro circuncisis emissa, conchæ dictæ, quia deficiente luna cauantur, pauperes significant, qui luna, id est, mundi prosperitate deficiente, bonis sui euacuantur. Istos homo quidam diues sæcularis potestatis ferro potentia circūcidit, & sanguinè pecuniæ extrahit, & inde sibi dignitatis purpuram facit. *Et erat mendicus nomine Lazarus, &c.* Oppone singula singulis: oppone aurum plumbo, vt plumbi vilitas ex auri splendore habeatur. Ille quidam homo, iste nomine Lazarus, ille diues, iste mendicus, ille induebatur purpura & bysso, iste vlceribus plenus, ille epulebatur quotidie splendide, iste cupiebat saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat, sed & canes veniebant, & lingebant vlcera eius. Hos nec ipse poterat reicere à se, nec visitator erat qui remoueret. O diuina dispensatio! O mendici beatitudo! O infelicitas diuitis damnatio! August. non est euidētius signum æternæ damnationis, quàm cum temporalia ad votum succedunt. Sanctis autem Dominus subtrahit temporalia



temporalia, ne amittant æterna. Et erat mendicus, &c. Pauper humilis per approbationem ex nomine scitur. Iste Lazarus, qui interpretatur adiutus, pauperum omnium. Christi personam gerit, quos ipse minores in necessitatibus adiuuat & subleuat. Vnde ista duo Lazarus & mendicus congruè coniunguntur. Mendicus, quia minu habet vnde vitam degat, sine manu dicens, quia mos erat apud antiquos egentium, os claudere, & manum extendere, quasi manu dicere. Ille pauper à Domino est adiutus, quia verbis impatientiæ os claudit, & manum deuotæ mentis extendit. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus. Id est, anima misera, pauper & mendica, quæ iacet ad ianuam diuitis viceribus plena. Ianua diuitis sunt quinque corporis sensus, in quibus anima mendica iacet viceribus peccatorum plena. Hæc sunt vlcera quibus ad ianuam diuitis plena iacet, cupiens faburari de micis quæ cadunt de mensa diuitis. Mensa huius diuitis prosperitatem significat. Micæ de hac mensa cadentes sunt immundæ cogitationes, variæ sollicitudines, diuisæ & diuersæ occupationes de animæ vlcere tanquam vermes scaturientes. His infelix anima cupit saturari, sed non potest. Huic Lazaro vnum remanet solatium, lingua, scilicet, canum. Vnde dicitur. Sed & canes veniebant, &c. Canes à canoro latratu sic dicti, prædicatores significant. De quibus Psal. 67. Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso, id est, à Domino qui fuerunt inimici tui, facti sunt amici tui: sicut contigit quandoque de Paulo. Et nota quod sicut lingua canis est medicinalis, sic lingua prædicatoris, qui est medicus animarum. Hi lingebant vlcera eius.

## CAPVT XVII.

**D**um iret Iesus in Ierusalem transibat per mediam Samariam & Galilæam, &c. Per mediam Samariam & Galilæam transeuntes debemus ire cum Iesu Christo. Per tria Christus nobis ostendit figuratè transeundi modum de præsentis patriæ ad gloriam. Nam primò ostenditur exemplaris processus, per quem homo transit ad gloriam, quia per mediam Samariam & Galilæam iuit Iesus in Ierusalem. Secundò virtualis accessus, per quem peccator consequitur veniam, quia intrans in Castellum occurserunt ei decem viri Leprosi qui clamabant miserere nostri. Tertio, Samaritani filialis regressus Christo dans gratiam & gloriam, ibi: Vnus autem vt vidit, &c. Dico ergo quod quicumque vult ire in Ierusalem necesse habet prius per mediam Samariam & Galilæam transire. Samaria, custodia; Galilea, transmigratio; Ierusalem visio pacis interpretatur. Qui præcepta custodit, ad virtutes transit, vt sic in Ierusalem ire possit.

Et cum ingrederetur quoddam Castellum, occurserunt ei decem viri leprosi, &c. Allegoricè. Mundus Castellum est; in quem cum Christus est ingressus, occurserunt ei decem viri Leprosi; per quos humanum genus intelligimus, quia contra decalogum peccauerat, quod nec Deum nec proximum diligebat, & ideo lepra infelicitatis & iniquitatis respersum erat. Ideo clamabat: Iesu præceptor, miserere nostri. Salutem vocauit, & misericordiam

postulauit genus humanum, & Dominus vtrumque fecit. Sanguine enim redemptionis, & aqua baptismi id mundauit ab omni lepra infelicitatis & iniquitatis. Moraliter. Isti decem Leprosi omnes peccatores significant, qui quinque lepræ generibus, & in quinque locis resparguntur. Leuit. 13. *Quinque genera lepræ, & quinque loca ponuntur, scilicet lepra coloris candidi, lucidi, obscuri, rufi, & pallidi.* Item lepra in capite, in barba, in corporis cute, in veste, & in domo. Candida lepra & hypocrisis & simulatio religionis, lucida, ambitio transitoria dignitatis, obscura, est immunditia fornicationis. Rufa rapina & usura, pallida, inuidia alienæ felicitatis. Item lepra in capite est immunditia in cogitatione. Lepra in barba est iniquitas in manifestatione. Lepra in cute est inhonestas in conuersatione. Lepra in veste est dissensio in fide Christi, vel imprudentia in virtutum operatione, vel executione. Lepra in domo est discordia in congregatione. Quicumque huiusmodi lepræ quinque partito genere fuerit maculatus, si à Domino vult veniam impetrari, oportet eum supradicta quinque agere, scilicet vt habeat vestimenta dissuta, id est, & de nullis meritis suis confidat, de nullo opere suo præsumat. Vel vestimenta dissuta sunt membra corpus asperitate pœnitentiæ afflicta. Caput nudum, id est, quicquid per corporis sensus peccauit denudans. Os veste contactum, id est, vt spiritus habeat verecundiam de eo quod commisit. Contaminatam & sordidum se clamabit, immundum scilicet se reputans. Et solus à tumultu secularium & malarum cogitationum habitabit extra castra, id est, collegio sanctorum indignum se reputabit. Quicumque ista quinque non habet, non est verè pœnitens. Sed cum vult vere pœnitere, debet habere vestimenta dissuta, id est, de nullo opere præsumat, caput in confessione denudet, coram Deo & Angelis eius, quia talia commisit, erubescat. Et non tantum se immundum & sordidum clamabit, sed etiam si hoc ipsum alij ei impropertauerint, humiliter debet sustinere, quod si aliter facit, probat se non verè pœnitere. Nota publicè pœnitentes aliquando solent pro foribus Ecclesiæ nudistare, & in ipsam Ecclesiam fideles introeuntes humiliter post clamare vt pro eis orent. Tales possunt securè dicere. *Iesu præceptor miserere nostri.* Nota ista tria, Iesu, salus interpretatur, qui vult salutem præcepta custodiat, & sic misericordiam inueniet. Et nota quod inter Iesus & miserere ponitur præceptor, quia vbi præceptorum custodia, ibi à dextris & à sinistris salus, & misericordia conferuantem conferuantia. Eccl. 15. *Si volueris mandata conseruare, conseruabunt te.*

*Quos vt vidit dixit. Ite ostendite vos sacerdotibus.* Per vos non per alios, peccasti enim per te, ideo per te debes te ostendere, sacerdotibus, à quibus pœnitentia iniungitur, ideo per ipsos satisfactio figuratur. Per hoc verbum habes apertè quod peccatores sacerdotibus se debent ostendere, quibus auctoritas ligandi & soluendi est tradita. Sequitur. Et dum irent mundati sunt. Ecce quanta Dei misericordia, quæ sola cõtritione animã mundat à peccatis; ita tamen quod firmum propositum habeat confitendi.

Vnus

*Vnus autem ex illis, vt vidit quia mundatus est, regressus est, cum magna voce magnificant Deum.* Nota quod hic alienigena tria fecit, rediit, in faciem cecidit, gratias egit. Ille reuertitur, qui nihil virtutis sibi attribuit, bona quæ agit, de misericordia intelligit. Vnde Samaritanus, id est, custos cognominatur, qui illa bona quæ accipit, Deo attribuit, vt cum psalmista possit dicere: fortitudinem meam ad te, id est, tibi tribuendo, custodiam. Vis quod accipit custodire? non tibi sed Domino tribue. Si verò tuum tibi attribuis, furri reus conuinceris, & si tibi non tribuis, alienum tuum facis. Item in faciem cadit, qui de perpetratis malis erubescit. Ibi enim cadit homo, vbi confunditur. Qui in faciem eadit, videt quo cadit, sed non qui retrorsum cadit. Bene ergo in faciem cadunt qui humiliant se in visibilibus istis, vbi vident quid sequatur. Item pro emundatione sui Samaritanus gratias egit, pro qua re & ipsum dominus commendauit cum dixit: Nonne decem mundati sunt, & nouem vbi sunt? &c. Ingratos quasi ignotos vbi sunt requirit. In quo instrumur pro beneficiis collatis Domino gratias referre. Si enim Iob in flagellis gratias agens nomen Domini benedixit, quantas gratias Deo agere debemus de tot beneficiis collatis? Nam quia Ezechias Domino post victoriam gratiarum Canticum non cecinit, ideo in infirmitatem cecidit. Legimus quoque Mariam Sororem Moysis, delboram & Iudith pro hostium victoria Domino Canticum cecinisse. In quo docemur Cantica laudis, & actionem gratiarum Deo bonorum omnium reddere largitori. Et nota ista tria, scilicet vnus, Samaritanus, & alienigena. In vno, vnitatis notatur concordia. In Samaritano, humilitatis custodia. In alienigena, paupertatis sufficiens indigentia. His tribus respondent tria verba, surge, vade, fides tua te saluum fecit. Surge, quia vnus, vade, quia Samaritanus. Fides tua te saluum fecit, quia alienigena. Qui in vnitatis vniuitate viuunt, ad boni operis surgit rectitudinem. Qui humilitatis custodia se munit, vbique securus vadit. Qui in hoc mundo tanquam alienigena paupertatis caractere se insignit, fides Iesu Christi, qui pauper & hospes fuit, ipsum saluum fecit.

## CAPVT XVIII.

**A**ssumpsit Iesus duodecim discipulos suos seorsim, & ait illis: Ecce ascendimus Ierusalem, &c. Christus frequenter discipulis suis prædixit passionem suam, videlicet vt fidem ipsorum confirmaret, vt qui morientem viderent, resurrecturum non dubitarent, vt dolorem eorum mitigaret, quia minus iacula feriunt quæ præuidentur: vt suam libertatem ei insinuaret. Vnde dices: Ascendimus sponte. Vbi ait Gloss. vt scilicet, sciant quoniam passionem suam prænouit, & spontaneus accessit, & etiam vt dicta legis & Prophetarum adimplere se ostenderet. Vel prædixit suam passionem discipulis ad errorem amouendum, ne crederent eum vi & non voluntarie esse passum: ad dolorem mitigandum, quia minus feriunt, &c. ad timorem excludendum, vt quando hoc viderent, non timerent: ad fidem confirmandam, vt resurrecturum crederent. Sed dicitur quod discipuli eius nihil horum intellexerunt, tum propter excessum passionis, vel dilectionis

quam habebant ad Christum, propter quam vitam eius desiderabant, cum propter Christi immensam bonitatem, propter quam non videbatur eis quod aliquis contra ipsum deberet aliquid attentare: tum propter eius potentiam: tum etiam quia credebant ipsum loqui parabolicè, sicut frequentius loquebatur: & ideo dicitur quod erat absconditum hoc verbum ab eis. Moraliter, duodecim discipuli Christi quibus dominicæ passionis angustia dominatur, & dominicæ resurrectionis gloria reuelatur, vniuersitatem significant saluandorum, vt vult Aug. l. 1. de Ciuit. Dei cap. 5. confurgit enim iste numerus ex ductu partium septenarij, qui est numerus vniuersitatis, & crescit suis partibus aliquoties in numerum alium, qui & duplicem resurrectionem signant, scilicet, animæ & corporis. Huius enim numeri saluandorum figura præcessit in Noè, in quo saluata est Christi generatio cum duobus filiis, tertio reprobo: ideo dicit Dominus ipsis Apostolis: Iudicabitur duodecim tribus Israël, id est, vniuersitatem iudicandorum. His igitur Dominus dicit: Ecce ascendimus Ierusalem, &c. Vbi duo dicit, videlicet, Ascensionis locum, quia Ierusalem. Ascensionis modum, quia filius hominis tradetur. Attende igitur ascensionis locum, quia Ierusalem, id est, ad pacem conscientiæ, & ad pacem patriæ, Psal. 121. Rogate quæ ad pacem sunt Ierusalem. Et hic aduerte quod omnes nuncios quos tibi Dominus mittit, siue prosperitatis, siue aduersitatis, &c. ad pacem huiusmodi re perducunt. Proverb. 3. Via illius pulchræ, & omnes semitæ illius pacificæ, Via scilicet, prosperitatis quæ sunt lata, & semitæ aduersitatis quæ sunt strictæ, tamen sunt breuiore, vel ad terminum te adducunt citius Psal. 58. multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Non certè sic mundus, non dæmon, non sic caro: quia 1. Machab. 1. Loquuntur tibi verba pacifica in dolum vt credas te eis. De hoc nota figuram, 1. Reg. 29. quod Ioab, qui nuncios interpretatur, occurrit Amassæ, id est, homini peccatori, cui voce, id est, suggestionem blanditur, dat ipsi osculum, pacem promittendo: manu dextra tangit mentum, id est, falsum sponder prosperitatis obsequium, quo sic facto, gladio forali cor vulnerat peccatoris, dum ipsum trahit ad consensum, id est, interitum. Ideo dicitur Eccles. 20. Væ duplici corde, &c. Tales sunt duplici contritione contentendi.

*Duo homines ascendebant in templum, &c.* Vnus Phariseus & alter publicanus. Consideranda sunt hic, Pharisei fatuitas, & arrogantia fugienda. Publicani humilitas, & pœnitentia imitanda. Vbi nota, quod quatuor sunt species tumoris repertæ in Phariseo. Prima, cum quis se bonum quod habet, à se habere existimat. Secunda, si datum à Deo pro meritis suis datum putat. Tertia, cum iactat se habere quæ non habet. Quarta, cum despectis cæteris appetit singulariter videri habere quod habet. Hac peste laborabat Phariseus, qui ideo non iustificatus descendit, quia merita bonorum sibi singulariter tribuens publicano se prætulit. Tolle tumorem, quem dedit fatuitas superbe Pharisei. Quid te eleuat cor tuum, & quasi magna cogitans attonitos habes oculos? Quid timent contra Deum spiritus tuus vt proferas de ore tuo huiusmodi sermones? non sum sicut cæteri hominum, &c.

*Publicanus autem stans à longè, nolebat nec oculos ad cœlum levare, &c.* longè stetit, ipso templi ingressu indignum se existimans. Pharisæus autem credebat se esse prope, sed fuit longè. Publicanus è conuerso credebat se esse longè, & erat prope. Fractus est ramus, & inferus est Oleaster. Quod quærebat Israel, non est consecutus. Electio autem consecuta est. Stra ô peccator à longè, te indignum reputa, dicens cum Abraham Genes. 18. Loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis & cinis! mentis & cordis humilitas, nolebat oculos ad cœlum, & Insigne humilitatis solet apparere in oculis. *Extollentiam* (inquit Eccles. 23. *Oculorum meorum me dederis mihi.* Publicanus sicut fuit humilis non audeat appropinquare, ut Deus ad eum appropinquet, non aspicit, ut aspiciatur: peccatus percutit, pœnam de se exigit, ut Deus pareat. Confitetur ut Deus agnoscat. Ignorat Deus quod ille agnoscat. Attende & diligenter inspicere in quanta concordia erat secum iste pœnitens. Humilitas in eius mente præfulgebat, cui oculorum humilitas consonabat: corde commissis dolebat, manus percutiebat, lingua resonabat: Deus propitius esto mihi peccatori. Quia igitur in pœnitente publicano talis fuit concordia, amor & consensus, ideo de eo dicit Dominus: amen dico vobis, descendit hic iustificatus in domum suam ab illo. Id est, in comparatione Pharisæi. Hic dicit Bernard. publicanus qui se exinanivit, & se vas vacuum exhibere curauit, ampliore gratiam retinuit. Ecce quanta gratia Redemptoris. Publicanus ascenderat pollutus, descendit iustificatus, ascenderat peccator, descendit sanctus.

## CAPVT XIX.

*Quum appropinquaret Iesus Ierusalem videns ciuitatem fleuit super illam, &c.* Nota Ierusalem primo dicta fuit Salem, quam Iudæi, Sem filium Noë, quem dicunt Melchisedech, post diluuium in Synai condidisse asserunt, in qua Regnum eiusdem Melchisedech: hanc post tenuerunt Iebusæi à quibus dicta est Iebus, sicque duobus nominibus coniunctis, Iebus & Salem, vocata est Ierusalem, quæ post à Salomone melius edificata, Ierosolyma dicta est. Salem pax, Iebus, conculcata. Ierusalem visio pacis interpretatur. In quo triplex animæ status designatur. Anima in baptismo fuit Salem. In pœnitentia est Iebus. In gloria erit Ierusalem. In baptismo est ei pax reddita, quia de filia iræ facta est filia gloriæ vel gratiæ. In pœnitentia debet esse conculcata & attrita mœre contritionis & pœnitentiæ, & tunc posterit visio pacis in gloria. Tunc videbis & afflues, &c. Isa. 60. *Quoniam si prius postea videbis quod oculus non vidit, nec auris audiuit, &c.* & tunc dicere poteris cum Regina Saba 3. Reg. 10. Verus est sermo quem audiui in terra mea, &c. nota istud. Ecce quid videbis. Afflues in deliciis & diuitiis, id est, in glorificatione corporis & animæ, & mirabitur cor tuum, cœlestis Ierusalem pulchritudinem, Angelorum beatitudinem, omnium Sanctorum coronam immarcescibilem, & sic dilabitur eorum gaudio inestimabili, iucunditate inenarrabili. Sed heu tanta affluentia post posita, infelix anima, diligit temporalia, apprehendere nititur fugientia. Ideo Dominus videns ciuitatem, fleuit super ipsam dicens:

*Quia si cognouisses & tu.* Dominus non fleuit ciuitatem terrenam solum, sed principaliter animam, non ruinam lapidum, sed virtutum. Si hæc anima misera videret, vrique fleret. Si ergo cognouisses, scilicet ruinam quæ tibi imminet, & tu fleuisses, quæ modo exultas, in hac die tua quæ ad pacem tibi, &c. O peccator, in hac die tua tu es modo, sed veniet tempus quo eis alteratus, quia omnino diabolo traditus, nunc exultas in die tua, veniet dies eius in quo dolebis. Cum accepero (inquit Deus Psal. 74.) tempus, ego iustitias iudicabo. O Domine, si iustitias iudicabis, quid de iustitia erit! ô peccator! Dominus accommodauit tibi tempus suum ad promerendum salutem, & tu fecisti tuum de accommodato, sed crede mihi,

*Venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, &c.* Visitationis tuæ venient dies, quando animas exeutes à corporibus, dæmones circumdabunt vallo, trahentes eas ad societatem suæ damnationis. Undique circumdabunt te, & coangustabunt, quando non solius operis, sed & locutionis & cogitationis iniquitates ante oculos eorum replicabuntur. Et ad terram prosternent te, quando caro in puluerem redigetur. Filij etiam cadent, cum in illa die peribunt omnes eorum cogitationes, quæ per lapides significatur, cum dicitur: *Et non relinquetur in te lapis super lapidem.* Peruersus enim cum peruersæ cogitatio ni peruersionem adiicit, quasi lapidem super lapidem sternit. Sed cum anima ad vltionem rapitur, talis cogitationum constructio dissipatur. Et hoc ideo, quia non cognouit tempus visitationis suæ. Peruersam enim animam visitat Deus aliquando præcepto, aliquando flagello, aliquando miraculo. Sed quia superbiens contemnit, nec de malis suis erubescit, in extremo inimicis traderetur.

*Et ingressus in templum, cepit eicere vendentes & ementes, &c.* Nota quod Dominus bis legitur vendentes & ementes de templo eiecisse, semel primo anno suæ prædicationis, & secundo cum iret ad passionem. Iesus templum ingreditur, dum quotidie visitat Ecclesiam, & actus cuiusque considerat, & eos eicit qui inter sanctos vel sicut bona, vel aperte mala faciunt: per boues qui errant, prædicationes cœlestis doctrinæ significantur. Boues vendunt qui non amore Dei, sed pro quæstu temporali prædicant. Oves innocentes sua vellera vestiendis præbent. Per has significantur opera munditiæ & pietatis, quæ venduntur dum pro humana laude geruntur. Spiritus in columba apparuit. Marc. 1. Vnde per columbam accipitur spiritus, quem vendunt Simoniaci, & illud est graue peccatum. Si omnes eiciuntur, de parte fortis Sanctorum, qui sicut bona, vel aperte mala faciunt, & vinculis peccatorum modo flagellantur ad correctionem, quibus incorrecti in fine ligabuntur. Oves & boues eicit qui vitam ostendit reprobam ac doctrinam & mensas subuertit, quia in fine ipsæ res quas dilexerant, destruentur. Nota eum Christus eicere vendentes & ementes, quidam fulgor radiosus egrediebatur ex oculis eius; quo territi Sacerdotes & Levitæ non poterant resistere.

*Domus mea, domus orationis, &c.* Domus ex tribus consistit, scilicet fundamento, parietibus & tecto. In fundamento humilitas, in parietibus, virtutum congeries, in tecto, charitas notatur.

tur. Vbi ista conueniant, ibi Dominus quiescit, qui dicit: Domus mea, domus orationis. Oratio dicta quasi oris ratio. Orationi sex sunt necessaria. Odor internæ deuotionis; delectatio tribulationis externæ; lachrymæ compunctionis, mortificatio carnis, vitæ munditiæ, Eleemosyna. Felix illa domus! beata illa apotheca, in qua reponuntur ista sex, ex quibus procedit pura & vera oratio vsque ad aures Dei ascendens, & omne quod quærit, impetrat. Bene ergo dicit Christus: Domus mea domus orationis vocabitur. In hac domo facit vniuersim habitare. Id est, rationem & sensualitatem, ut sensualitas rationi, & ratio suo superiori, scilicet, Deo sit obediens. *Vos autem fecistis eam speluncam Latronum.* Hominis conscientia fit Latronum spelunca, cum euenit ei quod dicit Iai. 13. Requiescent ibi bestię, & replebuntur domus eorum draconibus, &c.

## CAPVT XXI.

*Erunt signa in Sole, & Luna, & Stellis, & in terris pressura gentium.* Hic quatuor notantur secundum quod sunt quatuor aduentus, scilicet in carnem, in mentem, ad mortem, & ad finale iudicium. Dico primo quod est aduentus in carnem, & hic est humanæ carnis assumptio, notatus ibi. Erunt signa in Sole. Sol enim Dei est Filius. Secundus est in mentem spiritualiter: & hic est nostræ mentis purgatio, siue contra peccatum protectio, siue virtutum collatio, ibi: in Luna. Tertius in morte, qui est corporis & animæ diuisio, ibi: in stellis. Stellæ enim cadent de celo, &c. Quartus in vltimo fine, in quo fiet meritotum discussio, & malorum punitio, ibi: & in terris pressura gentium, &c.

*Erunt signa in sole.* Sol dictus eo quod solus luceat, est Christus, qui solus lucem habitat inaccessibilem: in cuius sanctitatis & claritatis comparatione, omnis Sanctorum claritas patitur detrimentum. Iste Sol (ut dicitur Apocal. 6.) factus est niger ut saccus cilicinus. Sacco enim nostræ humanitatis cooperuit lucem suæ diuinitatis. Posui (inquit Psal. 68.) vestimentum meum cilicium. Et quid tibi, Dei Fili, & Cilicio? Hac teste, non Deus, sed reus: non creator, sed peccator, merito debet indui. Pœnitentis non peccata dimittentis est vestimentum. Quid ergo tibi & cilicio? multum quidem & per omnem modum peccatori homini necessarium: Quia pœnitent me fecisse hominem, id est, pœna tenet me pro homine. Vnde Isa. 1. Laboraui sustinens. Factus est ergo Sol niger quasi Saccus Cilicinus. Sub cilicio carnis abscondit se candor lucis æternæ. Erunt ergo signa in Sole, quæ quidem signa fuerunt quinque vulnera in Corpore Christi.

*Erunt signa in Luna.* De quibus Apocal. 6. Luna tota facta est ut sanguis, & Iohelis 2. Luna conuerteretur in sanguinem. Deus fecit duo luminaria, luminare maius & minus. Maius est Angelicus Spiritus. Luminare minus est anima hominis. Vnde dicitur Luna quasi lucentium vna. Ad hoc enim hominis anima creata est; ut cœlestia sapiens tanquam vna ex illis beatis spiritibus creatorem lau-

darer, & cum Dei filiis iubilaret. Sed ex nimia terræ vicinitate contraxit nigredinem & amissit claritatem. Ideo necesse est ut si ipsam vult, recuperare prius tota vertatur in sanguinem. Sanguis est contritio cordis, &c. Eunt signa in stellis. Signa in Stellis sunt de quibus Apoc. 6. Stellæ ceciderunt super terram de celo, sicut ficus quæ à vento mouetur magno, &c. Ficus est humana natura, quæ cum à vento mortis magno mouetur tunc emittit grossos suos, id est, perdit sensus & membra, sic inutilis habetur. Hæc sunt signa in stellis. Beatus ergo tunc erit ille feruus, quem cum venerit Dominus & pulsauerit ianuam, inuenit eum vigilantem.

*Et in terris pressura gentium:* De qua Isa. 24. contractione confringetur terra, contritione conteretur terra, commotione commouebitur terra, agitatione agitabitur terra, sicut ebrius. Quomodo enim ebrius nescit quid agat; sic nec omnes qui versantur in terra malorum magnitudine ebrii erunt & stupebunt ad omnia. Terra hic quater posita quatuor genera hominum significat; scilicet superbos, luxuriosos, auaros, & iracundos. Superbi confringentur, vnde Psal. molas leonum confringet Dominus. Luxuriosi conterentur. Vnde Ierem. 17. Duplici contritione conteret eos Domine. Ut qui in anima & in carne peccauerunt, in vtroque puniantur. Auari commouebuntur. Vnde Iob 21. erunt sicut paleæ ante faciem venti: & sicut fauilla quam turbo dispergit. Iracundi agitabuntur. Vnde Iob 4. Vidi eos qui operantur iniquitatem, & seminant dolores & metunt eos, flante Deo periisse & spiritu iræ eius esse consumptos. Præ confusione sonitus maris & fluctuum. Elementa vindicabunt auctorem: calamitas damnandorum erit repente, &c. arescentibus hominibus præ timore, &c.

## CAPVT XXII.

*Velauerunt eum, & percusserunt faciem eius.* Et id quidem quasi faciem insani & blasphemii, & sit facies eius tota liquefacta alapis Iudæorum, vnde nobis ostenderet exemplum iustitiæ. Vnde gratis pro nobis verbera sustinebat, secundum illud Thronor. 3. Dabit percipienti se maxillam, saturabitur opprobriis. Noli igitur homo tantis beneficiis ingratus esse, quia pretium sanguinis Christi es. Psal. 104. Quærite Dominum & confirmamini, quærite faciem eius semper. Quærenda est facies Christi per meditationem, ut ibi sit semper.

*Respexit Dominus Petrum, oculis scilicet misericordiæ, & fleuit amarè,* quia dissoluta fuit facies cordis eius in lachrymas compunctionis.

## CAPVT XXIII.

*Spronis autem illum Herodes cum exercitu suo, & illis indutum veste alba.* Dei Filius spernitur ab Herode vulpe. Ite (inquit Luc. 13.) dicite vulpi illi, & eius exercitui. Cui Angelorum exercitus voce proclamant: Sanctus Dominus Sabaoth. Cui (ut dicitur Dan. 7. Bbb 2 millia

millia millium & decies centena millia assistunt & ministrant. Et illudit, inquit, indutum veste alba. Pater induit eum, scilicet Christum, veste alba, id est carne ab omni labe peccati munda, à Virgine immaculata assumpta. Deus Pater Filium glorificauit, quem Herodes spreuit, Pater veste alba induit, & Herodes illudit indutum. Proh dolor! sic fit hodie. Herodes interpretatur gloria pellis, & significat hypocritam, qui interiori conuersatione quasi in pelle gloriatur, cum omnis gloria filia, id est, animæ regis cœlestis sit ab intus. Hic Iesum spernit & illudit. Spernit cum crucifixum prædicat, & crucifixi stigmata non portat.

Illudit cum sub gloria pellis se abscondit, vt Christi membra decipere possit. Fistula dulce canit volucrum dum decipit auceps. Gloria pellis Herodianæ qua hodie decipit!

\* \*



## CAPVT XXIV.

**N**onne hac oportuit pati Christum, & intrare in gloriam suam? Christus duplicem habuit hæreditatem, vnã ex parte matris, scilicet laborem & dolorem, alteram ex parte Patris, scilicet gaudium & quietem. Ex quo ergo nos cohæredes sumus eius, duplicem illam hæreditatem quærere debemus. Vnde erramus quando volumus habere secundam siue prima. Quia Dominus secundam plantauit in prima, ne vnã sine altera quæreremus. Inseruit enim lignum vitæ in lignum scientiæ boni & mali, cum Verbum caro factum est. Vnde Psalmo primo, Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum. Et Isaiæ secundo, Vt plantes cœlos, & fundes terram. In terra humanitas fundata super septem columnis gratiæ septiformis, plantauit cœlos diuinitatis. Primam ergo hæreditatem quæramus, quam nobis dimisit Christus possidendam hoc tempore, vt ad secundam peruenire mereamur.

# INTERPRETATIO MYSTICA IN IOANNEM.

## CAPVT PRIMVM.

**Q**uæ Messes sub ficu vidi te. Exules paradisi habuerunt vestes de foliis ficuum; quæ carnis excitant prurium. Ille enim sub ficu est, qui in vmbra tepidæ conuersationis, & pruritu libidinosæ carnis habitationem sibi elegit. Hunc Dominus videt, eum ei gratiam confert.

## CAPVT II.

**N**uptia facta sunt in Cana Galilee, &c. Cana interpretatur zelus. Galilæa interpretatur volubilis vel transmigratio. In zelo, id est, in amore transmigrationis fiunt nuptiæ inter Spiritum sanctum & animam pœnitentem. In coniunctione Spiritus sancti & animæ dum fiunt nuptiæ, thalamus conscientiæ ornatur: bonarum cogitationum ordine ratio disponitur: symphonia quinque sensuum, manu discretioris temperatur. Et sic hic & inde memoria abundantia suauitatis Dei exaltatur.

*Et erat Mater Iesu ibi. Vocatus est autem Iesus & discipuli eius ad nuptias.* O felices nuptiæ, quæ talibus ac tantis decorantur priuilegiis, & respondent beneficiis. In beata virgine quæ fuit virgo & mater, castitas & fœcunditas. In Iesu qui fuit humilis, & pauper humilitas & paupertas. In ipsius discipulis, obedientia & patientia designatur. Ecce decus & decor nuptiarum, priuilegium & dignitas nuptiarum. Animæ sponsus Spiritus sanctus, dum ipsam sibi vnit castam & fœcundam reddit. Castam mentis puritate, fœcundam boni operis prole. Vnde Cant. 4. omnes gemellis fœtibus, id est, geminæ dilectionis: vel actiue & contemplatiue vitæ operibus: & sterilis non est in eis. Item Spiritus sanctus efficit animam humilem, & pauperem, Isa. 66. ad quem respiciam nisi ad humilem & pauperem & contritum spiritum. In specie columbæ quæ mansuetum est volatile, & gemitum habens pro cantu, descendit Spiritus sanctus super Iesum in Iordanis flumine, Matth. 3. Item efficit obedientem & patientem. Vnde Sap. 7. dicitur quod Spiritus sanctus benignus est, humanus, stabilis.

*Et deficiente vino.* Vinam deficiat nobis vinum, de quo Deut. 32. fel draconum vinum eorum. Id enim est mundi & carnis gaudium. Mundi gaudium æterni luctus est seminarium.

Hoc est quod dicitur circa finem huius Euangeliij. Omnis homo primum vinum bonum ponit, id est, mundi gaudium. Et cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est, bibent in inferno, scilicet mortis venenum. Heu quam amara erit hæc potio bibentibus illam, qui prius hic inebriati fuerunt de poculo aureo magnæ meretricis, cum qua fornicati sunt reges terræ. Deficiat ergo vinum mundani gaudij de nuptiis sponsi & sponsæ, quo deficiunt, fiet quod sequitur. Dixit mater eius ad eum: vinum non habent. Nota quod beata Maria ex Euangelio Luc. & Ioan. sex verba tantum protulisse. Primum fuit: quomodo fiet istud? Secundum: Ecce ancilla Domini. Tertium: Magnificari anima mea Dominum. Quartum: Fili quid fecisti nobis sic? Quintum: Vinum non habent. Sextum, cum dixit ministris: Quodcumque dixerit vobis, facite. Isti sunt quasi sex gradus in throno Salomonis eburneo. Sex folia in Libano. Sex calami in candelabro. In primo verbo notatur firmum propositum inuolabilis virginittatis. In secundo insigne obedientiæ & humilitatis. In tertio ipsius exultatio pro collato sibi beneficio. In quarto, ipsius pro filio sollicitudo. In quinto, compassio. In sexto de potestate filij sui certitudo.

*Quid mihi & tibi mulier? nondum venit hora mea.* Deus Dei Filius ex B. Virgine accepit humanam naturam in vnitatem personæ. Pater dedit diuinitatem, mater humanitatem. Pater maiestatem, mater infirmitatem. Ex diuinitate habuit aquam mutare in vinum, cæcos illuminare, mortuos suscitare. Ex infirmitate humanitatis; Esurire, sitire, litigari, conspui & crucifigi. Dixit ergo: Quid mihi & tibi mulier? Nota ista duo, mihi, & tibi; in mihi, diuinitas, in tibi, humanitas notatur. Quasi dicat suæ Matri: Miraculum postulas fieri, quod mihi ex diuinitate est possibile: tibi verò, id est, humanitati quam accepi à te, passionem sustinere. De qua subinfertur. Nondum venit hora mea, scilicet passionis qua torcular calcaui solus & vestimenta mea sint sicut calcantium in torculari. Nondum venit hora mea, qua Iudas extendat calcandum super acimum, ex quo exprimat vinum inebrians cor quærentium Dominum. Nondum venit hora mea, qua vna humanitatis quam à te accepi comprimatur palo Crucis, vt decurrat vim lætificans cor hominis. Cum illa hora venerit tunc, quid mihi & tibi erit mulier?

*Erat autem ibi sex hydræ lapideæ posita secundum*



*quandam purificationem Iudeorum capientes singula metretas binas vel ternas.* In Cana Galileæ, id est, in anima quæ zelo amoris iam transmigravit de vitiis ad virtutes, sex hydræ sunt, contritio, confessio, oratio, ieiunium, Eleemosyna, & illata iniuriæ ex corde remissio. Hæc sunt quæ purificant Iudeos, id est pœnitentes, ab omnibus peccatis. Ecce sex hydræ lapideæ à lapide quem reprobaerunt ædificantes exciso de monte siue manibus, excisæ. Qualiter plena sunt vsque ad summum aqua salutari capientes singula metretas binas vel ternas. Merreta est mensura. In binis metretis, Dei & proximi dilectio. In ternis, sanctæ Trinitatis fidei confessio designatur, quæ in omnibus supradictis sunt necessaria. Notate igitur istas sex hydras.

*Haurite nunc, & ferte Archiclinio, &c.* Ecce verus Archiclinus, cum quo inebriabuntur ab vbertate domus suæ. Archiclinus, id est, Princeps trium Lectorum. Clinus, id est, lectus, quasi Princeps trium ordinum lectorum; in quibus antiquitus sedebant discumbentes. Tres autem ordines lectorum, tres status & ordines in Ecclesia significant, scilicet coniugatorum, continentium, & Virginum, quorum princeps est Christus, qui faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis, &c.

*Cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo.* Secundum quod ait beatus August. lib. de verb. Domini, serm. 37. magna misericordiam est nequitiam impunitam non relinquere, & magna ira est non punire. Sicut igitur Deus summæ misericordiam nullatenus nos potest obliuisci, sic nec à correctione desistere potest: immò quanto plus offensus extiterit, tanto magis correctioni paternæ insistere conatur, vt sicut pius Pater filium reducat vagabundum. Hoc autem licet nobis in pluribus clareat, singulariter tamen nobis manifestatur in hoc. Cum fecisset quasi flagellum, &c.

## CAPVT III.

*Spiritus ubi vult spirat.* ( quia potestatem habet cuius cor illustret ) *voce eius audis, sed nescis unde veniat, aut quo vadat.* Vox Spiritus sancti est compunctio loquens in corde peccatoris: quam etsi audis, nescis unde veniat, id est quomodo cor illius intraverit, vel quomodo redierit, quia natura est inuisibilis.

## CAPVT IV.

*Quinque viros habuisti, & hunc quem habes non est tuus vir.* Affectus rationis dicuntur quinque viri, pro eo quod debeant regere quinque corporis sensus, quos cum infelix anima perdit, non virum, sed adulterum recipit, qui eam corrumpit.

*Erat quidam Regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum, &c.* A rege Regum totius creaturæ Domino Iesu Christo, qui Angelis in cælo & hominibus in mundo præest, quilibet fidelis nominatur Regulus, pro eo quod quasi quandam representationem cælestium in se habeat, & ex quatuor elementis, è quibus omnis creatura consistat.

*Cuius filius infirmabatur Capharnaum.* Filius Reguli anima est cuiuslibet fidelis Christi, qui dum in ordine suo venit, incolumis existit, sed cum in Capharnaum moratur, ad mortem infirmatur. Capharnaum interpretatur ager pinguedinis vel villa consolationis. Et his quatuor verbis, quadruplex hominum status designatur, scilicet Clericorum, Religiosorum, pauperum, diuitum. In agro figuli, id est Ecclesiastici de Christi patrimonio superbiunt. Religiosi in quiete & otio quasi pomum pingue, verme concupiscentiæ corrumpuntur. Seculares pauperes quasi in villa laborant, & de sua paupertate dolent. Diuites in consolatione gaudent diuitiarum; & idè Deam obliuiscuntur. Omnes isti infirmantur in Capharnaum.

*Hic cum audisset quia Iesus, &c. incipiebat enim iam mori.* Iudæa, confessio. Galilæa rota vel volubilitas interpretatur. Iesus ergo à Iudæa in Galilæam venit, cum de vita æterna in qua est Confessio Angelicæ Laudis, ad nostræ volubilitatis rotam descendit, &c. Et idè ad eum Regulus qui sic infirmari filium, id est animam suam conspiciat, Capharnaum debet ire in cordis contritione, & rogare oris confessione vt sanet filium suum. De quo subditur incipiebat enim iam mori. Et nota: In carnis, enim pinguedine, mundi consolatione incipit mors animæ, & consummatur nunquam consummanda in gehennæ perditione.

*Dixit ei: nisi signa & prodigia videritis, &c.* Prodigia dicta quod futura de longè prædicant. Simile, Ezech. 2. filii hominis mitto te ad gentes apostatras, &c. Dixit ad eum Regulus: descende Domine, &c. Glossa. Quasi aliter non posset sanare nisi esset præsens. Vnde Dominus indicans se non deesse quo innitatur, solo iussu sanat. Vnde vade, inquit, filius tuus viuit. Nota quod miles Christi debet habere equum bonæ voluntatis, sellam humilitatis, strepas seu stapedas constantiæ, calcaria gemini timoris, frænum temperantiæ, clypeum fidei, loriam iustitiæ, galeam salutis, lauream charitatis. His armis indutum infirmitas Capharnaum non occupabit, sed stare poterit aduersus insidias Diaboli, & principes tenebrarum.

*Credidit ipse sermoni quem dixit ei Iesus, &c.* Nota quod dicit, credidit, & postea, ibat, quia prius est corde credere, & post ire opere. Vnde Ezech. 1. hæc erat visio discurrrens in medio animalium, splendor ignis, & de igne fulgur, &c. In splendore ignis, fides quæ illuminat, designatur. Vnde fides tua te saluum fecit, id est, te illuminauit. Credidit ergo homo & ibat. Sequitur. Iam autem eo descendente, occurrunt serui, dicentes, quia filius eius viueret. Si descendis, occurrunt tibi serui.

*Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius, &c.* Glossa. Non diffidit de misericordia Domini, *hora, inquit, septima, &c.* In figura gratiæ septiformis Spiritus sancti, in quo hominis salus. Febris à feruore dicta est, & significat carnis luxuriam, cuius calore cor concutitur, & caro corrumpitur. Vnde Iudith 10. quod cum ipsa narrasset ante faciem holofernis, statim captus in oculis suis, & cor eius concussus est. Primò capitur oculis, idè orat

Psalm. 118.

Psalm. 118. auerte oculos meos ne videant vanitatem, &c. Prima iacula luxuriæ oculi. Secundò, cor concutitur, & sic febre luxuriæ inflammatur. Sed ne in consensu mentis vel operis moriatur, hora septima, id est, septiformis Spiritus sancti gratia illuminatur. Et tunc credere debet ipse, domusque eius tota, id est, corpus simul & anima, quia Iesus Christus est Dei filius, qui animam à tam infœlici febre, & corpus à tam miserabili pollutione luxuriæ dignatus est liberare.

*Venit Iesus in ciuitatem Samaria, &c.* Secundum quod ait beatus Gregorius in moralibus: Omnipotens Deus qui piè condidit, & qui impiè non disponit, & qui necdum facta creauit vt essent, ea quæ sunt facta non deserit, sed gubernat. Volens igitur Euangelista nos excitare ad considerationem misericordiam ex præmissis quadrupliciter nos excitat in Euangelio hodierno, videlicet, ex patientia Saluatoris in tranquilla expectatione seu supportatione: Venit Iesus in Ciuitatem Samariam. Ex negligentia peccatoris in peruersa euagatione, seu declinatione: Venit mulier de Samaria. Ex diligentia reductoris in paterna reuocatione & pulsatione: Mulier da mihi bibere. Ex affluentia largitoris in stupenda exauditione, & exhibitione: *Domine da mihi hanc aquam, & ille volens copiosius dare dixit. Vade, & voca virum tuum, qui etiam & toti ciuitati dixit.* Narrat igitur Ioannes, &c.

*Quomodo tu Iudeus cum sis, &c.* Cognouit eum tam in loquela quam in vestibus. *Si scires donum Dei, scilicet plenitudinem & sufficientiam, & quis est qui dicit tibi; id est, quantum est misericors: Tu forsitan petiisses ab eo.* Dicit forsitan: Primò propter liberum arbitrium, quod cogi non potest à Deo de potentia ordinaria. Secundò propter fœditatem peccati, quia forsitan non audens apparere coram eo, quia omnia tua secreta nouit. Nota ex parte peccatoris est forsitan, non ex parte Dei qui semper est paratus. Neque quo haurias aquam habes. q. d. aut intelligis de hac aqua, & tunc non videretur verum, quia puteus altus est, & tu cares haustorio: aut de alia meliori, & tunc non videretur verisimile. Nunquid tu maior es patre nostro Iacob, quasi possis nobis dare meliorem aquam? Insuper & ipse bibit de hac. Ad hoc autem Christus respondit quod non intelligit de illa. Omnis enim qui bibit ex illa aqua sitiet iterum. August. lib. confess. fecisti nos Domine ad te, & inquierum est cor nostrum donec requiescat in te. Nota hanc aquam de qua Christus loquebatur, non hauriebat, sed vt mare continebat. Reliquit igitur mulier hydriam suam. Sequere literam, &c.

Aduerte efficaciam aquæ Dominicæ. Hanc quidem hæc mulier primò sicut, idè dixit: *Domine, da mihi aquam.* Secundò ex ea gustauit, & idè statim cepit salientem in vitam æternam, *Domine, inquit, Patres in monte.* Tertio satiata est vt non sitiret iterum temporalia, & idè reliquit ibi hydriam suam. Quarto factus est in ea fons aliis propinans fluentia gratiæ, vnde omnibus Euangelizauit Christum. Moraliter, hæc mulier à mollitie dicta, fragilem significat animam peccatoris, &c. Istam mulierem Deus posuit in loco tutæ custodiæ, idè, in ciuitate Samariæ, & in Sichar, id est, in sta-

tu pœnitentiæ. Samaria custodia, Sichar interpretatur pœnitentia. Hæc est ciuitas munita, in qua positus homo à Deo quam optime custoditur. Vnde Dauid: quis deducet me in ciuitatem munitam? Huic Deus dedit pro tempore quinque viros, vt ait August. dedit quinque sensus, & hoc quando nondum potest ratione vt: Cum autem rationis incipit esse capax, tunc regitur à sapientie, idè mente, & hic est legitimus vir, aut ab errore, & hic non est vir eius, &c. Egreditur igitur mulier, id est, anima infœlicis peccatoris de Samaria, &c. Et hora est quasi sexta. Nota dies peccatoris habet sex horas, & similiter dies domini. Dies autem peccatoris habet sex horas quibus graditur ad peccandum, quarum prima est suggestio, & tunc ibi loquitur dæmon peccatori de diuortio faciendo sponso. Ezech. 23. adulterata sunt, & sanguis in manibus eorum. Secunda est cogitatio, & tunc peccator aures cordis porrigit suggerenti. Tertia est delectatio, & tunc dat spem inimico, & dat ipsi responsionem placidam. Quarta consensus in delectationem, & tunc ipsi datur arra. Quinta est propositum per fidei opus, & tunc firmatur matrimonium inimico. Sexta est perpetratio operis, & tunc ibi illud impudicum peccati matrimonium consummat adimplendo propositum, nam foris egreditur ad aquam hauriendam, &c. Dies autem Domini habet similiter horas suas quibus procedit ad reuocandum miserabilem peccatorem ad conferendum ipsi salutem. Prima est naturalis productionis, per quam homo accipit esse naturæ. Secunda est baptismalis ablutionis, per quam accipit esse gratiæ. Tertia est salutaris inspirationis, per quam homo inspiratur. Quarta est singularis comminationis, quando scilicet ipsi aliquid immisum est periculum, tunc enim Deus peccatori comminatur, vt ipsum ad pœnitentiam reducat. Quinta est paternalis castigationis, quando scilicet Deus peccatorem flagellat & castigat. Sexta est finalis reprobationis, quando scilicet homo obstinatus in peccatis omnibus, postquam non vult corrigi. Et si dicas quod duodecim horæ sunt in die & non assignas nisi sex; idè dicit Propheta: viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. Vnde sex est medium 12. & est etiam replicatio. Dicit igitur quod hora quasi sexta, Iesus ex itinere fatigatus sedebat super fontem. Scilicet immensitatis diuinæ pietatis, qui tot horis graditur ad requirendum peccatorem, & à quo peccator tot horis discessit ad adulterum, id est ad Diabolum accedendo. Quid mirum, mi Saluator, si tanta ingratitude fatigaris, & cum sedes, super fontem sedes, & hora quasi sexta? Sedes inquam quia benignè & patienter expectas, quia moratur Ecclesia. Super fontem sedes, scilicet misericordiam tuam, vt inde salutis potum tribuas homini æstuanti. Hora sexta sedes, quia non restat nisi sententia contra peccatorem ferenda, & tamen sedes. Ista est hora sexta, quando scilicet sedisti in fonte misericordiam tuam super crucem, quando scilicet ad nostros quinque sensus adquandos, qui mundanam non cessant haurire aquam, quinque canales cruoris emittere voluisti. Sedes inquam, & reliquisti Iudæam cælestem. Facta est Iudæa sanctificatio eius. Et venisti ad re-

quirendum peccatorem. Quid ab eo petis? Certe Domine nihil aliud quam potum, Mulier, dixisti, da mihi bibere. Quid sitis Domine? Certe salutem illorum, ut ait Augustinus, pro quorum salute tuum sanguinem profudisti.

Audiuimus petitionem Saluatoris fatigati, audiamus responsum peccatoris excæcati, & in malicia obstinati. *Quomodo* (inquit) *tu cum Iudæis sis, &c. non enim contumtus Iudæi Samaritanis.* Nota peccator sex excusat, quandoque ratione fragilitatis, quia mulier, quandoque difficultatis, quia scilicet mulier nimis tenetur ligata & occupata à peccato, vel à causa peccandi, quandoque ratione indignitatis veniæ consequendæ. Sed Christus omnibus benignè respondet: Si scires donum Dei, &c. Quam sit virtuosum ad stabiliendum contra fragilitatem quam allegas. Quam efficax ad eripiendum contra difficultatem. Copiosum ad subueniendum omnibus misericorditer, quia nullum deserit nisi desperantem, vel ad eum non accedentem. Tu inquam si hoc scires, & quis est ille qui te vocat, tam pius, tam largus quod non poterit se negare, quia qui dedit fontem, dabit stillam gratiæ, dedit namque totum seipsum. Tu inquam, si scires, petiisses ab eo, &c. & ideò dicit, acquiesce mihi, vade, voca virum tuum ad me, voca ad me intellectum tuum, voca cor tuum: quare ipsum diligenter & veni ad me. Sed quid responderet miserabilis peccator? Virum (inquit) non habeo. Ecce non, quia cor meum dereliquit me. Ait Psalm. Immo verius tu ipsum dereliquisti. In hac igitur verè dixisti, quia non habes virum, quinque enim viros habuisti, sed vade, voca, relinque hydriam concupiscentiæ, aquam vanitatis, funem peccatorum, quibus hauris, & ingredere ciuitatem mentis tuæ. vere ciuitatem penitentiam, & tunc tibi dabo aquam viuam, sicut certè huic mulieri, quæ reliquit hydriam peccati, & diuina gratia mediante intrauit ciuitatem, id est propriam conscientiam vel consortiam Ecclesiæ; à quo per peccatum segregabatur, prædicauit Christum, scilicet, vita exemplari, & eius exemplo multi de illa ciuitate crediderunt, &c.

## CAPVT V.

**E**rat Hierosolymis probatica piscina quinque porticus habens, &c. Piscina dicta eo quod sit piscibus plena, est corpus plenum piscibus, id est, vitiis, & curiosis cogitationibus: hæc piscina habet quinque porticus, id est, quinque sensus. Porticus dicta ex eo quod sit aperta: quinque enim sensus corporis aperti sunt vitiis. Vnde Ierem. 9. ascendit mors per fenestras, scilicet mentis. Et Naum 3. Inimicis tuis ad apertionem pandentur portæ terræ tuæ, & vestes tui igne deuorabuntur. Cum ignis carnalis concupiscentiæ deuorat vestes, id est, gratuita & naturalia dona, quibus anima munita ab inimicis custoditur, tunc portæ terræ, id est, quinque sensus corporis nostri, inimicis nostris, id est, vitiis & dæmonibus aperiantur. In hac quinque sensuum porticu anima iacet languida, clauda, cæca, arida. Languida, quia virtutum viribus destituta, cæca, quia lumine ratio-

nis priuata, clauda utroque pede, scilicet, affectu bonæ voluntatis, & effectu boni operis, arida humore compunctionis. Angelus Domini descendebat, & mouebatur aqua, & sanabatur vnus. Cum Angelus Domini, id est gratia Spiritus sancti, descendit in piscinam, id est cor peccatoris, tunc mouetur mens aqua compunctionis, & sanatur vnus, id est verè penitens, qui debet esse vnus corde & ore non diuisus.

*Erat dies festus Iudæorum*, &c. Tanguntur hic quatuor, videlicet calamitas languoris, quia peccator affligitur ex parte peccatoris: *Erat enim dies festus.* Benignitas dulcoris ex parte redemptoris, qua Saluator compatitur. *Hunc enim.* Malignitas rancoris ex parte detractoris, qua detractor confunditur. *Dicebat enim.* Vigilans sermonis, ex parte correctionis, qua transgressor corripitur. Ecce sanus factus. Quantum ad Primum narrat Euangelista quod existente festo Iudæorum; (ponitur Iudæorum calamitas, quia illæ festiuitates, licet essent ad diuinam reuerentiam, tamen Deus modicum de ipsis curabat, quia multoties in festis ad ea quæ sunt mundi, plerumque conuertuntur) ascendit Hierosolymam. Erat autem ibi Piscina probatica, quæ est ouis, quasi ouina, quia ibi sacrificia lauabantur, nullo enim tempore nec vasa contaminata, id est, conscientiæ sordidæ, nec sacrificia immunda Deo placuerunt. Vnde Apostolus. Sciat vnusquisque vas suum possidere in sanctificatione, non in sordore & immunditia. Vnde hebraicè cognominatur Bethesda, id est, domus pecudum. Etiam habebat in circuitu quinque porticus in quibus poterant homines commorari, in quibus iacebat magna multitudo languentium, cæcorum, claudorum, & aridorum expectantium posse consequi sanitatem. Vnde autem habuerit illam virtutem piscina, posset esse quæstio, sed circa hoc aliquid est certum, aliquid dubium. Certum quod hanc virtutem non habeat ex sua naturali proprietate, tum quia natura determinatur ad certos effectus, etiam circa illud quod operatur à tota specie, ut aiunt medici, hæc autem ad omnes infirmitates, tum quia hæc virtus non inhærebat ipsi in omni tempore, sed solum dum mouebatur ab Angelo, & ideò dicit: Cum Angelus Domini, &c. tum quia solus primus qui ingrediebatur post motum sanabatur, & non alius, tum quia hæc aqua erat pluuialis, ut Sancti ponunt, & non scaruriebat, & per consequens ab aliis distinguebatur specie. Hoc est certum. Sed dubium est vnde hæc habuit? Vnde hic dicunt quod à ligno Dominicæ crucis quod tunc cæpit supernatate, quod à Salomon fuerat positum sub terra, & nullus præter beatum Ioannem facit mentionem de huiusmodi. Ex quo verisimile videtur quod ante Christum hanc virtutem non habuit, sed post Christum cito cessauit. Aliqui dicunt quod habuit ex tactu mundissimæ carnis Christi aquam in suo baptisate consecrantis. Aliqui quod ex diuino imperio & Angeli ministerio, qui ipsam aquam mouebat. Quicquid fuerit, illa virtus erat ex Deo, & ad hoc fuit congruitas, quia semper Deus in suis operibus procedit ordinatè, ut ab extremo per medium transeat ad extremum, quia aqua primo sacrificia exteriora purificabat, & debebat purificare animam interiorem, sicut

## CAPVT VI.

sicut nunc facit in viuo baptisate. Sequere historiam.

*Vis sanus fieri!* Hoc dicit ad curam suam. A causa infirmitatis incæpit sicut bonus medicus, quia peccatum erat eius causa, sicut inuitur: & ideò primo voluit voluntatem eius ordinare, quia cura spiritualis non fit nisi voluntate, vnde August. qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te. *Hominem non habeo*, quasi dicat, benè volo Domine, sed quid mihi prodest hæc misera voluntas, &c. Surge, restituito sanitatis, tolle grabatum, restituito fortitudinis, non sic facit curatio medici, & vade, restituito debiti. Præcepit ipsi tollere lectum ad miraculi confirmationem & diuulgationem. Moraliter pro diuersis officiis diuersas piscinas construxit. Ecclesiast. 2. Extraxit mihi piscinas aquarum ut irrigarem syluam lignorum germinantium in horto, scilicet Ecclesiæ plantarum, vel in pomario penitentiam. Et secundum hoc dicitur piscina vno modo veritas legis diuinæ. Quæ porticus quinque habuit: quia in quinque libris tradita est. Angelus mouens est Christus de cælo descendens, languidus, populus Iudaicus qui reuera in solis porticibus morabatur, nec piscinam, id est, legis spiritualis intellectum ingredi valuit. Alio modo piscina est baptisatus, porticus quinque, damna quæ faciebat nobis originale peccatum, languidus genus humanum, Angelus Domini virtus baptisati. Alio modo piscina est passio Christi; porticus, quinque vulnera eius. Alio modo fons diuinæ pietatis est piscina, quæ continuè ad susceptionem gratiæ inuitat. Sed omnibus prætermis dicitur quod probatica piscina quæ est in Ierusalem est penitentia, per quam homo pacificatur Deo, de quo loquitur Nehem. 3. piscinam quæ grandi opere constructa est, scilicet à filio Dei. Verè grandi, quia grandia collit, scilicet culpam & penam infinitam, & grandia confert, scilicet gloriam sempiternam. Tactus huius piscinæ est opus penitentiam, latitudo eius charitas excessiua, profunditas est humilitas, quæ tanta est quanta fuerit terra, id est, terreni & temporalis affectus amotio, & ideò qui habent cor plenum rancore vel odio, qui habent affectum terrenis alligatum, nullam possunt habere piscinam penitentiam. Piscina humilitatis est quæ ex abiectioe temporalium fit, & fluit aqua in hac piscina quæ abluit animam à peccato, & conuersationem à macula. Quinque porticus sunt quinque considerationes quas debet habere peccator, debet enim considerare maiestatem quam offendit. Si peccauerit vir in virum placari potest ei Deus; si autem in Deum peccauerit quis orabit pro eo? Maculam quam contraxit, quid est tam sœdum quam peccatum? Bonitatem quam contempsit. Gloriam quam omisit. Penam quam promeruerit æternam. Sed in veritate multi iacent & pigritant sub istis porticibus, qui videlicet languent per torporem, claudicant per inconstantiam, faciam, non faciam. Crescunt per cordis ariditatem. Verè si talibus dicatur, vis sanus fieri? Protinus respondebunt, Domine hominem non habeo.

**P**anis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Quoniam secundum beatum Gregor. probatio dilectionis est exhibitio operis, quantum Christus Dei filius humanum genus dilexerit, verba ista euidenter ostendunt. Verba igitur proposita Ioan. 6. Scripta, illius ore, qui est veritas infallibilis, via inobliquabilis, & felicitas interminabilis, sunt prolata. Saluator namque noster à Patre, ab æterno procedens, ut à mente, & verbum, à sole radius, à fonte fluuius, carmen assumens, & de Virgine nascens humanum genus, propter transgressionem primorum parentum immortalitatis gloria spoliatus, venit misericorditer recepturus. Nam dicit Saluator: Panis quem ego dabo, &c. In quibus verbis tria per ordinem scribuntur quæ hanc sacratissimam cœnam omni reuerentia dignam reddunt commendabilem & acceptam. Primum quod ibi describitur, & quod reddit hodiernam cœnam commendabilem est nobilitas alimenti. Secundum est sublimitas Sacramenti. Tertium est abolitio detrimenti. Alimento enim in hac cœna dispensatum est mentis refectiuum. Sacramentum institutum est morbi curatiuum. Detrimentum ablatum est humani generis depressiuum. Nobilitatem alimenti probat cibi expressio, propter quod dicit Saluator.

*Panis quem ego dabo.* Sublimitatem Sacramenti probat miraculosa transubstantiatio, propter quod addit: *Caro mea est:* Ablationem detrimenti probat humana redemptio, propter quod subiungit: *Pro mundi vita.* Dicit igitur Saluator, Panis quem ego dabo, &c. sacra autem pagina à spiritu sancto (ut ait Hugo reuelata, & per sanctos viros (ut ait Beatus Petrus) administrata, dicit Saluatorem nostrum humano generi panem multiplicem exhibere. Ipse enim dat nobis panem materiale, dat etiam panem sapientialem, dat etiam panem sacramentalem, dat etiam panem cœlestem. Primus est panis naturæ: Secundus est panis doctrinæ: Tertius est panis Eucharistiæ: Quartus est panis gloriæ. Panis naturæ, est panis vniuersorum: Panis doctrinæ est panis conuersorum: Panis Eucharistiæ est panis Electorum: Panis gloriæ, est panis Beatorum. Inuenitur igitur in sacra pagina: Primò quidem panis naturæ. Hic autem panis est homini post lapsum primorum parentum in recompensationem pomi ligni vitæ, quod homo perdidit, hoste suggerente, muliere consentiente & ipso tandem perficiente. Vnde Chrysol. loquens de ruina facta per mulierem; ait: hæc est mulier antiqua malitia, &c. Hieronym. etiam admonet ut huius ruinae semper memores existamus, cum dicit: Nec David sanctior, nec Salomone sapientior esse poteris, &c. De isto naturali & materiali pane homini lapso collato, scribitur Genes. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Ac si dicat Deus homini iam collapsus, propter præceptum quod neglexisti, propter peccatum quod consumpsisti, propter mulierem cui obedisti potius quam mihi, in sudore, scilicet corporis, sollicitudine mentis, formidine mortis, in dolore & in labore vultus tui vesceris pane tuo, quia pomum ligni vitæ perdidisti.



disti, quod virtute sibi collata diuinitus poterat tibi (si non peccasses) vitam conseruare. Sic igitur inuenitur quidam panis natura.

Inuenitur etiam panis sapientiae & doctrinae. De isto pane loquitur Sapiens Eccl. 15. Cibavit illum pane vitae & intellectus, & aqua sapientiae salutaris potauit illum. Dicit ergo; potauit illum, scilicet virum fidelem, virum humilem, virum mundi contemptorem, virum Dei amatorem. Talem enim cibavit Deus pane vitae, pane sapientiae, Psalm. 79. Cibabis nos pane lachrymarum. Et attende quod dicit cibavit, quia sicut panis materialis est cibus corporis, ita spiritualis vel diuini sermonis est cibus mentis, sicut dicit beatus Gregor. in quadam homilia. Verba (inquit) Dei quae aure percipitis, mente retinere, cibus enim mentis est sermo Dei. Quasi autem lassessente stomacho cibus reicitur, cum auditus sermo in ventre memoriae non tenetur. Panis enim doctrinae mentem sanat, animam roborat, mentem illustrat. Vnde Gregor. 8. Moral. sicut fames carnis est subtractum subsidium corporis, ita fames mentis est silentium diuinae locutionis, quia dum humanam mentem diuina allocutio deserit, contra eam carnis tentatio inualescit. Cibavit ergo illum pane vitae & intellectus, quia diuinum eloquium illuminat intellectum, quamuis Spiritus sanctus illuminet affectum, sicut dicit Beatus Gregor. 29. Moral. cap. 13. in persona sapientiae increatae. Dum durat (inquit) corda emollio, dum aspera mitigo, dum rigida inflecto, dum frigida accendo, dum vaga stabilio, dum duritiam confirmo, dum debilia corrobora, in tuere si vales incorporaliter veniens quibus meatibus ea illustro.

Inuenitur tertio quidam panis Eucharistiae. Et iste est panis caelicus, panis Angelicus, panis beatus, hunc panem dedit Christus Apostolis in hac caena sacratissima, sicut dicit Beatus Mattheus: Cœnantibus illis accepit Iesus panem, benedixit, fregit, & dedit discipulis suis, & ait illis: Accipite & comedite. Hoc est Corpus meum. Dicit ergo. Cœnantibus illis, scilicet Apostolis Saluator enim sic cœnauit cum suis fidelibus per praesentiam corporalem, cœnat nunc per Inhabitationem mortalem, cœnabit in fine per remunerationem aeternalem. Beati, inquit Ioannes Apoc. 19. qui ad cœnam Nuptiarum Agni vocati sunt. Cœnantibus ergo illis accepit Iesus panem, &c. Panis qui est Christus, est panis viuificans, panis lætificans, panis fortificans, panis beatificans. Est inquit Christus, panis viuificans reuertentes, Ioan. 6. Ego sum panis-viuus qui de caelo descendi. Est etiam panis lætificans penitentes, Sap. 16. panem de caelis praestitisti eis sine labore, omnem delectationem in se habentem, & omnis saporis suauitatem. Est etiam panis fortificans Ioan. 6. si quis manducauerit ex hoc pane viuet in aeternum. Accepit ergo Iesus panem, & benedixit, & fregit. Sunt tres partes. Vna pars, quae est mixta cum sanguine, significat comprehendentes. Altera duarum quae sunt in patena, significat viatores. Alia significat fideles in se pulchris quiescentes. Deditque discipulis suis. Multa nobilissima dona dat homini Deus, sicut dicit Beatus August. dedit, inquit, Deus homini animam cum potentis, corpus cum membris, mundum cum elementis, fidem cum Sacramen-

tis, artem cum documentis, seipsum cum tormentis. Et ait: Accipite, tanquam donum magnificum. Et comedite, tanquam cibum saluificum. Hoc est Corpus meum. Hoc est inquam corpus virtute Spiritus sancti conceptum, hoc est corpus in instanti formatum, hoc est corpus de Virgine natum, hoc est corpus vinculis ligatum, hoc est corpus dure flagellatum, hoc est corpus in cruce leuatum, hoc est corpus felle potatum, hoc est corpus lancea fauciatum. Haec omnia quae pro nobis sustinuit deberemus respicere, sicut admonet Bernard. Respice, inquit, fidelis anima, respice in faciem Christi tui, & videbis eum dorso flagellato, latere fauciato, capite vepribus puncto, manibus perforatis, pedibus fossis. Volue, inquit, & reuolue totum corpus dominicum à capite vsque ad pedes, à latere vsque ad latus, & ibi circunquaque inuenies cruorem & dolorem. Sic igitur inuenitur quidam panis Eucharistiae.

Inuenitur vltimò quidam panis gloriae, & iste est panis reficiens, panis iustificans, panis indeficiens. De isto pane dicitur Luc. 14. Beatus qui manducabit panem in Regno caelorum. Vere beatus propter habitationis amœnitatem, propter affectionis satietatem, propter beatitudinis securitatem, propter contemplationis suauitatem. Beatitudo, secundum August. est status omnium bonorum aggregatione perfectus. Vere est ibi omne bonum, quia secundum Bernard. ibi est dies sine nocte, vita sine morte. Ibi erit incunditas sine dolore, tranquillitas sine labore, securitas sine timore. Ibi erit pulchritudo sine deformitate, fortitudo sine debilitate, rectitudo sine peruersitate. Ibi erit veritas sine fallacia, charitas sine malitia, felicitas sine miseria. Ad hanc felicitatem nos perducatur Saluator noster, qui pro nobis redimendis dignatus est carnem assumere, mortem subire, & cum mortuis triumphare.

Subiit in montem Iesus, & ibi sedebat. Abiit Iesus salus nostra transmare Galilaeae quod est Tyberiadis, & tunc magna multitudo sequobatur eum, & assignat causam. Subiit igitur, &c. Erat autem proximus dies festus, scilicet pascha Iudaeorum, vt scilicet inuaret hoc miraculum esse aliud ab illo de septem panibus, quia alio tempore factum. Ait Euangelista quod Iesus benignos oculos suos subleuauit, quos antea forte ex honestate tenebat declinatos in terram, vel ad suos discipulos, cum quibus, vt ait Chrysofost. conferebat. Videns igitur hominum multitudinem copiosam, Dixit ad Philippum. Vnde ememus panes? &c. Hic patet misericordia, si attendamus eius studiosam inuitationem, immò expectationem. Nam infantis more nos inuitat, specialiter tamen ex sua longanimitate & patientia, &c. quare Philippo dictum est; Vnde ememus panes? Duplici de causa. Primò quia erat de illa prouincia, vt dicunt aliqui, & propterea magis pertinebat ad eum prouiso, quia naturale est quod quilibet suum conterritum diligat. Oppositum tamen faciunt aliqui. Qui sunt de genere viperarum, qui concepti de utero matris, id est, ciuitatis suae, antequam perducantur ad partum, & antequam veniant ad gradum ad quem ex meritis possent accedere, inter se dimicant, nec partum expectant, sed volunt sibi honores cum violentia usurpare, &

sic lacerant ventrem matris, deinde suam destruant ciuitatem, & interdum accidit quod non consequuntur illud quod aliter consequerentur, si partum debitum expectarent. Secundò, quia Philippus rudis erat, & ideo instruendus, quod voluit Dominus facere tentando eum, vt bene cognosceret quod virtualia ibi non erant, & sic consequens miraculum magis admiraretur, &c.

Fecit discumbere super scenum, id est herbam, quia multa erat in loco: Erat enim tempus vernale, & ita omnia erant virentia propter calorem patriae, erat tempus amœnum, societas gratifica, conuiuia generosus, ministri lætantes.

Et cum comederent & satiari sunt, collegerunt fragmenta. Sequitur mirata sunt turba, & confessæ sunt Christum quod esset verè Propheta. Moraliter verò ostendit gestum siue nutum compassiui peccatoris afficientis. Verbum defectiuum hominis non confitentis. Actum curatiuum criminis inficientis. Fructum vbertium animae famelici reficientis, &c. Gregor. subleuare oculum in nos est reducere nos in propriam considerationem, vt scilicet cogitemus, quomodo alimenta habere possimus, quibus epulemur in monte penitentiae cum Christo, quibus in via ne deficiamus. Ad hac respondit Philippus: Ducentorum denariorum non sufficiunt, &c. Denarius est satisfactio pro transgressione peccati, quibus enuritur vita. Vt modicum quisque accipiat, id est, vt pro modico satisfaciatur peccato & modica transgressione. Sed quid dicit Andreas, id est, confidentia? Est puer. vnus hic, &c. Puer, scilicet per penitentiam reuocatus, vnus, scilicet cum Deo coniunctus, quia ante fuerat diuisus. Quinque panes sunt, castigatio & attritio sensuum. Sed quid hac inter tantos? Duo Pisces, vnus charitas, & hic piscatur & trahitur de aqua dulci. Accende aqua marina, & hic est spes. Matth. 5. Beati qui persecutionem patiuntur, &c. hi pisces sunt mundi & expiati secundum legem, quia habent squamas patientiae, & pinulas quibus adulta volant, quia semper in Deum.

## CAPVT VII.

Mea doctrina non est mea. Secundum quod ait Bernard. in epist. ad Haymericum Cancellarium. Oportet autem beneficium vt verè sit, esse gratuitum. Danti itaque rependi quicquam gratia ab accipiente non potest, quam si gratum habuerit quod gratis accepit. Spiritui namque grauem contumeliam facit qui beneficia mentis grata mente non suscipit. Et hinc est quod frequentius Dominus ad recognitionem diuinorum beneficiorum nos hortatur, quandoque verbis, quandoque exemplis, specialiter tamen in hoc Euangelio in quo quatuor tanguntur, videlicet: humilitas gratæ recognitionis: mea doctrina non est mea. Rigiditas iustæ increpationis: Nonne Moyses dedit? Stoliditas caecæ allocutionis: dixerunt igitur quidam ex Ierosolymis. Vrbantitas cautæ persuasione: Erat igitur Dominus in Templo.

Quantum ad primum tangitur hic deuota visitatio, quia iam die festo mediante ascendit Iesus in templum, quod vtrique fecit immimen-

te sua passione multiplici ratione, vt dicunt Doctores, videlicet, ad assumendam deuotionem, sicut Christus imminentibus solemnitatibus templum corporaliter ascendit, sic innuit quod in Deum nos semper debeamus per deuotionem ascendere, singulariter tamen in festis aliquibus, solum diuino cultui vacare debemus. Ad declinandam suspitionem, ne Iudæi iniqui in eius doctrina calumniam ponerent, aut de ipsa sinistra aliquid suspicarentur, si fieret in occulto. Vnde & dicebat: Ego palam locutus sum vobis. Ad exemplandam perfectionem, vt scilicet nobis daret exemplum quod imminenti aduersitate debemus ad Deum recurrere, sicut faciunt robusti bellatores, qui capto burgo, ad aram confugiunt sicut etiam facit natura, quod timoris tempore, vel passionis subitæ sanguis statim fugit ad cor, quod est vitae principium. Ad ostendendam voluntariam oblationem, quia tempore passionis suae conuersabatur maxime in Ierusalem, & in templo vt exhiberet se persecutionibus, &c. Ostenditur secundo accepta informatio, quia docebat, ibi namque erat locus doctrinae, & frequentia populi. Perplexam admiratio, quia inde mirabantur vnde inerat ipsi tanta sapientia & cognitio Scripturarum, quas sciebant ipsum minime didicisse, cum esset filius fabri, qui corporali labore sibi victum continuum acquirebat. Aptam declaratio & manifestatio, vnde illam doctrinam habebat, scilicet à Deo Patre, sicut dicit: Doctrina mea non est mea, quae scilicet à me docetur, & quae à me possidetur, non est mea origine, sed eius qui me misit, quod verum est tam de doctrina diuinitatis, quam humanitatis. Matth. 11. omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Nam secundum humanitatem certum est, & clarum. Secundum etiam diuinitatem, quia sicut filius non est originaliter à se ipso, sed à Patre à quo genitus est, sic & eius doctrina. Vnde nihil habet secundum August. quod nascendo non accepit. Quod autem sua doctrina non sit sua, probat dupliciter. Primò sic: Illius iudicio circa vnam quamque rem est standum, qui de illa re habet certam experientiam (quia experientia facit artem 3. Topic.) sed ille qui diuinum beneplacitum implet habet certam experientiam de diuinis (cum circa illa insistat) igitur & habebit de eis certum iudicium, & per consequens omnis cognoscere poterit vtrum doctrina mea sit ex me, an ex Deo. Sed vos qui estis alienati à Deo, hanc percipere non potestis. 1. Cor. 2. Animalis homo non percipit ea quae sunt spiritus Dei. Secundo sic potest deduci ista ratio secundum Chrysofost. Voluntas Dei est pax, charitas & humilitas: Opposita autem his, scilicet contentio, odium & superbia inducunt hostilitatem, & habent animum perturbare, ne veritatem possit comprehendere: Igitur si quis ista deponere valuerit, & facere voluntatem Patris, scilicet pacem habere charitatem, ille poterit cognoscere quod à me ipso non loquor, sed ex Deo. Secundò probat hoc idem sic: omnis qui loquitur à semetipso quarit gloriam propriam, & per consequens eius doctrina non est vera, nam ex propria doctrina insurgunt errores & haereses, quia qui nimis emungit, elicit sanguinem. E contrario verò qui loquitur verum non quarit gloriam propriam, sed gloriam eius qui misit illum, & ego quero gloriam Patris mei



mei, non ineam, igitur doctrina mea est quoad hoc integra, & non in ea iniustitia quoad effectum, siue quoad intentionem. Nota, dupliciter quis loquitur, secundum quod dupliciter ducitur in consuetudinem. Vno modo ab alio, & hoc tripliciter, vel per inspirationem, & sic est à Deo eius doctrina, quia Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines, vel per doctrinam, sicut addiscit discipulus à Magistro, vel per inuestigationem, quæ fit quando intellectus, non quidem à se, sed ex rerum ducitur natura in ipsarum cognitionem. Quicumque sic loquitur vera dicit, si eius doctrina vera est, quia veritas est conformitas rei ad intellectum: Alio modo à se, & tunc vniuersaliter falsum dicit, & talis gloriam propriam querit, & rapitur in errorem. Ierem. 23. Visionem cordis sui loquuntur non de ore Domini.

Quantum ad secundum ponitur rigiditas iustæ increpationis. Increpat autem eos de duobus, videlicet, primo de legis transgressionem, dicens: *Nonne Moyses dedit vobis legem*, & tamen legem non seruatis? Probatio: Ille legem non seruat qui legis præceptum nequit transgreditur, vos autem estis huiusmodi. Probatio minoris, quia lex præcipit vt non occidas, Exod. 20. quod de innocenti intelligi debet. Me autem vos queritis occidere hominem qui vera locutus sum vobis. Quid me queritis interficere? Et qua de causa? Item ille legem non seruat qui veritatem ac eius fructum perimere conatur, ego sum lex & legis fructus, quia ad me tota lex ordinatur, igitur, &c. Secundo de cæca perturbatione. Moyses dedit vobis circumcissionem, non quia esset ex lege, quia non includitur in præceptis, sed quia erat ex Patribus, scilicet Abraham, qui & ipsam accepit in signum salutis, sed hanc Circumcisionem vos facitis in Sabbatho si occurrat, cum tamen per illam non habeatur salus, sed solum signum salutis, igitur iniuste mihi indignamini qui totum hominem in Sabbatho sanum feci.

Quantum ad tertium, dicebant igitur quidam ex Phariseis. Chrysof. scilicet qui deberent ex multis susceptis beneficiis esse meliores, erant aliis deteriores. Sed hinc, scimus vnde sit, vtroque modo contradicunt sibi, primo, quia Ioann. 9. Nos scimus quia Moyse locutus est Deus, hunc autem nescimus vnde sit, Matth. 2. dixerunt Herodi quod esset à Bethleem Iudæ.

Quantum ad quartum, Clamabat igitur Iesus in templo. Clamabat, quia erant surdi, in templo docens, quia erant stulti & amentes. Ero similis vobis mendax, id est, si dixerit quia nescio eum, ero mendax sicut vos estis mendaces, & dicentes eum cognoscere, & dicentes non cognoscere, vt ostendi, & tunc similitudo quantum ad hoc, quod vtroque modo erit mendacium non est similitudo. Nonne Moyses dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem? Nota, quadruplicem legem tradidit hic Moyses vobis, id est, percussor Deum, Deuteronom. 6. Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruias, ac per nomen illius, &c. Legem amoris & dilectionis erga proximum, Ioan. 15. hæc mando vobis vt diligatis

Legem rigoris & reprehensionis erga carnem Genes. 1. Replete terram, scilicet bonis feminibus, & subicite eam, &c. Legem horrois & deiectionis erga hostem, Deuteronom. 7. Non inibis cum eis fœdus, nec sociabis cum eis coniugia, neque misceberis eis, sed in veritate. Lex timoris conuersa est in legem superbiam. Lex amoris in legem diffidiam & discordiam. Lex rigoris in legem concordiam & strictam amicitiam. Nemo igitur ex vobis facit legem, vt merito à ligando lex dicatur, quæ enim nos debet ligare ex eius impletione, ligat nos cum hoste ex eius transgressionem. Malach. 1. Si igitur Pater ego sum, vbi est honor meus? Et si Dominus ego sum, vbi est timor meus? Nonne etiam de vobis adhuc conqueritur Christus, dicens: Quid me queritis interficere? Immo verius. Quid me iam tam crudeliter interficitis? Peccator namque quoties peccat, toties in se interficit Christum. Quod sic patet: Quoties homo incurrit propria voluntate mortem, toties in seipso vita perimitur, quoties autem homo peccat, toties etiam incurrit mortem: Quicumque enim hora pomum prohibitum comederis, &c. Igitur toties perimit vitam. Vita autem nostra Christus est, ait Apostolus: Viuo ego, iam non ego, viuit in me Christus. Ergo, &c. Conqueritur ergo Christus: Quid me vultis interficere, toties crucifigendo, &c.

*Si quis sitit, veniat ad me*, &c. bibat, &c. sitim prouocant asperi labores, quibus homo laborat inutiliter. Insuper sapores, quibus gustus interior afficitur. Feruidi calores quibus consumuntur humores. Turbidi languores, quibus fiunt alterationes. Supponit sitim & ad potum inuitat non aquæ nociuæ, scilicet delectationis terrenæ, sed supernæ, quæ est aqua viua. Nam delectationes mundanæ sunt aquæ periculosa, quæ demergere habent animam. Et ideo delectatio dicit: si quis sitit in mari, id est, in amaritudine culpæ, tandem habebit amaritudinem pœnæ. Hæc autem est aqua, quam Diabolus misit post mulierem. Apocalyp. 12. vide figuram. Hic namque fluuius est delectationis mundanæ memoria. Et ideo benè post mulierem mittitur. Ibi notatur quoad figuram, quod filium quem parit, concepit ex Deo, scilicet gratiam. Vnde Spiritus sanctus superueniet in te, Luc. 1. hæc vult draco deuorare, quia est conceptionem impedire non potuit, saltem per inanem gloriam vel ingratitude vult ipsam perimere. Nota, periculum est puerum nudare & exponere aeri vel dento propter tenebitudinem, sic de opere nouiter facto, &c. Ideo vadit mulier ad solitudinem: puer autem tunc accipitur à Deo qui in vita eum conseruat. Aduertendum tamen quod istis aquis & hoc fluuius est licitum vt temperatè, & quia illi bellatores vsi sunt. De quo exemplum & figura de Gedeone, Iudicum 7. qui ad fontem aquæ elegit populum qui erat cum hostibus pugnaturus & habiturus victoriam, & fuerunt 300. in viuerso. Gedeon interpretatur humilitatis deprecatio, ille qui dicit, Matth. 11. discite à me, &c. hanc Deum Pater ducem, & redemptorem constituit. Prope aquam delectationis genuflectens. Sunt illi qui de dissolutis gressibus,

gressibus, & absque respectu non aquas sibi, sed se aquæ applicant, & conuerso faciunt boni, & ideo illis solum datur victoria de hostibus, & dicuntur 300. propter cumulum perfectionis, tres quia ille numerus solus est suo aggreganti immediatè vnitus, quem velut fidelis sequitur scilicet viuarium charitatis geminata. Hanc aquam non dat Deus, sed aquam viuam. Et signanter dicit flumina, quia fluuius est, sonorus concussione, largus effusione, rapidus sine festinus commotione, proclius descensione, recuruus incessione. Sic gratia Spiritus sancti est sonora, quoad honestam locutionem, larga quoad charitativam communicationem, quia dat res temporales subueniendo, cor compatiendo. Rapida, quoad promptam operationem; quia amor Dei secundum August. nescit esse otiosus. Proclius descensione, scilicet per humilitatem. Recurua quoad gratiarum actionem: item quoad reductionem, quia sicut à Deo venit, ita ad Deum perducit, &c.

## CAPVT VIII.

Ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris: sed habet lumen vitæ. Sicut dicit: Pharisei fuerunt scandalizati de hoc quod Christus faciebat, peccatum dimittendo, quasi ipse super hoc non haberet auctoritatem expellendi tenebras culpæ, vult igitur Saluator ostendere se habere auctoritatem expellendi tenebras culpæ, immo quascumque, & ideo dicit: Ego sum lux mundi. Item vt ait Chrysofomus, alij dicebant Christum Prophetam non esse, alij Prophetam, sed solum Patriæ determinatæ Genezareth. Christus igitur volens se ostendere generaliter totius mundi Prophetam, dicit: Ego sum lux mundi. In quo tria facit; Primo, præmittit suam perfectionem; *Ego sum lux*. Secundo, ad suam vocat, imitationem; *qui sequitur me*. Tertio, ostendit vtilem consecutionem; *non ambulat in tenebris*. Vel præmittit suam dispositionem & conditionem dicens duo, scilicet quod est lux, & quod est lux mundi.

Nota, quadruplex est mundus, scilicet artificis in mente diuina: mundus exterior, mundus minor, scilicet homo, & mundus vniuersus. Primus mundus est sicut ars & exemplar, ac si coram auctore vel artifice esset dispositus. Secundus est, extra productus. Tertius, exemplaris, quartus, glorificatus & sophisticus sicut falsa moneta. Filius Dei est lux omnibus istis modis. Primo quidem modo est lux mundi, quia ipse est lux plena omnium ratione viuentium, quæ in eius luce manifestatur. Nota, si quis vult legere indiget luce, sicut artifex habet lumen artis apud se, & Christus lucem habitat inaccessibilem, ait Apostolus, 1. Timoth. 6. Secundo modo est lux mundi, quia ante aduentum eius erant tenebræ. *Vnde tribus diebus facta sunt tenebra in totam terram Aegypti*, id est, vsque ad tempus legis gratiæ: sed in ortu Christi, *populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam, habitansibus*, Paganis, *in regione umbrae mortis lux orta est eis*, &c. Tertio modo, mundi ipse naturaliter est lux: homo enim carens diuina fi-

de est in tenebris, & in tenebris ambulat, & nescit quò vadat, sed per fidem & gratiam illustratur. Hæc est illa lux. Ioan. 1. *quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*. Quarto modo, mundi est lux: sed hanc lucem mundus percipere non potest, quia mundus eum non cognouit; lux in tenebris lucet, &c. Ipsi fuerunt rebelles lumini; sicut est lux mundi.

*Ego sum lux mundi*. Christus dicitur, lux, quia ipse luci comparabilis est. Est enim vt lux, primo inflammatus calor: nam videmus ex luce ignem accendi, & corpora inflammari: sed hoc non accidit nisi vbi eius radij maximè aggregantur. Vnde quia terra est sicut centrum, in ea sunt magnæ inflammationes, in tantum quod tota combureretur nisi cõtemperaretur à frigiditate & humore Lunæ. Sic verè hæc lux Christus inflammatus cordium, ignem Dei venit mittere in terram, nec vult aliud nisi vbi eius lucis radij aggregantur: hoc autem solum fit in humilibus, qui tenent locum centri, quia æqualiter à tumore circumferentiæ tenentur: quia ad circumferentiam qui sunt, habent eorum tumidum & inflammatum. Insuper semper ambulat in magnis in corde suo, & circumferuntur hinc inde variis tentationibus cogitationis: solus autem humilis stabilis est ad instar centri: ibi fit aggregatio diuinorum radiorum, & ibi fiunt inflammationes. Exemplum huius de speculo concauo. Sunt enim speculum, quia ipsorum vita est speculum, & terra ab omni macula polita per mansuetudinem, quia nullam continet austeritatem. Concauum per humilitatem, & ideo ex eo ignis accenditur, sicut experientia docet. Exemplum aliud de amplexa vitrea repleta aqua, in qua consimiliter ex radiorum concursu ignis accenditur. Amphora, humana conditio propter fragilitatem, lora debet esse à macula culpæ; plena non carnalitaris, sed munda & clara, scilicet, salutis sapientiæ & discretionis: nam si esset vacua non valeret. Sed tunc est plena aqua, quando est ibi clara conspectio propriæ fragilitatis: tunc huic luci exposita radios eius recipit, & ipsos aggregans ignem accendit. Secundo, est excitatiuus vigor, & istud sequitur ex primo: nam calor est inter omnia maximè actiuus, sicut natura docet habet enim semper esse quodammodo in motu & actione, quia dilatat, sicut frigus constringit; sicut patet in congelatis. Nam sicut phlegmatica semper in quiete & pigritia est; & melancholica in occulto; sanguinea in solatio; sic est cholericæ natura semper in motu. Nota quod cognoscuntur in placatu, quia semper amare stimulantur in corpore. Item in motu, quia semper sunt velociores; sicut lux fit in instanti. Item ad omnem differentiam loci, in multitudine respirationis, quia semper habet spiritum. Tertio est generatiuus coloris, nam Elementa in propria natura non sunt colorata, sed ex permixtione elementorum generantur colores varij, quibus homines venustantur. Item nota quomodo terra in se diuersas imagines imprimit, quia formam leoninam, dum, scilicet, dat colorem fortitudinis: humanam, dum, scilicet, dat actum prudentiæ,

Sec. Quarto est fecundatiuus valoris; facit enim terram cordis nostri germinare. Item terra germinat aurum.

*Qui sequitur me, non ambulat in tenebris.* Magna gloria est sequi Deum, dicit Sapiens. Et singulariter dicit; sequitur; quia superbus vult Deum precedere, vt præsumpuosus & arrogans; qui dicitur: *vade retro Satana, id est, aduersariè, quia non sapis quæ Dei sunt.* Tales enim qui hanc lucem non sequi, sed præcedere volunt, in manus incident inimici, &c.

Sequitur consecutio vtilitatis: quia non ambulat in tenebris: dux vtilitatis, quia subterfugit tenebras ignorantiae culpæ, & pœnæ æternæ, id est, tenebras exteriores. Ioan. 14. *Ego sum via, contra culpam; veritas, contra errores: vita, contra tenebras exteriores.*

*Ego vado, & quæretis me, & in peccato vestro moriemini.* Forma vel ratio peccati in auersione à summo bono consistit: nihil enim est aliud secundum ipsum peccatum, nisi affectio inordinatè amantis vel odientis, iustitia derelicta. Et hinc verificatur dictum Iacobi 2. *Qui in uno offenderit, factus est omnium reus, quia ipse culpabilis est quantum ad id, quod est formale in peccato.* Licet autem peccatum in tali auersione consistit, dicitur tamen vnum esse alio peccato grauius, & per consequens difficilius ad curandum, vt dicit Hugo. Quia si aliquis summum bonum relinquens ad bonum vilius aut detestabilius se conuertit; talis pro viliori pretio Deum dimittit. Et ideo tanto grauius peccat, quanto vilius est quod affectat. Exempla patent. Alio modo diuersimode quis peccat, quia scilicet, ab alio principio impellitur, quia quidam ex ignorantia, & hoc est graue, quidam vero ex fragilitate, & hoc est grauius: quidam ex propria malitia, & hoc est grauiissimum. Istud autem peccatum numquam potest corrigi benè, sicut patet in diuersis: pro eo quod excæcat rationem, infirmat propositum, & eneruat omnem conscientiam: singulariter tamen in malignis Iudæis, qui tantum erant cæcati à malitia propria, quod nedum miraculis, verum etiam veritari agnitæ, contradicebant.

*Ego vado.* Præmittitur ergo dura comminatio facta Iudæis, circa quod quatuor facit, quia primo suam explicat clementiam. *Ego, inquit, vado pro vobis, scilicet, spontaneè immolari.* Non enim impellor, sed sponte vado. Secundò ipsorum indicat malitiam: *Et quæretis me interficere, hominem qui vera locutus sum vobis.* Tertio ostendit infidelitatis siue obstinationis punitionem, quia in peccato vestro moriemini. Quartò sententiæ præfixionem: *Et quò ego vado, vos non potestis venire,* detinente vos malitia, & ex hoc finita est sententia. Sequitur secundum, vbi ponitur cæca collocutio: *Dicebant igitur Iudæi adinuicem: Nunquid interficiet semetipsum, quia dicit, quò ego vado, non potestis venire?* Stulta verba, & omni insipientia plena, quia si de morte diceret, non possunt eum sequi. Aduertendum tamen quod ex abundantia cordis os loquitur, quia igitur sanguinem eius, & mortem omnino cordibus suis habebant impressa, quia illam continue procurabant, & pertractabant: ideo

quasi nihil aliud loqui aut pertractare poterant de eo.

*Quis ex vobis arguet me de peccato?* &c. Iuxta sententiam beati Gregorij XXVI. lib. moral. cap. 3. Peccatum disciplinæ correptionem recipit, donec animam in profundum demersit, nec desistit, vt ex hoc ipsam prouenire faciat in disciplinæ contemptum. Vnde sic dicit: Anima peccato in quod labitur non potest esse contenta, dum quotidie ad deteriora deiicitur; quasi in puteo quo cecidit fundum non inuenit, quo figatur; vnde patet, quod signum hominis reprobati est contemnere correptionem, & signum quòd homo ad profundum peccatorum venit, quando habet auditum clausum, affectum prauum, aspectum cæcum, animum induratum. Quare igitur iniqui Pharisæi rebelles omni iustitiæ viam omnimodæ reliquerunt veritatis. Idcirco Saluator noster ad profundum peccatorum ipsos deuenire ostendit ex præmissis quatuor, quæ in hoc Euangelio ostenduntur, videlicet, quod ipsorum erat auditus in Iustitia obruratus; quis ex vobis? & affectus nequitia deprauatus; responderunt Iudæi; &c. affectus malitia excæcatus: Dixerunt Iudæi &c. Animus pertinacia induratus: *tulerunt igitur lapides.*

Quantum ad primum dicit sic? *Quis ex vobis, &c.* vbi vult ostendere quod ratio quare isti Christum audire volebant, non erat ex parte sui, sed quia eorum aures erant ad veritatem obrurata per malignitatem, & facit talem rationem. Cum omnis homo naturaliter scire desideret, quod aliquis alicuius doctrinam contemnat audire, non est nisi altera trium causarum; videlicet, aut propter falsitatem & errorem doctrinæ; aut propter obstinationem auditoris. Prima & secunda non sunt in causa, ergo, &c. probatio minoris quantum ad vtramque partem: nam mea, ait Christus, malitia non est in causa; quis enim ex vobis arguet me? &c. Greg. Pensate fratres mansuetudinem Dei; non designatur enim ex ratione ostendere se non esse peccatorem: quia ex virtute diuinitatis poterat peccatores iustificare, dicit autem Origenes quod solus Christus hoc dicere potuit; quis ex vobis, &c. pro eo quod est, peccatum habere non potuit. Huius autem rationem assignare possumus, quia quanto res est vni extremo coniunctior, tanto est ab altero elongatior: humanitas autem Christi coniunctissima fuit diuinitati. Nam illa coniunctio fuit; & est maior omni alia, secundum Damascenum: & ideo maximè est remota ab altero extremo, scilicet à peccato, quod est nihil, secundum Augustinum super Ioann. Item fons mari contiguus, & submissus, non potest priuari aqua: humanitas autem Christi velut fons plenitudinis gratiæ scaturientis, est coniuncta diuinitati quæ est magistra gratiarum. Secundò Christus probat eandem minorem quantum ad secundam partem: *quia ego veritatem dico vobis, & tamen non creditis mihi.* Sequitur ergo ex hoc quod vos obrurastis auditum, mentem vestram à Deo auertentes. Vnde propterea vos non auditis; quia ex Deo non

non estis. Christus ergo sine peccato erat, & verum dicebat Petrus: *Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius.* Nam omnes sensus sunt nunciij cordis & Ianua. In quantum autem nunciij, libenter accedunt ad illa ad quæ eos cor transmittit. In quantum autem Ianua, libenter suscipiunt quæ cor diligit & acceptat, & illa diligentissimè introducit. Ex his sequitur quod qui ex Deo est verba Dei audit.

Dixerunt Samaritanus es, & dæmonium habes. Ostenditur affectus iniquus Pharisæorum in contumeliam prorumpentium. Responderunt igitur Iudæi Christo, & dixerunt; quod ideo volebant verba eius audire, tum quia eius doctrina erat erronea, tum quia ipse pessimus & infamissimus. Primum ostendunt, quia ipse erat Samaritanus, & per consequens legis subuersor & falsificator. Secundum probant; quia dæmonium habes, & per consequens es homo deditus totus peccato. Dæmon qui in te habitat, facit te loqui. Sed agnus mansuetus non conuiciando, respondit humiliter nullum peccatorem continere veritatem. Et primò probat dupliciter se non habere dæmonium. Primò sic: Ille non habet dæmonium qui Patrem cœlestem honorificat; nec ab hoc desistit in contumelia nec in honore sibi facto; sed ego honorifico Patrem meum, nec propter vestras contumelias ab eius honore volo desistere, &c. Probatio maioris, quia superbia dæmonis semper ascendit: Psalm. 73. Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper, & talis Deum continet in honore. Secundò sic: Diabolus quæsiuit propriam gloriam quæ fuit causa suæ ruina: ergo omnis qui habet dæmonem, ab ipso habet gloriam propriam requirendam: sed ego propriam gloriam non quæro, quod patet, quia non curo de meis contumeliis quas infertis, sed potius committo illas Deo Patri, qui quærit gloriam meam, & ad quem pertinet talia scelera iudicare. Ergo, &c.

Quod autem non sit legis subuersor, probat per vnam rationem, vbi aduertendum quod Christus intentioni eorum respondit, non verbis. Dixerant enim quod Christus erat Samaritanus, ex hoc volentes dicere quod Christus erat subuersor veritatis & legis. Christus igitur primum non negat, scilicet se esse Samaritanum, quia Samaritanus Custos interpretatur: Ipse autem erat ille custos, qui custodit Israël: Psalm. 123. est igitur Samaritanus ille, qui curam egit faucij quem lex & Prophetæ, Sacerdos & Lêuita incuratum reliquerunt: qui ipsum posuit in iumento suo, & apponit vinum à mortificatione doctrinæ, & à putredine culpæ præseruans, & oleum Leuiticum clementiæ & misericordiæ dulcorantis: Propterea igitur non negauit se Samaritanum esse. Respondit tamen intentioni eorum, ostendens se non esse veritatis legis subuersorem, & arguens sic. Ille non est legis subuersor, qui ad finem legis ducit, quia talis legem à fine proprio non diuertit: sed ego sum eiusmodi: probatio namque legis finis est vita, &c.

*Dæmonium habes.* Ostenduntur excæcati, & probant tripliciter Christum habere

dæmonem, & per consequens ipsum dæmonem esse. Primo, cum dæmon sit pater mendacij, ipse in te habitans facit te sic mentiri, nam Abraham & Prophetæ mortui sunt. Tunc sic. Aut doctrina Christi concordabat cum doctrina eorum; aut non: si non; ergo es legis subuersor: si sic, ergo es mentitor. Secundò, quia ipse qui se exaltat indignè super maiores est dæmoniacus; tu es huiusmodi, ergo, &c. Probatio, quia facis te maiorem Abraham. Tertio, quia ille qui se ipsum non cognoscit est excæcatus à dæmone; tu es huiusmodi; quem enim te ipsum facis? quasi dicant, tu cordis tumiditate dicis: si quis sermonem meum serauerit, &c. Sed ad ista respondit Saluator cum omni mansuetudine quantum ad tria præmissa. Primo, qui indignè se exaltat super maiores, non ostenditur quærere gloriam; quia si ipsam quæreret; ipsa esset nihil, id est, peccatum: sed Deus Pater ipsum Christum exaltat, quia quærit gloriam eius, & filium glorificat. Secundo, quia non præcipio gloriam, dicens; quia cognosco Patrem, & tamen Vos non cognoscitis eum: immo si dicerem me eum non cognoscere, tunc essem mendax, negando verum, sicut vos estis mendaces, affirmando falsum, dicentes vos cognoscere illum, cuius notitiam non habetis. Tertio, quod dicitis Abraham mortuum: contra, omnis mors, de qua loquor, ad luctum & tenebras terminatur, sed Abraham non sic est terminatus. Probatio: exultauit enim, vt videret diem meum; igitur ibi fuit lux quia vidit; & tamen accipiunt è conuerso, quasi scilicet, Christus Abraham viderit, dicentes: quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? futura autem multa potuit Abraham præuidere in spiritu, quæ tamen è conuerso eum non vident: & ideo dicunt: Quinquaginta annos nondum habes, &c.

*Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi;* Regula est apud Doctores & Magistros, quod vnicuique experto in scientia sua credendum est: sed pro dolor, omnibus nondum expertis & lenonibus creditur! creditur Prisciano de Grammatica, Aristoteli de Logica & Syllogismis, & sic de aliis auctoribus; soli Christo credulitas denegatur, & tamen dicit conquirendo: Si veritatem dico vobis (si, id est, quia) quare non creditis mihi? Sarraceni Mahumeto fidem adhibent, & sic de aliis: soli Christiani Christo credere dedignantur? Credunt mundo, credunt dæmoni, credunt carni, credunt peccatis, quæ omnia nituntur animam demoliri: soli veritati credulitas denegatur. Mihi, inquit Christus, debetis credere multiplicitate ratione, videlicet: quia in me est veritas vitæ: Quis enim ex vobis, arguet me, &c. veritas doctrinæ, quia veritatem dico vobis, veritas iustitiæ, quia tribuit vnicuique &c. veritas famæ, quia Abraham exultauit vt videret, &c. veritas essentiæ, quia antequam Abraham fieret ego sum. Est enim veritas, quæ consistit in communicatione ad alterum velut ad alterum, & hæc veritas in me est; quia ego gloriam meam non quæro: sed honorifico Patrem meum. Si igitur veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? Dicit

nobis veritatem quando nos docet mundum contemnere, & nos non credimus ei, &c.

## CAPVT IX.

**P**raeteriens Iesus vidit hominem caecum à natiuitate, &c. Maior est vis vitij quam veneni, & rationem assignat, quia venenum alteri nocet, & non animali venenoso. Sed vitium inficit & interficit peccatorem, qui huiusmodi venenum portat in stomacho. Et licet hoc verum generaliter contineat de omni peccato quod est venenum inficiens omnem sensum; quia per oculos inficit quantum ad aspectum, per os quantum ad affectum, &c.

Singulariter tamen habet veritatem de malitia, quæ in tantum stimulat malignantem, quod ipsum quietescere nullatenus permittit, sed semper ipsum stimulat ad alios venenandum. Et de hac licet exempla quamplurima habeamus, proponitur nobis tamen exemplum euidentis in his verbis; in quibus quatuor innuuntur, videlicet, diuinæ potestatis operatio: *praeteriens Iesus*. Mirandæ stoliditatis cauillatio: *Itaque*. Iniquæ malignitatis blasphematio, voce igitur. Deuotæ humilitatis veneratio, *audiuit autem Iesus*.

*Me oportet operari, &c.* quasi dicat, *opera eius qui misit me*, quæ scilicet, sunt opera diuinæ potentiae appropriatæ, ex quibus operibus est gloria Deo attribuenda, & hæc operari debeo, quamdiu dies est, id est, dum sum in mundo, &c. Cum dixisset hæc, *expulit in terram, & fecit lutum, & linxit oculos cæci nati*. Sputum descendens à capite, Patris sapientiam significat. Caput (inquit Apostolus 1. Cor. 11.) Christi Deus. Vnitur ergo sputum pulueri, id est, diuinitas humanitati; & illuminentur oculi cæci nati, id est, generis humani in primo parente excæcati. Hic duo sunt consideranda, videlicet primò quid curauit, quia oculum, quod significat totius hominis curationem. Nam inter omnia animalia homo est nobilior: iterum inter partes hominis, caput excellit: inter autem partes capitis, oculus est nobilior. Vnde Matth. 6. *Lucerna corporis tui est oculus tuus*. Quando igitur curat oculum, totius hominis signat curationem, dum scilicet, principale in eo curatur. Secundò quam medicinam fecit: *quia sputum*. Nota secundum Augult. per sputum quod à capite fluit, significatur sapientia increata quæ à Patre procedit, Eccles. 24. *Ego ex ore altissimi prodij*. Terra est humanitas: lutum coniunctio diuinitatis Christi cum sua carne. Istud lutum imposuit Deus oculis humani generis, dum fidem suæ diuinitatis & humanitatis eos docuit, & circa eam instruxit. Sed adhuc non suffecit ad visum reparandum nisi iret ad natoria Siloe, id est, Baptismi, & ideo benè dicit, vade ad natoria Siloe. Ad nostram instructionem datur nobis forma corrigendi proximum, qui de sputo sapientiae quod procedit à capite, id est, mente, debemus facere lutum, id est, mentionem & memoriam de peccato, & oculos linire, id est, benignè facere proximum se recognoscere, non pungere vel vulnerare, sed linire, & tunc ipsum mittere ad natoria Siloe, id est, ad aquam penitentiae.

*Lutum fecit, & unxit oculos meos*. Non viderat de aqua, vel de salua, sicut Chrysoft. & ideo non expressit, nec definit quod adhuc nescit: *urum scilicet*, esset filius Dei diuina sapientia, & æterna, an purus homo, licet existimaret eum Prophetam. Vnxit vnguento misericordiae suæ per viscera illa quibus visitauit nos. *Adducunt eum ad parentes*, forte vt ipsorum timore negaret miraculum. Hic nota cæci constantiam & perfectionem; & Pharisæorum malitiam. Nam blasphemant Christum in duobus. Primum est, quod non sit à Deo. Secundum, quod ipse sit legis transgressor: quia sabbatum non custodit, & aliis contrarium sentientibus sit schisma inter eos. Interrogant cæcum quid de eo sentiat, mittunt pro parentibus eius quibus tres faciunt quæstiones.

*Da gloriam Deo, & recognosce* hanc salutem à Deo, & non ab hoc quem scimus esse peccatorem. Dixit cæcus sanus effectus: si peccator est nescio, id est, non determino: sed ipsum eius factum quod in me experior vos conuincit; nam cum essem cæcus, video. Non de Christi sanctitate dubitauit; sed ex facto ipsos improbauit. Dixerunt igitur illi, *quid fecit tibi, &c.* volentes inuenire calumniam in miraculo vel in modo, vt ait Chrysoft. Respondit cum stomacho, dixi compluries vobis & amplius non replicabo. *Nunquid & vos discipuli eius vultis fieri?* Supple sicut ego effectus sum, *maledixerunt igitur ei, & dixerunt*, superaddendo maledictioni, *Tu discipulus illius sis, nos autem scimus quia Moysi locutus est, Deus, quia sic, scilicet, audiuius à Patribus: sed hunc nescimus vnde sit*: quem tamen, vt ait Chrysoft. videbant mirabilia operantem maiora quam Moyses fecisset. Dicebant igitur se scire quem dici audierant: & se scire negabant quem videbant. Hunc, inquit, nescimus vnde sit, cuius oppositum fieri dixerunt. *Christus cum venerit nemo scit vnde sit; hunc scimus vnde sit*. In hoc mirabile est quod vos nescitis vnde sit: quem videtis facere tot & tanta, & supple illum quem non vidistis, dicatis vos scire. Sed iterum vos dicitis hunc esse peccatorem. Nos autem scimus quia peccatores Deus non exaudit. Ex merito, scilicet, ipsorum, sed si quis est Dei cultor quoad fidem & deuotionem, & voluntatem eius, ad testimonium veritatis Deus hunc rudit, &c.

Hic nota propter multas auctoritates quæ discrepare videntur, quod peccatores ad se conuersos Deus audit; in peccatis autem permanentes, non. *A saculo non est auditum quod aperuerit quis oculos cæci nati*, sed fortè alterius qui ex infirmitate cæcus fuerit factus. *Et ideo nisi esset hic à Deo, non posset quicquam, &c.* *Dixerunt ei: in peccatis natus es, & tu doces nos?* quia cæcitatem eius attribuebant peccatis Parentum. Nota hic quod infirmitates siue deformitates adueniunt filiis, quando causas copulæ parentes non seruant.

*Credis in filium Dei, pro quo tamdiu disputasti?* &c. *Quis est Domine, vt credam in eum?* quem vidisti per fidem, & qui aperuit oculos tuos, & qui loquitur tecum ipse est. Moraliter, licet

licet per hunc cæcum omnis peccator possit intelligi, pro eo quod dicere potest: lumen oculorum meorum, & ipsum non est meum: possum tamen distinguere quod est multiplex cæcitas, quam homo à diuersis peccatis incurrit. Quidam enim excæcantur abundantia rerum temporalium, figurati per Tobiam. Quidam excæcantur honoribus, psalm. Cum in honore esset non intellexit, &c. Isti sunt figurati Heli, 1. Reg. 3. qui videre non poterat lucernam Domini, &c. quia tales ab honoribus excæcati, diuinam sibi factam gratiam non attendunt, donec extinguantur, quod erit quando fracta ceruice de sede honoris cadent in die mortis. Quidam excæcantur longa consuetudine peccatorum: comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui vt viderem. Isti sunt figurati per Isaac, Genes. 27. qui senuebat valde, habebatque annos multos, & ideo caligauerunt oculi eius, &c. Quidam excæcantur ex proprio ortu, & ex proprio genere, & tales creantur cæci à Natiuitate, &c. Vade ad natoria Siloe, id est, *Vade ad fontem Christum, & lauare aqua penitentiae, &c.*

## CAPVT X.

**F**acta sunt encania Hierosolymis, &c. Malos non solum ignis per vindictam post cruciat, sed nunc etiam per liuorem cremat, quia qui postmodum puniendi sunt retributionis supplicio, nunc seiplos afficiunt inuidiæ tormento. Ideo Hieron. in epist. ad Deodatam: Oro, inquit, quid inuido delectationis præstat inuidia, quem secretis conscientiae vngulis liuor ipse decerpit, & alienam felicitatem tormentum eius facit? Quia igitur inuidi Iudæi inuidia pleni erant, idcirco incessanter stimulantur in corde tanto latalius, quanto videbant Christum plus clarificari prodigijs & doctrina, sicut nobis ostendunt hæc verba. *Quousque*, inquit, *animas nostras tollis*, id est, suspendis vel crucias & affligis? Ecce qualiter interius stimulantur.

*Facta sunt encania Hierosolymis*, id est, templi dedicatio. Et quia tres erant dedicationes, videlicet, prima quæ facta est à Salomone in autumnum, scilicet in die solemnium septimi mensis, de qua habetur 3. Reg. 8. & 2. Paralip. 5. & 6. Secunda quæ facta est in vere, scilicet 12. Martij, & Luna 12. à Zorobabel post reedificationem templi, vt habetur Esdr. 3. Tertia, quæ facta est à Iuda Machabæo in hyeme, scilicet 15. die Mensis Casleu, id est, Decembris, de qua 1. Machab. 4. post phanationem templi factam ab Antiocho. Quia igitur tres hic festiuitates, idcirco debemus intelligere eundem Euangelistam de qua loquitur, quia de hac tertia determinat dicens: *Et hyems erat, & ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis*, quæ erat in facie anteriori templi, scilicet intra atrium Sacerdotum, & Leuitarum, vbi erat altare holocaustorum, & tunc Iudæi circumdederunt eum dicentes: *Quousque animam nostram tollis?* Vide nequitiam, quando Christus dicebat se esse Messiam, Iudæi iniqui petebant signum. Ioann. 2. Quando ostenderat signa plurima, dicebant, dic nobis palam, iuxta illud

Psalm. *In circuitu impij ambulat*. Et tamen dicit Sapiens, circulo quoque impossibile est denegare. Talibus nihil potest breuiter suaderi. Sunt enim inuidi vt vespertilioes & noctuæ, quæ à luce diei occæcantur, quia lucem proximi videre non possunt.

*Loquor vobis, & non creditis, & ideo do vobis testimonium diuinum; Opera qua ego facio in nomine Patris mei*, cuius, scilicet gloriam quæro & laudem, non propriam. *Hæc*, inquit, *testimonium perhibent de me, sed tamen nec operibus nec verbis creditis*. Id ideo autem est, quia vos non estis de ouibus meis. Probatio, quia *oues meæ vocem meam audiunt*, &c. Vel attende hic quod Christus triplici via procedit ad probandum se esse Messiam, vel ad probandum veritatem doctrinæ suæ, vel suam diuinitatem, videlicet: Ex vtilitate seu celebritate obsequij vel prodigij, ibi: *Opera qua ego facio*. Ex sublimitate stipendij, *Quia do vitam æternam*. Ex seueritate præsidij, *quia oues meæ non peribunt, nec potest eas quisquam rapere de manibus meis*, quia ego habeo idem posse cum Patre. Pater enim quod dedit mihi maius omnibus est, & nemo potest rapere de manibus Patris mei. Vel possumus dicere quod probat quadruplici ratione, videlicet, ex veritate præconij: *Loquor vobis*. Ex celebritate prodigij: *Opera qua*. Ex sublimitate stipendij: *Ego vitam æternam do*. Ex securitate præsidij: *Oues meæ*. Opera igitur quæ ego facio, illa testimonium perhibent de me. Nam ex opere arguitur virtus, & ex virtute substantia. Et ne credatur quod ipse talibus quibus confert vitam, det ea sine meritis, siue quod det vitam ouibus vagabundis in nemore huius mundi, vel de prato mundanarum deliciarum, ideo præmisit quod hanc vitam non confert nisi ouibus suis, quæ, scilicet habent quatuor conditiones inter alias, videlicet, sinceritatem innocentiam: Ideo oues: Intimitatem amicitiae; ideo meæ. Humilitatem reuerentiæ vel obedientiæ, ideo vorum: Stabilitatem perseverantiæ: ideo sequuntur. Et hic possumus aduertere, quod sunt oues dominicæ. Oues enim suæ vt eas possit agnoscere, sunt cruce signatæ, habent rigorem penitentiae macerantis, non induuntur velleribus aliorum animalium, non pelle lupina. Hic dilata materiam ad ornamenta & picturas facierum. Istæ tales sunt facientes sicut oues dæmonis habentes characteres bestiarum. Vel sic. Habent oues Christi mansuetudinem conuersationis, ideo oues. Dulcorum deuotionis, quia lac. Subiectionem reuerentiæ, quia audiunt vocem Domini sui, scilicet edite & comedite, &c. Non dicit Christus: audiunt fabulas, vel nouitatem doctrinæ, sed vocem meam. Dilata hic de illis, qui quærunt fabulas vel verba aures demulcentia.

*Acceperunt lapides, vt iacerent*. Omne peccatum interficit Iesum, id est salutem in conscientia peccatoris, sed secundum diuersitatem peccatorum, diuersam ipsi mortem inferunt. Nam quadam præcipitant eum deorsum, & isti sunt superbi, vel vani gloriosi, quidam eum suffocant & opprimunt, & isti sunt auari. Hic introduc de illis qui



subripiunt bona pupillorum, & maxime illorum qui ipsorum curæ commissi sunt. Quidam eum lacerant, & isti sunt crudeles. Quidam ipsum comburunt, & isti sunt iracundi, & sic de aliis. Obstinati autem lapidant ipsum. Ita faciebant isti maligni, quia primo eum corde, deinde manu & opere lapidare voluerunt. Sed Christus benignè respondit eis dicens: *multa opera bona ostendi vobis ex patre meo, &c.* hic dicit ex patre meo, ne videretur sibi illa tribuere, & per consequens animum eorum prouocaret.

*Responderunt Iudæi de bono opere, &c.* Ecce confitentur bonum opus, & tamen dicunt Dei filium blasphemum, & per consequens si ipsis conradicunt, certum est quod non fructus bonos arbor mala facit. Item petebant quod diceret eis palam, tamen cum eos ad opera, quæ ipsum negare non poterant, transmississet, ipsi in insaniam conuertuntur.

*Ambulabat Iesus in templo, &c.* nota, templum signat naturam humanam siue mentem, quod credere poterimus si attendamus sublimitatem positionis, quia est locus altissimus: Nobilitatem constructionis, quia multipliciter erat ornatum: Celebritatem oblationis, quia ibi facta mystica oblatio agni. In nostra enim natura oblatio est Isaac agnus hærens vepris: tranquillitatem remissionis, quia ibi apparuit Angelus, id est Christus reprensens gladium, id est, post magnam cædem populi mitigans Iustitiam Dei Patris.

Ad aliquam moralitatem habendam, duo sunt noranda. Primo in quo templo siue in quibus conscientia Deus ambulet. Secundo, qui sunt qui de huius conscientia templo eum eiciunt lapidando.

Quantum ad primum dicitur quod Christus ambulat in templo, in porticu Salomonis: vbi prius quoad literam aduertendum est, quod templum septem partes habet distinctas. Prima est atrium immundorum, & significat humilitatem subiectionis. Secunda mulierum, & notat intimitatem compassionis. Tertia virorum, signans maturitatem discretionis. Quarta atrium Leuitarum, vbi erat altare holocaustorum, & hoc significat austeritatem compassionis, correctionis, castigationis & increpationis. Quinta porticus Salomonis, quæ significat tranquillitatem conscientia & pacem, & ibi moratur Christus, quia ipse dicit: In pace in idipsum dormiam & requiescam. *Ambulabat*, dicit, quia ad ambulandum nos inuitat, & intrat in porticum Salomonis, qui debet esse locus Regis, scilicet voluntatis. Sexta est sancta, quæ significat mentis suauitatem vel deuotionem. Septima, Sancta Sanctorum, quæ significat orationem, qua scilicet regitur altare incensæ. Quoad secundum dico quod Christus ambulabat per porticum Salomonis, id est, per remorsum conscientia. Nota, hæc porticus numquam fuit destructa, sic remorsus conscientia numquam perimitur. Sed quid dicit peccator? Si tu es Christus, dic nobis palam, &c. quasi dicat, si Deus est sic misericors, libenter vellet quod præstaret mihi gratiam conuersionis, & me Chrismate Sanctificationis inungeret. Sed iam audi ipsum dicentem: opera quæ ego

facio, &c. quod multipliciter pater, quia loquitur per inspirationem, quia fecit opera sua misericordia, quia promptus ouibus suis, quia illas sustentat. Sed de hoc templo eiciunt, & lapidare conantur, hyeme peccatorum existente, sicut de illis legitur, quod hyems erat apud eos, cum contra Christum surrexerunt.

*Ambulabat Iesus in templo.* A Salomone pacifico fuit templum nostræ conscientia structum & consecratum in paradiso terrestri: sed Rex Babylonis, id est dæmon istud templum destruxit per manum Nabusardam in tentatione primi hominis. Nabusardam Princeps coquorum signat tentationem gula, qua primi hominis templum fuit destructum. Item interpretatur prophetia paleæ, quia ipse paleas primo homini prophetauit quando dixit: Eritis sicut dii scientes bonum & malum. Sed templum sic destructum reparauit Zorobabel, qui Princeps translationis interpretatur, & significat illum Principem de quo Isaia 9. *Et vocabitur admirabilis &c. Princeps pacis.* Ipse enim fuit Princeps transmigrations. Tertia autem fuit templi dedicatio, scilicet conscientia. Nam Antiochus, qui interpretatur silentium pauperis, diabolum significat, qui silenter, id est occulta suggestionem depauperat hominem. Hic ad literam, postquam templum expoliauerat, posuit in illo idolum abominabile; sic posuit dæmon in conscientia, sed fit dedicatio per Iudam, id est confessionem, &c.

*Per me si quis introierit, saluabitur.* Per me, id est, per latus meum lancea apertum, si quis, fide passionis & compassionis introierit, saluabitur. Sicut columba in foramine petrae à facie accipitris: ipsam rapere machinantis. Et sic *ingredietur* ad circumspectionem, ad discussionem, & examinationem sui, & *egredietur* ad considerandam, conculcandam, contemnendam, & fugiendam vanitatem mundi. Vira viri iusti semper est in his duobus. Cum ingreditur non inuenit nisi plangendum, cum egreditur, non iuuenit nisi fugiendum.

*Ego sum Pastor bonus, &c.* In his quatuor notantur. Primum est, boni pastoris diligentia, ibi: *Ego sum Pastor bonus.* Secundum, mali erroris negligentia, ibi: *Mercenarius autem.* Tertium, boni pastoris amoris euidencia, ibi: *Cognosco oues meas, & animam meam pono pro ouibus meis.* Quartum est, dulcoris affluentia, quia *alias oues habeo, & illas oportet, &c.*

Pastor dicitur à pasco. Et Christus sanguine & carne, in sacramento altaris quotidie nos pascit, &c.

\* \*

## CAPVT XI.

*Erat quidam languens Lazarus, &c.* Secundum quod ait Beatus Gregor. 33. moral. cap. 16. Pia Dei dispensatione dæmon lazarus nonnunquam de culpa ad culpam trahit, & dum plus percutit, inde eum quem ceperat, amittit; atque vnde vicisse cernitur, inde superatur. Sic enim Domino permittente, vt ibidem dicit, vt iustus cadat: vt scilicet, virtutibus, de quibus antea confidebat, radicem humilitatis faciat. Et licet exempla de hoc habeamus quamplura, speciale tamen exemplum nobis proponitur in Lazaro à Deo dilecto: quem ex languore mori, sepeliri, & corrumpi permisit, vt ipsum ad vitam sublimius reuocaret. In quo quatuor innuuntur, videlicet, calamitas infectionis: *Erat quidam languens.* Sedulitas deuotæ petitionis: *Miserunt igitur sorores eius.* Vtilitas protractæ deuotionis dilationis: *Vt igitur audiuit quia infirmatur.* Immensitas stupendæ reuocationis: *Videns Iesus, Erat quidam famosus languens, infirmitatis prolixitate: Lazarus, ecce nomen, à Bethania, ecce locus, de Castello Maria & Martha sororum eius, ecce cognatio.* Et quia fuerunt multæ Mariæ, ne æquiuocemus, hæc fuit illa sancta peccatrix, quæ scilicet, vixit pedes Domini.

*Miserunt, &c.* Non enim ad amante in finuare curant, nisi, *Ecce quem amas infirmatur:* quia, vt ait August. non diligis quem deseris. Insuper quia sanitate potest homo bene & malè vt: idè non est simpliciter postulanda. Idè dicitur: *Ecce quem amas infirmatur, &c.* quasi dicatur: Domine, vides necessitatem, fiat quod conducere nosti ad eius utilitatem corporis & animæ, &c. Vide etiam quomodo hæc mulieres sunt præcisæ & illuminatæ in verbo: non multum loquentes, sed nec propter honestatem ad Christum. (Vt ait Chrysostomus) accedere voluerunt: Infirmitas hæc, &c. quia sanitas vtriusque hominis debebat succedere ex gloria largitoris. Credendum non est quod hanc responsum Christi dixerint sorores Lazaro, quia iam erat mortuus ante nunciij responsum. Sed quid potuerunt dicere sorores in reditu nunciij, quando iam erat mortuus, à Christo videbatur opportunum dici. Respondeo, intellexerunt de vita resurrectionis, vt pater infra. Diligebat autem, &c. hoc dicit vt non turbemur, nec sinistram aliquod opinemur, cum videmus iustas personas affligi, vt ait Chrysostom. pro eo quod Dominus quos diligit, corrigit & castigat. Præmittuntur autem sorores: tum quia mediæ salutis recuperandæ, tum quia per illas Lazarus Christo adhæsit, & non è conuerso: tum quia frater perfectior est, & hoc ad verecundiam hominum.

*Vt autem audiuit mansit, ibi, &c.* August. distulit saluare, &c. *Lazarus amicus noster dormit, sed vado, &c.* O quoties hoc verbum replicat Deus! Sed miser peccator paululum dormit, & paululum dormitabit, non (secundum Gloss.) vult surgere. Dixit autem

dormit, quia Deo omnia dormiunt. Item quia in spe resurrectionis qui dormit saluus erit. August. somnus ægrotantium solet esse signum salutis: virtutibus namque animæ quiescentibus, virtus materialis roboratur. Dicunt tamen quidam ad literam, quod Lazarus ex infirmitate ad phrenesim venerat, cuius remedium est somnus. Venit itaque & iuuenit eum quatuor dies iam habentem. Erat autem Bethania iuxta Hierosolymam, quasi stadiis quindecim: quia septem pertinent ad obseruantiam legis veteris, & octo legis nouæ, & sine his stadiis non itur in supernam Hierosalem. Dicit distantiam, quare multi Iudæi poterant ex Hierosolymis aduenisse.

*Martha igitur vt audiuit.* Antiquiori prius nunciatus est Christi aduentus. Noluic autem forem sociam accipere, ne Iudæos, qui venerant concitaret, quos sciebat conspirasse contra Christum, sed secreta accessit. Item quia ipsi voluit singulariter loqui, non in præsentia multitudinis, vt ait Chrysostom. vtique Domine, ego credidi, non incipio modo credere, vide fidem mulieris, considera verba prudentiæ. Et cum hoc dixisset, abiit, & vocauit forem suam. Silentio, ne videlicet strepitum faceret, vt Iudæi nescientes quò iret, sequerentur, vt miraculi testes fierent. Magister adest, & vocat te. Licet hoc non præmississet Euangelista, dat tibi hic intelligere Christum, scilicet quod eam vocasset. Maria hoc audito surrexit. O quam suauiter & dulciter suum medicum & magistrum nominari audiebat? *Et cum venisset cecidit ad pedes eius.* Istum enim fontem inuenerat misericordia; & illum fontem nunquam potuit obliuisci, & omittere. Cecidit & fleuit, & in duobus primis deuota Maria Martham excessit, quæ solum orauit. Domine si fuisset hic, &c. Hæc est oratio quæ fuit Marthæ.

*Videns eam Iesus plorantem, & videns plorantes qui venerant cum illa, turbauit seipsum;* vbi datur intelligi forma exeundi à peccato: turbat eum in confessione, fremit in contritione, plorat in satisfactione. Fleuit vt scias quantum tibi boni fletus operantur. Vbi posuistis eum. Vbi infelix te posuisti? Quia in lato læcis. Item cum fremitu venit ad monumentum, vt tu ad te ipsum sic facias. Leuauit oculos in cælum, & regratiatus est Patri, ne scilicet Iudæos prouocaret ad temeritatem iudicij, quod faceret in potestate alia quam solius Dei. Item quia voluit ostendere, quod Deo Patri reuerentiam exhibebat & non contumeliam, vt sibi imponebant. *Clamauit voce magna, quæ vox, vt quidam dicunt, audita est in Inferno.* Voce magna, quia difficulter homo peccati consuetudine confopitus resurgit.

*Lazarus amicus noster dormit, sed vado, vt à somno excitem eum.* Vide profundum inestimabilis pietatis, dormit peccator, negligit Deum, negligit semetipsum, & tamen Deus non desistit, sed nos excitare satagit à peccato, clamans exhortando vel comminando, dicens: *Lazare veni foras.* Ergo excitat Lazarum Dominus à somno siue à morte peccati, & clamat, *Lazare veni foras, sed miser peccator*

cator multipliciter se excusat. Primo quidem, quod non possit, quia est languens: Erat quidam languens, &c. Item quia solus erat, ideo quidam. Sed dicit Deus, hæc excusatio non valet, *quia infirmitas non est ad mortem*, sed pro gloria Dei: quia licet sis infirmus, adhuc tamen non es formaliter mortuus; distemperatus es, non extinctus. Igitur ante langorem adhibe medicinam: & tunc apud Deum inuenies propitiationem. Et ne dicas quod sis solus, quia habes vel habere potes duas sorores has, scilicet, Martham & Mariam, id est amaritudinem & compunctionem, quæ ingemiscat. Martham, id est, sollicitudinem bonorum operum misericordiae. Quod si Deus non veniat, sed maneat in duobus diebus, id est, differat illuminare intellectum, & inflammare affectum, nihilominus tamen iadubitanter adueniet tempore opportuno. Quid mirum si aduocatus adueniat, qui non vocatus ingerit se? Secundo clamat iterum Deus: *Lazare veni foras?* Excusat se peccator quia non potest, quia, inquit, *Lazarus mortuus est*. Sed nec ista est excusatio, nam inquit, mortuus es, quia non eram ibi. Sed hoc non obstante adhuc dico tibi, quia ego sum resurrectio & vita: & ad hoc venio per inspirationem, vel per tribulationem, vel per prædicationem, ut à somno excitem te. Tertio, clamat Lazare, &c.

Respondet peccator, non possum, quia iam sum sepultus, & iam factus in peccato. Sed hoc non sufficit: Ecce remedium: *Vbi*, inquit, *posuisti eum?* Lena in directum oculos tuos & vide vbi nunc prostrata sit anima tua, quod si non potes, saltem dic, Domine, veni & vide: veni per gratiam, & vide, hoc est videre fac, scilicet, ut recognoscam. Quarto, excusat se peccator dum sibi dicitur, *veni foras*: & dicit, non possum, quia iam sum tumulatus, ita enim iam est clausus quod resurgere non potest. Sed dicit Deus hic: *Remouete lapidem*, scilicet per meæ passionis memoriam, quæ habe scindere cor lapideum & monumenta referare. Quinto, excusat se quod non potest, quia est ligatus: sed Dominus præcipiet, *solvite illum*. Gratia quidem soluit interius, dum, scilicet, de tuis peccatis confiteris Sacerdoti. Et tunc poteris progredi per bona opera.

*Collegerunt Pontifices, & Pharisei concilium, &c.* Quemadmodum columna in domo si recta steterit, accepto pondere firmatur amplius, si autem modicum obliqua fuerit, non solum non firmabitur, sed magis vadit ad latus; sic & cor hominis si rectum fuerit, vident opera alicuius viri iusti, vel audiens, amplius confirmatur, quemadmodum domus in columna, sic corde spirituale ædificium sustentatur. Si autem non rectum fuerit, non solum non confirmatur, sed magis peruertitur, & ad praua iudicia excitatur. Istud generaliter veritatem cõtinet, sicut exempla quamplurima factæ paginæ manifestant, singulariter tamen exemplum proponitur in his verbis; in quibus quatuor exprimuntur, videlicet, collegium maleuolæ conuocationis: *Collegerunt Pontifices*. Oraculum prophetiæ allocutionis: *Vnus autem ex eis*. Iudicium venditæ explicationis: *Hoc autem à se*. Remedium pacificæ vel beneuolæ absentionis: *Iesus igitur iam non palam ambulabat*. Aggregatum ad consultandum nequius, allegatum dispendium

ad comirandum fortius; referuatum præconium ad confirmandum verius; definitum iudicium ad perpetrandum fortius.

*Collegerunt concilium*. Hic tanguntur tria. Primò qui fuerunt huius concilij auctores, & dicitur quod fuerunt Pontifices, in quibus esse debebat æquitas iustitiæ, & Pharisei, in quibus debebat esse sanctitas vitæ, Secundo de quo erat illud concilium, de morte Christi procuranda. Erat enim aduersus salutem, quia *Iesum*, &c. Tertio, quia allegant signa mirabilia, & ideo dicebant.

*Quid facimus? quia hic homo multa signa facit, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent locum nostrum, & gētem*. Istud dicebant, vel quia dubitabant, ne turba faceret Christum Regem, & ex hoc turbarentur Romani, qui eorum dominabantur, vel quia volebant rebellare, & Christus prædicabat patientiam: vel, scilicet, qui te percusserit, &c. Vel verius puto, dicebant ex malitia, quia volebant contra eum corda hominum incitare.

*Vnus iniquus inter eos, cui nomen Caiphas*, quod vomitus oris interpretatur, quia vomit quod tenebat in corde, dedit tale consilium. *Expedit ut vnus moriatur homo pro populo*, &c. Verè vnus, quia singularis, verè homo, quia mansuetus & dulcis. Expedit multiplici ratione. Primo, quia culpæ infinitæ infinita satisfactio debebatur, ut ait Anselm. in lib. Cur Deus homo. Secundo, quia omnes homines erant debitores pro se, nec per se satisfacere poterant. Tertio, quia tanta debet esse satisfactio, quanta est dignitas eius, cui est fienda satisfactio, omne autem quod Deus non est, Deo satisfacere non poterat, ergo, &c. Aliæ insuper rationes assignari possunt, videlicet vt charitas Dei erga nos commendaretur. Secundo, vt quantitas morbi tibi ostenderetur, pro quo sanando oportuit filium hominis mori & occidi. Tertio vt nobis confidentia impenderetur.

*Hoc autem à semetipso non dixit, sed cum esset pontifex anni illius, &c.* Vbi indicatur dignitas Pontificis, in quo etiam peruerso Spiritus sanctus dignatus est vera loqui, &c.

*Ab illo ergo die cogitauerunt ut interficerent eum. Iesus ergo iam non in palam ambulabat apud Iudeos, &c.* Moraliter autem: quid facimus, &c. Cuilibet enim nostrum verbum propositum dicitur. Peccatis namque inuoluimur, peccatis detinemur, peccata cumulamur, & tamen nobis scriptura dicit; *Quid facimus, quia hic homo, &c.*

## CAPVT XII.

**N**isi granum frumenti cadens in, &c. Secundum quod ait, granum frumenti, est iste martyr, quod egressus est à plebe peccatorum & rerum temporalium virga timoris Domini, quia quasi mola ipse contritus est, quando variis tormentis & persecutionibus cæsus est, &c.

Fuit ergo iste martyr granum frumenti propter septem proprietates frumenti septem virtutes significantes contra septem generalia peccata capitalia,

*Si quis mihi ministrat me sequatur*. Ministrare Christo debemus, quoniam ipse prior ministravit nobis, Lucæ vigesimo secundo, ego in medio vestrum sum sicut qui ministrat: Ministrat autem Christus sua, suos & seipsum: sua, quia temporalia spiritualia, & cælestia suis confert; ministros suos nobis scilicet Angelos; ministrat seipsum, bene is ministrat qui carnem suam in cibum & sanguinem in potum & animam in pretium ministravit.

*Princeps mundi huius eiicitur foras*. Ille dum infelicem quæ causam & Iudicium pro peccatis suis deberet portare per temporalium vanitatis euagari conspicit, facit ei quod sequitur, Genes. 34. Adamavit eam & rapuit & dormiuit cum illa, vi opprimens virginem & conglutinata est anima eius cum ea. Nota singula verba.

*Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum*. Vncino scilicet crucis, in qua noster sol sacco cilicino coopertus quinque fuit signis signatus.

## CAPVT XIII.

**S**citis quid fecerim vobis, vel exemplum dedit vobis ut quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Hodierna dies quinque Sacramentalibus operibus occupatur, quæ sicut quilibet Episcopus in sua Ecclesia visibiliter facere consuevit, ita Pontifex ille futurorum bonorum in anima cuiuslibet electi spiritualiter operatur, secundum quinque gradus proficiendi. Primò enim reuocantur peccantes, & in Ecclesiam recipiuntur. Secundo conficitur chrisma. Tertio abluuntur altaria. Quarto lauantur pedes. Quintò & vltimò instauratur cæna. Iuxta hæc quinque opera, quinque sunt status electorum, qui sunt peccantes siue incipientes, proficientes, perfecti, perseverantes, & beati. Primò ergo reuocat Ecclesia peccantes, in Ecclesiam qui in principio quadragesimæ eiectionis fuerant, &c.

Secundo conficitur Chrisma in secundo statu electorum, proficientium, scilicet in profectu bonorum. Chrisma enim componitur ex oleo & balsamò, in duobus enim est profectus hominis, videlicet in bona conscientia quantum ad Deum, & in bona conuersatione quantum ad proximum. Vnde Lucæ 1. de Christo & Ioanne dicitur quod proficiebant coram Deo.

Tertio abluuntur altaria, quod fit spiritualiter in perfectis, vnde post planctum peccatorum per profectum virtutum ad delicias deuotionis accedunt, & non iam peccata sua desunt, sed potius mortem & passionem Christi, quod significatur per abluentionem altarium.

Quarto abluuntur pedes, quod fit spiritualiter in perseverantibus. Pedes enim finis sunt hominis. Vnde de consequentibus malum exitum dicitur Thren. 1. Sordes eius in pedibus eius, nec recordata est finis sui. Qui ergo mundus est per vitam bonam, non indiget nisi vt lauet pedes, & est mundus totus quod fit per finalem penitentiam. Duo au-

tem pedes sunt euasio peccatorum, & adeptio gloriæ.

Quintò & vltimò repræsentatur cæna, quæ fit in beatis, quos ad refectionem vitæ æternæ post bonum exitum Dominus introduxit, de qua dicitur Lucæ 10. Homo quidam fecit cænam magnam, &c.

*Cum dilexisset suos, in finem dilexit eos*, id est tandiu eos dilexit, quousque ad mortem filium suum perduxit, hæc sunt septem candelabra illuminantia omnes ecclesiasticos ordines septiformis gratiæ spiritu congregatos, in quorum medio prælatus similis filio hominis, id est Christo Iesu paupertate, humilitate, & patientia, debet abundare vestitus potere.

*In hoc cognoscent omnes quod discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem*. Per hanc charitatem docentur impleri præcepta, immo ipsa charitas ex obseruatione præceptorum nutritur.

## CAPVT XIV.

**Q**ui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora ipse faciet, &c. Quod dominus facit in nobis non sine nobis, maius est omnibus cælo & terra & cæteris, quia illa transibunt, hoc remanebit, & in illis est tantum opus Dei, in isto etiam imago Dei; sed etiam Angelos fecit, maius videtur impios iustificare quàm iustos creare, quia etiam vtrumque est æqualis potentiæ, hoc tamen est maioris misericordiæ.

*Paraclitus autem Spiritus Sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia*. Pater misit Paraclitum in nomine filij, id est, in gloriam filij, & ad gloriam filij manifestandam. *Ille quidem vos docebit vt sciatis, suggeret*, id est, subministrabit vt velitis, gratia enim Spiritus Sancti dat scire & velle. Vnde cantatur Psalm. 103. *Emitte Spiritum tuum, & creabuntur tua scientia, & renouabis faciem terra, bona voluntate*.

*In domo patris mei mansiones multe sunt*. Secundum quod dicit, in malogrånato triumphantis Ecclesiæ vnitas & præmiorum diuersitas designatur. Malogrånata dicuntur eo quod habent intus grana olentia, & sicut in ipsis omnia grana latent sub vno cortice, & tamen quælibet grana habent per se distinctas cellas; sic in vita æterna omnes sancti habebunt vnã gloriam, & vnusquisque secundum suum laborem magis vel minus recipiet mercedem. In domo patris mei mansiones multe sunt.

*Non vos relinquam orphanos, scilicet mittam Spiritum Paraclitum, qui eorum aduocatus pro eis omnibus locutus est, linguas attulit qui pro verbo venit.*

**M**aiorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Ideo proprie de eis dicitur: preciosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius, quia quanto anima est charitate feruentior, tanto est in conspectu Dei preciosior, quia per mensuram anima mensuretur, ut dicit Bernardus; non est ergo anima aurum per charitatem sed plumbum quod ponderosum est & vile, contaminansque: quæ amorem suum deprimit in carnalibus per luxuriam & terrenis per adarritiam.

*Cum venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre, &c.* In his verbis duo declarantur. Primum donum prænobilitabile, quod nobis promittitur, ut adiuvemur in presenti prælio: Cum venerit Paraclitus, &c. Secundo prædicatur factum terribile, ne frangamur labenti cædio, quia parum durat, ibi: *Hæc locutus sum vobis, ut non scandalizemini, absque synagogis facient vos.*

*Iam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis.* Prædicatio Christi obrinet vim aquæ, quia aqua lauat. Voce enim Christi recipiuntur multi populi qui comparantur aquæ propter fluxum mortalitatis. Vel vox illius tanquam vox aquarum multarum id est gratiarum.

*Iam non dicam vos servos, quia servus nescit quid faciat Dominus eius, &c.* Plus autem honorantur nunc tunica mortis exuti & stola immortalitatis feliciter induti, facie ad faciem gloriam Domini contemplantes. Item honorat eos, quia festa eorum ubique per orbem terrarum declarantur; & eorum reliquiæ honore præcedendo venerantur, Psalm. *Gloria & honore coronasti eum Domine, &c.*

## CAPVT XVI.

**I**n me pacem, in mundo autem pressuras habebitis. Qui ergo pacem veram habet in se per sanctam conscientiam; ad Deum per sinceram dilectionem; ad proximum, per omnimodam innocentiam, & insuper à proximis, quos sic amat, & infirmitates à Deo missas gaudenter recipit & acceptat à seipso pœnitentiæ austeritatem, quam sibi sponte sua iniungit, talis proculdubio violenter rapit regnum Dei, scilicet qui omnimodam pacem habet interius, & persecutionem omnimodam tolerat exterius. Talis enim potest dicere. *In pace amaritudo mea amarissima; est amaritudo amara pœnitentiæ; quam sibi homo sponte assumit, est amarior tribulatio & tentatio quam Deus improviso mittit; est amarissima persecutio, quam proximus iniuste infligit.*

*Medicum, & iam non videbitis me, &c.* in quibus verbis signantur tria primo recessus lamentalis, scilicet per timorem ex illata angustia, ibi modicum & iam non videbitis me. Secundò excessus vituperabilis ex inepta lætitia, ibi mundus gaudebit. Tertio successus admirabilis ex promissa gloria, ibi iterum videbo vos & gaudebit cor vestrum. Quoad primum, secundum & tertium.

*Si quid petieritis Patrem in nomine meo.* Nos ergo filij debemus à patre nostro quid petere; omne quod est, nihil est præter amare Deum. Amare Deum est aliquid, & istud aliquid debemus petere, ut scilicet nos filij amemus patrem sicut filius ciconiæ amat patrem suum, &c.

*Mulier cum parit tristitiam habet dicit Dominus.* Sed heu quot sunt hodie qui non sicut ceræ, sed sicut equæ pariunt. Dicitur in naturalibus quod equæ non dolent cum pariunt, & propter fumum luminis candelæ seu lucernæ extincti abortum faciunt: sic quidam peccatores sua peccata consentunt sine dolore & labore peccata parturiunt.

*Mulier cum parit tristitiam habet, &c.* id est, anima cum parit in confessione peccatum quod concepit in delectatione, tristitiam habet & habere debet. Huic mulieri dantur duæ aquilæ alæ, &c.

## CAPVT XVII.

**P**ater clarifica filium tuum, venit ergo vox de celo dicens, &c. Nota quod pater clarificavit filium suum in natiuitate cum nasci fecit ex Virgine. In Iordanis flumine, & in monte cum dicit: Hic est filius meus dilectus. Venit ergo vox de celo dicens; & clarificavi scilicet in resurrectione Lazari; & iterum clarificabo in resurrectione & ascensione.

## CAPVT XIX.

**V**enit Nicodemus ferens mixturam myrrhæ, & aloës quasi libras centum, &c. Nicodemus interpretatur includens iudicio & significat vehementem Spiritum contritionis: qui includit sensus corporis sub iudicio discretionis, ne discurrant per prata captivæ voluntatis; hic fert mixturam myrrhæ & aloës, id est mortificationem mentis & corporis, in qua consistit omnis perfectio hominis, hoc quasi libras centum. Joseph interpretatur appositio, & significat confessionem, quæ debet apponi contritionis spiritui. Isti duo sepeliunt virum iustum in novæ conuersationis momento ligantes eum linteis bonæ conscientie cum aromatibus bonæ famæ; sic enim mos est Iudeis, id est, verè pœnitentibus sepelire.

## CAPVT XX.

**C**um esset sero die illo, &c. Hic aliqua sunt notanda, sero, dies illa, &c. Dies dicta à dian quod est claritas mundanæ vanitatis claritatem significans, de quo Christus Ioannis quinto. Claritatem ab hominibus non accipio. Ieremiæ 17. Dies hominis non desideravi, tu scis. Serum huius diei est pœnitentia, in qua sol mundanæ claritatis vertitur in tenebras & Luna concupiscentiæ carnalis in sanguinem. Sol in tenebras conuertitur, cum claritas mundana sacco pœnitentiæ obtenebratur. Luna in sanguinem, cum carnis luxuria maceratione, vigiliis, &c. castigatur.

*Petrus succinxit se tunica, erat enim nudus,*

*& misit se in mare.* Vnde Petrus tunc nudus fuit, quando ad vocem ancillæ Christum negavit, sed tunica succinxit se cum trinæ negationis culpam cognouit, & tunc verè fuit Petrus; id est, iniquitatem suam cognoscens, & in mare, id est, agnoscens, & sic se misit in mare, id est amaritudinem lachrymarum. Vnde Luca 22. Recordatus est Petrus verbi quod dixit Iesus: Priusquam gallus canter, ter me negabis, egressus foras fleuit amare. Sic peccator debet se succingere, id est iniquitatem suam cognoscere, & in mare, id est contritionis amaritudinem se mittere. Sed multi sunt hodie qui tu-

nica se succingunt, culpam suam cognoscunt sed in mare nolunt se mittere, qui pœnitentiam pro peccatis suis agere renuunt.

## CAPVT XXI.

**M**itte in dextram nauigij, &c. In sinistra Menim est perdere, quia sinistra dicitur sinens extra, quidquid pro hoc mundo facis, totum hic finis, id est dimittis, & sic perdis. In dextra est inuenire, eo quod dextra dicitur dans extra; si pro vita æterna laboras de interno labore vel vitæ thesauro, tibi extra posita datur gratia per quam possis redire intra.

## ACTA APOSTOLORVM.

## CAPVT I.

**O**EPIT Iesus facere, & iterum erat potens in opere; panem Christus manducauit, quia manuum operationis duxit ad os peccatoris. Vnde dictum est Petro macta & manduca, ac si peccatori diceretur macta gladio prædicationis, & manduca, id est, manum duc ad os, & quod aliis prædicas, tu prius facias.

## CAPVT II.

**F**actus est repente de celo sonus. Nota quod bene dicitur Spiritus sanctus vehemens, id est sursum vehens mentem, vnde Psalm. 4. *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, &c.* Vultus Patris Filius, sicut enim per vultum quis cognoscitur, sic per Filium Patrem cognoscimus. Lumen ergo vultus Dei est cognitio filij, & illuminatio fidei, quæ in die Pentecostes in cordibus Apostolorum tanquam quidam character fuit insignata & impressa, & sic factus est homo in animam viuentem.

*Dum complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco, &c.* Pentecostes Græcè, Latine quinquagesimus, & antiquitus populus quinquagesimum diem obseruabat. A die enim immolationis agni postquam egressi sunt Filij Israël de Ægypto data est lex quinquagesimo die in igne. In nostro etiam testamento quinquagesimo die à Pasca Christi descendit Spiritus sanctus, qui est lex amoris in Apostolos in igne apprensus. Lex in monte Sina, Spiritus sanctus in monte Sion, lex in sublimi montis loco, Spiritus datur in cœnaculo. Cum ergo complerentur dies Pentecostes, &c. nullus absens erat, vnum cor, & animam vnã habentes, in eodem loco scilicet in cœnaculo quod ascenderant; qui enim Spiritum sanctum desiderat, carnis domicilium mentis contemplatione transcendendo calcatur, &c.

## CAPVT IV.

**Q**uotquot possessores agrorum erant vendentes, &c. id est rerum caducarum prospera mutabilitas debet esse sub pedibus Ecclesiæ, qui sunt omnes prælati, qui ipsam tanquam pedes corpus, debent sub his pedibus tanquam stercore omnia temporalia conculcari.

## CAPVT V.

**P**onebant infirmos in plateis, ut transeunte Petro, eius umbra sanarentur. Umbra autem procedit ex luce corpore obiectum illustrante, vel ex ipso corpore illustrato ab huiusmodi luce, quæ signat conuersationem. Petrus dicitur agnoscens se & Deum, & discalceatus ab effectu temporalium. Umbra conuersatio à luce gratiæ procedens, quæ dum tangit infirmum, sanat ipsum.

## CAPVT XII.

**A**ngelus Domini astitit, & lumen refulsit in habitaculo carceris, percusso, &c. in Angelo qui natura virgo est, gratia castitatis significatur, cuius lumen illustrat habitaculum carceris, id est, cor peccatoris tenebris luxuriæ excæcati; carcer dictus mundus quo & arceris. Luxuriosus enim à se arcer, quicquid luxuriam extinguere potest. Sed cum Angelus percussit eius latus lancea timoris ut ab ipso educat humorem libidinis, tunc excitat à somno mortis.

*Calcea te, &c.* Calceamenta, id est, affectiones & desideria, quæ hic ponuntur ne pedes luro maculentur; Laui pedes meos, quomodo inquinabo eos. Cant. 5. Suntque hæc calceamenta mortificatio desideriorum mundanorum, quæ non sinit ut homo pedem, id est affectum terrenis immergat. Item ponuntur, ne via, ac lapides lædant, hæc est patientia, quæ est necessaria in aduersis huius mundi.

## EPISTOLA AD ROMANOS.

## CAPVT I.

**I**NSIBILIA Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, Quia omnia clamant diuinam æternitatem, & propriam nihilitatem, quæ continuè vertuntur.

## CAPVT V.

**C**om mendat autem Deus suam charitatem in nobis, qui cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Quis enim credere potuisset quod Deus tantam habuisset



circa humanus genus dilectionem! O ineffabilis dilectio charitatis.

*Regnavit mors ab Adam usque ad Moysen.* Hiems fuit ab Adam usque ad Moysen, quo tempore omnia fuerunt consumpta, à Moysen usque ad Christum, quo tempore lex fuit inserta & plantata; in qua tamen flores fructum promittentes apparuerunt. Æstas fuit Incarnatio Christi, quo tempore ipse sol qui prius erat in nubilo, id est, in sinu Patris nobis refulsit, in hoc tempore fuit messio & trituratio.

## CAPVT VII.

*Velle adiacet mihi; sed perficere bonum non inuenio.* Quasi dicat, perficere opus bonum, quærò, sed non inuenio.

## CAPVT VIII.

*Um ipso omnia donauit;* Maius donum dare non potuit. Rectè Christus dicitur omne donum perfectum, quia cum pater eum nobis donauit, omnia per eum perfecit. Vnde Matth. 18. *Dominus venit saluare quod perierat?* Ideo dicitur in Introitu Missæ, Cantate Domino, quasi dicat: Fideles per filium hominis saluati, & innouati cantate canticum nouum, vetera enim debetis proicere, & noua seruare.

## CAPVT XII.

*Vnicuique sicut Deus diuisit mensuram fidei.* Nota mensura est triplex, scilicet penitentia, fidei, & gloria; mensura fidei est bona in Sacramentorum perceptione, conferta id est, plena, in boni operis executione: coagulata in tribulationis & martyrij constantia pro nomine Christi; Superfluens in finali perseverantia, de qua mensura Apostolus loquitur, vnicuique

## EPISTOLA AD EPHESIOS.

## CAPVT IV.



*LIOS Apostolos, alios Euangelistas, alios Ecclesia Pastores & Doctores dedit.* Vnde Psalm. 67. *Rex virtutum dilecti, dilecti, & speciei domus diuidere spoliat.* O fideles discipuli sui Domini nostri Iesu Christi, rex dilecti virtutum, id est Pater qui est celestium virtutum Rex, dabit dilecto filio suo, de quo ait Luc. 9. Hic est filius dilectus diuidere itaque spolia, id est Apostolos, Euangelistas, & Doctores: speciei id est, ad speciositatem Ecclesiæ Domus, ut ipsam faciat speciosam; cuius speciositatis ille nos faciat participes, qui diabolum deuicit & eius arma abstulit Iesus Christus.

*Expoliantes veterem hominem cum actibus suis, induite nouum qui secundum Deum creatus est.* Ista transformatio fit tribus personis presentibus, quia homo transformatur quandoque ex bestia in hominem, & hæc transmutatio fit per penitentiam, quæ figuratur per Petrum, quia egressus foras, id est extra peccatum, Petrus fle-

sicut Deus diuisit mensuram fidei. Mensura penitentia, est bona in contritione in qua Dei bonitas agnoscitur; Conferta in confessione quæ plenariè debet fieri, coagitata in satisfactione, superfluens in totius culpæ remissione, & mentis puritate.

*Gaudete cum gaudentibus, & flete cum flentibus;* In his duobus consistit pietas scilicet in compassione malorum proximi, & in congratulatione bonorum.

*Noli vinci à malo, sed vince in bono malum.* Tribuit nobis Apostolus, formam qualiter debeamus inimicorum seu persecutorum nostrorum malitiam superare; & in quo bono debemus vincere malum ipse explicat ibidem, quod hoc debet fieri specialiter in duobus scilicet, in humili vel in molli responsione.

## CAPVT XIII.

*Hora est iam nos de somno surgere.* Pulsantur campanæ ad excitandum de somno corporis & de negligentia ad diuinam laudem & officium inuitando per virtutum comparisonem: & multa quæ derinent hominem in lecto, ne surgat, ut est pigritia.

*Nox præcessit, dies autem appropinquauit.* Sicut enim aurora est initium diei, & finis noctis, sic contritio finis peccati, ut initium penitentia. Prima ergo luce, & primo mane egrediatur pater familias ad excolendam vineam suam, id est animam.

## CAPVT XIV.

*Omnes stabimus ante tribunal Christi.* Omnes enim citantur peremptoriè, nec vllus poterit se vllatenus absentare. Nullus malus inter bonos poterit locari, ut ibi saluetur.

## CAPVT V.

uit amare, &c. quandoque ex puero in fenestra quæ sit per iustitiam procedendo de virtute in virtutem, vbi iunior senem nititur supplantare, quia reuocatus per gratiam vult moribus senex effici; hic Iacob supplantat Esau, id est spiritus carnem, ipsique benedictionem subripit, quandoque ex homine Angelus efficitur; isti sunt qui Angelicè & in virginitate viuunt.

*Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.* Vinum id est, inepta & mundana læticia quæ facit animam ebriam, & mercari cum mundo vel cum hoste, vnde Prou. 22. *Ne intuearis vinum quando stauescit, cum splenduerit in vitro color eius.* Ingressus blandè, nouissimè mordebit ut coluber, non introierunt in os meum, id est in cordis appetitum.

*Surge qui dormis, & exurge à mortuis.* Apostoli propter miraculi nouitatem adhuc prædicabant, ut in populo miracula spiritualiter facientes, mortuos suscitarent, cæcos illuminarent.

Estote

*Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi, &c.* Nota quatuor virtutes nos faciunt filios Dei, scilicet fides, charitas, misericordia & pax. Ratio est, quia per fidem reseruamur, per charitatem, configuramur, per misericordiam confirmamur, per pacem ad similitudinem Dei nascimur. Nota, ut dicit Chrysostom. carnales filij non sunt culpabiles, si non sunt suis parentibus similes; quia non est in potestate eorum corpus figurare, sed spiritualium culpa est, nisi Domino similes fuerint, quia patris similitudinem perdidit.

*Sumentes scutum fidei in quo positus omnia tela nequissimi ignea extinguere.* In altitudine enim superbiæ & abundantia temporalium non inuenitur ros compunctionis, nec pluuia confessionis, nec agri primitiarum satisfactionis, immo abiicitur ibi clypeus, clypeus fortium. Clypeus est fides iuxta Paulum. Sumentes scutum &c. Vnde Iosue Octauo. Leua, inquit Dominus Iosue, manum ad clypeum qui in manu tua est contra urbem Hay: quoniam tradam eam tibi, &c. Clypeus in manu est fides in opere, quam cum a terrenis eleuamus, hay, quæ interpretatur acruus lapidum, id est abundantia temporalium capitur & succenditur.



## EPISTOLA PRIMA

AD

## CORINTHIOS.

## CAPVT I.



*P*ÆDICAMVS Iesum Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam. Qui sunt isti gementes & flentes, nisi penitentes spiritu pauperes qui in cruce gloriantur, & super abominationibus quæ fiunt in mundo dolent, & vero verbo & opere contradicunt.

## CAPVT II.

*Animalis homo non percipit ea quæ spiritus Dei sunt.* In his nulla forma virtutum, nulla species morum, sed tantum fomes peccatorum exceptis lineamentis vnguium quibus rapiunt bona pauperum has carnes vsæ lambendo, id est adulando sensim figurant. Illa scilicet figura de qua dicitur I. Corinth. 2. *Præterit figura huius mundi, quorum assiduo exemplo mali calefacti animalem trahunt spiritum, &c.* Sic animalia cum animalibus, cæci cum cæcis in foueam cadunt. Hi cum gustauerint mandragoras, moriuntur.

*Mandragora est herba aromatica.* Poma eius sunt optimi odoris in similitudinem pomi naturalis, significant opera iustorum, quorum vitæ odore vsu rugientes moriuntur, quibus, ut ait Apost. 2. Cor. 2. aliis autem mortis in mortem.

## CAPVT III.

*Templum Dei sanctum est quod estis vos.* In hoc templum scilicet in animam debemus inferre candelabrum charitatis altare incensorum, id est deuotionem mentis, mensam profusionis, id est verbum prædicationis sanctæ. De candelabro dicitur Exod. 25. Vbi loquitur Dominus ad Moysen, dicens, facies candelabrum ductile de auro mundissimo scyphos & phæulas ac lilia de ipso procedentia. Sex calami egredientur de lateribus &c. Ductile dicitur eo quod malleo producat. Candelabrum charitatis percutitur malleo tribulationis, ut ipsa producta crescat, non in se, sed in mente hominis. Vnde Augustinus super Epistolam Ioan. *Perfecta charitas est hæc, ut quis paratus sit etiam pro fratribus mori;* Sed nunquid mox ut nascitur, cum fuerit nata nutritur, cum fuerit nata roboratur, cum roborata perficitur; cum ad perfectionem venerit, dicit, cupio dissolui & esse cum Christo. Hic aperte progressus & perfecta charitas insinuantur.

## CAPVT IV.

*Contemplantibus vobis, non qua videntur, sed qua non videntur.* Contemplantur quo ad Deum per temporalium renunciationem. Qui excedit carnem animo non redeat ad aliquos actus pristinae conuersationis. Hoc est nullo affectu inclinatur ad carnem.

## CAPVT V.

*Expurgate vetus fermentum, &c.* Fermentum à feruore dictum, eo quod plusquam vna hora non potest contineri. Crescendo enim exedit. Græcè zima dicitur. Vnde prosa: zima vetus expurgetur, ut sincere prædicetur noua resurrectio. Fermentum est cupiditas terrenorum de concupiscentia carnalium desideriorum, quæ postquam feruere incipiunt, omnem modum excedunt, quia auarus pecunia non implebitur, nec luxuriosus carnis petulantia satiabitur, expurgate ergo vetus fermentum, ut Dominus prædixit Exod. 2. *Septem diebus fermentum non comedetis;* id est omni tempore vitæ vestra quæ septem diebus voluitur.

## CAPVT VI.

**M**olles regnum Dei non consequentur. Cum caro nostra delictis mollescit, fides Christi in nobis torpescit, & sic anima in puppi oculos claudit, quia delictis intenta suis mirabilem exitum non attendit.

## CAPVT IX.

**S**i nos diiudicemus, non utique iudicemur. Retro iusto dat Deus iudicium suum, ut seipsum ipse iudicet, ne Deus inueniat in eo quod condemnet. O Deus, mihi das tuum iudicium, ut de tuo faciam meum, & faciendo meum euadam tuum; horrendum enim est incidere in manus Dei uiuentis.

*Nescitis quia hi qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium.* Stadium est octaua pars milliaria, constans passibus 125. In hoc numero omnis perfectio diuini amoris designatur. In centenario, qui numerus est perfectus, doctrina Euangelica. In 20. Decalogi decem praecepta, quae literaliter & spiritualiter sunt adimplenda. In quinque igitur sensuum delectatio refrananda intelligitur. Qui in tali stadio currit, brauium, id est, remunerationem coronae incorruptibilis accipit.

## SECUNDA AD CORINTHIOS.

## CAPVT III.



**L**icet autem is qui foris corrumpatur, tamen is qui intus est renouatur de die in diem. Nota vitrum non corrumpitur, sed frangitur, sed homo bene corrumpitur. Item lucide si torfa igni decognitur. Hostia est ardor doloris in quo agitur poenitentia, vel feruor deuotionis. Debet igitur vas fictile confringi, id est, macerari & alteri, & tunc vas aeneum defricabitur, dum scilicet ex hoc anima purior redditur a scoria peccati.

*Nos autem reuelata facie gloriam Domini speculantes in eandem imaginem transformamur.* Vbi aduertendum est secundum Beatum Gregorium. Quod secundum quod diuersimode te transfiguratur, secundum hoc Deus tibi diuersimode transformatur, si es innocens, transformatur se tibi in Angelum mansuetum, si es verus filius, transformatur se tibi in patrem, ego ero illi in patrem; si es feruus, ita quod solum habes timorem ferulem, ipse Dominus tenet virgam & flagellum percussiois; si es bestia, ipse est leo. De quo Amos 3. *Leo rugiet, quis non timebit eum.*

## CAPVT IV.

**H**abemus thesaurum istum in vasis fictilibus. Vas fictile est corpus in quo thesaurus con-

**N**e magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meae, Angelus satanae qui me colaphizet, &c. Nota pater tenet vna manu filium, & altera concutiens percutit ipsum. Tenet ne in praecipitium vadat, & percutit, ne insolescat & superbiat. Sic & Dominus manu misericordiae tenet virum iustum, ne in peccatum corruat, percutit ne superbiat & insolescat, neve paterna gratia se eleuet.

*Si quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra.* Fraternitatis amatores, ecce gubernaculum, sicut enim gubernaculum recte nauem dirigit, & in obliquum declinare non permittit, in quo maior nauis vis ad portum, deducendae consistit: Sic amor fraternitatis congregationem fidelium regit ne erret, & ad portum securum perducit, quia vbi charitas & dilectio, ibi Sanctorum congregatio.

## CAPVT XV.

**G**ratia Dei sum id quod sum. Ipsi quasi gratiam apponimus & reponimus, dum de omnibus gratuitis donis quae nobis dedit, ei gratias referimus, & ei totum attribuimus.

*Omnes in Adam meriuntur.* Nota quod duplex est amaritudo, scilicet culpae, & mortis corporalis. Omnia ergo flumina, id est, omnes populi exeunt a mari, id est, ab amaritudine culpae originalis. Et in mare id est, in amaritudinem mortis corporalis reuertuntur.

seruatur. Et bene in vasis fictilibus, quia de terra fiunt, non solum corruptibilia siue fragilia ad corruptionem, siue ad mortem, verum etiam ad peccatum.

## CAPVT VI.

**Q**uia hilarem datorem diligit Deus. Homini natus debet esse inter genua, ut tam in mentis compunctione, quam corporis afflictione media via discrete procedat; & oculi super genua ut hilari conscientiae illuminatione omnia faciat, & ut auriculae extra ac liberè audiat & obediat.

## CAPVT X.

**N**on potestis mensa Domini participes esse, & mensa daemioniorum. Mensa huius diuitis prosperitatem significat, cuius quatuor pedes; diuitiae, honores, voluptates & sanitas corporis; a mensa Domini fuit paupertas, cui ipse cum Apostolis suis participauit. A mensa daemioniorum est prosperitas daemionium. Micæ de hac mensa cadentes, sunt immundae cogitationes, variae sollicitudines, diuersae & diuersae occupationes de animae vlcere tanquam vermes scatuientes.

## CAPVT XI.

**N**on vir propter mulierem, sed mulier propter virum est creata. Vita actiua tanquam pars inferior

inferior debet seruire contemplationi, quoniam inferior pars non est nisi propter partem superiorem. Quia non contemplatiua propter actiuam, sed actiua propter contemplationem est instituta, & sicut cerebrum membrum frigidum est positum in opposito cordis, ut ipsius temperet calorem, sic vita contemplatiua, quae consistit in mentis compunctione, est posita ex opposito vitae actiuae; ut sua oratione, lachrymarum compunctione, laboris feruore, tentationis eius calorem temperet: quae in cordis humilitate consistere debet. Et sicut magnitudo capitis est maior aliis membris; sic gratia contemplationis est sublimior, quia Deo quem contemplatur, vicinior. Sed heu quanti infantes, id est, mente instabiles magnitudinem huius capitis, conati sunt ferre, sed longo tempore non potuerunt portare propter sui magnitudinem.

## CAPVT XII.

**H**ae sunt gentes quas dimisit Dominus, ut erudiret in eis Ierusalem. Ad retardandam feritatem leonis dedit ei natura febres quartanas. Sic Dominus Praelatis semper aliquem defectum dimittit ad humiliationem ipsorum, ut Paulo stimulum carnis, Angelum sathanæ, qui ipsum colaphizet. An non quasi febris fuit Petro negatio sua, & dubitatio Thomae.

## CAPVT XIII.

**C**haritas patiens est, benigna est. Duo pedes charitatis sunt patientia qua suffert mala,

& benignitas qua diligit bona.

*Et si tradidero corpus meum, ita ut ardeam; charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* Per sacrificium super craticulam significatur temporalis tribulatio, quam homo vel sibi infert per poenitentiam, vel Deus homini per infirmitatem, vel proximus per iniuriam, & haec particularis, sicut in craticula particulatim vitur. Hoc autem debet esse de similia per puritatem conscientiae resperfa oleo patientiae & charitatis.


*Videmus nunc per speculum & in enigmate, tunc autem facie ad faciem.* Qui enim diu fuit in carcere tenebroso, vbi non vidit diem neque solem, quando vtrumque videre potest, gaudet. Sic animus, quando diu est in corpore & in tenebris ignorantiae. Item nescimus quomodo Deus sit trinus & vnus, Deus & homo; sed anima post exitum è carcere sciet haec omnia manifeste.

## CAPVT XIV.

**V**ltis in virga veniam ad vos, &c. Nota, virga vertitur in baculum, & in serpentem, sicut virga Moysis, dum qui corrigit, modum excedit, quia qui deberet esse virga factus est baculus. Modo sancti sunt ut virga mollis & tenella reprobos peccantes cum mansuetudine arguentes, sed in iudicio erunt virga ferrea, reprobos sine misericordia iudicantes, quando iudicabunt sancti nationes.

EPISTOLA  
AD GALATAS.

## CAPVT V.



**C**aro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Quia caro irritat & prouocat spiritum omni die; & appetit ei dominari.

## CAPVT VI.

**H**uiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Nota quod zelus peccatorum debet esse purus,

discretus & pius. Purus, ne rancor, aut vindicta se admisceat, ut persequantur vitia, non personam; & hoc connotat absque fermento. Item discretus, ne per nimietatem excedat correctio modum culpae, immo ad exemplum Domini circa condignum puniamus, & hoc est diuidere minutatim. Item prius, ut iis quos corripimus, ex corde compatiemur, & hoc est oleum superinfusum.

## EPISTOLA

A D

## PHILIPPENSES.

## CAPVT I.

**D**ESIDERIVM habens dissolui & esse cum Christo. Bos patienter & perseveranter vsque ad vesperam iugum portat, & tunc soluitur ad pascua; sic Apostoli presentem vitam habuerunt in patientia & mortem in desiderio.

## CAPVT III.

**O**mnia reputavi ut stercora, &c. Dicitur in naturalibus, quod pardus quando comedit venenum quærit stercus humanum, & ipsum comedit, & propter hoc ponunt venatores illud stercus in vase super arborem, & cum

ad arborem venit, saltat ad accipiendum, & sic interficiunt ipsum. Pardus huius mundi superbium variis peccatorum maculis respersum significat. Hic veneno diabolicæ suggestionis inflammatus stercus temporalium quærit, ut comedit ipsum, & sibi incorporet.

*Quorum Deus venter est.* Nota per similitudinem Deo comparatur venter, quia diis solent templa construi, altaria erigi, ministri ad serviendum ordinari, pecudes immolari, thura cremari. Deo siquidem ventri templum coquina, altare, mensa, ministri, coci, immolatæ pecudes, coctæ carnes, fumus incensorum, odor saporum. Hæc in Ierusalem non construuntur, sed in Babylonia, quia quorum Deus venter est, & gloria in confusione Domini, domus in vasa palatij (& ut verius dicam) vasa mensæ diuinæ fecit vasa coquinæ.

## EPISTOLA AD COLLOSSENSES.

## CAPVT IV.

**R**ANTES simul & pro nobis, ut Deus aperiat ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi. Hinc Paulus qui se minimum Apostolorum dixit, fructum cæteris abstulit ampliorem, quia ab Ierusalem vsque ad

Illyricum mare replevit Euangelium Christi, bene autem deferentibus reponi iubetur pecunia in fassis, quia scientiam in prædicatione erogatam Dominus magis multiplicat, eadem enim pecunia ad eundem fontem redditur, quia enim sermonem iterum facerè per quem alias fructus factus est, licite permittitur, quod est cantus eos qui ad populum loquentes, semper volunt uti novis sermonibus.

## EPISTOLA

A D

## THESSALONICENSES.

## CAPVT II.

**A**CTVS sum in medio vestri, sicut si nutrix foueat paruulos suos, ita desiderans, &c. Loquitur ad modum columbæ quæ se euiscerat pascendo pullos, quæ ibi nidificat, vnde frequentius auferuntur pulli; sic dum fructus animarum, quas fouerunt Apostoli à pseudoapostolis destruebatur, illuc redibant, ut iterum redificarent, & fructificarent.

## CAPVT V.

**S**ine intermissione orantes. Ille dicitur sine intermissione orare, qui non cessat bene facere.

*Qui dormiunt nocte dormiunt, &c.* Nocte præuæ intentionis, cæcitate mentis interficitur filius mulieris huius, dormiens quippe oppressit eum. In tempestate dicitur non opportuna, quando nihil potest agi, & omnia quieta sunt, nam tempestiuum est opportunum, vel intempesta vox alta, obscura, & media; hanc auctoritatem sic exponit Gregorius, de carnalibus doctoribus, qui dum quod dicunt, facere negligunt, per somnum cordis auditores suos occidunt, & negligendo opprimunt, quos alere in verbo late videbantur.

EPISTOLA

## EPISTOLA PRIMA

A D

## TIMOTHEVM.

## CAPVT II.

**O**BSECO primum omnium fieri obsecrationes, postulationes, gratiarum actiones. Ordinem petendi & obsecrandi ostendit Apostolus. Obsecro itaque est in exercitiis spiritualibus anxia ad Deum instantia; in quibus ante gratiam succurrentem qui apponit scientiam, non apponit nisi dolorem. Oratio vero est hominis Deo adherens affectio; & familiaris quædam allocutio, & statio illumi-

natæ mentis ad fruendum quamdiu licet. Postulatio est cura obtinendi temporalia & necessaria huius vitæ, in qua Deus postulantis quidem approbans bonam voluntatem, facit tamen quod melius ipse iudicat & dans libertatem ei qui bene postulat. In postulationibus piè ac fideliter attendendum est, sed non illis pertinaciter inhærendum, quia nescimus, sed pater qui est in cælis, quid in temporalibus istis necesse sit. Porro gratiarum actio est in intellectu & cogitatione gratiæ bonæ voluntatis, & indeficiens ad Deum, ac inreflexa intentio, & si aliquando, vel non sit vel torpeat, siue actio exterior, siue interior affectio.

## SECUNDA AD TIMOTHEVM.

## CAPVT IV.

**R**ÆDICA verbum, insta opportune, argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Ita prædicatores importuni

debent esse, donec aliquem fructum faciant. Attende tibi & doctrina, & insta in illis. Fructum Domini ferit, qui alios saluans, detrimentum sui facit, sed fructum affert, cum reuenit quem affert; & sic fructum docebat afferre Apostolus.

## EPISTOLA

A D

## HEBRÆOS.

## CAPVT IV.

**I**VVS est sermo Dei. Christus enim animam percutit contritione, corpus afflictione, pertingens vsque ad diuisionem animæ, id est, animalitatis, ac spiritus, id est rationis.

*Omnia nuda & aperta sunt ante oculos Domini.* Solus Deus scit quæ sit via spiritus, id est contritionis, & qua ratione compingantur ossa in ventre prægnantis, id est virtutes in mente penitentis.

## CAPVT V.

**P**erfectorum solidus est cibus. Sicut Euphrates perfectis, quorum sensus virtutum fertilitate sunt adimpleti, de quibus loquitur Apostolus, eorum qui per consuetudinem exercitatos habent sensus ad discretionem boni & mali. Nemo sibi imponat ignorem. Quod est contra

eos qui ad officium prædicationis se ingerunt & imponunt, nec expectant ut à Deo & prælatis imponantur.

## CAPVT VI.

**F**irmissimum solatium habemus qui confugimus ad tenendam propositam spem. Erant igitur discipuli penitentes in via, & laborabant in remigando, quia opus penitentiae laboriosum est, sic omnis virtus est circa difficile. Ratio autem laboris erat, quia ventus, id est, dæmonis tentatio erat eis contrarius, sed sic laborantibus diuinum subsidium non deficit.

## CAPVT VIII.

**C**rucifigentes sibi metipsis filium Dei. In se videlicet. Moritur tamen & infirmatur in conscientia peccatoris, quæ est abominabilis conscientia. Nam hic vocamus infernum locum tenebrosam, locum horroris, habitationem dæmonis, locum confusionis.

Ddd 3 CAPVT



## CAPVT X.

**I**ustus ex fide uiuit. Apostoli populos uocauerunt, & ibi, id est, pro ipsa fide dilatanda se ipsos uictimas iustitiæ, ut de iniustis iustos facerent, immolarunt, iustus ex fide uiuet. Lex umbra est habens futurorum bonorum. Sicut enim umbra nihil ad perfectum ducit, sic nec lex, ut ibidem dicit in eadem Epistola 7. Quia opera Dei perfecta sunt: & Deus ut ait Augustinus, imperfectum nihil relinquit quin ad perfectum deducat; idcirco imperfectionem legis, & per consequens sacerdotij legalis, ut ad perfectionem reduceret ipsam, in legem transfudit gratiæ quæ est utique lex libertatis.

## CAPVT XI.

**R**ecogitate eum qui talem sustinuit, &c. Sic Apostoli nos ad mortem Christi intimandam bono prædicationis suæ uocabant.

*Magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iocunditates.* Si scirem Deos ignoscituros, & homines ignoraturos, nollem

## EPISTOLA SANCTI IACOBI.

## CAPVT I.



**I**RA uiri iustitiam Dei non operatur. Sit ergo omnis homo tardus ad iram, ne cum diabolo in die iræ irreuocabilem damnationis accipiat sententiam.

*Dives sicut flos agri transibit.*

Radix est carnalis cupiditas, flos delectatio temporalium. A dueniente sole, id est seneritate mortis vel iudicij, radix arefcit, flos decidit, decor uultus eius, id est, honor seculi, amici & propinqui deperit.

*Si quis auditor est uerbi & non factor, hic comparabitur uiro consideranti uultum natiuitatis suæ in speculo, &c.* In speculo tria sunt consideranda, scilicet utilitas, fragilitas, claritas. Speculum nihil aliud est quam subtilissimum uitrum, in quo sicut in speculo tria sunt. Vitrum est vile in materia, quia de modico puluere confectum; fragile in substantia, clarum in splendore, quia oppositum soli lucet, ad instar solis. Speculum dictum ex eo quod splendorem reddat, uel quod in eo se minæ se intuentes considerant speciem sui uultus, uel quia in uitri morem tranfluat. Vel uitrum & speculum est Sacra Scriptura: in cuius splendore natiuitatis suæ uultum debemus considerare. Uultus natiuitatis nostræ, est unde nati sumus;uales, & ad quid. Unde nati quantum ad uilitatem materiæ,uales, quantum ad fragilitatem substantiæ, ad quid, quantum ad dignitatem gloriæ, in qua si factores uerbi fuerimus, ex uicinitate uerbi solis lucebimus.

peccare propter peccati uilitatem; propter breuitatem, quia momentaneum, quod delectat, æterum quod cruciat.

*Sancti per fidem uicerunt regna.* Uicerunt inquam quatuor regna, scilicet mundi, carnis, diaboli, & cæli. Regnum mundi duas habet prouincias, scilicet cupiditatem acquirendi, & auiditatem retinendi. Regnum carnis duas, gulam & luxuriam. Regnum diaboli duas, superbiam & gloriam inanem quoad se, & malitiam quoad proximos, scilicet inuidiam, iram, & odium. Regnum cæli etiam duas, scilicet ordines Angelorum ac hominum electorum.

## CAPVT XII.

**O**mnis disciplina in presenti uidetur non esse gaudij, sed mæroris, &c. Hæc est circa subditos disciplina quæ conseruat habentem Domino in ipsius seruitio & saluat à mortis periculo.

*In disciplina perseuerare.* Vobis enim tanquam filiis offert se Deus, quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri & filij non estis.

*Omne gaudium existimate fratres mei cum intentiones, &c.* Iracundi igitur & impatientes non sunt triticum, sed hordeum, quod longas & pungitias aristas habet, scilicet odij, rancoris & contumeliarum, quando iracundus acuit ut gladium linguam suam.

*Sit autem omnis homo uelox ad audiendum, tardus ad loquendum, &c.* His uerbis Apostolus docet cauere peccatum, iustitiam diligere, iudicium timere.

## CAPVT III.


**E**st lingua inquietum malum, plena ueneno mortifero, &c. Quis numeret quantum modicum membrum linguæ attrahat sordes? quam multiplex in labijs incircumcisis immunditia coaguletur? quanta sit pernicietas hominis incircumcisis labijs? nemo parui æstimet tempus quod in uerbis consumitur ociosis; si quidem acceptabile est tempus & dies salutis, euolat uerbum irreuocabile, nec aduertit insipiens quid amittat. Confabulari, inquit, licet donec hora prætereat, quam tibi ad obtinendum ueniam, ad inquirendum gratiam, ad agendum pœnitentiam, ad promerendum gloriam indulsit gratia conditoris. Idem. Linguam detractoris mucrone quo dominicum latus est confossum; crudeliorem dicere non uerearis. Fodit enim hæc corpus Christi, nec iam examine fodiendo. Nec nocentiores fuerunt spinæ pungentes caput; clauus perfodiens manus & pedes, quam lingua detractoris quæ perfundit ipsum cor.

## CAPVT

## CAPVT IV.


**S**i quis uult amicus esse seculi huius, inimicus Dei constituitur. Mundus est contemnendus &

spernendus totaliter, carnis seu corpus, & iste est inimicus opprimendus & salubriter macerandus & pœnaliter.



## EPISTOLA PRIMA SANCTI PETRI.

## CAPVT II.



**I**maginem bonitatis illius. Id est, plena repræsentatio existens eadem bonitas cum illo, & cum sit una scilicet cum patre, omnia potest, quia omnipotens & permanens immutabilis, omnem inuouat

regendo & ordinando.

## CAPVT III.

**I**n fide autem omnes unanimes, compatientes, fraternitatis amatores, &c. Petrus sciens nauiculam sibi commissam ferri mari fluctibus, concutientis & periculis exponi tanquam prouidus nauclerus eidem ut ad portum quietis incolumis perueniret, arborem & uelum, gubernaculum & anchoram; ac ramos hinc inde mirabili fecit magisterio. Unanimes ecce arborem in medio nauis unanimitatem scilicet fidei & cordis in Ecclesia. Compatientes ecce uelum, sicut enim uelum trahit nauem, sic compassio trahit ad te tui proximi necessitatem. Fraternalitatis amatores, ecce gubernaculum, sicut enim gubernaculum rectè nauem dirigit, & in obliquum declinare non permittit, in quo maior nauis uis ad portum deducendæ consistit; sic amor fraternitatis congregationem fidelium regit ne ætret, & ad portum securum perducit, quia ubi charitas & dilectio, ibi Sanctorum congegatio. Misericordes, ecce anchoram, quæ sic dicta quasi uinca, id est, curua: sicut enim anchora sua curuitate capit, & dum capit capi-

tur, & captæ nauim retinet. Sic misericordia Dei ex corde capit proximum & capitur à proximo, & dum detinet detinetur, dum ligat, ligatur. Qua alligatione nauis, id est, anima, nec uindis tentationum, nec fluctibus suggestionum à suæ quietis stabilitate commouetur. Modesti & humiles ecce remi à dextris, non reddere malum pro malo, sed è conuerso; ecce remi à sinistris.

## CAPVT IV.

**A**nte omnia autem mutuum in uobismetipsis charitatem continuam habentes. Sicut Deus est principium ouium, sic charitas uirtus principalis ante omnia debet haberi quod si fuerit mutua & continua, omnem operiet multitudinem peccatorum. Mutua, id est, alterna & communita, continua, id est, nec aduersis nec prosperis deficiens, sed perseuerans & finalis debet esse.

*Si iustus uix saluabitur peccator ubi apparebit.* Ad terrorem peccatorum, ut cogitent quod Deus finaliter facit inimicis, qui amicos flagellat.

*Scientes eandem passionem ei que in mundo est, uestra fraternitati fieri.* Pœnitentia siue tribulatio; est iugum suauis & leue propter multam societatem, quia omnes sancti in tribulatione fuerunt; quia ergo multos habemus socios in tribulationibus, leues debent uideri, quia & Christus est socius.

*Aduersarius uester diabolus tanquam leo rugiens, &c.* Nota Gregorius ibi. Quasi per odium amator &c. Diabolum qui est impugnandus uiriliter, uidelicet quia nunquam cum eo debet inire fœdus.

## SECUNDA S. PETRI.

## CAPVT II.



**I**maginem iusti iniquis operibus cruciabant. Crucias Christum ardore inordinati desiderij quid in tua mente portas.



EPISTOLA PRIMA  
SANCTI IOANNIS.

CAPVT II.



**M**NE quod est in mundo est concupiscentia carnis & concupiscentia oculorum ac superbia vitæ. Cum exortum est lumen in tenebris, Dei filius Iesus Christus dedit nobis requiem à labore, seruitute, concussionem; est concupiscentia carnis, ecce labor, & concu-

piscentia oculorum, id est auaritia, ecce concussio, & superbia vitæ, ecce seruitus diaboli dura.

CAPVT V.

**M**undus totus in maligno positus est. Mundus relinquendus est propter suam fraudulentiam, & propter fraudulentatem. Quia etiam iustos nititur decipere.



FRAGMENTA  
S. ANTONII  
PADVANI  
IN LIBRVM  
APOCALYPSIS.

CAPVT PRIMVM.  
IN LIBRVM  
APOCALYPSIS.



**D**ILEXIT nos, & lauit nos à peccatis in sanguine suo. Sanguis extractus à latere columbæ abstergit maculas sanguinis ab oculo. In ipsius ergo honorem & reuerentiam quidquid sumus, quidquid possumus exhibere debemus, qui maculas sanguinis, id est, peccati abstergit ab oculo animæ nostræ sanguine suo. Columba Christus carens felle gemitum & planctum promens latus suum aperiri voluit, ut sanguinis maculam abstergeret, & cuilibet paradisi portam aperiret.

Dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Sanguis pro nobis effusus, signum est excessiue eius dilectionis, non solum autem sanguis Christi signum amoris, verum etiam magnæ fiduciæ, dummodo ipsum per ingratitudinem non operiamus, Iob decimo tertio. Terra ne operias sanguinem meum: Sed illum ponamus veluti signum in mente nostra. Sicut figuratur Exod. 12. de sanguine agni Paschalis.

Audiui vocem magnam tanquam tubæ dicentis, quod vides scribe in libro, & mitte septem Ecclesiis quæ sunt in Asia, &c. Et conuersus vidi septem candelabra aurea, & in medio similem filio hominis vestitum podere &c. Nota historiam, septem candelabra aurea, omnes Ecclesias ardentes & illuminatas sapientia Dei significant, sicut enim aurum igne probatum, percussionebus extensum efficitur candelabrum; sic Ecclesia tribulationibus purgata, tentationum ictibus in longitudine extensa consummatur. Et in medio septem candelabrorum aureorum, id est, in communi omnium sanctorum vel Ecclesiarum, quia omnibus se offert Deus, & subuenire omnibus præ-

sto est, Vidi similem filio hominis, id est, Angelum in persona Christi, quia non iam filius hominis, sed similis quia non iam moritur; sed similis filio hominis, quia non cum peccato, sed in similitudine carnis peccati. Vestitum podere, id est, sacerdotali veste, id est, carne in qua se obtulit, & quotidie offert representans se Deo patri, & præinctum ad mamillas zona aurea, id est, cingulo castitatis, propter quam se pro nobis tradit. Caput autem eius & capilli erant candidi tanquam lana alba & tanquam nix. Caput eius est diuinitas. Vnde Apostolus. 1. Corinth. 1. Cor. 11. Caput Christi Deus. Vel ipse Christus qui est caput Ecclesiæ; in quo sunt omnia necessaria ad regimen Ecclesiæ. Capilli sunt fideles ipsi capiti adhaerentes. Caput ergo & capilli, Christus & ipsius Christiani sunt candidi tanquam lana alba simplicitate & puritate, & tanquam nix immortalitatis candore, quia sicut ipse viuuit, & nos viuemus cum eo, & oculi eius tanquam flamma ignis, id est, respectus gratiæ Christi tanquam ignis glaciem, id est, cor peccatoris congelatum dissoluentis. Vnde Luc. 22. Respexit Dominus Petrum, oculis, scilicet misericordiae, & fleuit amare, quia dissoluta fuit glacies cordis eius in lachrymas compunctionis. Et pedes eius, id est, prædicatores qui ipsum deferunt per totum mundum sunt similes aurichalco; non cuilibet, sed in camino ignis ardentis. Aurichalcum dictum, quia similitudinem auri habeat & æris. Æs grecè chalcon dicitur. In auro claritas sapientiæ, in ære sonoritas eloquentiæ designatur, Pedes igitur Christi similes sunt aurichalco, quia prædicatores claritate sapientiæ & sonoritate eloquentiæ debent fulgere.

Vox illius tanquam vox aquarum multarum. Prædicatio Christi obtinet vim aquæ, quia aqua lauat. Vnde Ioannis decimo quinto. Iam vox mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis. Voce enim Christi recipiuntur multi populi, qui comparantur aquæ propter fluxum moralitatis. Vel vox illius tanquam vox aquarum multarum id est, gratiarum.

Vnde sequitur, Et habebat in dextera sua septem stellas,

Job 13.

Exod. 12.

Ioan. 15.

stellas, id est septem Spiritus sancti gratias quas habet in dextera, id est, in portionibus donis quæ per dexteram significantur.

Et ex ore eius gladius acutus ex vtraque parte exhibit. De ore eius, id est, insinuatione eius exiuit prædicatio, quæ vtriusque secatur in veteri testamento & in nouo carnalia opera & concupiscentias carnis.

Et facies eius sicut sol lucet in virtute sua. Facies Christi sunt Ecclesiæ boni prælati & omnes sancti, per quos tanquam per faciem Christum cognouimus. Ij sicut sol lucent in virtute sua, id est, in Meridie sine nubibus, vel quando fixus erit in æternum sic lucebunt, id est, similes fient soli Christo.

Moraliter. Ego sum Pastor bonus. Beatus ille Ecclesiæ Prælati, qui vere potest dicere, Ego sum Pastor bonus, qui vt bonus sit, necessarium est vt filio hominis similis sit. De qualibus dicit Ioan. hic, *Vidi septem candelabra aurea*. In quibus septem notantur Prælati Ecclesiæ necessaria, vitæ scilicet munditia, diuinæ scripturæ scientia, linguæ eloquentia, orationis instantia, circa pauperes misericordia, circa subditos disciplina, populi commissi cura sollicita. Hæc septem candelabra aurea concordant cum septem Ecclesiarum interpretatione. Ephesus interpretatur voluntas mea, vel consilium meum. Hæc est munditia vitæ. De qua Apostolus 1. Thessal. 4. *Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra, vt sciatis vnusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore, &c.* Et Isai. 16. *Ini consilium vt mundetur vas*, quoad animam. *Coge consilium*, id est refræna consensus quinque sensuum, vt castus viuas quoad corpus.

1. Thessal. 4.

Isai. 16.

Psal. 95.

1. Reg. 13.

*Smyrna*, canticorum eorum. Hæc est sanctæ Scripturæ scientia. Vnde Propheta Psal. 95. *Cantate Domino canticum nouum*. Omnes scientiæ mundanæ & lucratiuæ sunt canticum vetus, canticum Babylonis. Sola Theologia est canticum nouum in aure Dei dulce resonans, & animum innouans. Hæc debet esse canticum eorum, id est, Prælatorum. *Si faber ferrarius*, vt dicitur 1. Reg. 13. *non esset in Israel inuenius, sed filij Israel descendissent ad Philistinum ad exacuendum lignum suum & vomerem, &c.* Sed Deo gratias, in Israel, id est, Ecclesia, non dico vnus faber, sed multi fabri, id est, multi Theologi, qui vomerem, lignum, securim, & sarculum bene nouerunt exacuere, & optimè præparare. Vomer dictus eo quod humum vel terram leuet; securis dicta eo quod ea arbores succidantur. Sarculus est ferramentum cum manubrio cultoribus agrorum necessarium. Per hæc laborantium instrumenta intelliguntur prædicationis exercitia, quæ humum cupiditatis & terram iniquitatis erunt & eleuant à facie mentis, & succidunt ramos siccos infructuosæ arboris, & excolunt agrum Ecclesiæ militantis. Quare ergo filij Israel, id est, Prælati descendunt ad Philistinum, qui interpretatur potatione cadentes, id est, ad scientias lucratiuas ad quas ideo descendunt vt potatione dignitatis transitoria, gulæ, & luxuriæ, & ambitione vanæ gloriæ, & pecuniæ inebriantur, & inebriati cadant in profundum inferni. Vnde de eis dicit Bernardus, Infelix prorsus ambitio, quæ ambire magna non nouit. Amant enim primas cathedras, sed timendum est, ne sicut grossi sicuum sint ca-

furi. Caueant sibi qui primas cathedras desiderant, ne secundis omnino careant, & in fine incipiant nouissimum inferni locum cum rubore possidere.

Item, Pergamus interpretatur diuidens cornua, vel disseccans vallem. Hæc est erudita eloquentia, quæ cornua superbiorum diuidit, & vallem carnalium dissecat. Vnde Dominus. Psal. 74. *Omnia cornua peccatorum confringam.*

Thyatira interpretatur illuminata. Hæc est orationis instantia, quæ mentem illuminat. Vnde Apoc. 21. *Charitas Dei illuminabat eam; & lucerna eius est agnus*. In agno notatur innocentia & simplicitas, quæ duo sunt oranti necessaria. Hæc inquam claritas & lucerna mentem illuminat orantis

*Sardis*, principium pulchritudinis: hæc est circa pauperes misericordia, quæ lepram auaritiæ expellit, & animam pulchram reddit. Vnde, Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.

Philadelphia, conseruans vel saluans habentem Domino. Hæc est circa subditos disciplina, quæ conseruat habentem Domino in ipsius seruitio, & saluat à mortis periculo. De qua dicitur ad Hebr. 12. *Omnis disciplina in presenti videtur non esse gaudij, sed mærorum, postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitia.*

Math. 7.

Math. 5.

Hebr. 12.

Ioan. 13.

*Laodicia* interpretatur tribus amabilis Domino. Hæc est populi Christiani Ecclesia Catholica, circa quam Prælati debet inuigilare cura sollicita. De dilectione eius. Ioan. 13. *Cum dilexisset suos, in finem dilexit eos*, id est, tandiu dilexit, quousque ad mortem filium suum prædixerit.

Hæc sunt septem candelabra illuminantia omnes Ecclesiasticos ordines septiformis gratiæ spiritu congregatos, in quorum medio Prælati. *Similis Filio hominis*: Filio hominis, id est, Christo Iesu, paupertate, humilitate, & patientia debet abundare vestitus podere. Poderis igitur tunica talaris, hæc est subucula linea qua induebatur Aaron, quæ significat corporis castitatem, cui debet adiungi cordis munditia.

Vnde sequitur. *Præcinctum ad mamillas zona aurea*. Daniel. 10. Vidit virum accinctum circa renes, quia in veteri testamento carnalia opera constringuntur. Additur ad mamillas, quia in nouo testamento etiam cogitationes iudicantur. Zona ergo aurea, id est, Dei dilectione, mamillæ, id est, fluxus malarum cogitationum restringuntur.

Dan. 10.

Vnde sequitur, *Caput autem eius & capilli erant candidi tanquam lana alba & tanquam nix*, contra ipsius ardorem. *Et oculi eius similes tanquam flamma ignis*, id est, radiantes simplicitate quoad Deum, & innocentia quoad proximum.

*Et pedes eius similes aurichalco*. Pedes sicut affectus mentis, & operis effectus. His duobus pedibus Miphiboseph qui dicitur vir confusio- nis. 2. Reg. 4. & 9. cecidit à mercede, & effectus est claudus. Per quem intelligimus peccatorem virum confusionis, qui per mortale peccatum cadit à mercede, id est, Spiritus sancti gratia, & efficitur claudus ex vtroque pede, scilicet pedes boni Prælati debent esse similes aurichalco.

2. Reg. 4.

&amp; 9.

## C A P. III.

**Q**uia nec frigidus es, timore scilicet pœnæ, nec calidus, amore gratiæ, sed quia es tepidus, ideo te incipiam euomere ex ore meo. Sicut enim aqua tepida procurat gemitum, sic tepiditas & negligentia à ventre diuinæ misericordiæ expellit otiosum & tepidum.

Ego sto ad ostium & pulso. Continue nos pulsat vt excitet ac retrahat à peccato.

Ego sto ad ostium & pulso. Hunc igitur vides continue extra portam cordis tui iacentem, nec illum vis introducere. Stat ad ostium & pulsat, cupit fatiari & refici de micis, id est, saltem de paruis operibus bonis sibi dari.

Scribam super eum nomen meum ciuitatis nouæ Hierusalem, quæ interpretatur pacifica, & ideo nomen sempiternum dabo ei, quod nulla obliuione delebitur, qui vicerit, faciam columnam in templo Dei. Nota in ædificio animæ nostræ ponuntur exempla sanctorum, vt fortitudo, quasi lapis solidus, vel quasi columna ad sustentandum. Faciam eum columnam in templo Dei patientia, quasi lapis quadratus multis functionibus. 1. Petr. 2. *Et ipsi tanquam lapides viuui super-*

1. Petr. 2.

*adificati, &c.* Quos diligo corrigo, dupliciter Deus hominem flagellat primo vt parcat, secundo perdendo non parcat, quando scilicet homo ex correctione non emendatur. Ierem. 30. *Plaga inimici percussit te castigatione crudeli.*

Ierem. 30.

## C A P. IV.

**A**nimal primum simile leoni, secundum vitulo, tertium homini, quartum simile aquila volanti. Nota quod quatuor Euangelistis hæc quatuor animalia aptantur, quia nobilissima sunt in genere suo. Nam leo rex est ferarum; vitulus dux armentorum; Aquila rex auium; & homo nobilissima creaturarum.

Moraliter per hæc quatuor animalia signantur, quatuor genera hominum in ordinibus, scilicet Prælati, Priores & Correctores.

Item, Prædicatores & confessores.

Item, conuersi & corporalium prouisoires.

Item, contemplatiui & studentes.

Per Leonem signatur Prælati. Nam sicut leo animalia sibi subdita diligenter custodit & defendit, sic bonus Prælati suos. Ecclesiasticus 7. septimo. *Noli querere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates.* Lucæ secundo. *Pastores erant vigilantes super gregem suam.* Prouerbiarum 30. trigesimo. *Leo fortissimus bestiarum ad nullius puenit occursum.*

Item, Leo benignus est humilianti se ei, & crudelis rebellibus. Sic ad Prælatum pertinet parcere subiectis & debellare superbos. 2. Tim. 4. *Argue, increpa, obsecra.* 1. Thessal. 5. *Corrippe inquietos, consolare pusillanimes.* Prouerbiarum 19. *Quasi fremitus leonis ira Regis.* 1. Mach. 5. *Similis factus est Iudas leonis in operibus.* Isaiæ 11. *Vitulus leo, & ovis simul morabuntur.* Sed quando Prælati benignus est, bonum, & iustus, talis est vt in ore eius inueniatur mel. Iudicum decimo

2. Tim. 4.

1. Thessal. 5.

Prou. 19.

1. Mach. 3.

Isai. 11.

Item,

chalco. In auro purus affectus mentis, in aëre sonoro effectus boni operis designatur. Aurichalco sæpe incenditur, & meliorem accipit colorem: sic bonus Prælati quanto magis igne tribulationis incenditur, tanto clarior efficitur.

Et vox illius tanquam vox aquarum multarum. Sicut aquæ multæ, quæ cum impetu vadunt, omne obstaculum irrumpunt, sic vox prædicationis Prælati omne obstaculum vitiorum & impedimentum salutis debet irrumpere.

Et habebat in dextera sua septem stellas. Septem stellæ sunt septem glorificationes corporis & animæ, sapientia, amicitia, concordia, hæ erunt animæ: claritas, agilitas, subtilitas, immortalitas, hæ corporis. Has debet habere in dextera, vt quicquid cogitat, quicquid operatur totum sit dextrum, vt has septem stellas in vitæ æternæ dextera cum ouibus positus possit habere.

Et facies eius sicut sol lucet virtute sua. Facies Prælati sunt ipsius opera, per quæ sicut per faciem cognoscitur. *A fructibus*, inquit Math. 7. *eorum cognoscetis eos.* Quæ si fuerint bona, lucebunt sicut sol in virtute. Vnde Dominus Math. 5. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in caelis est.* Si talis fuerit Prælati, vere poterit dicere, *Ego sum pastor bonus.*

Et de ore eius gladius ex vtraque parte acutus exhibit. Gladius est confessio, quæ debet ex vtraque parte acuta esse, vt vitia spiritalia & carnalia valeat refecare.

Dilexit nos & lauit nos à peccatis in sanguine suo. Nota, sanguis extractus à latere columbæ absterget maculas sanguinis ab oculo. In ipsius ergo honorem & reuerentiam quicquid sumus, quicquid possumus exhibere debemus, qui maculas sanguinis, id est, peccati abstergit ab oculo animæ nostræ sanguine suo. Columba Christus carens felle, gemitum & planctum promens latus suum aperiri voluit vt sanguinis maculam abstergeret, & cuiuslibet paradisi portam aperiret.

Accinctus zona aurea ad mamillas. In peccore amor charitate circuncinctus in mamillis dulcor pietatis lactans paruulos, & facies eius velut species fulguris, quia resplendit facies eius sicut sol.

## C A P. II.

**S**cio vbi habitas, vbi est sedes sathana. Inuidi sunt sedes diaboli. Vnde Iob 37. *Ingredietur bestia latibulum suum, in antro morabitur.* Latibulum & antrum corda designant inuidorum quæ fuligine inuidiæ sunt obscurata, antrum est quasi atrum seu obscurum.

Iob 37.

Dabo tibi coronam vitæ. Qui in stadio doctrinæ Euangelicæ, & decem decalogi præceptorum, & quinque sensuum delectationis mortificandæ bene currit brauium, id est, remunerationem coronæ incorruptibilis accipit.



Item, leo rugitu suo fœtum mortuum suscitatur, id est, ad vitam excitatur; Sic Prælatus mortuos per prauitatem, vel negligentiam, vel iniustitiam, vel tristitiam & acidiam exhortatione sua & oratione viuificat. Hinc Christus Ioan. v. decimo, super Lazarum mortuum clamans & fremens resuscitauit eum. Sic rugiebat Apostolus Galat. quarto. *Filioli mei quos iterum parturio.* Hinc Helisæus super puerum resuscitandum clamauit, 4. Regum 4.

Item, leo vestigium suum cauda delet, ne à venatoribus capiatur. Sic Prælatus consideratione supremi finis bona sua debet occultare à vana gloria, & quasi annihilare. Nam Prælatus maxime occasiones habet elationum. Sed Luca decimo septimo dicitur, *Cum feceritis omnia qua precepta sunt vobis, dicite, serui inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus.* Ideo Apostolus, primæ Corinthiorum decimo quinto, *Ego sum minimus Apostolorum.*

Item, ad retardandam feritatem leonis dedit ei natura febres quartanas. Sic Dominus Prælatis semper aliquem defectum dimittit ad humiliationem ipsorum, vt Paulo stimulum carnis, Angelum sarhanæ, qui ipsum colaphizet. secundæ Corinthiorum duodecimo. Iud. 3. *Hæ sunt gentes quas diuisit Dominus, vt erudias in eis Israel.* An non quasi febris fuit Petro negatio sua, & dubitatio Thomæ?

Per hominem significantur Prædicatores & confessionum auditores. Nam sicut homo proprie est animal rationale & mansuetum natura, sic prædicatori; & confessionis auditori maxime conuenit ratio & discretio, vt sciat prudenter conuersari in medio huius prauæ & peruersæ nationis; & discernere lepram à lepra.

Item mansuetudo, & affabilitas. Vt sicut dicitur Iob vigesimo sexto. *Obstetricante manu eius educatur coluber tortuosus de cordibus peccatorum.* De his duobus dicit Dominus in Euangelio. *Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbe.* Matthæi decimo capite. Bene autem per hominem notatur discretio, nam sicut homo est nobilissima creatura, sic discretio præcipua virtutem.

Per vitulum, qui terram exercet significantur procuratores temporalium. Vnde bouis facies à sinistris fuisse dicitur, per sinistram enim temporalia intelliguntur. Prouerborum decimo quarto. *Vbi non sunt boues, præsepe vacuum est. Vbi autem apparent plurima segetes, ibi manifesta est fortitudo bouis.*

Nota, bos iugo collum subiicit & corpus exhibet immolanti; sic isti in sæcularibus occupati debent in obedientia & voluntaria pœnitentia & fatigatione perfecti inueniri.

Per aquilam volentem, quæ supremum istorum quatuor animalium est, intelliguntur contemplatiui, quorum status cæteris sublimior est & quietior. Iob trigesimo nono. *Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila & in arduis ponet nidum suum?*

Item à longe contemplatur escam, Apocalypsis octauo. *Et vidi & audiui vocem vnus aquila volantis per medium cali, &c.* Hi sunt aquilæ qui recto obtutu solem intuentur. Vera autem aquila non volat ad muscas sic nec contemplatiui debent diiudicare de iis quæ ad ipsos non pertinent, sed solem suum assidue contemplari. Ab his quatuor trahitur regula religionis. Si

ergo irent hæc animalia in omnibus proficiendo, starent in iustitia firmiter persistendo, eleuarentur ad cœlestia, contemplando; sequerentur & rota, id est, sæculares, & sic spiritus vita esset in rotis Ezech. 1.

Nota, & dic conuentibus, quomodo ibant ad bona opera & non reuertebantur ad mundum & vitia derelicta.

Nota de profectu horum animalium. Dicitur enim, *Quod ibant in similitudine fulguris coruscantis.* In fulgure notatur velocitas, caliditas, & claritas. Hæc tria debent maxime prædicatoribus conuenire; velocitas quando mittuntur ad officium prædicationis peragendum. Prouerborum sexto. *Fili mi si sponderis pro amico tuo, discurre, festina, suscita amicum tuum.* Vnde velocitas eorum volatui nubis & columbæ comparantur. Isaia sexagesimo. *Qui sunt isti qui vt nubes volant & quasi columba ad fenestras suas?* Vnde ad velocitatem intimandam præcipit eis Dominus Luca decimo. *Nolite portare sacculum neque peram, neque calcamenta, & neminem per viam salutaueritis.* Vt scilicet sine onere sint expediti, nec salutando immorentur. Hinc Isaia. decimo octauo. *Ite Angeli veloces ad gentem conuulsam & dilaceratam,* scilicet peccatis. Et Ecclesiastici trigesimo secundo. *In omnibus tuis operibus esto velox.* Vnde officium prædicationis in Ioanne Baptista vocatur cursum, Actuum decimo tertio, vbi dicitur, *Cum impleret cursum suum dicebat, quem me arbitramini esse? non sum ego, &c.*

Item, calidi debent esse per feruorem charitatis. Vnde in Apostolos missus est Spiritus sanctus in forma ignis vt eos calefaceret ad alios incendendos, quia qui non ardet non incendit.

Item, lucidi debent esse per doctrinam, exemplum, & famam. Matth. 5. *Vos estis lux mundi. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in calis est.*

## C A P. VI.

**I**ste sol factus est niger vt saccus cilicinus. Sacco enim nostræ humanitatis cooperuit lucem suæ diuinitatis. Psal. inquam Psalm. 68. *vestimentum meum cilicium.* Et quid tibi Dei fili, & cilicio? Hac veste non Deus, sed creatura, non creator sed peccator merito debet indui, pœnitentis, non peccata induentis est vestimentum. Quid ergo tibi & cilicio? multum quidem & per omnem modum peccatori homini necessarium, quia pœnitentia me fecisse hominem, id est, pœna tenet me pro homine. Vnde Isaia. 43. *Seruire me fecistis in peccatis vestris, præbuisistis mihi laborem in iniquitatibus vestris.* Et Isaia. 1. *Liberaui sustinens factus, est ergo sol niger quasi saccus cilicinus. Sub cilicio carnis abscondit se candor lucis æternæ.*

Luna to'a facta est vt sanguis. & Ioël. 2. *Luna conuertetur in sanguinem.* Deus fecit duo luminaria, luminare maius, & minus. Maius est Angelicus spiritus? luminare minus est anima hominis. Vnde dicitur luna quasi lucentium vna. Ad hoc enim hominis anima creata est, vt cœlestia sapiens tanquam vna ex illis beatis spiritibus creatorem

creatorem laudaret, & cum Dei filiis iubilaret; sed ex nimia terræ vicinitate contraxit nigredinem & amisit claritatem, ideo necesse est vt si ipsam vult recuperare, prius tota vertatur in sanguinem. Sanguis est contritio cordis, de quo Hebr. 9. *Accipiens, inquit, Moyses sanguinem vitulorum & hircorum cum aqua & lana coccinea & hyssopo, ipsum quoque librum & omnem populum aspersit, dicens: Hic sanguis testamenti quod mandauit ad vos Deus. Etiam tabernaculum & omnia vasa ministerij sanguine similiter aspersit. Et omnia penè in sanguine mundantur, & sine sanguinis effusione non fit remissio.* Ecce quomodo luna facta est vt sanguis.

Et ecce equus niger, qui est mercenarius, non sereno gratia, sed fusco culpæ coopertus. Et qui sedebat super eum habebat stateram in manu sua. Sessor equi nigri, id est, mercenarij, spiritus negotiationis, cuius calcariis excitatus columbam, id est, gratiam Dei quæ debet gratis dari, tanquam negotiator pretio vendit, & sic domum Dei facit domum negotiationis. Hic habet in manu stateram dolosam. De qua Osee 12. *Chanaam in manu eius statera dolosa, calumniam dilexit.* Chanaam negotiator interpretatur, & significat Ecclesiæ mercenarium, qui sæcularibus negotiis implicitus curam non habet de Dei ouibus.

Idem est negotiatio in Clerico quod vsura in Laico: in huius manu est statera dolosa quia aliter prædicat, & aliter viuunt. Agit aliud, & aliud ostendit, paupertatem prædicat, cum sit auarus; castitatem, cum sit gulosus; ieiunium & abstinentiam, cum sit gulosus. Onera graui & importabilia imponit humeris hominum, digito autem suo non vult ea mouere. Hæc est statera dolosa.

Et ecce equus pallidus, & qui sedebat super illum nomen eius mors, &c. Sicut miles, per equum sternit hostem, sic diabolus cui nomen est mors, quia per eum mors intrauit in orbem terrarum. Per huius sæculi tyrannum diruit & conturbat Christi Ecclesiam, quem mercenarius cum viderit venientem, dimitit oues & fugit, & lupo rapit & dispergit oues: Iste dimittit, & ille rapit.

Videt equum pallidum & nigrum, & qui sedebat super eum habebat stateram in manu sua, & equum rufum, & qui sedebat super eum, datum est ei vt sumeret pacem de terra, & datus est illi gladius magnus, & vidit equum album & qui, &c. habebat arcum. Equus pallidus significat falsos fratres, simulatores & callidos, qui super se prouocant iram Dei: hi sunt in atrio, De quo Apocalyp. 11. *Atrium quod est extra templum eice foras, & ne metiaris illud.* Acuitate enim Hierusalem falsi hypocritæ efficiuntur foras cum claudetur ianua, qui modo non sunt mensurati mensura veritatis. Atrium vero ab antro vel atro dicitur, quia atrium proprie culina dicitur, id est, coquina vel latrina. Nam hypocrita, qui modo decoquunt, id est, affligunt carnes in coquina simulatæ sanctitatis, à Domino proiciuntur in latrinam æterni fœtoris.

Item, equus niger significat nouiter conuersos, quia falso mundi candore deposito nigredinem pœnitentiæ assumunt. Qui dicunt Thren. 5. *Pellis nostra quasi clibanus exusta est: ex igne enim contritionis & labore satisfactionis exurit, id est, extra virtutis pellis mortificati corpo-*

ris. Isti debent habere stateram in manu vt sicut exbuerunt membra sua seruire immunditiæ, luxuriæ, & iniquitati ducenti ad aliam iniquitatem, id est, mali consummationem, ita tunc exhibeant membra sua seruire iustitiæ. ducenti in satisfactionem in boni confirmatione. Hi sunt in ostio templi, de quo Apocal. 4. *Vidi, & ecce ostium apertum in caelo.* Ostium est Dei misericordia parata suscipere pœnitentes. De hoc ostio vel porta, Ezech. 40. *Ecce vir cuius erat species quasi species aris.* In ære sonoro & durabili est sonus confessionis & perseverantiæ finis: quæ duo quilibet pœnitens debet habere. In funiculo lineo satisfactionis afflictio; in calamo, mensura doctrinæ designatur. Calamus mensuræ est in manu cum operatio mensuratur. Hæc omnia si vir habuerit, rectè potest stare in porta, id est, confidere de Dei misericordia.

Item equus rufus significat proficientes, qui spiritu Dei sunt feruentes, in tribulationibus gaudentes. Isti sumunt pacem de terra, id est, carnem suam crucifigunt cum vitijs & concupiscentiis. Istis datur magnus gladius. Per quem intelligitur discretio quam debet habere in operibus pœnitentiæ. Hi igitur sunt in medio templi, id est, latitudine charitatis, qua suscipitur Dei misericordia.

Item, equus albus significat perfectos, qui iam sunt in oraculo Cherubim gloriæ prospicientes, & manna diuinitatis, quæ est vota aurea humanitatis, degustantes. Isti habent in manu arcum, id est, victoria de mundo, de diabolo & carne triumphantes.

Vidi, & ecce equus albus. Ecce formositas equi secundum glossam fuit Christi humanitas cui diuinitas insidebat, quæ fuit alba, quia baptizata, non vt munditiam in ea faceret, sed vt doceret. Et qui sedebat super eum, ecce nobilitas. Hæc refertur ad diuinitatem. Dicitur autem super, ratione transcendentia: sed hoc dicit super quod tangit ad figurandum vnionem. *Exiit vincens vt vinceret;* Ecce animositas, siue virilitas & strenuitas. Exiit in desertum huius mundi, ad quod ducit eum spiritus pietatis, vt quæreret ouem perditam. *Et habebat arcum in manu,* id est, scientiam & doctrinam & scripturam in potestate & opere, vt prius faceret quod doceret. Ecce sagacitas.

Nota hic quomodo ille arcus emittebat sagittas, id est, sententiam scripturarum contra inimicum, & semper in omni iactu hostem enormiter verberabat vel vulnerabat quando dixit, *Non in solo pane viuunt homo, &c.* Sed aduerte quod hodie prædicatores non vincunt, quia arcum, id est, scripturam non portant in manibus, id est, in operibus, sed in ore.

## C A P. VII.

**Q**ui est in medio throni, id est, in sinu patris, reget & deducet illos ad fontes aquarum, id est, satietatem cœlestium gaudiorum.

## CAP. VIII.

**A**scendit fumus incensorum de orationibus Sanctorum: Beatos Spiritus tunc Dominus audit, cum nostræ deuotionis oblationem per operum ministerium gratanter accipit.

## CAP. IX.

**A**scendit fumus putei sicut fumus fornacis magna, & obscuratus est sol & aer. De fumo putei exierunt locustæ in terram. Fumus excæcans oculos rationis ascendit de puteo mundanæ cupiditatis, quæ est fornax magna Babylonis. Ex isto fumo obscuratus est sol & aer. Sol & aer religiosos significant: Sol quia debent esse puri calidi & lucidi, puri castitate, calidi charitate, lucidi paupertate. Aer, quia aerei, id est, contemplatiui debent esse; sed peccatis nostris exigentibus exiit fumus de puteo cupiditatis & plures iam infumauit. Vnde deplorat Ierem. Thren. 4. Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus? Sol & aurum aer & color idem significant, splendor solis & auri est obscuratus. Aer & color mutatus est. Et vide quod proprie dixit obscuratus & mutatus. Fumus enim cupiditatis obscurat splendorem religionis, & infumat optimum colorem cælestis cõtemplationis, in qua facies animæ mixtim perfunditur optimo colore, candido scilicet & rubicundo, & candido scilicet Dominicæ Incarnationis, rubicundo passionis, candido eburnæ castitatis; candore rubicundo, ardenti desiderio cælestis sponsi. Iste optimus color heu hodie mutatur, quia fumo cupiditatis infumatur. De quo subditur.

Et de fumo putei exierunt locustæ in terram. Locustæ propter saltum quem faciunt significant religiosos, qui iunctis duobus pedibus paupertatis & obedientiæ debent saltare ad altitudinẽ vitæ æternæ. Sed pro dolor! retrogrado saltu de fumo putei exierunt in terram, ut dicitur. Exod. 10. Operuerunt vniuersam superficiem terræ. Hodie non fiunt nundinæ; non celebrantur curiæ sæculares, vel Ecclesiasticæ. In quibus non inuenias monachos & religiosos, emunt & reuendunt; ædificant, & destruant; mutant quadrata rotundis, in causis parentes prouocant; coram iudicibus litigant de necessitatibus, legistas conducunt, testes iuducunt, cum ipsis parati iurare pro re transitoria, friuola & vana. Dicite mihi, ô fatui religiosi! nunquid in Prophetis vel Christi Euangeliis, aut Pauli Epistolis, nunquid in Regula mea beati Benedicti, vel Augustini istas litigationes & euagationes, & causarum pro re transitoria & peritura acclamationes & protestationes inuenistis? bene ergo dicitur quod ascendit fumus putei, &c.

Et nota, quod puteus mundans cupiditatem dicitur septimus. Et hoc duabus de causis, vel quia septima est, lacus septimus criminalium. Cupiditas ut dicitur Timoth. 6. est radix omnium malorum, vel quia septimus dies non legitur habere vesperam, sic nec cupiditas sufficien-

tia habet fundum. De hoc infelici puteo egreditur peccator pœnitens.

Audiuisti vocem vnã ex quatuor cornibus altaris aurei, quod est ante oculos Dei. Altare aureum est cor purum, quod habet quatuor cornua, id est, quatuor virtutes principales, ex quibus procedit vox contritionis & confessionis. Tale altare semper est ante oculos Dei, quia in idipsum misericordia respicit. Vnde Isai. 66. Ad quem respiciam nisi ad humilem & quietum? &c.

Sequitur. Et accepit candelabrum luminis, id est, extinxit lumen rationis. De quo Matth. 6. Si lumen quod in te est tenebra sint ipse tenebrae quanta erunt? Et mensam propositionis, id est, dulcedinem contemplationis. De qua Psal. 22. Parasti in conspectu meo mensam, &c. Et ornamentum aureum, id est, charitatem, quæ ornat faciem templi, id est, opera cuiuslibet Christiani, qui, ut dicit Apostolus, templum Dei Sanctum est, &c. Hæc omnia semel diabolus abstulit primo parenti & quotidie nititur auferre cuiuslibet homini.

## CAP. X.

**V**idi alium Angelum fortem descendentem de celo amictum nube, & iris in capite eius, &c. In Angelo noratur plenitudo munditiæ in alio, scilicet à malis, quos ante viderat Ioannes: iustitiæ fortitudo, valetudo potentie in descensu magnitudo clementiæ. Hic descensus non est aliud quam noua operatio in terrenis: quia operatione seipsum manifestat. Et si dicatur quod Euangelista non dicit eum hic descendisse, sed discipulos montem cum eo ascendisse. Responso. Eadem est via qua ascenditur & descenditur, imo idem est ascensus & descensus. Operans igitur aliquid saluator in se descendere dicitur scilicet in illis quibus releuat. Hic dicitur ascendere, quia per talem ascensum ipsi ascendunt in Deum. Exemplum de eius assumpta humanitate in qua ipsius descensus fuit noster ascensus. Amictum nube, id est, vestitum carne mundissima, quia nubes dicuntur, quia velant corporis claritatem, sicut sol splendorem, Ezechiel. 32. Solem nube regam. Et iris in capite eius, id est, vidi eum coronatum dotibus quatuor corporis in quatuor coloribus Iridis figuratis. Sunt enim in Iride quatuor colores correspondentes quatuor elementis; &c. Et figurant quatuor dotes: homo enim compositus est ex quatuor elementis; ex quolibet trahet vnã dotem, quoniam scilicet trahentur elementa ad optimam proportionem. Nam nunc ignis offuscatus ex aliorum permixtione, scilicet tunc conuertantur in claritatem: Aer prægrauatur graui infectus admixtione; sed tunc conuertetur in agilitatem. Aqua inspissatur ex turbulenta admixtione, sed tunc peruertetur in subtilitatem. Terra etiam tunc multis scissuris exposita permutabitur in passibilitatem. Per Iridem igitur in qua sunt quatuor colores, quatuor elementis correspondentes, decor dotium intelligitur.

In ore ipsorum dulcis resonabat sonus. Gratia Spiritus sancti est larga quo ad charitativam communicationem, quia dat res temporales subueniendo, cor compatiendo, 2. Cor. 12. Quis infirmatur & ego non infirmor? rapida quoad prom-

ptum operationem, quia amor Dei nescit esse otiosus, procliuâ descensione, scilicet per humilitatem, recurua, quoad gratiarum actionem.

Item, quoad reductionem, quia sicut à Deo venit, ita ad Deum perducit; sonora quoad honestam locutionem.

## CAP. XII.

**D**ata sunt mulieri duæ ala Aquila magna ut volaret in desertum. Mulier ista animam pœnitentem significat, De qua Iesus ait Ioan. 16. Mulier cum parit tristitiam habet. Mulier, id est, anima cum parit in confessione peccatum quod concepit in delectatione, tristitiam habet & habere debet. Huic mulieri dantur duæ aquilæ alæ. Aquila ab acumine visus vel rostri sic dicta virum iustum significat: aquila enim acutissimi visus est, quando eius rostrum fere nimia senectute crocissit & incuruatur, ad petram acuit, & ita reiuuenscit: sic vir iustus contemplationis acumine veri solis splendorem intuetur, & si aliquando eius rostrum, id est, mentis affectus aliquo peccato crocissit, ne solitum cibum internæ dulcedinis capere possit, statim ad petram confessionis, & sic gratiæ iuuentute reiuuenscit. Vnde Psal. 102. Renouabitur ut aquila iuuentus tua. Huius aquilæ duæ sunt alæ, amor, & timor; de quibus Iob 39. Nunquid per sapientiam tuam plumescet accipiter expandens alas suas ad Austrum? Aquila & accipiter in hoc loco virum iustum significant. Et nota quod accipiter duo facit; pede capit, & non capit auem nisi volantem; sic vir iustus pede affectus capit, & non capit bonum nisi volans; de terrenis non curat. Hic per sapientiam Dei plumescit: plumæ accipitris sunt puræ cogitationes viri iusti, quæ per Dei sapientiam (quæ dicitur à sapore) ordinatæ in iusti mente succrescunt. Quantum enim de Deo sapit, tantum plumescit; quantum de ipsius saporis dulcedine sentis, tantas bonarum cogitationum plumas emittis; & sic iste accipiter expandit alas suas, id est, amorem & timorem diuinum ad Austrum, id est, ad Iesum, qui ab Austro venit, ut calorem nutritium emittat, & gratiam conferuatiam in ipsas perfundat. Hæc duæ alæ dantur mulieri, id est, animæ pœnitenti, quibus à terrenis eleuata aduolet in desertum, locum pœnitentiæ.

Misit serpens post mulierem aquam tanquam flumen. Delectationes mundanæ sunt aquæ periculose, quæ demergere habent animam; & ideo delectatio dicit, si quis sitit in mari, id est, in amaritudine culpæ, tandem habebit amaritudinem pœnæ. Hæc autem est aqua quam diabolus misit post mulierem. Apocalypf. 12. Vide figuram. Hic namque fluuius est delectationis mundanæ memoria. Et ideo bene post mulierem mittitur. Ibi notatur quoad figuram quod filium quem parit concepit ex Deo, scilicet gratiam. Vnde, Spiritus sanctus superueniet in te, Luc. 1. Hanc vult draco deuorare, quia etsi conceptionem impedit non potuit, saltem per inanem gloriam vel ingratitude vult ipsam perimere. Nota, periculum est puerum nudare, & exponere aëri vel vento propter teneritudinem. Sic de opere nouiter facti, &c. Ideo vadit mulier ad solitudinem. Puer autem tunc ac-

cipitur à Deo qui in vita eum conseruat. Aduertendum tamen quod istis aquis & hoc fluuio est licitum uti temperate.

Vidit mulierem qua clamabat parturiens & cruciabatur ut pareret: & draco magnus stetit ante mulierem qua erat paritura, ut cum peperisset filium eius deuoraret. Et mulier peperit filium masculum, qui reclusus erat omnes gentes in virga ferrea. Et raptus est filius eius ad Deum, & persecutus est mulierem qua pepererat, & data sunt ei duæ ala aquila ut volaret in desertum in locum suum. Vbi alitur per tempus & tempora & dimidium temporis à facie serpentis. Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam flumen, ut eam faceret trahi à flumine. Et audiuit terra mulierem & absorbit flumen. Mulier hæc est anima, quæ debet esse fecunda, & sedula & gratiosa, Prouerb. 11. Mulier gratiosa inueniet requiem. Hæc clamat parturiens dum ingemiscit pro culpa præmissa ad gratiam, Isaiæ 26. Ad faciem tuam Domine, quam scilicet ad nos clementem vertis. Psal. Ostende faciem tuam Domine, & salui erimus. Concipimus per voluntatem, & quasi parturiuimus per delectationem, & peperimus per spiritum salutis, spiritus videlicet timoris, qui est initium sapientiæ, vnde bene dicitur; Hic qui peperit masculum, quia timorem sanctum & perfectum. Draco iste deuorare cupiens, est ille de quo 1. Petr. 2. Aduersarius vester diabolus, &c. Sed raptus vsque ad Deum filius, per tempus, id est, vsque ad diuinam protectionem & defensionem. Mulier dantur duæ alæ, scilicet ieiunium, quo corpus superleuatur, ne animam deprimat, & oratio qua mens siue anima ascendit in Deum, hæc duæ alæ vocantur aquilæ propter sublimitatem perfectionis, Iob 39. Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila? &c. Propter agilitatem incessionis, propter extensionem dilectionis, Deut. 31. Sicut aquila pronocans ad volandum pullos suos expandit alas suas.

In capite suo habebat coronam stellarum duodecim. Mulier enim ista est anima martyris, corona stellarum duodecim gloria eius: quæ ex duodecim gaudiis constat, sex à sinistris de euasione mali, & sex à dextris de adeptione boni.

## CAP. XIII.

**B**ati mortui qui in Domino moriuntur. Nota, quod mors describitur in his verbis. Circa quam tria proponit Apostolus Ioannes, scilicet debitum naturæ; Vbi dicit, mortui. meritum gratiæ; vbi dicit, qui in Domino moriuntur. præmium gloriæ, vbi dicit, Beati.

Item, nota quod tria dat nobis Deus, scilicet viuere, bene viuere, & semper viuere; dat enim viuere in creatione, bene viuere in iustificatione, semper viuere in glorificatione; sed viuere parumper est illi, cui non datur, aut qui non studet bene viuere; & bene non sufficeret, si non daretur semper viuere. Sed datur, quia Beati. Debitum naturæ respicit ipsum viuere; meritum gratiæ bene viuere; præmium gloriæ semper viuere. Primam vitam aufert mors naturæ, secundam mors culpæ, tertiam mors gehennæ; sed beati mortui, qui in Domino moriuntur.

## CAP. XVI.

**S**ignum magnum apparuit in celo, mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim. Et in utero habens, & clamabat parturiens, & cruciatur ut pariat. Allegorice, mulier ista Ecclesiam significat, quæ bene dicitur mulier, propter multorum filiorum fecunditatem, quos ex aqua & Spiritu sancto generauit. Hæc mulier est amicta sole. Sol dicitur, quia solus apparet suis fulgoribus obscuratis cunctis sideribus. Sole est Christus qui lucem habitat inaccessibilem, cuius claritas omnium sanctorum radiolos si ei comparentur offuscat & denigrat, quia non est sanctus ut est Dominus. Si lotus fuero, ait Iob 9. quasi aquis niuis, & fulserint velut mundi: sicut manus mea, tamen sordibus intinges me, &c. In aquis niuis compunctio lachrymarum; in mundissimis manibus operationis perfectio designatur. Dicit ergo, si lotus fuero quasi aquis niuis, id est, compunctio; & fulserint velut mundi maxime fulgore perfectæ operationis, tamen sordidum intinges me, id est, sordidum me ostendes: & abominabuntur me vestimenta mea, id est, virtutes meæ vel mei corporis membra; si districte supple mecum volueris agere. Facti, inquit Isaiæ 64. fumus ut immundi, id est, leprosi, omnes nos, & quasi pannus menstruatus vniuersa iustitia nostra. Ille ergo sol solus est bonus, iustus, & sanctus, cuius fide & gratia Ecclesia est amicta.

Et luna sub pedibus eius. Luna propter sui mutabilitatem, huius miseri status instabilitatem significat. Versus, ludus fortunæ variatur imagine lunæ: crescit, decrescit, in eodem sistere nescit. Vnde Eccles. 27. Stultus ut luna mutatur. A cornibus enim superbiæ ad rotunditatem pilæ, id est, carnalis concupiscentiæ, & è conuerso, stultus huius sæculi, scilicet amicus mutatur. Rerum caducarum prospera mutabilitas debet esse sub pedibus Ecclesiæ, qui sunt omnes Prælati, qui ipsam tanquam pedes corpus debent sustentare. Sub his pedibus tanquam stercore omnia temporalia debent conculcari. Vnde Actuum 4. Quotquot possessores agrorum erant vendentes, offerebant pretia eorum qua vendebantur, & ponebant ante pedes Apostolorum, quia omnia tanquam stercore reputabant.

Et in capite eius corona duodecim stellarum. Hæc sunt duodecim Apostoli illuminantes noctem huius sæculi. Vos, inquit Dominus Mathæi 5. estis lux mundi. Corona dicta quasi capitis rota. Duodecim stellarum corona est fides duodecim Apostolorum, quæ est corona; quia non recipit additionem nec diminutionem, ut figura circularis, & hæc est completa. Ecclesia habet filios quos verbi Dei femine concepit. Clamat parturiens in pœnitentibus, cruciatur ut pariat in conuertendis peccatoribus. Vnde ipsa Baruch. 4. Ego derelicta sum sola, exui me stola pacis, indui me sacco obsecrationis, & clamabo ad Altissimum in diebus meis. Animæ quiores estote filij clamate ad Dominum, & eripiet vos de manu principum inimicorum, &c. Hoc fit in die cinerum quando emittuntur ab Ecclesia, & in die cœnæ quando recipiuntur.

Moraliter. Mulier amicta sole, &c. est fidelis anima, de qua Prouerb. 31. Mulierem fortem quis inueniet? procul & de vltimis, &c. Beata anima illa quæ virtute induta ex alto fortis inter aduersa & prospera consistit, & æreas potestates fortiter deuincit. Pretium huius mulieris fuit Christus, qui ad eius redemptionem procul, id est, de sinu patris secundum diuinitatem, & de vltimis finibus terræ, id est, pauperculis parentibus venit secundum humanitatem. Vel per pretium virtutem accipe, hæc pretio redimitur. Vnde Salomon Prouerbiorum decimo tertio. Redemptio mihi propria diuitia, id est, virtutes. Virtus de procul, viria, familiaria, quia à nobis, virtutes de sursum. Hæc mulier est amicta sole.

Nota, quod in sole sunt tria, candor, splendor, & calor: in candore castitas, in splendore humilitas, in calore charitas designatur. Ex his tribus fit pallium fidelis animæ cælestis sponsæ. De quo pallio dixit Boos ad Ruth capite tertio. Expande pallium quo operiris, & tene vtraque manu. Qua extendente & tenente mensus est sex modios, & posuit super eam. Boos interpretatur fortis: Ruth, videns vel festinans interpretatur. Quid extensio pallij, & vtraque manus? Ruth est anima, quæ huius mundi miseriam, diaboli fallaciam, carnis concupiscentiam videns, festinat ad vitæ æternæ gloriam. Hæc pallium extendit cum castitatem, charitatem, & humilitatem non sibi sed Deo attribuit, & ad ædificationem proximo; vtraque manu, scilicet timoris & amoris ne perdat, tenet. Manus dicta eo quod hominem munit, vel eo quod fit totius corporis munus. Ipsa etiam cibum ori ministrat, & omnia operatur. Si timor & amor Dei hominem muniunt ne cadat, munus gratiæ infundunt ut perseueret. Si hoc pallium anima ita extenderit & tenuerit, Boos, id est, Christus fortis & potens merietur ei sex modios, in hordeo rigor vel asperitas pœnitentiæ designatur, quæ consistit in sex, in contritione, confessione, ieiunio, oratione, elemosynarum largitione, & finali perseuerantia.

Audiui vocem magnam de celo dicentem septem Angelis, ite & effundite septem phialas ira Dei in terram. Et primus Angelus effudit phialam suam in terram, secundus in mare, tertius super flumina, & fontes aquarum; quartus in solem; quintus super sedem bestia; sextus in flumen magnum Euphratem; & septimus in ærem. Per terram, avari & vlturarij: per mare, superbi & inflati: per solem, vane gloriosi; per sedem bestia, inuidi & accidiosi: per flumen Euphratem, quod interpretatur abundantia, ebrii & gulosi: per ærem, falsi religiosi designantur.

De terra avaritiæ dicit Dominus serpenti, Genes. 3. Terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ, quia avari cibus sunt diaboli.

De mari superbiæ Iob 28. Mare loquitur, non est mecum, scilicet sapientia, quia Deus superbis resistit. De flumine luxuriæ. Exod. 1. Præcepit Pharaon omni populo suo dicens, quicquid masculini sexus natum fuerit, in flumen prouicite. Pharaon interpretatur dissipans vel discoperiens eum, & significat diabolum, qui postquam virtutum fabricam dissipauit, hominem miserum pallio gratiæ discooperit & denudat. Hic omne corpus virile, virtuosum, & perfectum quærit interficere. Fœminas vero, id est, mentes effœminatas reseruare, quibus abutatur.

De

De sole vanæ gloriæ dicitur Math. 13. De seminibus seminatis. Sole autem orto astuauerunt, & quia non habebant radicem, aruerunt. Semina sunt bona opera, quæ sole vanæ gloriæ æstuante ardescunt. Quicquid enim propter vanam gloriam facis, totum amittis. Bernardus, tibi cinis & puluis gloriæ quæris; Vnde de vitæ sanctitate? sed spiritus est qui sanctificat, non tuus, sed Dei. An blanditur tibi fauor popularis, qui verbum bonum bene depromis? Sed Deus est qui dedit os & sapientiam. Quid est lingua tua nisi calamus scribæ velociter scribentis? Dicit Philosophus Socrates, Compendiosa eis via ad gloriam peruenirent qui darent operam ut quales videri vellent tales essent. De sede inuidiæ in qua habitat bestia, id est, diabolum, dicitur Apocalyp. 2. Scio vbi habitas, vbi sedes est sathanæ. Inuidi sunt sedes diaboli; Vnde Iob 37. Ingredietur bestia latibulum suum, in antro suo morabitur. Latibulum & antrum corda designant inuidorum, quæ fulgine inuidiæ sunt obcurata. Antrum est quasi atrum seu obscurum. De Euphrate gulæ dicitur Ierem. 13. quod lumbare compuruit, in abundantia, scilicet gulæ & ebrietatis. Dicit idem Philosophus, ede & bibe ut bene viuas, non viuas tantum ut edas & bibas. De ære falsæ religionis. Apocal. 9. Obscuratus est aer de fumo putei. Puteus est cupiditas, cuius fumus omnes ferè religiosos iam infumauit. Omnes illi qui istis septem vitiis fuerint irretiti in huius vitæ septenario, inebriabuntur septem phialis, id est, septem plagis, id est, septem iudicialiis sententiis in inferno, in corpore enim & anima quibus peccauerunt æternaliter punientur.

## CAP. XVII.

**V**idi mulierem sedentem super bestiam coccineam plena nominibus blasphemiam, habentem cornua decem, & mulier erat circumdata purpura & coccino & inaurata auro & lapide pretioso & margaritis, habens poculum aureum plenum abominationibus. Mulier à molliæ dicta, molles illos significat qui Euæ à qua peccatum incepit conformantur. De qua Salomon Eccles. 9. Mulier fornicaria quasi sterco in via. Stercus dictum, quia stratum in agris. Mulier fornicaria sunt omnes mundani qui conculcantur à demonibus tanquam sterco à transeuntibus. Mulier sedet super bestiam coccineam, id est, diabolum, qui vastat animæ virtutes, qui est sanguineus in se, & in suis. Super hunc scilicet diabolum sedent mundani, quia ipse est, fundamentum eorum cui innituntur: Sed qui diabolo de cælo labenti innititur, necesse est ut cum labente labatur. Vnde Iob 40. Videntibus cunctis precipitabitur, tam ipse quam reprobi quorum ipse est caput. Plenam (inquit) nominibus blasphemiam. Diabolum habet tria nomina, ut dicitur in hac Apocalypsi Hæbraicè abdon, Græcè apollion, Latine habens nomen exterminans. Vel dicitur apollion Græcè ἀπολλιος, id est, noxius; qui est infernalis dictus. Hæc sunt nomina blasphemiam quibus diabolum & eius membra Deum blasphemauit; sunt enim exterminantes, id est, extra terminum vitæ æternæ se & alios ponentes.

Habentem capita septem & cornua decem. Septem capita sunt septem vitia. De quibus Psal. 54. Vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate. Die ac nocte circumdabit eam super muros eius iniquitas, & labor in medio eius, & iniustitia: & non defecit de plateis eius vfura, & dolus. Ciuitas sanguinis vniuersa, plena mendacij, inquam Dominus non ingreditur, est collecta multitudo carnalium, in qua est iniquitas ad Deum, quæ hic bis ponitur, quia duobus modis contra Deum peccatur, committendo, scilicet & omittendo. Contradictionem ad prælatum, labor & iniustitia ad te ipsum, vfura & dolus ad proximum. Decem cornua sunt, de quibus Apostolus ad Roman. 1. Repletos quidem omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia homicidio, contentione, & emulatione, dolo & malignitate. Vel septem capita, & decem cornua sunt illa de quibus, Sap. decimo quarto. In fine, omnia commixta sunt, sanguis, homicidium, furtum &c. vsque idolorum cultura.

Sequitur: mulier erat circumdata purpura, &c. In purpura amor dignitatis, in coccino, quod sanguinei est coloris, crudelitas mentis, in auro mundana sapientia, in lapide pretioso & margaritis diuitiarum opulencia designatur. Ista mulier fornicaria Babylon magna Sathanæ synagoga carnalium turba circumdatur & ornatur. De qua subditur, habens poculum aureum in manu sua, &c. Poculum & calix aureus in manu Babylonis est mundi gloria foris aurea, sed intus omni spurcicia & abominatione plena. Vnde Prou. 31. Fallax gratia, & vana pulchritudo. Hoc calice inebriantur Reges mundi, aliqui Ecclesiæ Prælati, & aliquæ Religiosæ & Religiosi. Vnde Ioan. Cum qua, inquit, fornicati sunt Reges terra & inebriati sunt, qui habitant terram de vino prostitutionis eius.

Nota, Ebrius nunquam habet viam satis latam, nihil etiam sentit, sic etiam illi cupidi gloriæ. Vnde Ierem. Thren. 4. Gaude & letare filia, Edom qua habitas in terra Hus; ad te quoque perueniet calix, inebriaberis atque nudaberis. Edom filia est mens carnalium effœminata, vel populosa. Huic ironice Ieremias loquitur, gaude & letare. Gaudet in sæculi abundantia, lætatur in carnis luxuria. Hæc habitat in terra Hus, quæ interpretatur consilium. De qua Isai. 19. Sapientes consilij Pharaonis dederunt consilium insipientis. Sapientes huius mundi dant consilium insipientis, quætere scilicet temporalia, fugientia apprehendere, falsæ mundi promissioni credere. Istiusmodi consilio filia Edom decepta calice aureo mundanæ gloriæ inebriatur, & postmodum denudatur. Huius etiam sæculi amatores post temporalium ebrietatem nudabuntur ab omnibus bonis, & nudati damnabuntur pœnis æternis.

Mulier qua sedebat super bestiam coccineam erat circumdata purpura & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioso, & margaritis, habens poculum aureum in manu sua plenum abominatione & immunditia fornicationis eius, &c. Mulier est vanitas mundi, quæ sedet super bestiam, id est, diabolum, qui habet in manu poculum aureum, id est, claritatem dignitatis transitoriam plenum abominationibus & immunditia fornicationis. Conscientia & opera eorum qui hac in



puritate offuscantur, perhibent testimonium sibi & nobis quanta sit abominatio ibi, & fornicationes, & immunditia. Quicūque hoc poculo potatur sitiet iterum, & vinam non arderet cum purpurato epulone in æternum. Heu, heu omnes fere video currere ad potandum de hoc poculo. Ieremiæ secundo. *Cursor leuis explicans vias suas. Onager assuetus in solitudine.* In desiderio animæ suæ, sed attraxit ventum amoris sui. Sicut ventus ore aperto attractus non extinguit sitim, sed magis accendit, sic dignitatis vanitas aliquando potatorem suum ipsa siti interficit.

## C A P. XVIII.

**S**ustulit Angelus fortis vnum lapidem quasi molam magnum & misit in mare, dicens, hoc impetu mittetur Babylon illa magna ciuitas, & ultra non inuenietur. Angelus fortis est Christus qui potestates æreas deuicit; sustulit vnum lapidem quia eleuat malos habentes dura corda, vt grauius puniat, quasi molare magnum, quia per mundana voluntur, vel quia alios conterunt, & misit in mare, id est, amaritudinem inferni, vt quantum Babylon se exaltauit, & in deliciis fuit, tantum sentiat tormentorum.

## C A P. XIX.

**V**enerunt nuptia agni, & vxor eius preparauit se, & datum est illi vt cooperiat se byssino splendens & candido. Agnus dicitur quod præ cæteris animalibus matrem agnoscat. Et ideo significat Christum, qui cum in cruce penderet, matrem inter millia Iudæorum agnouit, & virginem virgini commendauit. Agni ergo nuptia, id est, Christi incarnatio venit, & ideo vxor eius, id est, sancta Ecclesia vel quælibet fidelis anima debet se præparare fide, & cooperire byssino, id est, castitate splendens quoad conscientiam, candido, quoad corpus. Quomodo Dei filij & beatæ Virginis nuptiis interesse potuit qui byssino castitatis indutus non fuit? quomodo Ecclesiam intrare, fidelium se cætui coniungere, & communioni Domini corporis præsumit interesse qui se nouit byssino splendens & candido, id est, castitate interiori & exteriori carere?

## C A P. XX.

**V**idi Angelum descendentem de celo, habentem clauem abyssi. Moraliter, Angelus est vir iustus, qui tunc de celo descendit cum vitæ suæ statum in terra viuens secundum cæli puritatem informare satagit, hic habet clauem abyssi & catenam. Clavis est discretio qua vir iustus claudit & aperit abyssum cogitationum; claudit, cum restringit; aperit, cum discernit. Catenam in manu est pœnitentia in opere. Vnde catena dicta quasi capiendi pluribus modis teneat. Dum enim contritioni confessio, confes-

sio satisfactioni, satisfactio dilectioni proximi concateratur, fit magna catena qua vir iustus ligat draconem serpentem antiquum, qui est diabolus & sathanas. In dracone notatur spiritus superbiæ; in serpente cogitatio venosæ luxuriæ, in diabolo qui Hebraicè dicitur ruens, auaritia; in sathana qui contrarius dicitur, malitia discordiæ. Hæc omnia vir iustus ligat catena per annos mille, dum draconem superbiæ coercet cordis contritione; serpentem luxuriæ, confessione; diabolum auaritiæ, satisfactione & eleemosynarum largitione; sathanam discordiæ, proximi dilectione, & hoc per mille annos, qui perfectus est numerus, id est, finali perfeuerantia.

## C A P. XXI.

**E**rit ciuitas, id est, anima nostra, aurum mundum simile vitro mundo, quid clarius auro? quid mundius vitro? & quid obsecro in generali resurrectione erit clarius & mundius anima hominis glorificati? tunc percussuram plagam nostram qua propter inobedientiam primi hominis percussus sumus sanabit Dominus, cum mortale hoc induerit immortalitatem. &c. Tunc paradus Domini, id est, gloria nostri corporis glorificati quatuor fluminibus, quæ sunt Phison, Gyon, Tygris, & Euphrates, irrigabitur, id est, quatuor dotibus, scilicet claritate, agilitate, subtilitate, & immortalitate decorabitur. Per Phison, oris mutatio, in quo claritas resurrectionis: in quam à tanta fœditate, tanta obscuritate instar solis immutabimur. Vnde Matth. 13. *Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum.* Per Gyon, subtilitas, quæ interpretatur pectus. Sicut enim pectus non disiungitur, non læditur, non patitur, non aperitur: nec aliquem dolorem patitur cum à corde cogitationes exeunt: sic corpus glorificatum tantæ erit subtilitatis, quod nulla res ei erit impenetrabilis: & tamen res ipsa infrangibilis & indissolubilis, clausa & solida remanebit: sicut patet de corpore Christi glorificato, quod ianuis clausis ad Apostolos intrauit. Per Tygrim, qui interpretatur sagitta, agilitas quæ bene in sagittæ velocitate designatur. Per Euphratem, qui frugifer, immortalitas, in qua inebriabimur ab vbertate domus Dei: in qua plantati tanquam arbor vitæ in medio paradisi fructificabimus poma, scilicet æternæ satietatis, quibus satiati non esuriemus in æternum.

*Veni ostendam tibi nouam sponsam vxorem agni, & ostendit mihi ciuitatem sanctam Hierusalem, &c.* Ecclesia fidelium à Deo de celo descendit, quia à Deo accipit vt eius conuersatio sit in cælis, vbi modo fide & spe viuunt, vbi paulo post cum sponso suo nuptias celebrabit. De quibus Apocal. 19. *Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt.*

*Ciuitas Hierusalem erat aurum mundum simile vitro mundo.* In vitro quilibet liquor qualis continetur talis exterius ostenditur. In auro ergo & in vitro accipimus in superna patria sanctorum societatem, qui beatitudinis claritate fulgebunt, & vniuscuiusque mentem ab alterius oculis membrorum corpulentia non absconder; qui enim claritatem Dei vident, nihil in creatura agitur quod videre non possint.

Habebat

*Habebat murum magnum & altum habentem portas duodecim.* Vide quasi idem in Tobia 13. *In vtraque Hierusalem sunt nouem porte.* Porta vetus sunt sancti Angeli, qui dicuntur porta vetus propter prioritatem eorum. Ad literam in Hierusalem fuit porta vetus, quæ fuit in ea ab eo tempore quo ciuitas dicta fuit Salem, id est, pax. Ita in sanctis Angelis abiecto Angelo apostata pax firmata est. Porta fontis Patriarchæ, quia per eos prima via ostensa est ad fontem Christum. Vnde Abraham prima via tradendi dictus est: ad literam hæc porta ducebat ad fontem. Porta nebulosa sancti Prophetæ, qui sub quadam nube literarum viam veritatis docuerunt: ad literam hæc porta pro sui altitudine nebulosa dicebatur: & Prophetæ præ altitudine intelligentiæ hoc nomine iure censentur. Porta clausa est Virgo Maria. De hac Ezech. 44. *Porta hæc clausa erit in æternum &c.* Dicitur clausa porta, quia Virgo fuit ante partum, Virgo in partu, & Virgo post partum. *Vir non transibit per eam.* Ibidem, quia Virgo Maria concepit non opere viri, sed opere Spiritus sancti: clausa fuit principi id est, ad honorem principis id est, filij Dei princeps in ea sedebit, ibidem, Sessio humilitatem notat, & Dei filius in eo se humiliavit, vt voluntatem Patris impleat, sicut ipse ait, *meus cibus est, vt faciam voluntatem Patris mei.* Porta equorum sunt Apostoli. Ad literam hæc porta fuit ante templum, vsque ad quam in equis ascendebar. Sancti ergo Apostoli sunt porta equorum, quia qui intrauerunt per hanc portam intrauerunt ad templum, quod est Christus. Vsq; ad hanc portam, qui sederunt, sederunt in equis superbiæ, sed intraturi per hanc portam de equis superbiæ descenderunt, & humiliter intrauerunt. Porta sterquilini sunt martyres. Ad litteram sic dicebatur porta hæc, quia per hanc fœdes ciuitatis effuebant. Martyres vero dicti sunt porta sterquilini, quia corpora eorum tanquam stercorea reputata sunt, & sanguis eorum tanquam res vilis effusus est. Porta scutariorum, sancti Prælati Ecclesiæ, Augustinus, Ambrosius, & alij. Ad litteram hæc est porta per quam de domo regia intrabat in templum, & in qua erant armati domum regiam custodituri. Sancti ergo Prælati porta sunt scutariorum, quia per doctrinam eorum de domo regia, id est, Ecclesia militanti transitur in cœleste templum. Et ipsi sunt qui domum regiam clypeis auctoritatum sacræ scripturæ munierunt. Porta piscium sunt boni subditi claustrales, qui ad modum piscium quibusdam pinnis virtutum se eleuant ne iaceant in cœno vitorum. Porta vallis sunt virgines, quæ dicuntur porta vallis, quia per vallem humilitas significatur. Vnde beata Virgo solam humilitatem commemorat, dicens, *quia respexit humilitatem ancille suæ.* Hæc sunt portæ in quibus fedit ille vir nobilis cum sederit cum nobilioribus senatoribus terræ. Prouerb. vltim. *Istud sequatur ad illud, contemplationis suauitas designatur.*

Prou. vlt.

Nota quod triplex Hierusalem est, allegorica, id est, Ecclesia militans: moralis, id est, anima fidelis: anagogica, id est, Ecclesia triumphans. De quarumlibet structura pertractemus. In dicta auctoritate Tobia quatuor lapides ponuntur, scilicet saphirus, smaragdus, lapis pretiosus, lapis mundus vel candidus. Per quos quatuor militantis Ecclesiæ ordines intelligimus, scilicet Apostolos, Martyres, Confessores, & Virgines. Saphirus cælo sereno similis Apostolos significat, qui terrenis contemptis meruerunt dicere, *nostra conuersatio in cælis est.* Smaragdus, qui tantæ viriditatis est vt omnem superet herbarum virorem, æcem circumfusum vel imagines aspicientium virides reddat, Martyres significat, qui sui sanguinis effusione animas in horto Ecclesiæ Apostolorum labore plantatas vt in fidei viriditate perdurarent, aspererunt. Ex saphiro ergo Apostolorum & smaragdo martyrum ædificatæ fuerunt Ecclesiæ militantis portæ, vt per ipsos pateret introitus ad Regnum.

Item lapis pretiosus significat Confessores, qui contra Hæreticos se murum pro domo Israël opposuerunt. Lapis mundus vel candidus fuerunt Virgines, quæ munditia interiori & candore exteriori replenderunt, quæ humilitate & martyrio Domino se prostrauerunt. Quarum exemplo plateæ, quæ dicuntur à platos, id est, latitudine, id est, fideles dilatati charitate sternuntur, vt ipsi Domino se subiiciant.

Moraliter, in saphiro contempus visibilium, & contemplatio inuisibilium. In smaragdo compunctio lachrymarum cum confessione criminum designatur. Ex his duobus ædificatur animæ portæ per quas patet introitus Spiritus sancti gratiæ. Per hæc etiam patet introitus & exitus ad gustandum suauitatem Dei, ad circumspectionem sui, ad conculcationem mundi. In lapide pretioso patientia notatur, quæ est murus animæ munitus & defendens eam ab omni perturbatione. In lapide mundo & candido significatur castitas & humilitas, quibus debent animi cogitationes & affectiones mentis purgari & muniti. Et tunc per vicos, id est, corporis sensus *alleluia*, id est laus Dei cantabitur, est enim dulcis symphonia cum consonat operatio munditiæ & puritati cogitationum.

Anagogicè in saphiro Trinitatis & vnitatis inenarrabilis contemplatio: in smaragdo, qui confert oculis, totius Ecclesiæ triumphantis iocunda visio: in lapide pretioso cœlestis gaudij æterna fruitio: in lapide mundo & candido geminæ stolæ, id est, animæ, & corporis glorificatio designatur. Cum sancti ista omnia habuerint, tunc cantabitur per vicos Hierusalem *alleluia*. Per vicos Hierusalem intelliguntur mansiones, de quibus dicitur Ioan. 14. *In domo Patris Jo. 14. mei mansiones multe sunt* In quibus *alleluia*, laus, & gloria voce indefessa à sanctis vocabitur. *Benedictus Dominus, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus*, qui exaltauit Hierusalem militantem, id est, Ecclesiam triumphantem, quæ est regnum eius; super quam regnat, in secula seculorum.

*Erat fructura muri eius ex lapide iaspide.* Qui viridis coloris est, in quo æternæ viriditatis iucunditas designatur.

## C A P. XII.

**O**stendit mihi Angelus flumen aque viue splendens tanquam crystallum, procedens de sede Dei & agni in medium plateæ eius. In flumine per-

peruitas, in aqua viua satietas, in splendido  
crystallo charitas diuinitatis, in sede Dei & agni,  
Dei scilicet & hominis glorificata humanitas  
designatur. Ecce gaudium quod nemo tollit  
à vobis. De flumine perpetuitatis dicit Do-  
minus, Isaia 48. *Vtinam attendisses mandata mea,  
facta fuisset sicut flumen pax tua.* Flumen perpe-  
tuas habet aquas; ô homo, si mandata Dei  
attendis, in pace perpetuitatis securus gaudebis.  
De satietate aquæ viuæ dicitur, Psal. 35. *Apud  
te est fons viua: fons indeficiens, omnes satians,*  
de quo qui biberit non sitiet in æternum, Ioan.  
4. de splendore dicitur, Apocalyp. 2. *Ciui-  
tas non eget sole neque luna, nam claritas Dei illumi-*

*nat eam, & lucerna eius est agnus, id est, Dei  
Filius, de cuius fede, id est, humanitate in  
qua humiliavit vel habitavit diuinitas lumen  
perpetuitatis, aqua viua æternæ satietatis, Cry-  
stallus splendor diuinæ claritatis procedunt in  
medium, id est, communitatem plateæ ciuita-  
tis Hierusalem cœlestis, quia Deus erit omnia  
in omnibus, omnes vnum recipient denarium,  
omnes participabunt vna remuneratione, scili-  
cet verbo incarnato, quia per ipsum, splendidi  
& beati sunt effecti.*

*Qui audit, dicat veni. Qui audit sibilum auræ  
tenuis in mente per internam inspirationem, de-  
bet dicere peccatori, veni per contritionem.*


FINIS.



SANCTI

SANCTI  
ANTONII  
DE PADVA,  
CONCORDANTIÆ  
MORALES  
SACRORVM BIBLIORVM,  
MIRO INGENIO, ET OPTIMO  
*ordine disposita.*

Extractæ ex M. SS. Bibliothecæ FF. Minorum  
Aræ cœli in Capitolio.



LVGDVNI,  
Sumpt. PETRI RIGAVD, in via Mercatoria,  
sub Signo Fortunæ.

M. DC. LIII.  
CVM PRIVILEGIO REGIS.



D E

HVIUS MORALIS  
SACRORVM BIBLIORVM  
CONCORDANTIAE  
GENVINO AVCTORE,  
AD LECTOREM.



*N*E tibi suspectus ( optime Lector ) habeatur Au<sup>ct</sup>or huius Mora-  
lis Sacrorum Bibliorum Concordantia , sed omni dubio postposito ,  
omnique hesitatione explosa certissime teneas , nullum alium esse nisi  
Sanctum Antonium de Padua : testem omni exceptione maiorem pro-  
fero Reuer. admodum Patrem Lucam Vvadingum Sacra Theologia in  
Ordine nostro Seraphico professorem emeritum , doctissimis nostra Re-  
ligionis annalibus , aliisque ingenij sui partibus & summa eruditione percelebrem ,  
nullique ex fama incognitum , qui de hac Concordantia sermonem instituens sic lo-  
quitur. Vno vel altero abhinc anno Reuerendissimus Pater Frater Benignus à Genua  
noster Primicerius , in Religiosa , & nobili Aede Aracali in Capitolio Romano no-  
uam Bibliothecam extruxit , & libris instruxit ad communem utilitatem , & am-  
pliolem Cœnobij dignitatem. Dum vero ex vetusta Bibliotheca scammis extraheren-  
tur , rubiginosisque soluerentur catenulis libri obsoleti , carie exesi , & situ obsiti , om-  
nes vetustas membranulas , quarum non parua copia , serius perlustravi , nec cur-  
sim , aut perfunctorie , sed totas perlegi. Inter plura , quæ luce digna sunt , incidi in  
Concordantias has , antiquissimo Characterè laceris membranis inscriptas , hoc appo-  
sito titulo in prima pagina Concordantiæ Bibliæ Sancti Antonij. Gavisus sum  
valde vel ad ipsam inscriptionem , sed crevit gaudium ad ulteriorem operis lectionem.  
Vidi enim per præcipua capita optimo , & erudito ordine disposita , grauiores , & utilio-  
res materias , quæ à Theologis aut Prædicatoribus solent tractari , hisquæ applicata se-  
lecta sacra Scriptura loca , ut amplius nil posset in hoc genere desiderari , appositis dum-  
taxat autoritatum principiis. Vt verò loca hæc commodius , & facilius Lector possit  
inuenire , ultra librorum capita , quæ sola author indicabat , ego adhibita Amanuensis  
opera , numeros addidi versiculorum , & cuncta cum ipso sacro textu , ut conferren-  
tur , curavi. Suis etiam locis uniuersos Sacri Codicis Libros reposui , aliquando enim  
inuertebatur ordo , ut qui prior debuerit esse , fuerit posterior. Ex quo probabiliter iudi-  
cauerim Sanctum virum opus non plene absoluisse , neque ultimam addidisse limam ;  
sed secundum studij rationem , ut se offerebant , loca Scriptura adnotasse sub materiis ,  
quas ante distinxit. Non adeo difficile fuit sacro Authori hoc opus concinnasse , qui  
memoriter diuinum omne tenebat eloquium , ex cuius pectore tanquam fonte ubertim  
scaturiente



scaturiente Sacrarum Scripturarum capita, sententias, sensus, copiose manare non  
sineel conficatus Gregorius IX. Arcam Testamenti, honorario titulo nuncupare sole-  
bit, & libenter inscribensibus cunctis, Sacrarum Litterarum armarium predica-  
bit. Hac ille. Fante ergo sanctisatis & eruditionis viri laboribus, qui summo  
moralium litterarum dispendio per 400. annos delituere, cum gratiarum actione  
fructe.



CONCORDANTIÆ



CONCORDANTIÆ  
MORALES  
BIBLIORVM  
DISTINCTÆ  
PER  
QVINQVE LIBROS  
PRIMVS LIBER.

**A**GIT de de iis qua pertinent ad deprauationem primi hominis, cum suis  
oppositis, cuius quatuor sunt partes. Prima est de peccato, & eius effectu.  
Secunda est de vitiis principalibus, & suis oppositis, & eorum rubricis. Ter-  
tia est de vitiis oris, & suis oppositis, & eorum rubricis, & de quinque sen-  
sibus. Quarta est de predictis vitiis coniunctim, multipliciter, & eorum oppositis.

PRIMA PARS  
PRIMI LIBRI.

*Incipit de peccato, & eius effectibus.*

**C**ONtra peccatum simpliciter.  
De pondere peccati.  
De excacatione peccati.  
De duritia peccati.  
De laqueo peccati, siue de vinculis malis.  
De adiuentionibus in peccatis.

SECUNDA PARS  
PRIMI LIBRI.

*Agit de septem vitiis principalibus, &  
eorum oppositis; & primo de vi-  
tiis gula, & suis rubricis.*

**D**E vitio gulæ.  
De ebrietate.  
Contra gulam, & ebrietatem, & eorum effe-

ctus, siue de malo conuiuio, & mala ebrie-  
tate.  
Contra curiositatem ciborum.  
Contra prouocantes ad edendum, & biben-  
dum.

*De abstinentia, & eius rubricis.*

De abstinentia, temperantia, vel parcitate, siue  
sobrietate.  
De abstinentia in carnalibus desideriis haberi-  
da, siue quod caro per macerationem sub-  
icienda sit spiritui.  
De ieiunio.  
Contra indiscretam abstinentiam.  
De bono conuiuio.  
De bona ebrietate.

*De vitio luxuria, & eius rubricis.*

De luxuria, & eius effectibus.  
De fornicatione, siue luxuria.  
De spiritali fornicatione.  
Contra adulterium.  
Contra deflorationem seu stuprum.  
Contra meretricium.  
Contra incestum.  
Contra procos.

Contra sodomitas.  
De malo osculo.  
De bono osculo.  
De incommodis propter mulieres, siue de malis mulieribus.  
De bonis mulieribus.  
Quod uxores sint subditæ viris.

*De castitate, & eius rubricis.*

De castitate siue continentia.  
De duplici continentia mentis, & corporis.  
De virginibus, & virginitate.  
Contra nimis confidentes, de continentia.  
De viduis, & viduitate.  
De coniugio, & coniugatis.  
Contra impugnantes matrimonium.

*De cupiditate, & eius rubricis.*

Contra cupiditatem.  
Contra fraudes ementium, & vendentium, siue de negotiatoribus.  
Contra vsuram malam, siue vsurarios.  
De vsura bona, siue de bonis fœneratoribus.  
Contra quærentes, & detinentes superflua terrenorum.  
Contra detentores mercedis mercenariorum siue debitorum.  
Contra furtum, & fures.  
Contra sac rilegium.  
Contra detentores decimarum.  
Contra simoniacos, siue simoniam.  
De quatuor vitiis quorum clamor peruenit ad Dominum.

*Contra eos qui iniuste auferunt, vel retinent res alienas.*

Quod raptores siue vsurarij tenentur ad restitutionem, vel ad recompensationem damni.  
Quod diuitiæ acquisite furto, præda, calumnia, mendacio, & vsuris, parum durant, & suos perimunt possessores.  
Contra diuites huius sæculi, & potentes.  
Quod diues difficile saluatur.  
Quod licitum sit habere diuitias.  
Contra spem impiorum.  
Contra illos, qui spem ponunt in humanis auxiliis.  
Quod in transitoriis non sit confidendum.  
Quod semper sit in Domino confidendum.

*De contemptu rerum terrenarum, siue presentis vitæ.*

De diuitiis spiritualibus.  
De contemptu diuitiarum.  
De commendatione paupertatis.  
Quod Ecclesia paupertate, & aduersitate creuit spiritualibus.  
De iis qui mente calcant mundum.  
De labore, & miseria humanæ vitæ.

*De auaritia, & eius rubricis.*

Contra auaritiam, & cupiditatem, & eorum effectus, siue quod prosperitas mundana, siue mundi amor, siue appetitus temporalium, hæc mala sequentia homini inferunt.

Contra duritiam cordis, siue cor impatiens.  
Contra nolentes accommodare, siue de exhortatione ad accommodandum egenis.

*De misericordia, & eius rubricis.*

De misericordia, siue dulcedine misericordie diuinæ in pauperes.  
De gratia Dei.  
De iis, qui nulla spe meritorum suorum, vocati sunt à Domino.  
De coniunctione misericordie, & iustitiæ.  
De commendatione misericordie.  
De misericordia hominis.  
De compassione.  
De bona voluntate dandi, siue quod Dominus non quantum, sed ex quanto quid fiat considerat.  
De liberalitate siue largitate.  
De largitione elemosynæ, & qualiter danda est.  
De commendatione elemosynæ, & eius effectibus.  
Quod cum hilaritate danda sit elemosyna.  
Quibus danda sit elemosyna, & quod non sit danda non indigentibus.  
Contra dantes hisionibus.  
Contra eos, qui offerunt Deo peiora.  
Quod elemosyna danda sit in vita.  
Quod immolatio ex rapina non est Deo accepta, siue quod ex illicitis elemosyna non debeat erogari.  
De malorum oblationibus non recipiendis.  
Quod oblatio iusti sit Deo accepta.  
De visitatione pauperum, & hospitalitate.  
Ad visitationem infirmorum, & eorum consolationem.  
De misericordia communiter.

*De superbia, & eius rubricis.*

Contra superbiam, & eius effectus.  
Contra superbientes ex pulchritudine.  
Contra superbientes ex scientia.  
Contra superbientes ex probitate.  
Contra superbientes ex genere.  
Contra superbientes ex prosperitate diuitiarum.  
Contra superbientes ex superfluitate, & gloria vestium, siue de luxu vestimentorum.  
Contra superbiam claustralium.  
Contra superfluitatem ædificiorum.

*De humilitate, & eius rubricis.*

De humilitate, & fructu eius.  
Quod qui vult ad virtutem ascendere prius debet per humilitatem descendere.  
De vocatione humilium, & electione abiectorum mundi.  
Quod perfectus debet se arbitrari imperfectum, vel semper se reputare esse in initio boni, & egressu mali.  
Quod qui comparat se meliori humiliatur.  
Quod qui comparat se deteriori in superbiam erigitur.  
Quod quanto magis homines immensitatem diuinitatis prospiciunt, tanto magis se nihil esse conspiciunt, vel quod nostra iusticia comparata Deo nulla sit.  
